

FERNÁNDEZ DE SANTACRUZ, Manuel

**Illustrissimi... Emanuel Ferdinandi de Sanctacruz... Conciliatio
Genesis et Exodi... simulque expositio moralis. -- Nunc primum prodit
in Galliis auctior et correctior. -- Lugduni : Apud Anissonios & Joan.
Posuel, 1681**

**[56], 720, [16] p., a4, c-u6, A-Z6, 2A-2Z6, 3A-3O6, 3P-3Q4 ; Fol.
Port. a dos tintas, con marca de imp . -- Antep . -- Texto a dos
col., con apostillas marginales**

**1. Biblia. A.T. Génesis-Comentarios 2. Biblia. T.Z. Genesis-Iruzkinak
3. Biblia. A.T. Exodo-Comentarios 4. Biblia. T.Z. Exodoa-Iruzkinak I.
Titulo**


R-5582 Enc.perg.

Memorandum

1865

A5582

S



ANTILOGIÆ

SACRÆ

SCRIPTURÆ.

AFOLINA

1910

ILLVSTRISSIMI DOMINI
D. EMANUEL FERDINANDI
DE SANCTACRUZ

OLIM VIOLACEA MAJORIS

Salmanticensis Collegij vulgò de Cuenca toga condecorati, in Alma Illustrissima
Segoviensi Cathedrali Ecclesia à concionibus Canonici; Chiapensis
Ecclesiae primùm Episcopi præsentati,

DEINDE GUADALAXERENSIS ECCLESIAE ET NVNC
Angelopolitanz in Indijs Occidentalibus Antistitis,

CONCILIATIO
GENESIS ET EXODI

LOCORUM QUI APPARENTEM CONTINENT ANTINOMIAM, SIMULQUE

EXPOSITIO MORALIS.

NUNC PRIMUM PRODIT IN GALLIIS AUCTIOR ET CORRECTIOR.



LUGDUNI,

Apud ANISSONIOS & JOAN. POSUEL.

M. DC. LXXXI.

GUM APPROBATIONIBUS.

DEPARTMENT OF THE ARMY

OFFICE OF THE ADJUTANT GENERAL

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE


ADJUTANT GENERAL'S OFFICE

ADJUTANT GENERAL'S OFFICE



EXCELLENTISSIMO DOMINO,
D. G A S P A R I
D E
M E N D O Z A
Y B A Ñ E Z D E S E G O V I A
E T P E R A L T A
EX EQUESTRI ORDINE DE
Alcantara. Marchioni de Mondexar. & Co-
miti de Tendilla. Utroque titulo è Magnati-
bus Hispaniæ. Marchioni de Valhermoso &
de Agropoli. Domino Provinciæ de Almo-
guera & Opidorum de Corpa, de Meco, de
Fuentenobilla, de Loranca, de Azañon, de
Viana, &c. Granatensis Castri de la Alham-
bra Præsidi ac Primario Custodi.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

 **OMMENDABILIS** est industria solvere debitum, & solutione acquirere lucrum, speciem huius generosa ambitionis incurrere non erubescam, dum tuis aris donarium voluminis sacro, cum à tuo patrocínio eximius illi refundatur splendor. Quis enim nesciat, si voluat veteres, & recentiores Annales, claritudinem generis tui sola antiquitate esse obscuram? Cum Equitum excelsa prosapia, qui à durissima servitute Maurorum redemere Segoviam, donaverit tibi sanguinem generosum, inde tua stirpi antiquissimum Segovia cognomen, sicut Ducibus Alba ab Imperiali civitate Toledo. Quis domus illustris, & Mondexarensis sta-

Lib. 8.
epist. ad
Ruff.

tus gloria onustam ingenuitatem sine prolixitate narrabit? Quis Reges, Principes, Dynastas, Duces, Marchiones, denique clarissimam totam Hispaniam de tuo sanguine gloriosiore? Florum quidem illustrissimam stirpem per tot Heroum geneses digerere in seriem historiae aequae longissima, ac notissima foret. Sed quid de nobilitate procerum, decessorum, numeroque censu? Glorientur alij cum Plinio Juniori de generis claritudine à majoribus in posteros derivata, quorum, cum improbi sint, ab ore non decidit laudanda sua prosapia, de his lepide Juvenalis:

Malo pater sit Therſites, dummodo tu sis
Æacide similis, Vulcanaque arma capeſſas,
Quam te Therſite ſimilem producat Achilles:

Praclarum te effecit natura origine decessorum, sed praestantiorum virtus dotibus acquisitis; Ambigi quidem potest, num te dignitas Magnatis excelsa, ad quam recens exaltatus à Deo, an tu illam praclaris virtutis dotibus illustraveris, prius enim dignus, qui ad tantum gradum eveheris, quam fuisses evectus. Aptius de te, quam de Principe Posthumiano diceret Nazianzenus: Supremam nactus es potestatem, non est hoc fortunæ, sed hanc potestatem tanquam virtutis præmium adeptus es Quis ex tua indolis simulacro ad egregia natus, & tanta celsitudinis gradum non prænunciaret? in te enim non aliter, ac in Joseph jam jam nascētis spiritu generoso, ut Philo notavit regia dignitas præfulgebat. Natus est princeps fratrum, non tam ad culmen honoris es exaltatus, velut Prorex Joseph, quàm potius faustissime natus. Liceat deterſo omni adulationis, affectationisque fūco, pura tamen veritatis icone in te nostram atatem vidisse, quo superioribus nihil inuideat, sed posteris potius livoris subministret materiam. Verius de te, quam de Pompejo Saturnino effari liceret Juniori Plinio: At hoc pravum, malignumque est, non admirari hominem admiratione dignissimum; quia videre, alloqui, complecti, nec laudare tantum, verum etiam amare contingit. Quis enim non mirètur quantum profeceris omni genere eruditionis ex quo florem adolescentiæ Mineræ sacraſſi? Hispania tua illa antiqua litteris purissimis elaborata testatur, quam è veternoſa oblivionis illuvie puriorem, quasi Phenicem è cineribus renasci effuisti, opus quidem eximium, & vix ullum ex ijs, que viderim absolutum, linguarum varietate Hebraica, & Græca non mediocriter eruditum, ubi pleraque obscurioraque loca Scripturæ felicissime exponis, adhibitis Rabinorum moribus secretioribus, & rerum Judaicarum singulari notitia, à quo nonnulla libavi, & huic volumini velut ornamentum pretiosum incertum habui. O utinam urgeres Typographicas thecas, quibus eruditorum studia promoveres, quid enim prodest thesaurus vel ignotus,

ignotus, vel in terra defossus? Noster ergo agellus, qualis qualis sit tuus est, cum non ex tenui mei fundi collegerim solo, sed ex feraci agro tua selectissima, copiosaque bibliotheca, quin potius ex tuo oris, florentissimo viridario decerpserim fructus.

Excipe ergo hilari, quo soles aspectu eximij indicium amoris, nec ullas poterit, longissime ego, de tui nominis dubitare tutela, qui exploratam tuam beneficentiam habuerit, & erga litterarum studiosos propensionem innatam. Optime de te Lipsius in Crit. Inter præclaras, & eximias virtutes tuas, sic melius te commendaret, maxime tamen quasi è sublimi quadam specula se ostendit, & extollit benignitas tua, & innata tua erga litterarum studiosos propensio ita in te elucet, ut videatur te ad hanc unam virtutem natura genuisse, voluntas exercuisse, fortuna servasse. Excipe ergo donariolum meum, quoniam

Sæpe placet magis hostia parva Dijs.

Annunte vultu munusculum respice. Quamvis enim Solis, & Luna Divino Numini funalia suspendantur accensa, gratis tamen oculis faculam pariter intuetur, quam sibi ruinoso sub tecto devotus pauper accendit; gratum ergo intueri ab amore donum profectum, quod tui Nominis ara immortalis suspendo, dum votis omnibus oro, & obtestor incolumem Excellentissimam personam tuam sospitet Deus, atque fortunet.

Excellentissime Domine

V. E. addictissimus

EMANUEL Episcopus Angelopolitanus

CENSURA

* * * * *

CENSURA D. DOCTORIS D. PETRI SANTAGADEA OLIM MAIORIS
S. Ildephonsi Universitatis Complutensis alumni, & nunc meritisissimi Cathedralis
Segoviensis Ecclesie Canonici Pœnitentiarij.

Commissione D. Lic. D. Antonij de S. Pedro hujus almæ Ecclesiæ Segoviensis Canonici, & Vicarij Generalis istius civitatis, & Diœcesis librum hunc, cujus epigraphe est *Antilogia Sacre* Authore suo D. Doctore D. Emmanuel Fernandez à S. Cruz ipsius Sanctæ Ecclesiæ Canonico Magistrali dignissimo, ac quondam Salmanticiæ Majoris Conchenensis Collegij toga insignito, non semel evolvens tota animi attentione, & mentis Erecciónis perlegis, in eo inveni sacras concordantias difficiliorum textuum Genesis, & Exodi magno studio, & omnium litterarum juvenine mirificè concinnatas; dicam de hoc volumine sacro, quod de ipsa Sacra Scriptura ejus objecto Hugo Victorinus, *Sic verba sunt innumerabilia sed unicum tantum verbum*, quasi dicat, etiam si in Sacra Scriptura plura sint verba, & sententiæ quoad sonum, unicum tantum est verbum quoad sensum, & consensum; solus iste labor, & liber dum libros legis quinque numero unum efficit amicabili consonantia, & consensu, quisnam dubitet magnam de ignorantia reportaturum victoriam, dum doctis erit fixus pharus ad quamplures difficultates superandas?

Reg. c. 27.
n. 40.

Aug. ibi.

Pugnaturus David cum Goliath, *Elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem* properans tamen ad pugnam; *Festinatit David, tulitque unum lapidem, & funda jecit, & circumducens percussit Philistæum in fronte*, quomodo quinque lapides ad congressum parantur, solumque de hoste victoria reportatur in uno. August. jam dilucidans expendit sic: *Quinque lapides posuit, unum misit, libri quinque lecti sunt, sed unus ac vicit*. Igitur libri quinque legis unum est Pentateuchum, quia legis perfectio non in eo sita est quod in quinque membra disrumpatur, sed in hoc quod ejus sententiæ sic inter se cohereant, & se invicem aspiciant ut sensu & consensu unum prorsus videantur.

Consensum hunc Genesis, & Exodi sententiarum doctissimus noster Emmanuel hoc tomo primo perlustrat, ô utinâ cæteros legis libros, imò omnia sacra volumina percurrat! Et tu lector frue hoc magno studio, in quo si quælibet rextum cum suo contextu ex adverso appposito legas, optimo jure *Antinomial* appellabis, si tamen concordantiam tibi appositam attendas invenies omnino sacri oraculi harmoniam sententiis amicabiliter consonantibus modulatam; Frue iterum hoc doctissimo labore, & antinomial concordatis, ex quo lectione ditabis intellectum speciosissimis notitiis. Sculptit Julius Cæsar in nummo Caduceum Cornucopiæ adjunctum innuens concordiam Caducei Cornucopiam, hoc est, rerum affluentiam afferre; illud in sensibilibus, non secus in intellectualibus; omni namque difficultate semota concordantiæ istæ in hac nostræ caligantis aciei nocte, pelago, & abyssio iter planum parant ut sine impedimento totam Sacram paginam percurras, & ex ejus lectione desideratam veritatis invenias margaritam.

Ne ego tamen muneris mei terminos, & metam transcendam, sentio opus hoc doctrinæ Catholicæ consonare; & bonis moribus nedum contrarium, verum etiam doctum, utile, & omnibus viris literatis valde desiderandum, quare dignum censeo ut in communem utilitatem quamprimum lucem aspiciat; Segoviz die 12. Octobris Anno salutis 1670.

Dr. D. Petrus de Santagadea.

CENSURA D. DOCTORIS D. IO ANNIS DE BUSTAMANTE ET
Medrano Canonici Segoviensis, & Majoris S. Ildephonsi Collegij Complutensis
Universitatis alumni.

D. D. Emmanuel de Sancta Cruz in Salmanticensi academia Conchenensis Majoris Collegij toga insigniti, & nunc in nostra Alma Segoviensi Ecclesia Magistralis Canonici adscriptum *Antilogia locorum Sacre Scripturæ* accurate evolvi, neque in universo hoc opere aliud deprehendi, quam quod ad divini honoris augmentum, Evangelicæ prædicationis officium, & morum perfectam integritatem conciliandam, sanctorum denique Patrum pietatem Christianorum pectoribus instillandam mirum in modum con-

ferat,

ferat, & quod pretiosius debet notari, ad omnes Sacram Scripturam intelligere cupientes, ejusque difficillimam multorum oppositionem locorum aperiendam aurea clavis proponitur. E quibus velut certo filo ducimur in sacram illam labyrinthum, & adducimur ne argumentorum copia obruamur, & fluctuemus in spatio illo æquore difficillimoque Sacre Antologiarum Scripturæ.

Opus igitur istud, quo nullum excellentius Christianæ Republicæ, à multis sæculis donatum, ex commissione D. Doctoris D. Antonij de S. Pedro Provisoris Vicarijque Generalis Segovienfis Diocesis, & jusque Cathedralis Ecclesiæ meruissimum canonici voluptate perlegi & tota cura examinavi, opus iterum atque iterum exclamem finite opus in quam egregium, pius, eruditum, integrum, suisque numeris absolutum; in quo ingenij acumen, eruditionis vires, affluens doctrina breves, & copiose divitæ, & sedulitas intenta, & dictionis sententiosa elegantia ad invicem concitant, & ad auctoris gloriam maxime inter se fœderantur, in illo, quod correctioni obnoxium, nihil, quod in Ecclesiæ, & Sacre Scripturæ candidatorum utilitatem cedat, plurimum reperi, quinimò summo perè nobis gratulemur, nostri fuisse laboris illi prælo primum aditum aperire, siquidem lucidatum lucem & ipsum quam maximam Ecclesiæ Dei daturum non dubitamus. *Felix intentio* (ut cum Calistiodoro loquar) *Laudanda sedulitas, manu hominibus predicare, digitis, linguas aperire, salutem mortalibus, tacitum dare, & contra diaboli surreptiones illicitas calamo, aramentoque pugnare.* In ipso enim præter speciosam & locupletissimam scripturæ & sanctorum patrum suppellectilem, (qua opulentissime abundat) & claritas invenitur, & cum claritate subtilitas, & profunditas admirabiliter connectuntur, ita sibimetipsis artificiosa harmonia consonant omnia, ut non solum decies (ut alibi dixit Flacco) sed etiam centies repetita placebunt. *Habent hæc distributa præconium, conjuncta miraculum.* Nihil non grande, nihil non doctum retro hæc sæculis est cogitatum, quod ad hujus operis armaturam, & ornamentum operosa industria non advocet, ad quod nulla non referat, utriusque eruditionis Chartophilicia; ita ut in illo omnia pœma nova, & vetera inveniantur, sic dilucide intercessa, ut totum novum, totum vetus dicere possis, stilus planus, doctus, dulcis & sententiosus, nec parcus, nec prodigius, parata copia ad quancumque partem convertit ingenium, ita antiquorum Philosophorum contexit elogia, ut quod illis provida impertivit natura, provide & in ipso coadunasse videatur, adeo, ut quod de Claudiano Mamerto Sidonio Appollinaris scripsit, de illo ausim sine rædio prædicare. *Sentit ut Pythagoras, dividit ut Socrates, explicat ut Plato, implet ut Aristoteles, ut Demostenes irascitur, vernat ut Hortensius, incitat ut Curio, suadet ut Cato, persuadet ut Tullius,* ita priscos patres (tamquam prima Sacre pagine elementa) est imitatus, ac illis est addictus, ut jota unum, aut unum apicem ab eis non prætermittat, ita illorum spiritum inducit, ut cum eodem Sidonio repetere non erubescam; *Iam si ad sacros sanctos Patres pro comparatione veniatur, insruit ut Hieronymus, destruit ut Lactantius, adstruit ut Augustinus, attollitur ut Hilarius, ut Basilus corripit, ut Gregorius consolatur, ut Eusebius narrat, ut Eucherius sollicitat, ut Paulinus provocat, ut Ambrosius perseverat.* Et tu, ad cujus manus editum hoc opus pervenerit, en tibi Sacre Scripturæ thesaurum. Uberius dicerem si Panegyristam agerem, non censem. Ede quam celerrimum, unde & tuo nomini celebritas, & nostris temporibus claritas, & studiosis omnibus pariatur utilitas. Illico liber præla fatiget, ut sit Biblicæ literaturæ dives thesaurus, christianæ veritatis eruditio, virtutum asylum, & viciozum effugium, sic serio reor, sic firmiter judico.

Dr. D. Joannes de Bustamante.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS EL Lic. D. Antonio de S. Pedro Canonigo de la Santa Iglesia Cathedral de esta Ciudad de Segovia, Provisor, y Vicario General en ella, por la presente, por lo que à nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, y vender un libro, intitulado *Antilogia Sacre Scripturæ*; compuesto por el Dr. Don Manuel Fernandez de Sanctacruz, atento à que de la censura del Dr. D. Pedro de S. Gadea, y Dr. D. Juan de Bustamante, Canonicos de la misma Iglesia, à quien le remitimos, consta no contiene cosa contra nuestra Santa Fe, y buenas costumbres. En Segovia à veinte y nueve dias del mes de Octubre de mil y seiscientos y setenta años.

Lic. D. Antonio de S. Pedro

Por su mandado.

Juan de Espinosa Reyosa,

È APPRO

APPROBATIO R. P. M. FR. IO ANNIS. DE SOLIS CONCIONATORIS MAIORIS
Regalis Monasterij Beatissimæ Mariæ Moptis Serrati novi Matriti, Ordinis
Sanctissimi Patriarchæ Patris Benedicti.

Quem, sub ea inscriptione *Antilogia Sacra* scripsit luculenter librum Dominus Dr. D. Emmanuel Fernandez à Sancta Cruz, olim qui fuerit majoris Collegij Conchenfis toga decoratus, idque Salmanticæ nunc verò Segoviz in ejus alma Ecclesia Magistralis Canonici meritissimus; Regij Senatus ex jussu, nec non ex peculiari commissione D. D. Ildephonsi de Llano ejusdem Senatus Senatoris dignissimi; studiose legi, per volui diligenter, lente, non fastidiose probavi. Opus quidem multa, sed maxima, eruditione sacra, simul & humana refertum; quo subtilitas, veluti scholastica gratiam pacis in conciliando sibi metipsis in vicem refragantibus ad speciem plurimis scripturæ locis, multiplici amœnitate ex Ethnicorum, & Sanctorum Patrum defloratione temperatur: recentis quaestiones perquam plurimæ moventur, dissolvuntur, & illustrentur. Penus ibi & ad sacras, & humanas dissertationes aperitur: quæque sapientiæ alumnis, scripturæ candidatis, sacrarum literarum rudibus magnum & afferant adjumentum, & oblectamentum, imaginis exempla, symbola, & id genus multa, ea omnia copiose, tum acute tractantur: itaque de hoc felicissimo labore, & mirum in modum utili dicam (absit assentatio) quod de Aristote Plinius Epistola 22. *Quam peritus ille, & juris privati, & publici? quantum verum? quantum exemplorum? quantum antiquitatis tenet? nihil est quod discere velis, quod ille docere non possit: mihi vero quoties aliquid abditum quero thesaurus ille est: Thesaurus recte equidem; nec mirum quidem: etenim vero est aureum opus: aperiat quis hæc, quæ uno includuntur opere, quærat quid, inveniet multa; apparebunt effusa per folia, ac lineæ venustas in oratione sine furo, majestas cum lenitate, verborum delectus, aperta dictio, densa, & nervosa continuatio: subtilitas in disserendo, felicitas vel maxima in inveniendo, mira in enodando perdifficiles textus dexteritas, in obscuris apertendis nimia facilitas, in oppositis conciliandis satis gratiæ, & naturæ: præterea tot insigniter micantia exquisitæ eruditionis ornamenta, tot insertæ veluti pretiosæ gemmæ sententiæ hæc quæ cum à Sanctis Patribus petiæ, tunc ab Autore, proprio Marte ad rei commoditatem conficitæ, tot conceptus pleni acuminis & soliditatis; tot piæ interpretationes, fluentes melle, & lacte tantum christiânæ pietatis, tantum religionis, tantum zeli animarum, tantum officij, quo bene meretur de universo sapientum genere, quo nihil pretiosius, nihil utilius, nihil copiosius, aut quæti, aut inveniri potest. En thesauros sapientiæ quos introrsus possidet, en divitias, quibus locupletatur, quas longe lateque diffundit, ad hæc; *res est ardua* (verba sunt Plinij in præfatione) *vetustis dare novitatem, novis auctoritatem, obsoletis nitorem, obscuris lucem, dubiis fidem, fastiditis gratiam*: hoc cum ita sit, nihilominus tamen nostro gravissimo Doctore nihil est arduum, omne facile, quippe qui id omne exequitur, omnibus dar naturam, est naturæ suæ omnia, quid est ad fastigia magnæ laudis, & gloriæ quam proxime accedere, si hoc non est; merito aptare illi queam illud Martialis:*

*Euge, belle, acute, subtiliter sapienter
Ibis ab excuso grandis in aspra sagæ.*

Et iterum merito appropriare illi queam hoc meum.

*Sunt tua quæstiones, micantes,
Elegantes;
Illas præstas, dum mulces,
Dulces;
Quæ sunt, cum dantur, et mare,
Clara:
Vive felix non amare
Totum cum orbe affluentia;
Unico sint tibi scientia,
Elegantes, dulces, clara.*

Quamobrem hunc librum, qui ad prælum detur judico dignum, præsertimque cum nihil nostræ orthodoxæ fidei repugnans, nihil integritati morum contrarium contineat: imo plura que illam augeant, foveant, & extollant; quæ hos juvent, & medeantur, & quæ omnibus studiosis sint fructui, & voluptati. Martiri in hoc Religiosissimo Cœnobio Beatæ Virginis Mariæ novi Montis Serrati ordinis sancti Benedicti, anno A nativitate Christi Domini, 1670.

Fr. Joannes de Solis.

SVMA DEL PRIVILEGIO.

Tiene privilegio el Dr. D. Mamiel Fernandez de Sancta Cruz Canonigo Magistral de la Sancta Iglesia Cathedral de la Ciudad de Segovia, para imprimir este libro en todos los Reynos de Castilla, por espacio de diez años, y para que ninguna otra persona, sin poder, o facultad suya, le pueda imprimir, ni vender, so pena de qualquiera que lo contrario hiziere, pierda la impresion, è incurra en pena de cinquenta mil maravedis, como mas largamente consta, y se contiene en su original. Despachado en el dicho officio de Francisco Carrillo Escribano de su Magestad à 29. del mes de Diciembre de 1670.



AD LECTOREM.



U M idem sit spiritus veritatis , qui loquitur in veteri , novoque testamento , nil Prophetarum oracula , quod à Mosis deviet veritate , nil quod cum Evangelistarum doctrina optime non cohæreat , nisi temere dicendum est reperiri. Verum quidam proprio iudicio ducti , & humana tumescens sapientia quasi vento distenti velamen Mosis super cor insipiens habentes , errorum nebulam proterve tumentur , & lumini veritatis , ostiumque scripturarum intelligentiæ occludunt stulti. Hi sunt Rabbini , quorum inania dicta ideo referimus sæpius , ut quam futilibus nixi , Domino , qui claritatis , ac veritatis lumine hominum mentes illustrat , impie resistent , cunctis patere possit , quamvis alibi , (si religionis nostræ misteria , legisque scriptæ dogmata excipias) non ita reperies contemptos , ad percipiendam namque (ut inquit Grotius) veterum morum notitiam , non parum conferre nobis possunt Hebræi Scriptores , ij maxime , qui & sermones , & mores patrios habuerunt percognita. Aliis autem pie , sincereque Scripturam Sacram legentibus apprensus contradictio ex profunditate sermonis sancti proveniens offendiculum solet esse , ideo omnia Scripturæ loca , quæ inter se oppugnare videntur , (si Deus dederit) percurremus , quædam etiam alia pertractamus , quæ licet vix apparentem oppositionem continere videantur , pulchram tamen expositionem admittunt. Quæ omnia non mediocriter suspicor deservire , qui pro obtinendis Ecclesiarum præbendis lectoralibus , nimio credo , lecturi insudant labore. Accipe inservire tibi paratum affectum , nec omnia despicias , ut inquit enim Fullerus , accidit miro , & singulari divinæ providentiæ beneficio , ut nemo fere mortalium adeo bardus , & brutus reperitur , qui non quandoque commo- dissime , & cogitet , & loquatur. Hinc tritus ille vetere proverbio versiculus.

Sapere etiam est Olor vulpe opportuna locutus.
Vix enim quisquam est adeo imperitus , qui sæpissime jaculans,

non aliquando collineet. *Æ*qui igitur spectatoris erit, quem non nunquam collineantem laudat, eundem subinde aliquantulum aberrantem patienter ferre. Ego autem ingenue fateor, sicut Apelles tabellam in publico constituēbat, ut omnium experiretur judicia, in lucem mentis foetum proferre, ut omnium judicio emendetur. Benignè ergo nostrum interpretare lector laborem, in quo si quid imprudenter dictum, & à saniore doctrina visum fuerit alienum, Catholica Ecclesie judicio libens submitto, & pro non scripto, & suppresso habendum declaro. *Vale.*



INDEX



I N D E X

ANTILOGIARVM, QVÆ in hoc Volumine conciliantur.

E X G E N E S I Cap. I.



A P. 1. v. 11. Germinet terra herbam virentem, v. 11. & factum est ita hoc tempore veris conditum mūdum probat. pagina 1.

Genes. 8. v. 11. Columba circa medium mensis undecimi viridem olivæ ramum ad arcam Noë retulit, quod convenit mensi Maio, fuit ergo primus mensis Jolius, & consequenter æstate conditus fuit mundus. ibidem

Toto cap. 1. Omnium rerum fabricam in sex dies esse distributam, & à Mose delineatam videmus. pag. 4

Ecclesiast. cap. 8. Qui vivit in æternum creavit omnia simul. ibid.

In principio creavit Deus Cœlum, v. 1. v. 8. vocavitque Deus firmamentum Cœlum, ex quibus constat firmamentum primo die conditum fuisse, pag. 7

Genes. 1. v. 7. Et fecit Deus firmamentum, v. 8. & factum est vespere, & mane dies secundus. Ex quibus colligitur firmamentum conditum esse die secundo. ibidem.

Genes. 1. Sexto die masculum, & foeminam fecit eos, unde Eva sexto die fuit creata. pag. 12

Genes. 2. Septimo die ex costa Adami fuit Eva producta, ibid.

Ex Genes. cap. 1. v. 13. Virgultum terræ tertio die dicitur fuisse productum. p. 15

Cap. 2. Genes. v. 4. Istæ sunt generationes Cœli, & terræ quando creatæ sunt, die quo fecit Deus Cœlum & terram, & omne virgultum agri. Ex quibus sic, eodem die quo Cœlum & terram condidit Deus, fuit terræ virgultum, sed condidit Cœlum, & terram primo die, virgultum igitur non fuit tertio die creatum, ibidem.

Genes. 1. Sexto die masculum, & foeminam creavit hominem. p. 16

Genes. 2. Productis plantis, floribusque cum

terra (inquit Moses) non erat qui operaretur terram, formavit deinde hominem de limo terræ, ibidem

Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. p. 25

Deut. 6. Audi Israël, Deus tuus Deus unus est, ibidem.

Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. p. 29

Psal. 70. Nullum similem esse Deo dicitur, ibidem.

Genes. 1. Dicitur producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram. Unde volatilia ex aquis esse formata apparet. ibid.

Genes. 2. Dicitur formatis de humo cunctis animantibus terræ, & universis volatilibus Cœli. ibidem

Genes. 1. Formatus dicitur sexta die homo. pag. 30

Genes. 2. Homo non erat qui operaretur terram, ibidem.

Genes. 1. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona. ibid.

Isai. 45. Ego sum qui paravi fumen, faciens pacem, & creans mala, & alibi passim hæc repetuntur. ibid.

Genes. 1. Vidit omnia quæ fecerat, & erant valde bona. p. 30. & 31

Ecc. cap. 1. Vanitas, vanitatum, & omnia vanitas. p. 31

Genes. 1. Sex enim diebus, fecit Cœlum, & terram. p. 44

Genes. 2. Complevit Deus die septimo opus suum quod fecerat. p. 44

G E N E S I S C A P V T I I.

Genes. 1. Sexto die masculum, & foeminam fecit eos, unde Eva sexto die fuit creata. pag. 12

Genes. 2. Septimo die ex costa Adami fuit Eva producta. pag. 12

Index Antilogiarum.

- Cap. 2. Genes. v. 4.* Istæ sunt generationes Cœli, & terræ quando creatæ sunt. die quo fecit Deus Cœlum, & terram, & omne virgultum agri. Ex quibus sic, eodem die quo Cœlum, & terram condidit Deus, fuit terræ virgultum, sed condidit Cœlum, & terram primo die, virgultum igitur non fuit tertio die creatum. p. 15
- Genes. cap. 1. v. 13.* Virgultum terræ tertio die dicitur fuisse productum. ibidem
- Genes. 2.* Productis plantis, floribusque cum terra, homo (inquit Moses) non erat qui operaretur terram, formavit deinde hominem de limo terræ. p. 16
- Genes. 1.* Sexto die masculum, & feminam fecit hominem. ibid.
- Genes. 2.* Dicitur formatis de humo cunctis animalibus terræ, & universis volatilibus Cœli. p. 29
- Genes. 1.* Dicitur producant aquæ reptile animæ viventis, & volatile super terram. Unde volatilia ex aquis esse formata apparet. p. 29
- Genes. 2.* Homo non erat qui operaretur terram. p. 30
- Genes. 1.* Formatus dicitur sexta die homo. ibidem.
- Genes. 2.* Requievit Deus ab omni opere quod pararat. p. 43
- Joannes. 5.* Pater meus usque modo operatur. ibidem.
- Genes. 2.* Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat. p. 44
- Exod. 20.* (Et ex Genes. 1. idem constat) sex enim diebus fecit Cœlum, & terram. p. 44
- Genes. 2.* Posuit hominem in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum. ibid.
- Genes. 3.* Maledicta terra in opere tuo. Quasi operari pœna fuerit peccati. ibid.
- Genes. 2. l.* quocunque die comederis ex eo morte morieris. ibidem
- Genes. c. ap. 5.* Nongentorum triginta annorum vita functus est Adam, ibidem
- Genes. 2.* Septimo die fecit Evam. pag. 12. & pag. 569
- Exod. 20.* Sex diebus fecit Deus Cœlum, & terram. p. 44 & p. 569
- Genes. 2.* Benedixit diei septimo, deinde Exod. 10. Sabbathum observatum est in deserto Sin, quo accesserunt mensæ 2. & Deut. 5. ante legem quæ data est mensæ, 3. pag. 590
- Exod. 20.* Memento diem Sabbathi sanctifices. Ex quibus inferunt, lege Moïsi fuisse Sabbathum institutum. ibid.
- GENESIS CAPVT III.**
- Genes. 3.* Maledicta terra in opere tuo. Quasi operari pœna fuerit peccati. p. 44
- Genes. 2.* Posuit hominem in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum. p. 44
- Genes. 3.* Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum. p. 54
- Genes. 3.* Et Aperi sunt oculi eorum, & cum cognovissent se esse nudos. ibid.
- Genes. 3.* In pœnam dixit mulieri Deus, multiplicandos conceptus, in dolore parituram filios, & sub viri fore potestate, & dominio. p. 55
- Hæc omnia acciderent, etsi statum conservarent felicissimum innocentiae, Gen. 30. & Psalmo. 127. uxor tua sicut vitis abundans. ibid.
- GENESIS CAPVT IV.**
- Genes. Cap. 4.* Possedi hominem per Deum inquit de Cain Eva. p. 69
- Ioannes 1.* Non sicut Cain, qui ex maligno erat, ibid.
- Genes. Cap. 4.* Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear. ibid.
- Paul. ad Romanos 5.* Peccatum vero non imputabatur non existente lege. ibid.
- Genes. Cap. 4.* Dicitur omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, & de Lamech Cain interficiente à casu, & in consulto dicitur in calce capitis majores pœnas daturum. p. 79
- Deut. 25.* Pro mensura peccati debet esse, & plagarum modus. ibid.
- Genes. 4. v. ult.* Enos iste cœpit invocare nomen Domini. p. 81
- Genes. 4.* Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, Adam etiam invocavit nomen Domini. ibid.
- Genes. 4.* Cain cognovit uxorem suam, & peperit Henoch, solum illi fuerunt duo parentes, & filius. p. 83
- Ibid.* Edificavit civitatem, & vocavit nomen ejus ex nomine filij sui Henoch, civitatem autem multitudo constituit. ibid
- GENESIS CAPVT V.**
- Genes. 5.* Nongentorum triginta annorum vita functus est Adam. p. 44
- Genes. 2.* In quocunque die comederis ex eo morte morieris. ibid.
- Genes. 5.* In die qua creavit hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. p. 103
- Psalms. 70.* Quis similis erit Deo? dicit David. ibid.
- Genes. 5. v. 26.* Mathusala postquam genuit Lamech vivit, 782. annis, Lamech cum esset, 180. annorum genuit Noë, ex quibus constat post diluivium vixisse, quod 600. antio vita Noë incepit. p. 210
- Genes. Cap. 7.* Constat Mathusala non fuisse receptum

Index Antilogiarum.

receptum in arcam, cum soli filij Noë referantur, quo ergo confugit? *ibid.*
Genes. 5. v. ultim. Noë vero dicitur, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem. Cham, & Japheth. *Gen. 7.* Noë dicitur fuisse sexcentorum annorum quando diluvij aquæ inundaverant terram. Ex quibus deducitur Sem cum incepit diluvium, fuisse centum annorum. *p. 242*
Genes. 11. Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluvium, quæ inundatio integro duravit anno. Ex quibus inferitur Sem non fuisse centum annorum tempore diluvij, *ibid.*

GENESIS CAPVT VI.

Genes. 6. Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt uxores. Quo iratus est Dominus. *p. 115*
D. Paulus ad Romanos 5. Non existente lege non imputatur peccatum, neque culpa, hujusmodi conjunctio non erat prohibita. Deinde qui erant filij Dei? *ibid.*
Genes. 6. Pœnitet me fecisse hominem. *p. 119*
Psal. 109. Juravit Dominus, & non pœnitabit eum. *ibid.*
Genes. 6. Ego disperdam eos cum terra. *p. 120*
Eccles. 1. v. 4. Terra autem in æternum stat. *ibid.*
Genes. 6. v. 3. Dixitque Deus non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum. *p. 127*
Si hæc verba dirigantur ad omne genus humanum, quasi generis vitæ humanæ periodus 120. annis definiatur, Arphaxad Sale Heber. annos 120. exceßerunt, *Genes. cap. 11.* & Joïada ad 130. pervenit 2. Paral. 24. si solum ad homines, qui tunc existebant solum 100. interfuerunt à conminatione usque ad diluvium, *Genes. cap. 6. ibid.*

GENESIS CAPVT VII.

Genes. 7. Dicitur diluvium illud super universam terram generalissimum illam delevisse, unde paradïsus terrestris in hoc terrarum orbe constitutus ruinam passus aperte constat. *p. 155*
Eccles. 44. Traditur Henoch fuisse in paradïsum translatus. *ibid.*
Genes. 7. Diluvium universam delevit terram, & omnem substantiam, quam fecit de superficie terræ. *p. 167*
Genes. 8. Columba ramum olivæ portavit, non posset autem ex oleis illis, quas diluvium obruerat, sed ex campo, quo aquæ non accessissent. *ibid.*
Genes. 7. v. 11. Anno sexcentesimo vitæ Noë,

mente secundo, 17. die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi. Ex quibus habemus duos menses, & 17. dies, v. 12. facta est pluvia super terram 40. diebus, & v. ult. obtinueruntque aquæ terram 150. diebus. Ex quibus colliguntur, sex menses Lunares qui (177. diebus absoluntur) & dies 13. Quibus si adjungas menses duos, & 17. dies novem excedunt menses non igitur requievit septimo mense. *pag. 165*

Genes. 8. Requievit arca mense septimo 27. die super montes Armeniæ. *ibid.*
Genes. 7. Constat Mathusala non fuisse receptum in arcam, cum soli filij Noë referantur. Quo ergo confugit? *p. 210*
Genes. Cap. 5. v. 26. Mathusala postquam genuit Lamech vixit 782. annis, Lamech cum esset, 180. annorum genuit Noë. Ex quibus constat post diluvium vixisse, quod 600. anno vitæ Noë incepit *ibid.*
Genes. 5. v. vlti. Noë vero dicitur, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem. Cham, & Japheth. *Genes. 7.* Noë dicitur fuisse sexcentorum annorum, quando diluvij aquæ inundaverant terram. Ex quibus deducitur: Sem cum incepit diluvium fuisse centum annorum. *p. 242*
Genes. 11. Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium, quæ inundatio integro duravit anno. Ex quibus inferitur Sem non fuisse centum annorum tempore diluvij. *ibidem.*

GENESIS CAPVT VIII.

Genes. 8. v. 11. Columba circa medium mensis undecimi viridem olivæ ramum ad arcam Noë retulit, quod convenit mensi Majo, fuit ergo primus mensis Julius, & consequenter æstate conditus fuit mundus. *p. 1.*
Genes. 1. v. 11. Germinet terra herbam vitem, & factum est ita hoc tempore veris conditum mundum probat. *ibid.*
Genes. 8. Columba ramum olivæ portavit, non posset autem ex oleis illis, quas diluvium obruerat, sed ex campo, quo aquæ non accessissent. *p. 157*
Genes. 7. Diluvium universam delevit terram, & omnem substantiam, quam fecit de superficie terræ. *ibid.*
Genes. 8. v. 13. Sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram, & aperiens Noë lectum arcae asperxit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ. *p. 164*
Genes. 8. v. 14. Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra
è 4 quæ

Index Antilogiarum.

- quæ inter se opponuntur. *ibid.*
- Genes. 8.* Requievit arca mense septimo 27. die super montes Armenia. p. 165
- Genes. 7. v. 11.* Anno sexcentesimo vitæ Noë mense secundo, 17. die mensis rupti sunt omnes fontes abyssi. Ex quibus habemus duos menses, & 17. dies, v. 12. facta est pluvia super terram 40. diebus, & v. ult. obtinueruntque aquæ terram 150. diebus. Ex quibus colligitur sex menses lunares (qui 177. diebus absolvuntur) & dies 13. Quibus si adjungas menses, duos, & 17. dies novem excedunt menses, non igitur requievit septimo mense, *ibid.*
- Genes. 8.* Decimo enim mense primo die mensis apparuerunt cacumina montium. pag. 166
- Ibid. v. 9.* Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est Columba, aquæ enim erant super universam terram. *ibid.*
- Genes. 8.* Tollens de cunctis pecoribus & volucris mundis obtulit holocausta. *ibid.*
- Levit. 11. & Deut. 14.* Distinctio inter hæc animalia munda ab immundis, & holocaustum eorum tunc primum haberetur. *ibidem.*
- Genes. 8.* Nequaquam ultra maledicam terræ. pag. 167
- Deut. 28.* Maledictus in civitate, maledictus in agro, & Pentapolim subvertit Deus. *ibid.*
- Genes. 8.* Requievit arca super montes Armenia, quæ septentrionalis est Babyloni. pag. 234
- Genes. 11.* Cumque proficiscerentur de oriente. *ibid.*
- GENESIS CAPVT IX.**
- Genes. 9.* Dixit Deus crescite, & multiplicamini. p. 180
- Paul. 1. ad Corinth. 7.* Qui non jungit virginem suam melius facit. *ibid.*
- Genes. 9.* Non erit deinceps diluvium. pag. 193
- Psal. 18.* Dominus diluvium inhabitare facit. *ibid.*
- Genes. 9.* Prohibetur homicidium sub pœna mortis. *ibid.*
- Exod. 21.* Homicidium pretio redimi poterat. *ibid.*
- Genes. 9.* Carnem cum sanguine non comedendam. *Levit. 6. 17. & actor. 15.* à sanguine, & suffocato abstinentum præcipitur. *ibid.*
- Omnia caeremonialia jam abrogata passim re-*
- petit Paulus, neque christiani à sanguine, & suffocato se continent. ibid.*
- Genes. 9.* Quicumque effuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius. p. 198
- Num. 35.* Vindex sanguinis impune occidit, qui interfecit proximum sibi. *ibid.*
- Genes. 9.* Prohibetur posteris omnibus omne suffocatum. *ibid.*
- Deut. 14.* Permittit Dominus suffocatum, & morticinum gentibus. *ibid.*
- Genes. 9.* Ad imaginem Dei dicitur homo factus. *ibid.*
- Psal. 70.* Domine quis similis tibi. *ibid.*
- Genes. 9.* Maledictionis afficitur pœna paternæ innocens nepos Chanaam. *ibid.*
- Ezech. 18.* Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater, filij, sed anima quæ peccaverit ipsa punietur. Idem constat *Exod. 20. & Deut. 24. ibid.*
- Genes. 9.* Chanaam servus servorum erit fratribus suis. p. 208
- Exod. à cap. 1. usque ad 10.* Posteriores Sem Aegyptiis servierunt à Cham posteris originem ducentibus. *ibid.*
- Genes. 9.* Maledictus sit Chanaam. p. 210
- Genes. 10.* Chanaam nondum natus erat, v. enim 12. dicitur natusque sunt eis filij post diluvium. *ibid.*
- Genes. 9.* Chanaam maledicitur pro suo parente. p. 710
- Exod. 34.* Non occidentur patres pro filiis. *ibid.*
- GENESIS CAPVT X.**
- Genes. 10.* Chanaam nondum natus erat, v. enim 12. dicitur natusque sunt eis filij post diluvium. p. 210
- Genes. 9.* Maledictus sit Chanaam. *ibid.*
- Genes. 10.* Nomen uni Phaleg, eo quod diebus suis divisa sit terra. p. 226
- Genes.* Tredecim generationes Jectam fratris Phaleg natu minoris intererant confusione linguarum, non ergo diebus Phaleg terra divisa est. *ibid.*
- GENESIS CAPVT XI.**
- Genes. 11.* Arphaxad, Sale, Heber annos 120. exceperunt, & Jojada ad 130. pervenit, 2. Paral. 24. p. 127
- Genes. Cap. 6. v. 3.* Dixitque Deus non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est eruntque dies illius centum viginti annorum. *ibid.*
- Genes. 11.* Cumque proficiscerentur de oriente. p. 234
- Gen. 8.* Requievit arca super montes Armenia, quæ septentrionalis est Babyloni. *ibid.*
- Genes. 11.* Invenit campum in terra Sennaar. p. 235

Index Antilogiarum.

Constat ex eodem cap. nullum ibi fuisse hominem, à quo posset nomen imponi. *ibid.*
Genes. 11. Dominus descendit ut videret. *ibid.*
Ad Hebr. 4. Nulla creatura invisibilis in conspectu Domini. *ibid.*
Genes. 11. Cœperuntque hoc facere, nempe turrim, cujus culmen pertingeret Cœlum, nec desisterent à cogitationibus suis, donec opere compleant. *ibid.*
 impossibile est ædificium construere, cujus culmen Cœlum pertingat. Non ergo unquam opere compleverunt. *ibid.*
Genes. 11. Arphaxad vixit triginta, & quinque annis, & genuit Sale. *ibid.*
Lucas Cap. 3. Inter Arphaxad, & Sale ponit Chanaam. Arphaxad ergo cum esset 35. annis, genuit Sale, & simul eodem anno Chanaam ejus parentem, quod impossibile est. *ibid.*
Genes. 11. Vixitque Tare 70. annis, & genuit Abraham, & Nachor, & Aram, & v. 31. facti sunt dies Tare 205. annorum, Abraham, 75. annorum erat cum egressus est de Aram, & 145. Tare, & 60. ante illius mortem. p. 236
Act. cap. 5. Constat Abraham egressum esse de Charam seu Aram postquam parens mortuus est. *ibid.*
Genes. 11. Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluuium, quæ inundatio integro duravit anno. Ex quibus infertur Sem non fuisse centum annorum tempore diluvij. p. 242
Genes. 5. v. ultim. Noë vero dicitur, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem, Cham, & Japheth. *Gen. 7.* Noë dicitur fuisse sexcentorum annorum, quando diluvij aquæ inundaverant terram. Ex quibus deducitur, Sem cum incepit diluuium fuisse centum annorum. *ibid.*
Genes. 11. Deus descendit ut videret. p. 243
 Deus omnia videt, & loco non movetur. *ibid.*
Genes. 11. Abraham natus est anno 70. patris sui, qui vixit 205. annis. p. 253
Ex Genes. 12. Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egredereur de Haram. Egressus autem est post mortem patris sui Tare. *ibid.*

GENESIS CAPVT XII.

Genes. 12. A promissione Abrahæ usque ad legem Mosis datam fuisse videtur, 645. annos Abraham enim 75. erat annorum cum hæc facta fuit illi promissio. Unde usque ad descensum in Ægyptum 215. fuerit anni, ab ingressu usque ad exitum

430. *Exod. cap. 12.* adde dies ab exitu usque ad legem datam. p. 252
Paulus ad Galatas. 3. Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. *ibid.*
Genes. 12. Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egredereur de Haram. Egressus autem est post mortem patris sui Tare. p. 253
Genes. 11. Abraham natus est anno 70. patris sui, qui vixit 205. annis. *ibid.*
Genes. 12. Vocavitque Pharaon Abrahæ. *ibid.*
 Quomodo superstes ad tempora Mosis 430. scilicet annos, ut præcedenti antilogia Pharaon. *ibid.*
Genes. 12. Deus qui eduxit me de terra natiuitatis meæ, & cap. 15. Qui eduxit te de Vr Chaldeorum, erat ergo Vr Patria Abrahæ. p. 366
Genes. 24. Ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem, id est, in urbem Haram. *ibid.*

GENESIS CAPVT XIII.

Genes. 13. Omnem terram, quam conspicias, dabo tibi. p. 260
 Non poterat conspiciere omnem terram, quam ipsi ab Aquilone ad Meridiem, ab Oriente ad Occidentem concessit. *ibid.*
Genes. 13. Omnem terram, quam conspicias, tibi dabo. *ibid.*
Act. Cap. 7. Dicitur quod non dedit hereditatem in ea, nec passum pedis. *ibid.*
Genes. 13. Omnem terram dabo tibi in sempiternum. *ibid.*
 A Messia occiso illam amiserunt, ut constat. *ibid.*

GENESIS CAPVT XIV.

Genes. 14. Percusserunt omnem regionem Amalecitarum. p. 261
Genes. 26. Non erat, Amalec, qui fuit auctor gentium illarum, fuit nepos Esau. *ibid.*
Genes. 14. v. 10. Rex Sodomæ in bello cecidit. Eodem Cap. Sodomorum Rex obviam occurrit Abrahæ victori. *ibid.*
Genes. 14. Persequutus est eos usque Dam. *ibid.*
Divus Paulus Act. 22. Principibus, inquit, non maledicendum. *ibid.*
Genes. 14. Egredia est Dina filia Iacobi, unde soror filiorum Jacob. p. 412
Genes. 34. Si autem circumcidi nolueris, volumus filiam nostram. *ibid.*

Index Antilogiarum.

GENESIS CAPVT IX.

- Genes. 15.* Dicit Dominus Abraham suspice Cœlum, & numera stellas. p. 269
Iob 4. Adspexi solem cum splenderet. Quasi delictum esset, adspicere solem, ibid.
Genes. 15. Scio prænotens quod peregrinum futurum sit semen tuum, ita & affligent quadringentis annis. p. 270
 Habitatio filiorum Israël fuit quadringentorum & triginta annorum. ibid.
Genes. 15. Generatione autem quarta reuertentur hæc, ubi 400. annos denotant istæ generationes. ibid.
Baruc Cap. 5. Eritis Babylone usque ad generationem septimam, ubi fuerunt 70. anni, ut ex Ier. cap. 25. ibid.
Genes. 15. Qui eduxi te de Vr Chalceorum. ibid.
Genes. 12. Deus, qui eduxit me de terra natiuitatis meæ, erat ergo Vr patria Abraham. pag. 366
Genes. 14. Ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem, id est in urbem Haram. ibid.
Genes. 15. Constat habitasse filios Jacob 400. annis, quæ omnia comparari non possunt cum sequenti textu, & Exod. 12. dicitur fuisse, 430. p. 530
Exod. Cap. 6. Anni vitæ Levi fuerunt, 127. ingressus autem est in Ægyptum, cum 43. fuisset annorum. Unde mortuus 121. annis ante egressum ex Ægypto, & ante ortum Moïsi 41. annis. Ex quibus constat filios Jacob fuisse in Ægypto, 215. annis. ibid.
Genes. 15. Affligent eos quadringentis annis. pag. 546
Exod. 12. Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. ibid.

GENESIS CAPVT XVII.

- Genes. 17.* Circumcisio data fuit Abraham in fœdere sempiterno. p. 272
Paul. ad Galatas 5. Circumcisio nil prodest. ibid.
Genes. 17. Infans octo dierum circumcidatur. pag. 287
Iosue 5. Per quadraginta annos populus non est circumcisus. ibid.
Genes. 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. p. 290

- Ex eodem Cap. 17.* Tam vernaculus, quam emptitius circumcideretur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra. ibid.
Genes. 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me, & vos & semen tuum post te. ibid.
Ierem. cap. 9. Ecce dies venient, dicit Dominus, & visitabo super omnem qui circumcisum habet præputium super Ægyptum, & super Judam, & super Edom, & super filios Ammon, & Moab. ibid.
Genes. 17. Masculus, qui circumcisus non fuit delebitur anima illius de populo suo. pag. 291
Ezech. 18. Anima, quæ peccaverit ipsa punietur. ibid.
Genes. 17. Risit in corde suo, dicens Abraham putas ne centenario nasceretur filius? & Sara nonagenaria pariet? p. 293
Paulus ad Rom. 14. Et non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum, neque mortuam vulvâ Saræ, &c. ibid.

GENESIS CAPVT XVIII.

- Genes. 18.* Quare risit Sara? ubi diffidentia reprehenditur à Deo.
Genes. 17. Risit Abraham, & tamen dicitur, quod credidit, & reputatum est ad iustitiam.
Genes. 18. Descendam, & videbo dicit de te Deus. p. 307
Paul. ad Hebræos 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis Domini. ibid.
Genes. 18. Pueros culpæ innoxios perdidit Deus. p. 307. & p. 311
 Anima, quæ peccaverit ipsa punietur. ibid.
Genes. 18. Habeo duas filias abutimini eis, dummodo viris istis nil mali faciatis. pag. 307
Paul. ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona. ibid.
Genes. 18. v. 2. Angelos adoravit Abraham Lot *Genes. 19. Josue. Cap. 5. Manue. Iudic. 13. Balam Num. 22. p. 308*
Matth. 4. & Deut. 6. v. 15. Deum solum adorandum constat, & Paul. 5. ad Thim. 5. v. 17. Apoc. 19. Angelus recusat adorari. ibid.

GENESIS CAPVT XIX.

- Genes. 20.* Cum sciret Abimelech Saram uxorem esse Abraham, exostulans ut quid simularet conjugium? sic responderet
 vere

Index Antilogiarum.

vere soror mea est filia patris mei, & non filia matris meae. p.325
* *Levit. Cap. 20. v. 17.* Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suae, & viderit turpitudinem ejus, &c. nefariam rem operati sunt. Quod non solum lege scripta, sed naturali prohibitum censent Patres. ibid.

GENESIS CAPVT XXI.

Genes. 21. Dicitur civitatem vocari Bersabee: quia Abraham, & Abimelech ibi iniierunt foedus, atque jurarunt. p.334
Genes. 26. v. 33. Et nomen urbi impositum est Bersabee, usque in praesentem diem, a puteo invento. ibid.
Genes. 21. Abraham foedus iniit cum Abimelech. p.335
Exod. 23. Cum Gentilibus prohibitum est. ibid.
Genes. 21. Dixitque Abraham ego jurabo. ibid.
Matth. 5. Prohibitum est jurare. ibid.

GENESIS CAPVT XXII.

Genes. 22. Tentavit Dominus Abraham. pag.337
Iac. 1. Deus neminem tentat. ibid.
Genes. 22. Postquam adoraverimus revertemur ad vos. ibid.
Tolle filium tuum, &c. Offerendum in holocaustum. ibid.

GENESIS CAPVT XXIII.

Genes. 23. Et adoraverit populum. p.362
Deut. 6. Dominum Deum solum esse adorandum. ibid.
Genes. 23. Abraham emit ab Ephron filio Scor agrum, juxta urbem in sepulcrum Sarae. ibid.
Act. Apost. cap. 7. Descendit Jacob in Aegyptum, & defunctus est ipse, & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham pretio argenti a filiis Hemor, filij Sichem. ibid.
Genes. 23. Sepulchrum Abraham in Hebron collocatum est. p.363
Act. Apost. cap. 7. Jacob, & filij ejus translati sunt in Sichem, & positi in sepulchro Abraham. ibid.
Genes. 23. Abraham in Chanaan speluncam, & agrum constat emisse. ibid.
Act. 7. Dicitur quod non dedit hereditatem in ea, nec passum pedis. ibid.

GENESIS CAPVT XXIV.

Genes. 24. Ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem, id est in urbem Haran. p.366

Genes. 12. Deus, qui eduxit me de terra nativitatis meae, & cap. 15. Qui eduxi te de Vr Chaldaeorum, erat ergo Vr patria Abraham. ibid.

Genes. 24. Deditque illi omnia, quae habuerat. pag.367

Genes. 25. Dedit Abraham omnia, quae possederat Isaac. ibid.

Genes. 24. Filium meum tantum ne reducas illuc. Quasi cum hominibus nativitatis suae solum commorari praeciperet. p.371.

Ex Genes. 26. Juraverunt sibi mutuo, & v. 13. incamus foedus. ibid.

GENESIS CAPVT XXV.

Gen. Cap. 25. Jacob vir simplex. p.367
Genes. 27. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem. ibid.
Genes. 25. Dedit Abraham omnia, quae possederat Isaac. ibid.
Genes. 24. Deditque illi omnia, quae habuerat. ibid.
Genes. 25. Aliam duxit uxorem nomine Ceturam. ibidem
Filiis autem concubinarum largitus est munerata. Quasi Cetura concubina fuisset. ibid.
Genes. 25. Jacob virum simplicem fuisse constat, & post benedictionem ab Isaac Jacob oblata multifariam illi Deum apparuisse constat. p.381
Genes. 27. Ego sum Esau feci sicut praecipisti mihi. Comede de venatione mea. Vestibus Esau induit eum. Quae omnia mendacia sunt. ibid.

GENESIS CAPVT XXVI.

Genes. 26. Non erat Amalec, qui fuit auctor gentium illarum, fuit nepos Esau. p.261
Percusserunt omnem regionem Amalecitarum. ibid.
Genes. 26. v. 33. Et nomen urbi impositum est Bersabee, usque in praesentem diem a puteo invento. p.334
Genes. 21. Dicitur civitatem vocari Bersabee, quia Abraham, & Abimelech ibi iniierunt foedus, atque jurarunt. ibid.
Genes. 26. Juraverunt sibi mutuo, & v. 13. incamus foedus. p.371
Genes. 24. Filium meum tantum ne reducas illuc. Quasi cum hominibus nativitatis suae solum commorari praeciperet. ibid.

GENESIS CAPVT XXVII.

Genes. 27. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem. p.371
Genes. Cap. 25. Jacob vir simplex. p.367
Genes. 27. Ego sum Esau. Feci sicut praecipisti mihi. Comede de venatione mea. Vestibus

Index Antilogiarum.

GENESIS CAPVT XV.

- Genes. 15.* Dicit Dominus Abraham suspice Cœlium, & numera stellas. p. 269
Iob 4. Adspexi solem cum splenderet. Quasi delictum esset, adspicere solem. ibid.
Genes. 15. Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum, ita & affligent quadringentis annis. p. 270
 Habitatio filiorum Israël fuit quadringentorum & triginta annorum. ibid.
Genes. 15. Generatione autem quarta revertentur huc, ubi 400. annos denotant istæ generationes. ibid.
Baruc Cap. 5. Eritis Babylone usque ad generationem septimam, ubi fuerunt 70. anni, ut ex *Ier. cap. 25.* ibid.
Genes. 15. Qui eduxi te de Vr Chalæeorum. ibid.
Genes. 12. Deus, qui eduxit me de terra natiuitatis meæ, erat ergo Vr patria Abraham. pag. 366
Genes. 14. Ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem, id est in urbem Haram. ibid.
Genes. 15. Constat habitasse filios Jacob 400. annis, quæ omnia comparari non possunt cum sequenti textu, & *Exod. 12.* dicitur fuisse, 430. p. 530
Exod. Cap. 6. Anni vitæ Levi fuerunt, 127. ingressus autem est in Ægyptum, cum 43. fuisset annorum. Unde mortuus 121. annis ante egressum ex Ægypto, & ante ortum Moïsi 41. annis. Ex quibus constat filios Jacob fuisse in Ægypto, 215. annis. ibid.
Genes. 15. Affligent eos quadringentis annis. pag. 546
Exod. 12. Habitatio autem filiorum Israël, qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum. ibid.

GENESIS CAPVT XVII.

- Genes. 17.* Circumcisio data fuit Abraham in fœdere sempiterno. p. 272
Paul. ad Galatas 5. Circumcisio nil prodest. ibid.
Genes. 17. Infans octo dierum circumcidatur. pag. 287
Iosue 5. Per quadraginta annos populus non est circumcisus. ibid.
Genes. 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. p. 290

- Ex eodem Cap. 17.* Tam vernaculus, quam emptitius circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra. ibid.
Genes. 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me, & vos & semen tuum post te. ibid.
Ierem. cap. 9. Ecce dies venient, dicit Dominus, & visitabo super omnem qui circumcisus habet præputium super Ægyptum, & super Judam, & super Edom, & super filios Ammon, & Moab. ibid.
Genes. 17. Masculus, qui circumcisus non fuit delebitur anima illius de populo suo. pag. 291
Ezech. 18. Anima, quæ peccaverit ipsa punietur. ibid.
Genes. 17. Risit in corde suo, dicens Abraham putas ne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? p. 293
Paulus ad Rom. 14. Et non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum, neque mortuam vulvam Saræ, &c. ibid.

GENESIS CAPVT XVIII.

- Genes. 18.* Quare risit Sara? ubi diffidentia reprehenditur à Deo.
Genes. 17. Risit Abraham, & tamen dicitur, quod credidit, & reputatum est ad iustitiam.
Genes. 18. Descendam, & videbo dicit de te Deus. p. 307
Paul. ad Hebræos 4. Omnia nuda, & aperta sunt oculis Domini. ibid.
Genes. 18. Pueros culpæ innoxios perdidit Deus. p. 307 & p. 311
 Anima, quæ peccaverit ipsa punietur. ibid.
Genes. 18. Habeo duas filias abucimini eis, dummodo viris istis nil mali faciatis. pag. 307
Paul. ad Rom. 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona. ibid.
Genes. 18. v. 2. Angelos adoravit Abraham
Lot Genes. 19. Iosue. Cap. 5. Manue. Iudic. 13. Balam Num. 22. p. 308
Matth. 4. & Deut. 6. v. 15. Deum solum adorandum constat, & *Paul. 15. ad Thim. 5. v. 17. Apoc. 19.* Angelus recusat adorari. ibid.

GENESIS CAPVT XIX.

- Genes. 10.* Cum sciret Abimelech Saram uxorem esse Abraham, exposulans ut quid simularet conjugium? sic responderet vere

Index Antilogiarum.

vere soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ. p.325
* *Levit. Cap. 20. v. 17.* Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem ejus, &c. nefariam rem operati sunt. Quod non solum lege scripta, sed naturali prohibitum censent Patres. ibid.

GENESIS CAPVT XXI.

Genes. 21. Dicitur civitatem vocari Bersabee quia Abraham, & Abimelech ibi iniierunt fœdus, atque jurarunt. p.334
Genes. 26. v. 33. Et nomen vrbi impositum est Bersabee, usque in præsentem diem, à puteo invento. ibid.
Genes. 21. Abraham fœdus iniit cum Abimelech. p.335
Exod. 23. Cum Gentilibus prohibitum est. ibid.
Genes. 21. Dixitque Abraham ego jurabo. ibid.
Matth. 5. Prohibitum est jurare. ibid.

GENESIS CAPVT XXII.

Genes. 22. Tentavit Dominus Abraham. pag.337
Jac. 1. Deus neminem tentat. ibid.
Genes. 22. Postquam adoraverimus revertemur ad vos. ibid.
Tolle filium tuum, &c. Offer eum in holocaustum. ibid.

GENESIS CAPVT XXIII.

Genes. 23. Et adoraverit populum. p.362
Deut. 6. Dominum Deum solum esse adorandum. ibid.
Genes. 23. Abraham emit ab Ephron filio Scor agrum, juxta urbem in sepulcrum Saræ. ibid.
Act. Apost. cap. 7. Descendit Jacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro quod emit Abraham precio argenti à filiis Hemor, filij Sichem. ibid.
Genes. 23. Sepulchrum Abrahæ in Hebron collocatum est. p.363
Act. Apost. cap. 7. Jacob, & filij ejus translati sunt in Sichem, & positi in sepulchro Abrahæ. ibid.
Genes. 23. Abraham in Chanaan speluncam, & agrum constat emisse. ibid.
Act. 7. Dicitur quod non dedit hereditatem in ea, nec passum pedis. ibid.

GENESIS CAPVT XXIV.

Genes. 24. Ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem, id est in urbem Maram. p.366

Genes. 12. Deus, qui eduxit me de terra natiuitatis meæ, & cap. 15. Qui eduxi te de Vr Chaldæorum, erat ergo Vr patria Abrahæ. ibid.

Genes. 24. Deditque illi omnia, quæ habuerat. pag.367

Genes. 25. Dedit Abraham omnia, quæ possederat Isaac. ibid.

Genes. 24. Filium meum tantum ne reducas illuc. Quasi cum hominibus natiuitatis suæ solum commorari præciperet. p.371.

Ex Genes. 26. Juraverunt sibi mutuo, & v. 13. ineamus fœdus. ibid.

GENESIS CAPVT XXV.

Gen. Cap. 25. Jacob vir simplex. p.367

Genes. 27. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem. ibid.

Genes. 25. Dedit Abraham omnia, quæ possederat Isaac. ibid.

Genes. 24. Deditque illi omnia, quæ habuerat. ibid.

Genes. 25. Aliam duxit uxorem nomine Ceturam. ibidem

Filiis autem concubinarum largitus est muna. Quasi Cetura concubina fuisset. ibid.

Genes. 25. Jacob virum simplicem fuisse constat, & post benedictionem ab Isaac Jacob oblatam multifariam illi Deum apparuisse constat. p.381

Genes. 27. Ego sum Esaü feci sicut præcepisti mihi. Comede de venatione mea. Vestibus Esaü induit eum. Quæ omnia mendacia sunt. ibid.

GENESIS CAPVT XXVI.

Genes. 26. Non erat Amalec, qui fuit auctor gentium illarum, fuit nepos Esaü. p.261
Percusserunt omnem regionem Amalecitarum. ibid.

Genes. 26. v. 33. Et nomen urbi impositum est Bersabee, usque in præsentem diem à puteo invento. p.334

Genes. 21. Dicitur civitatem vocari Bersabee, quia Abraham, & Abimelech ibi iniierunt fœdus, atque jurarunt. ibid.

Genes. 26. Juraverunt sibi mutuo, & v. 23. ineamus fœdus. p.371

Genes. 24. Filium meum tantum ne reducas illuc. Quasi cum hominibus natiuitatis suæ solum commorari præciperet. ibid.

GENESIS CAPVT XXVII.

Genes. 27. Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem. p.367

Genes. Cap. 25. Jacob vir simplex. ibid.

Genes. 27. Ego sum Esaü. Feci sicut præcepisti mihi. Comede de venatione mea. Vestibus

Index Antilogiarum.

- Vestibus Esau induit eum. Quæ omnia mendacia sunt. p.382
- Genes. 25.* Jacob Virum simplicem fuisse constat, & post benedictionem ab Isaac Jacob oblatam. Multifariam illi Deum apparuisse constat. *ibid.*
- Genes. 27.* In pinguedine terræ, & in rore Cæli desuper erit benedictio tua, accepit ergo benedictionem. p.387
- Paulus ad Hebr. 12.* Ne quis sit fornicator, sive prophanus, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Scitor enim, quoniam postea cupiens hæreditate benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quamquam cum lachrymis inquisisset eam. Ex quibus Paulus negat accepisse benedictionem, quam cum lachrymis postulabat ab Isaac. *ibid.*
- Gen. 27.* Fratri tuo servies inquit Esau ad Jacob. p.388
- Genes. 32.* Servi tui Jacob munera misit Domino suo Esau. Verba sunt, quæ loquutus est Jacob. *ibid.*
- Genes. 27.* Tempusque veniet, cum excutias, & solvas jugum ejus de cervicibus tuis. *ibid.*
- Nullibi reperitur, posteros Esau jugum Israelitarum solvisse. *ibid.*

GENESIS CAPVT XXVIII.

- Genes. 28.* Surgens Jacob mane tulit lapidem quem supposuerat in titulum fundens oleum desuper. p.395
- Levit. 26.* Nec titulos erigatis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra. *ibid.*
- Genes. Cap. 28.* Appellavit nomen vrbi Bethel quæ prius Luza vocabatur. *ibid.*
- Iosue cap. 16.* Cecidit fors filiorum Joseph ab Jordane contra Jericho ad montem Bethel, & egreditur de Bethel Luzam. *ibid.*
- Genes. 28.* Si hæc, & hæc fecerit mihi Dominus erit mihi in Deum: quasi non sic, si non fecerit illa. Quod impium videtur. pag.396
- Daniel 3.* Deus potest eripere nos de camino ignis, quod si noluerit, Deos tuos non colimus. *ibid.*

GENESIS CAPVT XXIX.

- Genes. 29.* Imple hebdomadam, &c. & transacta Rachel duxit uxorem. p.406
- Genes. 31.* Oppositum constat. *ibid.*

GENESIS CAPVT XXX.

- Genes. 30.* Constat mulierem sub viri fore potestate, & dominio, filiosque in dolo

- re parituram, & si statum conservarent scelicissimum innocentie. p.355
- Genes. 3.* In pœnam dixit mulieri Deus, multiplicandos conceptus, in dolore parituram filios, & sub viri fore potestate, & dominio. *ibid.*
- Genes. 30.* Constat septimam fuisse istam apparitionem. p.412
- Genes. 35.* Apparuit iterum Deus Jacob. *ibid.*

GENESIS CAPVT XXXI.

- Genes. 13.* Ubi scædus Jacob, & Laban inierunt, medio utriusque juramento p.406
- Exod. 23.* Nomen Idolorum gentium non memorabitis. Idem peccat qui jurat ac qui est in causa. *ibid.*
- Genes. 31.* Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac. p.407
- Matth. Cap. 5.* Reprehensis Pharisæis prohibet formulam juramenti. Neque per Cælum, neque per templum, neque per caput tuum, juraveris, lb. Sit autem vester sermo est, est non, non, quod autem abundantius est à malo est, D. Jacobus epist. c.5. Nolite jurare neque per Cælum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum, Deur. 6. per nomen Dei jurabis. *ibid.*

GENESIS CAPVT XXXII.

- Genes. 32.* Servi tui Jacob munera misit Domino suo Esau. Verba sunt, quæ locutus est Jacob. p.388
- Genes. 27.* Fratri tuo servies, inquit, Esau ad Jacob. *ibid.*
- Genes. 32.* Vidi Dominum facie ad faciem. pag.410
- Exod. 33.* Faciem meam videre non poteris: non enim videbit me homo, & vivet. *ibid.*
- Genes. 32.* Constat septimam fuisse sequentem apparitionem. p.412
- Genes. 35.* Apparuit iterum Dominus Jacob. *ibid.*

GENESIS CAPVT XXXIII.

- Genes. 33.* Donec veniam ad Dominum meum in Scir. p.411
- Nullibi legitur fecisse. *ibid.*
- Genes. 33. v. 19.* Et Iosue vit. v. 3. dicitur Jacob hanc partem agri emisse à filiis Hemor centum agnis. p.455
- Genes. 48.* Partem quam tulit de manu Amorrhæi in arcu, & gladio. *ibid.*

Index Antilogiarum.

GENESIS CAPVT XXXIV.

- Genes.* 34. Non possumus dare sororem nostram homini incircumciso, hoc enim illicitum est. p.411
Genes. 41. Joseph uxorem Ægyptiam, Moses uxorem Ægyptiam, Jacob filiam Labam incircumcisi duxerunt. ibid.
Genes. 34. Si autem circumcidi nolueritis tollemus filiam nostram. p.412
Genes. 14. Egredia est Dina filia Lia unde soror filiorum Jacob. ibid.

GENESIS CAPVT XXXV.

- Genes.* 35. Apparuit iterum, Deus Jacob. pag.412
Genes. 28. 30. 32. Constat septimam fuisse istam apparitionem. ibid.
Genes. 35. Non vocaberis ultra Jacob, sed Israël erit nomen tuum. ibid.
Eod. 35 v. 27. Et alibi post hæc vocatus est Jacob. ibid.

GENESIS CAPVT XXXVI.

- Genes.* 36. v. 24. Iste est Ana. p.420
Genes. 36. v. 2. & 14. Ana mulier dicitur. ibid.

GENESIS CAPVT XXXVII.

- Genes.* 37. Vidi per somnium quasi solem, & Lunam, & stellas, undecim adorare me. Num ego, & mater tua, & fratres tui adoravimus te? Quasi tunc vixisset Rachel. p.420
Ex eisdem verbis constat mortuam fuisse Rachelem. Ostendit hoc similitudo 11. stellarum, ex qua Benjamin vixisse constat, in cujus enixu mortua est Rachel. ibid.
Genes. 37. Vidi per somnium quasi solem, & Lunam, & undecim stellas adorare me. ibid.
Rachel cum mortua esset, nunquam adoravit Josephum. ibid.
Genes. 37. Prætereuntibus Madianitis vendiderunt eum Ismaëlitis. Madianitæ vendiderunt Joseph Putiphari. p.421
Genes. 39. Emit eum Putiphar de manu Ismaëlitærum. ibid.
Genes. 37. Vendiderunt Putiphari Eunucho. ibid.
Genes. 39. Referuntur filij Putipharis. ibid.

GENESIS CAPVT XXXVIII.

- Genes.* 38. Thamar duobus fratribus nupsit, quia, & Sela promissa. p.439

- Levit.* 18. Prohibetur relevati turpitudinem uxoris fratris sui. ibid.
Genes. 38. Dixitque Iudas producite eam, ut comburatur. p.442
Ibidem justior me est & v. 14. Mutato habitu sedit in bivio itineris, quasi meretrices essent permixtæ. Nec simplex copula poena speciali esset digna. ibid.

GENESIS CAPVT XXXIX.

- Genes.* 39. Emit eum Putiphar de manu Ismaëlitærum. p.421
Genes. 37. Prætereuntibus Madianitis, vendiderunt eum Ismaëlitis. Madianitæ vendiderunt Joseph Putiphari. ibid.
Genes. 39. Referuntur filij Putipharis. ibid.
Genes. 37. Vendiderunt Putiphari Eunucho. ibid.

GENESIS CAPVT XLI.

- Gen.* 41. Joseph uxorem Ægyptiam, Moses uxorem Ægyptiam, Jacob filiam Labam incircumcisi duxerunt. p.411
Genes. 34. Non possumus dare sororem nostram homini incircumciso, hoc enim illicitum est. ibid.

GENESIS CAPVT XLII.

- Genes.* 42. Exploratores estis. p.449
Ibidem refertur cognovisse illos, unde mentitum esse videtur. ibid.
Genes. 42. Per salutem Pharaonis. ibid.
Deut. 6. Per nomen Dei jurabis. ibid.

GENESIS CAPVT XLIII.

- Genes.* 43. Biberuntque, & inebriati sunt. pag.451
Paul. ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. ibid.

GENESIS CAPVT XLIV.

- Genes.* 44. An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi tenuitate? p.451
Prohibitum est augurare lege naturæ, & scriptæ. ibid.

GENESIS CAPVT XLVI.

- Genes.* 46. Inde adducam te revertentem inquit Deus Jacobo. p.451
Cap. 49. Dicitur quod Jacob moritur in Ægypto. ibid.
Genes. 46. Filij Simeon, Ismaël, & Jamin, & Sohar, & Saül filij Chauaniticis, sex nominantur. p.452

Index Antilogiarum.

Paral. 1. Cap. 4. Sic legitur. Filij Simeon, Namaan, & Iamin, & Jarib, Ara, Saul, quinque, & diversis nominibus referuntur. *ibid.*

Genes. 46. Duo filij Phares Herfon, & Hamuel referuntur ingressi in Ægyptum. *ibid.*

Genes. 38. Constat oppositum. *ibid.*

Genes. 46. Omnes animæ filiorum, & filiarum ejus 33. *P. 453*

Ibidem si numerentur Ruben, Simeon, Levi, Judas, Issachar, & Zabulon cum filiis eorum reperientur 35. si demas Her, & Onam mortuos, sunt 32. *ibid.*

Genes. 46. Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt in Ægyptum, & egressæ sunt de foemore illius absque uxoribus filiorum ejus sexaginta sex. *ibid.*

Genes. 46. v. 27. Omnes animæ domus Jacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuere, 70. *ibid.*

Actor. 7. Dicuntur 75. *ibid.*

GENESIS CAPUT XLVII.

Genes. 47. Joseph patri, & fratribus dedit possessionem in Ægypto in optima terræ solo Ramefes, ut præceperat Pharaon. *pag. 455*

Sed ibidem, v. 7. Præcepit Pharaon ut illis traderetur terra Gesen, hanc ipsi fratres desiderarunt, & illis petit Joseph ut ex *Genes. cap. 46.* pater. *ibid.*

Genes. 47. Adoravit Israël Deum, conversus ad lectuli caput. *ibid.*

Paulus ad Hebr. 11. Adoravit fastigium virgæ ejus. *ibid.*

GENESIS CAPUT XLVIII.

Genes. 48. Partem quam tulit de manu Amorrhæi in arcu, & gladio. *p. 455*

Genes. 33. v. 19. Et Josué ultimo, v. 3. dicitur Jacob hanc partem agri emisse à filiis Hemor centum agnis. *ibid.*

GENESIS CAPUT XLIX.

Genes. 49. Non auferetur sceptrum de tribu

Juda, & dux de foemore ejus donec veniat, qui mittendus est. *p. 455*

Reg. 1. Saul in Regem electus de tribu Benjamin primum, & post Sedechiam Amonei, qui de tribu Levi erant. *ibid.*

Genes. 49. Non auferetur sceptrum de tribu Juda donec veniat, qui mittendus est. *pag. 481*

Reg. 1. Cap. 18. Stulte egisti, inquit ad Saül Samuël, quod si non fecisses, jam nunc præparasset Deus, regnum tuum in sempiternum. *ibid.*

Genes. 49. Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia. In Consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Ex quibus ultionem de Sichimitis factam capit. 34. à Mose narratam damnat, & facinus improbum, atque crudele detestatur. *482*

Judith. cap. 9. Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudaverunt foemur virginis in confusionem, & filios illorum in captivitatem, & omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum. Ex quibus constat factinus Sichimitarum zelum divini honoris esse Iudith, arbitratam, & à Domino processisse. *ibid.*

Genes. 49. Præcipit sepeliri in spelunca duplici, quam emerat Abram. *p. 497*

Genes. 50. In sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaam. *ibid.*

GENESIS CAPUT L.

Genes. 50. In sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaam. *p. 497*

Genes. 49. Præcipit sepeliri in spelunca duplici, quam emerat Abram. *ibid.*

Genes. Cap. 50. Iacob plangitur Joseph permittente pluribus diebus. *ibid.*

Ezech. 24. Super mortuum luctum non facies. *ibid.*



ANTILOGIÆ

EX LIBRO EXODI Cap. I.

EXODI, Cap. 1. vsque ad 10. Pösteri Sem Ægyptiis serui-
runt à Chan posteris ori-
ginem ducentibus. p. 208
Genes. Cap. 9. Chanaam seruis
seruorum erit fratribus suis ibid.
Exod. 1. Erant omnes animæ eorum, qui
egressi sunt de femore Jacob septuaginta.
p. 501
Actuum Apost. Cap. 7. Accersit Jacob pa-
trem suum, & omnem cognationem
suam in animabus 75. ibid.
Exod. Cap. 1. Non fecerunt iuxta præcep-
tum regis, & v. 19. mentitæ sunt illi, v. 20.
Bene ergo fecit Dominus illis, & in præ-
mium mendacij ædificavit eis domos. ib.
Psal. 5. Perdes omnes, qui loquuntur men-
daciom. ibid.

EXODI CAPUT II.

Exod. Cap. 2. Rachuel Socerus dicitur Mosis.
pag. 501
Exod. 3. Socer ejus dicitur Jethro. ibid.
Exod. 2. Oblitit holocausta Domino, &
hostias. p. 365
Exod. 18. Cumque audisset Jethro sacerdos
Madian. ibid.
Exod. 2. Filius non portabit iniquitatem pa-
tris, sed anima, quæ peccaverit, ipsa punie-
tur idem, *Exod. 18.* & *Deut. 24.* p. 602
Exod. 20. Visitans patrum iniquitatem dicitur
Deus in filios. ibid
Exod. 2. Moses filias Jethro sacerdotis Ma-
dian duxit. p. 712
Exod. 34. Uxorem de filiabus Gentilium
non accipies. ibid.

EXODI CAPUT III.

Exod. 3. Socerus ejus dicitur Jethro. p. 501.
Exod. 2. Raguel socerus dicitur Mosis. ibid.
Exod. Cap. 3. In monte de Horeb Dominus
Mosi apparuit. p. 502.
Act. 7. Facta est apparitio in monte Sina. ib.
Exod. 3. Jethro soceri sui sacerdotis Ma-
dian, Madianitam ergo duxit uxorem
Moses. ibid.
Num. 12. Æthiopiissam duxisse constat, utra-
que prohibita illi erat. Vide antilogiam

cap. secundi Exod. ibid.
Exod. 3. Apparuitque ei Dominus in flamma
ignis de medio rubi. ibid.
Act. 7. Angelus apparuit Mosi in flamma
ignis. ibid.
Exod. 3. Ego sum Deus Abraham, & Deus
Isaac, & Deus Jacob. ibid.
Ibidem. Ego sum, qui sum, sic dices. Qui est
misit me ad vos. ibid.
Exod. 3. Spoliabitis Ægyptum. ibid.
Deut. 5. Non furtum facies. ibid.
Exod. 3. Socerus Jethro appellatur. p. 565.
Exod. 18. Jethro cognatus dicitur Mosis. ibid.
Exod. 3. & 11. & cap. 12. Præcipit Hebræis
quod peterent ab Ægyptiis commoda-
rent eis. p. 599
Exod. 20. Non dices falsum testimonium:
ubi omne mendacium prohibetur. ibid.

EXODI CAPUT IV.

Exod. 4. Moscm secum adduxisse Sephoram,
& filios. p. 522.
Exod. 18. Jethro Sephoram, & filios Mosis
tulit. ibid.
Exod. Cap. 4. Ego indurabo cor Pharaonis.
ibidem.
Exod. 8. Ingratum est cor Pharaonis. ibid.
Exod. 4. Circumcidit præputium filij sui,
quæ denotant infantilem ætatem habere,
cum severe octavo die circumcidendum
præceperit Deus puerum cujuscunque
Hebræi. Incredibile autem est, Moscm
Dei timoratum per quadraginta annos
circumcisionem filij distulisse, & tanto
tempore à Deo impunitum, & toleratum
fuisse. p. 523
Ex Act. 7. Constat fuisse 40. annorum cum
impleretur (ibi sic dicitur) ei 40. anno-
rum tempus, ascendit in cor ejus visitare
fratres, ita tunc percussit Ægyptum. Post
alia. Fugit Moses, & fuit advena in terrâ
Madian, ubi generavit filios duos, & ex-
pletis, annis 40. apparuit illi in monte
Sinai Angelus. Ex quibus constat, cum
accidit circumcisio filij, fuisse octogena-
rium, ut *Exod. 7.* ac proinde filium ejus
fore 40. annorum. ibid.

Index Antilogiarum.

Exod. Cap. 4. Dicitur quod voluit Deus occidere vel Moſem, ut aliqui exiſtimant, vel filium, ut alij, quia non erat circumciſus. pag. 523

Ex Joſue 5. Non teneri, ſed cauſa itineris, pro tempore quo durat, diſpenſare Dominum in circumciſione conſtat. ibid.

Exod. 4. Traditur Moſem ſecum adduxiſſe uxorem, & filios. p. 622

Exod. 18. Sēphoram, & filios ad Moſem adduxit. ibid.

Exod. 4. Conſtat cum Moſes Exod. 33. dicitur tollens tabernaculum, nondum eſſe. p. 707

Exod. 33. Moſes tabernaculum tollens retendit extra caſtra, & ingredi tabernaculum dicitur. ibid.

EXODI CAPVT VI.

Exod. Cap. 6. Anni vitæ Levi fuerunt 127. Ingreſſus autem eſt in Ægyptum, cum 43. fuiſſet annorum. Unde mortuus eſt 121. annis ante egreſſum ex Ægypto, & ante ortum Moſis 41. annis. Ex quibus conſtat filios Jacob fuiſſe in Ægypto, 215. annis. p. 530

Ex Geneſ. 15. Conſtat habitaſſe filios Jacob 400. annis, quæ omnia compari non poſſunt, Exod. 12. dicitur fuiſſe 430. ibid.

EXODI CAPVT VII.

Exod. 7. Ecce conſtitui te Deum Pharaonis. pag. 530

Paulus 5. Ad Corinth. 8. Nullus eſt Deus niſi unus. ibid.

Exod. 7. Conſtat plagas fuiſſe in Ægypto factas. ibid.

Pſalm. 77. Prodigia ſua in campo Tancos. ibid.

Pſal. 104. In terra Cham. ibid.

Exod. 7. Percutiam virga, quæ in manu mea eſt. ibid.

Exod. 8. Fecit hoc ipſe Aaron. ibid.

Exod. 7. Extende manum tuam ſuper aquas Ægypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos & paludes, & omnes Lacus aquarum. ib.

Exod. 7. v. 12. Feceruntque ſimiliter malefici. Ubi ergo erant, ſi jam omnes in ſanguinem erant conuerſæ aquæ. ibid.

Exod. Cap. 7. Aaron Nilum percuffit virga, non Moſes. p. 565

Exod. 17. Virgam, qua percuffiſti fluuium tolle in manu tua. ibid.

EXODI CAPVT VIII.

Exod. 8. Ingrauatum eſt cor Pharaonis. p. 522

Exod. 4. Ego indurabo cor Pharaonis. ibid.

Exod. 8. Fecit hoc ipſe Aaron. p. 530

Exod. 7. Percutiam virga, quæ in manu mea eſt. ibid.

Exod. 8. Moſes determinat in craſtinum expulſionem ranarum. p. 535

Judith. cap. 7. & 8. Exprobat, hoc ipſum. Hæc enim ſenioribus Bethulia. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei. ibid.

EXODI CAPVT IX.

Exod. Cap. 9. Mortua ſunt omnia animalia Ægyptiorum. Alias conſtat, omnes iſtas plagas, vel ſpatio unius menſis lunaris, ut quidam, vel ut alij, ſpatio unius anni contigiffe. p. 535

Exod. 14. Iſraëlitæ perſequutus eſt Pharao 600. curribus electis, maximaque equorum copia anno autem uno, & minus uno menſe hæc omnia comparari non poſſunt. ibid.

EXODI CAPVT X.

Exod. 10. De locuſtis, innumerabiles aſcendiſſe ſuper Ægyptum, quales, ante non fuerunt, nec poſtea futuræ ſunt, inquit Moſes. p. 536

Joel 2. & 4. Conſtat oppoſitum. ibid.

Exod. 10. Ut palpari queant, inquit Moſes de tenebris. ibid.

Tenebræ nihil ſunt. ibid.

Exod. 10. Nullus movit ſe loco. p. 537

Ibidem v. 24. Quomodo Pharao miſit nuntios, & vocavit Moſem, & Aaronem ſicut alijs plagis. ibid.

Exod. 10. Geneſ. 2. Benedixit diei ſeptimo. Deinde Exod. 16. Sabbathum obſervatum eſt in deſerto Sin, quo acceſſerunt menſe 2. & Deut. 5. ante legem, quæ data eſt menſe 3. p. 590

Exod. 20. Memento diem Sabbathi ſanctifices. Ex quibus inferretur, Lege Moſis fuiſſe Sabbathum inſtitutum. ibid.

EXODI CAPVT XI.

Exod. 11. Soli primogeniti mortui eſſe dicuntur. p. 537

Exod. 12. Dicitur nullam fuiſſe domum, in qua mortuus non eſſet. ibid.

Exod. 11. & 3. & Cap. 12. Præcipit Hebræis quod petere ab Ægyptijs commo dato ſua bona, ibi. Dedit gratiam ut commo darent eis. p. 599

Exod. 20. Non dices falſum testimonium: ubi omne mendacium prohibetur. ibid.

EXODI CAPVT XII.

Exod. 12. Habitatio filiorum Iſraël fuit quadringentorum, & triginta annorum. p. 270.

Geneſ. 15. Scito prænoſcens quod peregrinū futurum

Index Antilogiarum.

- futurum sit semen tuum, ita & affligent
quadringentis annis. *ibid.*
- Exod. 12.* Dicitur nullam fuisse domum in
qua mortuus non esset. *p. 537*
- Exod. 11.* Soli primogeniti mortui esse dicun-
tur. *ibid.*
- Exod. 12.* Mensis iste vobis principium men-
sium erit. *ibid.*
- Exod. 23.* Solemnitatem quoque in exitu an-
ni, quando congregaveris omnes fruges.
Hæc autem mense Tisri nostro Septem-
bri respondenti celebrari solebat. *ibid.*
- Exod. 12.* Immolabitque eum omnis multi-
tudo filiorum Israël. *ibid.*
- Esdra 6. v. 20. & 2. Paral. 35.* Sacerdotum,
vel Levitarum id proprium esse innuitur.
ibid.
- Exod. 12.* Victimam paschalem fore de agno,
vel hædo dicitur. *p. 588*
- Deut. 16.* Immolabisque Phæse de ovibus, &
de bobus. *ibid.*
- Exod. 12.* Constat agnum comedisse Israëlita-
tas ad secundam vesperam, quæ termi-
nus est diei 15, & principium diei 14. Di-
citur enim ibi, quod azyma edi incipie-
bant cum ipso agno paschali, & per se-
ptem dies durabant. Si ergo illa, & agnus
ad vesperam diem 13, claudentem inci-
perent edi, non septem, sed octo azymo-
rum essent dies, cum eundem numeren-
tur à vespera diei 13 usque ad vesperam,
in qua completur dies 21, toto enim tem-
pore isto durabant. *ibid.*
- Joan. 14.* Ante diem festum paschæ edidit
Christus agnum juxta legis præfixum
tempus. Mactavit autem, & dedit vespe-
ra diei 13, quia si in vespera diei 24, ede-
ret agnum, non ante diem festum paschæ,
sed in ipso die festo id fecisset. Dies enim
15, festivus erat, incipiens à vespera ante-
cedentis, juxta illud à vespera usque ad
vesperam celebrabitis sabbatha vestra. *ib.*
- Exod. 12.* Quarta decima luna mensis Nisan
immolari præcipitur agnus. *p. 535*
- Levit. 23.* Secundo die Paschatis ex novis
frugibus præcipitur offerri manipulum
Hoc enim non comparitur cum mensi-
bus lunaribus ex 29 constantibus die-
bus quibus utebantur Hebræi juxta,
quos luna decima quarta, quæ hoc anno
convenit cum Nisan, post plures, in De-
cembrem convenit, in qua novæ anni
fruges impossibiles sunt ex natura rei. *ib.*
- Exod. 12.* Habitatio autem filiorum Israël,
qua manserunt in Ægypto, fuit quadrin-
gentorum triginta annorum. *p. 546*
- Genes. 15.* Affligent eos quadringentis annis.
ibid.
- x 12.* Alienigena non comederit phæse. *p. 538*
- xod. 12. v. 19.* Advenis prohibetur fermentatus panis, qui solum phæse edentibus veniatur. *ibid.*
- Exod. Cap. 12.* Neque enim erat domus, in qua non jaceret mortuus. Ac proinde in qua primogenitus non fuisset. *ibid.*
- Difficiliter id credi potest, quoniam nulla mulier sterilis esse deberet, neque vir ipse, nullus vir viduus nullave mulier. Quæ omnia in civitate tam populosa impossibilia sunt fere. *ibid.*
- Exod. 12.* Et petierunt ab Ægyptiis vasa argentea, quibus illos expoliarunt, *Exod. 2. ibid.*
- Deut. 5.* Non furtum facies. *ibid.*
- Exod. 12.* Septem diebus comedetis azyma usque ad vicesimam diem ad vesperam. *ibid.*
- Marc. 14.* Prima die azymorum, quando pascha immolabant. Sentiit ergo cadere die, & pascha celebrari, & incipere azyma, cum ergo, ut superius diximus, immolatus sit agnus ad vesperam Priorem lune decimæ quartæ, quæ ad diem 13, spectat, ab illa incipiunt azyma, unde sunt 8. dies *ibid.*
- Exod. 12.* Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum aqua, sed assum tantum igni. *p. 557*
- Deut. 16.* Immolabis phæse vesperæ ad solis occasum, coques & comedes. *ibid.*
- Exod. 12.* Septem diebus præcipitur esus azymorum. *p. 558*
- Deut. 16.* Sex diebus comedes azyma. *ibid.*
- Exod. 12.* Dies prima erit sancta, atque solennis, & dies septima eadem festivitate venerabilis. *ibid.*
- Levit. 23.* Dies primus erit vobis celeberrimus, Dies autem septimus erit celebrior, & sanctior. *ibid.*
- Exod. 12.* Celebrari hunc diem inquit, cultu sempiterno. *ibid.*
- Omnia legalia, & cæremonialia in conspectu Christi cessarunt. *ibid.*
- Ex. 12.* Domibus immolare præcipit phæse. *ib.*
- Deut. 16.* Non poteris immolare phæse in qualibet urbium tuarum, sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus. *ibid.*
- Ezod. 12.* Nox ista observabilis est Domino, quædo eduxit eos de terra Ægypti. *p. 559*
- Num. 11. 2.* Profecti videntibus cunctis Ægyptiis orto ergo sole. *ibid.*
- Exod. 12.* Præcepit Hebræis, quod peterent ab Ægyptiis commodato sua bona. Ibi Dedit gratiam ut commodarent eis. *p. 599*
- Exod. 20.* Non dices falsum testimonium: ubi omne mendacium prohibetur. *ibid.*

Index Antilogiarum.

- Exod. 12.* Dicitur celebrari phase vespera posteriori lunæ 13. p. 647
Exod. 23. Septem diebus comedes azyma. ib.
Exod. 12. Nilam principium anni habendum. ibid.
Exod. 23. Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris fruges. ibid.
Exod. 12. Sex diebus vesci innuitur. p. 714
Exod. 34. Septem diebus vesceris pane. ibid.
Exod. 12. Nisam principium mensium, & initium anni. ibid.
Exod. 34. Redeunte anni tempore, quando cuncta conduntur. ibid.

EXODI CAPVT XIII.

- Exod. 13.* Non eos duxit Deus per viam Philistim, reputans ne forte eum pœniteret si vidisset adversum se bella. p. 561
Exod. 16. Per viam qua duxit illos cum Amalecitis, statim præliandum erat. Deficit ergo ratio. ibid.
Exod. 13. Nunquam deficit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem. pag. 562
Iosue 3. Israëlita jubentur in traiectione Iordanis non columnam ducem aspicere, sed arcam. Neque diceret Iosue, ut procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini, si illuminaret columna nubis. ibid.

EXODI CAPVT XIV.

- Exod. 14.* Israëlitas persequutus est Pharaon 600. Curribus electis, maximaque equorum copia. Anno autem uno, & minus uno mense. p. 535
Exod. 9. Mortua sunt omnia animantia Ægyptiorum. Alias constat, omnes istas plagas, vel spatio unius mensis lunaris, ut quidam, vel ut alij, spatio, unius anni contigisse. Hæc autem omnia comparari non possent, ibid.
Exod. 14. Quid clamas, inquit Dominus ad Moysen. p. 562
Nullibi clamare declarat scriptura. ibid.
Exod. 14. Involutos esse aquis Ægyptios refertur. ibid.
Exod. 15. Devoravit eos terra. ibid.

EXODI CAPVT XV.

- Exod. 15.* Devoravit eos terra. p. 562
Exod. 14. Involutos esse aquis Ægyptios refertur. ibid.

EXODI CAPVT XVI.

- Exod. 16.* Per viam qua duxit illos cum Amalecitis statim præliandum erat. ibid.

- Exod. 13.* Non eos duxit Deus per viam Philistim, reputans ne forte eum pœniteret, si vidisset adversum se bella. ibid.
Exod. 16. Profecti sunt de Elim in desertum Sin. p. 562
Num. Cap. 33. Egressi de Elim fixerunt tentoria super mare rubrum, & inde castramentati sunt in deserto Sin. ibid.
Exod. 16. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum. ibid.
Neque tunc arca neque tabernaculum erat. ibid.
Exod. 16. Quadraginta annis durasse manna. ibid.

- Iosue 5. Die. 14.* Phase celebrarunt, die altero comederunt de frugibus terræ, hoc tempore defecit manna. Datum autem fuit in deserto Sin 15. die mensis secundi, quod est Yiar nostro Aprilii fere respondens. ibid.
Exod. 16. Ederunt manna quoad terram habitabilem, talis erat Amalec, & Moab quas tetigere Israëlita multo ante 40. annos. p. 563
Exod. 16. Quadraginta annis manducaverunt manna. ibid.
Exod. 16. Manna coloris albi dicitur. ibid.
Num. 11. Erat coloris bdelij, idest flavescens. ibid.
Exod. 16. Nullus de loco suo egrediatur die septimo. ibid.
Act. cap. 1. Iter Sabbathi dicitur; & Iosue cap. 6. & Deut. 16. ubi de die festo. ibid.
Exod. 16. Neque ad colligendum manna permittitur egredi de loco die septimo. ibid.
Matth. 12. Christus discipulos suos defendit colligentes spicas. ibid.
Exod. 16. Sabbathum observatum est in deserto Sin quo accesserunt mense secundo, & Deut. 5. ante legem, quæ data est mense 3. *Exod. 15.* Benedixit diei septimo. p. 590
Exod. 20. Memento diem Sabbathi sanctifices. Ex quibus inferitur, lege Moysi fuisse Sabbathum institutum. ibid.

EXODI CAPVT XVII.

- Exod. 17.* Virgam qua percussisti fluvium tolle in manu tua. p. 565
Exod. Cap. 7. Aaron Nilum percussit virga, non Moyses. ibid.
Exod. 17. Memoriam Amalec delendam præmisit Dominus. ibid.
Plures in libris sacris traditur Amalec, & posterorum memoria. ibid.
Exod. 17. Fugavit Iosue Amalec. ibid.

Index Antilogiarum.

Deut. 25. Extremos agminis tui ceciderit,
nempe Amalec, ibid.

EXODI CAPVT XVIII.

- Exod.* 18. Jethro Sephoram, & filios Mosis tulit. p. 522
Exod. 4. Mosem secum adduxisse Sephoram, & filios traditur. ibid.
Exod. 18. Cumque audisset Jethro sacerdos Madiam. p. 565
Exod. 2. Obluit holocausta Domino, & hostias, ibid.
Exod. 18. Jethro cognatus dicitur Moses, ibidem.
Exod. 3. Socerus Jethro appellatur, ibid.
Exod. Ut comederet panes coram Deo. ibid.
 Nondum erat arca nec tabernaculum. ibid.
Exod. 18. Sephoram, & filios ad Mosem adduxit. ibid.
Exod. 4. Mosem traditur secum adduxisse, ibidem.
Exod. 18. Ut ostendam eis præcepta Dei, & leges. ibid.
 Nondum data erat lex, ibid.

EXODI CAPVT XIX.

- Exod. Cap.* 19. Qui accedunt ad Dominum, pag. 566
Exod. Cap. ult. Constat ante erectum tabernaculum consecratos non esse, ibid.
Exod. 19. Sacerdotes autem, & populus ne transeant terminos, ibid.
Exod. 24. Moses, Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores, ibid.
Exod. 19. Descenditque Dominus super montem Sinai, ibid.
Ibidem, v. 3. Jam Dominus descenderat, cum vocasse Mosem de monte dicatur, ibid.
Exod. 19. Lex data est in monte Sinai. ibid.
Isai. 2. Ex Sion exiit lex, & verbum Domini in te videbitur, ibid.
Exod. 19. Cum ceperit clangere buccina permittitur ascensus in montem, ibid.
Exod. 30. Perterriti longe stabant à monte, ibidem.
Exod. 19. Regnum sacerdotale populus appellatur, p. 567
Deut. 5. Prohibetur sacerdotibus regnum, ibidem,
Exod. 19. Sacerdotes, & populus ne transeant terminos, p. 566
Exod. 24. Moses, Aaron, Nadab, Abiu, & 70. seniores ascendere præcipitur, ibid.
Exod. 19. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum. Jam ergo erant. p. 719
Exod. 40. Applicabisque Aaron. Hic consecratio ponitur sacerdotum, ibid.

EXODI CAPVT XX.

- Exod.* 20. (& Genes. 1. idem constat) sex enim diebus fecit cælum, & terram. p. 44
Genes. 2. Complevitque Deus die septimo opus suum, quod fecerat, ibid.
Exod. 20. Locutusque est Dominus cunctos sermones hos, p. 567
Act. 7. Hic est, inquit de Mose, qui fuit in Ecclesia, in solitudine cum angelo, qui loquebatur eis in monte Sina. ibid.
Exod. 20. Dominus dedit legem in Sina. ibid.
Genes. 11. Plura, quæ legis sunt in observantia erant, ibid.
Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes visitans iniquitatem. p. 568
Matth. 5. *Luc.* 6. Estote benigni sicut pater vester cælestis, qui solem suum super bonos, & malos oriri facit, ibid.
Exod. 20. Dominus Deus zelotes dicitur. ibid.
Matth. 18. Non solum septies, verum etiam septuagies septies, ibid.
Exod. 20. Honorare parentes quantum præceptum est, ibid.
Ad Ephes. 6.6. Honorare parentes primum mandatum est, ibid.
Exod. 20. Honorare parentes præcipitur filiis, p. 569
Luc. 14. Qui non colit patrem, & matrem suam, meus non potest esse discipulus, ibidem.
Exod. 20. Sex diebus fecit Deus cælum, & terram. ibid.
Genes. 2. Septimo die fecit Evam, ibid.
Exod. 20. Prohibetur omnis imago, sculptrile, & Deut. 4. ibid.
Reg. 3. *Cap.* 10. Salomon in throno suo leucuculos fecit, à Mose serpens erigitur, ibid.
Exod. 20. Non facies omne opus in eo, in Sabbatho scilicet. p. 578
Josue Cap. 6. Israelitæ perambulabant, cum è castris, quæ Hierichunte aberant 10. stadiis accedebant ad urbem, & circuitibus operosis septenis laborant. ibid.
Exod. 20. Præcipitur observari Sabbathum à servis, & ancillis Israelitarum, p. 585
Exod. 31. De Sabbatho dicitur, pactum est sempiternum inter me, & vos quasi solis Israelitis observatio licuisset, ibid.
Exod. 20. Memento diem Sabbathi sanctifices. Ex quibus inferitur, lege Mosis fuisse Sabbathum institutum. p. 590
Exod. 10. Genes. 2. Benedixit diei septimo. Deinde Exod. 16. Sabbathum observatum est in deserto Sin, quo accesserunt mensis 2. & Deut. 5. Ante legem quæ data est mensis 3. ibid.

Index Antilogiarum.

Exod. 20. Præcipitur observantia Sabbathi, pag. 594
Esaï 1. Neomeniam, Sabbathum & festi-
 tates vestras non feram. ibid.
Exod. 20. Præcipitur Sabbathum, & c. 31.
 tanquam fœdus sempiternum dicitur fuisse. ibid.
 Quomodo ergo abolitum, neque apud nos
 est observatum, ibid.
Exod. 20. Non assumes nomen Domini Dei
 tui in vatum. p. 597
Jerem. 4. Et jurabis, vivit Dominus, Pau.
 etiam pluries juravit, ad Rom. c. 5. & 9.
 ad Gal. 1. ad Phil. c. 1. ibid.
Exod. 20. Non occides dicitur in sacro tex-
 tu, ibid.
Judic. Cap. 16. Samson seipsum occidit 3. Reg.
 20. vir quidam alium rogavit, ut ipsum
 percuteret, devoratus à leone, quia noluit
 perire, ibid.
Exod. 20. Non machaberis. ibid.
Osee, c. primo. Sume tibi uxorem fornicationum,
 quia fornicans fornicabitur terra à Domino, ibid.
Exod. 20. Non machaberis. p. 598
Reg. 2. c. 15. Relinquit David, ut custodirent
 domum, decem concubinas, ibid.
Exod. 20. Non dices falsum testimonium ubi
 omne mendacium prohibetur. p. 599
Exod. 3. & 11. & cap. 12. Præcipit Hebræis,
 quod pererent ab Ægyptiis commodato
 sua bona, ibi. Dedit gratiam ut commo-
 darent eis, ibid.
Exod. 20. Prohibetur mendacium contra pro-
 ximum, neque alia redditur ratio. ibid.
 Licebit ergo officiosum mendacium, contra
 illud Psalm. Perdes omnes, qui locuntur
 mendacium, ibid.
Exod. 20. Et omnis populus videbat vocem,
 ibidem.
 Vox videri non potest, ibid.
Exod. 20. Perterriti longe stabant à monte,
 ibidem.
Exod. 19. Cum ceperit clangere buccinas per-
 mittitur ascensus, ibid.
Exod. 20. Non ascendas per gradus ad altare.
 ibidem.
Exod. 28. Facies, & feminalia, ibid.
Exod. 20. Ne ascendas per gradus ad altare,
 ne reveletur turpitudinis tua. p. 600
Paralip. 2. Cap. 4. Salomonici altaris decem
 cubitorum erat altitudo. Non ergo ali-
 ter ascendi poterat, ibid.
Exod. 20. Altare fieri præcipit Dominus de
 terra, vel lapide imposito, p. 602
Exod. 27. De lignis Setim præcipitur fieri al-
 tare holocaustorum, & 2. Paral. c. 4. ibid.

Exod. 20. Visitans patrum iniquitatem dicitur
 tur Deus in filios. ibid.
Ezech. 18. Filius non portabit iniquitatem
 patris, sed anima, quæ peccaverit, ipsa pu-
 niatur. Idem *Exod.* 2. & *Deut.* 24. ibid.
Exod. 20. Offeretis super eo holocausta, &
 pacifica vestra, oves vestras. p. 603
Jeremia 7. Non sum locutus cum patribus
 vestris, nec præcepi eis, de holocaustis, &
 victimis, ibid.
Exod. 20. Faciens misericordiam in millia di-
 citur Deus, p. 604
Amos. 1. Super quatuor sceleribus non par-
 cam, ibid.
Exod. 20. Altare de terra facietis mihi. p. 673
Exod. 27. Facies altare de lignis Setim, ibid.
Exod. 20. Non ascendas per gradus ad altare
 ne reveletur turpitudinis tua. p. 600. & 677
Exod. 28. Facies & feminalia linea, ut ope-
 riant carnem turpitudinis suæ, ibid.
Exod. 20. A servis, & ancillis præcipitur ob-
 servari.
Exod. 31. De Sabbatho pactum esse inter
 Deum, & homines sempiternum, Israë-
 litas nempe dicitur,

EXODI CAPUT XXI.

Exod. 21. Homicidium pretio redimi poterat,
 pag. 193
Genes. 9. Prohibetur homicidium sub pœna
 mortis, ibid.
Exod. 21. Septimo anno servum futurum li-
 berum, inquit Deus. p. 526
Lev. 25. Jure hæreditario ad posteros trans-
 mittendos famulos, ac in æternum possi-
 dendos ab illis dicitur. ibid.
Exod. 21. Septimo anno servus Hebræus fu-
 turus liber. ibid.
Levit. Cap. 25. De servo Hebræo sic habe-
 tur, quasi mercenarius & colonus erit,
 usque ad annum Jubileum operabitur
 apud te, & postea egredietur liber, ibid.
Exod. 21. Servus Hebræus, qui accedente
 septimo anno persistere mavult in servi-
 tute, in sæculum, seu perpetuè servi-
 tuti adducitur. p. 627
Levit. 25. Servus iste de quo, *Exod.* cap. 21.
 Usque ad annum Jubileum adducitur ser-
 viti, ibid.
Exod. 21. Si quis vendiderit filiam in famu-
 lam, non egredietur sicut ancillæ consu-
 vèrunt. p. 628
Deut. 15. Ancillæ quoque similiter facies. Et
 antea. Cum tibi venditus fuerit Hebræus,
 aut Hebræa. Aequalis ergo erat lex, ibid.
Exod. 21. Vxor, & filii ejus erunt domini sui,
 & ad heredes dominium transfertur. p. 629
Levit. 25.

Index Antilogiarum.

- Levit. 25.* Egredietur cum liberis suis anno Jubilei, ibid.
- Exod. 21.* Per industriam occidens proximum suum morte moriatur, & ab altare evellatur, ibid.
- Num. 35.* In potestate propinqui occisi erat occidere percussorem, ibid.
- Exod. 21.* Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ morte moriatur. ibid.
- Reg. 4. Cap. 4.* Creditor filios debitoris liberos intendit facere sibi servos, poterat ergo, & vendere aliis, ibid.
- Exod. 21.* Qui percusserit servum suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint, criminis reus erit. p. 630
- Ibidem.* Sin autem uno die, vel duobus supervixerit, non subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est, ibid.
- Exod. 21.* Præscribitur pœna Talionis, vulnus pro vulnere, dentem pro dente, adustionem pro adustione, livorem pro livore, manum pro manu, & oculum pro oculo postulanda, Idem *Levit. 24.* & *Deut. 10.* p. 632
- Ibidem v. 19.* Si percusserit quis alium, surrexerit tamen, & ambulaverit super baculum suum, innocens erit, impensas tamen & medicos restituat, ibid.
- Exod. 21.* Occidere prohibetur, p. 637
- Exod. 22.* Fur impune occidetur, ibid.
- Exod. 21.* Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, ibidem.
- Matth. 5.* Christus Dominus, qui legem integre implevit, percipienti maxillam offerri præcepit alteram, ibid.
- Exod. 21.* Occidens per insidias alterum subire præcipitur mortem. ibid.
- Regum 2. Cap. 3.* Joab occidens Abner non puniatur à David. ibid.
- Exod. 21.* Ab altari evellendum esse, qui interfecerit alium præcipitur, p. 638
- Nondum erat altare, ibid.
- Exod. 21.* Ab altari meo evellendum ut moriatur præcipitur alium interficiens: Non ergo ibi pœnam luendam, & homicidam interficiendum voluit Dominus, ne pollueretur altare, locusque Sacer. Neque asyli locus erat homicidis voluntariis, ib.
- Reg. 3. Cap. 2.* Joab, homicida confugit ad altare. Quod irrationabiliter egisset si locus refugii non esset in voluntario homicidio. Unde nolente egredi renunciavit Regi Banaias. Tandem apprehenso cornu altaris interfectus est, ut constat ex illis, sic sicut locutus est, ibid.
- Exod. 21.* Morte plecti præcipitur interficiens alium. ibid.
- Num. 25.* Phinees Zambri cum Madianitide occidens, à Deo præmiatur, ibid.
- Exod. 21.* Percutiens, & alterum interficiens morte plectendus. p. 643
- Exod. 22.* Fur impune occiditur, ibid.
- Exod. 21. & Levit. 24.* Pœna Talionis statuitur, & *Matth. c. 5.* odio habendum inimicum lege veteri præcipi indicatur, & foedere novo benefacere illi suadetur. p. 647
- Exod. 23.* Si videris asinum inimici tui jacere sublevabis. Vnde benefaciendum inimico præcipitur, ibid.

EXODI CAPVT XXII.

- Exod. 22.* Fur impune occiditur. p. 637
- Exod. 21.* Occidere prohibetur, ibid.
- Exod. 22.* Homicidam causalem ex errore occidentem exilii damnat. *Deut. 19.* idem statuitur. p. 640
- Deut. 25.* Culpæ pœna mensuratur, homicidium autem casuale culpa non est, neque voluntarium, ibid.
- Exod. 22.* Agrum lædere, seu vineam prohibetur, p. 641
- Deut. 20.* Ad satietatem in vineis alienis comedere permittitur, ibid.
- Exod. 22.* Diis non detrahes. p. 643
- Exod. 23.* Deos confringendos præcipit, ibid.
- Exod. 22.* Fur impune occiditur. ibid.
- Exod. 21.* Percutiens, & alterum interficiens morte plectendus, ibid.
- Exod. 22.* Die octava reddendos primogenitos Deo. p. 144
- Levit. 12.* Hominis primogeniti oblatio, post purificationem matris, ut in Christo Domino apparet. ibid.
- Exod. 22.* Advenam non contristabis, neque affliges eum. ibid.
- Deut. Cap. 7.* Septem populos persequi præcipit Dominus, ibid.
- Exod. 22.* Qui immolat Diis, occidetur, inquit Dominus. ibid.
- Lex solum obligabat Hebræos: non ergo Noachidæ propter idololatriam occidendi, ibidem.
- Exod. 22.* Viduæ, & pupillo, non noccebitis. ibidem.
- Exod. 23.* Pauperi non miserandum præcipit Dominus, ibid.
- Exod. 22.* Diis non detrahes. p. 647
- Exod. 23.* Deos, & eorum statuas destruendas præcipit Dominus Deus verus, ibid.
- Exod. 22.* Diis non detrahes. p. 715
- Exod. 34.* Aras eorum destrues. ibid.

EXODI CAPVT XXIII.

- Exod. 23.* Prohibetur foedus cum gentilibus inire, p. 335
- Genes. 21.*

Index Antilogiarum.

- Gen. 1.* Abraham fœdus inicit cum Abimelech, ibid.
- Exod. 23.* Nomen idolorum gentium non memorabitis. Idem peccat, qui jurat, ac qui est in causa. p.406
- Genes. Cap. 31.* Ubi fœdus Jacob, & Laban inierunt medio utriusque juramento, ibid.
- Exod. 23.* Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges. Hæc autem mense Tisri nostro septembri respondentem celebrari solebant. p.537
- Exod. 12.* Mensis iste vobis principium mensium erit, ibid.
- Exod. 23.* Deos confringendos præcipit. p.643
- Exod. 22.* Diis non detrahes, ibid.
- Exod. 23.* Pauperi non miserendum præcipit Dominus. p.644
- Exod. 22.* Vidua, & pupillo non nocebitis, ibidem.
- Exod. 23.* Deos, & eorum statuas destruendas præcipit Dominus Deus verus. p.647
- Exod. 22.* Diis non detrahes, ibid.
- Exod. 23.* Septem diebus comedes azyma, pag.647
- Exod. 12.* Dicitur celebrari phase vespera posteriori lunæ 13. ibid.
- Exod. 23.* Non erit in te sterilis, nec infœcunda, p.647
- Paulus 1. ad Corint. 7.* Laudatur virginitas, ibidem.
- Exod. 23.* Si videris asinum inimici tui jacere sublevabis. Unde benefaciendum inimico præcipitur. p.647
- Exod. 21. & Levit. 24.* Poena Talionis statuitur, & Mathæi cap. 5. odio habendum inimicum legè veteri præcipi indicatur, & fœdere novo bene facere illi suadetur, ibidem.
- Exod. 23.* Non inibis cum eis fœdus. ibid.
- Exod. 23.* Peregrino molestus non eris, ibid.
- Exod. 23.* Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris fruges. ibid.
- Exod. 12.* Nisam principium anni habendum, ibidem.
- Exod. 23.* Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedet te, & custodiet in via. p.708. & p.709
- Exod. 33.* Angelum, qui illos præcedat promittit, quasi antea medio illo Dominus non direxisset, populus dolet, ibid.
- EXODI CAPUT XXIV.**
- Exod. 24.* Moses, Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta seniores, p.566
- Exod. 19.* Sacerdotes autem, & populus ne transeant terminos, ibid.
- Exod. 24.* Patres sinedrîi septuaginta, senes seu presbiteri dicuntur. p.648
- Lucæ 10.* Designavit Dominus & alios septuaginta duos, ibid.
- Exod. 24.* Moses, Aaron, & 70. seniores ascendere præcipitur, p.654
- Exod. 19.* Sacerdotes, & populus ne transeant terminos, ibid.
- Exod. 24.* Duodecim titulos erexit Moses, ibidem.
- Levit. 26.* Nec titulos erigeris, ibid.
- Exod. 24.* Viderunt Deum Israel. p.655
- Exod. 33.* Non videbit me homo, & vivet. ib.
- Exod. 24.* Et sub pedibus ejus quasi opus lapidis Saphyrini, ubi Deum in aliqua figura, apparuisse, constat, cum pedes illius distinctione clara cognoverint. ibid.
- Deut. 4.* Nullam vidistis similitudinem in die, qua locutus est Dominus vobis in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis similitudinem, & imaginem, ibid.
- EXODI CAPUT XXV.**
- Exod. 25.* Qui offert ukroneus, accipietis eas. Hæc sunt, quæ accipere debetis, aurum, & argentum.
- Exod. 38.* Omne aurum, quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis 29. talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii, ibid.
- Exod. 25.* Subter coronam erunt circuli aurei. ibidem.
- Exod. 37.* Contra coronam mensè posuit quatuor circulos aureos, ibid.
- Exod. 25.* Craticulamque in modum retis æneam, per cuius quatuor angulos, erunt quatuor annuli ænei; quos pones subter arulam altaris, eritque craticula usque ad altaris medium. ibid.
- Exod. 38. v. 4.* Craticulamque ejus in modum retis fecit æneam, & subter eam in medio altaris arulam. Non ergo craticula, sed arula cratin medio altaris, ibid.
- Exod. 25.* Arcam compingite, cuius latitudo habet duos & semiscubitos. p.672
- Exod. 37.* Fecit arcam habentem duos semiscubitos in longitudine, ibid.
- Exod. 25.* Sponte offerri oleum præcipitur. ibidem.
- Exod. 27.* Præcipe filiis Israel ut offerant oleum, ibid.
- Exod. 25.* Sponte offerri præcipit argentum, oleum, & alia, p.674
- Exod. 27.* Præcipe filiis Israel ut offerant tibi oleum, ibid.
- Exod. 25.* Populus offerebat oleum. p.686
- Exod. 31.* Oleum dicitur facturos artifices, ib.
- Exod. 25.* Habentem duos & semiscubitos fecisse dicitur. p.718
- Exod. 37*

Index Antilogiarum.

- Exod.* 37. Fecit arcam habentem duos semicubitos in longitudine, ibid.
Exod. 25. Subter coronam circuli erunt aurei. pag. 671
Exod. 37. Contra coronam mensæ posuit quatuor circulos aureos, ibid.
Exod. 25. Aurum sponte oblatum dicitur, p. 718
Exod. 38. Omne aurum, quod in sanctuarium oblatum est, qui transierunt ad numerum, dedisse dicitur, ibid.

EXODI CAPVT XXVI.

- Exod.* 26. Tabernaculi non præscribuntur, nisi 30. cubiti in longitudine, 10. in latitudine, p. 672
Regum 3. Cap. 6. Domus habebat 60. cubitos longitudine, & 20. latitudine, ibid.

EXODI CAPVT XXVII.

- Exod.* 27. De lignis Setim præcipitur fieri altare holocaustorum, & 2. paral. c. 4. p. 602
Exod. 20. Altare fieri præcipit Dominus de terra, vel lapide impolito, ibid.
Ex. 27. Præcipe filiis Israël ut offerant oleum. p. 672
Exod. 25. Sponte offerri oleum præcipitur, ibidem.
Exod. 27. Facies & altare de lignis Setim, p. 673
Exod. 20. Altare de terra facietis mihi, ibid.
Exod. 27. Et antecedentibus, & 30. cap. ubi referuntur metalla ad usum tabernaculi, & atriî deservientia, mentio ferri non fit. ibidem.
Num. 31. Primicias Domino de auro, & ferro præcipitur offerri, ibid.
Exod. 27. Et collocabunt eam Aaron, & filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino: extingui ergo mane solebat. Idem 2. Paral. 13. v. 11. & expresse primo Reg. 3. Lucerna Dei ante quam extingueretur, Samuel dormiebat. ibid.
Exod. 27. v. 20. Ut ardeat lucerna semper. Levit. 24. ad concinnandas lucernas jugiter, ibid.
Exod. 27. Centrum altaris distabat ab ostio 35. cubitis. p. 674
Exod. 29. Sacrificium est ad ostium tabernaculi, ibid.
Exod. 27. Præcipe filiis Israël, ut offerant tibi oleum, ibid.
Exod. 25. Sponte offerri aurum, & oleum præcipitur, ibid.
Exod. 27. Altare holocaustorum habebit 5. cubitos longitudinis. p. 584
Exod. 30. Altare thymiamatis habebit cubitum longitudinis. ibid.

- Exod.* 27. Craticulamque in modum retis, æneam, per cujus quatuor angulos, erunt quatuor annulli ænei, quos pones super arulam. p. 718
Exod. 38. In altaris medio arulam, ibid.

EXODI CAPVT XXVIII.

- Exod. Cap.* 28. Facies & feminalia. p. 599
Exod. 20. Non ascendas per gradus ad altare, ibidem.
Exod. 28. Superhumeralis, seu Ephod proprium Summi Sacerdotis, de nullo enim alio dicitur, quod in Urim, & Thummim consuleret Dominum, nec rationale gestaret, quod non distincta vestis, sed pars inseparabilis superhumeralis, & Ephod est. p. 674
Reg. 2. Cap. 6. Ephod applicatur David, & cap. 14. Achias portabat Ephod, hunc autem non esse summum sacerdotem constat ex 1. Reg. cap. 21. ubi non ille, sed Achimelech Achitobæ successit. ibid.
Exod. 28. Ut sacerdotis fungantur mihi, & v. 43. uti vestimentis præcipit, quando ingrediuntur tabernaculum, vel appropinquant ad altare, p. 675
Num. 19. Extra castra vitulam rufam vestibus sacerdotalibus immolabat indutus, ibid.
Exod. 28. Facies & feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ. p. 677
Exod. 20. Non ascendas per gradus ad altare, ne reveletur turpitude tua, ibid.
Exod. 28. Pones autem in rationale iudicij doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingreditur coram Domino, ubi omnes intelligunt hæc ad consulendum Dominum deservire, juxta illud 1. Reg. c. 23. applica Ephod. p. 678
Reg. 1. Cap. 14. applica arcam dicitur, ut Dominus consuleretur, & oraculum caperetur, ibid.

EXODI CAPVT XXIX.

- Exod.* 29. Sacrificium est ad ostium tabernaculi. p. 681
Exod. 27. Centrum altaris distabat ab ostio 35. cubitos, ibid.
Exod. 29. Carnes autem vituli, coreum combures foris extra castra, eo quod pro peccato sit. p. 679
Levit. 4. & 5. In sacrificio pro peccato principis, vel personæ privatæ non extra carnes offerebantur, nec cremabantur, sed comedebantur, ibid.
Exod. 29. Pectusculum consecratum, & armus cedent in partem Aaron, & filiorum ejus, p. 680
Exod. 29. v. 25. Hæc omnia cremanda erant, præterea

Index Antilogiarum.

- præterea pectusculum consecratum in
partem Moſis cedebat. ibid.
- Exod.* 29. Alienigena, idest qui de tribu Le-
vi non fuerit (sic exponitur ab omnibus)
panes sanctificatos comedere prohibetur.
ibid.
- Primo Regum Cap.* 25. David petiit, & edidit
propositionis panes. ibid.
- Exod.* 29. Erit sanctum sanctorum, omnis qui
tetigerit illud sanctificabitur. ibid.
- Num.* 19. Sequeretur leprosum sanctifican-
dum, si accederet, & aliud quodvis im-
mundum, è contra accidit cum polluant,
tabernaculum. ibid.
- Exod.* 19. Sacrificium est ad ostium taberna-
culi. p. 682
- Exod.* 72. Distabat Centrum altaris holocau-
sti ab ostio 35. cubitos. p. 681

EXODI CAPVT XXX.

- Exod. Cap.* 30. Petteriti longe stabant à mon-
te. p. 566
- Exod.* 19. Cum ceperit clangere buccina per-
mittitur ascensus in montem. ibid.
- Exod.* 30. Altare thymiamatis habebit cubi-
tum longitudinis. p. 684
- Exod.* 27. Altare holocaustorum habebit
quinque cubitos longitudinis, & latitudi-
nis. ibid.
- Exod.* 30. Quando tuleris summam filiorum
Israel iuxta numerum, dabunt singuli
precium pro animabus, non erit plaga in
eis, cum fuerint recensiti. p. 681
- Regum.* 2. cap. 14. Mortui sunt, 70000. ob po-
pulum numeratum. ibid.
- Exod.* 30. Præcipitur fieri altare super quo
adolendum incensum, mane. & vespere.
Hoc autem esse intra sanctuarium con-
stat, tum ex Paul. ad Hebr. 9. ibi Taber-
naculum, quod dicitur sancta sanctorum,
aureum habens thuribulum, idest altare
aureum, & arcam testamenti, tum quia
Exod. 40. præcipitur, quod ara supra
quam adolebatur incensum coram arca
testimonij collocetur. p. 682
- Levit.* 16. Ne omni tempore ingrediatur
sanctuarium, & Paulus ad Hebr. 9. secun-
dum tabernaculum semel quotannis solus
Pontifex ingressus est, non sine sanguine.
ibidem.
- Exod.* 30. Caro hominis non ungetur ex illo.
pag. 684
- Ibidem.* Oleo isto præcipit Aaron, & sacer-
dotes ungendos. ibid.
- Exod.* 30. Medium sicti, qui transit ad mon-
tem præcipitur dare. ibid.
- Nebem.* 10. Tertium sicti præcipitur dare.
ibid.
- Exod.* 30. Aaron singulis diebus mane præ-
cipitur adolere incensum. p. 685
- Levit.* 15. Qui tetigerit mulierem, vel à quo
coitus egreditur semen, immundus us-
que ad vespeream erit. Unde fas non erit
tabernaculum ingredi, Ille ergo qui quo-
tidie adolere tenetur incensum mane rei
uxoriz non possit operam dare. ibid.
- Exod.* 30. Homo qui tale composuerit peri-
bit. p. 686
- Exod.* 31. Oleum unctionis facient, dicitur de
artificibus. ibid.

EXODI CAPVT XXXI.

- Exod.* 31. De Sabbatho dicitur pactum est
sempiternum inter me, & vos, quasi solis
Israëlitis observatio licuisset. p. 585
- Exod.* 20. Præcipitur observari Sabbathum
à servis, & ancillis Israëltarum. ibid.
- Exod.* 31. Ecce vocavi Beseel filium Vri ne-
potem Hur, & Mariæ Moſis sororis, quia
Hur accepit Mariam in uxorem, ille de
tribu Juda, ista de Levi. p. 685
- Num.* 36. Nullum extra tribum ducere uxo-
rem decernit Dominus. ibid.
- Exod.* 31. Primitias de auro, & ferro offerri
præcipitur. ibid.
- Exod.* 27. Referuntur omnia, quæ offerri de-
bent non autem ferri sit mentio. ibid.
- Exod.* 31. De Sabbatho pactum esse inter
Deum, & homines sempiternum, Israë-
litas nempe dicitur. ibid.
- Exod.* 20. A servis, & ancillis præcipitur ob-
servari. ibid.
- Exod.* 31. Sex diebus fecit Deus cælum, &
terram. ibid.
- Eccles.* 18. Omnia fecit simul. ibid.
- Exod.* 31. Videte ut Sabbathum custodiatis.
ibid.
- Matth.* 12. Sacerdotes Sabbathis Sabba-
thum violant. ibid.
- Exod.* 31. Fabricare in tabernaculo, sabbatho
non licet. p. 686
- Levit.* 6. Accendere ignem, ejusque quotidia-
num sumentum præcipitur. ibid.
- Exod.* 31. Oleum unctionis facient, dicitur de
artificibus. ibid.
- Exod.* 30. Homo qui tale composuerit peri-
bit. ibid.
- Exod.* 31. Oleum dicitur facturos artifices.
ibid.
- Exod.* 25. Populus offerebat oleum. ibid.

EXODI CAPVT XXXII.

- Exod.* 32. Hi sunt dij tui, qui te eduxerunt
de Egypto. In Hebræo Heloim tam pro
singulari, supponente, quam pro plurali,
ut patet *Genes.* 1. *Deut.* 5. *Mai.* 19. & alibi,
quasi

Index Antilogiarum.

- quasi in vitulo, tanquam in simbolo verus Deus coleretur, sicut à nobis in sua imagine, quod esse piaculum non videtur, p.686
- Exod. 32.* Peccavit populus tuus, dixerunt hi sunt Diis tui Israel, qui te eduxerunt de terra Aegypti, ibid.
- Exod. 32.* Mox congregati sunt omnes filii Levi tanquam innocentes, ut interficerent delinquentes, ergo innocens Aaron congregatus fuit, qui de tribu pariter fuit Levi, ibid.
- Exod. 32. v. 21.* Ut induceres super eum peccatum maximum, inquit Moses Aaron. Deinde consecrasti manus unusquisque in filio, & in fratre suo, ergo aliqui, nempe fratres, & filii horum, qui iustitiae fuerunt ministri peccato polluti sunt. Non ergo omnes filii Levi innocentes fuere, ib.
- Exod. 32.* Ceciderunt in die illa quasi triginta tria millia hominum, p.687
- Paulus 1. ad Corinth. cap. 10.* Neque fornicemur sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia, ibid.
- Exod. 32.* Tollite in aures aureas de uxorum, filiorumque, filiarum vestrarum auribus, ib.
- Viri in aures non habent. Sint procul à nobis iuvenes, ut femina compti inquit Ovid. epist. Phedræ ad Hippol. ibid.
- Exod. 32.* Placatus est Dominus, p.688
- Exod. 32. v. 35.* Percussit Dominus populum pro reatu vituli, ibid.
- Exod. 32.* Occisi sunt 23. millia hominum propter vitulum, p.719
- Exod. 38.* Bellatores numerati sunt 603550. ibidem.
- EXODI CAPVT XXXIII.**
- Exod. 33.* Non videbit me homo, & vivet, p.655
- Exod. 24.* viderunt Deum Israel, ibid.
- Ex. 33.* Moses tabernaculum tollens terendit extra castra, & ingredi tabernaculum dicitur, p.707
- Exod. 4.* Constat cum Moses Exod. 33. dicitur tollens tabernaculum nondum esse, ib.
- Exod. 33.* Facie ad faciem, & os ad os cum Domino loquebatur, ibid.
- ibidem, v. 10.* Non videbit me homo, & vivet, ibid.
- Exod. 33.* Josue puer appellatur, p.708
- Josue ultimo. Annum fere sexagesimum agebat, ibid.
- Exod. 33.* Non ascendam tecum, inquit populo Deus, ibid. & p.709
- Psalms. 138.* Deus ubique est. Si ascendero in caelum illic, si descendero in infernum ad est, ibid.
- Exod. 33.* Angelum, qui ipsos præcedat pro-
- mittit, quasi antea, medio illo Dominus non direxisset, populus dolet, ibid.
- Exod. 23.* Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedet te, & custodiet in via, ibid.
- Exod. 33.* Audiens populus Deum nolle præcedere tanquam ducem, depositis vestimentis, afflictus est, p.708. & 710
- Exod. 33.* Quando Moses de monte descendit, tunc enim, & non prius sermones Domini cognoscere posset, jam placatus erat, & ducatum sicut antea promiserat ibid.
- EXODI CAPVT XXXIV.**
- Exod. 34.* Dicitur quod scripserit Dominus tabulas, & Deut. 10. p.710
- Ibidem scribe tibi verba hæc, ibid.
- Exod. 34.* Cumque descendisset Dominus per nubem stetit cum eo invocans nomen Domini. p.710
- Exod. 40.* Non potuit Moses ingredi tabernaculum operiente nube, ibid.
- Exod. 34.* Non occidentur patres pro filiis, ib.
- Genes. 9.* Chainam maledicatur pro suo parente, ibid.
- Exod. 34.* Ne fœdus cum eis in eas, ibid.
- Machab. cap. 11.* Fœdus cum aliis à religione pacti sunt, ibid.
- Exod. 34.* Ne manducet de immolatis gentilium diis prohibetur, p.711
- Paul. ad Rom. 14.* Distinguit inter manducantem cum credat omnia posse, & non manducantem, & utrumque salvat, loquens deinde de iis, quæ in cibum assumi possunt, inquit omnia munda sunt, ibid.
- Exod. 34.* Uxorem de filiabus gentilium non accipies, p.712
- Exod. 2.* Moses filiam Jethro sacerdotis Madiam duxit, ibid.
- Exod. 34.* Septem diebus vesceris pane, p.714
- Exod. 12.* Sex diebus vesci innuitur, ibid.
- Exod. 34.* Redeunte anni tempore, quando cuncta conduntur, ibid.
- Exod. 12.* Nisam initium mensium, & principium anni, ibid.
- Ex. 34.* Septimo die arare cessabis, quo exemplo omne prohibetur opus. ibid.
- Josue cap. 6.* Jerico juxta urbem circuitio nibus operosis laborabant, ibid.
- Exod. 34.* Aras eorum destrues. p.715
- Exod. 22.* Diis non detrahes, ibid.
- Exod. 34.* Omne quod aperit vulvam generis masculini offerri præcipitur tantum, ibidem.
- Levit. 3. 4. & 5.* Capræ, oves, atque vaccæ offerrebantur, ibid.
- Exod. 34.* Ter in anno Israelitas præcipitur apparere in sanctuario. Azymorum, Pentecostes, & tabernaculorum festivitibus, ibidem.

Index Antilogiarum.

Inter festum Azymorum, & Pentecostes demptis septem diebus, quibus manebant in sanctuario, sex manebant hebdomadae distantes ergo 60. Leucis, qui poterant ire, & redire, ibid.
Exod. 34. Ignorabat quod cornuta esset facies ejus, ibid.
Paulus 1. *ad Corinth.* 13. Gloria vultus Moſis prædicatur, ibid.

EXODI CAPUT XXXV.

Exod. 35. Qui fecerit opus in sabbatho occidetur, p.717
Levit. 6. Ignis semper ardebit, quem nutrit sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies. Sabbatho ergo ignis accendebatur, ibid.
Exod. 35. Spontaneè offerendum argentum & aurum, ibid.
Exod. cap. 38. Qui numerantur ex jure aurum tenebantur offerre, ibid.
Exod. 35. Beseleel filium Uri filii Hur. Hujus pater fuit Caleb, ut dicitur 1. Paral. cap. 2. ibidem.
Josue cap. 14. Caleb cum exploratoribus ingressus terram Chanaan erat 40. annorum. Ejus ergo pronepos ætatis esse non posset, ut sanctuarium construeret, ibid.

EXODI CAPUT XXXVII.

Ex. 37. Contra coronam mensæ posuit quatuor circulos aureos, p.718
Exod. 25. Subter coronam erunt circuli aurei, ibid.
Exod. 37. Fecit arcam habentem duos semiscubitos in longitudine. p.672
Exod. 25. Arcam compingite cujus latitudo habeat duos, & semiscubitos, ibid.
Ex. 37. Præcipe filiis Israel ut offerant oleum, pag.672
Exod. 25. Sponte offerri præcipitur oleum, ibidem.
Ex. 37. Facies, & altare de lignis setim, p.673
Exod. 20. Altare de terra facietis mihi, ibid.
Exod. 37. Fecit autem Beseleel arcam, p.718.
Paral. 1. *cap.* 4. Caleb fuit proavus Beseleel. Vnde sequitur cum decem esset annorum magistrum in construendo Tabernaculo fuisse, ibid.
Exod. 37. Fecit arcam habentem duos semiscubitos in longitudine, ibid.
Exod. 25. Habentem duos, & semiscubitos fecisse dicitur, ibid.

Exod. 37. Fecit illi coronam auream, ibid.
Sap. 18. Diadema appellatur, ibid.
Exod. 37. Duos etiam Cherubin ex auro ductili, ibid.
Deut. 4. Omnis imago & sculptile prohibetur, ibid.

EXODI CAPUT XXXVIII.

Exod. 38. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, & quod oblatum est in donariis 29. talentorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarii, p.672
Exod. 25. Qui offert ultroneus, accipietis eas. Hæc sunt quæ accipere debetis, aurum, & argentum, ibid.
Exod. 38. v. 4. Craticulamque ejus in modum retis fecit æneam, & subter eam in medio altaris arulam, ibid.
Exod. 25. Craticulamque in modum retis æneam, per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, quos pones subter arulam altaris, eritque craticula usque ad altaris medium, ibid.
Exod. 38. Qui numerantur ex jure aurum tenebantur offerre, p.717
Exod. 35. Spontaneè offerendum aurum, ib.
Exod. 38. Fecit duos annulos aureos sub corona per singula latera, p.718
Ibidem, Per singula latera factos annulos dicitur, ergo in quatuor lateribus, quibus constabat quatuor annuli erant, & quatuor vectes, ibid.
Exod. 38. In altaris medio arulam, p.718
Exod. 27. Craticulamque in modum retis æneam per cujus 4. angulos, erunt 4. annuli ænei, quos pones subter arulam, ibid.
Exod. 38. Omne aurum, quod in sanctuarium oblatum est, qui transferunt ad numerum, dedisse dicitur, p.718
Exod. 25. Aurum sponte oblatum dicitur, ib.
Exod. 28. Numerus qui possent pugnare 603550. inter quos recensiti Levitæ, ibid.
Num. 1. Summa ista exceptis Levitis, traditur, & reperiuntur 603550. ibid.
Exod. 38. Bellatores numerati, 603550. sunt, pag.719
Exod. 32. Occisi sunt 23. millia hominum propter vitulum, ibid.
Ex. 40. Operiente nube non poterat Moyses ingredi Tabernaculum, p.720
Exod. 34. Cum descendisset Dominus per nubem, stetit cum eo invocans nomen Domini, ibid.



ANTILOGIÆ

EX LEVITICO Cap. III.

LEVIT. c. 3. & 4. & 5. Capræ, oves, atq; vaccæ offerrebantur. p. 715
Exod. 34. Omne quod aperit vulvam generis masculini offerri præcipitur tantum. *ibid.*

LEVITICI CAP. IV.

Levit. 4 & 5. In sacrificio pro peccato Principis, vel personæ privatæ, non extrâ carnes offerrebantur, nec cremabantur, sed comedebantur. p. 679

Exod. 29. Carnes autem vituli, coreum combures foris extra castra, eo quod pro peccato sit. *ibid.*

LEVIT. VI.

Levit. 6. Accendere ignem, ejusque quotidianum sumentum præcipitur. p. 686

Exod. 31. Fabricare in tabernaculo Sabbatho non licet. *ibid.*

Levit. 6. Ignis semper ardebit, quem nutrit sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies. Sabbatho ergo ignis accendebatur. p. 717.

Exod. 35. Qui fecerit opus in Sabbatho occidetur. *ibid.*

LEVIT. XI.

Levit. 11. & Deut. 14. Distinctio inter hæc animalia munda ab immundis, & holocaustum eorum, tunc primû habetur. p. 166

Genes 8. Tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta. *ib.*

LEVITIC. XII.

Levit. 12. Hominis primogeniti oblatio post purificationem matris, ut in Christo Domino apparet. p. 144

Exod. 22. Die octava reddendos primogenitos Deo. *ibid.*

LEVITIC. XV.

Levit. 15. Qui tetigerit mulierem, vel à quo coitus egreditur semen, immundus usque ad vesperum erit. Unde fas non erit tabernaculum ingredi. Ille ergo qui quotidie adolere teneretur, incensum mane rei uxoris non posset operam dare. p. 685

Exod. 30. Aaron singulis diebus mane præcipitur adolere incensum. *ibid.*

LEVITIC. XVI.

Levit. 16. Ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, & Paulus ad Hebræos,

c. 9. Secundum tabernaculum semel quotannis solus Pontifex ingressus est non sine sanguine. p. 682

Exod. 30. Præcipitur fieri altare, super quo adolendum incensum mane, & vespere, Hoc autem esse intra sanctuarium constat, tum ex Paulo ad Hebræos 9, ubi Tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum aureum habens thuribulum, idest altare aureum, & arcam testamenti. Tum quia *Exod. 40.* præcipitur, quod ara supra quam adolebatur incensum, coram arca testimonij colloceatur. *ibid.*

LEVITIC. XVII.

Levit. 17. A sanguine, & suffocato abstinendum præcipitur, & *Genes. 9.* Carnem cum sanguine non comedendam. p. 193

Omnia æremonialia jam abrogata passim repetit Paulus, neque Christiani à sanguine, & suffocato se continent. *ibid.*

LEVIT. XVIII.

Levit. 18. Prohibetur revelari turpitudinem vxoris fratris sui. p. 439

Genes. 38. Thamar duobus fratribus nupsit, quin & Sela promissa. *ibid.*

LEVITIC. XX.

Levit. cap. 20. v. 17. Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris suæ, & viderit turpitudinem ejus, &c. nefariam rem operati sunt. Quod non solum lege scripta, sed naturali prohiberem censent Patres. p. 325

Genes. cap. 20. Cum sciret Abimelech Satam uxorem esse Abraham, exostulans ut quid simularet conjugium sic responderet: vere soror mea est filia patris mei & non filia matris meæ. *ibid.*

LEVIT. XXIII.

Levit. 23. Dies primus erit vobis celeberrimus, Dies autem septimus erit celebrior, & sanctior. p. 558

Exo. 12. Dies prima erit sancta, atque solemnis, dies autem septima eadem festivitate venerabilis. *ibid.*

Levit. 23. Secundo die paschatis ex novis frugibus præcipitur offerri manipulum. Hoc enim non comparitur cum mensibus lunaribus, ex 29. constantibus diebus, quibus

Index Antilogiarum.

quibus utebantur Hebræi, juxta quos luna decima quarta, quæ hoc anno convenit cum Nisam, post plures in Decembrem conveniet, in qua novæ anni fruges impossibiles sunt ex natura rei, p. 545

Exod. 12. Quarta decima luna mensis Nisam immolari præcipitur agnum, ibid.

LEVITIC. 24.

Levit. 24. & Exod. 21. Pœna Talionis statuitur, & *Matth. 5.* odio habendum inimicum lege veteri præcipi indicatur, & fœdere novo benefacere illi suadetur, p. 647

Exod. 23. Si videris asinum inimici tui jacere sublevaris. Unde benefaciendum inimico præcipitur, ibid.

Levit. 24. Ad concinnandas lucernas jugiter, & *Exod. 27. v. 20.* ut ardeat lucerna semper, p. 673

Exod. 27. Et collocabunt eam Aaron, & filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino, extingui ergo mane solebat. Idem 2. *Paral. 13. v. 11* & expresse primo *Reg. 3.* Lucerna Dei antequam extingueretur Samuel dormiebat. ibid.

LEVITIC. 25.

Levit. 25. Jure hæreditario ad posteros transmittendos famulos, ac in æternum possidendos ab illis dicitur, p. 525

Exod. 21. Septimo anno servum futurum liberum, inquit Deus, ibid.

Levit. cap. 25. De servo Hebræo sic habetur quasi mercenarius, & colonus erit, usque ad annum Jubileum operabitur apud te, & postea egredietur liber, ibid.

Exod. 21. Septimo anno servus Hebræus futurus liber, ibid.

Levit. 15. Servus iste de quo *Exod. 21.* Usque ad annum Jubileum addicitur servituti, p. 627

Exod. 21. Servus Hebræus, qui accedente septimo anno persistere mavult in servitute, in sæculum, seu perpetuæ servituti adducitur, ibid.

Levit. 25. Egredietur cum liberis suis anno Jubilei, p. 629

Exod. 21. Uxor & filij ejus erunt Domini sui, & ad hæredes dominium transfertur, ibidem.

LEVITIC. 26.

Levit. 26. Nec titulos erigatis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, p. 395

Genes. 28. Surgens Jacob mane tulit lapidem, quem supposuerat in titulum, fundens oleum desuper, ibid.

Levit. 26. Nec titulos erigatis, p. 654

Exod. 24. Duodecim titulos crexit Moses, ibidem.

ANTILOGIÆ EX LIB. NVMER.

Num. 1.

Num. 1. Summa ista exceptis Levitis traditur, & reperiuntur, 603550. p. 718

Exod. 38. Numerus qui possent pugnare, 603550. inter quos recensiti Levitæ. ib.

Num. 2. Dicitur, profectos de Ægypto videntibus cunctis, p. 559

Exod. 12. Nox ista observabilis est quando eduxit eos de Ægypto, ibid.

Num. 11.

Num. 11. Erat coloris bœlii, id est flavescens, p. 563

Exod. 16. Manna coloris albi dicitur, ibid.

Num. 12.

Num. 12. Moses Æthiopiissam duxisse constat, utraque prohibita illi erat, Vide antilogiam, capit. 2. *Exod.* p. 502

Exod. Cap. 3. Jethro soceri sui sacerdotis Madian. Madianitam ergo duxit uxorem Moses, ibid.

Num. 15. Colligentes ligna lapidari præcipitur, quo magis Sabbathum violari præcipitur, p. 563

Exod. 16. Neque ad colligendum manna permittitur egredi de loco die septimo, ibidem.

Num. 17.

Num. 17. Et ad Hebræos, 9. Virga Aaronis, Manna, & Liber Deut. fuerunt testimonium. Hæc autem à Mose non sunt posita in arca, p. 719

Exod. 40. Posuit testimonium in arca. ibid.

Num. 19.

Num. 19. Extra castra vitulam rufam vestibus sacerdotalibus immolabat inducus, p. 675

Exod. 28. Ut sacerdotio fungantur mihi, & v. 43. uti vestimentis præcipit, quando ingrediuntur tabernaculum, vel appropinquant ad altare, ibid.

Num. 19. Sequeretur leprosum sanctificandum, si accederet, & aliud quodvis immundum, è contra accidit cum polluat tabernaculum, p. 680

Exod. 29. Erit sanctum sanctorum, omnis qui tetigerit illud sanctificabitur, ibid.

Num. 21.

Num. 21. Phinees, Zambrium Madianitide occidens à Deo præmiatur, p. 638

Exod. 21. Morde plesti præcipitur interficiens alium, ibid.

Num. 31.

Num. 31. Primitias Domino de auro, & ferro præcipitur offerri, p. 673

Exod. 27. Et antecedentibus, & 30. cap. ubi referuntur metalla ad usum tabernaculi, & atrii deservientia mentio ferri non fit, ibidem.

Num. 33.

Num. 33. Egressi de Elim fixerunt tentoria super

Index Antilogiarum.

- super mare rubrum, & inde castramentati sunt in deserto Sin. p.562
Num. 35.
Num. 35. Vindex sanguinis impune occidit, qui interfecit proximum sibi, p.198
Genes. cap. 9. Quicumque effuderit sanguinem hominis, funderetur sanguis illius, ibidem.
Num. 35. In potestate propinqui occisi erat occidere percussorem, p.629
Exod. 21. Per industriam occidens proximum suum, morte moriatur, & ab altari evelatur, ibid.
Num. 36.
Num. 36. Nullum extra tribum ducere uxorem decernit Dominus, p.685
Exod. 31. Ecce vocavi Beseleel filium Uri, nepotem, Hur, & Mariæ Moïsi sororis, quia Hur accepit Mariam, in uxorem, ille de tribu Juda, ista de Levi, ibid.
ANTILOGIÆ EX LIB. DEUTER.
Deut. 4.
Deut. 4. Prohibetur omnis imago, sculprileve, & *Exod. 20.* p.569
Reg. 3. cap. 10. Salomon in throno suo leuculos fecit, à Moïse serpens erigitur, ibid.
Deut. 4. Nullam vidistis similitudinem, in die qua locutus est Dominus vobis in Horeb, de medio ignis, ne forte decepti faciatis similitudinem, & imaginem, p.655
Exod. 24. Et sub pedibus ejus quasi opus lapidi Saphirini. Ubi Deum in aliqua figura apparuisse, constat, cum pedes illius distinctione clara cognoverint, ibid.
Deut. 4. Omnis imago, & sculprile prohibetur, p.718
Exod. 37. Duos etiam Cherubin ex auro ductili, ibid.
Deut. 5.
Deut. 5. Non furtum facies, p.502
Exod. 3. Spoliabis Ægyptum, ibid.
Deut. 5. Non furtum facies, p.556
Exod. 12. Et petierunt ab Ægyptiis vasa argentea, quibus illos spoliarunt, Ex. 2. ibid.
Deut. 5. Prohibetur Sacerdotibus Regnum, pag. 563
Exod. 19. Regnum Sacerdotale populus appellatur, ibid.
Deut. 5. Ante legem, quæ data est mense 3. & *Exod. 10.* *Genes. 2.* Benedixit diei septimo. Deinde *Exod. 16.* Sabbathum observatum est in deserto Sin, quo accesserunt mense 2. p.590
Exod. 20. Memento diem Sabbathi sanctifices. Ex quibus inferitur lege Moïsi fuisse Sabbathum institutum, ibid.
Deut. 5. *Isai 19.* Et alibi, quasi in vitulo tanquam in symbolo verus Deus tolererit, sicut à nobis in sua imagine, quod esse piaculum non videtur, p.686
Exod. 32. Peccavit populus tuus, dixerunt hi sunt Dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti, ibid.
Deut. 6.
Deut. 6. Audi Israel Deus tuus, Deus unus est, p.25
Genes. cap. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, ibid.
Deut. 6. Dominum Deum solum esse adorandum, p.362
Genes. 23. Et adoravit populum, ibid.
Deut. 6. Per nomen Dei jurabis, p.449
Genes 42. Per salutem Pharaonis, ibid.
Deut. 7.
Deut. 7. Septem populos persequi præcipit Dominus, p.644
Exod. 22. Advenam non contristabis, neque affliges cum, ibid.
Deut. 10.
Deut. 10. Dicitur quod scripserit Dominus tabula, & *Exod. 34.* p.710
Ibid. Scribe tibi verba hæc, ibid.
Deut. 14.
Deut. 14. & *Levit. 11.* Distinctio inter hæc animalia munda ab immundis, & holocaustum eorum tunc primum habetur. p.166
Genes. 8. Tollens de cunctis pecoribus, & volucris mundis obtulit holocausta, ibid.
Deut. 14. Permittit Dominus suffocatum, & morticinum Gentibus, p.198
Genes. 9. Prohibetur posteris omnibus Noë suffocatum, ibid.
Deut. 15.
Deut. 15. Ancillæ quoque similiter facies, & antea. Cum tibi venditus fuerit Hebræus, aut Hebræa. Æqualis ergo erat lex, p.628
Exod. 21. Si quis vendiderit filiam in famulam, non egredietur sicut ancillæ consueverunt, ibid.
Deut. 16.
Deut. 16. Non poteris immolare Phasæ in qualibet urbium tuarum, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus. p.558
Exod. 12. Domibus immolare præcipit Phasæ, ibid.
Deut. 16. Iter Sabbati dicitur, & *Isaiæ,* & *Act. c. 1.* ubi de die festo, p.563
Exod. 16. Nullus de loco suo egredietur die septimo, ibid.
Deut. 16. Immolabisque Phasæ, de ovibus, & de bobus, p.538
Exod. 12. Victimam paschalem fore de agno, vel hædo dicitur, ibid.
Deut. 16. Immolabis Phasæ vespere ad solis occasum

Index Antilogiarum.

- oecafum, coques, & comedas,* p. 357
Exod. 12. Non comederis ex eo crudum quod, nec coctum aqua, sed affum tantum igni, ibidem.
Deut. 16. Sex diebus comedes azyma, p. 558
Exod. 12. Septem diebus eius præcipitur azymorum, ibid.
Deut. 19.
Deut. 19. & *Exod. 22.* Homicidam casualem ex errore occidentem exilii damnat, p. 640
Deut. 25. Culpæ poena mensurantur, homicidium autem casuale culpa non est, neque voluntarium, ibid.
Deut. 20.
Deut. 20. Ad satietatem in vineis alienis comedere permittitur, p. 641
Exod. 22. Agrum lædere, seu vineam prohibetur, ibid.
Deut. 24.
Deut. 24. Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima, quæ peccaverit ipsa punietur. Idem *Ezechiel 18.* *Exod. 2.* p. 198
Exod. 20. Visitans patrum iniquitates dicitur Deus in filios, ibid.
Deut. 25.
Deut. 25. Pro mensura peccati debet esse, & plagarum modus, p. 79
Genes. Cap. 4. Dicitur omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, & de Lamech, Cain interficiente à casu, & inconsulto, dicitur, in calce capitis, majores poenas daturum, ibid.
Deut. 25. Extremos agminis tui ceciderit, nempe Amalec, p. 365
Exod. 17. Fugavit Iosue Amalec, ibid.
Deut. 25. Culpæ poena mensurantur, homicidium autem casuale culpa non est, neque voluntarium, p. 640
Exod. 12. Homicidam casualem, ex errore occidentem exilii damnat. Idem *Deut. 19.* ibidem. *Deut. 28.*
Deut. 28. Maledictus in civitate, maledictus in agro, & Pentapolim subvertit Deus, p. 167
Genes. 8. Nequaquam ultra maledicam terræ, ibidem.
ANTILOGIÆ EX LIB. IOSUE.
Iosue cap. 3.
Iosue 3. Israelitæ jubentur in traiectione Jordanis, non columnam ducem aspiceret, sed arcem. Neque diceret Iosue, ut procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini, si illuminaret columna nubis, p. 562
Exod. 13. Nunquam deficit columna nubis per diem nec columna ignis per noctem, ibidem,
Iosue cap. 5.
Iosue 5. Per quadraginta annos populus non est circumcisus, p. 287
Genes. 17. Infans octo dierum circumcidatur, ibidem.
Iosue 5. Die 14. Phasce celebrarunt, die altero comederunt de frugibus terræ, hoc tempore defecit manna. Datum autem fuit in deserto Sin 15. die mensis secundi, quod est Yiar nostro Aprili fere respondens, p. 562
Exod. 16. Quadraginta annis durasse manna, ibidem.
Iosue 5. Non teneri, sed causa itineris, pro tempore quo durat, dispensare Dominum in circumcissione constat, p. 523
Exod. 4. Dicitur quod voluit Deus occidere, vel Mosem, ut aliqui existimant, vel filium, ut alii, quia non erat circumcisus, ibid.
Iosue cap. 6.
Iosue 6. Iter Sabbathi dicitur, & *Act. c. 1.* & *Deut. 16.* ubi de die festo, p. 563
Exod. 16. Nullus de loco suo egrediat die septimo, ibid.
Iosue 6. Israelitæ perambulabant, cum è castris, quæ Hierichunte aberant 10. stadiis accedebant ad urbem, & circuitionibus operosis septenis laborabant, p. 579
Exod. 20. Non facies omne opus in eo, in Sabbatho scilicet, ibid.
Iosue 6. Jericho juxta urbem circuitionibus operosis laborabant, p. 714
Exod. 34. Septimo die arare cessabis, quo exemplo omne prohibetur opus, ibid.
Iosue cap. 14.
Iosue 14. Caleb cum exploratoribus ingressus in terram Chanaan erat 40. annorum. Ejus ergo pronepos ætatis esse non posset, ut sanctuarium construeret. p. 717
Exod. 35. Beseleel filium Uri, filii Hur, hujus pater fuit Caleb, ut dicitur 1. *Paral. cap. 2.* ibidem.
Iosue cap. 16.
Iosue 16. Cecidit fors filiorum Joseph ab Jordane contra Jericho ad montem Bethel, & egreditur de Bethel Luzam, p. 395
Genes. 28. Appellavit nomen urbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur, ibid.
IOSUE CAP. VLTIM.
Iosue ultim. Annum fere sexagesimum agebat, p. 708
Exod. 33. Iosue, puer appellatur, ibid.
ANTILOGIÆ EX LIB. JVDICVM.
Judic. cap. 16.
Judic. Cap. 16. Samson se ipsum occidit, & *Reg. cap. 20.* Vir quidam alium rogavit, ut ipsam percuteret, devoratus à leone, quia noluit, periit, p. 597
Exod. 20. Non occides dicitur in sacro textu, ibidem.

Index Antilogiarum.

ANTILOGIÆ EX LIBRO IUDICVM.

- Reg. 1. Cap. 9.*
Reg. 1. Cap. 9. Saul in Regem electus de tribu Benjamin primum, & post Sedekiam Almoneni, qui de tribu Levi erant, p. 455
Genes. 49. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, & dux de scemore ejus donec veniat, qui mittendus est, ibid.
Reg. 1. Cap. 14.
Reg. 1. Cap. 14. Applica arcam, dicitur ut Dominus consuleretur, & oraculum captaretur, pag. 678
Exod. 28. Pones autem in rationali iudicii doctrinam, & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingreditur coram Domino. Vbi omnes intelligunt, hæc ad consulendum Dominum deservire juxta illud 1. Reg. cap. 23. Applica Ephod, ibid.
Reg. 1. Cap. 18.
Reg. 1. Cap. 18. Stulte egisti, inquit ad Saul Samuel, quod si non fecisses, jam nunc præparasset Deus regnum tuum in tempore tuo, p. 481
Genes. 49. Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, donec veniat, qui mittendus est, ibid.
Regum 1. Cap. 25.
Primo Reg. 6. 25. David petiit, & edidit propositionis panes, p. 680
Exod. 29. Alienigena, id est, qui de tribu Levi non fuerit (sic exponitur ab omnibus) panes sanctificatos comedere prohibetur, ibidem.
Reg. 2. Cap. 3.
Reg. 2. Cap. 3. Ioab occidens Abner non punitur à David, p. 637
Exod. 21. Occidens per insidias alterum, subire præcipitur mortem, ibid.
Reg. 2. Cap. 6.
Reg. 2. Cap. 6. Ephod applicatur David, & cap. 14. Achias portabat Ephod, hunc autem non esse Summum Sacerdotem constat ex 1. Reg. cap. 21. ubi non ille, sed Achimelech Achitobo successit, p. 674
Exod. 28. Superhumerales seu Ephod proprium Summi Sacerdotis, de nullo enim alio dicitur, quod in Vrim, & Thummim consuleret Dominum, nec rationale gestaret, quod non distincta vestis, sed pars inseparabilis superhumeralis, & Ephod est, ibid.
Reg. 2. Cap. 15.
Reg. 2. Cap. 15. Relinquit David, ut custodirent domum, decem concubinas, p. 598
Exod. 20. Non mechaberis, ibid.
Reg. 2. Cap. 24.
Reg. 2. Cap. 24. Mortui sunt 70000. ob populum numeratum, p. 681
Exod. 30. Quando tuleris summam filiorum

- Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti, ibid.
Reg. 3. Cap. 2.
Reg. 3. Cap. 2. Joab homicida confugit ad altare. Quod irrationabiliter egisset, si locus refugii non esset in voluntario homicidio. Unde nolente egredi renuntiavit regi Banaias. Tandem apprehenso cornu altaris interfectus est, ut constat ex illis. Fac sicut locutus est. p. 638
Exod. 21. Ab altari meo evellendum ut moriatur præcipitur alium interficiens: Non ergo ibi poenam luendam, & homicidam interficiendum voluit Dominus, ne pollueretur altare, locusque sacer. Neque asylli locus erat homicidis voluntariis, ibid.
Reg. 3. Cap. 6.
Reg. 3. Cap. 6. Domus habebat 60. cubitos longitudine, & 20. latitudine, p. 672
Exod. 26. Tabernaculi non præscribuntur nisi 30. Cubiti longitudine, 10. in latitudine, ibid.
Reg. 3. Cap. 10.
Reg. 3. Cap. 10. Salomon in trono suo leucuculos fecit, à Mose serpens erigitur. p. 569
Exod. 20. Prohibetur omnis imago, sculptileve, & Deut. 4. ibid.
Reg. 3. Cap. 20.
Reg. 3. Cap. 20. Vir quidam alium rogavit, ut ipsum percuteret, devoratus à leone, quia noluit, perit, p. 597
Exod. 20. Non occides dicitur in sacro textu, ibidem.
Reg. 4. Cap. 4.
Reg. 4. Cap. 4. Creditor filios debitoris liberos intendit facere sibi servos. Poterat ergo & vendere aliis, p. 529
Exod. 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ morte moriatur, ibid.
ANTILOGIÆ EX LIB. PARALIPOMENON.
Paralip. 1. Cap. 4.
Paralip. 1. Cap. 4. Sic legitur. Filii Simeon. Namael, & Jamin, & Jarib, Ara, Saül. Quinque referuntur. p. 452
Genes. 46. Filii Simeon, Ismael, & Iamin, & Sohar, & Saül filius Chanaanitidis, &c. sex & diversis nominibus nominantur, ibid.
Paralip. 1. Cap. 4. Caleb fuit proavus Beseleel. Unde sequitur, cum decem esset annorum magistrum in construendo tabernaculo fuisse, p. 728
Exod. 37. Fecit autem Beseleel arcam, ibid.
Paralip. 2. Cap. 4.
Paralip. 2. Cap. 4. Salomonici altaris decem cubitorum erat altitudo. Non ergo aliter

Index Antilogiarum.

- ascendi poterat. p.600
Exod. 20. Ne ascendas per gradus ad altare, ne reveleetur turpitudine tua. ibid.
Paral. 2. cap. 4. De lignis setim præcipitur fieri altare holocaustorum, & *Exod.* 27. pag. 602
Exod. 20. Altare fieri præcipit Dominus de terra, vel lapide impolito. ibid.
Paral. 2. cap. 35.
Paral. 2. cap. 35. & *Esdra* 6. v. 20. Sacerdotum, vel Levitarum immolare proprium esse innuitur. p. 537
Exod. 12. Immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. I. ESDRÆ.

- Esdra* 1. Cap. 1.
Esdra 1. cap. 1. v. 20. & *Paral.* 2. cap. 35. Sacerdotum, vel Levitarum immolare proprium esse innuitur. p. 537
Exod. 12. Immolabitque eum omnis multitudo filiorum Israël. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. JUDITH.

- Judith* Cap. 7. & 8.
Judith cap. 7. & 8. Exprobrat hoc ipsum, Hæc enim senioribus Bethulæ. Posuistis vos tempus miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. pag. 535
Exod. 8. Moles determinat in crastinum expulsiōnem Ranarum. ibid.

- Judith* cap. 9.
Judith cap. 9. Deus Patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudaverunt formam virginis in confusionem, & filios illorum in captivitatem, & omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum. Ex quibus constat facinus Sichimitarum zelum divini honoris esse Judith arbitratam, & à Domino processisse. p. 482.

- Genes.* 49. Simeon, & Levi vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Ex quibus ultionem de Sichimitis factam, cap. 34. à Mose narratam damnat, & facinus improbum atque crudele detestatur. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. JOB.

- Iob* cap. 4.
Iob 4. Si aspexi Solem, cum splenderet. Quasi delictum esset aspiciere Solem. p. 269

- Genes.* 15. Dicit Dominus Abraham suscipe cœlum, & numera stellas. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. PSALMORUM.

- Psal.* 5.
Psal. 5. Perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Exod. cap. 1. Non fecerunt juxta præceptum regis, & v. 19. mentitæ sunt illi, v. 20. Bene ergo fecit Dominus illis, & in præmium mendaciæ edificavit eis domos.

- Psal.* 28.
Psal. 28. Dominus diluvium inhabitare facit. p. 193
Genes. 9. Non erit deinceps diluvium. ibid.

- Psal.* 70.
Psal. 70. Nullum similem esse Deo dicitur. pag. 29

- Genes.* cap. 1. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. ibid.
Psal. 70. Quis similis erit Deo? dicit David. pag. 103

- Genes.* cap. 5. In die qua creavit hominem, ad similitudinem Dei fecit illum. ibid.
Psal. 70. Domine quis similis tibi. p. 198
Ge. 9. Ad imaginem Dei dicitur homo factus. ibidem.

- Psal.* 77.
Psal. 77. Prodigia sua in campo Tanceos, Ps. 104. in terra Cham. p. 530
Exod. 7. Constat plagas fuisse in Ægypto factas. ibid.

- Psal.* 109.
Psal. 109. Juravit Dominus, & non pœnitabit eum. p. 119

- Genes.* 6. Pœnitet me fecisse hominem. ibid.
Psal. 127.

- Psal.* 127. Vxor tua sicut vitis abundans. p. 55
Genes. 3. In pœnam dixit mulieri Deus multiplicandos conceptus, in dolore parituram filios, & sub viri fore potestate & dominio. ibid.

- Psal.* 138.
Psal. 138. Deus ubique est. Si ascendero in cœlum illic, si descendero in infernum adest. p. 708 & 709

- Exod.* 33. Non ascendam tecum inquit populo Deus. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. ECCL.

- Eccles.* cap. 1.
Eccles. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. p. 31

- Genes.* 1. Vidit omnia, quæ fecerat, & erant valde bona. ibid.

- Eccles.* 1. v. 4. Terra autem in æternum stat. pag. 120

- Genes.* 6. Ego disperdam eos cum terra. ib.

Index Antilogiarum.

ANTILOGIÆ EX LIBRO SAPIENT.

Sap. Cap. 18.
Sap. cap. 18. Diadema appellatur. p. 718
Exod. 37. Fecit illi coronam auream. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. ECCLESIAST.

Eccles. cap. 18.
Eccles. cap. 18. Qui vivit in æternum creavit omnia simul. p. 4
Genes. cap. 1. Omnium rerum fabricam in sex dies esse distributam, & à Mose delineatam videmus. ibid.

Eccles. 18. Omnia fecit simul. p. 685

Exod. 31. Sex diebus fecit Deus cælum & terram. ibid.

Eccles. 44. Traditur Henoch fuisse in paradiso translatum. p. 155

Ex Genes. cap. 7. Dicitur diluvium illud super universam terram generalissimum illam delevisse, unde paradisi terrestri in hoc terrarum orbe constitutus ruinam passus aperte constat.

ANTILOGIÆ EX LIB. ISAIÆ.

Isai. cap. 1.
Isai. cap. 1. Neomeniam, Sabbathum, & festivitates vestras non feceram. p. 594

Exod. 20. Præcipitur observantia Sabbathi. ibidem.

Isai. cap. 2.
Isai. 2. Ex Sion exibit lex, & verbum Domini in te videbitur. p. 566

Exod. 19. Lex data est in monte Sinai. ibid.

Isai. cap. 19
Isai. 19. & *Deut. 5.* Quasi in vitulo tanquam in symbolo verus Deus coleretur, sicut à nobis in sua imagine quod esse piaculum non videtur. p. 686

Exod. 22. Peccavit populus tuus, dixerunt hi sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. ibid.

Isai. cap. 45.
Isai. cap. 45. Ego sum qui paravi lumen, faciens pacem, & creans mala, & alibi passim hæc repetuntur. p. 30

Genes. 1. Vidit Deus omnia quæ fecerat, & erant valde bona. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. JEREMIÆ.

Jerem. cap. 4.
Jerem. cap. 4. Et jurabis, vivit Dominus. Paulus etiam pluries juravit, ad Rom. cap. 5. & 9. ad Galat. 1. ad Philip. 1. p. 597

Exod. 20. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum. ibid.

Jerem. cap. 7.
Jerem. cap. 7. Non sum locutus cum patribus vestris, nec præcepi eis de holocaustis, & victimis. p. 603

Exod. 20. Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oves vestras. ibid.

Jerem. cap. 9.

Jerem. cap. 9. Ecce dies veniet, dicit Dominus, & visitabo super omnem, qui circumcisum habet præputium super Ægyptum, & super Judam, & super Edom, & super filios Ammon, & Moab. p. 290

Genes. Cap. 17. Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me & vos, & semen tuum post te. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. BARUC.

Baruc. cap. 5.
Baruc. cap. 5. Eritis Babylone usque ad generationem septimam, ubi fuerunt 700. annis, ut ex *Jerem. c. 25.* p. 270

Genes. cap. 15. Generatione autem quarta revertentur huc, ubi 400. annos denotant istæ generationes. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. EZECH.

Ezech. cap. 18.
Ezech. cap. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater filij sed anima quæ peccaverit ipsa punietur, idem constat: *Ex. 2. & Deut. 24.* p. 198

Genes. 9. Maledictionis afficitur pater natus innocens nepos Chanaan, ibid.

Ezech. 18. Anima quæ peccaverit ipsa punietur. p. 291

Genes. 17. Masculus qui circumcisus non fuerit, delebitur anima illius de populo suo. ibid.

Ezech. cap. 18. Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima quæ peccaverit ipsa punietur. Idem *Exo. 2. & Deut. 24.* p. 602

Exo. 20. Visitans patrum iniquitates, dicitur Deus in filios. ibid.

Ezech. 18. Anima quæ peccaverit ipsa punietur. p. 523

Exod. 4. Deus Moysis filium occidere voluit. ibid.

Ezech. cap. 24.
Ezech. cap. 24. Super mortuum lætum non facies. p. 497

Genes. Cap. 50. Jacob plangitur Joseph permittente pluribus diebus. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. DANIELIS.

Daniel cap. 3.
Daniel cap. 3. Deus potest eripere nos de camino ignis, quod si noluerit; Deos tuos non colimus. p. 396

Genes. 28. Si hæc & hæc fecerit mihi Dominus, erit mihi in Deum: Quasi non sic, si non fecerit illa. Quod impium videtur. ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. OSEÆ.

Osee cap. 1.
Osee cap. 1. Sume tibi uxorem fornicatorem, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. p. 597

Exod. 20.

Index Antilogiarum.

Exod. 20. Non machaberis, ibid.
ANTILOG. EX LIB. JOELIS.

Joelis cap. 2.

Joel. cap. 2. Opponitur cum textu sequenti.
 p. 536

Exod. 10. De Locustis, innumerabiles ascen-
 disse super *Aegyptum*, quales antea non
 fuerunt, nec postea futuræ sunt, inquit
 Moses, ibid.

EX LIB. NEHEM.

Nehem. 10. Tertium sicii præcipitur dare.
 pag. 684

Exod. 30. Medium sicii qui transit ad nomen
 præcipitur dare, ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. AMOS.

Amos cap. 1.

Amos cap. 1. Super quatuor sceleribus non
 parcam, p. 604

Exod. 20. Faciens misericordiam in millia di-
 citur Deus, ibid.

ANTILOGIÆ EX LIB. MACHA- BÆORVM.

Math. 1. cap. 11.

Math. 1. cap. 11. Fœdus cum aliis à religione
 pacti sunt, p. 710

Exod. 34. Ne fœdus cum eis ineas, ibid.

ANTILOGIÆ EX EVANG. SECVN- DVM MATTHÆVM.

Math. cap. 4.

Math. cap. 4. Et *Deut.* 6. v. 15. Deum solum
 adorandum constat, & *Paul.* 5. ad *Thi-*
mot. 5. cap. 17. *Apoc.* 19. Angelus refusat
 adorari, p. 308

Genes. 18. v. 2. Angelos adoravit Abraham,
Loth. *Genes.* 19. *Iosue.* cap. 5. Manue *Ju-*
dic. 13. *Balam.* *Num.* 22. ibid.

Math. cap. 5.

Math. 5. Prohibitum est jurare, p. 335
enes. 21. Dixitque Abraham ego jurabo,
 pag. 335

Math. cap. 5. Reprehens Pharisæis prohi-
 bet formulam juramenti. Neque per cœ-
 lum, neque per templum, neque per ca-
 put tuum iuraveris. *Ibid.* sit autem vester
 sermo: est, est, non, non: quod autem
 abundantius est à malo est. D. Jacobus
 epist. c. 5. Nolite jurare neque per cœlum,
 neque per terram, neque aliud quodcum-
 que juramentum. *Deut.* 6. per nomen Dei
 iurabis, p. 407

enes. 31. Iuravit ergo Jacob per timorem
 patris sui Isaac, ibid.

Math. 5. & *Luc.* 6. Estote benigni sicut pa-
 ter vester cœlestis, qui solem suum super
 bonos, & malos omni facit, p. 568

Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus
 fortis Zelotes visitans iniquitatem, ibid.

Math. 5. Christus Dominus, qui legem in-

tegre implevit, percutienti Maxillam, of-
 ferri præcipit alteram, p. 637

Exod. 21. Oculum pro oculo, dentem pro
 dente, manum pro manu, pedem pro pede,
ibidem.

Math. 5. Odio habendum inimicum, lege
 veteri præcipi indicatur, & *Exod.* 21. &
Levit. 24. Pœna Talionis statuitur, & fœ-
 dere novo benefacere illi suadetur, p. 647

Exod. 23. Si videris asinum inimici tui jacere
 sublevabis illum. Vnde benefaciendum
 inimico præcipitur, ibid.

Math. cap. 12.

Math. cap. 12. Christus discipulos suos de-
 fendit colligentes spicas, p. 563

Exod. 16. Neque ad colligendum manna per-
 mittitur egredi de loco die septimo, *ibid.*

Math. 12. Sacerdotes Sabbathis Sabbathum
 violant, p. 685

Exod. 31. Videte, ut Sabbathum meum cu-
 stodiatis, ibid.

Math. cap. 18.

Math. cap. 18. Non solum septies, verum
 etiam septuagies septies, p. 568

Exod. 20. Dominus Deus, Zelotes dicitur,
ibidem.

ANTILOGIÆ EX EVANG. SECVN- DVM MARCVM.

Marc. cap. 14.

Marc. cap. 14. Prima die azymorum, quando
 pascha immolabant. Sentit ergo eadem
 die, & pascha celebrari, & incipere azy-
 ma, cum ergo, ut superius diximus, im-
 molatus sit agnus ad vesperam priorẽ
 lunæ decimæ quartæ, quæ ad diem 13.
 spectat ab illa incipiunt azyma, unde sunt
 8. dies, p. 514

Exod. 12. Septem diebus comedetis azyma
 usque ad vicissimam diem ad vesperam,
ibidem.

ANTILOGIÆ EX EVANG. SECVN- DVM LYCAM.

Luc. cap. 3.

Luc. cap. 3. Inter Arphaxad & Sale ponit
 Chanaam. Arphaxad ergo cum esset 35.
 annis genuit Sale, & simul eodem anno
 Chanaam ejus parentem, quod impossibi-
 le est, p. 235

Genes. 11. Arphaxad vixit 35. annis & genuit
 Sale, ibid.

Luca cap. 6.

Luca 6. Et *Math. 5.* Estote benigni sicut pa-
 ter vester cœlestis, qui solem suum super
 bonos, & malos oriri facit, p. 568

Exod. 20. Ego sum Dominus Deus tuus for-
 tis zelotes visitans iniquitatem, ibid.

ibid.

Index Antilogiarum.

Luca cap. 10.

Luca cap. 10. Designavit Dominus, & alios septuaginta duos, p. 648
Exod. 24. Patres Sinedrii septuaginta senes, seu presbiteri dicuntur, ibid.

Luca cap. 14.

Luca cap. 14. Qui non odit patrem & matrem suam non potest meus esse discipulus, pag. 569

Exod. 20. Honorare parentes præcipitur filiis, ibid.

ANTILOGIÆ EX EVANG. SECUNDUM JOANNEM.

Joannis cap. 1.

Joannis 1. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, p. 69

Genes. cap. 4. Possedi hominem per Deum inquit de Cain Eva, ibid.

Joan. cap. 5.

Joan. cap. 5. Pater meus usque modo operatur, p. 43

Genes. 2. Requievit Deus ab omni opere, quod pararat, ibid.

Joan. cap. 14.

Joan. cap. 14. Antè diem festum paschæ edidit Christus agnum juxta legis præfixum tempus. Mactavit autem, & edidit vespera diei 13. quia si in vespera diei 14. ederet agnum, non ante diem festum paschæ, sed in ipso die festo id effecisset. Dies enim 15. festivus erat, incipiens à vespera antecedentis, juxta illud à vespera usque ad vesperam celebrabitis Sabbatha vestra, p. 538

Exod. 12. Constat agnum comedisse Israelitas ad secundam vesperam, quæ terminus est diei 15. & principium diei 14. Dicitur enim ibi, quod azyma edi incipiebant cum ipso agno paschali, & per septem dies durabant. Si ergo illa, & agnus ad vesperam diè 3. claudentem inciperent edi, non septem, sed octo azymorum forent dies, cum totidem numerentur à vespera diei 13. usque ad vesperam, in qua complentur dies, 21. toto enim tempore isto durabant, ibid.

ANTILOGIÆ EX AQ. APOST.

Actor. cap. 1.

Actor. cap. 1. Iter Sabbathi dicitur, & Joan. cap. 6. & Deut. 16. ubi de die festo, p. 395

Exod. 16. Nullus de loco suo egrediatur die septimo, ibid.

Actor. cap. 5.

Actor. cap. 5. Constat Abraham egressum esse de Charam seu Aram postquam patrens mortuus est. p. 236

Genes. 11. Vixitque Thare 70. annis, & genuit Abraham, & Nachor, & Aram, & v. 31. Facti sunt dies Thare 205. annorum; Abraham 75. annorum erat cum egressus est de Aram, & 145. Thare, & 60. ante illius mortem. ibid.

Actor. cap. 7.

Actor. cap. 7. Dicitur quod non dedit hæreditatem in ea, nec passum pedis. p. 260

Genes. 13. Omnem terram, quam conspicias, tibi dabo. ibid.

Act. Apost. cap. 7. Descendit Jacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filiis Hemor filij Sichem. pag. 362

Genes. 23. Abraham emit ab Ephron filio Seor agrum juxta urbem in sepulturam Saræ. ibid.

Act. Apost. cap. 7. Jacob & filij ejus translati sunt in Sichem, & positi in sepulchro Abraham. p. 363

Genes. 23. Sepulchrum Abraham in Hebron collocatum est. ibid.

Act. 7. Dicitur quod non dedit hæreditatem in ea nec passum pedis. ibid.

Genes. 23. Abraham in Chanaam speluncam, & agrum constat emisse. ibid.

Act. cap. 7. Dicitur fuisse, 75. p. 453

Genes. 46. Omnes animæ domus Jacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuere 70. ibid.

Act. Cap. 7. Accersivit Jacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus, 75. p. 501

Exod. cap. 1. Erant omnes animæ eorum, qui egressi sunt de scemore Jacob, 70. ibid.

Act. 7. Facta est apparitio in monte Sina. pag. 502

Exod. 3. In monte Dei Horeb Dominus Mosis apparuit. ibid.

Act. 7. Angelus apparuit Mosis in flamma ignis. ibid.

Exod. 3. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi. ibid.

Act. 7. Constat fuisse 40. annorum cum implerentur (ibi sic dicitur) ei 40. annorum tempus ascendit in cor ejus visitare fratres, ita tunc percussit Ægyptum. Post alia, fugit Moses, & fuit advena in terra Madiam ubi generavit filios duos, & expletis annis 40. apparuit illi in deserto montis Sinai Angelus. Ex quibus constat

Index Antilogiarum.

Stat cum accidit circumcisio filii, fuisse octogenarium, ut Ex. 7. ac proinde filium ejus fore 40. annorum, p. 523
Exod. 4. Circumcidit præputium filii sui, quæ denotant infantilem ætatem habere: cum severe octavo die circumcidendum præceperit Deus puerum cujuscumque Hebræi. Incredibile autem est Moïsem Dei timoratum per quadraginta annos circumcisionem filii distulisse, & tanto tempore à Domino impunitum, & tolleratum fuisse, ibid.
Act. 7. Hic est, inquit de Moïse, qui fuit in Ecclesia, in solitudine cum Angelo, qui loquebatur eis in monte Sina, p. 563
Exod. 20. Locutusque est Dominus cunctos sermones hos, ibid.

Act. cap. 22.

Act. cap. 22. Principibus inquit non maledicendum, p. 261
Genes. 14. Persecutus est eos usque Dam, ib.

ANTILOG. EX EPIST. D. PAULI.

Paul. ad Romanos 3.

Paul. ad Romanos 3. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona, p. 307
Genes. 18. Habeo duas filias abutimini eis, dummodo viris istis nil mali faciatis, ibid.

Paul. ad Romanos 5.

Paul. ad Roma. 5. Peccatum vero non imputabatur non existente lege, p. 69
Genes. Cap. 4. Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear, ibid.
Paul. ad Rom. 5. Non existente lege non imputatur peccatum, neque culpa, hujusmodi conjunctio non erat prohibita. Deinde qui erant filii Dei? p. 115
Genes. 6. Videntes filii Dei filias hominum, quod essent pulchræ, acceperunt uxores. Quo iratus est Dominus, ibid.

Paul. ad Rom. 5. & 9. & ad Galat. 1. ad Philip. 1. Juravit, & Jerem. 4. Jurabis vivit Dominus.

Exod. 20. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum,

Paul. ad Rom. 14.

Paul. ad Rom. 14. Et non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum emortuum, cum jam fere centum esset annorum, neque mortuam vulvam Saræ &c. pag. 293

Genes. 17. Risit in corde suo dicens Abraham putas ne centenarius nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? ibid.

Paul. ad Rom. 14. Distinguit inter manducan-

tem cum credat omnia posse, & non manducantem, & utrumque salvat. Loquens deinde de iis, quæ in cibum assumi possunt, inquit omnia munda sunt, p. 711
Exod. 34. Ne manducent de immolatis gentilium diis prohibetur; ibid.

Paul. ad Corinthios 1. cap. 7.

Paul. ad Corinth. 1. cap. 7. Qui non jungit virginem suam melius facit, p. 180
Genes. 9. Dixit Deus crescere & multiplicamini, ibid.
Paul. 1. ad Corinth. 7. Laudatur virginitas, pag. 647
Exod. 23. Non erit in te sterilis, nec infœcunda, ibid.

Paul. ad Corinth. 8.

Paul. 1. ad Corint. 8. Nullus est Deus nisi unus, p. 530
Exod. cap. 7. Ecce constitui te Deum Pharaonis, ibid.

Paul. 1. ad Corinth. cap. 10.

Paul. 1. cap. 10. Neque fornicemur sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia, p. 687
Exod. 32. Ceciderunt in die illa quasi triginta tria millia hominum, ibid.

Paul. 2. ad Corinth. 3.

Paul. 2. ad Corinth. 3. Gloria vultus Moïsis prædicatur, p. 715
Exod. 34. Ignorabat quod cornuta esset facies ejus, ibid.

Paul. ad Galatas, cap. 1.

Paul. ad Gal. 1. Juravit & ad Philip. 1. & ad Rom. 5. Nec non Jerem. 4. jurabis, vivit Dominus, p. 597
Exod. 20. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, ibid.

Paul. ad Galat. cap. 3.

Paul. ad Galat. 3. Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem, p. 252

Genes. 12. A promissione Abraham usque ad legem Moïsi datam fuisse videtur 645. annos, Abraham enim 7. 5. erat annorum cū hæc facta fuit illi promissio, unde usque ad descensum in Ægyptum 215. fuerat annis, ab ingressu usque ad exitum 430. Exod. c. 12. adde dies ab exitu usque ad legem datam, ibid.

Paul.

Index Antilogiarum.

Paul. ad Galat. cap. 5.
Paul. ad Gal. 5. Circumcisio nil prodest. p. 271
Genes. 17. Circumcisio data fuit Abraham in
 fœdere sempiterno. ibid.
Paul. ad Ephes. cap. 5.
Paul. ad Ephes. 5. Nolite inebriari vino in
 quo est luxuria. p. 451
Genes. 43. Biberuntque & inebriati sunt. ib.
Paul. ad Ephes. cap. 6.
Paul. ad Ephes. 6. Honorare parentes primum
 mandatum est. p. 568
Exod. 20. Honorare parentes quartum præ-
 ceptum est. ibid.
Paul. ad Philip. c. 1.
Paul. ad Philip. 1. Juravit, & pluries. p. 597
Exod. 20. Non assumes nomen Domini Dei
 tui in vanum. ibid.
Paul. ad Timot. c. 5.
Paul. ad Timoth. cap. 5. Deum solum adoran-
 dum constat, & Apoc. 19. Angelus recu-
 sat adorari. p. 308
Genes. 18. v. 2. Angelos adoravit Abraham,
 Lot. *Gen. 9. Iosue, c. 5.* Manue. *Judic. 13.*
 Balam num. 22. ibid.
Paul. ad Hebraeos cap. 4.
 Ad Hebræos 4. nulla creatura invisibilis in
 conspectu Domini. p. 235
Gen. 11. Dominus descendit ut videret. ibid.
Paul. ad Heb. 4. Omnia nuda, & aperta sunt
 oculis Domini. p. 307
Genes. 18. Descendam & videbo dicit de se
 Deus. ibid.
Paulus ad Hebraeos, cap. 9.
Paul. ad Hebr. 9. Secundum tabernaculum
 semel quorannis solus Pontifex ingres-
 sus est non sine sanguine, & *Levit. 16.*
 Ne omni tempore ingrediatur sanctua-
 rium. p. 682
Exod. 30. Præcipitur fieri altare, super quo
 adolendum incensum mane, & vespere,
 hoc autem esse intra sanctuarium con-

stat. tum ex *Paul. ad Heb. 9. ibi.* Taberna-
 culum, quod dicitur sancta sanctorum
 aureum habens thuribulum id est altare
 aureum, & arcam testamenti. Tum quia
Exod. 40. Præcipitur quod ara supra
 quam adolebatur incensum coram arca
 testimonij collocetur. ibid.
Paul. ad Hebr. 9 & num. 17. Virga Aaronis,
 Manna, & lib. Deuter. fuerunt testimo-
 nium. Hæc autem à Mose non sunt po-
 sita in arca. p. 719
Exod. 40. Posuit testimonium in arca, ibid.
Paul. ad Heb. cap. 11.
Paul. ad Heb. 11. Adoravit fastigium vitæ
 ejus. p. 455
Gen. 47. Adoravit Israel Deum conversus ad
 lectuli caput. ibid.
Paul. ad Hebr. cap. 12.
Paul. ad Hebr. 12. Ne quis sit fornicator sive
 prophanus, ut Esau qui propter unam
 escam vendidit primitiva sua Scitote
 enim, quoniam, & postea cupiens hæredi-
 tare benedictionem, reprobatus est: non
 enim invenit penitentiæ locum, quam-
 quam cum lachrymis inquisisset eam. Ex
 quibus Paul. negat accepisse benedictio-
 nem, quam cum lachrymis postulabat ab
 Isaac. p. 387
Genes. 27. In pinguedine terræ, & in rore
 cœli desuper erit benedictio tua accepit
 ergo benedictionem. ibid.
ANTILOG. EX EPIST. JACOBI.
CAP. 1.
Jacob. 1. Deus neminem tenet. p. 337
Gen. 22. Tentavit Dominus Abraham, ibid.
Jacob. epist. cap. 5.
Jacob. epist. cap. 5. Nolite jurare neque per
 cœlum, neque per terram, neque aliud
 quodcumque juramentum. p. 407
Gen. 31. Juravit ergo Jacob per timorem
 patris sui Isaac, ibid.



INDEX CONCIONATORIVS.

PRIOR NUMERUS PAGINAM NOTAT,
posterior numerum marginalem.

PRO DOMINICA I. ADVENTUS.

Erunt signa in Sole & Luna, Luca. Cap. 21.



Nextremo, & terribili die iudicij Dominus veniet in nube, priusque facit Solem & Lunam tenebris obscurari, quoniam veniet homines puni-

turus, ideo erubescens, tenebras, ne videatur, spargit. Vide Ge. 6. p. 128. à nu. 17. A Sole, & Luna rigor incipiet iudicij, ut innuat Principes & excelsor rigorosius iudicandos, quia alijs criminibus suis ruina & præcipitium pararunt. Vide Genes. 9. p. 210. 27. & Exod. 31. p. 688. 1.

Terribilis iudex hominibus apparebit præsertim illis, qui nimia præsumptione de misericordia divina vane confidunt. Genes. 6. p. 151. 40

Tunc præcipue humanitas Christi fulgebit: *Videbunt filium hominis*, Ut supplicium dirius appareat; maximus enim est dolor inflictus, ab eo qui excessivo prosequatur amore, Genes. 35. p. 413. 1. & Exod. 7. p. 533. 4

PRO DOMINICA II. ADVENTUS.

Cum audisset Joannes in vinculis. Præclarus vir conjicitur in vincula, quia veritatem clamabat; *Ego vox clamantis.* Semper veritas odium experitur hostile. Vide Genes. 2. p. 50. 12

Præcipue Principibus est inuisa Exod. 7. pag. 531. 1

Cum tyrannus Herodes imperaret inter delicias, Joannes sanctissimus in vinculis est vexatus; Deus enim justos sæpè laboribus premat & ut excolat tribulationibus cruciat. Vide Exod. 24. p. 656. 6

Joannes in vinculis Dominum sollicitius inquiri, labores enim majorem Dei solent excitare memoriam. Vide Exod. 32. pag. 704. 10

Joannem Domini singularem amicum permisit conjici in vincula, ut inde collige-

rent homines cælum tribulationibus comparandum. Vide Ge. 28. p. 398. à n. 2 *Cæci vident* respondit interrogantibus Christus, ad opera non ad verba remittit; minus namque operatur; qui magis loquitur, & infœcundus est operibus, qui fecundus est verbis. Vide Gen. 27. p. 389. à num. 9

PRO DOMINICA III. ADVENTUS.

Miserunt Indæ Judæi ad Joannem accedunt credentes esse Messiam, non animo adorandi sed lucri spe commodique accipiendi, ideo non esse Messiam audientes Joannem contemnunt. Quid ergo baptizas, nullus enim personam amat, sed utile & lucrum. Vide Gen. 22. p. 355. 13

Livore correpti Messiz offerunt dignitatem Baptistæ, non ut illum honorent, sed ut Christum dehonestent, & à Domino tollerent splendorem, fulgor namque Dominicus oculis invidorum pungebat. Vide Gen. 4. p. 87. à n. 1

Messiz dignitatem libenter Joanni offerebant, Christo vero negabant, invidia non cruciabantur cum Joannem confiterentur Messiam, & torquebantur livore circa Domini dignitatem: Quare hoc? Quoniam Baptista inhabitabat desertum, Christus inter illos commorabatur, invidia autem nequit alienum tolerare splendorem, quem coram oculis videt. Gen. 4. p. 102. à n. 33

Miserunt legatos ad Joannem, si credere Messiam, à quo sua salus pendebat, quare proprios non dirigunt gressus, ipsique ad illum conveniunt? Quoniam homines veloces ad ruinam, & nimis tardi ad salutem. Exod. 16. p. 563

Christum Dominum, quem omnes prædicabant sacri vates prophetam non credunt, Baptistæ se neganti Messiam, atque Prophetam illicò præbuerunt assensum. Quare hoc? Quoniam factus unus testis, & levissima unius assertio, ut homines im-

perfectionem

Index Concionatorius.

perfectionem eredant alienam, non fat infiniti, ut gloriæ reddatur fides alienæ.

Gen. 8. p. 173. n. 27

Et confessus est quia non sum. Negavit se fuisse prophetam Baptista, ideo meruit Dominum illius esse panegyristam, se ad imum Ioannes depressit, ideo Christus exaltavit Baptistam: *Inter natos mulierum non surrexit maior*; humilitas enim exaltat. Gen. 15. p. 283. 30. & Gen. 23. p. 365. 3

PRO SANCTO THOMA.

Nisi videro. Cùm Dominus resolvit in Bethaniam Lazarum suscitaturus redire, mortis periculo se velle exponi Thomas strenue iactavit, quare nunc infidelis? Quoniam minus operatur qui magis loquitur. Gen. 27. p. 389. à n. 9

Dominus meus & Deus meus, inquit Thomas ab infidelitate resurgens, unde tam repentina mutatio? Quoniam Dominus visitavit, ideo vitæ fidelitatis restituit, prælati namque visitatio est summè proficua. Vide Exod. 32. p. 688

Lucratus est Christus ovem errantem quia gressibus illam quæsitivè dulcissimæ charitatis Gen. 11. p. 245. à n. 21. & Genes. 18. p. 323. 8. & sequentibus.

In quo Dominum Apostolus recognovit? Quoniam vidit in medio, *in medio eorum* æqualiter à centro Dominici cordis lineæ divinæ dilectionis exhibent erga Joannem singulari amore dilectum, ac erga discipulum infidelem. Princeps enim domini cognomine dignus æqualis debet esse cunctis vassallis. Gen. 22. p. 337. à n. 1

Dominum cognovit, quia vulnera contretavit, Principem enim magis cruor condecorat, quam purpuræ vana majestas. Gen. 49. p. 489. à 22

Dominum confessus est Thomas quia ad incrementum ingratiitudinis infidelis signa multiplicavit, Christus Dominus dilectionis, quod in Christi dumtaxat amore posset humana fragilitas reperire. Exod. 3. p. 507. & 509. 7. & 9

PRO DOMINICA IV. ADVENTUS.

Procurante Pontio Pilato Iudæam. Quare prolixè seriem Præfulum Evangelista narravit? Ut ostenderet mundum penitus sceleribus fuisse corruptum, cùm Dominus dignatus est apparere & radiis suæ doctrinæ universum illuminare, quales namque fuerint principum mores tales necesse est fore subditorum, & vassallorum. Exod. 32. p. 688. à n. 1

In omnes injuria serpebat, cùm Dominus mundo dignatus est apparere, totiusque reipublicæ politicum corpus languebat

quia indigni in culmine dignitatum collocati pro eorum arbitrio cuncta moderabantur. Gen. 37. p. 428. & 430. n. 8. & 11 *Prædicans baptismum penitentiae.* Merito penitentiam hominibus prædicabat Baptista qui jejuniis deditus erat, Prædicator enim plusquam vocibus proficiet exemplo. Exod. 4. p. 526. 3

PRO NATIVITATE DOMINI.

In nativitate Domini, inquit D. Bernardus, *habemus quod miremur, quod amemus, quod imitemur.* Vide Exod. 3. p. 503. à n. 2

Maximus amor in mundum venire, cum homines oblivioni majori dediti fuerant, ibidem. p. 510. n. 10

Veni Verbum divinum in mundum occultum, ut magis beneficentiæ suæ supercederet liberalitas. Ge. 17. p. 299. n. 53. & p. 295 à n. 47. & Gen. 27. p. 387. 6

Quare natus frigori expositus, & calamitibus temporis dire vexatus? Quoniam venit armis, indutus amoris, nullus autem amat, quin pro dilecto patiat. Exod. 24. pag. 661. 9

Secunda ratio, quia venerat in mundum affectans similitudinem cum dilecto. Gen. 5. p. 109. 9. & sequentibus.

Dicitur Verbum divinum venisse, cùm silentium cuncta tenerent, solus enim amat, qui silet & amat. Gen. 27. p. 389 à n. 9

Nascitur pauper, ut opes homines possent calcare, & divitias. Exod. 3. p. 511. n. 12

PRO S. STEPHANO.

Plenus fortitudine refertur Stephanus, quia adorandum pro persecutoribus eximia requiritur fortitudo, & ferè divina ad ignoscendum insensissimis inimicis. Vide Exo. 7. p. 532. 2. & Ge. 26. p. 378. 6. & sequ.

Lapidatur Stephanus cùm se assereret Christum videre gloriosum; Cælorumq; fenestras ipsi patere, & lapidibus non obruitur quando verbis impropertavit dicens incircumcisus cordibus esse, quia invidia non tam cruciatur propriis injuriis, quàm gloriâ laceffitur alienâ. Genes. 25. p. 369. 2. & Gen. 4. p. 87. à n. 11

Stephanus vidit Cælos apertos, Ioannes ostiū vidit dumtaxat. *Eccc ostium apertum in Cælo.* Accidit Stephano, quod victoribus olim in Olympicis ludis, qui namque palmam obtinuerat in illis non per portam ingrediebatur ut alij, sed mœnia civitatis diruebant, ut ingressus singularis pateret, qui robore micabat strenuus; sic pariter Deus aliis sanguine pro fide cruentatis communis porta parebat; Stephano autem, qui nobilem primus reportavit victoriam

Index Concionatorius.

aperti sunt caeli, & moenia saphirea caelestia ingressum singularem praebuere, sicut Christo Domino, qui rex cum esset virtutum, non per ostium intravit, sed elevatis portis ingreditur ut triumpharet: *Attollite portas principes vestras, & elevamini porta aeternales.*

Lapides torrentis illi dulces fuerunt, quia ad conspectum gloriae dulcescunt tormenta, Gen. 28. p. 403. à n. 8. & sequentibus.

Quare plenus fortitudine Stephanus? Quoniam vidit filium hominis stantem, Dominus ex caelo Stephanum respiciebat pugnantem, ideo fortitudine plenus ut saxorum multitudinem superaret, sicut milites Alexandri, de quibus narrat Justinus, dum gaudent in praelio imperatoris praesentia, cristas erigere in hostes, nec horrescere mortem, sed jucundè pericula provocare.

PRO S. IOANNE EVANGELISTA.

Hic autem quid? Male Domini verba Apostoli penetrarunt interpretantes de morte quia non dixit Iesus non moritur, potius enim mortem Ioannis inferre liceret ex verbis illis. *Sic cum volo manere.* Voluit namque Christus sic Ioannem mansurum sicut tunc erat, tunc persistere in statu amantis, & diligentis, ergo in statu patientis, & currentis ad mortem; nullus enim amat, quin langueat, & pro delicto crucietur. Ex. 24. p. 661. 9. & G. 5. p. 108. §. 3

Martyr fuit Evangelista, quia amore cruciatus, amorem enim dirior est odio. Gen. 5. p. 113 num. 17

Singularis dotibus Ioannes, quia fuit superior invidia, quae favore & apud Principem gratia fungentem odio insectatur. Gen. 25. p. 369. 2. & G. 4. p. 88. n. 14. & sequent. & Gen. 22. p. 348. n. 10. & sequent.

Qui supra pectus Domini in cena recubuit. Cor Dominus Ioanni donavit, quare dilecto sedem negavit? Quia cor juxta affectum licet Principi offerre, sed sedis dignitatem non nisi juxta merita debet largiri. Ex. 10. p. 605. 31. & sequentibus.

PRO CIRCUMCISIONE.

Circumciditur Christus ut observetur ab omnibus lex, si namque Princeps à lege fuerit exemptus, à subditis violatur impunè Gen. 9. p. 216. 31

— Voluit circumcidi Christus Dominus corporaliter ut circumcisione spirituale homines posset docere. Ex. 3. p. 510. 11. & seq.

Quamvis non teneretur lege Circumcisionis gladium subire, lege tenebatur amoris perfundi cruore, non enim amor est, quem non comitantur dolores. Exod. 24.

pag. 661. 9. & Gen. 5. pagin. 108. à nu. m. 7

Circumciditur sanguinem Christus emit tens ut nomini satisfaceret salvatoris, cuius munus est cum proprio dispendio consulere incolumitati suorum. Ge. 49. p. 487. à n. 21

Circumciditur, ut patiens experimèto discat compati aliis, afflictoque consolari. Ex. 3.

p. 512. n. 13. & Gen. 5. p. 112. à n. 15

Circumciditur, ut doceat labores, spiritualisque vitae tribulationes initium esse assequendi caelum, & gloriam. Ex. 24. p. 646. 6. & Exo. 32. p. 704. 10. & Gen. 28. p. 396 à n. 2

PRO EPIPHANIA DOMINI.

Cum natus esset Iesus in Bethleem Iuda in diebus Herodis; Notatur natalis Domini dies fuisse regnante Herode, ut Evangelista doceret ad ultimum ulq; scelere mundum tunc pervenisse, ut magis splenderet divini amoris excessus, qui ingratitude crescit. Exod. 3. p. 507. n. 7

Romani legem dederunt, inquit Dionysius Carthusianus, ut sanguine puniretur, qui aliquem Regem vocaret sine eorum consensu. Quomodo ergo Magi regnante viventeq; Herode in ejus praesentia sine Romanorum licentia Regem alium profiteri? *Ubi est qui natus est rex Iudaeorum?* Proculdubio, respondet, *istam audaciam Rex natus inflexit.* Qui namq; iustitiam amant, nil formidant, dum Dominum reperiant, & quaerant, solitiq; pavescunt ad culpam. Gen. 4. p. 86. 10

Nil Magi timebant, qui Dominum inquirebant, ut inquit enim Pontanus, pedes si ad Dei diriguntur requisitione validi, timidi si ad prava dirigant gressus. Hinc illud,

— *Pavor ingruit ingens*

— *Omnibus inq; pedes animus mox decedit imos.*

Vide Gen. 4. p. 84. n. 7

Non timuerunt Reges, quia beneficium stellae cum accepissent, consequenter à Domino vitae securitatis expectabant alterum beneficium. Gen. 17. p. 301. 56

Ubi est qui natus est rex? Principes mundiales nascuntur, ut post temporis decursum gubernent, & regnent, Iesus ab incunabulis implet munia regalia, quia adhuc fascijs illigatus suos defendit, Magos turatur, quod Principis est stemma, ut inquit Alexander.

Natus imperio, paternitati exortus.

Qui verò mundiales principes sunt, nec ut vassallos protegant, exoriantur, omnibus sunt nocumento; De quibus Tragic.

*Vrit miserum gloria pectus
Capit hic gentis implere famem
Perdās que aliquos nullumque levet,
Tantum ut noceat cupis esse potens.*

Vide

Index Concionatorius.

Vide Gen. 49.

p. 487. à n. 21

Ecce Magi, ly *ecce* admirationis est signum, quasi mirabile fuerit Magos, idest sapientiarum donibus præcellentes stellam habuerint; qui invidus insectatur glorias alienas. Gen. ...

Magi verè adorabant, quia munera præstiterunt, non verbis, sed operibus manifestarunt amorem, hic enim solidus comprobatur manu largientis, non verbis garrigentis. Gen. 27 p. 389. à n. 9

Vidimus & venimus: Ubi lucem recipere divinam, à via Gentilitatis morâ interpositâ nullâ Magi recedunt, ut nos docerent Deo vocanti respondere sine mora; penitentia enim non debet esse sera. Exod. 11. p. 537. 1. & Gen. 6. p. 150 39

PRO SEPTUAGESIMA.

Hic introducitur Deus sub metaphorâ patris familias offerens cælum operantibus in vinea Ecclesiæ; præmium enim calcatur, quo ad operandum homines incitantur. Gen. 12. p. 258. 6

Operariis promittitur stipendium, quia non nisi laboribus valet gloria à viatoribus comparari. Gen. 28. p. 396. à n. 1

Laborantibus promittitur gloria, quia homines carius ruinam emunt, quam salutem æternam, ideò otiosos reperit paterfamilias Vide. Exod. 16 p. 563

Ultima hora laborantes in vinea non fuerunt defraudati à labore, sed quamvis in iis splendeat misericordia divina, sera penitentia non est secuta. Exod. 11. p. 537. 1. & Gen. 6. p. 150 39

Accipientes murmurabant adversus Patrem familias, quid effecissent si mercedem non recepissent, nil satis ut detractoris os obtureretur. Gen. 8. p. 167. à n. 13

Non queruntur quod illis merces fuerit negata, sed quod aliis Paterfamilias fuerit largitus, invidia enim non tam cruciatur proprio incommodo, quam commodo alieno torquetur. Gen. 4. p. 88. à n. 13

PRO SEXAGESIMA.

Exiit qui seminat. Prius seminet prædicator in corde suo virtute, ut in cordibus auditorum seminare possit fructuose. Exod. 4. p. 526. 3

Aliud cecidit secus viam, & concultatum est, ex publicitate gravum patitur ruinam, virtus enim in publico posita, periculo exposita est. Gen. 14 p. 266. à n. 8

Eodem modo secus viam seminatum concultatur, ac si foret in via, idem enim est in occasione constitui, ac in peccato jacere. Gen. 6. p. 147. 38. & Gen. 12. p. 253. 1. & 2. *Vide oculi.*

Aliud cecidit inter spinas, quia inter spinas suffocatur, veritas enim severe ab hominibus tractatur, odiosaque efficitur illis. Gen. 2. p. 50. 12

PRO QVINQVAGESIMA.

Ecce ascendimus, inquit Christus, cum pro hominibus refertur passurus, quia nunquam magis amor ascendit quam cum ad passionem accedit, amor enim patitur sæpè. Exod. 24. p. 661. 9. & Gen. 5. p. 108. à num. 7

Tradetur enim Gentibus. Quare non refert à quo tradetur? Quoniam obliviscitur injuriarum, ut nos doceat inimicis ignoscere. Gen. 6. p. 130. 20. & Gen. 26. & p. 378. 6

Ecce ascendimus, cum refert Christus ascensum, memorat passionis cuncta tormenta; per gradus enim laborum ascenditur Cælum. Gen. 28. p. 396. 1

Cum ascendit Hierosolymam refert passionis tormenta, quia ad conspectum ingratitude Hierosolymæ civitatis excessus crescebat amoris. Vide Exod. 3. p. 507. 7

Assumpsit Iesus, Princeps enim divinus non permittit ministros se vtro lateri hæere, qui namque se ingerit intimius Principis gratiæ, se periculo exponit. Ge. 22. p. 341. à num. 4

Omnès assumit, nullum excludit, quia Princeps debet esse cunctis æqualis. Gen. 22. pag. 337. 1

Ecce ascendimus, pedibus suis Apostoli ascendunt, quia Apostoli erant, homines enim nec gressum unicum dirigunt ad salutem. Vellent enim homines quòd cælestis Hierusalem ad illos descenderet. Ex. 16. p. 563

Ecce ascendimus, inquit, ut temperaret Apostolorum laborem in ascendendo, in societate namq; Christi dulcescunt labores. Vide

Cæcus quidam sedebat secus viam. Cæcus iste, inquit D. Augustinus, est genus humanum, cæcum verè est, cum in voluptatibus mundi requiescat, quæ delicias sunt vacuæ. Gen. 1. p. 35. à nu. 44. & Gen. 17. p. 303. 59

Sedebat, quia diu assuetus peccatis, difficile ab illis recedit, cum ibi collocaverit requiem peccator. Exod. 11. p. 537. 1

FERIA VI CINERUM.

Pro huiusmodi concione, Vide Gen. 23. p. 363. num. 1. & Gen. 3. pag. 56. & seqq. à num. 1

FERIA VI.

Ego autem dico vobis De amore inimicorum, & ignoscendis injuriis. Vide Exod. 7. 2. & Exod. 32. p. 532. 2. & Gen. 26. pag. 378. à num. 6

Index Concionatorius.

PRO DOMINICA I. QVA- DRAGESIMÆ.

Ductus est Iesus ut tentaretur. Iusti tentationibus magis expositi quam peccatores
Exod. 24. per totum, p. 634

Tentatur Dominus, cum maioribus fuisse celestibus dominis perfusus, tentationibus namque & tribulationibus splendor crescit virtutis Exod. 24. ibid.

Duxit in desertum spiritus, quia à creaturis abstractio scutum & arma sunt ad Dæmonis resistendam insidiis. Gen. 1. p. 39. à n. 49

Tentatio & labor iustos exaltant, sed deprimunt peccatores, Vide Gen. 46. p. 453. à num. 1

Permittit Deus tentationes iustis, ut in laboribus qui fuerint amici veri, cognoscatur. Exod. 32. p. 704. 10

Dic ut lapides panes fiant. Non suavitatis, quod frangeret Christus jejunium, sed panes tantum, habere sollicitavit, quia credidit infallibiliter fructurum jejunium, si occasionem sibi constitueret cadendi. Vide Gen. 6. p. 147. 38. & Gen. 12. p. 253. 1. & 2

Ostendit ei omnia regna mundi in imagine, quia omnia ficta, somniata nihilque sunt. Gen. 1. p. 35. à n. 44. & Gen. 17. p. 303. 59

FERIA QUARTA.

Magister volumus à te signum videre. Magistrum, & superiorem appellant, ut illum suis criminibus fœderent, subditorum enim crimina superioribus imputantur. Exod. 32 p. 688. à n. 1

Magistrum appellant, & tamen volunt ipsi Christum obtemperari, ideo merito Iudæos objurgat, quia Princeps inferioribus non debet esse ligatus. Vide Gen. 22. p. 341. à n. 4

Si viderant miraculum dæmonis muti quare aliud prodigium exposcunt dubitantes de Christi virtute? Quia nec oculis creditur aliorum gloria præclara, Genes. 25. p. 368. à n. 1. & Gen. 4. p. 92. à n. 20

Generatio mala. Quare sic in Phariseos irascitur, qui miuissimus erat, sine iracundia sugillat, Princeps enim benignitati debet miscere rigorem Gen. 11. p. 246. à n. 23. & Gen. 18. p. 319. 14

Generatio mala. Cur sic in Phariseos defœvit? Quia interrogabant tentantes, ut Christi sanctitati detraberent, virtuti namque semper insidiatur invidia. Vide Gen. 4. per totum. p. 81

Signum Ione. Minatur Dominus ut terreat, & ne cogatur ferire, Dominus enim cum videtur punire, magis tunc miseretur, Gen. 6. p. 128. 16. & sequentibus

Regina Austri surgit in iudicio. Quare damnabit Regina? quia inferioribus luminibus excitata præbuit assensum, quot damnantur, cum æqualia ad salutem habeant remedia, immò & majores inspirationes illis, quibus alij obtinuerunt gloriam æternam, Gen. 15. p. 287. 38

FERIA SEXTA.

Vis sanus fieri. Interrogat si amat sanari; virtus enim enervatus peccator, videtur odio habere salutem, ideo inveterata mala difficilius curantur, Exod. 11. p. 537

Tolle grabatum tuum. Ne gratia tollendi grabatuum, fediret iterum ad piscinam, quia sanus non esset, nec convalesceret, si occasionem penitus infirmandi non tolleret. Gen. 6. 38. p. 138. & Gen. 12. p. 253

Oneratur grabato, ut beneficij salutis recorderetur, tam difficilis est gratitudo Exod. 7 p. 532. 3

Non habeo hominem. Merito jacet, qui homini dumtaxat fidebat, qui namque favori alieno, & non meritis fidit, deseritur merito, tamquam indignus, Exod. 20. p. 610. à num. 35

Non habeo hominem. Quia nullum homines amant, à quo nihil sperant, cum nullus nisi proprio lucro moveatur, Genes. 22. p. 355. 13

PRO DOMINICA SECUNDA.

Assumpsit Iesus petrum. Assumpsit Iesus, quod violentiam indicare videtur; homines enim sic tardi sunt ad salutem, quod non nisi inviti gressus dirigant ad Cœlestia, Exod. 16. p. 563

Assumpsit, id est gestavit: in superiore enim dignitas plus oneris est quam honoris. Gen. 49 p. 487. à n. 21

Petrum, Jacobum, & Joannem assumpsit Christus, quia digniores, Princeps enim optimus non elevat ad culmen muneris nisi meritis præclariore, Exod. 20. p. 605. à num. 31

Petrum, Jacobum, & Joannem. Quare non ex-terios? Propter Iudæ consortium alij excluduntur, scelerati namque societas affert plurima damna, Gen. 12. p. 254. & seqq. 3. & 4.

Et duxit eos in montem. Suaviter culmen conscendunt, quia Christus Dominus præcedebat, Principis enim exemplum suavi efficacia astrahit inferiores, Exod. 32. p. 688. 1. & sequentibus

Suaviter culminis superant difficultates, labores namque in via salutis dulces fiunt tolerati pro Christo, & cum Christo Gen. 28. p. 402. 8

Montem conscendunt, quoniam Gloria cœlestis

Index Concionatorius.

celestis difficultatibus tribulationum, & non aliter comparatur, Gen. 28. p. 397. 2
 Assistit Dominus mediū inter Moysē mitem, & Eliam rigidum Zelatorem; Princeps enim misericordia præcipue, sed uti rigore nonnumquam oportet. Gen. 18. p. 319. 14
Nesciens quid diceret: Quia æquare in tabernaculis Principem cum ministris volebat, hoc autem indecens est purpuræ majestati, & parum ministris securum. Gen. 22. p. 341. à n. 4

FERIA QUARTA.

Ecce ascendimus Hierosolymam. Vide quæ diximus dominicâ Quinquagesimæ.
Accedens. Mater accedit adorans & petens, stultè exambit pro filijs, quia immoderatè filios amabat. Exod. 4. p. 523. 1
Nescitis. Mater erravit, & liberi notâ stultitiæ objurgantur, ut in illorum sugillatione magis cruciaretur mater: parentes enim ægrius quàm proprias filiorum afflictiones perferunt, Exod. 4. p. 523
Nescitis. Stulta quidem fuit filiorum petitio, quia favore sanguinis nitebatur, cum Princeps divinus mæra juxta merita præster. Vide Exod. 20. p. 607. à n. 33
 Stulta fuit petitio, quia latera postulabant, periculosum enim est lateri te ingerere Principi, Gen. 22. p. 644. à n. 4
 Stulta fuit, quia temporale tamquam quid magnum poscebant, cum omnia mundalia ficta bona sint & somniata. Genes. 1. p. 35. à n. 44
 Stulta fuit, quia requiem in præsentī vita exorabant, cum campus luctaminis sit, tempusque dimicandi, ut cum Christo coronemur in gloria. Gen. 28. p. 396. à n. 2
 Stulta fuit, & parum urbana, quia tunc cum Christus ascenderat pro hominibus tormenta passurus, ipsi felicitatem quærebant, stultum autem est Principem inter cruciatus gemere, & subditos prosperari, Exod. 3. p. 510. à n. 11
Potestis bibere. Ad labores invitat, tamquam gradus, per quos aditus patet ad gloriam. Gen. 28. p. 396. à n. 2

FERIA SEXTA.

Homo erat paterfamilias. Alijs parabolis introducit rex. *Homini regi* quare appellatur hic pater? Quia somno, delicijsque derelictis quærit, allicit, atque visitat, rex autem cum suos suaviter attrahit non munus regis gerit, sed patris, Genes. 18. p. 312. à n. 10
Plantavit vineam. & *sepem circumdedit.* Quibus omnibus erga subditos amor, & sollicitudo explicatur, quâ Dominus pro-

sequitur suo semper inspirans, & eor hominis exposcens, & frequenter alliciens, Gen. 1. p. 35. & 43. Exod. 3. pag. 503 & 504. 3

Peregrè profectus est. Christi Domini explicatur absentia, quo nullum exit alius malum animæ accidere valet, quod incurrit per culpam. Gen. 5. p. 104. à n. 1

Misit ad eos filium suum. Cum delere eos, quia servos interfecerunt, merito posset, filium donavit, quia ad incrementum ingratitudinis crescit divinus amor. Exod. 3. p. 507. 7

Misit ad eos filium suum. Quia Dominus multiplicat beneficia, & obliviscitur injuriarum. Gen. 6. p. 130. 20

Filium apprehensum ejecerunt extra vineam, tolerantia unius delicti stimulus fuit ad majora scelera perpetranda, ideo justitia vindicativa est Principi maxime necessaria. Exod. 32. p. 693. 5

Misit filium suum. Ut exactissimè scelera examinaret, ut discerent judices non facile credere, sed examine prævio proferte adversus reos sententiâ Gen. 11. p. 242. 15

Filium occiderunt, ut capere possent hæreditatem, sic homines illaqueantur divitiarum cupiditate. Exod. 20. p. 633. 41

Propter hæreditatem filium occiderunt, pluris enim apud homines sit bonum temporale, quàm salus. Exod. 16. p. 563

Septem circumdedit vineæ, idest justitiæ timore, sceleratos enim non Domini offensa, sed pœna terret. Gen. 4. p. 86. 10

DOMINICA TERTIA.

Erat Iesus ejiciens demonium. Verbum erat difficultatem denotat medicandi, d. sic. le enim ejicitur dæmon, qui hominem diu possedit, peccatum namque inveteratum difficilis est curatio. Exod. 22. p. 644. 4

Peccator qui infirmatur, quia mutus est, loquatur per veram confessionem, & fiet sanus. Gen. 3. p. 66. à n. 15

Peiores dæmones loquaces, quàm muti, quia nil pejus detractioe, nil autem frequentius. Gen. 8. p. 169. à n. 14

In Beelzebub Principe. Si viderant à Christo patrarum prodigium, quomodo negant Christi virtute, quia invidia temerè interpretatur, quod nequit negare & ad splendores alienos vellet penitus cæcutire. Gen. 4. p. 87. à n. 11

Si Dæmoni patratio miraculorum, repugnat, quare dæmoni attribuunt? Ne Christo, cui Pharisei invidabant, redderent laudem dæmoni attribuent Omnipotentiam. Gen. 4. p. 93. 23. & p. 87. à n. 11

Pejor dæmon, qui linguam facit disertam,

Index Concionatorius.

oculos videntes, & aures apertas, frequenter enim per huiusmodi fenestras inficitur anima, ab oculis enim & auribus plura mala procedunt. Genes. 6. p. 135. 24

FERIA QUARTA.

Quare discipuli tui non lavant manus? Maxima injuria fuit impostura, Principes enim & iudices, quales Apostoli fuerant. *Judicabitur* lotis manibus debent gaudere, & muneribus non corrumpi. Genes. 9. p. 213. 29. & sequentibus.

Discipulorum lacerant vitam, ut Christum debonestent, inferiorum namque defectus merito superiori imputantur. Gen. 11. p. 251. 30

Non enim lavant manus. Minima norant, quia detractores lynceos oculos habent ut calumnientur, sed cœcutiunt ad perfectiones alienas, Gen. 8. p. 167. n. 13. & sequentibus.

Homines munditiam exteriorem procurant, ideò manus lavabant, quia vanitate irretiti hominibus tantum loti appetunt apparere, è contra justii. Genes. 14. p. 267. à n. 9

Non lavant manus. Calumniâ discipulos prosequuntur, quia in sanctitatis splendoribus oculos nequit insingere invidia. Gen. 4. p. 87. à n. 11

Calumniaantur Apostoli, ut homines sibi suadeant virtutem numquam sine persecutionis labore fuisse. Exod. 24. pag. 656. à num. 6

Quare & vos. Christus munus advocati erga suos exercuit, quia justis in tribulationibus adest. Ibidem & Genes. 28. p. 398. à num. 4

Quicumque dixerit patri. Prætextu religionis avaritiæ sacerdotes studere convincit. Exod. 20. p. 623. 41

Tunc accedentes. Egredere Apostoli videntur tulisse quod Christus severe animadvertisset in Phariseos, erant solida virtute fundari ideo hostibus ignoscebant. Exod. 32. 2. p. 689. & Gen. 26. p. 378. à num. 6

FERIA SEXTA.

Fatigatur Christus Dominus pro nostra salute, quin amor ejus impediatur ingratitude nostra. Exod. 3. p. 507. 7

Fatigatur quia difficillimum est peccaticem in veteratam convertere, vide, Exo. 22. p. 644. 4

Fatigatur, quia cum dispendio proprio ovium saluti pastor consulere debet. Genes. 49. p. 487. à n. 21

Sedebat sic. idest fatigatus sedebat, inquit **Augustinus**: noluit enim à patiendo

feriari, quia vinculis erat charitatis ligatus. Gen. 5. p. 109. à 9

Damini bibere. ut beneficium celaret peccat prius poculum aquæ, ut non tam favor, quam debiti videretur solutio. Genes. 17. p. 299. 53

Aquam petit, ut gloriam illi largiatur; parum enim exposcit Deus pro gloria. Ibid.

Quomodo tu? Septem illicitè viros communicabat Samaritana, & scrupulo pungebatur Christum Dominum alloquendi; hoc sceleratum est proprium Genes. 3. pag. 68. 19

Quomodo tu? Levissima notat, & prodigia quæ de Christo audierat, non videt, hoc est peccatoribus usitatum. Gen. 4. p. 95. 26. & Gen. 8. p. 167. 3

Ut largiatur aquam præcipit vocare maritum ut non nisi coram viro mulieribus recipiendum doceret, nec viros illas alloqui absente marito oportere, ut consulant opinioni. Gen. 20. p. 325. 1

Mirati sunt. Videntes Christum cum femina loqui, quid dicemus de illis, qui frequenter feminas visitant, & sæpè confabulantur. Vide Gen. 6. p. 139. 28

DOMINICA QUARTA.

Priusquam turba Dominum exoraret, benefacere intendit, non enim est beneficium, quod precibus comparatur. Gen. 17. p. 297. 51

Cum sublevasset oculos. Sic demissè gerebat oculos, ut tamquam quid novum Evangelista notarie Dominum sublevasse, ut nos erudiret visum frænare, oculorum enim vaga licentia fomes est ad libidinem manifesta. Gen. 6. p. 135. 24

Vnde ememus. Sollicitudinem manifestat: Princeps enim impransus famelicis vassallis compatitur. Gen. 5. p. 112. & 113. 15. & 16

Et cum gratias egisset. Beneficium prævenit Domini gratitudo, hæc enim necessario consequuntur liberalitatis effectum, est enim gratissima Deo. Exod. 7. p. 534. 5

Et cum gratias egisset. Cum symbolum accepit Eucharistici panis, gratias egit, ut nos erudiret sumptâ Eucharistiâ reddere grates. Exod. 12. p. 531

Accipit Iesus. Ideò panes multiplicantur, quia raro manus ministri hæc patrare solent miracula. Gen. 22. p. 347. à 9

Multiplicati sunt panes & pisces, ex quibus homines quantum volebant sumebant, nil illis defecerat, Deus enim integrè ubertimque donat. Gen. 17. p. 303. à 60. & Gen. 5. p. 111. 13

Et facerent regem; qui paulò antè diffamabatur

Index Concionatorius.

batur velut seductor, nunc sceptrum dignus habetur, omnes enim non personam in laudibus, sed lucrum & dependentiam respiciunt Gen. 22. p. 360. 13

Fugit in montem. Sceptrum fugit, quia nondum venerat hora moriendi: corona namque crux est accelerans ad interitum. Gen. 49. p. 489. à n. 21

Fugit purpuram, ut dignus haberetur corona, dignus est illa, qui celsitudinem fugit. Exod. 20. p. 618. 40

FERIA QUARTA.

Præteriens Iesus. Morum explicat Evangelista, amor enim non aliter nisi fatigatus succurrit. Gen. 5. p. 112. à n. 15

Non quærit cæcus, sed illum Iesus, in oculis enim non solum contulit visum, sed lumen animæ spirituale, homo autem sic tardus est ad salutem, quod velit ad ipsum venire salutem, quin unum dirigat gressum ad illam. Exod. 16. p. 563

Quis peccavit? hic? Quoniam sæpè filij luunt pœnas parentum, hi enim prius in illis quàm in seipsis cruciantur. Exod. 4. p. 523. à 1

Quis peccavit? Proprium conditionis humanæ crimina suspicari, & intentionis abdita perferurari, Gen. 17. p. 305. 62. & Gen. 8. p. 175. à n. 19

Neque hic peccavit. Discipulos Dominus suffragavit, quod facile contra proximum loquerentur. Vide *destructor*.

Neque hic peccavit. Advocatum unus Dominus gerit, quia semper tribulatis assistit. Exod. 24. p. 656. à 6

Ut manifestentur opera Dei. Cœcitate discipuli culpam existimabant, cum sit beneficium proficuum laboribus agitari, Ibidem

Visum Christus cœco reddidit precibus non expectatis; beneficium enim desijt esse gratiosum, cum precibus comparatur. Vide Gen. 17. p. 297. 51

Alij dicebant, quia hic est. De cœcitate nullus dubitat, & non est qui credat lumen hominem recepisse, homines enim faciles sunt ad credendum defectum, sed difficiles ad perfectiones credendas, Gen. 8. p. 167. à n. 13

Ubi cœpit videri fierique discipulus Christi paritur, quia labores inseparabiles sunt à justis. Exod. 24. p. 656. à n. 5

FERIA SEXTA.

Erat quidam languens Lazarus. Non solum Dominus cœco pauperi lumē restituit, sed etiam Lazaro diviti beneficium, ut ostēderet æqualem se omnibus esse. Gen. 22. p. 337. 1

Eccē quem amas infirmatur. Quia à Domino Lazarus amabatur, ideo infirmatur, quos

enim Deus amat, laboribus vexat. Exo. 24. p. 656. à n. 5

Et lacrymatus est. Ut vim lacrymarum doceret, omniaque lacrymis impetrari. Gen. 1. p. 31. à n. 36

Lacrymatus est, quia ad vitā reducebat amicum, quæ ærumnis est plena Gen. 1. p. 35. 44

Non poterat hic. Detractores omnia pro more corrodunt, in conspectu eximij prodigij, quid calumnientur reperiunt. Gen. 8. p. 167. à n. 13

Domine jam facet. Receperant Lazari sorores hæreditatem, ideo videtur illis frater; omnes enim divitiarum illaqueantur cupiditate. Vide Exod. 20. p. 623. 41

Solvite eum. Præcepit Christus, ut gratiæ vivere crederetur, non enim credendus est spiritualiter vivere, qui vincula occasionis non rupit. Gen. 6. p. 147. 38 & Gen. 12. p. 253. à n. 1

Sed quare tot Christus agit, ut Lazarus suscitetur à mortuis? Quia diu jam morte possessus fuerat, diu morti subjectus difficile suscitatur. Exod. 22. p. 644. 4

Tollite lapidem. Ut videntes Lazarum esse defunctum, de ejus resurrectione non dubitarent, ut enim gloria aliena credatur, vix sufficit illam manibus contrectare. Gen. 8. p. 167. à n. 13

DOMINICA QUINTA.

Quis ex vobis arguet me de peccato? Sic superior vivere debet, ut nullus nec apparenter audeat imputare peccatum, culpa namque etiam apparens illius parat inferioribus ruinam. Vide Gen. 20. p. 325. 1. & Exod. 32. p. 688. 689. & p. 691. 2. & 4

Si veritatem dico vobis. Post vitæ perfectionem & sanctitatem inquit veritatem dicere, & prædicare, hæc enim stabilitur vitæ tantum probitate. Exod. 4. p. 526. 3

Si veritatem. Ideo non credunt, quia veritas semper hominibus fuit odiosa. Exod. 7. p. 531. 1. & Gen. 2. p. 50. 12

Non credunt, quia amaram veritatem dicebat, vitia illorum sugillans, ideo non creditur, sed veritas male auditur. Ibidem.

Samaritanus es tu. Non refutavit probrosum nomen Samaritani. Quare? quia nomen Samaritani pietatem insinuat, hanc autem sic Christus exambit, ut illo nomine visus sit honorari. Gen. 5. p. 106. 6. & Gen. 6. p. 128. à 17

Si quis sermonem meum. Summa felicitas hominis, præceptis divinis obtemperatis, sicut in felicitate summa laborant, qui deviant à lege divina. Gen. 5. p. 104. à n. 1

FERIA QUARTA.

Ecce sunt encenia. Venit Christus ad templum suum, quod est anima, ut renovet animam,

Index Concionatorius.

animam hoc semper sollicitè intendit cor nostrum exambiens Exod. 3. p. 503. à n. 3
Templi renovatio animæ reformationem adumbrat, quæ Domino festivitas est inveniunda, si non sit fera. Exod. 11. p. 537. 1
Quousque animam nostram tollis. Invidi Judæi adventus Christi dubietate non fatigantur, sed Christi glorijs cruciantur. Gen. 4. p. 88. à n. 13
Opera quæ ego facio. Non verba sed opera testes sanctitatis inducit, qui verbis namque affluit, nil solet operari. Genes. 27. p. 389 à 9
Renovatur templum animæ, quia imago Dei maculata fuit per peccatum. Gen. 5. p. 104 à n. 1

Cum animæ renovatio oculis Christi representatur, fatigatus apparet, *Perambulabat in porticu,* quia sanguine & laboribus Christi reparanda erat hominis imago contracta. *Ibidem.*

FERIA QUINTA.

Eccemulier. Quasi mirabilem conversionem Magdalene Evangelista notavit, quia dum criminibus serviens difficile vincula rumpit. Vide Exod. 227. p. 644. n. 4

Inter alias scæminas, quæ à via veritatis declinaverant, hæc sola notatur peccatrix, quia scandala nimis Deum offendunt. Exod. 32. p. 706. 11

Retro stabat, ut humilis veniam assequeretur, quæ vana in libidinis baratrum lapsa fuerat. Gen. 6. p. 141. 31

Lacrymis cepit. Ideo veniam criminum impetravit, lacrymæ enim potentissimæ sunt apud Deum. Gen. 1. p. 31. 36

Cepit cum rigaret, quia quamvis misisset lacrymarum torrentem, una primaque Magdalene lacrymula negotium remissionis absolvit, lacrymæ enim sunt conscientie evaporatio, gehennæque extinctio. *Ibidem.*

Capillis suis. Optima conversio, quæ instrumenta peccati primo rumpit, & occasionem delinquendi rescindit. Gen. 6. p. 147. 36. & Gen. 12. p. 253. 1

Stans retro. Non audeat oculis uti, quia oculis biberat mortis toxicum libidinisque venenum. Gen. 6. p. 135. à n. 24

Capillis suis. Pulchritudinis sacrificavit spolia, capilli namque retia sunt, quibus prehensa anima perit. Gen. 6. p. 137. à n. 17

Ut vidit. Accessit peccatrix, & recessit hæc mulier amatrix, quia poenitentia ejus fuit vera, & non fera. Exod. 11. p. 537. 1

FERIA SEXTA.

Collegerunt. Iniquum quidem concilium, ubi reus habitus, & inauditus damnatus. Genes. 11. p. 242. 15

Iniquum, ubi judicabat invidia, hæc enim cum judicat splendor virtutis damnantur veluti delinquentium scelera. Gen. 4. p. 97. à n. 28

Ex quo Concilium Principes collegerunt, damnatur Christus veluti reus à turba. *Crucifige:* hæc enim odio cæca prosequitur, quem Principes insectantur. Idè dicitur. *Ex illo die cogitaverunt, ut interficerent illum.* Vide Exod. 32. p. 688 à n. 1

Quid facimus. Non scelera sed miracula concilium cruciabat, quia splendor alienus invidum torquet, & infelicitat. Genes. 4. per totum. p. 69. & seqq.

Cum esset Pontifex. Innocentem damnavit, quia iniquus Pontifex, ad culmen enim non meritis, sed munerum præstigijs ascenderat. Exod. 20. p. 612. à n. 36

Venient Romani. Imperij conservationem præferunt religioni, ambitio maxima parit damna, nec non & cupiditas divitiarum. Exod. 20. p. 613. n. 41

DOMINICA IN PALMIS.

Rex tuus. Regis titulum Christus non respuit, quia hora appropinquabat moriendi, corona autem stimulus est ad mortem. Genes. 49. per totum. pag. 456. & seqq.

Rex tuus venit tibi. Optimus Princeps qui vassallis consulit, & non sibi. Genes. 49. p. 489. 22

Venit tibi. Alijs debet esse Princeps, quorum levamini incumbat, Principatus enim magis onus, quam honor. *Ibidem.*

Mansuetus. Præcipua Principis excellentia, quia suavitate potius quam rigore voluntates evincet. Genes. 11. p. 245. 21. & sequentibus.

Venit tibi. In salutem populi venit, à quo fuerat interficiendus; eximius & animus regius, qui non solum ignoscit, sed benefacit hostibus. Gen. 18. p. 312. à n. 9

Venit tibi. Quia homines nec gressum unicum dirigunt ad Deum, sic ad suam salutem sunt tardi. Exod. 16. pagin. 563. & seqq.

Triumphat Christus cum patitur mortem, idè illam in Hierosolyma elegit. Gen. 5. per totum. p. 106. & seqq.

Vbi triumphum currum ascendit, crucem conscendit, quia mundi fuerat ideo perbrevis gloria, omnia enim mundialia bona ficta sunt, & velut somnium transiunt & vapor. Gen. 15. p. 282. 27

FERIA QUINTA IN COENA DOMINI.

Sciens Iesus, quia venit hora ejus. Venit hora ejus quia hora amoris est hora moriendi, amor

Index Concionatorius.

amor enim patitur semper. Gen. 5. per totum. p. 104. & seqq.

Hora estus, quia erat hora beneficiendi. Christus autem Dominus tempus beneficii mensurat. Gen. 17. p. 295. à n. 47

In finem dilexit. Quia suum corpus donavit nobis tanquam amans, non ut obediens. Gen. 5. per totum. p. 104. & seqq.

In finem dilexit. Quia ingratitude Iudæ crescebat amor & dilectionis excessus. *Ibidem* & Exod. 7. p. 531

Ut transeat ex hoc mundo. Non aliam recognovit ministrum mortis & instrumentum, quam violentiam amoris, hic enim odio ditor est hostis, pluris fit apud Dominum martirium amoris, quam martirium naturæ. Gen. 5. p. 113. & 114. 17

Cœpit lavare pedes à Juda ut inquit Chrysostomus, excessus enim amoris est vincere obstinationem. *ibidem* & Exod. 3. per totum p. 502. & seqq.

Non solum pedes. Antea pedes negabat Petrus lotioni, nunc non solum pedes, verum manus & caput offert, quia audierat negari partem in regno, homines enim maxime lucro moventur. Vide. Gen. 22. pag. 355. 13

Et extergere linteo. Ut defectus discipulorum, qui sacerdotes erant, maculasque occultaret pro sacerdotum maxima reverentia. Exod. 22. p. 645. 5

FERIA II. IN PASCHATE.

Qui sunt hi sermones? Quasi ignoraret interrogat, quia sic beneficium passionis voluit celare, ut liberaret hominem à debitoris obligatione. Gen. 17. p. 300. à n. 54

Nonne oportuit pati Christum. Ut doceat non nisi per labores assequi coelum nec ullum coronari nisi legitime pugnaverit; Vide Exod. 24. p. 656. 6

Vulnera & dolores sunt arma, quibus vim patitur Coelum. *ibidem*. & Gen. 28. p. 396. 1

Finxit se longinque ire. Cum iustos tribulationibus vexat, sed numquam tribularis inimicior. Gen. 28. p. 396. & seqq. & Exo. 24. p. 649. & seqq.

Cognoverunt eum in fractione panis. Non cognoscitur cum explicat scripturas, sed cum frangit panem; Hoc est frequens in mundo non personam, sed dependentiam amare. Gen. 22. p. 339. 3

Cognoverunt, quia æqualiter panem cunctis divisit nil sibi reservans, hæc qualitas regia. Gen. 49. p. 487. & 488. à n. 21.

Nonne per nostram ardens erat. Illos Christus incendit, quia cor Domini amore prius ardebat, ardeat orator ut alios incendat. Vide Exod. 4. p. 526. 3

IN LITANIIS MAIORIBVS.

petite. Quia quod precibus impetratur, illis emittitur, & comparatur. Gen. 17. p. 297. 51

Quis vestrum habebit amicum. In egestate nullus amicus, quia nullus personam amat, sed utile & lucrum. Gen. 12. pag. 355. 13

Accomoda mihi tres panes. Quare postulabat panes taxatos? quia cœlestia despiciamus, & solum ambimus terrestria, deo hæc taxata, illa appetimus sine mensura. Exo. 16. p. 563. & seqq.

Petitionis differt effectum, ut desideria dilata crescant, magisque effusione cumulentur bonorum. Gen. 17. p. 294. & seqq.

Accommodatos appellat panes, ut liberalitatem occultet, & non tam donare beneficium, quam donum accommodare videatur *ibidem*. 55. p. 300

De liberalitate Domini Vide Ge. 17. p. 294. & seqq.

IN ASCENSIONE.

Exprobravit quos velut filios amabat, reprehensio enim filiorum proficitur à parentum amore. Gen. 9. p. 213. 28

Exprobravit. In quo moneri Principis ostendit fecisse satis, quia post sugillationem munera dedit, rigori suavitatem miscebat, quibus Princeps condecoratur. Gen. 11. p. 236. & Gen. 18. p. 319. 14

Et Dominus. Particulam & sentit Paina esse in Sacro textu causalem, quasi eo Dominus fuerit, quod benefecerit inferioribus & vassallis. Vide Gen. 17. pag. 294. & seqq.

Verum ut Dominus subditorum sit Princeps, favores communicet temperate. Gen. 22. p. 341. à n. 4

Evntes. Supremam dignitatem, sed difficile negotium commisit prædicare hominibus veritatem, quam odio scelerati insectantur, Vide Exod. 7. p. 531. 1. Gen. 2. p. 452

Linguis loquentur nobis. Non solum promittit linguas disertas, verum opera strenua, nil enim generosè operabitur, qui solum florida mittit verba. Gen. 17. pag. 389. à num. 9

Doctrinam prædicatoris vita præcedat immaculata, aliter semen verbi divini parum fructum afferet. Exod. 4. p. 526. 3. & seqq.

Sedet à dextris Dei. sic honorari videtur, quia dignitate fulget sacerdotali. Exod. 22. pag. 645. 5

Quid statis aspicientes in Calam: timerunt Angeli ne Apostolorum lacrymæ Dominum remorarent, sic Domino lacry-

Index Concionatorius.

mae gratiae, sic efficaces. Genes. 12. pag. 31.
à num. 36

PRO DIE PENTECOSTES.

Evant omnes discipuli pariter in eodem loco.

Unio & concordia gratissima Deo. Ge. 37.
pag. 424. 3

Quare à Hierosolyma non recedunt Evan-
gelium prædicari, quia Spiritus sancti
munera non receperant, homines autem
non nisi spe lucri moventur. Genes. 22.
p. 355. & seqq. 13

Apparuerunt. Mirabile est hoc in divinis ad
multiplicationem linguarum crescere do-
na, oppositum enim in humanis est usita-
tum, ubi qui plus loquitur, minus præstat.
Gen. 27. p. 389. à n. 9

Super capita linguarum descendunt, in ore non
resident, ubi est palatum, veritas enim
prædicanda erat illis non juxta palatum
audientis, sed juxta rationis dictamen,
ideo odio à cunctis discipuli habendi.
Gen. 2. p. 50. 12

Seditque supra singulos. Ut favor cunctis fo-
ret æqualis, quod Principem decet &
expedit inferioribus, ut rescindantur que-
relæ. Gen. 22. p. 337. à n. 1

Spiritus Sanctus digitus Dei appellatur, qua-
si manus abscondat, quia munera præstat:
Veni dator munerum: liberalis autem mu-
nera occultat. Gen. 17. p. 300. à n. 54

PRO SANCTISSIMA TRINITATE.

Data est mihi omnis potestas in Cælo, & in

terra. Quare non dicitur terra in inferno?

Quia potentiam ad puniendum non re-
putat potestatem Gen. 26. p. 379. 7

Quare non refert potestatem in dæmones,
& infernum? Quia Dominus erubescit
punire, & solum posse benefacere osten-
tat Vide Gen. 6. p. 128. 17

Eantes Præcipit iteragere confidenter, sed
quomodo hoc cum dixerit inter lupos
mittere tanquam oves? Quia in medio
tribulationum ipse Dominus adest. Ex. 24.
p. 656. & seqq. à n. 6

Baptizantes Post Spiritum S. receptum misit
Apostolos Baptizare, qui namque sordescit,
ineptè se ingeret alios mundare. Ex. 4.
p. 526. & seqq. 3

Ecce ego vobiscum sum. Suum promisit Chri-
stus auxilium quia postquam veritatem
prædicare commisit, vidit persecutio-
nibus tribulandos, veritatem enim odio ho-
mines infectantur. Gen. 2. p. 50. 2
SS. Trinitatis robur exigitur, ut scelera in
inveterata radicitus extirpentur, Exod. 2.
p. 644. 4

PRO FESTO CORPORIS CHRISTI.

Vide quæ diximus Gen. 17. p. 297. & seqq.
& Exod. 12. p. 537. & seqq.

PRO TRANSFIGURATIONE DOMINI.

Vide quæ diximus Dominicâ secundâ Qua-
dragesimæ.





ANTILOGIÆ
 UNIVERSÆ
 SACRÆ SCRIPTURÆ
 TOMUS PRIMUS
 GENESIM, ET EXODUM
 comprehendens.

EX GENESI, Cap. i.

Cap. i. V. 11. *Germinet terra herbam virentem, & V. 11. & factum est ita. Hoc tempore veris conditum mundum probat.*

Genes. 8. V. 11. *Columba circa medium mensis undecimi viridem olivæ ramum ad arcam Noë retulit, quod convenit mensi Maio, fuit ergo primus mensis Julius, & consequenter æstate conditus fuit mundus.*

1.



UAMVIS non sit Deus sicut homo, ut mentitur, aut sicut filius hominis ut mutetur, quamvis auctor Scripturæ spiritus sit veritatis, plura in Scriptura sacra reperiuntur monumenta, quæ oscitanter considerantibus apparentem contradictionem præ se ferre videntur. Quorum conciliationem pro captu nostræ imbecillitatis, non assequi præsumimus, sed desiderasse ambitiosa studiofitate gloriamur.

Quætionem de tempore, quo fuit conditus universus, respicit huiusmodi contradictio, utrum vere, an hieme, autumno, an æstate, fuerit prima creatio, ubi apodixes minime sunt requirendæ, neque evidentiæ argumenta, ve non sine temeritate iudicavit Calvisius, qui in autumno mundi creationem constituit. ¶ Cui sententiæ contradicere (inquit) & contra Sacram Scripturam aliud initium verum ab initio Hebræorum prisco diversum instituire velle, magna temeritas videtur. ¶ Verum non ita pertinaciter uni sententiæ adhærendum, ut altera tanquam erronea damnetur.

§. I.

*Referuntur sententia, & eligi-
tur verior.*

2.

ANTEQUAM varia placita refe-
ram debet considerari, quod
cum Deus condidit mundum
in qualibet terræ plaga fuit ver, au-
tumnus, vel æstas, sed huiusmodi ver-
fari quæstionem de terra Palæstina,
regionibusque vicinis quarum ad ca-
ptum se accommodabat Moses earum
incolas erudiendo.

Quibus consideratis, Gerardus
Mercator initio suæ Chronol. ætate
mundum fuisse creatum Genes. cap. 8.
nostræ contradictionis loco relato ni-
xus defendit. Columba namque circa
medium mensis undecimi viridem oli-
væ ramum reculit ad arcam Noe, quod
competit mensi Maio, quando non
oleæ solum, sed reliquæ similiter arbo-
res virere solent, unde deducit men-
sem primum olim fuisse Julium eoque
conditum fuisse mundum. Hinc Æ-
gyptij solem initium Leonis ingres-
sum, quando mundus producebatur,
ut refert cap. 35. Solinus, existima-
bant.

Rabbi Abraham, Rabbi Eliezer, &
alii quam plures Hebræi autumnò
potius quam vere, aut ætate, aut hie-
me arbitrantur esse creatum mun-
dum. Huic favent similiter Arias
Montanus de sæculis sequutus Abu-
lensem in Genes. q. 21. Serarius in Jo-
sue 5. q. 27. Lyranus Genes. 7. littera
D. camque nostri ævi non infimæ no-
tæ, Petavius de doctrina temporum,
tomo 2. lib. 9. cap. 6. Scaliger, Calvi-
sius Jlag. Chron. cap. 34. Torncillius
sequuntur.

Libentius autem omnibus bene in-
spectis eorum sententiæ subscribo,
qui mundi creationem vere factam
fuisse arbitrantur, sic Damascenus lib.
2. de fide Orthod. cap. 7. Theodor. in
Exod. q. 72. Ambros. lib. Hexam. c. 4.
Nicetas, & Patres Concilij Cæsarien-
sis tempore Victoris Papæ congrega-
ti, Beda tomo 1. lib. de sex ætatibus,
Augustinus, Elias Cretenfis, Irenæus,
Athanasius, Isidorus, Junilius, Raba-
nus, Aponius, Salius, Hilarion, Albi-

*Mundus
vere fuit
conditus.*

nus, Hugo, Comestor, Marianus, Sco-
tus, quibus adhæret Martinengus in
sua Glossa Magna, Salianus, Caiera-
nus, Delrio, Cornelius, Genebrardus,
Andrichomius initio Chron. Euse-
bius in Chronico. & alij, qui non sine
fastidio præ eorum copia referri pos-
sent.

Argumentum sententiam istam
convincens tetigit locus primus con-
tradictionis superius relatæ, inquit
enim saccr textus Genes. 1. *Germinet
terra herbam virentem, & factum est
ita*, terræ nempe superficies plantis
alijs germinantibus, alijs jam in cul-
mos adolescentibus, alijs germinanti-
bus, alijs florentibus, alijs fructus, na-
turæ suæ conditione victui homini-
bus tunc creatis suppeditante ferenti-
bus, ut cap. 3. Genes. refert Eva *de
fructu lignorum quæ sunt in paradiso
vescimur*, quæ omnia veris amoenitate
mundi creationem fuisse consecratam
convincunt. Hinc sensit Cyrillus
mundum ea anni constitutione, qua
ante conditus fuerat, reparatum esse
xantico mense (inquit) ver est reli-
quum, estque hoc tempus, *Mensis
primus, in quo festum Pascha prioris erat
typica, nunc vero est vere. Hoc tempus
est creationis mundi*. Sicut simili divina
dispositione factum est ut eodem men-
se Casleu templum Hierosolymita-
num divino rursus cultui consecraretur,
quo ante triennium fuerat con-
taminatum, 1. Machab. 4. v. 3. *Secundum
tempus, & secundum diem, in qua con-
taminarunt illud gentes in ipsa reno-
vatum est in canticis, & cytharis*. Huc
alludere lumine naturali ductus vide-
tur Virg. 2. Georg. cum cecinit.

*Non alios prima crescentis origine
mundi,
Illuxisse dies, aliumve habuisse teno-
rem,
Crediderim, ver illud erat ver ma-
gnus agebat,
Orbis, & hibernis parebant flatibus
Euri,
Cum primum pecudes lucem hausse-
re, &c.*

§. II.

Respondetur argumentis pro sententia contraria, & conciliamur Scripturæ velati textus.

PRIMUM, quo nituntur, fundamentum, qui autumni constitutione censent creatum mundum, id est, quia ante Mosem caput anni erat in autumnio, siquidem festum tabernaculorum mense septimo solum celebrari in exitum anni incidisse constat Exodi 23. v. 16. ibi: *Solemnitatem quoque in exitu anni quando congregaveris omnes fruges tuas de agro, & cap. 34. vers. 22. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi, in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, & solemnitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.* Ex quibus omnibus liquido apparet initium anni fuisse in autumnio. Quod autem dicitur Exodi. 12. *Mensis Nisan* (id est Martius) *vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni,* nulla alia fuit causa nisi quod tunc ex Ægypto sine ducti Israëlitarum, hoc autem solum probat in fastis, & ijs, quæ ad rem divinam spectant, Mensem Nisan, seu Martium fuisse primum, quoad nundinationes autem, & civiles contractus nihil de anni dispositione immutasse, sed primum ordinem retinuisse. Quemadmodum Orientales populi, ut Chaldaei, Persæ, Ægyptij servare videntur annum ab autumnio ordientes. Nec non & Hetrusci, qui teste Libio Idibus Septembris per annos clavum annalem figebant, ut singulorum annorum numerum designarent.

Respondetur faciliter caput anni fuisse antiquitus in autumnio, non quod tunc mundus conditus fuisset, sed quod veteres autumnii opportunitatem sequuti, in contractibus eam anni partem principem constituerint, in qua collectis frugibus, & partis pecoribus suas quisque rurales, & pastorizias gazas videret, suarumque rerum copiam, inopiamve coram oculis haberet. Idem Hebræi

in annis Sabbathicis, & Jubileis observant, quos à mense Tisri, id est; Septembri ordiuntur, ne alius esset qui seminaret, alius qui meteret, nulla habita ratione temporis, quo mundum Deus condidisset; unde licet sit concedendum prisca temporibus initium anni civilis in autumno fuisse, non est negandum quin etiam vere annus inceperit, sicut nunc Hebræi duplex principium anni in Tisri, & Nisan recognoscunt.

Sacri anni primordia ad mensem Nisan, forte revocavit Moses, quia jam pridem ab ipsa rerum origine anni singuli deducuntur, quemadmodum ferias hebdomadarias Moses non primum instituit, sed ad primævam Sabbathi institutionem perpetua lege sanxit, sic pariter dici potest, quod antiquum morem principij anni à Nisan renovavit & mensem antiquitate primum Paschali celebritate in perpetuam Exodi memoriam exornavit, sicut festum hebdomadarum ob messis beneficium à Deo institutum, etiam eodem die legis datae memoriam recolebat. Simili modo loquitur Scriptura de iride in nubibus futura post diluvium, Genes. 8. *Apparebit arcus meus in nubibus,* nec tamen inde licet inferre arcum antea in nubibus non apparuisse, cum ex communi interpretatione non minus ante diluvium iris in nubibus effulserit, quam postea. Sensus ergo esse potest, mensis, quo Hebræi ex Ægypto emigrarunt, non ex antiqua tantum consuetudine, quæ per non usum aboleri potest, sed ex Dei præcepto primus erit mensium anni facti, & sicut iris assumpta est in signum non futuri diluvij, ita Nisan primordium anni sic in memoriam populi ducti ex Ægypto.

Secundum argumentum, quod creationem mundi in autumnio suadere videtur, inde deducitur, quod ea anni parte condendus est mundus, qua fructibus arboribus onerantur, absit namque tam lugubris rerum primo nascentium vultus, ut autumnus suo, veris æstatisque decore florum, herbarum, frugum varietate, & pulchritudine non gaudeat, hoc au-

tem autumno potius, quam veri con-
venit, veri ergo prima universi fabri-
ca attribui non debet.

Hujusmodi autem ratio parum
convincit, Eva namque non dixit se
ex omni genere fructuum in paradiso
vesci, sed ijs solum qui tunc ex arbori-
bus in paradiso pendebant, eo modo
quo annis melioribus in agro Damas-
ceno in vere existebant, tunc namque
multo antequam nostro ævo fructus
marurescebant, ut plures exponunt
illud Pl. 106. *Terram fructiferam in sal-
suginem à malitia inhabitatum in ea.*
Ut quid namque tanta sunt expectan-
da miracula quot requiruntur, ut au-
tumnali frigore tellus plantis, plantæ
floribus, ac frondibus in speciem ver-
norum æstivorumque mensium de-
corentur, exiguo illo temporis spatio,
quo hiemis asperitas imminebat re-
centes illas mundi delicias confestim
lætura. Unde omnibus floribus, &

fructibus qui veris, & æstatis decursu
consumi solent, prima nascentis mun-
di ficus carebat. Gemebant igitur (in-
quit Salianus) in illo communi totius
terræ gaudio tot cæraforum, prun-
rum, malorum Assyriarum, Medica-
rum, Persicarum, Armenicarum ge-
nera, stabant non sine pudore cum
cæteris, tot species pyrorum, ficuum,
amygdalorum, aliæque non paucæ.
Marcebant rosæ sine rosis, & lilio-
rum caudices sine lilijs, omnium-
que penè florum plantæ, quarum
vis a Deo tanta producta est, suis vi-
duatæ ornamentis, nullum poterant
quasi symbolum in hanc mundi pri-
mam celebritatem conferre.

Ex his facile conciliantur contradi-
ctionis textus, oliva namque suum
virorem alijs etiam anni temporibus
præter æstatem conservat, quare non
licebit inferre Maium undecimum
fuisse mensē.

EX GENESI, Cap. I.

Toto cap. 1. *Omnium rerum fabricam
in sex dies esse distributam, & à Mo-
se delineatam videmus.*

Eccles. cap. 18. *Qui vivit in aeternum
creavit omnia simul.*

1.

PRæsens autem textuum superius
relata antilogia non solum veteres
gentilitatis, & Rabbinos sapientes,
verum etiam sacra nostræ Religionis
oracula discordare fecit, mundum
unico momento unicoque die abso-
lutum extulit August. lib. 11. de Civit.
Dei, Clemens Alexandrinus lib. 6.
Strom ex Hebræis, Philo, & Moses
Maimonides (ut deseram alios) qui-
bus jungere possumus Linum Poë-
tam Trojanum temporibus antiquio-
rem, qui penè ad Mosis ætatem ac-
cessit, sic inquit.

*Tempus erat quo cuncta simul con-
dita.* Quod sequitur Anaxagoras, ut
advertit Diogenus Laërtius in præ-
fatione historiarum philosophorum,
eandem sequitur Caietanus, & in
manuscriptis nunquam digne lau-
dandus omniscius Magister Ca-
nus.

§. I.

§. I.

*Proponitur quorundam conciliatio
Antilogiæ, & simul explo-
ditur.*

CAÏETANUS asserit sex illos
dies unum, & eundem diem
complexe, septies vero repeti-
tum per comparationem ad terminum
creationis, ratione habita ad ea, quæ
condidit die primo dicitur primus
dies, ad ea quæ edidit secundo, dici-
tur dies secundus, & sic de cæteris,
propter sanctificationem autem diei
septimi ut memoria beneficij creatio-
nis recoleretur unius, & idem dies
habitudine ad illos sex gradus sex ap-
pellantur dies, imò (addit Caietanus)
omnia quæ illis sex diebus condita
referuntur, sive corpora sint simpli-
cia, sive sint mixta non solum eodem
die verum eodem momento fuerunt
creata.

2.

Hujus

Imp: gnt-
tur Caieta-
nus.


Hujusmodi opinio quatenus as-
ferit cuncta corpora mixta eodem
instanti ab authore universi fuisse
producta, communi omnium fere
consensu repulsa patronum alium
habere desijt, huc illuc enim se ver-
tat, plura potius incommoda con-
geret, quam aliquid sacri textus
historiæ congruens reperiet. Sequi-
tur planè ex illa neque plantas, &
animalia terrestria cum homine ex
terra, neque volatilia, & pisces ex
aqua producta fuisse, sed ex nihilo
potius creata, ejus contrarium su-
pra pagina sacra clamat Genes. capi-
te primo & secundo. Deinde prout
simplicia corpora respicit, minus
subsistere valet, quia si quæ Genes.
1. narrantur diei unici naturalis spa-
cio condita forent, quem interea
nexum respiceret Caietanus, ut dies,
ratione habita ad ea, quæ simul con-
dita sunt, eo ordine computentur,
nulloque alio? sane nullus: etenim
si quatuor elementa, orbis cele-
stes, Sol, & Luna, cætera astra, &
eorum lumina simul effecta prodie-
rant, nulla est ratio quare lumen
sivè lux primo die dicatur facta,
quarto autem Sol ipse, & astra, quin
potius è contra si ordinem philoso-
phicum causæ, & effectus quis res-
piceret, astra, & Solem, quæ lucis
illius subjectum & radix dicuntur,
primo die condita, & quarto die ip-
sam lucem editam sentiet, si recto
procedat ordine, & idem de alijs
diebus faciliter convincetur.

3. Secunda ratio, eaque non im-
becilles vires in sacra pagina su-
mit, Genesis 1. postquam dictum
est in principio creavit Deus cœ-
lum, & terram, prosequitur im-
mediatè *Terra autem erat inanis,*
& *vacua, & tenebra erant super*
faciem abyssi, quasi dicat tenebras
absentiamve lucis fuisse in toto uni-
verso ante luminis formationem,
cum juxta Caietani opinionem
universum semper vidisse lucem sit
necessariò faciendum, siquidem
lux, Sol; & cætera astra cum cœlo,
& terra simul condita sunt. Facit
tertio contra purpuratum Caieta-
num illud Exod. 20. *Memento ut*
diem Sabbathi sanctifices, sex die-

bus operaberis, septimo autem die
Sabbatum Domini est, non facies
opus in eo, sex enim diebus fecit
Deus cælum, & terram, & mare, &
omnia, quæ in eis sunt, & requie-
vit in die septimo. Quare ratio nimis
infirma, & futilis videretur, si om-
nia unico die, & simul lucem pri-
mam vidissent. Anget difficulta-
tem, id quod erudite consideravit
Vielmius, quod Sacra pagina se-
cundum numerum septenarium so-
let tempora computare, hinc in
usum venit Hebræis hebdomada
septem dierum, septemque anno-
rum, ac tandem maxima hebdo-
mada, quam è vestigio annus Ju-
bilei sublequebatur. Nec non po-
puli omnes tam barbari, quam
Græci, & Latini hebdomadibus
perpetui usi sunt, cur ergo tam
scriptura, quam sæculi omnis sa-
pientes septimanas, & non octo-
manas, seu decimanas computan-
das sibi elegere? Nullam profecto
aptiorem hujus instituti rationem
proferre possent, quam quod se-
ptem dies hebdomadæ nostræ pri-
morum septem illorum dierum si-
mulachrum insigne, & illustrem
imaginem referunt. Asserendum
igitur est primam eam creationis
hebdomadam quam Moses conscri-
bit septem conversiones cœli inte-
gras fuisse.

Sed quorsum tarda molimina illa
in Dei infinita potentia? (inquit
Caietanus) Duo possumus respon-
dere, illam in creando moram, sa-
pientiam, & libertatem divinam
manifestasse. Emicat sapientia cum
triplex mundi repræsentetur facies,
creationis, sejunctionis, & exor-
nationis, & mirifice, quam sapien-
tia in discretionem, & mundi venu-
state fulserit, ipsa concinnit ele-
ganter: *Cum ipso eam cuncta com-*
ponens, & delectabar per singulos
dies ludens coram eo omni tempore,
ludens in orbe terrarum. Emicat di-
vina libertas, noluit Deus mun-
dum in instanti venustare, sed sex
dierum prolapsu, ut sua libertate
eum edidisse comprobaret; que-
madmodum igitur licet ab æter-
no, vel saltem multis ante retro

seculis Deum orbem procreare , amplioſemque ipſum , & rerum ſpeciebus magis reſertum efficere valuit , condere tamen voluit tempore à ſe definito , præſinitaque mole , quia ſibi placuit , ita proſus unico licet momento omnia perficere poſſet , ſex dierum intervallo creationem protraxit , quia id ſibi beneplacitum fuerat.



S. II.

Rejicitur Magiſter Canus.

4.

MAGISTER Canus primariam Salmanticenfem cathedram olim omnium admirabili plauſu regens, eandem cum Caietano ſectatus ſententiam alijs principijs luſtravit. Omnia (inquit) ſimplicia corpora eodem temporis puncto Deus produxit , mixta vero poſterius tempore ex ſimplicibus ; paulo poſt orbis procreationem, ſed intra diem , Moſes vero locutione abſoluta cum ſex diebus omnia retulit condita , pro conditionali fuit uſus , quaſi ſit ſenſus , ſi Deus opera ſua , ſucceſſiva protractione crearet , & paulatim univverſum perficeret eo modo quo homines ſolent opera ſua , condidiſſet ſex naturalium dierum prolapſu , ordine quo Genef. 1. referuntur. Cur autem Deo inſpirante ſic Moſes fuerit locutus ? quoniam lex (inquit ipſe Magiſter) ad Deum colendum , & ad hominis inſtructionem politicam ordinatur , cum ergo cerneret Moſes ad utrumque expedire , ut homines ſex diebus laborarent , & ſeptimum cultui dedicarent beneficium creationis univverſi recolentes, ita fabricam hujusmodi Deo inſpirante factam fuiſſe narravit , ac ſi Deus ſex vere diebus condidiſſet , & ſeptimo die ab opere ceſſaret. Uſum locutionis abſolutæ pro conditionali tam apud Philoſophos , quàm in ipſa ſcriptura Sacra frequentem eſſe , oſtendit Ariſtoteles qui 2. de cœlo , capite ſecundo, affirmat motum primi mo-

bilis incipere ab oriente , cum tamen ex ipſius ſententia qui mundum ab æterno fuiſſe arbitratur , motus nunquam incipit. Paulus etiam primæ ad Thimotheum capite ſecundo Deus (inquit) vult homines ſalvos fieri , quod exprimitur conditionaliter , ſi per ipſos non ſtererit , Matth. 24. Cœlum , & terra tranſibunt , verba autem mea non præteribunt , id eſt , eſto cœlum , & terra tranſirent , verba mea impleantur , quæ locutio non eſt abſoluta , ſed conditionalis , cœlum namque , & terra in æternum ſtabunt , & Pſalm. 101. opera manuum tuarum ſunt cœli qui peribunt , tu autem permanes , id eſt , eſto illi pereant tu permanebis , accedit quod communi uſu loquendi quando quis uno die aliquid efficit , in quo alius ſex conſumeret dies , opus ſex dierum dicimus eſſe , id eſt , ſi alius feciſſet ſex diebus compleviſſet.

Hæc ſubtilis eſt expoſitio , ſed non aſſequitur veritatem. Hypotheſi namque quod Deus ſucceſſivè conderet univverſum , nulla potior apparet ratio , quare ſex diebus , potiùs quam horis vel ſex quadrantibus condidiſſet , potuit enim uno die congregare aquas in unum , diſcooperire terram , & alio die , vel hora producere plantas , quæ Genef. 1. narratur facta , potuit etiam uno die producere piſces , alio volatilia , & alio animalia terreſtria , quæ omnia quarto die dicuntur facta , locutio igitur qua uſus eſt Moſes , non eſt conditionalis , quaſi ſenſus ſit , quod ſi quæ ſex diebus narratur facta , conderet ſucceſſivè , ea ſex diebus fabricaſſet , quandoquidem , vel intra unum diem , vel longiori , aut breviori tempore ea creare potuiſſet. Quod ſi dixerit Canus conditionem ſub qua locutus eſt Moſes non illam eſſe , ſed quod ſi alius à Deo ea operatus eſſet ſex diebus vere indiguiffet , ridiculum erit ſane , alius enim à Deo , neque ſexcentis annis ea fabricare potuiſſet. Quod ſacra pagina (ut ſic exarmeretur omnino) forma

na

ma absolutæ locutionis pro conditionali quandoque utitur, non est argumentum alijs in locis simili forma loquendi uti debere, cum quia quando locutio est conditionalis, modus ipse loquendi, antecedentia, & consequentia etiam verba declarant, impræsentiarum autem totius capituli series, qua dividuntur dies, manifestè locutionem absolutam demonstrat.

§. III.

Antilogia optima conciliatio.

5. **S**ANCTORUM Patrum numerosa classis orbem, non unico temporis instanti, sed sex dierum lapsu conditum sentit, Gregor. Nazianz. orat. in novam Dominic. Nicetas hic, Gregor. Nissen. Theodoretus, Ambrosius, Chrysostomus, Gregorius Magnus libro tertio moral. Anastasius serm. libro tertio contra Arrianos, Theophilus Patriarcha Antiochenus, Julianus Pomerius libro contra Judæos. Magist. sententiarum, Bonaventura, D. Thomas, & alij plures. Ad illud Ecclesiæ Vielmus lect. 17. sic respondet, ea tunc communi hominum sermone dici fuisse simul facta, quando vel nulla, vel quæ videatur parvula mora exiguumque temporis intervallum intercesserit dum efficerentur. Quare Cyrillus in Catena in Psalmo trigésimosexto, capi, inquit, *simul*, quandoque pro repente ac statim, ea vero dici possunt etiam *simul*, & statim facta, quæ brevi, aut certe non interposito longiori tempore conficiuntur, sic dicimus domus

tota *simul* extrui, ac statim, quæ successivè sine temporis interpellatione ædificatur, quamvis jaciatur antea fundamentum, moxque erigantur parietes, & postea tectum super ponatur, atque adeo in tempore consummatur, & quoniam Deus, continuata dierum serie in quibus feriatus non est, nec suum reliquit opificium, illa omnia quæ mundum perficiunt, & exhornant absoluit, rectè Sapiens scribere potuit illum omnia *simul* creasse.

Aliter responderetur, omnia creata esse simul, idest, ex eis quæ in rigore ex nihilo facta sunt, & nomine creationis gaudent, hæc omnia simul uno instanti condita sunt, hæc sunt cæli Angeli, & quatuor elementa. Vel dicendum quod ubi Vulgata legit simul, in Græco habetur *coine*, idest, pariter, seu universaliter, ut proprius sensus sit, Deum omnia pariter, nullo excepto, creasse, non denotat simultatem temporis, sed simultatem universalitatis qualiter pluries accipitur in Scriptura, in Leviticis dicitur, numerabis septem hebdomadas annorum, quæ simul faciunt annos 49. & libro Numer. sic, ter, quaterve accipitur, & in Psalm. 13. *omnes declinaverunt simul inutiles facti*, & Psalm. 48. *simul insipiens, & stultus peribunt*. Ex quibus constat ad Concilium generale Lateranense sub Innocentio III. celebratum, & habetur in Decreto de summa Trinitate capite firmiter, Deus (inquit) omnipotentis sua virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit naturam. Quæ sequuntur Antilogiæ, comprobant Cæsi, & Cajetani sententiam. Sed ad illas suo loco dicendum.

EX GENESI, Cap. I.

V. 1. *In principio creavit Deus Cælum, V. 8. Vocavitque Deus firmamentum Cælum.*
 Ex quibus constat firmamentum primo die conditum fuisse.

Genes. 1. V. 7. *Et fecit Deus firmamentum, V. 8. & factum est vespere, & mane dies secundus.*
 Ex quibus colligitur firmamentum conditum esse die secundo.

§. I.

Rejicitur prima expositio.

6. **H**ujusmodi difficilis Antilogia in varias divise explanationes, nobiliores expositores. Ex Patribus plures existimant ante sensibilem Genesis istum mundum, intelligibilem alium tempore diuturniorem, substantiâque eminentiorem, Dominum condidisse, quando autem Deus hunc sensibilem mundum tempore sibi sancito compaginare voluit, cœlum supremum expansit, qui illius primi universi velaret coruscantissimam lucem, & mundum istum opacum redderet, & obumbraret, sic Gregor. Naz. carm. 4. de mundo.

Iam duo sunt mundi quorum est antiquior alter.

Cœlum aliud. sedesque hominum tranquilla piorum.

Unde distinctum est cœlum quod principio asserit conditum esse, quando primus scilicet mundus est fabricatus, secundo autem die alterius mundi Cœlum, seu firmamentum conditum fuit à supremo artifice. Idem placere videtur Anast. Sinait. exam. libro primo, quorum sententia nisi ad saniolem trahatur sensum, à nullo poterit approbari. Illam erroribus locupletavit pestilentis ac putidæ opinionis ad mundi ludibrium barbarus auctor, quem suppresso nomine refert Petavius de opificio dierum, libro primo probat ex sacra pagina (sed evidenter retorta) ante Adamum homines aliquos à Domino procreatos; ex quibus fuerunt tres Magi, qui Dominum inviserunt, quorum nomina Melchisedech, Enoch, & Elias, de Melchisedech ita sentiens, Cœlestem hunc hominem esse, hoc est non terreno, sed corpore compactum cœlesti, ex Adamo non procedentem, sed ante Adam, imò, & ante lucis exortum à Deo creatum. Et fuisse consequens putat si-

lium Dei paulo ante Melchisedech factum esse unum ex cœlestibus illis hominibus, de quibus Paulus, primus homo de terra terrenus, secundus homo de Cœlo cœlestis, unde concludit duo hominum genera recognoscens, terrenorum unum, quorum Adam fuerat caput, Cœlestium alterum, cujusmodi Filius Dei, & Melchisedechus cujus nativitatem cœlestem in tempore factam refert David illis verbis: *Ex utero ante luciferum genui te*, id est, ante creatos Angelos sive lucem, hæc ille. De quibus exclamare licet cum Augustino: O portentum non solum à Christianorum auribus, verum etiam à finibus Christiani orbis arcendum.

Sanè monstrum multiplex illud est, ex varia foedissimarum hæresum colluvione conflatum (inquit Petavius) primum enim ex Valentinianorum, Marcionitarum, Manichæorumque secta virus expressit, ut Christo cœleste corpus affingeret. Deinde hæreticos istos improbitate vicit, dum Christum Dominum bis hominem factum putat, primum cœleste corpus induit sub orbis initium; deinde terrenum, cum carnem ex virgine assumpsit, tertio tam Christum, quam Melchisedechum horumque hominum genus, aliunde quam ex Adamo propagatum existimat, quod sanè dictum est nefas, & Scripturæ repugnat, quæ ex uno omnium originem duci expressè docet Ecclesiast. trigesimo tertio, omnes homines de solo, & de terra unde ortus est Adam, non utique de cœlo, item ad Roman. cap. quinto per unum hominem in hunc mundum peccatum intrasse, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse mortem, atqui commentitij, & fabulosi homines illi qui de cœlo originem sumunt, uti nil commune cum Adam habent, sic neque ab illo peccatum, & mortis legem contraxerunt, neque pro illis mortuus est Christus. Quæ horrenda est Christianis detestanda auribus commemorare, & confutare

7.

*Prædantiam
æ affectum
monstrum
est ex varijs
hæresibus
conflatum.*

futare erit. Quod Melchisedech celestem judicet, quia Paulus celeste, nescio quod hominum genus nominet, est Minerva crassissima. Hallucinationem suam deprehenderet, si verba antecedentia apprehendat, & subsequencia, quoniam Paulus de resurrectione corporum agens ea spiritualia ex animalibus fore dicit. Est enim corpus animale, & corpus spirituale, sed non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale, sicut grana frumenti, quæ seruntur, prius naturam, & ab origine acceptum corpus habent; deinde resoluta, ac corrupta in novam adulescentem segetem, & alio viviscunt corpore. Ita corpus nostrum prius est animale, ac concretum, postea cum à mortuis suscitatum fuerit, fiet spirituale. Hoc verò probat Paulus in Adamo primo parente, & homine, Christoque secundo: *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cælo celestis*, pauloque post, *sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem celestis*. Manifestum igitur ex tota illa serie Apostolicæ orationis, corpora illa celestia, hominesque spirituales posteriores esse terrenis, & horum caput Adamum prius, & antiquius illorum capite Christo. Quod adversus ipsius Pauli sententiam fingi valeret expressius, quam celestes illas, spiritualesque larvas, nescio quas, hominum anteriores fuisse Adamo, dicere, terreno homine terrenorum capite omnium, atque Principe? Quo autem sensu nominetur Christus celestis. Audi Athanasium de salutari Adventu Christi. ¶ Celestis est (inquit) homo dominus, non quod è cælo carnem ostentat, sed quod eam, quam expresserat è terra celestem reddiderit. Chrysostom. hom. 42. in 1. Corinth. cavendum monet, cum Christus nominatur celestis non ad naturæ conditionem ita referamus, non enim naturæ illius respicit, sed vitæ rationem, & institutum.

Sed nondum obmutescit improbus author sic extorquet Apostolum, ille enim (inquit) de Melchisedech loquens, sine patre ac sine

matre fuisse dicit, neque patrem, neque matrem, neque genealogiam habuisse, aliunde igitur quam ab homine primo editus est in lucem, alioqui parentibus, & stirpe, quæ illum habuisse negat Apostolus, non caruisset; cum ergo idem per omnia assimilatus sit Filio Dei, necessariò infert Christum sub idem tempus, ac ante primum extitisse parentem. Hoc invictum illius argumentum, quod novum illud commenti genus extorsit. Sed ut de Apostoli verbis, & de ejus genuina interpretatione nihil loquamur isto loco, quid ex ista ratiocinatione sequatur attende: licebit enim utique ipsi concludere, Melchisedechum ex omni æternitate fuisse, inò Deum verum, ut per omnia assimilaretur Dei Filio, nihil enim tam dissimile est, si naturam spectes, quam æternum, & in tempore factum, corporis expertum, & corporeum, ut igitur Filio Dei, non hominis filio, per omnia similis habeatur Melchisedech, Deus esset, incorporeus, & Deo coæternus. Verum de somniis istis, & ad stolidissimam hæresim implicatis nugis, plus satis.

Rabbi Salomon, quem sequi videtur Manasses Ben-israël in suo conciliatore, firmamentum ipsum eodem die primo creatum tradit, secundo vero novam aquarum dividendarum officium illi mandatum, primoque die tenerum, ac musteum à Deo conditum fuisse, secundo vero die roboratum. Quoniam (inquit R. Salomon) & si creati sunt cæli die primo, adhuc erant molles, & condensati sunt die secundo ab increpatione Domini, quando dixit fiat firmamentum. Sed hæc sententia etiam inepra est. Moses namque diserte dicit Deum secundo die fieri firmamentum præcepisse, quod statim stetit. Nec hoc solum dixit, sed dividat firmamentum aquas ab aquis, denotat ergo antea non conditum fuisse. Quia namque die tertia (qua ut plerique optant, certum in locum coactæ sunt) jam erant aquæ creatæ, non dixit fiant aquæ, & congregentur, sed dumtaxat congregentur aquæ. Quid ergo causæ, cur illic dixerit fiat

firma

firmamentum, & dividat aquas, licet præcesserit conditum, istic autem non dixerit fiant aquæ, & congregentur, quas pariter jam factas esse constabat.

3.

Aliter solvit difficultatem Petavius. Nomine firmamenti intelligit cælum (an autem aqua fuerit, vel aër, quorum utrumque nomine cœli gaudet, inferius examinabimus) primi tamen Genesios verba: *In principio creavit Deus Cælum, & terram*, non peculiare opus aliquod continere, quod initio & ante sex dies molitus sit Deus, quasi ante lucem reliquaque opificij partes, qualescumque cælum ac terram creaverit, sed quoddam generale effectum, quo omnia quæ à Deo inde facienda erant, complexus est. Moyses namque Judæos statim edocere voluit totam illam aspectabilem rerum universitatem à Deo conditore profectam esse, quare ita pronuntiavit, quasi diceret, quidquid videtis, & quodcumque cœli ac terræ comprehendit ambitus, una cum cœlo ac terra, id omne initio unus fabricatus est Deus, postea vero per partes omnia ut sunt laborata singillatim descripsit. Meminit hujus explicationis Bas. ex Epiphaniij versione, August. lib. 1. ad Genes. cap. 3. Cirillus Alexand. lib. contra Iul. 2. sic Petavius. Huic acquiescens, fateor, explicationi, si textus literâ attente consideratâ intellectum captivum ducere pareretur. Post verba namque superius relata, prosequitur ita. *Terra autem erat inanis, & vacua*. Si ergo tunc terra erat inanis, & vacua, debuit proculdubio terra esse, et si abyssum aquarum contexerant tenebræ, debuit abyssus esse; necesse igitur est statuere hæc tria, terram, abyssum, vel aquas, & cælum ante primum diem initio fuisse producta, cætera verò sex dierum intermedio cursu, ac consequens erit, quod cum initio dicit creasse cælum, & terram, non generale quoddam esse referendorum proloquium, sed partium illarum narrationem singularem.

Pererij traditur expositio.

9.

Pererius nomine cœli omnes orbis cœlestes intelligit, nomine firmamenti, quod secunda die condidit

Deus, non corpus cœleste, sed totum illud spatium, quod cælum, & terram inter fufum est, & tandem concludit, firmamentum die secunda factum pro aère sumi debere. Quam interpretationem non respuit Petavius. Igitur ante sex initium dierum solam terram cum aqua extitisse credit, ita tamen quod aqua nebulae instar tenuis, ac vaporis totum illud supra terram occuparet spatium, jam vero ex aqua subtilissimum attenuata in vaporem, die secunda partim cœlestia corpora, partim aërem, ignemque Deus elaboraverit, quapropter ex aqua tum aër, quia ab ardore ignis appellatur, ab Arist. vero sicca, & calida fumi instar dicitur exhalatio, tum cœlestes globi omnes effecti sunt, ac denique firmamenti nomen toti huic impositum est regioni, quæ à terra, & aquis ad extremam usque mundi determinationem porrigitur. Suadet hoc Scriptura sacra. Quia hoc quod hic cælum, & firmamentum nominat, aërem esse significat Psalm. 146. *Qui operis cælum nubiibus*, Matth. 16. *Triste, & rubicundum cælum, volucres cœli*. Cui favet Hier. epist. 83. & Bas. hom. 3.

Hæc expositio nondum pacavit animum, Cælum namque licet pro aère aliquoties sumatur, propterea quod nulla voce gaudeant Hebræi, qua propriè significent aërem, nusquam tamen firmamenti nomen, aut vox Rakiak illi in Hebræo respondens, pro aère posita reperietur. Unde in hoc capite volatilia non in firmamento, sed sub firmamento cœli dicuntur esse. Nec obstat, quod ubi nostra Vulgata legit, volatilia super terram sub firmamento cœli, in hebræo textu habetur, super faciem firmamenti cœli, sive quod idem est, super firmamentum cœli, ubi firmamentum necessario pro aère accipi debet, non (inquam) obstat. Quoniam hujusmodi loquutio, si in rigore accipiatur, neque in aliena sententia posset verificari, si firmamentum namque est tota regio aëris inferior, quæ nubes separat ab inferioribus aquis, aves supra firmamentum volare nullus verificabit, sed in firmamento, vel intra. Tum etiam, quia *hæc* non significat idem quod *super*, sed quod *iuxta*, *contra*, *circa*, *versus*.

versus. Unde optimè vertit Hieron. *sub firmamento.* Vterius addo, non idem esse super faciem firmamenti, ac super firmamentum, quia facies hic significat id ubi cœlum secundum superficiem se se præbet videndum, Cœlum autem sic se repræsentat visui, ut oculus nec capiat distantiam, nec ab aère distinguat. Unde quidquid sublimè, & pendulum est in aère, ut sunt aves altius volantes, cœlum contingens videtur, & dicitur, & ejus volare superficie. Huic ergo notitiæ; quæ oculis nostris capitur, se se accommodat scriptura.

Hoc similiter ex nomine *firmamenti* remanet in se refutatum. Firmamentum, quod firmam, & solidam habet naturam, prout sonant voces, dicitur. Vox ipsa *Rakak* quidpiam extensum significat solidæ ac fortis laminæ instar, quæ ad incudem solet extendi. Unde ab ea radice *Rakak* extensiones laminarum dicuntur. Num. 16. rem firmiter extensam, & immobiliter hærentem significat, ideo Psal. 135. ubi Deum terram firmasse, & stabilisse dicitur, ponitur vox *Rakak*, & Isa. 42. Ezech. 1. Hujusmodi firmitatem cœlis illis astriferis nomine firmamenti attribuunt etiam profani. Homerus.

Solido ac denso aere firmatum.

Pindarus cœlum æreum ob perennitatem appellat, Orpheus inter alia, adamantinum, & indomabile vocat. Ex quibus omnibus clare colligitur firmitatem soliditatemque dicere cœlis ubique appropriandam, aëri liquido, & corpori fluido repugnantem.

Patitur præterea præfata expositio non leves difficultates. Quoniam hoc capite Genes. 1. firmamentum eadem significatione exprimi debet neque verisimile est tam paucis versibus æquivocationem committi, in firmamento positum Solem, & Lunam, & cætera alia tradit Scriptura, quod aëri repugnat. Illa similiter tam repetita de vaporibus verba ingerunt difficultatem. Quoniam enim modo suaderi potest tunc nubes fuisse, quandoquidem, cap. 2. nondum pluuisse Dominum super terram dicatur, primosque de serenos, & innubes esse decuerit. Nullæ igitur fuerunt illa die inferiores

aquæ, inter quas posset intercedere separatio. Addo has aquas, quas dividere præcipitur hic firmamentum, distinguit ab aquis nubium Pagina sacra. Dan. 3. postquam sic alloquitur: *Benedicite aquæ, quæ super Cælos sunt Domino*, invitatis ad laudes divinas cunctis, quæ super cœlos sunt, & in cœlis, pueri ordine quodam, ad ea quæ infra cœlos sunt, descenderunt, & aquis illis aquam de nubibus contraponunt, posteriori loco ad laudes divinas invitata: *Benedicite omnis imber & ros Domino.*

Traditur Antilogia conciliatio securæ.

10.

Cœlum quod prima die dicitur factum, Empyreum intelligimus cœlum, firmamentum quod secunda die condidit Deus, sydereum Cœlum, & orbes omnes cœlestes. Munus namque firmamenti, aquas scilicet ab aquis dispescere atque illas parietis instar considerare, nulli corpori, præter cœlo poterit appropriari. Quod ex aquis factum tanquam materia, plures, & nobiliores Patres senserunt. Nomine ergo cœli cum dicit Moses: *In principio creavit Deus Cælum, & terram.* Strabo, Beda Cœlum Empyreum sub aspectum non cadens, Angelorum, beatorumque domicilium intelligunt, Diodorus Tarsensis in Catena Lipomani, Ambros. Casarius Philoponus, & Severianus. Primum id mihi suadet, quia Scripturæ, undique locum quemdam uti peculiarem Dei extra mundum memorant, elegantibusque metaphoris celebrant, modo cœlum cœlorum, modo firmisimum habitaculum Dei, modo regnum, domum Domini, Jerusalem supremam, civitatemque præclaram ipsam appellantes. Probat Cœlum Empyreum Paulus 2. ad Corinth. 12. *Scio hominem in Christo annos quatuordecim raptum usque ad tertium Cælum.* Quasi juxta Scripturam triplex cœlorum genus constitui in veritate debeat. Aëreum primum, quod usque ad orbem Lunæ incorruptibilem pertingit, sydereum, orbes omnes ex aqua factos, in quibus astra omnia sunt collocata, comprehendens, Empyreum tertium, quod sedes Sanctorum appellatur, quod usque se raptum memorat Divus Paulus

Firmamentum est sydereum cælum.

lus. Validis congruentiis suadet hujusmodi veritatem sancti Patres. Decuit enim (inquit D. Thomas) ut sicuti in exordijs mundi, spiritualis electorum gloria in beatitudine Angelorum est præsignata, ita etiam universi ac corporum nostri mirifica restauratio auspitiis in corpore immensa gloria præsignito desumeret. Tum etiam, si damnati in locum quendam *corporeum*, in imum scilicet terræ centrum caliginibus, densissimisque obrutum nubibus relegantur, quare beati, & electi in locum supremum alterum fulgentissima luce perfusum extolli non debent, cum sicut illi atro, isti corpore coruscante possint.

11.

Renuit concedere Cœlum Empyreum vestigia Rabbīnorum de more Cæsarianus sequutus. Empyreum (inquit) à posterioribus traditum in Scriptura non reperitur, nec ulla efficaci ratione fuerit inventum, cum nec sensu deprehendatur, nec moveatur, neque Angeli, qui sunt incorporei eorumve conditor loco corporeo, quo sunt, indigeant. Tum, quia si tale supremum cœlum conditum fateremur, sane lucidum esset, & comprehensibile sensu, sicut stellæ, quia lucidæ, licet minora sint corpora. Tum, quia si lucidum ab initio illuminaret superficiem aquarum sibi conjunctam, neque tenebræ essent super faciem abyssi contra litteras sacras oppositum referentes.

Extra humana vere consortia, qui tam singulare corporis domicilium tollere nobis cœlum Empyreum contendunt, proijciendos judicat Martīnengo in sua Glossa Magna, solidum in sacris litteris fundamentum ab antiquissimis parentibus traditum, habere, ostendimus supra, neque inutili-

ter à nobis inventum, quamvis conditor Deus, & Angeli ejus à corporeo loco dependentiam non cognoscant, ut beatitudine summa fruuntur. Quoniam sicut manufactis non indiget templis, quibus habiter Deus decet tamen decoris, pulchrisque templis vereri, sic licet Angeli corporeo loco non egeant, cum sit necesse alicubi in spatioque sint, decens est potius pulcherrimo loco, quam inani, & caliginoso existere. Luce similiter fulgentissimum faretur Empyreum D. Thom. 1. p. qu. 66. Sed in fabrica tabernaculi, quæ hoc universum repræsentabat, tertia pars quæ erat sancta sanctorum, velo quoddam occultabatur, ne videretur, sic Cœlum Empyreum, velo quasi quoddam à parte inferiori tectum corporis cujusdam crassioris velo, quod radij Cœli Empyrei non penetrarent, condidit Deus Optimus, Maximus, concavumque illius usque ad terram replevit aquis, illam vero inferiorem partem, quæ est quasi velum Empyrei, esse in consummatione mundi, cum cæteris elementis innovandam transparentiore visu, ut deinceps pulchritudo Empyrei, terræque claritas spectabiles redderentur violentus nimis discursus non erit. Quod licet fateremur immobile, in primum mobile, per illudque in hæc inferiora influxisse non inficiabimur lumine mediante, vel alias per vires occultas, sicut Angeli superiores, qui licet nunquam mittantur, in medios, & in infimos qui mittuntur exercent verum influxum de quo Div. Thomas 1. p. q. 66. art. 3. Esto licet otiosum non esset, si lucidum in se, & pulcherrimum, Dei curiæ, hominum & Angelorum habitationi deserviret.

Genes. 1. *Sexto die masculum, & feminam fecit eos. Unde Eva sexto die fuit creata.*

Genes. 2. *Septimo die ex costa Adami fuit Eva producta.*

Deliria Rabbīnorum referuntur.

11.

Summum illud ingrati, & inobsequentis animi vitium, quo semper Jædaica gens laboraverit (inquit Buxtorfius in synagoga) diligenti ac serâ meditatione perpendendum est, ut horrendas execrationes, in quas justo

Dei judicio inciderunt præ oculis semper habeamus. Non solum corpore, & fortunis, sed mulctari sunt mente, delitio, scilicet, cæcitate, & amentia, ita ut tenebras meridie palpa-verint, quemadmodum Moses minatus erat Deuter. 28. & conqueritur Jsaïas 29. Nihilque recti amplius vel docuerint,

docuerint, vel cognoverint, siquidem Dei verbum repudiaverant, de quo Ierem. 8. Naturâ hoc omnibus Judæis est quasi implantatum, ut se supra omnes mundi nationes extollant, & omnes alias infra se despiciant, & quantum est in se ad necem usque persequantur. Superbæ hujus præsumptionis duæ sunt causæ, præconcepta de personæ propriæ dignitate, & sanctitate opinio, & expressum Dei omnipotentis mandatum, de omni commercio, & conjunctione cum cæteris gentibus vitanda, illisque penitus excidendis & interuentione devovendis, Deuteron. 7.

Ut autem nobis Christianis aliquando compertum fiat an Judæi adeo sancte se se gerant, & tam arcte, tantoque zelo, ut videri volunt, legi Moysi adhæreant, & an illi soli sint gens intelligens, sancta, pura, & recta, ubicumque, prout postulaverit antilogiæ expositio in animum duxi, fidem, & religionem illorum Judaicis fabulis scaten-tem, ob oculos omnium proponere, omnemque Judaicam vivendi & negociandi rationem ex ipsorum libris verissime, & ex ipsis fundamentis exponere juxta Buxtorfij fidelem observationem ejus, in synagoga. Ad rem jam.

13. In *Spéculo ardentis* (quod Germanica quidem lingua, verum Hebræis characteribus, Cracoviæ prodijt anno 1597.) cap. 8. hæc habentur verba. Deus mulierem ex costa viri finxit, ut tanquam corporis membrum, admirabili illi omnium membrorum sibi mutuo ministrantium conspirationi, & consensui pro viribus responderet, & in illa viro vitæ auxiliium solatiūque esset. Hinc disputant sapientes nostri super eo quod scriptum existat. *Et creavit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam, ad imaginem Dei creavit illum, masculum, & feminam creavit Deus, cum capite secundo subijcitur, non est bonum hominem esse solum, adjutorium illi simile faciamus ei.* Hic, pro admirabili, qua cæteros mortales ante stant sapientia, interrogant Judæorum doctores. Quoniam excefferit, abierit, evaserit

prima illa mulier, quæ cum illo creationis leges subijt? Verum favete linguæ, & acutissimos tantæ decisionis arbitros vacuis auribus auscultate. Primæ mulieri Liliæ nomen fuit, eam superbam, & inobsequentem viro suo sese præbuit, quod æquè ambo ex terra creati essent, ideoque Deus illam homini ademit, & aliam ex corpore ejus condidit; quæ morigerâ esset, & omni ope, omni que studio illi ministraret, non secus ac membrum corpori. Huc pertinet historia, quæ legitur in Bem Sira, quem Constantinopoli Judæi excuderunt. Cum in principio Deus Adamum in paradiso solum creasset, dixit non est bonum hominem esse solum, uxorem itaque è terra similem illi creavit; cui Liliæ nomen impôsuit. Sed è vestigio jurgia inter eos gliscere creperunt, & in hunc modum inter se rixari. Mulier initium tecit, & dixit: *Ego tibi non succumbam, cui vir: Neque ego tibi me submittam, sed potius incumbam, tibi dominabor.* Mulier ingruit, *Ambo pares sumus, si quidem ex terra creati.* ita averbis mansere animis, dictis infestis se se invicem disceptantes. Quam itaque Liliæ æterna hic prævideret dissidia. Nomen Tetragrammaton protulit, & protinus volatu per aërem apertum præpeti cursu se se proripuit. Quo factò ita Deum compellavit Adami Domine totius mundi, uxor quam mihi dederas è conspectu meo volavit. Tres igitur Angelos, *Senoi, Sansenoi, Sanmangeloph*, qui Liliam fugientem revocarent misit Deus, his eos alloquutus verbis; si in reditum consentiat, bene se res habet: sin verò: centum singulis diebus è filijs ejus morientur. Ita illam insequuti Angeli, in mari demum sunt assequuti, quo tempore procellosum valde, & tempestuosum erat, illo ipso videlicet in loco, quo postea Ægyptij submergendi erant, Deique mandatum illi notum fecerunt. Quam vero obtemperare nollet, & redire recusaret: dixerunt Angeli. Ni nobiscum redeas, in mare immersam te suffocabimus. Tunc illos rogavit, ut se missam facerent: se enim in id demum creatam, ut puerulos octo, puellas vero viginti primis à nativitate diebus

infestaret, & occideret. Quod cum audissent Angeli: vi illam arripere, & ad Adamum reducere satagebant. Tum Sacramento se se obstrinxit Lilisa, omnemque infantibus nocendi potestatem ejuravit, si modo Angelorum illorum nomina, vel effigies in schedula, charta, pergamena aut ubicumque descriptas, aut depictas reperiret, poenam etiam sibi à Deo injunctam, centum nempe filiorum singulis diebus mortem, recipere se spondit. Exinde ergo singulis diebus centum *Schedim*, idest, juniores demones è filijs ejus mortui sunt. Et hæc est causa cur horum Angelorum nomina, in Kamea, hoc est membrana scribamur, & infantibus pro amuleto appendamus, ut scilicet Lilisa hoc conspectu jurisjurandi memor, noxias ab illis manus abstineat. Hactenus Bensira.

Ex his constabit, quo respiciat, id quod nunc factitant ipsi Judæi cum partus mulieris jam appropinquat. Ante omnia quidem Judæus vitæ sanctitate insignis (si modo talis uspiam possit) creta accepta in ambitu cubi- culi circulum describit in omnibus parietibus, & circa lectum Hebræis characteribus sequentia inscribit verba *Adam, Chara, Chutz, Lili*, idest, *Adam Eva* apagete *Lili*. Quibus significant si gravida puero sit mulier, ei à Deo uxorem Evæ non autem Lilisæ similem dandam, si vero puella, hanc olim marito suo in auxilium futuram, ut Adamo fuit Eva, non autem refractariam, & in obsequentem, qualem se Adamo præbuit Lilisa. Ex quibus constat ad antilogiam, in primo textu primam Lilisam Adam uxorem referri, in secundo de Eva ex costa Adam productam sermonem institui. Verum hæc tam solidis fundamentis, & firmissimæ eruditioni Rabbiniæ risus erit pro impugnatione.

Nunc lectum admitti risum teneatis amici.

14. Hujusmodi est aliud delirium, quod refert Manasses Ben-Israel in suo conciliat. tom. 1. ut conciliet antilogiam, relatam. Evam simul cum Adamo

creatam, ipsius Adam præpõsteris tunc unitam, in unico supposito ambobus, quod *hominem* Scriptura appellavit, eo quod maris, & femine utrumque sexum contineat. Sic intelligunt illud Numer. 31. *Anima hominum* sexus femine, cum autem Deus de costa Evam produxisset dicitur, per inde est, ac si de latere conditam eradat. Hoc enim verbum, *Selach* latus significat plures Exod. 26. in fabrica tabernaculi, ubi nostra Vulgata legit in *latere* Hebraice *Selach*. Educere igitur Evam de latere Adam, per inde est ac dividere, incidereque formas illas, loco autem sanguinis in Evæ divisione longissime effusi ex Adam carnem substituit Deus. Neque Adamum sine uxore aliquando vixisse, *Cum non est bonum hominem esse solum* Sacra pagina profert, debet intelligi, sed quod non sit bonum, Adamum inter omnia animantia singularem, & unicum fore, Evam ponamus divisam, & separatam, coram Adam facie, & oculis ejus præsentem. Expositionem præfatam laudibus, & verbis extollit Manasses Bed-Israel, & sapientiores Rabbiorum coriphæi illi adhaerunt, R. Salomon, Aben Ezra, Rabenus Baye, R. Eliezer, & Ishac Karo in Glos. Firmat suam intelligentiam Manasses hoc ratiocinio. Costa, ex qua dicimus Evam esse productam, vel excessit in Adamo, quæ integre perfectum illum reddebat, vel ad ejus ultimam perfectionem fuit necessaria, si primam, imperfectus natus est homo, & sic defectus in Deum conditorem reflecteretur, si secundum, rescissa illa costa, incidisse in defectum dicendum erit. Addit, quod nusquam exprimit textus in Evam spiraculum vitæ missum, à Deo igitur ut vitam, & spiritum receperit Eva necesse est quod in eodem supposito conditam cum Adamo fateamur, quasi eodem spiraculo vitæ uterque vivere inceperit.

Non minus risum provocat, tam elegans ista fabella, & ipse textus si attente legatur, falsitatis redarguer sui mirificam explicationem. Quamvis namque daremus costam illam fuisse hominis integritati perutilem, & necessariam, illa rescissa, non ideo mutilus in posterum foret, quoniam

quoniam pro illa Deus carnem supplevit. Alij, & carnem cum costa de Adami latere esse detractam, & vicissim alteram cum carne costam esse suffectam, voluerunt, ut merito loqueretur Adam. *Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea.* Unde leviter mulieris conditionis historiam respuit purpuratus Caietanus ad allegoriam confugiens, quod Catharinus acriter, ut pat. est, confutavit.

Conciliatur antilogia.

15. D. Bonaventura in 2. sentent. distinct. 18. quaest. 2. Evam, sexta die, non septima, in lucem editam, tradit. Tum quia Genes. 2. dicitur Deum septima die complevisse omnia, quæ ad mundi pulchritudinem, & fabricam spectabant, & ab omni operetunc quiescisse. Eva autem, non minus quam ceteræ animantium feminae, quinta, & sexta die productæ, spectat ad mundi constitutionem, si igitur Evam produceret septima die, nec requiem haberet

Ex Genes. cap. 1. V. 13. *Virgultum terra tertio die dicitur fuisse productum.*

Deus, nec completa possent dici universa. Tum etiam, quoniam prius quam textus, & vespere, & mane clauderet diem sextum, eis, inquit Deum largitum benedictionem, dominique terræ, & omnium, quæ ejus ambitu continentur, possessionem esse impartitum. Vterius concludit factum esse vespere, & mane diem sextum. Intra sextum igitur diem extitit noster uterque parens. Verumtamen, sicut Moses, modum determinatum, quo condiderat hominem, in caput secundum referendum, reliquit, sic eundem in locum ditulit historiam Evæ formationis in particulari, de latere scilicet nostri protoparentis. Vel dicendum quod septima die, qua Deus requie gaudebat, omnia quæ fecerat in memoriam reduxit, referens hominis formationem, in quo, tanquam epilogo (microcosmos, idest mundus parvus appellatur) continentur cuncta, quæ fecerat sex diebus, iterumque visis illis, & delectatus vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Vide inferius dicenda.

Cap. 2. Genes. V. 4. *Ista sunt generationes Cæli, & terra quando creata sunt, in die quo fecit Deus Cælum, & terram, & omne virgultum agri.*

Ex quibus sic, eodem die quo Cælum, & terram condidit Deus, fuit terre virgultum, sed condidit Cælum, & terram primo die, virgultum igitur non fuit tertio die creatum.

16. **P**Lures Rabbini, unico die Cælum, & omnes herbas fuisse creatas tanquam in potentia, & virtute sentiunt, quando plantas, tertio die productas refert, de illis prout suam ultimam perfectionem sunt assequutz, loquitur Scriptura. Audi Maimonidem. Sapientes (inquit) dixerunt, multis locis, quod ejus expositio est, cum cælis, & cum terra, hoc est, quod creator creavit cum cælis quidquid est in cælo, & cum terra, quidquid est in terra, subnectit. Et assimilaverunt creationem agricolæ seminanti diversa genera seminum in terra, pars

autem oritur post unum diem, alia vero post duos dies, sed omnia femina projecta sunt in una hora. Ex quibus in sententia istius Rabbini, omnia simul fuerunt producta in virtute causæ, ex qua prolapsu temporis originem successive sunt habitura. Quid autem hoc sit, quod conditum primo, ut cujus virtute, & semine fuerunt omnia, varia sunt placita doctorum, & opinantium, Emmanuel Aboab, Chaos, seu illam primam materiam in qua omnia steterunt sine temporis præcedentia. Cecinit prius Ovidius.

*Unus erat toto natura vultus in orbe.
Quem dixerit Chaos, rudis indigestaque moles.*

Idem sensere Boëcius de consol. Philosoph. Gregor. Nazianz. Hoc erat illud Chaos, quod Philotophi prisca materiam ingentem appellabant. Terreum corpus alij suspicati sunt ut Xenophon, Fluidum ex aquis congestum alij ut Thales Milesius. Alij aëreum, ut Anaximenes. Ex atomis alij confictum, ut Epicurus, Igneum alij somniantur ut Parmenides. Nonnulli ex elementis cunctis compactum ut Empedocles.

Negare non possumus ante productionem herbarum, imò, & omnium, quæ à primo usque ad ultimum diem condita sunt, Chaos præcessisse, quod cunctas gentes recognovisse sentit Esteuchus. Chaos enim appellatur à Græcis, hebraice dicitur *Thohu*. Nos etiam libenter fatemur Chaos, & materiam informem non quidem distinctam à terra, Cælo, & abyssò, seu aqua, ex qua orbis cælestes creati sunt, inquit Petavius) ideo terram, quæ est pars istius materiæ, Vulgata dixit inanem, & vacuum, Septuaginta, *terra autem erat invisibilis, & incomposita*, quia ut inquit Bas. necdum spectator illius præcesserat homo, vel quia sub aquis latebat, vel quia non erat lux, ideo invisibilis appellabatur. Incomposita, dicitur, quia terræ plena summaque compositio, & fecunditas, & universa arborum, plantarumque germinatio est, nec non flores, & alia quæ paulo post decoraverunt tellurem. Deus igitur plantas, hominem, cæterave animalia, quæ ex aqua, & partim ex terra facta commemorat Scriptura,

Genel. 1. *Sexto die masculum, & feminam creavit hominem.*

creavit simul cum cæteris rebus, totoque hoc universo non quidem actu, sed potentia, & virtute, tanquam in materia, & causis, ex quibus postea orirentur, & tanquam rationibus seminalibus, & deinde ex aqua, & terra fabricavit actu, & pulchritudinem dedit.

Aliter, nec non sine fundamento potest conciliari antilogia. Cum Genel. 2. dicitur: *Ita sunt generationes Cæli, & terra, die quo, ibi dies pro tempore usurpatur, quod apud Græcos, atque Latinos est usitatum. Exemplum sit Ciceronis illud ex lib. 2. in Verrem. ¶ Itaque, cum ego diem in Siciliam inquirendi perexiguam postulavissim, invenit iste, qui sibi in Achaiam biduo brevioris diem postularet. ¶ Deut. 32. pro tempore supponit dies in xta est dies perditionis, id est tempus Isai. 9. Sicut in die Madian. Joan. 8. Abraham exultavit, ut videret diem meum, & cap. 9. Me oportet operari donec dies est. Et alibi sæpè dies pro tempore sumitur. Ideo. Isac Arabanel Numer. 8. ubi nostra Vulgata ex die quo percussit omne primogenitum, ponit *Tom*, quod nisi pro tempore non supponeret, verba verificari non possent, quia primogenita die non nocte fuere percussa. Dicendum etiam frequentem esse in litteris Sacris Hebraismum, singularis pro plurali. Vel denique dici potest Mosem brevitati studuisse, quia præcedenti cap. longius dierum præmisserat distinctionem. Unde cum dixit, & omne virgultum, repetenda sunt illa verba: *Die quo fuit Dominus, quasi esse debeat ille contextus. Itæ sunt generationes cæli, & terræ, quando creata sunt in die quo fecit Dominus cælum & terram, & in die, quo fecit omne virgultum agri.**

Genel. 2. *Productis plantis floribusque cum terra, homo (inquit Moses) non erat qui operaretur terram, formavit deinde hominem de limo terra.*

19.

Interalia, hæc antilogia, Præadamitarum auctori (fuerit nescio an ille, de quo superius Petavius, ille

enim spurcissimas hæresum colluviones suscitavit, sed sine apparitione, hic, qui Galliz, si Grotio credimus

dimus scripsit, plurā non sine temeritate docuit, nec sicut illum, ita eruditio exulavit, ille homines ante Adamum cælestes finxit, hic ante primum parentem homines ex hominibus propagatos) fundamento deservit, ut ante primum omnium parentem, quosdam, quos ipse Gentiles homines genere, & specie distinctos ab iis, qui ab Adam per naturalem propagationem descendunt, finxisset. Aserit ergo hominem sexto die, quo terræ omnia creaverat animantia, conditum esse, cujus productionis fit Gen. cap. 1. memoria, distinctum autem ab eo de quo Gen. cap. 2. qui fuit Adamus, omnium Judæorum origo, primus parens, & caput. Homo autem, cujus creatio continetur Genes. cap. 1. caput fuit, & origo omnium Gentilium, qui pariter cum bestiis fuere creati, sicut & similes reputati. Moses autem Judæorum scripturus historiam, per epilogum creatione totius universi hominisque Gentilium relata, & tanquam extranea materia terminis verbis unius capituli clausa, ab Adamo incepit illam à Genes. 2. cap. ut Judæorum primo parente, sicut historicis omnibus, qui gentis suæ historias litteris tradunt, illas ordinari est solemne.

Ante Adamum homines re-cognovit Præadamita.

§. I.

Proponitur fundamentum Præadamitæ primum, & de eodem homine Adamo explicatur utrumque Genes. caput secundum, & primum.

26.

Sic arguit Præadamita ad veritatem Catholicam, tot retro sæculis à nullo serenitate turbam, somniis suis debilitandam, & profanandam. Homo, de cujus creatione habetur cap. Genes. 1. ore, inquit, creatus est: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & verbo fecit.* Manu autem, & lutum manibus subigendo Adamum Deus effinxit. Unde de illis Isaias cap. 45. *Veniunt interrogate super filios meos, & super opus manuum mearum manate mihi.* Quibus Dei manuum

opera appellantur Judæi. Deinde, quoniam plantaverat Dominus paradisum voluptatis à principio in quo posuit hominem. Denotat ergo principium retiolongissimum, de quo scriptum est ad aperturam ca. 1. Genes. *In principio creavit Deus cælum, & terram.* Si autem Adamus fuit ille primus homo conditus à principio & triduo post terram creatam non dixisset Genes. de hoc Adamo, quem tulit Deus in paradiso. *Plantaverat à principio*, sed nudius tertius plantaverat paradisum, tertio enim creationis die apparuit arida, & plantatus fuit paradisus, die autem sexta creatus homo, qui refertur Genes. 1. Deinde quia homini, de quo Genes. 1. nulla lex data est, nullaque illis arbor interdicta: *Ecce dedi vobis (inquit Deus) omnem herbam afferentem semen super terram, & universa ligna, qua habent in semet ipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam.* Adamo autem, de quo Genes. 2. secundæ creationis homini arbor scientiæ boni, & mali interminata est à Domino: *De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas (inquit) in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris.* Adde, quod dicitur Adamo, non inveniebatur adjutor similis illi, absurdum autem est quæsitum fuisse adjutorem similem illi inter animantia atque volatilia. Quæ enim relatio aut similitudo hominis cum quadrupedibus, aut volatilibus? Credibile ergo est hic annumeratos Gentiles die sexto, de quibus Genes. 1. creatos indistincte cum aliis bestiis, inter quos Gentiliumque fœminas adjutorium simile Adamo non reperitur.

Verum, quam levibus ratiociniis sit ductus, ut inciderit in tan futilem, inauditamque novitatem, quis non videt? Imprimis autem sibi Apostolum habet contrarium, qui Act. 17. sic alloquitur Athenienses. *Fecitque Deus, ex uno sanguine totam gentem hominum, ut habitaret super universa superficie terra, definitis in statis temporibus, & positis terminis habitationis eorum.* Quibus expressè Paulus Gentiles atque Judæos unum sanguinem esse, ex uno & eodem

27

conjugio, auctore illo Deo, omnes sine discrimine derivatos.

Sed ad hoc ita Præadamita respondet. ¶ Non movet me, quod introducit D. Paulus in Areopago, dicens: Actor. cap. 17. Deum fecisse totam hominum gentem ex uno sanguine. Non enim concluditur hinc, ut vulgo receptum est, homines omnes oriundos ex Adamo. Imò illud tantum, Deum compegisse omnes homines, ex una eademque materia, ex una eademque terra, ex uno eodemque pulvere, ex una eademque carne, ex uno eodemque sanguine. Quæ locutio vulgaris est in sacris litteris: *Ecce & me, sicut & te fecit Deus: & eodem luto ego quoque formatus sum*: aiebat Elin. ad Job. Tale illud est Domini nostri D. Petrum alloquentis, *Simon Bariona, caro & sanguis hæc non retexit tibi*. Nec prætereundum est quod hoc loco Actorum signate distinxit Apostolus materiam à progenie hominum. Materiam fecit ex sanguine, progeniem duxit à Deo. Ubi dixit: *Fecit ex uno sanguine totam hominum gentem*. Deinde concludit. *Progenies ergo Dei cum simus*. Non dixit. Progenies Adami cum simus. Quippè qui alloquebatur non Judæos, sed Athenienses Gentiles, & respiciebat non particularem illam creationem Adami, qua Deus Judæos in Adamo sibi peculiariter finxit, & efformavit filios; sed generalem illam, qua Deus naturam ipsam, & omnes homines ad sui imaginem creavit: & secundum quam imaginem dicuntur indistincte omnes homines progenies Dei.

22. Verum, quam aperte contraria sit Præadamitæ expositio, nunc constabit. Illud enim Pauli, *ex uno sanguine* ex una, & eadem materia, pulvere, & terra interpretatur. Unde fateri debet, quæcumque Dominus ex uno eodemque pulvere, terra materiaque compegisset, intelligi posse, ex eodem sanguine egisse, sed omnia animalia bruta ex eadem materia terreaque Dominus fecit, ac ex qua compegit, & homines. Ex eodem ergo sanguine homines cum animantibus possunt dici compacti. Ex quibus deducit similiter Pythius æquè bruta, ac homines, dici posse ad Dei imagi-

nem facta, progeniesque Dei, cum asserat Præadamita, quæcumque ex uno sanguine fecisse Deum, intelligi potest, illa omnia ad imaginem Dei creata, & progenies Dei dici posse intelliguntur. Si ergo bruta, & homines ex eodem pulvere fecisse Deus intelligi potest ex eodemque sanguine, æquè ad Dei imaginem condita, & sicut homines Dei progenies dici possent. Manifestum ergo est verbis illis, *ex eodem sanguine* Apostolum non designasse materiam, aut terram, ex qua omnia inferiora condita sunt à Deo, sed primam generationis originem, seu creationem proprie ad imaginem Dei Atheniensibus incognitam. Unde non Moyses, aut Scripturæ verbis, sed poëtæ cujusdam genilis, cujus poëma familiarissimum ipsi, quo Athenienses suaderet, omnes homines ex eodem sanguine, id est, ex unius hominis procreatione productos à Deo, illumque, quem ignotum colebant, Deum omnium hominum sine discrimine fuisse parentem, ita ut ex uno produxerit sanguine probat. Pater igitur ille est, & noster, & vester (inquit Apostolus) in ipso enim vivimus, movemur, & sumus, sicut, & quidam vestrorum poëtarum dixerunt, citatque ex Arato hemistichium. Neque fundamenta, si nolet, decipere sufficerent ipsum. Idem quidem homo, qui formatus refertur, cap. 1. ac 2. in primo enim capite creatio traditur hominis, in secundo ejusdem hominis exponitur modus formationis: non enim omnia unico verbo possunt referri, neque historicus unquam capite comprehendere omnia. Neque oppositum convincit, quod paradysum dixerit plantavisse à principio, non enim tempus denotat retrolongissimum, sed prioritatem conditionis ante hominis creationem. Si namque retrolongissimo tempore ante Adamum paradysus conditus esset, ferreque simul cum alijs hominibus, quos Præadamitas eorum auctor appellat, non posset sic vere dici: *Non erat homo qui operaretur terram, cum ante Adamum homines forent*. Neque licet Domini non expresserit Moyses præceptum impositum homini cap. 1. ideo colligi potest arborem

non

non interminatam esse, referendum cap. 2. remittit, non exprimit cap. 1. præceptum, verum non excludit, nec negat. Apud ipsum autem Præadamitam enervis, quæ sequitur, est consequentia. Nil de hoc scriptum in Sacra pagina extat. Ergo non est, cum obijcientibus homines ante Adamum Scriptura non refert, ergo ante Adamum non fuere homines, sic respondeat fol. 161. ¶ Acque negatur sequi illud: nullos fuisse homines ante Adamum, quia nulli ante Adamum nominatim leguntur in Genesi. Simili ratiocinio dejerare possent, arcam Noë primam fuisse navium omnium, quia prior non legitur in Genesi, quasi vero Adamus, qui secundum vulgatam hypotheseos formatione sua, artes omnes edoctus est, Nauticam ignoravisset, artium omnium tum mage egregiam, tum societati hominum mage necessariam; tum naturali, & quotidiano usu natandi, deprehensu mage facilem. Tale est, quod eodem Noë jactant, plantavisse primam vineam, quia nulla prior legitur plantata apud Mosem. ¶ Addit præterea, non ideo Melchisedechum sine patre, & matre, & sine genealogia fuisse, quod ejus parentes non referantur à Mose. Si ergo apud ipsum non valet. Vineæ plantatio à Mose ante Noë non refertur, navis ante arcam non memoratur, parentes Melchisedechi non scribuntur, ergo ante Noë non fuit ars Nautica, vineæ plantatio, aut Melchisedechus sine parentibus ortus non est. Nullius roboris eodem jure debet apud ipsum reputari argumentum. Præceptum homini impositum de non comedendo ligno non scribitur à Mose cap. 1. Genes. ergo non est, ipsi, arborem edere prohibitum.

§. II.

*Propositur fundamentum secundum,
& retorquetur in Præadamitam.*

23. **D**ESUMIT fundamentum secundum ex eo, quod imperfectus universus conditus esset, si producta

terra cum plantis, & animantibus per totum orbem non crearentur homines qui animantibus, florum venustate, arborum, terræque fructibus, hominibus solis eorumque utilitati ab auctore naturæ productis, non fungerentur. ¶ Porro; inquit Præadamita, qua ratione creationis terra germinaverat herbam, qua ratione prodierant arbores, qua ratione animata fuerant animantia, qua ratione, inquam producta hæc omnia fuerant secundum species suas, per suos dies, una eademque progressionem creationis, super omnem terram, sive notam atavis nostris, seu novissime, sive non diu cognitam, inducendum eadem analogia creationis formatos à Deo fuisse homines masculos, & feminas, uno die, una eadem, neque intermissa creatione, & ubicunque terrarum, neque regionem ullam fuisse in terris, quæ germinavisset herbam, quæ produxisset arbores, & jumenta, quæ intra sextum, & ultimum absolutæ creationis diem, non habuisset suos homines, & suos dominos. Ad hoc certe creata fuerant, ut servirent homini suo domino loquendo in specie, vel hominibus suis dominis, enarrando individua. Deus autem fecisse quid frustra videretur, & quid non conveniens, si eo ipso die, quo destinaverat, illa ut servirent homini, nec creavisset eodem tempore homines, qui vel eis usi fuissent, vel uti potuissent, ubicunque terrarum, & illa producta fuerant. At si ponimus Adamum primum, & unicum hominem, à quo deductæ, & effusæ deinceps fuerunt per totum orbem colonie hominum, ad quid per illud immensissimum spatium temporis, quo potuit universus orbis, per unam, & solam hanc profapiam habere suos colonos, & suos dominos: ad quid, inquam regiones Mesopotamiæ antipodes germinavissent, herbas, & olera? quibus dominis pependissent fructus arborum natarum in terris illis, quos juvissent earum jumenta sic creata, & nuncupata ut juvarent homines? Vel ergo per illud longissimum tempus, si non frustra, certe ad alium usum ad quem non destinaverat illa Deus, fuissent creata

creata illa, vel fatendum est, ibi creatos fuisse homines eodem tempore, qui eis dominarentur, qui eis uerentur. ¶ Confirmat rationem. Deformes enim fuissent terræ omnes, si caruissent in principio suo gramine, suis arboribus, & suis animantibus. Informes ergo omnino euasissent in principio, decore, & ornatu suo præcipuo, suis hominibus nempe, propter quos condita omnia.

Deinde, quoniam si homines ubique terrarum Deus in principio non condidisset, hominem & feminam solos bestiis terræ, & animantibus cunctis Dominus exposuisset, quod credendum non est de auctore universi, nec de illius conditione primæva. Quod suadet ex paritate rationis ex Dei consilio deprehensæ in regimine mundi ejusdem. ¶ Scriptum est (inquit) Exod. 23. Deum quo tempore educebat Israël suum ex Ægypto, ut illum ad terram Chanaan intrmitteret, hæc illibavisse. *Non eijciam populos terræ Chanaan à facie tua anno uno, ne terra in solitudinem redigatur, & crescant contra te bestia. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augetur, & possideas terram.* Idem Deuter. 17. Duplex ibi cernitur cautio, quare nollet Deus ex intervallo anni unius, neque uno omnes impetu eijcere nationes terræ Chanaan, quarum in locum successerat populum suum Judaicum. Prima erat: quia nolebat terram illam, cui benedicebat, informem, & indecoram solitudine evadere: horror enim, non decor est in solitudine: imò nota est maledictionis solitudo. Proinde lamentabatur Propheta super Jerusalem maledicta. *Quare sedet sola civitas plena populo?* Et inferius. *Egressus est à filia Sion omnis decor ejus. Abierunt ejus principes, abierunt ejus virgines, & iuvenes ejus in captivitatem.* Secunda cautio erat, ne crescerent, & multiplicarentur bestia Chanaan contra populum Dei. Prima cautio decoris erat: secunda securitatis. Nolebat Deus nutu, & momento, quod portuerat, nationes terræ Chanaan delere: sed eas paulatim expellere, donec augeteretur populus Judaicus, & plenus esset numerus terræ illius hominum, & suorum ha-

bitatorum, qui foret terræ decor, & quo potis esset se à bestiis terræ Chanaan vindicare. Si ergo hæc fuit Domini cautio, super terræ tantum Chanaan decore, & securitate populi sui Judaici, quamvis numero ad centena millium tunc temporis excrevisset Judæi, quid non cavisse Deum putabimus in creatione mundi, super decore, non terræ unius tantum, sed omnium terrarum, quotquot sunt in mundo, si creare instituisset hominem, & foeminam solos, ne in solitudinem redigerentur? Si Dominus multa centena millia Judæorum bestiis unius regionis exponere timuit, verisimile existimabimus Deum exponere noluisse bestiis terrarum omnium hominem, & foeminam solos? Si nimium crevisset bestia terræ Chanaan contra centena millia multa Judæorum, qui illam habitarent, quidni crevisset nimium, & multiplicata fuissent bestia terrarum omnium contra Adamum, & Evam solos in omnibus terris?

Verum, hæc fundamenta posse in ipsum fortiter retorqueri, viderit, qui Præadamitam fol. 178. & folio 87. legit. Ipse enim locis citatis, filios Adam Judæos esse separatos à filijs Gentilium, Palæstinam, universamque terram Judæorum hortum conclusum esse cujus aditus non patebat Gentilibus ait. Non ergo Gentiles homines, de quorum creatione in sui sententia habetur Genes. capite primo, unquam ante Adamum Palæstinam inhabitaverunt, fuit ergo terra illa floribus fructibusque referta, & hominum orbata decore, informis, & imperfecta à Deo creata? Tum, terra illa, quam Præadamita sanctam appellat, germinaverat flores, à principio ediderat fructus? Si non, imperfecta à Deo condita est præcipua pars universi. Si primum, quibus ergo hominibus prodierant arbores per tot curricula temporis? Cum soli Gentiles essent queis in terram aditus erat præclusus, solis Adami posteris patens. Deinde, si solos Adamum, & Evam creavit, quo pacto successivè ingressi sunt Palæstinam, à principio enim cum terra animantia intra Palæstinam Deus produxit. Tot ergo ante sæcula creationem Adami

24.

præcedentia, multiplicata sunt animantia, illis ergo conditos solos Evam exposuit, & Adamum. Eadem ergo fundamenta, quibus in nos invehitur Præadamita, contra ipsum irrefragabiliter pugnant. Idem dicere cogitur de exiguo numero hominum, qui post diluvij miserabilem cladem mansere superstites, isti namque (dato adhuc quod universale non esset) non possent à principio totam incolere Palæstinam. Quibus, rogo, germinaverat terra flores? quibus prodierant arbores, & ediderant fructus? cum ex tota regione parum terræ exiguus hominum numerus calcare potuisset.

Dicendum ergo est, perfectum omnibusque numeris absolutum conditum esse universum. Quoniam perfectio universi solis speciebus consistit, unde Adamo à Deo creato decore hominum, sicut & floribus fructibus, & animantibus fuerat prædita terra, imò sine Eva non imperfectus appareret universus, cum teste Caietano non ex primæva intentione Eva fuerit producta, sed quia necessaria fuerat, ut species propagaretur. A principio autem ubique terrarum homines non esse ab auctore suo productos, tam clarum est; quam inauditum contrarium. ¶ Non est autem arduum videre (inquit Augustin. lib. 12. de Civitat. Dei, cap. 21.) multo fuisse melius quod factum est, ut ex uno homine, quem primum condidit, multiplicaret genus humanum, quam si id inchoasset à pluribus. Nam cum animantes alias solitarias, & quodammodo solivagas, idest, quæ solitudinem magis appetant, sicuti sunt aquilæ, milvi, leones, lupi, & quæcumque alia ita sunt, alias vero gregales instituerit, quæ congregatæ, & in gregibus malint vivere, ut sunt columbæ, sturni, cervi, damulæ, & cætera hujusmodi, utrumque tamen genus non ex singulis propagavit, sed plura simul jussit existere. Hominem vero cujus naturam quodammodo mediam inter angelos bestiasque condebat, ut si creatori suo tanquam vero Domino subditus, præceptum ejus piâ obedientiâ custodiret, in consortium transfiret Angelicum sine morte media, beatam immortalitatem sine ullo termino consequuturus, si autem Do-

minum Deum suum libera voluntate superbe ac inobedienter usus offenderet, morti addictus, bestialiter viveret, libidinis servus, æternoque post mortem supplicio destinatus. Unum ac singulum creavit, non ubique non solum sine humana societate deserendum, sed ut eo modo vehementius ei commendaretur ipsius societatis unitas vinculumque concordiæ, si non tantum in foeminam copulandam viro, sicut ipsum creari illi placuit, sed ex ipso, ut omne, ex uno homine diffunderetur genus humanum. ¶ Quid clarius contra Præadamitam? in quem, omnium pariter Sanctorum Patrum testimonia congeri possunt, si illa ipse vellet novitati præferre.

Neque Adamum Evamque solos creatos Dominus bestijs eum periculo exposuit, ut inquit enim Chrysofost. mox ut apparuerit homo, feræ fugam capiunt, quod si aliquando ab illis invadentibus lædamur, hoc ideo fit quia fame urgentur, vel propter alias rationes. Bestiæ autem ideo populum intra Chanaan invadere timere possunt, quia dispersis hominibus per illam terram, ferisque, deficient, quo fugere possent; loco à cæteris hominibus occupato, invaderent igitur feræ tanquam hostes Hebræos, si tanquam per dominos illis fugam capere non liceret; initio autem universi creati paucillo terræ ab hominibus incolato supererant campi, montes, & sylvæ quo fugerent, & confugerent bestiæ. Hominem enim etiam post ipsum peccatum ferocia etsi animantia timere docuit ipsa Scriptura: Genes. 9. dixit Dominus Noë, & posteris ejus. *Terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terra, & super omnes volucres cali, cum universis qua moventur super terram.* Et D. Jacobus in sua canon. cap. 3. *Omnis natura, inquit, bestiæ, & volucrum, & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana.* Quod ergo, in creatione solius Adami, & Evæ, periculi timendum à feris esset quæ solitudinem amant, hominem timent, & non nisi fame agitatæ, vel ab hominibus prius invasæ lædunt, præcipuè tunc temporis, quando nullis deficeret cibus.

§. III.

Alia, quibus Præadamita movetur, referuntur, & enervantur rationes.



IDEAMUS jam, quibus tandem moveatur rationibus, ut suam ex proprio cerebro inventam de hominum ante Adamum creatione introducat sententiam. Ductus est primo, ex illo Genes. 3. *Fecitque Dominus Deus Adæ, & uxori ejus tunicas pelliceas*, tunicas nempe ex pellibus occisorum animalium. Quis non inde coniciat fuisse eodem tempore coriarios, alutarios, & pelliones? Secundo, cognovit enim Adam uxorem suam Evam quæ peperit Cainum, deinde Abelum natu minorem, divisitque Adamus terras filiis suis adultis, quod fieri solet inter homines jure civili videntes. Terras scilicet arandas Caino: oves pascendas tradidit Adamus Abelo. Erat ergo tunc temporis *meum, & tuum*, quale fuit, & est in societate hominum, à longissimis temporibus bene, & legitime instituta. Deinde fuit Cain agricola, pastor ovium Abelus. Qui dicit aratoriam artem, multas alias supponit, & qui dicit agricolam innumeros fere præsupponit artifices. At si nulli præter Cainum agricolam fuere tunc temporis artifices, maximus sane fuit ardelio Cainus. Ergo sibi soli fodit ferrarias, fornaces excitavit, sibi incudem, & malleos fabricavit, & alia ferramenta quibus vomerem cuderet, & procuderet: securis sibi acuit, quibus cæxæ arbores formas acciperent, vel aratri, vel rastri, vel plaustrum, vel cæterorum id genus. Tum si ex farre quod messuerat, panem, ut credibile est, confecit, sibi ergo solus cavavit lapidicinas Cainus, unde molas erueret: vel si tunc temporis nullus erat molendinorum usus, eo deductus est ubi fient nequam homines, qui potentas pinstrant, & sibi pistrium construxit, ubi panes torreret. Fuit ergo Cainus solus arator, messor, & pistor. Eas ergo Cainus artes exercuit, ad quas innumeri penè servi, & artifices requirebantur, quæ

non nisi longissima meditatione, & usu reperiri poterunt. Parva illa sunt. Nobilissimus omnium hominum, qui referebat Deum avum, & terram aviam, deputatus fuit ad ferrarias, & lapidicinas, vel in pistrium ad tundendas segetes, quò damnati ad metallas, vel servi pœnæ deportabantur. Abel fuit pastor ovium, idest, custos ovium. Quare ergo custodiebat oves? Quos fures timere debuerat, præter patrem, matrem, & fratrem, si nulli præterea fuissent homines in terris? à lupis autem & feris rapacibus, quæ gregem suum invasissent, plus Abelo ipsi, quam ovibus suis timendum fuisset, ne in illum, scilicet, neglectis ovibus insurrexissent.

Tertio. Quoniam verisimile est Adamum tunc temporis degisse, vel in pago circumsepto, vel in oppido muris cincto, cum Cain, postquam in ejus animo nefandum fixum esset facinus, dixerit: *Egrediamur foras, cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum*. Denotat ergo Cainum, & Abelum conclusos fuisse, vel intra septa vici cujusdam, vel intra muros cujusdam oppidi: intra quos timuit apprehendi Cainus, & obtorto collo rapi in carcerem, si in agro Abelum non occidisset contrapósito vrbi, quod facere solent grassatores, & facinorosi homines, qui flagitia, & homicidia maxime perpetrant. Hinc ergo apparet præmia illo tempore benefactis decreta, & malefactis supplicia. Unde Dominus Cain alloquens, ait: *Non ne si bene egeris recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum aderit?* In foribus, idest, in portis. Notum autem est præcipuè apud Orientales judicia exerceri solita in portis, imò etiam nunc apud ipsos, porta eadem est ac curia, unde significavit Dominus Caino, si male ageret rapiendum ad judices, qui pœnas sceleris sui ab eo reposcerent. Urget. A quibus latronibus acceperat Cainus enses, ut fratris verteret sanguinem? Item, quos timuit Cainus, cum inquit Deo: *Omnis qui invenerit me, occidet me?* Timuit ergo judices, & leges, quibus plectendus capite erat. Effugit ergo jurisdictionem, in qua occiderat fratrem suum, atque adeo in qua sistendus erat judicio, & aufugit

ausugit more reorum omnium, qui sciunt se rem malam meruisse, & pedibus illico perfugium pariunt. Ausugit ergo in aliam regionem, ad Orientalem plagam Edem ut habet Genes. Notatu verò digna sunt verba illa: *Ejce me hodie à facie terræ*, idest, à terra sancta: *Et ero profugus & vagus in terrâ*, idest, peregrina, & Gentilitia, in qua vagaretur timens occidi. In vanum ergo posuisset Dominus signum in Caino, ne occideretur à quopiam homine, si vacuæ hominum fuissent terræ illæ ad quas confugisset Cainus.

Quarto. Genes. enim 4. dicitur Cain cognovisse uxorem, ex qua genuit Enochum, ex qua ergo progenie fuit uxor ejus? non ex familia Adami, cui filia nata non erat, ex Gentilibus ergo oriunda, hominibus scilicet illis, quorum creatio Genes. cap. 1. narratur, quibus sancta sua origide profanata, se impius fraticida immiscuerat. Deinde ad plagam Orientalem appulsus, civitatem ædificavit Cainus ex nomine filij sui Enoch appellatam, ut ab aliis Orientalis plagæ Edem distingueret civitatibus, quæ sua utique habebant nomina. Sed quibus architectis, & fabris urbem illam posuit Cainus? Quibus civibus illam composuit? si non accersiti operarij, si non aliunde quam ex familia patris sui Adami deducta colonia, qui urbem suam habitarent? Orbus erat tunc temporis Adamus. Abelus occisus erat. Cainus effugerat, & genuit deinceps Sethum Adamus, annos natus triginta & centum, quem, ut peperit Eva dixit Adamus. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Quibus verbis palam est, nullum aliud semen, nullam aliam propaginem suffectam fuisse Adamo in locum Abeli nisi trigesimo & centesimo ætatis suæ anno, quo tempore Cainus jam tum uxorem duxerat, & urbem ædificaverat. Addit Genes. *Et facti sunt dies Adami postquam genuit Sethum, octingenti anni. Genuitque filios, & filias.* Quod dixisset haud dubie tempore illo, quod interlapsum erat ab Abelo ad Sethum, si per illud tempus vel filios, vel filias genuisset Adamus. Quia vero neque illos nec illas intra illud tempus genuit, idcir-

co dixit Adamus genito Setho. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abelo, quem occidit Cainus*, idest, substitutus est mihi Sethus in locum Abeli mortui. Accedit Josephi locus de Caino loquens. ¶ Accitis (inquit) undequaque latrociniorum & nequitia locijs: nec non magistrum illis ad facinorosam vitam effectum. ¶ qui ergo fuerunt homines illi *facij* ad partem prædandarum suarum undequaque acciti? Contra quos accivit manum illam facinorosorum hominum Cainus? Anne armavisset nepotes suos contra suos itidem alios nepotes? Fuerunt ergo alij per orbem dispersi homines, qui originem suam recognoscerent ex Adamo?

§. IV.

Fundamentis eius ex Patrum omnium fere occurritur sententia.

QUAM autem imbecillia, quæ Præadamitam moverunt, sint omnia, viderit, qui apud sanctos Patres illa legerit evanuisse. Primum enim parum roboris habet, ut ante Cain fuisse jam prober corarios. Quamvis enim ex pellibus Dominus Adamum induisset, & Evam, non inde colligere licet rudes non esse, sed per artem quasi concinnatas, ad calceos. Gennadius sic exponit ¶ Quæmadmodum verba illa, quæ Adam dixisse refert Moses ex divina procul revelatione. *Propter hanc relinquet homopatrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ*, Servator noster in Evangelijs Deum dixisse retulit, ita quod hic ait: *Et fecit illis Deus tunicas pelliceas*, Adam, & Evam à Deo inspiratos fecisse dicendum est. Tunicas autem pelliceas intelligimus, quas sibi ex corticibus quasi ex pellibus arborum confecerunt. ¶ Theodorus sic inquit ad hunc Genes. locum. ¶ Cum ergo quaeritur: quænam essent pelliceæ tunice? si dixeris ex pellibus animalium, huic opinioni repugnat, quod nulla animalia sacrificari iusta erant, aut si in sacrificium jugulata essent, animantium illorum genus defecisset, masculum namque tantum

tantummodo, & sceminam fecerat Deus, neque ex nihilo factos esse dicere possumus, jam enim requieverat Deus ab operibus suis. Quid ergo? Dicendum cortices arborum pelles quoque recte dici, non eas tantum quæ animalibus detrahuntur. Ex his igitur sibi tunicas confecerunt, id illis divina bonitate suggerente. ¶ Vide Eucherium, Diodorum, Strabum, Rupertum, & Caietanum, qui omnes (unum si excipias Rupertum) ex pellibus animalium occisorum vestimenta censent esse confecta, vel ex pellibus à Deo ex nihilo productis, ex quorum sententia pelles illas fuisse per artem elaboratas, sed informes, & rudes duntaxat, nullus cordatus ex textu colligere possit cum Præadamita.

17. Neque secundum. Sic Caietanus inquit. ¶ Hinc conjectura est, multiplicatos fuisse tunc homines, adeo ut opus esset grege ovium, & ut jam essent effecta instrumenta ad colendam terram. Nulla siquidem Scriptura testatur instrumenta ferrea inventa fuisse postea à Tubalcain, ut ibidem patebit. Et similiter nulla Scriptura testatur hominès ante diluvium postquam ejecti è paradiso, solis fructibus terræ vixisse. Berofus namque refert homines ante diluvium etiam humanas carnes comedisse, & officium Abelis testatur gregem ovium humanis usibus servisse. Constat autem humano more loquendo, quod grex ovium servit humano generi, non solum præbendo lanas, & agnos, sed lac, & caseum. ¶ Et quidem certum est ante necem Abeli plures alios filios Adamum progenuisse, cum prope 130. ætatis suæ annum innocens interfectus sit. Quis ergo crederet per tot annos vrgente naturæ fecunditate, solitudine mundi, & Dei benedictione de prolis multiplicatione, solos Cainum & Abelum Adamo fuisse filios? Illud autem, quod Seth Caino sit substitutus, non indicat ante genitum Sethum, Cainum filium duntaxat habuisse, sed noluisse Dominum Adamum fraudatum non iri numero filiorum, quibus tunc protraheretur. Unde pro Abelo occiso illi natus & Sethus, & liberorum in regem numerus restitutus, Setho, Abe-

lo defuncto succedente, religione, pietate, motumque integritate perquam simili.

Ad tertium constabit inferius pronunc autem dicendum, ex verbis illis: *Egrediamur foras* male Præadamitam inferre intra pagum, vel civitatem Cainum & Abelum fuisse clausos, cum intra domum mansisse sit verisimilius, quam natura magistra, ut à frigore, & alijs calamitatibus temporis non vexarentur, credibile est, construxisse Fatemur libenter in foribus, & in portis post Adamum currentibus sæculis soluta exerceri judicia; sed non inde colligitur sic intelligi Genes. locum relatum. Quod innuit ipsum etiam, quo Præadamita fundatur. Ex illis enim verbis: *Sin autem male egeris, statim peccatum in foribus aderit*, unde significavit Dominus Caino (inquit Præadamita) si male egisset rapiendum ad iudices esse. Hoc ergo quod ipsi fuit fundamentum, suadet & convincit oppositum. Cain enim male egit reliquo vitæ tempore, ad iudices autem rapus nunquam est. Quo ergo fine ad iudices, ut plecteretur, rapiendus esset, qui à Domino signum acceperat, ut servaretur immunis. *Non ne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim peccatum foribus aderit?* denotat peccatum statim publicum, & manifestum fore, sicut clamavit vox sanguinis, quem interfecit, Abelis. Nota illa verba. *Eijs me à facie terra*, idest, sanctæ, & ero profugus in terra, idest, Gentilium, quam bene cohæreant cum his, quæ tradit inferius agens de inundatione diluvij, ubi inquit semper quod absolute apponitur terra, intelligi debere de terra sancta seu Palæstina.

Ad quartum constabit inferius Genes. cap. 4. ubi ex Augustin. uxorem quam duxit Cain ex posteris Adami fuisse trademus, & quod de civitate ab ipso constructa urget in nos, exponemus. Pro nunc audi Chrysostom. ¶ Sed fortè (inquit) dixerit aliquis, quomodo cum Scriptura nusquam alterius mulieris meminit, dicit quod Cain habuerit uxorem? Ne mireris dilecte. Nusquam enim catalogum mulierum diligenter facit, sed Scriptura super vacuum non commemo-

rât, neque omnes viros commemorat, sed succinctius nobis narrat dicens, quod generaverint filios, & filias, & mortui sunt. Verisimile igitur etiam nunc Evam peperisse filiam post Cain. Nam quia initia erant, debebatque augeri humanum genus, sorores ut acciperent, concedebatur. Et ideo consentanea hæc nobis conjectanda reliquit Scriptura, & hoc solum narrat, dicens: *Et cognovit Cain uxorem suam.* Idem sentit Theodore-

tus, Caietanus, & quotquot Genes. locum exponunt. Vide quæ de conjugio Abraham cum Sara dicemus inferius.

Præcipuum, quo fudit Præadamitæ, fundamentum, ut homines ante Adamum fingat, desumit ex illo Pauli ad Rom. cap. 5. *Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur non existente lege.* Verum de hoc Gen. c. 4. sermo instituitur, & Apostolus declarabitur.

Genes. cap. I. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.*

Deut. 6. *Audi Israël, Deus tuus Deus unus est.*

28.

Mysteria fidei, ut inquit Hornbeek, pro ratione temporis varijs modis Ecclesiæ usui attemperata fuere, non ergo mirum hunc de Trinitate articulum, utpotè altissimum pandentem mysterium, etsi semper in Ecclesia traditum, maximè verò cum adventu sanctissimi nostri Messiae uberius explicatum fuisse, & ex novo Testamento, cujus jam ante adstructa auctoritas est, illius veritatem copiosius confirmari. Pro nunc autem relicta, quæ uberrime tractant de sacrosancto Trinitatis mysterio, tam Scholastici Theologi, quam Dogmatici, hoc duntaxat contra Rabbinos pro veritate Catholica expendimus, adductis tam exceptionibus quibus impugnat Manasses Ben-Israël nostram fidem, quam impugnationibus Hornbeek, quibus convincitur Rabbiorum obstinata perfidia.

Expressum pro Personarum Trinitate divina est, quod in nostra antilogia opposuimus, testimonium, *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* Quo omnia in plurali numero Dominus non dixisset, nisi pluralitatem in se aliquam significare in animo habuisset. Res enim periculo plena erat, quum Deus omnino unus sit, statim in initio ita de se pluraliter loqui, nisi revera aliqua fuisset pluralitas. Nulla autem alia intelligi potest, quam personarum, quia pluralitatis personarum omnia sunt, & verba, atque res personas innuunt.

Viderunt difficultatem Judæi, unde varie discurrunt apud Manassem in

suo conciliat. in Genes. q. 6. ¶ R. Samuel bar Nahman, verbis R. Ionatam in Beresit Rabba, ait Mosem cum in scribenda lege ad hunc locum, *faciamus hominem*, pervenisset, dixisse: Domine mundi, quare occasionem hominibus præbes errandi in simplicissima tua unitate? eique respondisse Dominum. Tu modo Moses scribe, & qui errare cupiet, erret, jam verisimiliter vaticinabatur Moses verum hunc daturum erroris occasionem hominibus nonnullis, cum multiplicem facturi essent causam primam, quæ unica & perfectissima est: Quam opinionem nonnulli habere, quibus videatur, ex uno agente non posse (ut Avicenna ait) duos contrarios effectus procedere, quales quia bonum, & malum sunt, crediderunt duas esse causas, aut principia ex quorum uno bonum proveniret, ex altero malum, ut notavit R. Levi ben Gerson ad 10. cap. Exodi, R. Joseph Albus, R. Abraham Salomon, & alij complures, ideoque fingit Mosem timentem, ne hic versus errorem eorum firmaret, retinuisse ad tempus manum à scriptione, sed postea reputasse, nihil esse cur metueret, quod soli qui errare vellent, hinc colorem suo errori quaesituri essent, ut rectè sensit R. Joelbensueb in opere suo, Olar Sabat, & R. Semuel Iaph, in Iephe Toar supra idem dictum. Nec ratio ejus rei obscura est: nam sequens versus demonstrat, unum modo, & solum Creatorem esse, cum dicitur, *Et creavit Dominus Deus Adam*, ubi in singulari dicitur

dicatur, & creavit, non in plurali numero, & *crearunt*. Super causa autem verborum, & *faciamus*, varie differunt sapientes nostri R. Jeosub sub nomine R. Levi in Beresit Raba ait, *faciamus hominem*: qui cum Deus consultavit? cum fabrica cœli, & terræ. Sane bene respondit. Etenim quomodo Rex, tametsi supremam potestatem, & imperium habet, sæpè subditorum se consilio subijcit, ostendens hac re charitatem suam in ministros, & clientes suos; ita & Rex Regum, ad creationem nobilissimæ hujus creaturæ convocavit ad consilium omnes mundos quos creaverat. Eandem sententiam amplexus R. Salomon, dicit porro Deum his verbis humilitatem nobis commendare, tanquam Principem omnium virtutum, eoque sapius sic legi, quasi accipiat consilium ab inferioribus. Etiam R. Semuel bar Trahman ait, Deum consultavisse cum opere cujusque diei: quo innuere vult omnes quodammodo creaturas concurrissè ad creationem hominis. Theologi Cabalisticæ in sacro opere Zoar subtilius verba sacre Scripturæ accipientes, dicunt, ecce in cunctis reliquis operibus, & creaturis sacra Scriptura in singulari loquitur, ut, sit lux, producat terra, &c. Sed quando de homine agit, ait, faciamus in plurimum numero significans (quæ etiam Platonis sententia erat) Deum loqui cum secundis causis, quibus dicat, ecce superest ut animal creem, quod nomine cum immortalibus conveniat, verum id si immediatè à me procederet, totum divinum esset; proinde vos corpus date, ego, quæ restat, animam dabo. Huic sententiæ etiam favet R. Moses Alshech ad hunc locum, & in Sofanat à Amaquim, atque ita ait, Deum locutum cum quatuor mundis quos ponunt Cabalisticæ, idque quia homo constat corpore, & triplici anima, congruit mundo fabricæ, formationis, creationis, & emanationis: ideòque dixit in plurali, *faciamus*, quia unusquisque suam contulit portionem: & quemadmodum R. Ishac Arama in Gl. ad Pentateuchum, ait, quia coaluerunt mundi tum contrarij, necessarium erat medium aliquod existere, quod princeps omnium, eos inter se colligaret, adeò ut omnes isti auctores existi-

ment, Deum, qui unicus & solus est, hic secundas causas in plurali numero allocutum esse.

Contra hanc expositionem exponit Hornbeek, sicut & aliàs inferius referendas impugnat; ergo saltem verba nobis favent, in probanda ex iis aliqua in Deo pluralitate, qui verò multiplicem ex illis fecerunt causam primam nescio an ulli fuerint. Certè quidem plures finxerunt Deos, sed non ex hoc loco, qui Scripturam habent, & sequuntur, in hunc non incident errorem. Neque in hoc abuti possunt, qui duo ponunt principia contraria; nam quomodo hæc inter se consultassent, aut convenissent de creando homine? quomodo hæc eandem poterint dici habere similitudinem, ad quam hominem creassent? Sequens quidem versus demonstrat unum esse Deum creatorem; at non, quod in præcedenti haud notentur plures personæ. Jam quod non bene (aliter ac Manasses cæser) responderit ad locum hunc R. Jehos. Deum scilicet cum fabrica Cœli, & terræ consultavisse, sic ostendimus: alia est ratio Regis in consilium subditos vocantis qui eo eget, alia Dei qui uti eo non eget, ita neq. illud: quum indignetur Deus, si quis ei attribuat consiliarius. Isai. 11. 12. 13. 14. *Quis mensus est pugillo suo aquas, & Cœlos sphaerama expandit, aut complexus est orientali pulvèrem terra, & ponderavit statera montes, & colles lancibus? quis extendit spiritum Iehova? aut vir à consiliis docuit eum? Cum quo communicavit consilium ut instrueret se, doceretque se iter iudicij.* Doceret, inquam, se scientiam, & viam summæ prudentiæ notam faceret sibi: vide, ut distinctè in opera creationis Deus removeat à se omne consilium, & consiliarium Maimonid More Nevoch part. 11. capite quarto post citatum hunc locum Genes. 1. 26. ait. ¶ Horum dictorum omnium mens, & sententia non est, ac si Deus loqueretur, cogitaret, consiliam, & considerationem aliorum præteret, vel sententiâ alicujus juvaretur; nam quomodo adjuvari posset creator à creatura sua? ¶ Non in consilium Deus hic, vocat, sed operis societatem; non dicit, quid faciam? sed faciamus: &

& quum neminem agnoscat in opere creationis socium, haud magis quam consiliarium, patet eum non alloqui mundos, aliaque extra se, quæ non creantur cum Deo. Creatio semper soli Deo vindicatur, eaque se distinctum vult ab alijs. Iesa. 42. 5. Sic ait ille Iehova, creator cælorum, & qui extendit eos, qui expandit terram, & res proginas ex ea, qui indit animam populo agenti in ea, & spiritum ambulantis in ea, & 44. 19. Ego Iehova facio omnia, extendo cælos solus. Expando terram per me ipsum, & 45. 18. & 18. 13. maximè creatio hominis creaturæ præcipua; Deo soli attribuitur. Genes. 5. 1. Iesa. 54. 5. Malach. 2. 10. 15. gloriam meam alteri non dabo. Iesa. 41. 8. 4. Quod Cabalists de quatuor dicunt mundis, rejicimus. Proferat, quid & quousque causæ secundæ, mundi, & opera cuiusque diei, ad creationem hominis contulerint Non sanè illa corpus dederunt, quod ipse Deus dicitur formasse ex pulvere terræ. Genes. 2. 7. 19. & etiam Evæ ex Adamo cap. 2. 21. 23. cap. 1. 27. 7. neque metus fuerit corpus si à Deo immediate proveniret totum divinum esse; non magis quam anima, vel corporalia reliqua à Deo immediate creata, quod si Deus illis hic injunxisset, ut corpus darent, potius dixisset, facitote, quam faciamus, & sic distinctus, facitote vos corpus, ego animam, quam uno verbo se cum illis immiscere, & dicere faciamus, nec homo est creatus ad illorum imaginem, sed solius Dei. Genes. 5. 1. & 9. 6. & si esset, non tamen posset illorum imago cum illa Dei conjungi in una oratione, *ad imaginem nostram*. Denique aliter Barchit rabba. Scriptum est inquit Iesa. 44. 24. quis mecum in creatione fuit? nam Psal. 96. scriptum est, *tu Deus facis mirabilia solus*, in humanis quidem rebus consuetudo est, ut rex unâ cum proceribus laudem reportet administratæ Reipublicæ, quia ipsi adjuvant in sustinendo onere. Verum non ita Deus Sanctus benedictus. Sed ipse solus creavit mundum, ipse solus istam gloriam habet, ipse solus celebrandus est per mundum suum, dixit R. Tanchuma, Tu Deus solus creasti mundum, sed & Manasses; ipse, Pro-

blem. 13. de creatione, pagin. 55. sapientes ex eo inferunt (inquit) in vocibus his contineri admirandum hunc articulum, quod solus Deus omnia per se ipsum creaverit, quasi legeretur, Deum dixisse, quis fuit adjunctus mihi in creatione mundi? Ex quibus verbis concludimus non esse contra rationem, ab uno Deo manasse totam rerum multitudinem, sive unum Deum res multas creasse.

Secunda expositio est Aben Ezra. Deum cum solis intelligentijs locorum arbitratur, in hanc quasi sententiam. Hactenus imperavi aquis, & terræ: ut animalia producerent: sed nunc creaturam hanc cæteris perfectiorem simul ego, & vos faciemus: ut sic homo æquali loco cum intelligentijs ponatur. Quoniam, & illæ qualem affinitatem cum materia habent, quatenus despicientes occupantur, movendis orbibus, & nihilominus spirituales sunt; quod suspicientes propter finem magis sublimem, Deum nempe, orbis moveant, ut Aristot. docet. Sic etiam juxta R. Samuel bar. Nahaman; homo fuit creatus duabus figuris, quæ cum animam, & corpus significant, contrariæ sunt: quia corpus deorsum spectat, at anima sursum se egerit. Quam sententiam sequitur R. Levi ben. Gerson, & Isaac Abranabel in Glos. ad hunc locum. R. Jehuda Levita dicit quoque Deum Angelos allocutum, quos Prophetæ intelligebant in figura humana; & quemadmodum nobiles ac præcellentes hæ creaturæ, propiores sunt primæ causæ: sic homo terrestris, qui illis similis est, ratione quadam factus ad imaginem, & similitudinem Dei. Idem sensisse Abrahamum David discimus ex auctore Igarot. Sic Manasses qui eandem sequitur in Exod. quæst. 6. Verum quis non videat, quam hæc extorta sit expositio? Potentiæ quidem divinæ foret defectus, si intelligentijs egeret ad hominis creationem, illiusque gloria soli Deo non deberetur. Neque homo æquali gloria cum Angelis est ponendus, ut inquit Psaltes. *Ministi cum paulo minus ab Angelis*, Psalm. 8. unde male Judæi etiam quoad animam hominem faciunt Angelis

superiorem. Neque Angeli qualem qualem cum materia habent affinitatem, quod Manasses latius prosequitur Problem. de creat. 22. & 23. neque homo ad illorum imaginem potest creatus dici.

Eodem repellitur tertia expositio ratiocinio, quam tradit R. Moles Gerundenfis. Deum scilicet locutum cum elementis, & terra, adducitque pro se quod eodem sexto die terram producere iusserat animalia, cum qua nunc quoque sermonem habens dicat, faciamus in plurali. Et sic terram pulverem ac limum dedisse, unde corpus creatum est, cui Deus animam inspiraverit. Repellitur, inquam, inquit Hornbeek, quoniam quomodo cum elementis & terra sermonem habere ad faciendum opus aliquid decens erit Deo? quum ne nos quidem materiam aliquam, quamvis præstantem, ita situs allocuturi *faciamus*. Neque, etsi terra pulverem ac limum dederit, ideo fecisse dicitur hominem, causa enim materialis est, non efficiens, cui soli convenit agere. Neque homo factus est ad imaginem terræ sensu eo, quo hic dicitur.

31.

Eiusdem roboris est expositio, quam tradit R. Josuë de Sanhin. Deum nempe animas consuluisse. Videtur mihi (inquit Manasses) id dicere voluisse, quemadmodum animæ jam primo die creatæ erant (quod plerique Hebræorum sentiunt) noluisse Deum per vim, & invitas illas indere latentem materiam, sed volentes, ideoque dixisse, *faciamus*, nempe in hanc mentem, formare humana corpora. Falso quidem expositio nititur fundamento, animas scilicet ante hominem prius formatas fuisse. Deinde quis cogitavit, non aliter volentes corpora subijisse animas, nisi ijs primum ita blandijisset, & demulisset Deus, ne inderentur corpori invitæ? Quis nisi somnians potuit excogitare animas fecisse corpora singulas sua? Sic homo creatus erit ad imaginem propriam; corpus ad similitudinem animæ. Deus similiter cum dicit cap. 3. Genes. *Ecce homo factus est sicut unus ex nobis*, quos sic allocuitur? illos, quos hic dicens, *faciamus*. Quomodo illud interpretabun-

tur, siquidem animas hic fuerit allocutus?

R. Sabadias à Gaon existimat usitatum hunc in Scriptura loquendi morem esse, ut rex dicat, *nos rex*, tametsi præter illum nemo alius loquatur. Eandemque ob causam tradit R. Ame Deum cum corde suo consultavisse, ut significet cum nulla creatura, sed secum tantummodo allocutum. Comprobari potest hæc expositio, Genes. enim 29. *Dabimus tibi etiam hanc*, dicitur Daniel. 2. *Loquemur coram rege*. Numer. 22. *Fortè pravalens percutiemus eum*. Verum non esse usitatum modum loquendi, ut quis in prima persona de se pluraliter loquatur, sicut hic *faciamus*, conspicuum est. Etsi vel semel aut iterum ita quempiam locutum probaretur, ut in exemplis allatis, non sequitur inde morem fuisse usitatum. Quin Aben Ezra tria profert citata loca, ad singulaque respondet. Ad primum Genes. 29. *comple*, inquit Laban Jacobo. *Septimanam huius, tam dabimus tibi etiam illam pro servitute*. Id est, ego, uxor, & amici dabimus tibi. Similiter ad illud Numer. *percutiemus*, id est, ego, & populus, seu exercitus percutiemus. Sic Iarchi ad illum locum. Per *Piel* infinitivum Ezra etiam explicat quasi, fortè potero percutere eum. Quo citat Ierem. 30. v. 2. *Et innocentem te habendo infinitive*, id est, non prorsus impunem te relinquam. Ad illud Daniel. 2. *Hoc est somnium illud, cuius interpretationem coram rege*, id est, ego & socij mei mecum, meis verbis. Unde v. 17. socijs suis verbum notum fecisse Daniele dicitur. Ex quibus videmus nullum subsidium in sacris habere, qui dicunt usitatum loquendi morem fuisse, ut quis de se in plurali loquatur, sicut hoc loco Deus, *faciamus*. Quamvis autem postea in usum venerit aliquando, non hinc tamen sequitur sermonem Deï id imitari voluisse. Neque in nomine proprio tum plurale adhibetur, sed vel in verbo, vel pronomine, uti *nos Philippus* jubemus, non Philippi, hic secus est, Dominus jubet. Modus ergo de se loquendi pluraliter, ortus vel ex conscientia propriæ imperfectionis, ideoque necessarij auxilij

auxilij Divini, vel humani, vel exelatione, nulla autem ex his notione phrasis illa usurpari de Deo potest. Si autem pro maiestate alloqueretur sic Deus, pluries eo loquendi modo uteretur, præcipue cum legem dabat, neque tum dixit: *Nos eduximus te*, sed, *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Egypti.*

32.

Per quod impugnata manet explicatio, quam tradidit Manasses, Scripturam in creatione hominis peculiari uti modo loquendi in plurali, *faciamus*, quod verbum videtur imperantis sibi ipsi, & ad suscipiendum, ac faciendum aliquid incitantis, eaque re ostendere Dominus vult, omnes reliquas creaturas suo beneficio creatas. Verum non solum phrasis est se ipsum alloquentis, ut diximus supra, sed neque se excitantis. An ex torpore aliquo se Deus excitaret, aut sibi imperaret? neque solum exprimitur, præstantius opus quasi singulari studio Deum aggressum fuisse. Neque

ulla ejusmodi conciliatione tollitur controversia, vel argumentum, quod exinde pro pluralitate personarum petimus, enervatur. Dicimus ergo Deum unicum esse in essentia simplicissima atque infinita. De quo intelligendus est Moyses Deut. 6. Genes. autem 1. de pluralitate in personis, quam secundum fidem fatemur. Causam autem, cur ita scriberet, Moses justissimam habuit, ut nempe Trinitatem, in historia creationis, ad creationem nobilissimæ creaturæ dilucidius manifestaret, qui passim alias docet, unicum Numen esse: eoque talis is, qui sciens volens erret, errorem suum contra hæc verba defensurus est. Deus ergo cum personis Divinis locutus est cum dixit, *faciamus hominem*. Trinitati enim opera conveniunt ad extra. Vide Raim. Marr. & Josephum de Voissim, Petavium, & Galatinum, & Theologos Scholasticos, quibus hoc mysterium mirifice dilucidatum est.

Genes. cap. 1. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.*

Psal. 70. *Nullum similem esse Deo dicitur.*

Vide pro-hujus conciliatione quæ Genes. cap. 5. dicemus.

Genes. 1. *Dicitur producant aqua reptile animæ viventis, & volatile super terram.*

Unde volatilia ex aquis esse formata apparet.

Genes. 2. *Dicitur formatis de humo cunctis animantibus terra, & universis volatilibus cæli.*

33.

Cicero Eugubinus, & Catharinus ex humo volatilia esse formata censent Hebrææ versionis, & Paraphrasis Chaldaicæ nimis amatores. Illa enim sic vertit. Reperere faciant aquæ reptile animæ viventis, & volatile volet super terram. Ista sic. Movere faciant aquæ reptile animæ viventis, & avis volitet super terram. Verum cæteris versionibus præponderat nostra Vulgata. Et sanè, si ex terra productæ essent, earum formationem diei sexto non reservaram, sed quinto, dicere, absurdum esset.

Patres autem passim aves ex aqua exortas prodidere. D. Ambrosius in Hexam. lib. 5. Cyrillus Chrysof. Bas. lib. 1. in Genes. hom. 7. Theodor. atque Rupertus, & ut alios non referam, Augustinus. lib. 3. de Genes. ad litteram

cap. 3. Non scriptum est (inquit) producant aquæ reptilia animæ viventis, & producat aer volatilia volantia super terram. Sed utrumque hoc animantium genus ex aqua productum esse narratur. Quidquid ergo aquarum, sive labiliter undosum, & fluidum est, sive vaporabiliter tenuatum atque suspensum, & illud reptilibus animarum vivarum, hoc volatilibus appareat distributum, utrumque tamen humidæ naturæ deputatur. Prosequitur rursus. Ille vero inferior aer qui excipit exalationes humidæ maris, & terræ, & ad sustinendas aves quodammodo crassatur, non nisi ex aquis accipit animalia. Quod enim ejus humidum est, hoc portat alitum corpora, quæ ita nituntur pennis volantes, quemadmodum pis-

ces quibusdam suis alis natantes, proinde scienter, tanquam spiritus Dei, qui scribenti aderat, ex aquis dicitur producta volatilia. Aquarum enim natura bipartitum locum sortita est, inferiorem scilicet in unda labili, superiorem vero in aura stabili, illum deputatum natantibus, istum volantibus: hæc Augustin. Ad illud autem Genes. cap. 2. *Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & universis volatilibus Cæli.* respondetur illam particulam & non repetere illud ex humo: ut sit sensus, formatis ex humo tam animantibus terrestribus, quam volatilibus, sed repetere illud *formatis*. Ut sit Moysi hic sensus. *Formatis ex humo animantibus terrestribus, & formatis etiam volucibus post formationem duorum horum generum animalium, adduxit ea ad Adam.*

Genes. 1. *Formatus dicitur sexta die homo.*

Facili negotio antilogia in concordiam venit, sensus enim verborum cap. 2. non est quod homo qui operari posset, non extitisset. Voluit namque Deus plantas omnes, & omnia arbusta, arbores, & virgultum, se solo suoque imperio fecisse in vere.

Genes. 1. *Vidit Deus omnia qua fecerat, & erant valde bona.*

34.

Basiliius hom. 9. ¶ Malum igitur (inquit) aliquod est secundum nostrum sensum, aliud naturâ ipsâ. Malum itaque naturâ ex nobis oritur. Injustitia, lascivia, inconsiderantia, timiditas, invidia, & reliquæ huiusmodi, quæ animam ad Dei similitudinem factam solent inquinare, rursus malum dicimus, quod triste, durumque sensibus nostris est, ut corporis morbus, ægebras, ignobilitas plagæ, pecuniæ damna, domesticorum amissiones, quorum quodlibet nobis à D.O. Maximo ad utilitatem inducit, divitiis auferentibus, qui male urebantur, infirmitatem inducit ijs quibus magis expedit membra habere impedita, & impetus ad peccandum tardiores.

D. Hieronymus super hunc capitulum

Rabam Gamaliel apud Manassem ben-Israël, aves fuisse ex aqua lutosa formatas, mixta ex terræ, & aquæ elementis, ideo extra aquam connaturaliter vivunt, & volant, quod nisi ex utroque elemento productæ forent, fieri non posset. Moses Gerundensis, idem quod superius dedimus sentit, Rabbi Perfect-auctor Ephod, ubi Vulgata *humo*, legere Hebræum *Hadamam*, idest, masa quatuor elementorum ait, unde ex limo, idest, ex quatuor elementis formavit aves, & quia in his prædominatur aquæ elementum, dicitur, producant reptile aquæ. Rabbi Hiskian, utrumque componit textum, quia aquæ aliquas aves producunt, Cygnos scilicet, atque anseres, quæ inhabitant aquis, cæteras autem aves, quæ frequentius degunt in terra, ex illa duxisse originem, tradit.

Genes. 2. *Homo non erat qui operaretur terram.*

Ut autem Deo soli eorum tribueretur procreatio subdit rationem, quia ante productionem eorum, neque pluvia foret, neque existeret, qui illa coleret, homo, quæ duo ad naturalem arborum generationem fere concurrunt.

Isai. 45. *Ego sum qui paravi lumen, faciens pacem, & creans mala. Et alibi passim hæc repetuntur.*

locum. Quidquid enim in scripturis Sacris dicitur, tuba comminans est, & grandi voce aures credentium penetrans. Si iusti sumus per tubam Christi ad beatitudinē provocamus, si peccatores, audimus quæ simus tormenta passuri. Malum autem, quod Dominus facit in civitate, non contrarium est virtuti, sed afflictio est, & cruciatus, de quo legimus Matt. c. 6. *Sufficit dici malitiam suam*, idest, tribulatio, & angustia, Isai. 45. legimus. *Ego Deus qui feci lucem, & tenebras, qui facio pacem, & condo mala*: sicut enim tenebræ contrariæ sunt luci, & dici sic & paci bellum contrarium est, quod non per se malum est sed malum videtur ijs esse, qui sustinent; Et ut sciamus in scripturis sanctis malitiam non semper

semper accipi prout contrariam virtuti, sed prout significat angustiam, afflictionem, & pœnam, unum adhuc de Iona summamus exemplum cap. 3. *Et vidit Deus opera eorum, quia conversi essent à suis viis pessimis, & pœnituit eum super malitia, quam locutus est, ut faceret eis.* Malitia utique ibi subversio est Ninivitarum, quam per prophetiam fuerat Dominus comminatus, & non virtuti contraria ad peccatum spectans, pro cuius offensa peccantibus comminabatur Deus tormenta.

Sumitur ergo bonum in primo capite, pro integritate (ut methaphisice loquat) prædicatorum essentialium, & pro integritate partium phisica corpora constituentium, quia omnia erant bona in ordine ad decorem, & pulchritudinem Universi: de ijs omnibus fufe, ut solet, Pereirus in cap. 1. Gen. & D. Thom. lib. 1. q. 49. art. 2.

Paret ex his ad cap. 1. locum textus Gen. cap. 1. discordantem, nempe li-

Gen. 1. *Vidit omnia quæ fecerat, & erant valde bona.*

Hic vanitas non malum, sed bonum quod cito transit velut vapor fumi, & aura tenuis, quæ facile solvitur, intelligitur: Vana ergo sunt omnia temporalia fœlicitati æternæ comparata, quia mutationi subiecta. Vide D. Hierony. tom. 5. in Eccles. cap. 1. Lyr. D. Antoninum Florent. lib. 1. tit. 2. cap 8. §. 3. Chryf. in ep. 7. quæ est ad Eurt. Aug. lib. 20. de Civit. Dei cap. 3. & D. Thom. lib. 1. art. 1. & q. 63. art 5.

~~~~~

35: **E**XPLICATUR CAPVT  
primum in sensu morali, & Lacryma commendantur.

**F**IRMAMENTUM, quod secunda die condidit Deus, sydereum esse cœlum, & orbes cœlestes, cœlum autem prima die formatum esse Empyreum Sanctorum thronum, & sedem tradidimus superius cõciliatione tertix antilogix capitis primi. Verum nomine firmamenti cœlum empi-

gnum scientiæ boni, & mali. Angust. sic inquit; erat corporale sicut aliæ arbores, nec cibo noxium, qui enim fecit omnia bona valde, nihil mali in paradiso statuit, sed mala fecit transgressio præcepti; oportebat autem ut homo sub dominio positus ab aliquo prohiberetur, ut virtus esset merendi obedientia, quæ sola verissime virtus est rationali creaturæ degenti sub potestate Dei, sicut primum, & maximum vitium tumoris velle uti sua potestate, quod & inobedientia est. Non enim erat unde homo se habere Dominum cogitaret, nisi aliquid juberetur, arbor ergo non erat mala, sed scientiæ dicta noscendi bonum, & malum, quia post prohibitionem erat in illa transgressio futura, qua homo experiendo disceret quid esset inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum, nec de fructu qui nasceretur, inde positum est nomen, sed de ipsa re, quæ transgressionem secuta est.

Eccl. cap. 1. *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.*

reum de aquis formatum intelligit Beda crystallini lapidis instar, Quare ergo ex terra formare Dominus cœlum non est dignatus, cum ex luto cõdiderit hominem perfectissimam creaturam: Hilarius super Matth. 17. & Greg. Mag. 12. Mor. cap. 11. firmamenti nomine cœlum, & aquarum significatione afflictiones intelligunt, juxta illud Psal. 68. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam, ut inueneret æquæ ac cœlum Lacrymas esse gratissimas Deo.*

~~~~~

§. I.

Lacrymæ gratissimæ Deo.

Sic placidæ sunt Lacrymæ Deo, sic gratissimæ Verbo divino incarnato, ut ad se sentes suavi fortitudine trahant, & ab illis non nisi avulsus recedat. Magdalena plorabat ad monumentum forsam credens madidis oculis inventuram, quem siccis palpebris non repererat, plorantem videt Magister, & ut à lacrymis se temperaret præcepit, *Quid ploras? Quare*

36:

*Lacrymæ
Dominum
concoctant.*

Lacryma
Dominum
concatenat.

torrentem cohibet lacrymarum? Nonne fletus non placidus erat, utpote cœlestis ros, quem gratia irrorat, quâ excitatâ præcordia emittunt lacrymarum vaporem, ut per oculos pluant? Quare ergo plandum nititur cohibere? Quoniam à Magdalena tangi volebat *Noli me tangere*; impossibile autem credebat Jesus, Mariam flere, & ipsam longe recedere, ideo ut contactum negaret, voluit prius plandum prohibere, quia sic Christus lacrymarum tenebatur amore, ut non posset non amplecti plorantem, ideo quia dicturus noli me tangere, dixit noli me flere, cõhibita est à fletu, quæ erat cohibenda à contactu, Jesus enim lacrymarum imber suavi fortitudine trahit, ideo addidit Dominus *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem*; immerfa lacrymis erat, & lacrymæ Dominum sic sunt visæ concatenare, ut si ad eum propius accederet Magdalena, non posset ad Patrem volare: ideo lacrymis pedes Domini in domo Simonis rigabat, præviderat enim aliquando Christum iter arrepturum ad Patrem, ideo lacrymas non alibi sed super pedes fundebat, ut compedibus lacrymosis officina oculorum mirabiliter efformatus ipsum ligaret, vimque Domino inferret: *O humilis lacryma*, inquit D. Aug. in Psal. 42. *tua est potentia, vincis invincibilem, ligas omnipotentem.*

Inclinavit spirans Dominus caput *Inclinato capite tradidit spiritum*; varia mysteriorum Dei devotione qui fervent, sunt contemplati; Quare enim, dubitant omnes, Christus non respicit cœlum, ubi adest Pater divinus, sed oculos figit in terram, ubi milites non tam exterius fustibus, atque gladijs, quam odio, impudentiâ, & invidiâ interius erant in Christum armati? Quare oculos avertit à cœlo, ubi spiritus erant Angelici dolore compassionis afflicti? Quare terram, ubi homines illudebant? Ratio est: in cœlo Pater Divinus erat amore filij inflammatus, & Angelicis spiritibus comitatus, in terra Maria erat doloris gladijs occumbens; *Juxta Crucem lacrymosa*, amarissimo planctu mœrebat; si aspicio, videtur dicere Christus, Cœlum, Patrem video, cujus visio affluit delitijs, sed à Matre dolorosâ retrahi-

Videtur
magis lacryma
atrabere
Christum,
quam Patrem.

tur visus, quo ergo me vertam? tam efficax est vis lacrymarum, ut Matrem eligam flentem videre, & non respicere cœlum, ad illam plangentem inclino caput; *Inclinato capite tradidit spiritum.* Quia videtur Christum lacrymas pluris fecisse, quam videre Æternum Patrem: *O Lacryma* inquit S. Laur. Justin. in lib. vitæ cap. 9. *benedicta, qua filium Virginis inclinas.*

Oculis si non manibus Christum ascendentem in Cœlum Apostoli remorari cupiebant; *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in Cœlum?* palpebris, homines terrea vasa portantes, (Angelici clamabant Spiritus) oculos claudite, paulisper suspendite lacrymas, *Hic Jesus, qui assumptus est à vobis in Cœlum, sic veniet, iterum redibit ad vos, adventum Christi secundum Angelos promittere Apostolis, inquit S. Ildephonsus cap. 1. quoniam Dominum ab hominibus jam avulsam compelli timebant ab hominibus suspendere cursum. Sed qua vi possent Apostoli Dominum remorari ascendentem? Quoniam exprobraverat Dominus fere ascendens incredulitatem Apostolorum, Exprobravit incredulitatem eorum, & duritiam cordis.* Plangebant ergo Apostoli, & humefactæ oculorum palpebræ erant, viderant ergo Apostolos Angeli lacrymantes de ascensu Magistri tristes, sic ergo recognoscebant lacrymas Christum amasse, ut merito timuerint Spiritus, ne si perseverarent plangentes, & humidis pupillis Christum aspicerent. in Cœlum Magister inceptum suspenderet tramitem, & terram compelleretur unâ cum hominibus habitare. *Christum denuo Apostolis, inquit D. Ildephonsus, Angeli promittunt, ne per eorum lacrymas ipso in perpetuum priventur:* Sic Christus in lacrymis complacebat; sic lacrymas æstimabat.

Mortem Christi Magdalena plangebatur lacrymis in sepulchro quærebatur, ingreditur monumentum, & ibi *Vidit duos Angelos in albis sedentes, unum ad caput, & unum ad pedes.* Quare sic humilem occupat Spiritus locum? quare non ad cor? Quoniam videtur Christum magis pedum, quam cordis velle consulere honori, ideo Angelum illocavit ad pedes, rigaverat pedes Domini lacrymis Magdalena:

dalena: *Lacrymis capit. rigare pedes ejus*, ideo pedibus Angelum assistere voluit, & capiti, quæ Magdalenæ susceperant margaritas, lacrymasque pretiosas. *Optime Gualfridus in Alleg. Tilm. Merito proinde duos vidisse Angelos ad caput unum, & ad pedes alterum perhibetur, nam & ad caput & pedes aliquando flevit.*

¶

§. II.

Lacryma fructuosa.

39. **L**ACRYMÆ varia semina virtutum injiciunt, quibus solet anima pullulare, ut de Nilo cecinere Pœtæ, qui non solum universam rigat Ægyptum, verum semina vehit, quæ limo obruta in spicas assurgunt.

Et viridem Ægyptum nigra fecundat arena.

Lacrymis premia correspondent in celo.

Sic Lacrymæ virtutum segetem in anima turgescere faciunt, & paratam recipere cœlestes favores, verbis illis quibus ad laudes divina invitat fideles Ecclesia: *Venite adoremus, & procidamus ante Deum* correspondet vox in Hebræo, quæ capitis inclinationem significat ad recipiendam benedictionem; Quare hoc? quoniam cum invitatur ad laudes divina Ecclesia, fideles invitatur pariter ad plorandum: *Ploramus coram Domino*; ideo in Hebræo vox quæ significat Deum adorare plorando, significat pariter caput inclinare benedictionem à Domino recipiendo, quasi nulla fundatur Lacryma, cui sua benedictio in præmium non respondeat. Quæ autem felicitates hujusmodi respondeant benedictioni à lacrymis impetratæ, nullus exprimere valet. Jacob à parente benedictionem recipere meruit, hæc autem dominium donavit Jacob super Esau, cunctisque Fratres: *Serviant tibi populi* ab Angelo benedictionem etiam suscepit, & nulla felicitas refertur benedictioni respondens; Quare hoc? quia tot fuerant, quod nullus narrare posset; *Auxilium autem, quod fit ex Lacrymis nemo novit nisi illi, qui huic operationi suas animas tradiderunt,*

inquit Isaac Presbyter Antioch. in *Bibl. Patr. tom. 6. cap. 2.* Sed quare tot benedictioni Angelicæ felicitates respondent? Quoniam ut inquit Oseas 12. *Invaluit ad Angelum, & confortatus est, flevit, & rogavit eum*, benedictio ergo lacrymis empta tot felicitatibus superabundat quot vox capere nulla potest.

Eximius lacrymarum est valor, Deum si non viribus, adstringit homo lamentis: Imperium non est quamvis potentissimum ullum, quod ruinam à violentia non sit expertum, etiam mania cœlestia, neque quia pulchra, neque quia sublimia consistere salva videntur, cum rapi à violentis jure timeri valeant; sic tradidit Evangelista *Matth. Regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Alibi inquit Evangelista pueros rapere cœlum: *Nisi efficiamini sicut parvulus iste, non intrabitis in regnum celorum.* Hinc oritur difficultas; si vi armorum conquatur Cœlum, si à robustis valideque pugnantibus mania expugnantur cœlestia, quid in castra stellata teneri, puerilesque anni? Vim quidem patitur cœlum, sed à pueris atque robustis, quia potentes si pugnant, armis debent cingi puerorum, ut expugnent cœlestia; ætatis puerilis attendite conditionem, quorum proprium est, lacrymis à parentibus assequi, quod desiderant, arma virorum sita sunt in viribus, & lacertis, quibus inimicum propellunt, at puerorum arma suspiria sunt & lamenta, siue parentes minentur, siue bajula neget, ad lacrymas semper recurrit, & vincit, superatque suspirijs, etiam ænea planctu viscera commoventur, portas ergo cœli referant peccatores, dummodo instar puerorum in lacrymas resolvantur, qui nigris peccatorum squamis defensi inspirationibus contradixere divinis, inducant arma puerilia, infantiles lacrymas mittant, & rapiant à Domino cœlum: *Cogimus*, inquit D. Chrystost. *regnum celorum, & vim quodammodo facimus, non compellendo, sed stendo, non injuriis provocando, sed lacrymis exorando.*

Tanta vi lacrymæ gaudent, quod quidquid poposcerint, impetraverint, inquit D. Hieronym. super *Isaiam cap. 21.* *Nihilus* inquit, *ad Deum aliquando*

40. *Lacrymis quasi cogitur Deus.*

41. *Lacryma quidquid poposcerint impetrant.*

quando flens accessit, qui non impetraverit, quod postulaverit, nullus ab eo beneficium dolenter optavit, qui non acceperit; Nescit quidem Deus lacrymis reluctari, Deus convertit uxorem Loth; Respicensque uxor ejus post se. *Versa est in statuam salis.* Inobedientiam Aaron quadraginta annis Dominus toleravit; Quare ergo Dominus, qui potentiam suam miserando maxime manifestat, in muliere quae sola volubilitate naturae deliquit, paulisper non distulit poenam, & in Aaron tot supplicium passum est moras? Quoniam si uxoris Loth distulisset supplicium, suspendisset in Sodomam incendium, flammis namque exardebat Sodoma, videbat mulier patriae suae miserabilem cladem, etiam si filicea viscera haberet, tacta compassionis dolore lacrymas mittere cogerecur, ne ergo Deus suspirijs ejulantem videret, statim versa est in salis statuam, quia si lacrymantem respiceret, compelleretur Sodomae decretam mutare sententiam. *Tanta est vis in lacrymis,* inquit Chrysologus, *peccatorum, ut deleant omne facinus, & latam divinae promulgatione sententiam.* Nescit enim Deus lacrymis ullum negare.

Vim lacrymarum omnem superare potentiam passim manifestant exempla; Ut fortitudinis secretum manifestaret Samson, importunis querelis urgebat Dalila, annuit Samson: *Si rasum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea.* Quare dolosas mulieris artes expertus, toties fraudulentè ligatus arcanum cordis declarat? Quoniam, ut inquit Amb. vidit mulierem plorantem, confugit mulier ad lacrymarum auxilium, ideo se objecit dare periculis, ne Samson aliquid negaret lamentis, mulier lacrymarum armis pugnavit, ideo robori Samsonis praevaluit; *cum illusum,* inquit D. Ambros. lib. 3. ep. 24. *sibi toties procax mulier deploravisset, lacrymis fidem coegit.* Nil enim singultibus, & lacrymis est potentius, Deus etiam ad lacrymas quondam recurrit fidens magis quam robori omnipotentiae.

Lapsus est Adam in peccatum, & continuo Pastor divinus ovem quaesivit errantem, & ut ad ovile reducere posset, inquit S. Macharius homil. 30. *Deum lacrymas effudisse: Die illa,*

qua lapsus est Adam, accessit Deus, & lamentatus est, ut ita dicam, lamentatus est conspecto Adam. Si Adamus ut reus deliquit, quare iudex offensus, est plangens? si condidit ex nihilo Adamum, quare ad reformandum non utitur viribus omnipotentiae divinae? Quoniam ut emolliret Adami cor obduratum plus lacrymis, quam omnipotentiae fidebat, nec credidit posse Adamum sic feralem naturam induisse, ut non miresceret, & respiceret ad conspectum fletus, & lacrymarum, ideo superavit & vicit non tam armis omnipotentiae defensus, quam imbre lacrymarum armatus.

Ostium sponsae quondam pulsabat Deus: *Aperi mibi Soror mea Sponsa stolidi repellebat Sponsum;* ipse vero instanter clamabat *Caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium,* tandem repulsam passus abiit Sponsus; Quare non confregit feras portarum omnipotentiae viribus utens? Quare amoris excessum non repraesentat, ut votis suis annuat Sponsa? quoniam nil credidit esse satis, cum rore plenum respiceret caput, ostenderat enim plenum lacrymis; Sic namque vertit Chaldaeus *Capilli mei pleni sunt lacrymis.* Si ergo lacrymis reluctatur Sponsa, à nullo robore vinci posse speravit, nil namque sic cor emollit amantis, quam lacrymae, has enim bibentes, amantes nil promiscue non offerebant.

Et sicco lacrymas combibat ore tuo.

Sed de ijs plura nos in secundo tomo, & super Josue (Deo dante) dicemus.

§. III.

In omnibus Deum contemplari tenemur.

HOMO jam conditus erat, sed non ut terram operaretur, erat creatus, sed ut caelum, in quod praordinatus erat ab auctore universi contempleretur. Quare dubitavit Euthimius, arbores primis parentibus Dominus assignavit in cibum, illo brevi tempore scilicissimo, quo Adam pluvijis imperabat ad nutum, vapores suo

lucro arbitrio movebat, ut sine labore possent florere campi, & fructibus coronari: *Ecce dedi vobis universa ligna, ut sint vobis in escam.* Quare ergo arbores, & non fara homini præfixit in escam? *Ut erectis in cælum oculis* (inquit Euthimius) *providentiam veneraretur.* Qui in escam eligit fara, manibus, oculis, cunctisque sensibus operatur in terram, cum manus serere granum, terere, terramque arare occupatur, oculi comitantur, sicut sudore vili fatigatae sunt manus, ita laborant oculi crasso exercitio simul intenti. Qui autem arborem edit, cum satiat fructu appetitum, inter illius folia astra, & sydera contemplatur, simul escam colligit manus pro corporis alimento, & oculi excitaentes memoriam animæ parant escam, de arbore fructus decerpunt, & simul omnium Dominum contemplantur cælo maxime intenti, Bruta omnino terrena de satis edant, verum rationales recti, & erecti formati, quo ab illis discriminantur, continuo cum operantur cælum contemplari docentur. Sic Ovidius.

*Os homini sublime dedit, cælumque videre
Jussit, & erectos ad sydera tollere
vultus.*

43. Dubitat eruditus Stella, quare Dominus panem super terram produxit, & aurum in occultis humi visceribus generatur? ut necessaria non sollicitè quærat, respōdet. Panis vulgaris cibus, cunctis communis & omnibus est necessarius, ut ergo intelligeret Homo Dei contemplationi se totum deditum esse debere, panem super terram proponit, ut pretio ita inferiori emere possit, quod illi sollicitudine nulla sit opus, ut tempus, quod in necessarijs quærendis impenderet, Domino fructum cunctorum auctori cum lucro spiritus valeat sacrificare. Aurum autem in imis visceribus terræ ex consulto homini abscondit, occasionem ve perditionis celavit, ne facile divitijs inventis hominis cupiditas maxime foveretur, aurique veneno sauciatus, impinguatus, & incrassatus (ut Dominus doluit quondam) sui, & omnium creatoris oblivisceretur. Quæ omnia, hominem, ut patriam cæli sine inter-

missione consideret, & Dominum omnium auctorem, cunctis postpositis contempletur, non ut operetur in terra, indicant esse creatum. Quod in hominis fabrica ipsa Jacobus de Voragine manifestavit, cujus cor mirabiliter conditum est à parte superiori latum, & angustum à parte inferiori, ipsa prædicante natura, ad superiora; & cœlestia sinus cor humanum maxime capaces habere, ad inferiora & terrena nimis æretos, ut ea dumtaxat quorum naturæ opus est, admitteret, suumque cor Domino penitus immolaret.

*Cor Deo
immolan-
dam.*

§. IV.

Mundus merito contemnendus.

44. **H**OMO autem per peccatum vitiatius oculos avertit à cælo, ut terrestribus immergatur, imo quia amat terrena obliviscitur omnium cœlestium, illis uti non prohibetur hominibus, sed cor in illis apponere, & perfrui merito vetitum est à Deo; Quid enim sunt omnia quæ possidet mundus nisi levissimus vapor, & fumus? Cum absentiæ Domini dies appropinquasset, ascendit Christus in altum, sed fecit thronum ex nube. *Nubes suscepit eum.* Fœlix nubes quæ currui triumphali Christo deservit, sed quare Dominus super nubem ponit ascensum, quare nubem cum triumphat elegit, qui ascendit super cherubim, ut volaret? Quoniam triumphatores ligare hostem devictum triumpho currui solebant, & quia Dominus vicerat mundum, *Ego vici mundum*, super mundum qui nubes erat, voluit ascendere; sed quare Mundus nubes? quia sicut nubes sic mundus aer dumtaxat est condensatus, vapor, qui motu quolibet concitatur, & vento agitur? Quid est Mundanus, nisi æque flexibilis atque fragilis, de quo melius diceret ille: *frangar, non flectar*, nubes quidem est, qui velut Protheus inconstans in infinitas fallaces imagines transformatur, jam lugens, jam ridens, perpetuo tamen mutabilis.

45. Triumphans voluit ingredi Dominus Hierosolymam, sed quibus decrevit triumphum ornari? Cædebant ramos de arboribus, ut moneret præ-

tioussima

ciosissima mundi arbores esse sine radice, quæ quovis decidunt vento; ramorum amœnitati similis est mundi gloria, caret enim radice, & veluti rami succisi, ad nihil valet amplius nisi ut mittatur in ignem & ardeat; quid vita ambitiosi nisi perpetua inconstantia? *In circuitu impij ambulat*: Ex aflatu divino Saül elegit Samuel in regem, verum advertit Scriptura in Galgala coronasse: *Et descendens ante me in Galgala*. Quare in Galgala unctus est, & coronatus Saül? Quoniam Galgala Hebræica lingua idem est atque *rota*, ut ergo resolutionem variam fortunæ Dominus indicaret primum regem coronavit in rota, ut qui hodie cunctis dominaretur, cunctis servire mane contingere posse crediderit, in volubilitate namque foelicitas Mundi consistit, ut qui in culmine veneratur fortunæ, post parum temporis ruat præcipitatus, & pedibus conculetur: Quid delitiæ nisi falsissimum bonum, bonum enim stabile, perpetuumque est, voluptates autem fluxa fugitivaque umbra, ut optime Plautus in Curcul.

Mundus inconstans.

Delitia fallaces.

*Nulli est Homini perpetuum bonum
Jam hujus voluptati hoc adinventum
est odium.*

Voluptati meror est comes, ut inquit Seneca in Thyest.

*———— Dolor ac voluptas
Invicem cedunt, brevior voluptas*

Stimulis namque angit voluptas fruenter, vitam promittit voluptas, mortem autem inferre quotidie experimur: Optime Leosth.

*Voluptates dum blandiuntur, necant
Voluptate homines capiuntur ut hamo
piscis*

Quo magis enim delectari videntur, eo magis opprimunt, Zenobia, quæ Orientem viriliter occupaverat, capta ab Aureliano, ut gloriosius faceret triumphum, cæpta est aureis vincata catenis: sic refert Zonora lib. 2. cujus fortis miseriam antiquitas decantavit; Carenæ, quia aureæ speciem præseferentibus honoris, sed quia aureæ gra-

vius vexabant, & acerbius animam lacinabant; sic voluptates aureæ vitæ blandiri videntur, sed eo miserabilius texunt servitutis catenam.

Quid divitiæ? ex se non malæ, ut inquit enim Montostich ad exhilarandam vitam dedit eas natura, & ad conciliandam humanitatem, leniendamque nonnullorum ferociam, ut inquit ipse.

*Possunt divitia humanos homines red-
dere*

Sæpetamen earum est malus usus, ut inquit enim Antiphanes, sunt opes spectaculum umbratite vitæ, Plato *Impossibile esse*, inquit, *Hominem prædivitem esse, & bonum esse*. Imo bonum mutant in pravum. Euripides: Aliquando divitiæ transtulerunt possidentem se in morem alium, quam in quo prius erat; gloria divitiarum fragilis, fluxaque est inquit Horat.

*Sicque perpetuus nulli datur usus, &
hæres*

*Heredem alterius, velut unda superve-
nit undam*

*Nam propria telluris herum natura quo
illum*

Nec me, Nec quemquam statuit.

Plutus qui divitiarum fingitur Deus alio nomine dicitur Dilus, idest miser dictus, eo quod quibus possidendum se tribuit, micros faciat. Sic Eustachius Odyss. 14. *quas in temeritates non pro-
dit, qui superabundant divitijs*, mores omnes corrumpunt opes: vincunt leges divitiæ, inquit Plautus, opes enim certant pecunijs, verbis dumtaxat leges, corporea illa, aërea hæc, ideo Pet. Arbit. in Satyr.

*Quid faciant leges, ubi sola pecunia
regnat.*

Unde frustratur finis condendæ legis, quia ut compescerent divites, datæ sunt leges. Ovid. 3. Fast.

Inde data leges, ne fortior omnia posset.

Quod si Mundus ut in sui prima conditione forsam hodie floreret, excusationem hominum erga eum haberet stultus

Stultus amor; verum & amatoribus suis extat amarus: *Ecce jam mundus in se ipso aruit*, inquit D. Greg. homil. 28. in Evang. *adhuc in cordibus nostris, flores, ubique luctus, ubique desolatio, undique percutimur, undique amaritudinibus replemur. Aliquando nos mundus delectatione retraxit à Deo, nunc tantis plagis plenus est, ut ipse nos jam mundus mittat ad Deum.* Qua ergo excusatione sectabimur mundum, qui ab ipso mundo rejicimur? *Visitabo*, inquit Deus, Sophon. 1. *super omnem, qui arroganter ingreditur super limen.* Iuxta D. Hieronymi translationem: *visitabo super omnes qui transiliunt limen.* Difficilis locus est, pro cuius intelligentia, supponendum est, quod accidit 1 Reg. cap. 5. Dagon enim primo ab altari dejectus, ibidemque à Sacerdotibus iterum collocatus inventus est super limen manibus & capite abscessis, in memoriam autem infelicis hujus eventus, & loci ubi idolum jacuerat, sacerdotes limen saltabant ingredientes in templum, ne terram pedibus conculcarent, ubi fuerat caput idoli: *Propter hanc causam non calcant Sacerdotes Dagon, & omnes qui ingreditur templum ejus super limen Dagon in Azoto, usque in hanc diem.* Sed hinc oritur difficultas; quare in Sacerdotes, qui thus immolabant Dagon, non ira exardescit, & irascitur Deus contra limen saltantes, etsi id efficerent adorantes idolum? Ratio est, quoniam thus idolo offerentes aliqualem poterant excusationem habere, nullam autem quando adorabant saltantes; quia cum primo thus offerebant Dagon in falsa Sacerdotum æstimatione idolum florentissimum erat, scissuram nullam expertum, ideo possent aliquantulum excusari adorantes Dagon, à quo existimato divino sperarent felicitates, quando vero in limine venerabantur Dagon, jam illius præcesserat fractio; *Caput autem Dagon, & duæ palme manuum ejus abscessæ erant super limen*, ideo irascitur Dominus contra super limen saltantes, quia absque excusatione Deum venerabantur idolum, quod viderant esse confractum, quid namque possent ab idolo sperare, quod in scissuras erat divisum, plagisque plenum, manibusque carebat; ideo Dominus irascitur super limen saltantibus;

non tam quia coluissent, sed quia in adoratione stultissime, & absque excusatione vellet errare. Quam ergo excusationem habebunt, qui mundum nunc tamquam idolum adorant, cum videant amaritudinibus plenum, varijque & insanabilibus plagis confractum? *Serpe debes*, inquit S. Cyprianus in ep. ad Proconsulem Africae Demetrianum, *senuisse jam mundum, non illis viribus stare, quibus prius steterat; nec vigore eo valere, quo antea pravelebat.* Quid ergo ab arido speras? quid à pene ad extremum senium deducto? Quid Scyris, quid Vandalis, quid mundus profuit Gothis? labilis in cunctis grandis eorum potentia, optime Seneca in Her. Oct.

*Tu quicumque. & qui sceptratenes,
Litet omne tua vulgus in aula
Centum pariter limina pulset,
Cum tot populis stipatus eas,
In tot populis vix una fides.*

Quid ergo feditis mundo, cujus fallacia, & inopiae quotidie experimenta palpatis?

Ut compelleret Deus Pharaonem, decem plagas vibravit, primam induratus contempsit, ingeminavit secundam, & ad novem usque induratum, decimam ut emolliret adjecit: Nabuchodonosoris superbiam Deus decrevit frenare, & ut flecteret elationem in somnis imperij successione proposuit arboris supputatione representatam: *Succidite arborem* hac autem unica monitione incorruptum, ultimo supplicio regem transformavit in bestiam: Quare, exclamat Ricardus Victorinus, Dominus decies flagellavit Pharaonem tandiu ad poenitentiam expectans, & Nabuchodonosorem prima monitione frustrata illico luere fecit ultimam poenam? Ratio est quoniam prima plagarum flagella infirmabant, sed non devastarunt Pharaonis imperium, ordinavit phalanges Deus ranarum, quæ intra cameram secretiorem dimicaret cum rege, sciniphes aculeis in eum armavit, fulgura discurrantia per caelum, tonitrua, fulminaque vibravit, sed his omnibus gloria marcescebat imperij, sed nondum ejus exciderat magnitudo, deflorabatur majestatis

D splendor;

splendor, sed adhuc vigeat, ideo aliqui excusatione non emoluit remansit, & adhuc ad pœnitentiam à Domino misericorditer expectatus usque ad decimam plagam. Nabuchodonosorem autem prima correctione induratum non Dominus speravit ulterioribus flagellationibus corripiendum, viderat namq; Nabuchodonosor uno icctu omne devastatum imperium *Succidite arborem*, omnisque spei succifam esse radicem, cunctamque magnitudinem suæ gloriæ tabuisse, & tamen nec corripitur humiliatus, sed affectione adhuc adhæret imperio; ideo spe correctionis amissa sine dilatione punivit, & veniâ reputavit indignum *Qui vidit*, inquit, *regni sui gloriam cadentem, & adhuc superbit indignus est venia*. Si mundus tot plagis non jaceret extinctus, non mirum fessellisse, & adhuc amatores tenere, sed quis ejus adhæret gloriæ, cum videat cadentem? Clypeum nuncupat mundum Rhod. lib. 1. lect. Ant. cap. 3. hic namque vere cognitus schola est disciplinæ suadens amare cœlestia, despiciereque terrena, quem enim sollicitudines vexantes non fatigant? quem spinæ, quibus mundus conflatur, non suadent?

Sed heu dementia mortalium, alliciuntur namque mundialium apparenti dulcedine tantum, & sub ipsa latens ebibere solent venenum, quo toxicantur; Glaucum excessisse è vivis melle suffocatum refert Claudianus de victoria Stilionis.

*Cretaque, si verax narratur fabula,
vidit*

Minorum rupto puerum prodire sepulchro

*Dulcia mella necem, vitam dedit
horridus anguis.*


47.
*Mundus
dulcis apparet, sed
amaricat.*

Si mella dulcia Mundi recondunt amaritudinem, & dulcedine necant, qua vecordia ducti oculis intendunt mortales dulcedinem quæ primum apparet, & non amaritudinem, quæ ex mundialium fruicione resultat? Quærit Venerabilis Beda quare Dæmō ut seduceret Evam formam assumpsit Serpentis? quare non candorem columbæ, ut suavius attrahere posset blanditijs? Rationem reddidit; *quia Ser-*

pens, qui Evam seduxit, faciem habebat virginæam, sed caudam serpentinam: vidit faciem Eva, sed noluit respicere caudam, faciei virginalis aspectu delectabatur, sed caudæ tabificum non respiciebat venenum, ideo credidit, & fuit incaute seducta; id efficit mundus, facie sua gracili, & apparenter fucata in principio blanditur, sed postmodum in fine interficere solet veneno, & cauda serpentina amatores ejus mordere.

Ab exordio nativitatis fuit objectum dilectionis divinæ Jacob; *Jacob dilexi* signa amoris varia ostentavit Deus in illo, & singulares communicavit favores ita ut adhuc vivens videns Deum sit appellatus: *Vocaberis Israel* idest Dominum videns: unde hoc? quoniam adhuc nascens fratris plantam tenebat, prius vanitatis in Esau figuratæ vidit finem amarum, quam mundialis gloriæ irretitus esset opum apparenti fulgore, quem mundus in exordio præseferre experimur, Jacob mundialis vanitatis pedem tenebat, ideo ab ejus facie non fuit seductus, & Deum visere meruit; Hinc oritur, quæ nos angit vestigia, mundi sitimus absinthium, quia cum Psalmista dicere non audemus: *Omnis consummationis videri finem*. Sed quia fucata illius pulchritudine delectamur, sequimur mundi naufragium, vitæ labentis patimur infortunium, impiæ tyrannidis non invitati ferentes dominium; de Jovis Ammonis fonte retulit Plinius lib. 2. c. 103. quod aliquando frigidus, & ad sitim levandam jucundus apparet, verum nocte fervet, & siti æstuantibus valde est noxius, qui fons Trogloditis solis fons appellatur; Quid mundo similis? Amatoribus, ejusque sitientibus gloriam dulcissimus, & frigidus in initio, paulatim autem tepescit, & ad noctis mediam idest in fine fervet, & amaritudine gaudet. Pindarus Choripheus lyrici chori dicebat expertus, & commune referebat adagium: *Scis quod unum ad bonum mala bina partiantur mortalibus immortales?* Quid ergo quærimus ventos? Populi septentrionales ventum prosperum fertur navigantibus vendidisse. Quid nisi ventos vendunt & emunt mortales, cum mundialibus fatigantur? quid omnia nisi vapor & ventus? Assumprum

prum ergo concludo verbis S. Cypriani tractat. 1. contra Demetrianum: Rectum te Deus fecit, & cum cætera animantia prona; & ad terram situ urgente depressa sint; tibi sublimis status; & ad cælum, atque ad Deum tuum vultus erectus est; illuc intueri, illuc oculos tuos erige; in supernis Deum quære, ut carere inferis possis; ad alta & cœlestia suspensum pectus attolle:



§. V.

Ad contemplationem cœlestium abstractio necessaria à terrenis.

48.

IN eadem sede Deum, & creaturas non posse morari, & Sancti Patres, & quotidiana experientia clamant, ex quo infertur oculum contemplationis obnubilari erga abdita, & arcana cœlestia, si ascendentes ex immundis mundi lacunis foetidos aspiciat vapores *Necesse est*, inquit S. Leo, *de mundano pulvere etiam religiosæ corda sordescere*; sic zelotipia Dominum tenet, quod nolit justis cœlestem lucem oriri, nisi prius exulaverint lucis mundiales, imo potius tenebræ densæ. Prohibuit Dominus fenestras Crystallinas in templo, sed fieri ligneas, & ex densa etiam si inculta materia. Quare hoc? quoniam crystallinæ fenestræ, cum diaphanæ fuerint, penetrarentur à sole, per illas facilis erat radijs solis ingressus, ideo ligneas præcepit fenestras, ne sol materialis templum illustrare contingeret, ubi lux illuminabat divina. Si ergo lux purissima solis non permittitur, ubi irradiat divina, quid cum illustratione cœlesti cœteræ creaturæ?

Iustorum animas in manu Dei velut stellas fulgere, inquit Joannes Apoc. 1. *Et habebat in dextera sua stellas septem*. Quare stellis comparavit electos? Quare non lunæ? Quoniam luna aliquando plena, aliquando in illuminatione decrefcens, aliquando sine lumine tora; stellæ autem æqualiter lucidæ sunt sine vicissitudinis nota; sed quare luna gaudet tanta luminis varietate, & stellæ lucis æqualitate? Ratio est; quoniam luna

cælum habitat terræ vicinum, ideo ex vicinitate terrestri, ideo ex vaporibus crassis, qui ascendunt frequenter à terra, resultant maculæ, quæ solent in luna apparere, ipsumque luminare si pluries plenum, sæpe tamen apparet lumine vacuum, stellæ autem superius stellarum habitant cælum remotissimæ à terra, ideo luce radiant semper æquali; Animæ ergo electorum, quæ dulcedine contemplationis flante divina gratia perfruuntur, stellis, non lunæ merito comparantur, quia semper irradiant quia remotissimæ à creaturis, ut inquit enim D. Greg. vita contemplativa ab exteriori actione quiescens soli desiderio conditoris inhæret, ut nil jam agere debeat, sed calcatis curis omnibus ad videndam faciem sui creatoris Spiritus inardescat, ita ut jam noverit carnis corruptibilis pondus cum inextinguibile portare; totisque desiderijs appetere illis hymnidicis Angelorum choris interesse, admisceri cœlestibus civibus, de æterna in conspectu Dei incorruptione gaudere. De Eliotropo, quem solis florem appellant, refert Plinius apud Ægyptios habitum odio, Quare is flos male olet apud Ægyptios; qui solem velut Deum colebant; quoniam flos iste oculos figit in solem, sed radices jacit in terram, deo odio habetur à colentibus solem, quia amat componere cælum cum terra, contemplative solem non separatus à terra: Nullus ergo ad contemplandum radios solis divini elevabitur, nisi prius studeat creaturis vacare. *Impeditur enim actus contemplationis*, inquit D. Thomas, *in quo essentialiter consistit vita contemplativa, & per vehementiam passionum, per quam abstrahitur intuitio anime ab intelligibilibus ad sensibilia, & per tumultus externos.*

Negotium excelsum contemplationis delicatissimum est, de quo Isaias 56. *Sabbatum delicatum* otium enim est maxime operativum, cui obest creaturæ vel minima affectio, voluntariæve cogitatio: ut D. Augustinus dulcedinem contemplationis gustaret, silentium passeribus imponebat, *Utinam taceant* dicebat à dulci musica passeris impeditus, cui consonat S. Arsenius ut in vit. P. 2. p. *Vere si quis sedet, ajebat, & audierit vocem avis, non habet cor ejus emittit quietem. Si avis musica contem-*

Ad contemplationem necessariam solitudo.

tionem impedit, quid tumultus creaturarum? Unde Magdalena, quæ optimam contemplationis partem elegit, etiam Angelorum renuit consolationem, quærebat creatorem, ideo grave ei erat creaturam videre, ut inquit Alb. Mag. de paradiso. animæ; quia omnis creatura quietem illius turbabat, cui unum fuit ei necessarium, & satis; 3. Reg. cap. 17. præcepit Dominus Eliæ, ut recederet, iterque arripere in desertum: *Recede hinc, & vade contra orientem, & absconde in torrente Carith.* Alia opportunitate 3. Reg. 19. cum Elias intra speluncam maneret, præcepit Dominus antra deserti deserere, & confugere ad civitatem: *Quid hic agis Elias? Vade, revertere in Damascum.* Quid hæc? si solitudinem Dominus intimavit Eliæ, cur præcipitur aulam intrare? Ratio est quoniam, cum deserere desertum jubetur Elias, necessarius erat in aula, exercendus in vita activa, ut coronaret Reges, ungeretque Prophetas, ut constat ex textu, quando vero præcipitur habitare desertum, voluit Dominus in vita contemplativa occupari, *Ut ipse contemplaretur*, inquit Abulensis q. 21. super illum locum, *& aliquando Angeli ei apparerent.* Vita autem contemplativa summam abstractionem exposcit, ideo deserti secretissima antra præcipitur habitare, quia non compatitur tumultus externus cum contemplationis quieto silentio, nam ut inquit D. Gregorius, non stat elevatio mentis ad Deum, si cogitur infimis attendere, & exterioribus, nam multum deorsum ducimur, dum locutione continua sæcularibus admiscemur, ideo Elias cum præcipitur contemplari divina, præfigitur pro domicilio spelunca, quia nequit mens in cœlestibus conversari, nisi ab omnium mundalium strepitu vacet. *Hoc enim faciebat*, inquit Chrysost. hom. 8. ad pop. Antioch. *crudiens nos in orationibus quietem construere nobismet ipsis in solitudine multa.*

10.

Sic necessarius est ad vitam contemplativam à creaturis cunctis recessus, ut non nisi in solitudine constitutis cœlestia manifestet Deus arcana: ut Saulus à Deo vocatus divina videret arcana, lumen oculorum amisit, quia, ut notavit D. Ambros. lib. 2. de Abraham cap. 9. desinit audire sæcularia, qui in-

cipit audire divina; Ut ad cor loqueretur Sponsa; ducit in solitudinem. *Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor ejus.* Petenti Moyse eximium dilectionis favorem: *Ostende mihi faciem tuam*, annuit Deus dummodo intra cavernam petrae se absconderet, juxta Abulensis expositionem *Ponam te in foramine petrae*; oportebat enim cessare à negotijs regiminis, ut supremi divini regis foveretur præsentia: *Tu campus divini prælij* (sic solitudinem alloquebatur D. Basilius trac. de vita solit.) *spiritualis arena certaminis, palestra fortiter dimicantium luctatorum; ubi spiritus cum carne congregitur, & fortis ab infirmo superatur*: Fidelissimum se exhibuit erga Dominum servus Abraham, patriam reliquit, & cognatis, & amicis pro Deo generose exulavit, & tamen meritis tam excelsis nullum vidimus Abraham à Deo communicatum favorem; postquam autem Abraham pepigit cum Loth. terra inter ambros divisa cap. 13. cœpit Deus singulares suæ beneficentiæ effundere super Patriarcham favores, Quare nunc, & non antea? Rationem reddit textus: *Postquam divisus est à Loth.* Antea Abraham servus fidelissimus erat, sed comitem Loth et si justum habuerat, ideo menti occupatione solitudineque præventæ non Deus apparet, nec internas communicat immisiones cœlestes, postquam autem divisus est à Loth, solus mansit, & cœpit aptior esse communicationibus supernis & interioribus, quia ut inquit D. Greg. Dum ad ea, quæ foris sunt, per solitudinem vigilamus, interna, & spiritualia non sentimus. Repulsio itaque terrenæ curæ præparatio est nostra ad perceptionem supernæ gratiæ, quia in electis eo sit uberior infusio divini muneris, quo mens fuerit purior per custodiam internæ meditationis; postquam ergo Abraham separatus est à Loth, à sollicitudinibus cunctis cessavit, repulitque negotia terrena, à frequentibus cum Loth locutione vacavit, ideo cœpit favoribus cœlestibus jucundari, quæ omnia Loth justus impediabat societas; hanc autem societatem & si sit sanctissimi viri non compati cum summa ad contemplationem necessaria abstractione judicavit D. Bernar. lib. de inter. domo. c. 46. *Utinam, inquit, nullus homo*

homo esset mecum exterius, ut familiaris possem loqui cum Deo interius.

Præcepit Dominus corvis ut sustentarent Eliam: *Corvisque præcepi, ut pasceret te ibi.* Quare non utitur Deus columba, ut cibum ministraret Eliæ? quare utitur ministro voraci? Quoniam columba est avis, quæ habitat urbem, corvus autem avis est solitaria, sed quid hæc? Non parum esse solitariam intererat; Elias namque in eremo erat, ubi contemplationi ex præcepto divino vacabat: *Abcondere in torrente Carit.* Ne ergo distraheretur Elias, avem solitariam elegit, ut cibos ministraret Eliæ, non columbam, quæ avis est urbium, vifaque ab Elia posset memoriæ recollere civitatem, & de illa aliquantulum cogitare, quod autem solet revolvere cogitatio, magnopere distrahit deditum cœlesti contemplationi, sicut de se refert eximius Doctor Hieronymus *O quoties, inquit, ego ipse in eremo constitutus putabam me Romanis interesse deliciis, & sæpe choris intereram puellarum.* Quicumque ergo mundi cogitationes non comprimit, mundum inhabitat, non desertum. *Vitulum in Ægypto factum,* inquit Basilii Seleucensis: Quare si in solitudine fuit formatus, in Ægypto dicitur fabricari? quia cor fabricantium in Ægypto manebat, cogitabant de idolo Apis, qui apud Ægyptios adorabatur, ideo non tam vitulus deserti ubi fabricantes corpore aderant, quam Ægypti, ubi fuerant per affectionem, dicendus erat. Nec est reperiri sanctitas singularis nisi abstractionem summam requirat. Quærenti margaritas cœli regnum assimilatur: *Quærenti bonas margaritas,* ut ex margarita disceret gradus, quibus conscenderet gloriam, inveniretque cœlum: nulla namque peregrina est margarita, quæ statim occultari non ambiat, testeque Plinio piscatoris refugit manum, afferit enim ille concham prævisa manu apprehensura sese continuo comprimere, utpote suas operturam divitias, gnaram scilicet quod harum causa impetatur. Hanc margaritæ expedit imitari mirabilem proprietatem, qui rore immisionum cœlestium desiderat pasci.

Non omnibus autem licet solitudo vivendi, in aliquibus repugnat con-

ditionis status; ijs autem non nocet solitudo si ad illam coguntur ex munere, & ministerio; ut inquit Ephren Syrus lib. de pœnit. Non combussit, inquit, tres pueros caminus ignis, neque ille nocet tibi, si causa præcepti; aut ministerij ad communem utilitatem pertinentis; in civitate, & in pago, & in castello versatus es. Præcipue tamen Sacerdotibus hæc abstractio proficua est, sed religionis maxime necessaria. Aman post regem primus in aula, auceps stolidissimus gloriæ; quia Mardochæus universam ejus deprimebat superbiam, nolens ad ejus transitum genua curvare, in Hebræorum sanguinem tyrannice conspiravit; concitatus Mardochæus communis populi cladis in palatij foribus sine honore jacebat; Quare non ingreditur aulam vel coram rege justitiam contra tyrannum imploraturus, vel ut Ester interponeret pro gente sua advocatam? rationem reddit textus: *Non enim erat licitum indutum sacco aulam regis intrare:* quia cuius indecens videretur, si Mardochæus habitu pœnitentiam profitens sicut cæteri appareret in aula, quis non in derisum haberet hominem sacco indutum videre, & velut aulicum cōversari. *Non enim erat licitum.*

Nazaræus Jeremias plorabat quod in sordes transmutaverint gloriam, quod cum fuerint ebore rubicundiores, candidiores nive, nitidioresque lacte, & saphiro pulchriores, super carbonibus sint denigrati: *Denigrata est super carbonibus facies eorum.* Unde tam repentina mutatio: quare candor nivis, lactisque nitor, puritas & pulchritudo saphiri carbonibus abducuntur nigredine? Quia visi sunt in plateis non sunt cogniti pro Nazaræis, inquit Guilbertus Abbas serm. 47. in Cant. *Frequentia platearum dedecorat Nazaræos, & peregrinam speciem inducit;* Mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum, ideo non agnoscitur in eis natus color, candor, nitor, rubor, & pulchritudo, sed denigrata est super carbonibus facies eorum: Quando viri religiosi quasi sepulti sunt cellis, si forsam raro in vicis, & rarissime aliquando visi sunt in plateis pro signo sanctitatis cogniti, & celebrati sunt, sed si plateas frequentent, curruentque palatia non sunt co-

gniti in plateis. Pro Nazaræis, quia nullo religionis discrimine, nullo privilegio conversationis, aut nullo, aut per tenui distincti, à cæteris sunt signati: Summa fuit infœlicitas piscis illius, quem D. Petri prendidit hamus, Quare inter tot infœlicissimus iste? quia iste cæteris magis vagabat, *qui prior ascenderit*, reliquit centrum aquarum, ubi securus, & incolumis fervaretur, ideo vulnerato, ruproque pectore perit, & prehensus est hamo piscantis: Centrum est cella religiosissimis viris, ubi securitate gaudent tranquilla, ibi enim Deo sacratu in mentis arce constitutus hostis Dæmonis illudit insidias, ut inquit enim D. Nilus: imperforabilis manet à sagittis inimici, qui amat quietem cellæ, qui autem miscetur multitudini, crebra suscipiet vulnera.

Qui ergo deserta solitudine spiritus, se negotiis immiscet, & tumultibus civitatis, amittit confestim spiritus libertatem pretiosam, & induit miseram servitutem. Psalmo septuagesimo David hæc apponitur superscriptio. *Psalms David & filiorum Jonadab, & priorum captivorum* sed non constat hujusmodi filios Jonadab tolerasse captivitatem. Quare ergo dicuntur captivi? D. Hieronymus explicat eleganter captivitatem hujusmodi. Cum enim Hierosolyma Assyriorum obsidionem subiret, ne filij Jonadab qui formam nonnullam religionis congregati servabant, & separati à civitate vivebant, ne in manus inciderent hostium, ad Hierosolymam confugerunt, ad hanc ergo fuerunt captivitatem reducti. Sed quis captivitatem vocavit confugium ad cognatos, & cives? Quæ foelior libertas, quam fugere Assyriorum catenas? Verum merito dicitur servitus, & captivitas; hi enim vitam solitariam viventes ab omnibus abstracti libertate spiritus fungebantur, ubi autem incolere civitatem cœpere, compedibus sæcularium irreciti servam libertatem senserunt, & sub captivitate gemere, ideo durior fuit captivitas civitate libere frui, quam inter Assyrios servare. *Post solitudinis libertatem vrbe quasi carcere sunt reducti* inquit Hieron. vagatio namque sensuum spiritus libertatem propulsat.

Hinc oritur origo immissionum celestium, quibus mirabiliter Deus amatores suos inungit, quanto amplius enim quis foras, tanto minus pane cœlestis communicationis cibatur; Quare Moyses tam singulari favore ditatus, ut meruerit loqui cum Deo: quia claudabatur in nube, quando intrabat Moyses in nubem, loquebatur cum Deo; quando autem exibat de nube loquebatur cum populo, si religiosus cella claudatur, facilis est ad loquendum cum Creatore, si vero à cella egrediens vagus incedat, anxie appetet sæcularibus immisceri: Oleum defecit Virginibus fatuis: *quia lampades nostra extinguuntur exierunt.* Viduæ Elisæi superabundaverat oleum. Quare hoc? quia fatuæ domum exierunt, vidua Elisæi intra cubiculum mansit, rigorosam clausuram servavit: *Clausit ostium* ideo illis oleum charitatis defecit, & viduæ superabundavit; quia anima sancta non erit specialiter à Deo dilecta, nisi fuerit singulariter clausa, ideo ut meruerit Sponsa dilecta appellari, prius fuit, *sponsa signatus, & ortus conclusus* cognominata; ubi Sponsus vidit animam clausam appellavit amicam: *Surge propera amica mea*, eam invitat, & amicam vocat quia seipsam concludere novit. Pastor ille bonus nonaginta ovibus derelictis sylvas fatigat, & peragrat campos ut errantem quæreret ovem; Amisit mulier dracmam, & tamen non quærît in calle, & plateis; Quare hoc? quoniam mulier certissime non foris inveniendam dracmam cognovit, nec amissam esse in platea, quia cum mulier illa micaret virtute, domum non reliquerat, nec exierat ab ea, ideo solum domi inquisitionis multiplicat diligentias.

Præcipue tamen Virgines, & moniales hæc debet abstractio, & clausura concomitari; Ad eximium favorem invitat Deus animas sanctas, ut videant nempe, & perfruantur sua divina præsentia: *Videte regem Salomonem.* Quas alloquitur? Quibus Deus se amat communicari? filiabus Sion; sed quibus? ijs à quibus servabatur clausura, *Egredimini filia Sion*, ijs quæ domi concludebantur, non quæ respicerent per fenestras, hæc namque indignæ habeantur tam singulari favore. Sponsus dicitur flos campi. *Ego sum flos campi,*

Clausura mulieribus necessaria.

& hortus sponſa conclusus dicitur, quare sponſa non dicitur floridus campus? Quare hortus conclusus? Quoniam sponſus cum eſſet vir flos eſt publice expoſitus, ut odor ejus, quo fuerit communis, eo ſit magis proficiuus, at sponſa cum fuerit virgo non floridus eſſet hortus, niſi fuiſſet conclusus, nec fructus boni communicaret odoris, niſi pudor illius eſſet murali ſepſus. Non enim pulchra virginitas eſt, niſi muro caſtitatis vallata, nec hæc ſecura niſi intra domum conclusa. *Postulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicina ſua*, inquit Deus Moysi, *vasa argentea, & aurea.* Quare vir ab amico, & foemina non ab amica? Quoniam conſuluit Deus honestati mulierum, ſi peteret ab amica, forſam loco diſtaret, & foemina cogere- tur vagare, ut ergo ſe intra fines domus mulier contineat, præcipitur à vicina petere, quæ parum à domo diſtat, amat enim Deus in foeminis intra domum clauſuram, & à con- curſu ſecefſum, neque aliter divino ſponſo gratæ apparebunt.

Foemina ergo quæ continue vaga-

tur, appetitque videri, tantum abeſt apta eſſe divinæ communicationi interiori, quin potius pluribus vult expo- poni periculis, amatque animæ rui- nam, ſi namque pomum in ligno non eſſet viſum; nec Evâ appeteret, nec ſuſtuliffet de ligno; pulchritudo ſi videtur, ſine dubio periclitatur, & prophanari continget; dum Susanna fuit domi clauſa nullum periculum eſt experta, dum à ſenibus inculpa- biliter viſa, coepit periclitari ejus con- ſtatiffima pudicitia. Nec Dina ſe plan- geret violatam, niſi amaret videri; & à Sychimætiſ mutuo videri; pulchri- tudo quæ magis ignoratur, eſt excel- lentior. Judith Holofèrnem non ſu- peraret, niſi à clauſura diu ſervata non proceſſiſſet ad caſtra; O utinam foemina imitarentur Luciam quæ oculoſ eruit, non tam ne viderent, quam ut ne fuiſſent viſi, ne cæcarentur; voluit voluntarie amittere lumen, caſti- tas namque pluries periclitatur viſa quam videns, veneno baſilifcum ex- cedens, qui videns necat, necatur viſus, mulier autem vaga, & videns, & pariter viſa perit.

Foemina
appetens
videre, &
videri pe-
riclitatur.

Ex Genes. cap. 2. *Evam in adjutorium hominis condidit Deus.*

Gen. 3. *Ab Eva Adamo omnis ruina.*

Hujusmodi antilogia ex expoſitione ejuſdem in ſenſu morali conciliatio- nem accipiet.

Ex Genes. cap. 2. *Requievit Dominus ab omni opere quod patrarat.*

Joann. 5. *Pater meus usque modo operatur.*

TEXTUM Joannis cap. 5. Omnes ex- poſitores, ut inquit Maldona- tus ſic exponunt; *usque modo operatur*; id eſt etiam die Sabbati, quod enim di- ctum eſt Genes. 2. & Exod. 20. Re- quieviſſe Deum die ſeptimo, *ab omni opere quod patrarat.* Non eſt intelli- gendum, quali poſtea nihil egerit. Pro- ducit enim etiam nunc in montibus fœnum, & herbam ſervituti homi- num, Pſalm 148. *& Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, & pluit ſu- per juſtos, & iniuſtos*, Math. 5. Sed ceſſaſſe tunc à novis generibus re- rum efformandis, quemadmodum ſex diebus fecerat. In hanc ſenten- tiam Origen. tom 28. in Numer. Amb.

libr. 7. in Luc. capit. 13. Auguſt. hic, & lib. 4. Genes. ad litter. cap. 10. & 12. conveniunt.

Aliter conciliari poſſunt noſtræ an- tilogix textus, illud Joan. *Pater meus usque modo operatur*, idem innuit ac ſi Chriſtus dixiſſet, nullum Patri, nul- lum ſibi ad agendum tempus eſſe præſcriptum, omnes homines tem- pora ſua ſibi conſtituere, ut agant, & ut requieſcant, Deo non eſſe datam legem, poſſe pro ſuo arbi- trio, & quandocumque voluerit age- re, quia dominus Sabbati, dominus etiam temporis eſt, à nullo pendens, nulla tenetur lege.

Genes. 2. *Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat.*

Textus iste antilogiam imbibere apparet, quoniam complere, est aliquid quod deficeret, facere, non ergo sex diebus, sed septem universa formavit. Septuaginta aliter legunt, nempe die sexto. Responder R. Simon Ben. Yobay, quod ultimum diei sexti primum est instans Dei septimi, & sic complevit septimo exclusivè, & sexto inclusivè. Rab. Gueniba aliud verè somniavit, inquit enim nulla firmitate gaudere cuncta quæ sunt naturalia, si illis defuerit anima. Die ergo septimo illam infudit Dominus universo, quod propriè non dicitur opus R. Levi, ubi Vulgata *complevit*, & in Hebræo *Vaybal*, legit ipse *Vehamid*, idest, desideravit operis ejus conservationem.

Genes. 2. *Posuit hominem in paradiso, ut operaretur, & custodiret illum.*

Facilis est (inquit Pererius) difficultatis hujus enodatio. Ista namque innocentiae operatio jucunda esset, & non laboriosa. Cumque etiam id temporis vitam animalem agere deberet homo, nec semper Dei

Genes. 2. *In quocumque die comederis ex eo, mortem morieris.*

Mortem corporalem Adamo minatum Dominum sentiunt communiter Patres, & inde Rabbinii colligunt, quod in Hebræo, *Moriendo morieris* reduplicatur: ut habetur in illo dicto Abimelech, Genes. 28. & Reg. 3. cap. 2. dixit Salomon die quo transgredieris Cedron moriendo morieris. Constat autem Regem corporalem solam poenam imponere posse. Sicut Nathan Davidi inflixit, cum dixit: puer tibi natus moriendo morietur. Ubique ergo duplicata comminatio poenam tantum corporalem confirmat. Hanc ergo minatus est Deus Adamo, si violaret præceptum.

Theodoretus quæst. 38. in Genes.

Exod. 20. (& ex Genes. 1. *idem constat*) *sex enim diebus fecit caelum, & terram.*

Aben Ezra asserit, quod *complevit*, non est opus facere, sed fecisse, probat, quia Exod. 12. dicitur *primo die non eris fermentum in domibus vestris*. Quod sic intelligitur. Non quod eo die eijciatur extra domum, sed quod jam sit expulsus, quia præceptum azima edendi, à nocte primum diem Paschæ præcedenti initium ducebat, & septem diebus durabat. Unde *complevit die septimo*, idem ac sexto die omnia fuisse parata valet. Isac Abrabanel, quod ultimum complementum operum naturalium fuit benedictio, sine qua nihil sanciscitur ultimum suæ creationis finem. Complevit igitur die septimo, non operando, sed benedicendo.

Genes. 3. *Maledicta terra in opere tuo.*

Quasi operari pena fueris peccati.

contemplationi valeret intendi, varias per membra corporis obiret actiones, omnium plenissima fuisset jucunditatis, ac voluptatis agricultura, quæ in admirationem providentiæ divinæ extollere solet.

Genes. cap. 5. *Nongentorum triginta annorum vita functus est Adam.*

Non statim (inquit) mortuus est Adam post transgressionem, verumtamen decretum, & sententiam mortis sacra Scriptura mortem appellat. Itaque cum primum comedit, Dei sententiâ obnoxius fuit supplicio mortis in singulos dies atque horas, velut reus mortis ipsam mortem expectans. Etenim nisi comedisset, potuisset non mori, imò nunquam mortuus fuisset, ac postquam comedit cibum vetitum, non potuit effugere quin aliquando moreretur.

Verius judico juxta id quod jam tetigit D. Gregor. hom. 37. in Evang. statim atque Adam peccavit, mortem actualem incurrisse, quoniam corpus veste nuptiali justitiæ originalis expoliatum


poliatum miseras hujus vitæ sentire
cœpit, frigus, calorem, & alia usque
ad mortis lapsum, quod est incipere
mori, ut bene sentit 2. Reg. cap. 14.
mulier illa. *Omnes morimur, & quasi a-
qua dilabimur.* Sic ubi supra Gregor.
temporalis vita æternæ vitæ compara-
ta, mors est potius dicenda, quam vi-
ta. Ipse enim quotidianus defectus
corruptionis, quid est aliud quam
quædam prolixitas mortis? Corpus
igitur Adæ in eodem statu perman-
sisset, nisi ipse peccasset, non enim pau-
latim fuisset dissolutum, aut viciatum,
& ad mortem delapsum: at post pec-
catum cœpit paulatim dissolvi, & cor-
rumpi, & ad interitum fluere, & ex
eo tempore mors ei cœpit dominari.



E X P L I C A T V R
Gen. c. 2. in sensu morali.

S. I.

Labores à femina viro proveniunt.

i.  VA à Deo creata adjutorium
erat Adamo ad proles genera-
tionem; hoc sensu intelligi-
tur capitis secundi primæ antilogiæ
textus. *Adjutorium simile sibi*; verum
utens libero arbitrio & dæmoni ere-
dens, & à muliere, quæ vidit lignum,
curiositate decepta, & à viro, qui
vocem uxoris audivit, ortum est, &
propagatum in terra peccatum, &
ruina naturæ universæ misere irrepsit
in mundum. Unde infertur foeminam,
quæ à conditore naturæ formata est
in adjutorium mariti, ex vitio depra-
vatæ naturæ verti solet in ruinam,
ubi Vulgata legit: *Faciamus ei adjuto-
rium* Caietanus ex Hebræo legit: *Fa-
ciamus ei auxilium contra ipsum.* D. Au-
gustinus advertit aliquando in sacro
eloquio carnem pro foemina poni,
sicut spiritus pro marito, quia sicut
caro concupiscit contra spiritum, sic
maritus, & mulier sibi invicem ad-
versantur. Maximum ergo est matri-
monium aliquibus adjutorium, sed
alijs gravissima crux, quam subeunt
nonnulli, cum sperarent ex conjugio
solamen. Ideo Socrates à juvene de

*Matrimo-
nium crux
gravis.*

matrimonio ineundo consultus, in-
quit: *Pisces, qui adhuc intra massam non
sunt, volunt intrare, qui autem jam
intus sunt, volunt exire, vide ne idem
tibi contingat.*

Sicut plaga ergo mortis est mulier
mala, sic pariter corona viri est mulier
optima, si forsan reperta sit sine im-
perfectionibus concomitantibus se-
xum. De malis intelligitur Cato di-
cens. *Si sine mulieribus mundus esse pos-
set, vita nostra non esset sine Dijs.* Simi-
liter Philipides Philosophus, cum
inquit: *Bini cum uxore jucundissimi sunt
dies, alter quo ducitur alter quo mor-
tua affertur.* Bella ergo quæ inter foe-
minam & virum solent esse frequen-
tia, ex facilitate sexus & volubilitate
naturæ solent oriri, & quia maritus
vaniloquium uxoris fert ægre, &
uxor omnia quæ videt, suspicatur
infirmè querula zelotypiæ. Unde ex
quodam Philosopho dicebat Erasmus:
*Tunc matrimonium esse tranquillum,
si surdus fiat maritus, & cæca sit uxor.*

*Mulier
mala
mica ma-
riti.*

Fere omnia discordiarum, & con-
tentionum genera à foeminis oriun-
tur quotidie, & sicut ab illis humano
generi patescit aditus ad vitam, sed
magis ad mortem sternitur via; pro-
pter Helenam tota Phrygia, & Græ-
cia convulsa est. David ex pacto de-
dit Saul in uxorem Michol post de-
bellatum Goliath. Quare infidus Saul
stetit promissis, cum odio habuerit
David, quem Philistinis tradidit oc-
cidendum si nimis filiam amabat, qua-
re tradidit inimico? Quoniam magis
oderat David, quam amaverit Mi-
chol, voluit vindictam sumere de Da-
vid, & nullum excogitavit majus
potuisse accidere malum, quam nu-
bere uxori, conjugio namque credi-
dit citius David pereundum, quam si
Philistinorum manibus traderetur.
Dabo eam illi, ut fiat ei in scandalum,
nullus enim infensior hostis, quam
fuerit uxor marito, amoris namque
illius cito supervenit odium, & for-
tius persequitur quo impensius solet
amare: Optime Juven. *Mulier sevis-
sima tunc est; cum stimulos odio pudor
admovit.* Unde queri posset homo,
quod mulier potius ad perniciem,
quam ad adjutorium sit nata; ad bel-
la potius, quam ut pacem in conjugio
stabilizat.

1 Reg. 22. 22

Quid

Quid si conjux fuerit deformis, & imperfectionibus naturalibus alijs laborare contingat? Felicitates namque matrimonij si forsam reperiantur quandoque sic limitatæ sunt, ut conjux venustate indoleve honestateque ornata brevis sit duracione, & quasi æterna si sit deformis; quod marito dirum martyrium est. Mortua est Rachel, & non legitur Jacob deplorasse; Quare Jacob, qui ardebat Rachelem, obitum non lacrymatur? Quare ad conspectum marcentis rosæ non erumpit in lacrymas, & suspiria? Quoniam aliud dirius patiebatur Patriarcha martyrium, ad conspectum acerbioris doloris mitiorem cruciatum non sensit, magis enim cruciatur superflite Lia, quam à Parca Rachelis vita succisa ideo lacrymas effundens ob acerbiorē dolorem, minori contempto non deploravit immanitatem mortis, quæ velut pruina crudelis florem erumpentem Rachelis decoxit, sed superstitis Liæ deformis diuturnam, & quasi duracionem æternam. Lia *lipis erat oculis*, Rachel pulchritudinē, & venustate mirabilis, illa ætate major, prior ad nuptias, sed ultimo deputatā ad sepulchrum. Hanc ergo infelicitatem Jacob in suo matrimonio deplorat, non quod rosa in Rachel marcesceret venustatis, sed quod spina deformitatis diu duraret in Lia. Optime Emm. Thef.

*Aurora soboles Aura pulcherrima
rosa*

*Pascitur, atque perit cum genitrice
rosa.*

*Spina sed in longum videns salicior
arum*

Hæres decidua vivit acerba rosa.

*Hoc natura licet? spinam servare
nocentem,*

*Atque hilarem subita plectere morte
rosam?*

*Est rosa flos Veneris, venenrisque si-
millima flori*

*Quod crucias longam est, quod placet
exiguam.*

Ad concilium illud gloriosum, quod celebravit Dominus in Tabor Moyses & Elias fuerunt vocati, Moyses & Elias. Quare viri diversa conditione

vocantur? Quoniam virgo fuerat Elias, Moyses autem martyr; Elias pro virginibus quorum status appellatur concinuum in vita martyrium, Moyses pro patientibus, quorum status est sine sanguinis effusione martyrium; sed quare Moyses dicitur martyr? quod subiit tyrannorum martyrium? D. Chrysostom. serm. contra Judæos, Moyses non uxorem habuit; Elias non ne virgo erat? Si ergo Moyses duxit uxorem, quod potuit excogitari dirius martyrium? quis crudelior uxore tyrannus? Quid non patitur, qui affectuum tolerat fœminæ varietatem; jam irascitur, jam ridet, jam deflet, nunquam in eodem statu permanens, plures quam Prothæus formas assumit in consumptionem mariti? Optime applicandum, quod de Luna refert Plutarchus, hæc enim vestem petijt à matre sua Latona, vocati factores ut confluerent vestem accommodam Lunæ, cum animadverterent Lunam modo pleno orbe conspicuam, modo semipleno, modo penitus macilentam nemo ausus monstro tam instanti accommodam conficere vestem. Quid possit clarius exprimere fœminæ varietatem? Modo namque pia, modo iracunda, modo lugens, modo ridens, & solum constans in cruciando marito. Ideo citra miraculum uxor & maritus nequeunt reperiri concordēs.

Quando nomen impositum est à parentibus Joanni inquit Evangelista omnes miratos esse: *Ioannes est nomen ejus, mirati sunt omnes.* Quare non stupent, cum sterilem viderunt fœcundam, loquique mutum, quia viderunt fœminam & virum concordēs, mirati sunt cum circa nomen pueri cum viro uxorem concordare viderunt, & non cum audiunt verba proferre mutum; difficilius enim arbitrati sunt adstantes fœminam & virum in aliquo convenire, quam quod mutus fuerit locutus, ideo non stupent cum mutus loquitur Zacharias, & mirati sunt cum ex mutuo parentum consensu puero imponitur nomen *Ioannes est nomen ejus, mirati sunt omnes*, quia nil frequentius, quam in conjugijs discordiæ.

A fœmina ergo viris cuncta damna dimanant, unde explicans illa verba Christi:

3.

4.

Christi. *Ubi posuisti eum* inquit Severianus Gabaliensis lib. 8. epist. 42. *Ubi posuisti eum per increpationem quasi dixit, quod mortuum Lazarum, ubi posuerant requisivit: ac si aperte Eva culpam memorans mulieribus diceret: Ego vitam in paradiso posui, quem vos posuistis in sepulchro.* Quali à feminis dimanet hominibus ruina. In genealogia Christi quam texuit D. Lucas, nulla texitur femina, in arbore quam D. Matthæus descripsit, quatuor referuntur mulieres; quare hoc? Quoniam Lucas scripsit Christum Dominum hominem ascendentem in cælum, incipiens ab Adam, & in Deo terminans genealogiam, in scala ergo qua homo ascendit ad Deum oportet ex feminis nullam referri, quia ulla non est, quæ gradus sit ad ascendendum in cælum; Matthæus descripsit Christum descendentem de cælo, ideo in genealogia plures feminas miscuit, quia in scala, qua homo descendit de cælo, sunt præcipui gradus mulieres, nil ad cadendum sicut femina juvat; quia à mulieribus vitis provenit ruina superius moralissime dictum intellige.

Tentavit Christum Dominum dæmon, & inquit D. Ambrosius desperasse viatoriam, sed certissime credidisse Adamam in paradiso vincendum: sed hoc difficile apparet: quoniam dæmon Christum Dominum non arbitratus est Deum esse, unde armis Adamo credidit inferiorem, quem in paradiso invasit originali iustitia præditum, & intellectus summa claritate conspicuum; quare ergo de Adamo speravit decantare victoriam, & Christum vincere desperavit? quia in paradiso femina aderat, à quo omnis iniquitas viro, & aberat in deserto, in paradiso cum Adam diabolus dicebat, in deserto, cum Christo, ubique insidiatur homini, ubique congregitur, sed ubi mulierem invenit victor abscedit; inquit Ambr. ser. 39. *In deserto salvator implet Dei mandatum, ut ibi Adam salvaret errantem, ubi fuerat de paradisi possessione dejectus; in deserto ergo primum homini salus refunditur, ubi non sunt epula, ubi desunt delicia, ubi quod est omnium malorum causa, deest mulier.* Ideo ergo in deserto desperavit victoriam, quia dæ-

mon feminam non habuit sibi adjutricem, ab ista enim origo homini casus, & ruinæ.

Quando vero femina moribus conspicua contigit viro, pacificus status, & foelicissimus est conjugium, & tunc æqualiter micant: *Fecitque Deus duo luminaria magna* inquit Moyses, quare utrumque magnum, si sol excedit Lunam in splendoribus? Quia amico foedere micant, sol præsidebat diei, noctique Luna amicabili unione, quin invicem se perturbent, æqualiter micant, quia dum pares sunt in concordia, videntur æquales in luce; Femina instar Lunæ domesticos intra domus parietes, nocti prædens id est domi regat, vir instar solis foris agenda gubernet, quin invicem se perturbent, erit femina luminare magnum, & æquali cum viro splendore. Pluries tamen in matrimonio femina solet esse bene morata, & vir incompositus moribus, jugumque totum conjugij feminae humeros onerare. Hujus imago fuit matrimonium, quod cum Rebecca celebravit Isaac, Hebraicè namque Isaac *risus* interpretatur, & Rebecca patientia, ut innuat quoties matrimonium inter conjuges celebratur, risum copulari patientiæ, vir namque suæ dominus libertatis, suarumque actionum unusquisque arbitet, risus est quoniam ludis occupatus, illecebrisque distractus, in cunctis rider, mulier autem domo reclusa, filiorum dedita educationi, negotiis domesticis occupata, & insuper viri tolerans distractiones, pluries convitia & frequenter ictus, & percussiones, est patientia, quid dirius quam risui copulari patientiam, Isaacque nupsisse Rebeccam.

§. III.

Mulier inconstans & vana.

NON minus lepide quam satyricè de muliere quidam scripsit: *Quid levius fumo? Pulvis. Quid pulverez Vetus. Quid victor? Mulier. Quid mulierez nihil.* Fumo, pulvere & vento levior est mulier, & inconstantior. *Signum magni apparuit in cælo, mulier amicta sole, & Luna sub pedibus ejus. Miratur*

ratur Joannes prodigium, & veluti miraculum refert. Mulierem aham Salomon refert, quæ solem, & Lunam luce, & pulchritudine æquabat, & tamen non admiratur, nec visa est Salomoni mulier ista prodigium. *Pulchra ut luna, electa ut Sol.* Quare ergo Salomon sine admiratione commendavit mulierem, & Joannes clamat cum stupore: *signum magnum?* Ratio est: Quoniam Joannes non miratur lucem mulieris, sed cum stupore illius videt constantiam, vidit solis instar collucentem mulierem; *Amiça sole.* Et tamen sic stabilis erat, quod Lunam symbolum inconstantiae sub pedibus collocaverit: *Luna sub pedibus ejus.* Hoc ergo vitium est illi prodigium, & supra volubilitatem scemineæ naturæ; cui innata est superba præsumptio, præcipue si pulchritudine excedat.

7. Opiparum Assuerus celebravit convivium, & ut celeberrimum foret Vasthi reginam invitavit ad illud: verum ipsa venire contempsit, noluitque obtemperare regis imperio: *Venire contempsit:* sed quare scemina, quæ pondere naturali à cunctis amat videri, renuit invitata venire, ubi tot Principes affidebant? Rationem reddit textus: *Erat enim pulchra valde.* Ubi se vidit pulchram, præsumpsit superbire marito, & regi imperare, nolens obtemperare; Hinc ruinam passa est mater viventium Eva: Quare priusquam ederet pomum, non invitavit maritum? forsam si consuleret virum, non esset à serpente decepta, quare prius comedit fructum: Rationem reddunt Rabbini; *Volebat prior in Deum transformari* majoratum supra virum vanissima appetijt, ideo dum major effici cupit ruinam passa est, & mundum & Adamum perdit; vidit se pulcherrimam Eva, vidit dotibus micare naturæ, & illico appetijt imperare marito. Pulchra namque scemina crux est intolerabilis ipsi marito etiam defuncta.

8.

Jam jam morti vicinus Jacob præcepit ut sepeliretur cum Lia: *Sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hezthai, ubi & Lia condita jacet.* Quare noluit cum Rachel tumulari Jacob? Quare defunctus non quaerit Rachel, cujus

vivens ardebat amore? Quare non in Belem, ut vicinior esset tumulus ejus loco, ubi Christus fuit crucifixus? Belem namque minus distabat à Gologtha, quam Ephron, cum Belem duabus leucis, Ephron autem decem confiet distasse, ut inquit D. Augustinus: *Dicunt ab eo loco abesse locum, ubi Christus crucifixus est, fere triginta milibus passuum.* Ratio, quare cum Lia non cum Rachel voluit sepeliri Jacob, ea est, quia Rachel pulchra fuerat; quoniam cum se formosam videret, intolerabilis erat, jam liberos postulabat, jam mandragoras appetebat, Jacob vanis impetebat querelis, Liam passim contemnens, hinc jurgia, hinc domesticæ lites, ideo vicinus morti, ubi oculatissimus erat, elegit tumulari cum Lia, & fugit etiam mortuæ societatem Rachelis, melius illi fore arbitratus lippam ferre & deformem, quam tolerare pulchram cum præsumptione: E Jovis capite natam Minervam Deam sapientiae fingunt veteres, non recognoscunt matrem prudentiæ, & sapientiae, quia nulla scemina inveniretur, à qua posset ediprudentiæ.

Hujusmodi autem imprudentiam causam esse levitatis mulierum credit D. Chryostomus ad cap. 4. *Ita inquit, suapte natura & levior est viro, & minus quam vir habet rationis, quare levi ex causa vacillat;* Ideo Abulensis sceminis judicaturam negavit, & solum ex privilegio supplente Deo quod sexui defecit, concessit Deboræ, quia justitia est constans, & perpetua voluntas, Mulieres autem non sunt constantes; quoniam alterantur à qualibet passione. Pan quem Deum adoravit Arcadia, Stringem Nimpham dicitur adamasse, quæ postea conversa est in arundinem; Merito in arundinem convertitur scemina, ut explicetur levitas sexus, quia sicut canna nihil est levius, sic scemina nihil est inconstantius, quæ ad quemlibet passionis sibilum immutatur.

§ III.

Femina mendaces, atque loquaces.

9. **ARA** illis adhibenda fides, qui multa loquuntur dicebat Caro: Quod ergo dicemus de feminis, quæ loquacitate cunctos excedunt? Prohibuit Paulus mulieribus magisterium: *Docere autem inquit D. Paulus, mulieri non permitto sed quare? Rationem reddit Anastasius Synaita q. 59. Propterea quod semel male docuit Adamum. Ubi à latere, Adami exijt, viditque lucem, appetijt esse ipsius magistra, semel docuit, inquit Anastasius, & usa est auctoritate, & evertit omnia, propterea eam deiecit à sede doctrine, qui enim nescit docere, discat.* Et quidem duo mendacia brevi periodo texuit: *Præcepit nobis Deus ne tangeremus illud ne forte moriamur, nec tactum Deus prohibuit, nec sub dubio minatus est mortem. Ab Eva cœpit fœmineus sexus mentiri: Oprime apud Petron. p. 233. Cicero.*

*Crede ratem ventis animum ne crede puellis,
Namque est fœminea turior unda fide.*

Postquam Samaritana credidit Christum Messiam, facta est fidei magistra, Messie adventum civibus cunctis annuncians *Venite, & videte hominem*, postquam autem cives accurrentes Dominum alloqui pariter crediderunt; mulieri sic protestantur, *Quia jam non propter tuam loquelam credimus; Quare se non credere testimonio fœminæ dicunt, cum fuerit ipsa, quæ annunciaverit primo? Ratio est, quoniam fidem suam de adventu Messie commendare intendebant, si hæc autem niteretur fœminæ testimonio, quivis audiret eos cum irrisione, quia mulier sic proclivis est ad mendacium, quod nullus nisi imprudens assensum fidei præberet ductus fœminæ testimonio. Testes se exhibuerunt Dominicæ resurrectionis tres illæ sanctæ mulieres, quas refert Evangelista, sed visum est deliramentum Apostolis, quod testificabantur mulieres: Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista. Quare delirium habetur mysterium resurre-*

ctionis de quo toties à Domino fuerant instructi? Quoniam annunciabatur à fœminis, apud Apostolos creditatem amisit, quia ut inquit D. Ambrosius: *Mendacissimum genus mulierum est, ideo licet sanctissimæ forent, & fidei annunciarent mysterium, Apostoli de veritate hæsitaverunt. Ut inquit enim Aristoteles 9. de hist. Anim. Mulier est anxia, & desperans magis quam vir, atque imprudentior, & mendacior faciliorque decipi. Unde Theodosius imperator dicere contuevit: Fœminarum consilium adversus propria commoda laborat. Unde inquit Iosephus lib. 4. Ant. c. 9. Mulieri testimonium deponere non licet. Et lege sancitum est, quod à testificando mulier repellatur: Testis in testimonio mulier esse non potest, ut habetur L. qui test. §. mulier & ibi docet ff. de test. §. testes.*

Hæc proclivitas ad mentiendum ex loquacitate & facilitate procedit, qua singulariter fœmina viros excedit; unde Evangelista, ut suaderet B. V. sexum excessisse & chorum longissime distantem inhabitasse, silentij amantissimam refert: *Observabat omnia verba hæc conferens in corde suo, cum cœteræ fœminæ loquacitate laborarent. Est communis Hebræorum traditio sex diebus, quibus Jericho fuerat ab Israëlitis obsessa, fœminas fuisse ab exercitu separatas, & septimo die vocatas, quia sex prioribus diebus nocere militibus, septimo proficere possent; quare hoc? Quoniam Josue sex diebus imposuerat silentium, septimo autem vociferari præceperat, Non clamabitur nec audietur vox vestra, nec ullus sermo ex ore vestro egredietur, donec veniat dies, in quo dicam vobis clamate, & vociferamini; Hic dies septimus fuit: Die autem septimo vociferante omni populo, ideo per sex dies fœminæ ab exercitu separantur, quia ubi adsunt, non potest non exulare silentium, & septimo die vocantur, quo vociferari jubetur, quia ubi voces sunt ad pugnandum arma, nullus miles excedere posset fœminas, quia nullus proclivior, aut fœminis ad vociferandum constantior. Hoc enim vitium sic sexus congenitum est naturæ, ut sint synonyma vivere, & loqui: Dum Esther regina Dominum exoraret inquit in diebus silentij mei.*

E Hebræa

10.

30. 10

Nulla in fœmina, major motu, tificatio ff. lenia.

3024

11

Hebræa versio legit: *in diebus mortis meæ*. Quasi idem fœminis sit silere, ac mori. Sed quare Ester ut redderet Deum propitium, repræsentavit silentium? Ut petitionis assequeretur effectum; quia nullum exitium opus, nec mortificationis magis difficile sacrificium offerre fœmina potest, quam observantiam silentij, ut inquit enim Plautus: *Nulla in seculo inventa est mulier muta.*

§. IV.

Fœmina crudeles.

QUAM enim multe mari, terraque fera sunt, maxima mulier fera est. inquit Euripides; ideo cum in lætica fœminam Diogenes incedentem aspiceret, inquit: *Caula hæc feram hanc non decet.* Cum magis amor occupat fœminæ pectus, eo fortius persequitur, quem impensius amabat, *Est autem*, inquit Philo lib. de legatione ad Caium, *ad impellendum virum efficax mulier impudica*, cum cœpit amare, timeat mortem amatus, quia amore deposito induet odium, & cogitabit de morte: De Magdalena dicit Christus Dominus multum amasse: *Dilexit multum* & illico cogitavit de unctiõne, & de sepeliendo magistro. *Hæc autem unguento unxit pedes meos Ad sepeliendum me fecit.* Obsequium gratissimum hæc fœmina fecit ideo moralissime intellige dictum, sed quod Maria in signum dilectionis est operata, solent frequenter alix exequietiam in odium amantium.

Omnes sacerdotes & Prophetas Baal adultores regis Acab intrepidus interfecit Elias, regi ad internecionem quærenti obviam est factus & severitate libera increpuit; certior autem per nuntium factus de ira, quam in ipsum conceperat Iezabel, fugit timens & se intra speluncam abscondit sic pavens, ut mortem desideraret: *Timuit ergo Elias, & fugit, Petiit anima sua ut moreretur.* Quare hoc? Quare regem Acab, qui vitæ insidiabatur Elix, quærit ipse Propheta, & reginam quærentem ad mortem fugit Elias? Quoniam iratum regem speravit verbis & miraculis esse placandum; regi-

nam autem, quia fœmina erat, desperavit ab odio concepro ullatenus deponendam, sic autem crudelis est ira mulieris quod nec prodigijs flectatur, nec precibus deponatur, dum in aliquem contigerit concipere odium, non exfarratur nisi sanguinem hauriat. Cum Cyrus Thamyris Scycharum reginæ interfecisset filium in bello, sic irâ incenditur mater quod collecto exercitu militum acies contra ipsum instruerit, & cum vicisset pugnantem, caput Cyri amputavit, & artem humano sanguine plenum missam ita alloquebatur: *Filij mei sanguinem hausisti, Cyre, cruorem sitivisti, at ego cruore te satiarbo.* Nil namque fœmina non movebit, ut de hostibus sumat vindictam.

§. V.

Contemnitur scientia non consulens quod delectat.

VIDIMUS superius arborem scientiæ prohibitam primis parentibus, & cum à paradiso exlaret Adamus, & illi Cherubin præficeret Deus custodem, advertit scriptura collocatum ante paradisum ad custodiendum lignum & arborem vitæ? Aliqui asserunt eandem fuisse arborem scientiæ & vitæ; sed quare cum præcipitur custodiri, scientiæ arbor non appellatur? Quoniam custode non indigebat, illa namque arbor non solum bonum manifestabat, sed etiam malum patere efficiebat, arbor ergo quæ malitiam aperit & declarat, facta sic est odiosa, ut omnes fugerint illam, quia opus fuerit custodia, ideo in mûdomaie habita veritas vilique, pendet.

D. Augustinus & alij SS. Patres triginta argenteis Dominum ideo à proditore venditum esse, ut singulis annis Christi vitæ annus corresponderet, præter annos prædicationis qui non comparati fuerant argenteis: Quare annis tribus prædicationis nûmus non respondebat: Quare pecunia non comparantur? Quoniam anni tres quibus Dominus prædicaverat, ex munere fuerant prædicationi veritatis dicati, hæc autem sic apud homines vilipêdetur ut nullo pretio comparaverint illam, ideo triginta annos Christi viventis

Pharisaï

312054

Male habitata veritas.

Pharisæi appetiarunt, sed tres annos veritatem ex officio dicentis pretio dignos non reputarunt, nec compararunt argento imo gratis à proditore donatos accipere recusarent, quia in mundo vilipendunt apud homines veritas.

Triginta argenteis thesaurum infinitæ sapientiæ homines in stateris mendaces Christum Dominum appetiarunt. *At illi constituerunt ei triginta argenteos.* Pro corpore Christi Domini copiam pecuniæ dedisse Joseph, eaque corpus ut sepeliret emisit, tradunt plures exposito apud Titinum, & Theophilactus expresse apud Cornelium à Lapide. Quare Christum tam vili pretio Pharisæi viventem emerunt, & tanti vendidit ipse Pilatus? Quoniam Christus Dominus veritas erat: *ego sum via, veritas, & vita* ideo proditor vendidit infimo pretio, quia veritas vivens erat, cum vendidit Christi corpus Pilatus veritas erat extincta; ideo supremo venditur pretio, quia apud homines nullius pretij est veritas vivens, & solum æstimationem acquirat, quando apparet extincta; (Totum hoc moraliter dictum intellige) odio habetur dum se manifestat, & solum amatur, quando nubibus occultatur.

Si tu es Christus filius Dei dic nobis palam ubi autem respondit Christus; *Ego & Pater unum sumus*, sustulerunt lapides, ut jacerent in eum. Apparuit Dominus agentibus iter in castellum Emaus, & flammis incendebantur amoris: *Nonne cor nostrum ardens erat.* Quare Dominum juxta quæsitam Pharisæis respondentem lapidibus volunt obruere, & obviam discipulis factus amatur? Quoniam interrogantibus palam veritatem annunciat, ubi ergo clarum Pharisæi veritatem viderunt, lapidarunt tanquam invisam, in itinere Emaus relata veritas erat: *finxit se longius ire* tunc sub specie aliena occultatam veritatem amarunt, quia homines veritatem quæ velata non est odio insectantur, & solum amant sub umbra falsitatis velatam, quia cum amant tenebras, vulnera recipiunt à luce.

Execrabilem à cunctis noctem haberi in qua fuerat ipse conceptus

desiderabat patientissimus Job, maledixit prius nocti, deinde omnes ad noctis execrationem pariter invitabat: *Maledicant ei, qui maledicunt diei.* Quare maledictionem exoptat eorum, qui diem execrabantur? Quoniam desiderium odij quo noctem prosequabatur, exagerravit; non quia hoc possibile foret: sed quare impossibile credit, noctem maledici à maledicentibus dies? Ratio est, quia qui maledicunt diei odio insectantur lucem, & tenebras amant, ideo Job exaggerationem intendit, sed non erat assequibile desiderium, quia odio lucem habentes, insectanturque veritatem, tenebras amant, & solam sub umbra falsitatis velatam a persequenda veritate cessabunt.

Hinc oritur periculum, cui manifeste exponuntur, qui ex munere proferunt veritatem: cum navis Apostolorum pro multitudine piscium jam jam pene pateretur naufragium, ad conspectum Christi Domini cessante periculo ad portum accessit cymba secura: Tunc inquit Dominus. *Noli timere ex hoc jam homines eris capiens.* Quare Dominus cum labor cessavit, excutere cepit timorem? cur cum naufragi fere fluctibus mergebantur, non Dominus consolatur? Quare cum possident portum securi? Quoniam hominum piscatores Apostolos instituebat; sed quid inde? Dixit alia opportunitate Christus mitendos velut agnos in medio luporum *Eccc ego mitto vos sicut oves inter lupos*, & tamen nullum audivimus concepisse pavorem; quare ergo non timent cum jubentur habitare cum lupis, & pavent, cum audiunt constitui hominum piscatores? Ratio est: quoniam fieri hominum piscatores est constitui veritatis annuntiatores, ideo pavent & horrent, qui non timebant habitare cum lupis, quia facilius vivere agnus inter lupos voraces incolumis, quam dicere veritatem, & non amittere vitam, qui annunciat, succumbens gladijs, incendijs atque tyrannis, deo timore horribili timent cū sunt hominum piscatores & veritatis prædicatores *Noli timere & non pavet eum jubet Christus habitare cū lupis:*

Veritatem annunciantes periculis exponuntur.

Veritas clara odio habetur.

Ecce ego mitto vos quia nullum est supplicium acerbius, quam cogi quis dicere veritatem. Sapiens dicens ex munere veritatem introducit David *sedens in cathedra sapientissimus & ipse est quasi tenerimus ligni vermiculus.* Quare comparatur vermiculo? Quia ut inquit Cluniacensis vermiculo idem est ortus cubiculum, & mortis sepulchrum; quo magis in fila serica evisceratur, mortis sepulchro propius accedit, sic Prædicator quo magis veritati dicendæ invigilat, velocius ad labores, mortemque accedit.

Postquam Dominus incredulitatem Apostolorum reprehendit, & in resurrectionis mysterio cordis fugillavit duritiam, immediate præcepit prædicare Evangelium per totum orbem dispersi: *Prædicare Evangelium omni creatura.* Quare immediate ad infidelitatem Apostolorum munus commisit prædicationis? Quia id accidit discipulis, quod Adamo in mundi nascens exordio contigisse refertur. Deliquit Adamus, illum Dominus fugillavit; *Adam ubi es?* & post reprehensionem crimini pœnitentiam imposuit; *In sudore vultus tui*, ideo ergo postquam Christus Apostolis infidelitatem reprehendit, immediate onus prædicationis imponit, ut culpæ incredulitatis æqualis pœna, imo superexcedens corresponderet, dicere namque prædicareque veritatem sic undique periculis circumdabatur, quod nullum potuit supplicium acerbius excogitari? *Prædicare Evangelium omni creatura* quia idem est annunciarere omnibus veritatem, ac in se hostes cunctos homines conciliare.

Cum liber aperiretur, qui majestatis aderat folio, aperiens agni cognomine decoratur, ubi apertus est liber, venit in leonem: *Ecce venit leo.* Quare affabilis agnus venit in leonem? Aperiens non transformatur, sed visus est à præsentibus velut leo; Cum optarent cuncti manifestari mysteria velut agnum affabilem respiciebant, ubi autem apertis sigillis referavit agnus fœdera, apparuit videntibus leo. Quare hoc? Quoniam abditas amaritantes veritates pandebat, apparuit equus pallidus mortis horrorem figu-

rans, homo sagittas emittens, alter tinctus cruore, omnia fuerant funesta ideo nunc leo videtur, qui antea agnus affabilis videbatur. Agnum, veritas enim contra audientium palatum prolata dicentem quamvis mansuetissimum agnum convertit & transformat in leonem fœvissimum, & ferocem.

Quamvis autem veritas omnibus fuerit odio, præcipue tamen quæ solet amaricare, ideo arbor illa scientiæ custode non indigebat, quia fructus pendens ex ea scientia boni & mali erat, si solum boni hominibus delectabilis esset duntaxat scientia, à cunctis sollicitè quæreretur, quia tamen sæpe malum declarat nullus est qui non fugerit illam; Quod contingit indoctis, qui in consilium sollicitantur, qui rigide consulit qui securius & non juxta latas opiniones contigit respondere, solet ignarus haberi, & consuli velut Salomon inscius, qui conscientiam relaxat habenas: Cum arborem scientiæ primo videret Eva, lignum appellavit duntaxat. *De fructu ligni, præcepit Deus ne comederemus.* Vilum iteravit secundo, vidit pomum, & summis commendavit encomijs, inquit mulier; quod esset bonum ad vescendum, pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Quare cum primo vidit, lignum duntaxat appellat, & paulo post laudibus summis honorans delitiosum, bonum, & pulchrum mulier lignum vocavit? Unde tam varium judicium? Quoniam cum primo viderat lignum memoriæ Evæ fixum præceptum erat de non comedendo fructu; & ideo dæmoni declaravit. *De fructu ligni quod est in medio paradisi præcepit Deus, ne comederemus,* fructum tunc Eva tanquam Tantalus respiciebat, appetitus inclinabat ad pomum, memoria præcepti desiderium & manum cohibebat, ligno delectari desiderabat, sed ipsum lignum repræsentans præceptum remorabat manum, ne in veritum extenderetur, fructus alliciebat & appetitum acuebat, sed lignum ut suberat prohibitioni, manum identidem retrahebat, ideo videns arborem illam, quæ appetitum & desideria cruciabat lignum

15.
Stultus habetur sapiens, qui rigidam veritatem propalat.

lignum duntaxat & nude appellavit sine cognomine scientiæ: *De fructu ligni.* Quando autem secundo vidit arborem Eva, assentiens dæmoni jam crediderat etiã si de fructu illius edidisset, non ideo fore morituram. *Nequam moriemini*, credidit consulenti, unde arborem vidit oculis quibus liceret respicere, & gustui propius appropinquare, respiciebat jam lignum, ut potens servire sensualitati, ideo replevit laudibus lignum, & vocavit bonum deliciosum & pulchrum, ut vidit arborem, quæ jam se applicaret affectui, at temperaretque gustui, lignum scientiæ videtur, arborque perferens fructus sapientiæ; cum prohibitionem arbor scientiæ mulieri manifestabat, ipsam arborem scientiæ lignum aridum appellavit, cum relaxatis habitibus præsentatur lignum ut possibile & gustabile, non lignum, sed arborem scientiæ pulcherrimam mulier vocavit: *Vidit mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.* O quam præditus scientia tibi apparebit, si quem consulis juxta palatum (ut dicunt) appetitum, & gustum responsum obtulerit suum, *bona pulchra, & delectabilis arbor sapientiæ apparebit; bonum ad vescendum pulchrum oculis, & delectabile visu* sed quam insipidum lignum, si quamvis sapientiæ universæ genere strenuus, dictamen non autemperaverit gustui; *de fructu ligni* quam eruditus videbitur ille, qui verba, quibus blandiatur componit, & quam stultus, qui rationibus validissimis vitiorum maculas propalaverit. A tituli Christi litteris parum spinæ distabant, quia veritatem invisam manifestabant.

16.

Cum primo viderunt homines lucem, illius pulchritudinis fuerunt amore capti, unde se obrulerunt auxiliares lucis contra caliginem tenebrarum; quibus lux auxiliata tenebras superavit; *Et tenebræ eam non comprehenderunt.* Verum cap. 3: inquit Joannes quod amor hominum fortius odium contra lucem substituit, *Dilexerunt magis tenebras quam lucem.* Unde tam tempore brevi hoc potuit affectuum provenire discrimen, & tam repentina mutatio? Rationem reddit textus lux cum primum apparuit, *vita erat* radios diffundeat vitales, tunc

autem homines illius facti sunt auxiliares, à qua vivere suum dependebat. *Et tenebra eam non comprehenderunt.* Capite vero tertio lux illa manifestabat maculas, & defectus, crimina hominum declarabat, *Opera enim eorum erant mala* ideo lucem nimis oderunt, & tenebras ejus pulchritudini prælegerunt; *Dilexerunt magis tenebras, quam lucem;* lucem, quæ pulchritudine gaudeat, nullus est, qui non amet, sed lucem, cujus radij crimina manifestent exitiali odio insectantur, & usque ad extinctionem & ruinam sequentur; Quando lux vita est, & convenientias temporales ostendit, amabilis est, quando ut corrigantur, manifestat vulnera peccatorum, hominibus fit odiosa; *Exersem veritatem,* inquit Salvianus, de Gub. *proferre nolunt, quia eam aures improborum hominum sustinere non possunt, nec solum refugiant, sed etiam oderunt, & execrantur, & non modo auditam non reverentur, aut metuunt, sed etiam majore superbientes perveraciam perduellionem contemnunt.*

Omnes sensus Isaac largituri filijs benedictiones, veritatem manifestarunt præter tactum, cum accurate examinaret Jacob; *Vox autem vox est Jacob,* tactus autem credere fecit esse quem tangebatur Esau: *Manus autem manus sunt Esau.* Quare manibus credidit tactus, & vocibus assensum negavit auditus? Ratio est; quoniam auditus à vocibus veritatem audiebat, tactus à manibus hædos capiebat edendos, ideo tactus credidit manibus à quibus epulum percipiebat gustandum, *manus manus sunt Esau* & auditus vocibus non assensit, quia veritatem nude offerebant, homines enim veritatem duntaxat amant, si ab illa lucrum sperant; sin autem fugillantur ab illa, execrantur, & oderunt: Propter hoc interfecit Charidemum Darius. *Veritatis impatiens* (apud Tob. Magir.) *hospitem Charidemum ac supplicem; tunc maxime utilia suadentem, abstrahi jussit ad capitale supplicium.* Hinc oritur à paucis veritatem proferri, quæ possit amaricare: Unde à Cornel. Graph. in Bib. Vët. PP. t. 15. fol. 950. introducitur querulâ conclamare:

*Invisa toto die agor mundo, undique
Me ceucanem pellunt procul
Nullus latendi usquam locus: dicam
mibi
Mitantur omnes, heu necem.*

Nonnulli autem tempori temperant veritatem, imo faciunt venalem sapientiam, id exprimunt tantum quod vel blandiri potest, vel ex quo lucrum proveniat, quod bono communi devastationem, & ruinam parat: Quare præcepit Deus, quod primi nostri parentes non comederent de ligno, quod in medio paradisi fuerat? si præcipit colere, ut operaretur & custodiret eum, quare de ejus fructu edere non permisit? Quia arbor scientiæ erat, & non licet de arbore scientiæ comedere: scientia adquiri excolendo debet, sed non licet ex illa fieri alimentum. Cum Sanson Atamnata Philistæorum civitatem inhabitaret triginta sodales illi Philistæi associarunt: *Dederunt ei triginta sodales, ut essent cum eo.* Quare in barbaris tanta comitas erga Sanson alienigenam, & extraneum? Non fuit urbanitas sed hostilitas: Quare hoc quia viri illi juxta septuaginta versionem, docti & sapientes advocati erant: *Dederunt ei triginta vocatos ut essent cum eo.* Hinc Sanson paravit ruinam. Quare ab his Sanson ruina? Quoniam sapientia horum venalis erat, venali genio præditi erant; ideo cum voluit scrutari literaturam, inquit, *si solveritis mihi intra septem dies convivij dabo vobis triginta sindones,* finis litteraturæ convivia erant & indumenta, à viris ergo sapientibus, cujus scientia venalis erat, quid posset sperare Sanson nisi in ruinam & devastationem consilia?

Errat pariter qui pascitur vento, & querit placere duntaxat, qui juxta palatum consulentis temperat scientiam, auram popularem solam exhibit, Pennæ animalium, quæ vidit Prophetæ Ezechiel varios obtinuerunt applausus, cum suberant firmamento crystalli meruerunt divinum applausum: *Quasi sonum sublimis Dei.* Cum

Ex Gen. 3. *Vidit igitur mulier, quod esset bonum lignum.*

Avgustinus lib. loquution. in Genes. n. 9. sic inquit. Quod scri-

ambularent. popularem obtinuerunt acclamationem, *sonum multitudinis.*

Quare hoc? Quoniam cum suberant firmamento Dominum, qui aderat firmamento, respiciebant duntaxat, & rectitudine fungebantur, *penna eorum recta,* cum ambularent, motum dirigebant in mundum, & à rectitudine pennæ cadebant. Demittebantur pennæ eorum ideo amisso sonu sublimi Dei, & applausu cœlesti, fungebantur aura populari duntaxat. *Sonum multitudinis.*

Sed quare inter omnes arbores præcipitur arbor scientiæ non edi? Quid scientia utilius, ut gustata rationalium dirigeret gressus? Ex tunc cœpit infœlicitas scientiæ, cum fuerit damnata, vivere solitaria, & à cunctis intacta; ex tunc sapientium cœpit infœlicitatis exordium. Adagium refert Erasimus. *Quarta die natus miserix signum* quare dies quartus fatalis? Quia quarto die lux solis apparuit, dies ergo qui copia luminum fuit irradiatum cœpit esse fatalis, luminosum enim sequuntur fatalitates. Refert Conradus Lycosthen, in pugnis ludisque Latinis cum, qui de aliis reportabat victoriam, coactum absynthium potare. Nihil magis est usitatum, quam qui scientia vincit, & superat, odij absynthium ab invidis pati. Arenæ quæ est in littore maris comparatur sapientia. *Dedit Deus sapientiam Salomoni sicut arenam quæ est in littore maris.* Quare hoc? Quia sicut arena littoris maris calcatur à viatoribus, hincque inde percutitur vento, sic sapiens ab omnibus impetitur, & propulsatur, ideo comparatur arenæ quæ est in littore maris, hæc enim sola est sapientis vera expressaque imago. Inter divinas personas Verbum divinum carnem assumpsit. Quare hoc? quia Verbo attribuitur sapientia, ideo ipse lignum tunc notavit, quia non poterat non crux destinari sapientiæ, morique crucifixa. Hoc est genium mortalium, hæc est scientiæ ab origine infœlicitas destinata.

Ex Gen. 3. *Et aperti sunt oculi eorum, postquam Eva comedit dicitur.*

prum demum est de Adam, & Eva, aperti sunt oculi eorum, cum absurde credatur

credatur eos in paradiso cæcos; vel oculis clausis prius oberrasse; loquutionis est, quam etiam de Agar scriptum est, aperuit oculos suos, & vidit puerum, neque enim clausis prius oculis sedebat. Et quod in fractione papis aperti sunt oculi eorum, qui cognoverunt Dominum post resurrectionem. Neque enim per viam cum illo clausis oculis ambulabant. Videatur August. lib. 11. de Genes. ad lit. & lib. 14. de Civit. Dei; Rupert. lib. 3. de Trinit. cap. 10. Aperti ergo sunt oculi

eorum; id est, ea, quibus antea minus intenti, perceperunt, ut inquit namque Tirinus, tristem jacturam, tum sibi, tum posteris, incredibilium bonorum senserunt cladem intolerabilium malorum fractis innocentæ repagulis, jam incurstantem in orbem, maximam in se confusionem, pudorem atque ærorem, acerrimum conscientie stimulum qui animum ardebat. Senserunt denique, sed malo suo, nimis veras, certasque fuisse minas Dei, Damonis vero promissa vana, & fallacia.

Genes. 3. *In panam dixit mulieri Deus multiplicandos conceptus, in dolore parituram filios, & sub viri fore potestate, & dominio.*

Hac omnia acciderent, etsi statum conservarent felicissimum innocentia
Genes 30 & Psalm. 127. *uxor tua sicut vitis abundans.*

Circa hujusmodi antilogiam pulchra sunt, quæ exposuit Salianus. Conceptus (inquit) non simpliciter in pœnam ponitur, cum in benedictione Domini censetur, ut patet Genes. 30. Nam Lia liberis abundans. *Hoc (inquit) pro beatitudine mea, beatam quippe me dicent mulieres,* non solum se benedictam, sed beatam prædicat in multitudine liberorum. Et contra, Racheli mortis instar erat liberis carere, adeo ut diceret viro suo. *Da mihi liberos alioqui moriar.* Adde Davidem, *uxor tua sicut vitis abundans.* Apud Judæos ait Hieron. lib. 1. contra Jovinian. gloria erat in partibus, & parturitionibus, & maledicta sterilis, quæ non habebat semen in Israël, & beata cujus erat semen in Sion, & domestici in Jerusalem. Nihilominus ærumnæ conceptuum merito numerabantur in pœnis, quibus tam mater, quam infans tanto tempore affliguntur. Vnde Virgilius.

Matri longa decem tulerunt fastidia menses.

Quæ omnia fastidia sub nomine ærumnosi conceptus comprehenduntur: quibus omnibus cariturus erat innocentia status:

Altera pœna est dolor partus, de quo (addit) eodem modo, quo de conceptione philosophandum est, naturale esse feminae, & maxime in humana specie; cum dolore parere: laxanda quippè sunt claustra uteri;

pro magnitudine fetus educendi, & subjungenda, quæ inter se maxime coherencia sunt; & compacta, quod sine gravissimo doloris mortu fieri non potest. Et quamvis naturalis sit hic dolor, & non tantum pœna peccati, cum in brutis etiam reperitur, in quibus nullum est peccatum, durante tamen statu innocentia, non sine corruptione, sed sine dolore laxato utero, ex particulari Dei gratia, & benignitate, fetus emissus esset in lucem. Ea gratia in pœnam peccati sui jam privatur mulier, quæ ubi filios iræ Dei sibi concepit, & cum multis ærumnis filios Adæ circumtulit, parit denique filios doloris sui.

Obscurior est (prosequitur) tertia mulieris pœna, quomodo enim pœna dicenda est, subjectio mulieris viro suo, cum ea in statu quoque innocentia futura erat? sicut & filiorum sub patre, & discipulorum sub magistro, & civium sub magistratu, & omnium rerum creatarum sub omnium creatore Deo. Non enim in paradiso mulier futura erat major vel æqualis viro, ut potè facta à Deo animo, & corpore inferior & indigens prudenti directione viri sui, quæ sine subjectio- ne, & obedientia esse non potuissent. Sed illa subjectio non haberet rationem pœnæ, tum quia spontanea esset, & sine coactione, sicut Apostolus ait, legem non esse iusto positam, quia sponte sua, quæ sunt legis exequitur: tum quia vir nihil imperasset, quod non esset consentaneum rationi, & ad

alterius, vel utriusque utilitatem, ad quam uterque naturaliter propenderet: denique una esset utriusque mens, voluntas, appetitus, iudicium, quamdiu manerent divinæ legi obsequentes. Nunc autem subijcitur, vel invita, & ille non raro exercet in illam penè tyrannicam dominationem, eamque sæpè tam iustis, quam iniustis coercet pœnis, nulla eum lege politica coercente; neque tamen mulieri vice versa licet in virum. Quod significant illa verba: *Et ipse dominabitur tui*, quæ interpretans D. August. lib. 11. de Genes. ad litt. cap. 37. Dixit quidem per charitatem servite invicem, sed nequaquam diceret invicem dominamini. Possunt itaque conjuges per charitatem servare invicem, sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virum, hoc enim viro potius Dei sententia derulit, & maritum habere dominum meruit mulieris non natura, sed culpa: quod tamen nisi servetur, depravabitur amplius natura, & augebitur culpa. Hæc August. Illud autem, *dominabitur*, prænuntiando, à Deo dicitur, non jubendo, ut docet Abulensis. Iustum itaque fuit multiplicari ærumnas conceptuum mulieris, quæ suos fœtus ad multiplices parabat ærumnas: æquum fuit, ut cum dolore corporis sui pareret quos ferebat ad tot animi, corporisque dolores, ut dominantem usque ad mortem experiretur virum, quem fecerat servum mortis, & peccati, & illum rigidum nunc sentiret, quem blanditij ante perdidit.



EXPOSITIO

Gen. cap. 3. in sensu morali.

§. I.

Commoda offert mortalitatis memoria.



VAMVIS Deus primis parentibus mortem minatus fuerit, sollicitè curavit ne Dæmon mortis deleteret memoriam, ideo pelliceas tunicas induit, quas fuisse memoriam fragilitatis

humanæ constans est apud Patres; & simul sustulit ex consulto folia ficus ostentantia vanum virorem, quibus se parètes induciant, animalium mortuorum pelles substituere conatus, ut illos mortales esse recordarentur; Hoc autem sic eximium beneficium credidit Theodoretus, ut non nisi ex divinis thesauris posse homini provenire iudicaverit: *Tunicas pelliceas*, inquit, *dedit illis Deus ex suis ineffabilibus thesauris*. Memoria quidem mortis fons est innumera bona scaturiens, in primis meditatio mortis assidua helleborum est ad confringendum fluctus tumentes superbiæ, ideo primos parentes pellicibus induit mortuorum, quæ memoriam mortis excitarent, illæque præsentissimo medio, & remedio à superbiæ morbo, quo laborabant, sanarentur; Sicut enim, ut inquit Schenkius, ossa humana contrita, potuque sumpta contra podagram remedium validissimum est, sic pes tumens superbiæ facile potest sanari, si calvaria mortuorum, ossaque arida eorum contemplantur. Sic inquit David: *Non est respectus mortis eorum, ideo tenuit eos superbia*; quasi vitium superbiæ ex oblivione mortis procedat. Unde ducta Spiritu Sancto Ecclesia, ut homines sapere superbe desistant, & memoriam, quam indidit primis parentibus Dominus, conservent fixam, pulvere ungit, ut hinc memoriz recolant, firmiterque retineant omnium communem esse exitum & introitum ad vitam, ut Sap. cap. 7. asseritur, *Pares nascuntur omnes, pares in pulverem redeunt*, ut inquit enim Seneca: *Ubi res fortuna male divisit, mors exæquat omnia*.

Mortis memoria superbiæ, & ambitionem curat & sanat.

Ardentem, sed non ustum viderat Moyses rubum, accessit strenuus vir, ut visionem magnam illam scrutaretur; sed dubitavit Theodoretus, quare Deus usus mirabili illo, ut Moysen alloqueretur? Quare non comburi rubum Deus curavit, & ignis voracitatem cohibuit? Ne videret Moyses cineres, inquit, sed quid intererat rubum reduci in favillas, & in cineres esse conversum? Quoniam Moysen ducem eligere Deus tentabat, ut educeret de populo barbaro Israëliticum, & regeret per desertum, sed non invitum, sed voluntarium Moysen gubernatorem

natores quærebat, si autem cines
 Moyses videret in rubo, forsitan Prin-
 cipis renueret suscipere dignitatem;
 cineres namque mortalitatis recoluis-
 sent Moysi memoriam, sic autem co-
 hibet memoria fragilitatis motus am-
 bitionis tumentes, quod ad conspe-
 ctum cineris, in quem attenderet re-
 ducendum, Moyses clavum Israëli-
 cæ Reipublicæ reculeret. Quid cor
 Alexandri, quod nimis exaltatum i.
 Machab. cap. 1. refertur, confregit: Nisi
 memoria mortis, quam infirmatus cre-
 didit esse vicinam, & ideo inter pueros
 adhuc vivens divisit regnum, Hoc si-
 gere memoriæ Alexandri, ut reprime-
 ret ambitionem, Diogenes Cynicus,
 dum enim inter calvarias volutaretur
 in cœmeterio, quid ibi ageret quæren-
 ti Alexandro respondit: Philippi Ma-
 cedonis parentis ejus calvariam quæ-
 rere, sed hæcenus non invenisse; Apud
 Orientales morem floruisse refert Cu-
 ropalates p. 101. imperatore leva manu
 ferre textile aureum, in quo congestus
 pulvis includebatur, ut fragilitate ci-
 neris imperatoriam purpuram exor-
 narent, ne pede conculcarentur su-
 perbiæ; adeo viva memoria mortis ce-
 rebro superbiæ vertiginibus male ha-
 bent medetur, quod ab ambitione
 avocaverit animum. Principem refert
 Habacuc qui in manibus portabat co-
 ronam. *Corona in manibus ejus.* Quid
 hoc? Corona caput cingere solet, qua-
 re Princeps iste in manibus gestat?
 Quoniam contemnebat diadema.
 Quare? Rationem reddit textus:
Ante faciem ejus ibat mors. Mortem
 coram oculis respiciebat, ideo offere-
 bat morti diadema, quia caput redi-
 mite coronâ est majestas, in manibus
 gestare diadema est generosus con-
 temptus, ideo ad conspectum mortis
 deponit Princeps coronam, & ad ma-
 nus traducit à capite ut offerret morti
 diadema.

Quis enim dignitates ambiret, quæ
 veluti fumus transeunt, fugiunt velut
 umbra, & quasi leves exhalantur va-
 pores, si omnia consideraret finienda
 brevis clausula vitæ: Hoc attendit Phi-
 lippus Macedo cum inter ludos cadens
 in terra, exclamavit: *O quam minimam*
terra partem natura sortiti orbem appe-
timus universum. Jacobus, & Joan-
 nes dexteram, & sinistram sedes à Ma-

gistro ceciderunt Matris interposita au-
 thoritate: *Dic ut sedcant Ambitiosæ*
 Apostolos appetiisse tradidit Augusti-
 nus; nil enim de spiritualibus cogita-
 bant; Sed quid Deus, ut ulceri am-
 bitionis medicamentum apponat? *Pos-*
testis bibere calicem? Vulneri mortis
 applicavit memoriam, nil enim fortius
 reprimit ambitionem, quam medita-
 tio mortis assidua; cujus remedi) effi-
 caciâ etiam gentiles fuerunt experti;
 Saladinus namque rex Ægyptiorum,
 qui Orientem subjecerat totum, &
 terrorem incusserat Occidenti, domi-
 nabaturque Asiæ, morti vicinus præ-
 cepit, ut indusium superpositum ha-
 stâ vestiretur per urbem comite præ-
 cone, qui hæc conclamaret: *Saladi-*
nus Orientis flagellum, Asia Dominus,
omnium populorum terror, ex omnibus
suis victoris partis in bello, tandem re-
gina morti cedens, nil secum defert, nisi
unicum hoc indusium, quo in sepulchro
operatur. Sero, sed veram nactus est
 cognitionem Quis enim extolleretur;
 si vitam succisam videat brevitate, qua
 araneæ tela succiditur? *Anni nostri si-*
cut aranea meditantur. Non umbra
 corporis ocius disparet, nec pulvis
 celerius dissipatur, & inter auras dis-
 solvitur, non fumus citius evanescit,
 quam vita nostra succiditur, dissolvitur,
 evanescit, & dissipatur; Quare
 ergo omnia velut immortales appeti-
 mus, & insana libidine ambimus; Ex
 Dorotheo refert Beccherius Alexan-
 drum Magnum paradysum quærenti
 Angelum petram dedisse, quæ in sta-
 tera una librata cunctis alijs collocatis
 in alia amplius ponderabat, sed cinere
 aspersa quasi pulvis levissima redde-
 batur: Quidquid autem fuerit de ve-
 ritate historiz, symbolum est expræs-
 sum hujusmodi lapis ambitionis su-
 perbiæ, quæ si cinerem futurum se
 consideret homo, evanescet veluti fu-
 mus, & pulvere levior apparebit.

Sed quid de sævitia dicemus, quæ
 homines in homines surgunt? *Non*
pudet homines, mirissimum genus gau-
dere sanguine alterno. Si jugis sit in ho-
 mine mortis memoria, feritas ab ho-
 minibus exularet. Armatis servis, &
 quasi copijs jam ordinatis Jacobum
 generum insequeretur Laban mina-
 rum spirans injurias à genero factas
 repetens, ut magis exardesceret ira, &
 in

Abm.

3. 25

in vulnera, & cedes prodiret; **T**um ubi Jacobum invenit ira in amicitiam mutata est, & minæ in fœdera pacis. *Veni ergo, & ineamus fœdus.* Sed unde Leonis tam subita in agnum mutatio? *Sacra pagina reddit rationem. Qui congregantes fecerunt tumulum vidit tumulum ex lapidibus congestum Laban, & ad conspectum tumuli deposita sævitia venit in fœdus, memoria namque mortis injuriæ generat oblivionem, & iram compescit & frænâ;* Alexandrum immani feritatis sævitia se sanguine omnium cruentatum, qui suo non illico subijciabantur imperio, sic arguerunt Brachamani; *Pententibus namque ab Alexandro, quod illos faceret immortales, respondit hoc impossibile esse, cum foret ipse mortalis: Tunc Brachamani: Cur ergo tam insana sævitia, tantaque regnandi libidine flagras, ac si nunquam mortis tributum soluturus.* Nil namque fortius adamantinum cor emollire valet, ut injurias deponat, quam tumuli contemplatio.

sensu
n. 67

Post mortem, & tumularum Jacob accesserunt fratres Joseph sic dicentes: *Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur, ut hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum.* Quare Jacob vivens non imperat filio, & de remissione sceleris non imponit præceptum? Quoniam vivente patre esset præceptum, quo Joseph moveretur ut fratribus indulgeret, mortuo patre non solum præceptum, sed mortis memoria esset incentivum ad veniam, quam vis ergo Jacob multum posset de obedientia filij sperare, majora credidit de mortis memoria, ideo præcepit, quod post obitum Joseph intimaretur de fratribus indulgendis præceptum, ut non tam præceptum, quam recentis mortis repræsentatio faciliteret petitionis patris effectum, ad conspectum namque cadaveris non solum commoverentur viscera pietatis Joseph, sed etiam mansuesceret fera; Proficua valde est mortis memoria, & præcipuè Principibus cujus navis ducta nullo orationis nauclero, si hæc deficiat consideratio, passionum fluctibus agitata inter prærupta universi hujus obviantia saxa frangeretur, & collisa peribit; Unde ab omnibus temeritatis

argui, & vecorsque habetur Tribonianus, qui Justiniano imperatori numquam moriturum persuadere conatus est, cum quotidie vicissitudines mortis, & æquum, atque viventium ipsum referere possent, ut inquit enim Baldus l. 3. Cod. de Manumif. Rex mortuus aperit oculos regis viventis: Cum etiam flumina quodammodo gustaverint mortem; extra mare viuunt, & nomina *Rhenus, & Rodanus* conservant, quod si in mare confluerint, nomina amittunt communi nomine aquæ marinæ indigerata ab æquore cum alijs æquata, quod est quasi mori. Unde illud Epigrammatis.

Flumina, fluminibus distant, sic nos quoque nobis

Dum sumus in vita, fluminis, atque via

Ingressus nunc in pelagus sapor omnibus idem:

Mors omnes Homines æquat, ut æquor aquas.

Mors ergo tuguria pastorum Principum palatijs exæquat: Cum Scriptura loqueretur de David cum in vivis esset, regem appellat, *David rex sennerat*, cum loquitur de David jam jam morituro titulum regis subtrahit: *Cum appropinquarent dies David, ut moreretur.* Vocatur David rex cum fungitur vita, quia rex vivit majestate stipatus, sed cum moritur, non moritur velut rex, sed sicut homo, & David cæteris alijs æqualis, quin Principis interitus valde proficuum est, ut oculos superstitem adaperiat. Propertius ut homines cunctos moneret mortuum repræsentabat Achillem.

5.
Mors cuncta æquat.

3. *negat*
n. 6

— *Et tanti corpus Achillis, Maximaque in parva sustulit Urna manu.*

Pompejus, quem Orbis non capiebat machina tota, proponitur brevi tumulo cinctus: *Magno est tumuli modus canebat* Lucanus, Alcides, cui mundus angustus à Tragico proponitur in sinu mulieris jacens.

4.

Sine gerentem reliquias magni Herculis.

Mors ergo eorum, qui præclara facinora

nostra perpetuarunt, & in mundo summam attigerunt auctoritatem, si cunctis mortalium oculis obijciatur, non dubium quin ab omni genere noxæ, & gurgite vitiorum magno studio refugerent, & in gyro honestæ modestiæ continerentur. Quod sibi accidisse retulit Augustinus ter. 48. ad sepulchra, & mausolea imperatorum Augusta cum duceretur, oculos fixit in Cæsaris urnam, sicque exclamavit: Ubi nam est Cæsaris corpus præclarum? Ubi magnitudo divitiarum? Ubi appetitus deliciarum? Ubi multitudo dominorum? Ubi caterva Baronum? Ubi acies militum? Ubi talamus pictus? Ubi lectus eburneus? Ubi facies decorata? Ubi omnia quæ sub cælo sunt? Te namque verebantur homines, te timebant Principes, metuebant urbes? Ubi quæso sunt hæc omnia? Quo recessit tua magnificentia Cæsar? His omnibus admirationibus Augustini Monica, quæ aderat, mater uno verbo respondit. *Omnia sibi pariter defecerunt, quando defecit Spiritus ejus.*

Non solum Principum mors gloriam devastat quin potius dominantium vitæ singulariter insidiatur, ut enim late Antilogiarum secundo tomo, Principes gemina morte apparent esse mortales, & quia homines, & quia excelsi. Nullibi se Christus appellavit Magistrum; & Dominum, nisi cum se sacramentavit in cæna. *Vos vocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim.* Quare hoc? Quoniam venit hora ejus appropinquabat hora moriendi, ideo causam celeritatis expressit, nempe dominationem, & celsitudinem, ubi te declaravit excelsum, instrumentum infallibile voluit relinquere, quod recoleret ejus interitum. *Recolitur memoria passionis.* Mors enim præcipue in potentes inexorabilis est. Sed non ideo miseri & pauperes fugiunt tyrannicum ejus imperium, æque Republicæ capita ac pedes falsæ ejus sævillimè secant, sicut enim in gigantis caput lapidem misit, sic superbæ statuæ lapide pedes percussit, non solum enim in supremos jaculatur sagittas, sed etiam ad populares impia providentia extendit imperium.

Quia tamen rari de vitæ meta, & de funere cogitationes suscipiunt ut dicebat Antoninus Pius imperator:

Raros esse qui philosophantur (Mortis meditationem philosophiam vocabant) quin ab utili ejus abhorreant meditatione, in vitiorum veluti regno, & usura blandæ voluptatis figunt pedem; Quod si cogitarent de fine, & funeris meditationem mente haberint, animus à voluptatibus non læderetur, nec à tineâ profanitatis corroderetur; Plinius lib. 28. cap. 3. *esse enim, inquit, à tineis non attingi, quæ fuerit in funere:* Præcepit Dominus fideles ungerere caput suum: *Unge caput tuum.* Quare capitis præcepit unctiorem? Ut caput redderet saluum, & intra vanitatis ornatus securum, capilli namque sæpe vincula sunt quibus capiuntur incauti. Crine accendens amor est intextus, inquit Angerianus. Capillis cytaram amoris armavit Apollo; ut voracius incedere et corda inquit Gallicus: *Tot radios cervicis comis, quot fila recentes.* Quod ergo excogitabile medicamen, ut Christus itaret promissis, cum inquit, *Vestri capilli capitis omnes numerati sunt,* nec vilis capillus cadet? Unctio illa medicamentum est efficax, ut capillorum ornatus, qui esse quandoque solet animæ exitium, non lædat, sed potius proficiat; Quare? Quoniam unctio erat cæremonia ad sepulchrum. *Ad sepeliendum me fecit.* Ut ergo capilli, qui solent cæteris esse ruina, justis cesserint in profectum, & conservarentur illæsi, ungerere caput Christus præcepit, ut memoria mortis præventum, meditationeque funeris delibutum, laquei non erunt amoris profani capilli, nec Dæmonis instrumenta, ut inquit enim Isaias: *Et computrescet jugum à facie olei.* Quia nullus allicietur ornatus blanditijs, si vestimenta profana velut funeris consideraverit supellectilem, funestaque mortis spolia.

Duos Angelos foeminis apparuisse; quæ Dominum in sepulchro quærebant inquit Evangelista, Alius refert unum fuisse, & quamvis aspectus Spiritus lucis radijs micaret, exterritæ sunt mulieres, ac si fulmina, & tonitrua vibrarent: *Erat autem aspectus ejus sicut fulgur.* In Thabor apparuit tribus Apostolis Dominus, micabat facies ejus, sed luce serena: *Facies ejus sicut sol:* Quare facies Domini visa est Apostolis placida luce micare, & Angeli

5.
Mors profanitatem rescindit.

gelificies ingrata luce, & terribili mulieribus devotis apparuit? Ratio est? Quoniam Angelos intra sepulchrum foemina respiciebant, ut inquit Evangelista, quamvis ergo pulcherrima facie, splendoribusque micarent Angelici Spiritus, lux illa visa intra monumentum visa est mulieribus non splendor alliciens, sed terrificans fulgur, & fulmen pavescens; *Erat autem aspectus ejus sicut fulgur*. O quot radijs pulchritudinis excæcati non fuissent, si lucis in tumulo cogitarent, quam parum foeminarum allicerent vestimenta profana, si in funere marcescentia juvenis cogitaret, nulla namque ad regendam vitam doctior magistra, quam mors ab hominibus meditata.

Quandiu Eva credidit mortalem fore si comederet fructum, non violavit præceptum, cum autem à Dæmone suasa credidit divinam immortalitatem æmulatoram; *Nequaquam moriemini, eritis sicut Dij*, misere lapsa est; Postquam autem claram mortis à Deo sententiam audierunt, & mortis casum imminentem in posterum expectabant, à culpa sunt præservati, quorum sanctitatem Sapient. 10. Scriptura narravit. *Eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem*, inquit de Adamo, oblivione mortis ruerunt parentes, & memoriâ illius fuerunt iterum instaurati, ut inquit enim Theodoretus q. 31. in Gen. *Post divinam sententiam fere quotidie mortem expectabant*. Unde potius præservativum, ut in posterum non peccarent, quam in sententiam mortem Dominus intimavit, mors enim ad non peccandum efficacissimum est medicamen, & universæ perfectionis schola: Pluries Dominus apparuit Abrahamo terram uberem posteris suis pollicens, serièque posterorum, mortua est Sara, & post obitum non legitur apparuisse; Quare hoc? Quoniam apparitio divina ad perfectionem provocabat Abrahamum, hoc stimulo ante uxoris obitum Patriarchæ fuit opus, post mortem autem Saræ calcari hujusmodi non indigebat, quia uxoris defunctæ conspectus apparitioni substituebat, efficacius enim mors edocebat mundi contemptum, & ad unionem stimularer cum Deo, quam posset apparitio, aut communicatio divina, sepulchrum

namque Saræ, in qua addisceret, foret Schola.

Minas in Nabuchodonosor vibravit Propheta Isaias, & tamen supplicium æternum non subijit, explicavit Daniel cœlitus demissam sententiam in Balthasar, & executioni datur supplicium. Quare hoc? Quoniam Nabuchodonosor cogitavit de morte: *Tu rex cogitare cepisti in statu tuo, quid esset futurum post hæc?* id est finem felicitatum, cum tandem morti cedens omnia fuerint tumulanda cum ipso: sic explicavit Theodoretus: *Cogitabat in lecto cubans, an semper victurus esset, an vero humana natura lege moriturus?* Ubi ergo in Schola mortis didicit omnia velut vaporem, subtilemque fumum & nebulam in tumulo ad nihilum reducenda, in se reversus Nabuchodonosor pompa vanitatis deposita, ad Deum conversus est pœnitidine punctus, & cor contritum, & humiliatum Dominus non despiciens criminum largitus est indulgentiam & veniam, qui namque se considerat morti soluturum tributum, motus compescet cujuscumque inordinati appetitus, ideo Scithæ ut suos præferrent reges cum coronantur spargentes pulverem clamant. *Hæc tunc est origo, & finis, vide ne quid superbe agas*. Quis enim alliceretur blanditijs? Quis confidere posset divitijs? Quis fallaci vanitati thus immolaret? Quis pulchritudini? si hæc omnia consideraret prædam mortis esse futura? Cum quidam felicitates, quibus contigit fungi, revolvere non cessaret, statum sua opinione fortunatissimum undequaque hoc lemmate expressit. *Omnia*. Verum alius prudentior, ut hæc vana esse doceret, apposuit, *S*, refert Becherius, unde ubi *Omnia* sua vana stoliditas finxit, apparuit & verius *Somnia*. Et quidem quem mors fecerit vigilare, omnia felicitatis humanæ bona discedet esse phantasmata sola; mors enim, cui ejus contemplationi deditus fuerit, manifestius ostendet felicitates, & delicias mundiales sicut flores simul egredi, & conteri. Unde Elizabeth Aragoniæ regina in stemmatibus florem *Scelenitropos* appellatum id est florem Lunæ, & florem alterum Solis *Eliotropos* nominatum depinxit, ut à pede

pede superbiæ non conculcetur collocata in fastigio, cum hoc lemmate. *Sequitur & in æternum expecto*, innuens omnibus fungi, velut qui sequitur, & expectat vitæ interitum, & occasum.

8. // Dominus ergo ut primis nostris parentibus mederetur, sublatis folijs ficus tunicas fecit pelliceas, ut memoriam mortis secum ferentes à livore omnium affectionum sanari possent. Tunica, inquit Isidorus, est appellata, quia in motu incedentis sonum facit, *tonus enim sonus est*. Tunica sonus erat, quo primi parentes se mortales esse, quocumque incederent, recordarentur, ut cum superba cogitarent, pellium animantium sono humiliter de se sentirent, & monebantur; Si autem laboribus fuissent depressi spei remigio erigentes ex mundi fluctibus caput, tolerantiam quousque ad portum cæli vitæ rupta tela pervenissent, conservare docebantur: Quæ omnia continet mors juxta Philosophi mortis definitionem apud Becherium: *Mors dicebat, est somnus æternus, dissolutio corporis, pauperum desiderium, inevitabilis eventus, incerta peregrinatio, latro hominis, umbra vita, omnium resolutio, laborum finis, cupiditatum clausula, improborum carnifex, bonorum premium*. Hæc ille.

9. Ex hujusmodi autem mortis contemplationis defectu, & oblivione profunda, quam Dæmon inducere satagit, oritur mundiales, corpus ac si in æternum duraturum, fomitis diram officinam efficere, arcem concupiscentiæ, maliæ castellum, in quod sæpissime intrant, ut sordibus volentur, oculos, incitante Dæmone, in vitæ orientem figunt, & non in occasum, hinc spiritualis armonia hominis perturbatur. *Oculi ejus ut palpebra diluculi*, inquit patientissimus Job, de Dæmone, sic homines decipient, Quare cometis calamitatum prænuntijs, aut fulminibus quæ pavore terrificant, & omnia devastant, non comparavit Job? Cur diluculo, & auroræ quæ præcursor est Solis, diemque annuntiat? Quoniam oculos Dæmonis Job palpebris assimilavit auroræ, non quia convenerint luci, sed quia incantatione diabolica hominibus sæpe

repræsentat auroram, cum fructuosus deberet repræsentari lucis occasus, in hominibus quidem florida juvenum ætas aurora est, sicut respectu diei aurora est flos primus ipsius lucis, ideo ergo aurora palpebris oculos Dæmonis comparaverat, quia hostis diabolici cura præcipua ea est, ut oculos hominum figere faciat in auroram ætatis, & avertere à senectutis Occasu, ut diabolica fraude decepti fallacem auroram vitæ incipientis nimio obtutu videamus, & Occasum vitæ nunquam fructuosè consideremus, ut fallacis Orientis attentio sit poenitentia homicida, & vitiorum fœda sentina: *Oculi ejus ut palpebra diluculi*.

Plures vidit, & ploravit Ezechiel ex afflato divino abominationes in templo, sed omnium maxima erat reptilia adorantium tam sacrilega execratione, quod contempserint templum. *Dorsa habentes contra templum*. Unde veræ divinitatis profunda hominibus istis oblivio? Quæ vecordia potuit tenere Israëlitas, ut obliti Benefactoris sui reptilibus offerant sacrificia? Quæ temeritas ut non clant idolis immolent? sed palam & in templo impudenter coram Majestate divinitatis? Rationem reddit textus. *Facies ad Orientem*. Ad Orientem vitæ respiciebant ideo dorsa contra templum habebant, & creaturas sacrilegæ cultu adorabant. Hinc oritur hominibus idola adorare appetitus, & dorsa contra Creatorem habere, quia facies ad Orientem habemus, vitam quasi semper cœpisset, respicimus, nec Occasum consideramus, ideo nos excæcat carnis amor, & blandissimæ voluptates, quæ nos memores Dei non sinunt, sed dorsa Deo vertere faciunt, gaudemus in malis, nauseamus in bonis: vento pascimur somnis inanibus exultantes, & non ut Hecuba in fabula miserrima illa regina vertitur in canem, sed verius inter brutas animantes degimus in terra, vilibus affectibus fervientes, tabernaculo Cedar idest nigro corporis tentorio fervientes, quasi animæ nescij, patriæ immemores, & injuriarum Deitatis avidissimi fabri, eo quod novissima non contemplantur, sed vitæ æternitate perfrui arbitramur.

Affirmavit D. Epiphanius lib. 2. contra haereses tom. 2. hær. 66. quod triginta impleverat annos Lazarus, cum vita fuit functus, toridemque annos vixisset jam suscitatus; Addit Dionysius Carthusianus in cap. 12. in Ioan. quod his triginta annis, quos post resurrectionem Lazarus egit in mundo, nunquam risisse visus est: *Legitur quod Lazarus post suam suscitationem non risit.* Quare hoc? Quoniam quatuordecim in sepulchro jacuerat, ideo nec blanditijs alliciebatur, nec aliquod bonum quod ipsi arderet, repræsentari posset, omnia pallorē mortis induebant proposita Lazari oculis, quia intra se, & coram se imaginem mortis habebat, id o amaricabat vitæ dulcedo, nauseabat appetitus delictijs, & omnia ut contemptibilia ad conspectum corruptionis cui jacuerat, vilique pretio & veluti stercorea habebat.

PROPONUNTUR alia expositiones.

10.
Optima dis-
positio ad
moriendum
resiliunt.

NISI dicamus Dominum folia ficus parentibus primis auferre, quia quasi furati ab arbore fuerant, illaque restituere voluisse, si namque verum dixisset Eva interdictum illis fuerat arborem illam tangere, & potiori jure tollere (ficus enim fuerat in opinione nonnullorum SS. PP. interdicta primis parentibus) damnaverat namque Dominus Adam, & Evam internitioni; *Morte moricini*: ut autem gustarent mortem, nulla poterat excogitari aprior, proximiorque dispositio, quam alieni vi sublata integra restitutio: Purpuram voluit Christus Dominus induere in prætorio; sed ut concenderet patibulum crucis, inquit D. Hieronymus purpuram abjecisse, pristinasque vestes iterum induisse: *Tunc pristinas vestes recepit; & proprium assumpsit ornatum.* Quare purpuram non retinuit Christus in cruce? Non regnavit in ligno? *Regnavit à ligno Deus.* Quare ergo purpuram, quæ majestatis celsitudinem manifestat, non conservavit in folio patibuli regio? Quoniam quamvis regnaret in ligno, lignum tamen

ut mortem gustaret ascendit, ideo purpuram in cruce à se abjecit, purpura namque quamvis regie majestatis celsitudinem explicaret, erat aliena, ideo pristinas & proprias vestes morturus Christus suscepit in hominum documentum, ut nos instrueret ad moriendum nullam esse dispositionem aptiorem, quam aliena vestis integra restitutio: *Tunc pristinas vestes.*

Sed quo sensu intelligi valet: *In quamcumque die comederis ex ea, morte morieris* non concorsit expositio Sanctorum Patrum. Fere omnes sentiunt quod in ipsa die qua edere de ligno tentarunt, mori ceperunt angustias fictilis vasis experti, & terrenæ substantiæ miseras, ut inquit enim D. Greg. temporalis Adami & nostrum vita mors est potius dicenda, quam vita, ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud quam quædam prolixitas mortis: Alij ipsa die primos parentes subiisse mortem quia ex tunc mortem trepidare ceperunt, tradidere, idem autem timor mortis ac ipsa mors reputatur. Claud. 2. in Ruff.

11.

Panamque tuis formidare pena.

Eodem mense Moysen Aaron & sororem Mariam vitam commutasse cum vita tradidit Deus Zachar. cap. 11. *Et succidi tres pastores in mense uno.* De Moysen Aaron, & Maria D. Hierony. ibi explicavit Prophetam; Sed difficilis est expositio, etenim mense quo functa est vitæ Maria, fratres non fuerunt defuncti; Quare ergo inquit Deus eodem mense omnes vitam sinisse? Ratio est quia mense eodem tres fratres morti damnavit, ut constat ex textu; ideo ex tunc omnes cum mortuis sunt reputati, quia prolata sententiâ quotidie expectabant mortem, ideo tunc vitæ functos esse verissime dicitur, quia idem formido mortis ac ipsa mors reputatur. Sic pariter de primis parentibus dicendum est, die nempe quo fructum gustarunt, mortuos fuisse, quia ex tunc prolata in ipsos sententiâ mortem formidare ceperunt: *Post divinam sententiam fere quotidie mortem expectabant, ut*

*Formido
mortis
idem ac
mors.*

cx

ex Theodoro retulimus. Vita namque est morti sic contigua provincia, ut magis in morte quam degere in vita homines censendi sine. Continentes provincie olim apud Romanos dicebantur, quae Italiae conjunctae forent ut Gallia. Sed ex mente jurisconsultorum definit Imperator, Siciliam quoque provinciam inter continentes poni oportere, & hanc in lege tradidit rationem. *Quia modico freto Italia dividitur.* Sic D. de verb. signif. l. 99. Sic homines, quia usura brevis aevi, ut modico freto, a morte disjunguntur, magis in confinio mortis quam vitae esse putandi sunt.

Cum Dominus discipulos suos alloqueretur Joan. 11. sic inquit: *Et jam non sum in mundo.* Mortuum se reputat Christus: sed quomodo verum? Si adhuc Dominus vivit, & cum degentibus in hoc mundo loquitur, Quomodo se dicit defunctum? *Et jam non sum in mundo.* Quoniam Christus Dominus erat morti vicinus, mortem expectabat quotidie, ideo mortuus reputabatur, idem enim mortem expectare, ac mori, unde D. Paul. inquit: *Quotidie morior* quia mortem expectabat in dies: *An non quotidie dicimus,* inquit Beda, *jam non est hic, de aliquo quantocumque abituro?* & maxime hoc de morituro dici solet. de Tullio Hostilio refert Livius Decad. 1. lib. 1. qui Numinum erat hostis, dum mortem cepit formidare vicinam, se reputavit defunctum, & de Numinum veneratione curavit. *Quo morbo est implicitus, tunc adeo fracti simul cum corpore sunt spiritus illi feroces, ut qui nihil antevratum esset minus regium, quam factis dedere animum, repente omnibus magnisque superstitionibus obnoxius degeret, religionibusque etiam populum impleret.* Ideo Democritus vitam hominis morbum appellavit, ut ab incunabulis, primaque luce homo se reputaverit mortuum: *Totus homo ab ipso actu morbus est,* ut cum per aegritudinis molestias mortem homo cognoverit esse vicinam, quasi mortuum se reputans a vitijs respiciat, & confestim pulsanti Domino aperiat, reserquetque praecordia; ut inquit D. Greg. Verecundentur igitur decrepiti se-

nes immemores mortis esse, cum oculi caligantes, trementes manus, pedesque titubantes non tam vicinam, quam jam jam praesentem mortem esse demonstrant, non enim inter viventes censendi, sed potius inter vita functos sunt numerandi; & tamen nil de morte cogitant, sed funeris nimis oblitici, nec mortem timent, nec judicem pulsantem formidant. Verum imminenti judicij horror incredibili metu animos horum percellit, cum aeger instante morte ante oculos ponat jam adesse in foribus judicem; Ubi quantus sudor illis, quanta sit trepidatio futura, qui de reddenda ratione numquam cogitarunt, cum formidabile audiant tonitru *Redde rationem villicationis tuae,* flentes, & ejulantes dicent, quod moniturus imperator Adrianus:

*Animula, vagula, blandula,
Hospes, comesque corporis
Qua nunc abibis in loca
Pallidula, rigida, nudula
Nec ut soles dabis jocos.*

Qui namque genio indulgent, ut fluctuum, procellarumque securi, & excluso mortis omni metu, jam liberius voluptatem per sensuum portas intromittunt, nesciunt quantum tempestatem, acervumque molestiarum in ultimo vitae puncto securitas illa sit allatura, ut inquit enim Paulus Varnefridus de gest. Long. leg. 1. cap. 16. *Nimia securitas detrimentorum mater est.* Similes sunt Herulo, de quo refert author citatus, quod die pugnae quo Longobardi & gentis utriusque acies in patenti campo omni virium contentione inter se bellarent, in delicato colle, unde prospectus in campum fuit, ad tabulam ludebat; Dum autem insolenti confidentia luderet, illusit fortuna, & dum lucratur jactum, perdidit imperium, & vitam: Hi ergo qui a securitate vincuntur, periculosius vincuntur, qui quasi ludunt, cum jam instare mortem considerant, & rident & Daemonem irrident, animae patiuntur jacturam. Ideo Christus Dominus vigilare nos admonet, & vigilantibus securitatem promittit, *Quod si venerit in secunda vigilia, & ita invenerit, beati sunt servi illi.* Et timidum Deus

voce Salomonis appellavit foelicem. *Beatus homo, qui semper est pavidus.* Quævis enim alia securitas est semper periculosa, ut de Numidis scribit Tacitus l. 2. *Annal. Spe victoria inducti sunt ut vincerentur.* Frequenter namque quos non potuerunt adversa superare, securitas & prosperitas dejecerunt; ut inquit Cassianus coll. 4. cap. 6. *quo tendit illud dictum Emilij Probi in vit. Thrasyb. Matrem timidi flere non solere.*

§. II.

Quam proficua peccatorum confessio.

12.

SECOND A ratio, quare depolii foliorum vestes primos parentes Dominus voluit, est quoniam verecundam nuditatem, quæ fructus erat peccati folijs velare, & simulare tentabant, seque exhibebant indignos remedio. Ut inquit Bernardus serm. de conf. *Pejus vere est confiteri nolle, quam legem contemnere, pejus est Dei offensam non satisfactione placare, quam placando Dei bonitatem offendere.* Post transgressionem Adam accepit folia ficus, quibus obtexit suæ turpitudinis peccatum, cum Deus autem destrueret transgressionis peccatum, & deleret in cruce, arefecit operculum peccati, id est folia quibus Adam tegebatur post transgressionem.

Et quidem peccati confessio reis hominibus unicum esse remedium constat passim ex Scriptura: *Peccata tua, aiebat S. Petrus Damianus, dicito ut deleas peccata tua, dicito in hac vita, ut deleas in alia.* Nulla utilior, & eloquentior criminis excusatio in Dei iudicio intercedit, quam ipsius delinquentis accusatio, qui se reum lamentatur à iudicio divino absolvitur, & innocens evadit: *Cum apud sæculi iudices confessus mox dirigatur ad pœnam, apud Deum confessus statim pergit ad veniam,* inquit D. Ambros. Peccavit Adamus & statim absolvitur, homicidium commisit Cain & condempnatur à Deo, *Maledictus eris.* Præterea peccavit Adamus, & non solum absolvitur, sed in terram tota refunditur pœna: *Maledicta terra in opere tuo.* Peccat Cain, & non solum

damnatur, sed ipse & non terra maledicitur: *Maledictus eris,* Quare peccatum Adami facile Deus dimittit, & in terram transfunditur pœna, & crimen Cain non absolvitur, nec ipse liberatur à pœna? Peccatum Adami gravius non fuit scelere filij Cain? Utique, tum quia primum, tum quia totam infecit naturam, quare ergo Adam indulgentiam obtinuit, & Cain non venia donatur? Quoniam Adam quamvis aliquantulum crimen minuerit, falsus est, & non negavit: Cain vero celare curavit, & proflus negavit, ideo confessio Adam obtinuit, & negatio Cain patitur damnationem. Pœna ergo transfunditur ad terram, quæ siluit, & immunis ab illa fuit Adam, qui vocem confessionis emisit; in crimine Cain ipse negavit, terra autem os suum aperuit ad confessionem: *Qua aperuit os suum,* dicitur de terra, ideo fuit immunis à pœna & ad Cain fuit tota pœna transfusa, quia negavit, & siluit: *Maledictus eris super terram.* Confessio enim pœnam, & maledictionem effugit. Ideo clamabat David: *Sana animam meam, quia peccavi tibi* quasi ipsa criminis confessio fuerit pretium, quo non possit non emere remissionem.

Confessio peccatorum proficua.

O quot æmulantur Cain, qui culpæ præoccupati pudore detrectantes homini confiteri, Deum vindicem provocant ad ultionem: Sciens enim Sathanas, inquit Chrysostomus, hom. 80. ad populum quod peccatum habet confusionem, pœnitentia vero fiduciam, ordinem commutavit, & pœnitentiæ confusionem adjecit, fiduciam autem peccato. O quot præcipuè feminæ linguam movere ad inania non cessant, os habent & non loquuntur, linguas habent nempe disertas, ut contra fas scelera jactent, & elingues apparent, ut Sacerdotibus manifestent, pro medicamine culpas: Dolet magnopere Origenes quod fatuis virginibus clausa sit janua: *Nescio vos:* Quare quinque sunt inter cæteras infelices, cum dormitaverint omnes, & in cunctis fere fuerit oleum charitatis extinctum? Nonne Dominus est personarum acceptor? Quare ergo quinque ad nuptiarum talarum invitantur, & fatuæ sunt reprobræ factæ? Rationem reddit

13.

Origenes

Origenes; Quoniam alijs virginibus factæ aperuerunt defectus; omissionis peccatum alijs virginibus declarant: *Quia lampades nostræ extinguuntur*, sed erubuerant dicere Sacerdotibus confitendo delictum, ideo responsum audierunt: *Ite potius ad vendentes idest. Origene sic exponente, ad Sacerdotes, & doctores Ecclesiæ.* Optimo ergo Jure dictum est: *Nescio vos* quia cum alijs confabulentur crimina sua, erubescunt dicere, confiterique Sacerdotibus; Ad primum minus pudicum verbum oporteret feminam erubescere, sed jam crimen admissum stolidam foret nocivaque verrecundia, non confiteri, ut culpa deleri, & remitti valeat. Offenderat Socrates in vestibulo prostibulie gradientem adolescentem, qui cum Magistrum viderat, abscondit se post ostium, philosophus autem manu adolescentis comprehensa, hoc solum locutus est: *Amice mi; hunc locum intrare erubescere debueras, non exire.* Vulnera animæ formidare debemus, sed sanari à langoribus erubescere non debemus; peccata timenda sunt, & in facie rubor manifestari ne committantur, sed jam commissa summâ fiducia in confessione aperienda, quia non aliter divinâ contra nos revocatur sententia, nisi ipsi contra nos confitendo prius feramus sententiam, non enim adest culpæ remissio, nisi præcesserit scelerum antea humilis, & clara confessio.

Etiam mittere in mare Christus Dominus præcepit Petro, ut ex ore staterem educeret, ut posset tributum solvi: *Aperto ore ejus invenies staterem.* Quare reperitur in ore, cum piscis quidquid in ore sumit, statim & glutiat? Ratio est; quoniam paulo ante donaverat Petro scelera remittendi facultatem, & potestatem: *Quodcumque solveris super terram erit solutum & in caelis;* Ut autem modum quo remitterentur peccata ipsam doceret, inquit staterem & pretium, quo emittitur culpæ remissio, nostra à captivitate liberat, & quo nostra redimitur salus, non in visceribus, sed in ore piscis consistere, in ore pretium esse quo venalis sit gratia, idest confessio-nem, quæ ab ore procedit, nostram operari salutem: *Non otiose*, inquit

D. Ambrosius, *in ore piscis dragma inven-tum est, nam ex ore tuo justificaberis; etenim pretium immortalitatis est nobis nostra confessio.* Merito ergo mors & vita in manibus linguæ, mors est cum proximum transigit mortifere, vita est cum patefacit maculas, atque crimina, ut inquit enim D. Gregorius venenum lethale est culpa, qua inficitur anima; si non evomitur necat; ad os veniat venenum cordis, illud exspuat lingua; ut periculum fugiat; lingua namque hominis veluti ulcera animæ sanat non lingendo, sed loquendo, & sicut putrido sanguini sola venarum scissio remedium est, sic criminis putrido humori confessio sola est unicum medicamen: *Quid est ergo peccatorum confessio*, inquit D. Gregor. hom. in divitem. *Nisi quadam vulnerum ruptio? quia peccati virus salubriter aperitur in confessione, quod pestifere latebat in mente.* Quia cum nos plagas per confessionem ostendimus, divinus medicus sanat eas misericordiæ fomentis.

Beatus homo dicebat D. Basilius, qui propriam plagam, quam interne habet novit; ut medico accedente dicere valeat: *Deus meus clamavi ad te, & sanasti me, illico namque indulgentia venit delictum suum confitenti, imo non solum venia, verum & oblivio peccati; ut Jerem. 43. Ego sum qui deleo iniquitates, & non memorabor.* Si namque homo proprii non obliviscatur errati confitendo, penes Deum non erit memoria facti; qui testem sui peccati se probat, & dicit, non solum delicti obtinet remissionem, sed etiam in Deo generat criminis oblivionem. Per Angelum Dominus de calamitatibus populi solabatur Gedeonem; qui sic clamabat. *Obsecro Domine mi, si Dominus nobiscum est, cur apprehenderunt nos hac oblivionem omnia.* Verum Angelus nulla Israelitarum crimina objecit; Quare Deus per Angelum non retulit tot scelera quot populus commisisset? propter infinita namque peccata Deus Israelitas malis opprimerat; præliisque vexaverat vitam, omniumque in ludibrium posuerat; Quoniam scelerum quæ obijcere posset; Deus immemor erat; Quare Dominus obliviosus? Quoniam clamoribus populus crimina fuerat confessus:

Clamavit populus ad Dominum omnes compuncto corde scelera propalaverant, ad conspectum ergo lacrymabilis confessionis nec Dominus criminum recordatur, nec illis Angelus populum pupugit, sed quasi actum sit de sceleribus, de conferendis favoribus cum Gedeone fatagit tantum: Doleat ergo peccator, humiliter confiteatur delicta, pœniteat aliud se esse quam fuerit, & curet pœnitendo, inquit D. Chrysologus, non esse quod fuit, ut possit recipere quod amisit, cum Deus non solum sit facilis indulgendo, verum misericors crimina obviscendo.

Sicut autem facilis venia scelera confitenti, secuta est damnatio delicta imprudenti pudore tacenti, O quot stimulis dilaniatur, qui differt scelera confiteri: accidit illi, quod elephantum, de quo Androbaldus refert, quod sitiens fontem aquarum quærit anxie, ut bibat accedit, cum autem se frædum in aqua veluti speculo videt, arenas movet, ut turbata aqua imaginem non manifestet, cum autem siti vexetur aquæ claritatem expectat, ut bibat, cum autem purificata incipit formam iterum elephantis exprimere, horrens imaginem suam turbat aquas secundo, & hæc eadem repetit, quousque sitiens fugit nec bibere audeat. Hoc idem contingit homini præoccupato pudore, cum enim omnium scelerum genera perpetraverit, divinis inspirationibus punctus fontem aquarum viventium in pœnitentiæ tribunali sitiens quærit, verum cum fræditatem sui contemplatur, sacro horrore percussus aquam turbat, id est memoriam criminum excutit, ut à medicamine fugiat, iterum extimulatur, ut per pœnitentiam ad Dominum convertatur, peccata memoriæ recollit, horrens autem fræditatem quam contemplatur, erubescensque hominibus revelare, lingua titubat, vox hæret, nutant oculi, genæ rubescunt, & pudore victus fugit obmutescens, quousque ad domum æternitatis, & ad folium iudicis evocatus, jacta est sine remedio salutis alea, sicutque in æternum.

15.
Silentium
in confes-
sione animæ
Hoc totum expressit David: *Tremor apprehendit eos, ibi dolores ut parturientis.* Loquitur Psalmista rex de his quibus pœnam heritij Deus mi-

natus fuerat: *Ponam eos in possessionem heritij.* Quare huic comparat Deus peccatorum supplicium? Ratio defumitur ex his, quæ tradidit Pierius Valerianus de hoc animali: Heritium namque pinxisse veteres inquit, ut procrastinationis damna significarent, est enim Heritius spinis armatum animal, cum autem prolis partus accedit, fœmina percussa fœtus stimulis partum horret, tandiuque differt, quousque spinis cum filio crescentibus & doloribus uterum fœtus erumpens dilaniat, & brevem dolorem herinacius renuens, moritur dilaniata, & procrastinatione perit: Velut infandum monstrum respicit peccator conscientiam, tot spinis horret armatum, quot criminibus lacestram, pungitur pudore scelerum, & varios patiens æstus cogitationum dolorosis spinis & moribus laceratur, pudor & ignominia ante oculos versantur, ut in aures Confessarij fræditatem reponat, cum mens peccatorum agitat oportere venenum evomere, durius angit & pungit quam mortis angores, si conscientia stimulat suadens producere ex flagitio fœtum susceptum formatumque animæ utero, vi statim retrahitur præ pudoris timore sed omnia in vanum, ut inquit enim Lucret. l. 4.

Ulcus enim vivescit, & inveterascit alendo.

Et cum venerit ultimus dies patietur pœnam à Deo min. tam Osee. 13. cum dies inquam ultimus venerit, nec jam ulterius possit differri partus, tunc superveniunt omnes dolores, & quæ puduit vni fœmina Sacerdoti fateri, pervia coram omni curia cœlesti videbit: Ut contemplabatur speculum pœnitentiæ Augustinus. *Eccè coram tot millibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ.* Durius ergo, ut brevis pudoris dolor viteatur, quam herinacius dilacerabitur homo, incipiens dicere montibus. *Cadite super nos, & collibus operite nos:* Quam pœnam refert David: *Tremor apprehendit eos, ibi dolores ut parturientis* imo & ipse est expertus ad novem usque menses homicidij, & adulterij ulcus animo gravissimum fovens, nullum namque durius potest supplicium Deus infligere peccatori,

peccatori, quam permittere quod crimina occulter, & velamine tegat.

16.

Præcepit Dominus ficum folia dumtaxat habentem illico areferi: *Et arefacta est continuo ficulnea.* Aliam vidit Christus ficulneam, quam cum voluisset succidere cum patrono fungeretur colono, incolumen dereliquit, suspendens vindictam hortulani precibus annuens. Hæc exponens Ildorus Pelusiora inquit Dominum se severum, rigidumque gessisse erga primam ficulneam, rigidum vero cum alia ficu, quam passus est incolumem permanere: Sed quis hæc intelligere potest? Arefacere ficum potuit oriri ex misericordia? rigor non est servare incolumem ficum? Utiq;: Humano ac misericordi animo imputandum est arefacere ficum inquit Pelusiora, hæc enim transgressionis fuit arbor, cujus folijs, qui præceptum violarunt, usi sunt ut eorum tegmine occultarentur, supplicium ergo maximum foret, & eorum irreparabilis ruina, si habentes arborem quæ pro fructibus ferret delicta, contervasset folia, quorum umbra possent celari. Misericordia ergo Domini fuit, quod arefaceret ficum, & folia, ut delinquentibus tolleret excusationes, quibus possent crimina sua velare.

17.

Quamvis autem primi parentes aliquantulum confessi fuissent peccatum, non integre tamen, Eva namque interrogata excusavit: Non clare confessæ est, quod comederit fructum, sed quod fuerit à serpente decepta, *Serpens decepit me.* Credere serpenti fuit nefas, sed detestabilius contra præceptum divinum comedere fructum. Unde ex defectu integritatis vitiata est primorum parentum confessio, non enim comparatur indulgentia peccati, nisi confessionis integritate. Præcepit Dominus in Leu. quod Sacerdotes quibus iudicium lepræ commissum est, lepram mundissimam iudicarent qua quis à planta pedis usque ad verticem capitis fuerit fœdatus, verum qui una, vel altera tabescere labe visus fuerit, & in reliquis corporis partibus apparuit candor, immundum habitum iri: *Sin autem effloruerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem cutem à capite usque ad pedes teneri lepra mundissima iudicabit.* Quando vero, loquitur

de alio leproso, *caro vivens in eo apparuerit inter immundos reputabitur:*

Quare leprosus plagatus mundissima lepra laborat, & is, in quo cutis aliquibus maculis fœdatus appareat, visa est caro vivens, & candor coloris reputatur immundus? Ratio est quia hoc iudicium de lepra quod commissum est Sacerdotibus, nullius est qui hæc iter typum esse iudicij pœnitentiæ commissi Sacerdotibus Evangelicæ legis: in utroque ergo iudicio immundus habetur, qui una, vel altera lepra labe tabescens, colorem candidum, & carnem manifestat viventem, quia cum undequaque leprosus sit, unam vel alteram manifestat, & in reliquis partibus sanitatem ostendit, hic incurabilis est, & inter immundos reputandus damnatur, qui autem sub conspectum oculorum Sacerdotibus manifestat cunctas labe, quibus tabescit, quamvis à planta pedis usque ad verticem capitis leprosus existat, mundus à Sacerdotibus reputatur, quia ubi cunctas nulla tecta labe ostendit Sacerdotibus, tam facili negotio curatur, ut sanus valeat existimari: Efficax ergo medicina Sacramentum est pœnitentiæ, dummodo maculæ omnes pateant sacro iudici in tribunali, verum si unam, vel alteram labem manifestat peccator, & simulat alias, vel tegmine velat, incurabilis est, & immundus, medicina enim sacra indivisibiliter sanat, vel omnia lavat & emundat, vel sordescet amplius peccator, vel minimum namque peccati in tribunali pœnitentiæ omittendum non est, si velit peccator super nivem dealbari.

Estote prudentes sicut serpentes præcepit Dominus Apostolis, & in his intimatur fidelibus cunctis præceptum: Si Dominus simplicitate Christiana fideles intendit passim armare, quare calliditatem serpētis imitari nos admonet? *In renovatione anima* inquit D. Ambrosius, sicut enim Serpens illiditur inter lapides duros ut veterem tunicam exuat, sic peccatores pectora concutientes inter lacrymas, & suspiria veterem Adami vestem exuere oportet, ut induant tunicam pulcherrimam gratiæ, verum sic nobis est anima spiritualiter renovanda, ut amulemur in renovatione Serpentem: De serpente namque inquit Plinius

Confessio sit integra

quod si aliquid veteris pellis in caudæ extremitate remanserit, serpentem rodit corruptio, & tamen interim illud. Hoc ergo præcipit Deus imitari in serpente: *Estote prudentes sicut serpentes*. Sic per poenitentiam animam renovandam, instaurandamque spiritualiter per confessionem, ut nil pellicis, nil sceleris, vestisque Adam veteris maculans animam in nobis remaneat, quod non appareat in poenitentiaë tribunali penitus revelatum, & sacerdotibus declaratum, ni velimus cladem experiri lethalem; Non æmulatur autem serpentem in spiritali renovatione, qui crimina manifestat, sed excusat malitiam. Unde poenitens rex non tam crimina timet quam excusationes formidat, ideo ostium circumstantiaë imponendum ori poscebat ne illius cor declinaret ad excusandas excusationes in peccatis, major namque iniquitas est criminis excusatio, quam delicti commissio.

18.

Ad refugium Mariæ convolant peccatores, ut sub protectione alarum suarum milui diabolici fugiant insidias & divinæ justitiæ rigorem: sic clamat voce cunctorum Ecclesia: *Ad te clamamus exules filij Evæ*. Quare ut opem implorent, & consequantur auxilium filios Evæ se nominant peccatores, & non filios Adam? Ratio est quia, interpellant Mariam matrem misericordix, cujus objectum est implorantis miseria, ut autem experiri possent propitiam, summam omnium coram oculis Marianaë pietatis representant miseriam, ideo filios se nominant Evæ, quasi hoc fuerit peccatorum inter omnes extrema calamitas; Quare filios esse Evæ major est calamitas, quam posteros esse Adami? Quoniam esse criminum reos, & peccatores hæreditantur homines ab Adamo, & ut posteri primi parentis, qui caput fuit omnium in delinquendo, excusare peccata transfusum est ad homines per Evam, quæ primum fuit excusationis exemplar; & prior quæ se excusavit à culpa *serpens decepit me*: in oratione ergo qua Ecclesia ad Mariam exclamat, majorem calamitatem oculis misericordix proponit, ut in auxilium peccatorum Mariam inclinent, ideo non tam criminum reatum representant Beatæ Virgini, quo affligi-

Confessio
excusatio-
ne caret.

mur quatenus Adami filij, sed delictorum excusationem, quam ab Evâ hæreditavimus peccatores: *filij Evæ*, fortius namque auxilium opus est ad abstergendas in peccatis excusationes, quam ad lavandas maculas delictorum.

Defecit pariter confessio primi parentis in dolore, doluit namque quod minoris fuerat valoris, nempe corporis afflictionem: *Timui eo quod nudus essem*, nil curans de violatione præcepti: Hanc confessionem imitantur frequenter homines mendaces in statibus suis, qui de gravissimis sceleribus parum vel nihil curantes leviter contententur duntaxat: *Quare tu Judæus cum es, inquit Samaritana bibere à me poscis? Non enim cõstituntur Judæi Samaritanis*. Exponens D. Chrysostomus hujusmodi locum mulieri Samaritanæ irrisit. *Vide, inquit, quam circumsperta est mulier, Christum corrigis: Quare irrisit Samaritanæ, Chrysostomus?* quoniam horruit alloqui cum esset Samaritana Judæum, & non formidat quinque viros sibi impudentissime copulare, actus religionis erat Judæorum à Samaritanis divortium, ex lege synedrij instituta erat hujusmodi separatio, tot prostitutam esse hominibus impudicitia & scelus erat abominabile in lege, ideo ergo audivit Chrysostomus cum irrisione mulierem, quoniam nil de concubinato curavit, qui gravissimum erat delictum, & Christum corripit, & loqui cum Judæo formidat; hoc autem diabolicum est.

Peccatores
parum de
gravi cul-
pa curan-
tes solent
scrupulis
pungi.

Cum Dæmones à Christo Domino vexarentur, facultatem affectata humilitate exorarunt, ut liceret illis ingredi porcos: *Et deprecabantur eum spiritus dicentes: Mitte nos in porcos ut in ipsos invocamus*. Cum hoc autem legeret Arnaldus Carnotensis irâ in Dæmones provocatur, sed quare irascitur Dæmonum precatiori, cum Dominum venerentur? Precibus namque Christum ipsis superiorem fatentur; Quoniam ingrediendi porcos postulaverant facultatem, quoniam nulla à Christo obtemperata licentia homines frequenter intrabant, cum sint imagines & similitudines Dei, & facultatem exponunt ut animalia immunda ingrediantur, quid tam clare diabo

diabolicum, quam homines pro libito intrare, & simulare non sine divina licentia in porcos se velle mitti? Diabolicum ingenium solent homines imitari, qui gravissima scelera committere audent, & punguntur scrupulis erga levia, non cessant examinare, ut confiteantur; conscientiam super levissima quaque materia, & nil curant de opum restitutione, quas contingit retinere iniquitate tyrannica. Confiteamur ergo errata commissa vera cordis compunctione, integra & sine dolo vocis conclamatione, pandamus sine excusatione malitiam, gratias Domino agentes, qui remedio ita efficaci promptoque providis neque enim ad querendum hoc pretiosum Aloes genus in Indiam navigandum est, nec cum servis in Cretam abeundum. Quid enim facilius, quam animo humili abjecto & constanti dicere cum David: *Peccavi*. Optime Aristoteles inquit: *Quem factorum suorum non pœnitet, nunquam ad sanitatem revertitur*. Qui pœnitentiam, & confessionem fugit, insanabili morbo laborat, vertit in venenum medicinam, gratis perit, & ut inquit Tertullianus de Pœnit. cap. 9. *Cum provolvit hominem, magis relevat, cum squalidum facit, magis mundatum reddit, cum accusat, excusat, cum condemnat, absolvit.*

Non solum autem pœnitentis confessio ulceribus animæ saluberrimum est medicamen, verum est gratissima Deo, ipsi confitens placidum parat hospitium, ubi tanquam honorato in diversorio libentissime conquiescat, sic humilis peccatorum confessio ardet divinx placabilitati, & misericordix, ut potenti velut illicio adductus, advolet subito ad confitentes, & charitativis vinculis copuletur. Ubi Pater advenientem prodigum vidit, amplexus & osculatus est illum: *Cecidit super collam ejus, & osculatus est eum*. Pœnitentem igitur filium benigne recepit Pater, & inter amplexus cordis magis approximavit; Chrysofomus hæc signa dilectionis exponens inquit Patrem b's prodigi fuisse osculatum: *Osculatur os ejus*. Quare non genas? Quare os filij osculatus est parens? Rationem reddit Chrysofomus: *Osculatur os ejus, per quod emissu de corde confessio pœnitentis exierat, quæsi pater lacus exceperat*, sic grata fuit parenti confessio, quod in signum æstimationis os, quod illam emisit, est osculatus, ut innuat etiam instrumentum, quod confessioni deservit, ardentem amasse, hanc veram confessionem, & compunctionem pro criminum satisfactione suscipit.

Conf. sibi gratissima Deo.

Ex Genes. cap. 4. *Possedi hominem per Deum inquit Eva de Cain.*

Joann. 1. *Non sicut Cain, qui de maligno erat.*

Facilis est concordia, imo non est necessaria, ubi neque apparet fructus fecunditatis: Possedit namque Cain per Deum Eva, id est reputavit maximum sibi à Deo beneficium col-

lacum, & merito quidem cum fuerit fructus fecunditatis: Joannes autem respexit Cain, & opera ejus in esse morali, fructus impietatis, & maligni pectoris signa.

Ex Gen. cap. 4. *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear.*

Paul. ad Rom. 5. *Peccatum vero non imputabatur non existente lege.*

§. I.

Proponitur Præadamita expositio.

RECIPUUM hoc est Præadamitæ fundamentum, ut homines auderet ante Adamum assignare. Hæc sunt Apost. verba ad Rom. 5. *Sicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, ita*

etiam in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes homines peccaverunt. Usque ad legem enim peccatum erat in mundo, peccatum autem non imputabatur cum lex non esset, sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudine prævaricationis Adæ, qui est forma futuri. Sic Paulus. Hujusmodi testimonium urget ita Præadamita, & præcipue verba illa: *Nam usque ad legem peccatum*

ET AD

erat in mundo, peccatum vero non imputabatur non existente lege. Sic urget. Vel enim lex illa intelligenda erat de lege data Mofi, vel de lege data Adamo, si de data Mofi, asserendum est peccatum fuisse in mundo ante Moſem, ſed per illud tempus non fuiſſe imputatum, quod eſt falſum. Si de lege data Adamo, ſtatendum eſt peccatum fuiſſe ante Adamum in mundo. Ponendi ergo alij homines ſunt ante Adamum, qui quidem peccatiſſent, ſed non imputati. Non ergo exhorruit Præadamita, contra religioſam antiquitatem, & omnium ne dicam placitum, verum & cogitatum, ante Adamum ponere homines.

Sic ergo explicat D. Paulum. Sicut per unum hominem, ſcilicet Adamum, qui legem divinam de arbore non edenda tranſgreſſus eſt, intravit in mundum, ſeu originem vel ortum accepit, & per violatam hujusmodi legem mors, ita etiam mors in omnes homines pervasiſt, in quo omnes peccaverunt. Innuit enim Apoſtolus reciprocam convertentiam, ut quæ admodum poſito peccato, ponitur, & ſequitur mors; ita etiam poſita morte inferatur neceſſario peccatum. Nam uſque ad legem peccatum erat in mundo. Uſque ad legem, intellige legem datam Adamo, ad quam uſque peccatum erat in mundo, & ſimiliter mors. Sed neque mors regnavit, aut jus ullum habuit tempore illo ante Adamum, quoniam peccatum ante violationem Adami, & non existente illa lege, peccatum non imputabatur, ante legem enim illa neque peccatū, neque mors ullum jus in mundo uſurpaverat, nulla eis erat in poſſeſſione mundi legitima collocatio, & omnium ratio eſt, quia ante Adamum nulla lex lata erat, ſola ergo data Adamo fuit; cujus tranſgreſſio effecit imputationem peccati, & mortis regnum conſtituit, quæ reatum indixit peccato, & mortem inſtituit pœnam iſtius reatus; quæ peccatum fecit imputatum, & mortem uſurpantem, & regnantem. Regnavit mors ab Adamo uſque ad Moſem. Hoc eſt per imputationem peccati cœpit regnare mors; ante Adamum enim peccatum & mors erant, ſed neque illud imputari, neque iſta cœpit regnare, niſi poſt tranſgreſſionem

Adami ab ipſo violationis momento uſque ad Moſem, id eſt uſque ad legem datam Moſi. Moſes enim hoc loco ſumitur pro lege data Moſi, ſicut, & Adamus pro lege data illi. Sicut apud humaniores auctores, *Decem Viri* pro lege ſumuntur duodecim tabularum, & in jure vulgare eſt, *ait Prator*, ubi ſumitur *Prator* pro legibus remiſſionis juris, quas *Pratores* olim edixerant, ideo autem imputationem accipit à lege Adami peccatum, quia fuit generaliffima, & prima legum divinarum indita omni generi humano. Moſis lex appendix fuit legis illius generaliffimæ ad particularem uſum Judæorum. Chriſtus autem moriens ſuſtulit imputationem peccati, à violata prima lege in mundo inventa; & legem Moſis, quam Judæus, & ipſe Chriſtus obſerverat, antiquavit. Mor-te ergo ſua legis tranſgreſſionem Chriſtus Dominus expians, ſuſtulit ejus effectum, nempe imputationem peccati, & regnum mortis, juxta illud, *mors mortua tunc eſt in ligno, quando vita mortua fuit.*

§. II.

Impugnatur Præadamita.

PLURA ſibi tum implicancia, tum fidei noſtræ de peccato originali parum conſona, omnia autem contra Sanctorum Patrum opinionem, imo & omnium Theologorum aſſenſum à Præadamita ſunt excogitata. Superius, homines non niſi chimericos ante Adamum fuiſſe probavimus, expoſitionem Pauli, quam maxime fidiſt repellere, opus, ſed labor non erit. In primis ergo peccatum à lege imputationem fatemur, verum non à lege naturali omnibus hominibus inſita à conditore naturæ. Sic ergo contra Præadamitam, ſi Adamum præceſſiſſe homines diceremus, peccatum foret & imputatum peccatum, ex eo enim poſt Adamum imputative peccatum omnes homines pervasiſſe tradidit, quia lex exiſtebat, qua exiſtente imputari peccatum neceſſe eſt. Si autem ante Adamum homines eſſent, & peccatores, lex eſſet cujus prævaricatio peccatum

peccatum imputabile foret, ubi enim prævaricatio non est, peccatum non est, & ubi lex non est, neque prævaricatio legis est. Foret ergo lex naturalis ante Adamum à qua deviarent peccatores, si ante ipsum homines fuissent, quod ipse concedere tenetur, cum folio 9. legem naturæ rectam rationem esse dicat, unde leges Gentium ortæ sunt: à quibus leges civiles fluxerunt, quæ secundum varios Legum latores varia sibi induerunt nomina. Tales olim fuerunt, vel duriores Lycurgi leges, vel molliores Solonis constitutiones, vel quæ tulere strictiora jura Decem viri, vel quæ edixere remissiora Prætores. Qui ergo contra rectam rationem, legemque naturæ peccabant, peccato imputative delinquere dicendum est, quia imputatur peccatum existente lege, cum ergo lex naturæ comiteretur homines, qua rationales sunt, pro quocunque tempore fingat homines, inseparabilem legem naturalem recognoscere cogitur, à qua si deviant, peccatores denominari debent imputative.

Confirmatur ex Præadamitæ principijs. Introducit Præadamitam auctor illius sic alloquentem, cap. 13. ex verbis Pauli. Vivebam (inquit) vita illa naturali tantum, quæ mihi communis erat cum cæteris animantibus. Remordebat me intrinsicus peccatum meum, peccabam absque lege & ante legem Dei, sed non peccabam in Deum. Imo & illud pigebat me peccati mei quondam, quia præter legem illam naturalem, quæ mecum nata erat, leges itidem aliæ præscriptæ mihi erant ante legem illam Dei. Quidquid Dei notum mihi poterat esse, manifestum mihi erat lumine illo innato, & recta ratione illa, quæ mihi à natura indica erat. Hæc sua principia. Sed quis quam vera sint, non videt? Imprimis enim, quo pacto vivere possent homines illi ficti vita communi cum brutis, quos male facti pigebat, conscientiaque remordebat? Deinde, qui peccabant contra Dei lumen innatum, quo se illis Deus manifestabat in Deum peccare necesse est, aliàs nullum recognosceret peccatum, præter illud peccatum Adam, nullum enim recognosceret discrimen inter peccatum Præadamitarum & post Adamum Genti-

lium. Allegat enim in sui opinionem Paulum ad Rom. 1. 19. 20. & Act. 17. v. 23. incognitum dicens Præadamitis Deum, sicut tempore Pauli Atheniensibus. Condemnabatur, addit, eorum peccatum, & accusabatur natura ipsa, qua ratione Gentiles tempore D. Pauli legem non habentes sibi ipsis erant lex. Ex quibus sic; Præadamitæ etiam peccarent in legem naturæ, ita ut accusentur dampneturque eorum peccatum non peccant in Deum. Pariter ergo Athenienses, & tempore Pauli Gentiles reliqui, sibi ipsis cum essent lex, in legem naturæ peccantes, ipsa natura accusante, & damnante ipsorum, peccato, non peccare dicentur in Deum. Hoc secundum ipse negat, cum post Adamum formatum peccatum fateatur in mundo post transgressionem, & imputationem Adam, vel nullum aliud formatum erit in mundo peccatum, nisi solum originale, neque hoc secundum negat duntaxat ille, sed expresse Apostolus Paulus ad Rom. 1. v. 18. & v. 25. & 28. populos omnes Gentiles inexcusabiles esse pronuntiat.

Deinde repellitur Præadamita. Movetur ipse ut illud, *Ante legem peccatum erat in mundo* de lege Adamo data exponat, à cujus violatione orta est imputatio peccati, quia illa lex est per excellentiam lex legum, & generalissima omni generi humano lata. Hoc autem falsum est, quia Adamus fuit in sua sententia caput Judæorum, neutiquam generis totius humani, ut ipse frequenter repetit suo libello. Non ergo in Adamo omnibus, sed solis Israëlitis tulit Dominus legem illam. Deinde, Quoniam omnes leges habent à legislatore encomium, & excellentiam, non (ut ipse innuit) à transgressionem generali sumenda est; infelix commendatio, triste & deplorandum encomium à generali excitatione posteris inevitabili originatum. Numquid lex Moysi à Deo lata non est, aut digito ejus elaborata? Tutum etiam. Lex Adami fuit peculiaris, & unicum solum præceptum, sicut & lex, quam recognoscit ipse de sanctificatione Sabbati ante Moysen, de discretionem mundorum & immundorum, de abstinentia à suffocatis præcepta Noæ, & de circumfisione Abrahamo data.

Repellitur

4. Repellitur tertio Præadamitæ expositio. Pro omni tempore quo intelliguntur homines, debet concedi peccatum, & illius imputatio regnumque mortis, sed ante Adamum, peccatum imputativæ, neque mortis recognoscit imperium, solum ergo ab Adamo, & non ante illum homines fuerunt, quibus imputaretur peccatum. Major propositio, quam ipse negat, nisi terminis ludere gaudeat, est manifesta. Quid enim est regnum peccati, nisi jurisdictio in omnes æqualis, & pervasio communis? Fuit autem tempus ullum, quo homines peccatores dicantur, & non passi sint mortis imperium, sepulchrique aculeum? Fuit ergo jus mortis semper illæsum, & ejus regnum potens semper intactum, & in omnes homines æquè extensum.

5. Respondet Præadamitæ, duplex recognoscens peccatum, naturale nempe, & legale, illud quod à prohibitione nulla legis pendit, sed à pravis naturæ humanæ appetitionibus, quod & materiale dicitur à Præadamitæ, eo quod manat à natura nostra, à materia, à carne, & sensibus nostris. Peccatum legale seu formale, quod manavit à lege, cujus transgressione peccatum formam imputationis accepit. Quoties enim homo (inquit Præadamitæ) delirat à recta ratione illa, quæ hominem constituit, quoties impulsu materiæ suæ, quam habet communem cum brutis, quid agit dignum pecore (peccatum à pecore Latini mutuati sunt) & indignum homine: toties cadere videtur à specie sua, & incidere in speciem pecoris sive bruti. Quidquid enim fit ab homine, vel injuria numinis, vel ira, vel libidine, vel aliquo alio appetitu, commune ei est cum pecudibus, quas natura finxit ad terram pronas, neque ad cælum convertas. Communes sunt hominibus cum brutis rapacitas, sitis effera sanguinis: communes incestæ nuptiæ, libidinosæ illæ nefandarum venerum prurigines, cætera generis hujus, quæ à Gentibus natura duce prohibita legibus sunt. Peccatum formale seu legale fit legis transgressione, unde peccatum, quod ante Adamum erat peccans simpliciter, & materialiter, forma superveniente seu adventu legis, sive per imputationem violatæ legis fa-

ctum fuit legale, & formale, quo peccavit Adamus, & in illo homines omnes. Unde ante Adamum peccabant actualiter quoad materiam, non autem quoad formam, & imputationem peccati, quæ est vera similitudo transgressionis Adami, de qua hic agitur. Quodcumque autem peccatum sit sua sequitur mors, naturalis naturale peccatum, formalis consequitur formale & legale. Mors naturalis, quam corruptio naturalis generat, antecedentem naturam corruptam, vel pede cito, vel pede claudo nunquam deserit. Mors legalis, quam transgressio legis facit, ultrix addita post legirupam sedet. Ac veluti peccato naturali peccatum legale inditur: mors legalis morti naturali apponitur. Tum quo argumento peccatum legale peccato naturali inditur, reatum generat qui mente concipitur: mors legalis morti naturali apposta, mortem civilem parit, quæ fictio est & spiritu intelligitur. Unde bella, pestes, & febres, & quæcumque de genere hoc conturbant & male urunt homines, originem non habent ex Adamo, qui primum infregit divinam legem, sed ex natura hominum vitiata, quos vel inhians prædæ fames, vel effera vindictæ cupiditas, vel flagrans regni ambitio, arma capessere incitat, ut naturales appetitiones, & innatas libidines expleant. Pestes, & febres quis nasci, & inflammari non expertus est, vel ex naturalis aëris corruptione, vel ex ipsa nostri corporis imbellicitate? Ex esu enim arboris boni & mali mortuus non est Adamus, neque Cainus ex fratricidio ægrotavit. Omnia ergo hæc ex vitio naturæ suæ putridæ, & putidæ orta sunt, vitium enim innatum hominibus, solida fuit, & naturalis hominibus calamitas, ut enim inquit Ezech. cap. 28. *Productus est ignis de medio eorum qui illos excideret.* Natura ergo sua incendia in hominum cordibus facit.

6. Imprimis Præadamitæ scholæ terminorum ignorantia laborat, dum materiale, & naturale distinguit, & separat à formali peccati, malinamque utrumque facit dividere membrum. Illa duo in omni, & eodem peccato uniri Theologi unanimitè censent, ipsa peccantis actio, vel à natura, vel à carnis affectione, vel ab affectuum inclinatione,

clinatione, vel ab animi incogitantia, vel à voluntate manaverit mala, dicitur materiale, formale autem ipsa dicitur disconvenientia cum lege, moralitate desumpta à lege divina non sine libertate creata juxta Theologorum positiones diversas. Materiales utpotè actiones physicae, & naturales bonae sunt, & à Deo sunt, formale, quod in disconvenientia, & à legis recessu consistit malum est, & à creatura est, imputatio autem non ipsa est essentia mali, sed quid subsequutum ad illam. Hæc sunt scholæ principia si cum Theologis loqui velit. Deinde si appetitus seu natura corrupta peccatum est naturale, efus, & manducatio arboris in Adamo, nullum si adesset præceptum, esset naturale peccatum. Omnes ergo actiones naturales, in quas inclinat natura corrupta, licet alias pravum finem non respicientes, malæ erunt, & naturalia peccata. Hoc si dicatur, quis auctor erit naturalis peccati, nisi conditor naturæ corruptæ, qui illam materiam fecit vitiatam?

Confirmatur. Quod naturaliter pervasit in omnes homines, aut ex ipsa creatione, aut ex peccato ab illo uno homine Adamo perpetrato pervadere necesse est, posterius Præadamita negavit, quia jam ante Adami peccatum nullo jure in homines intravit mors, ex ipsa ergo creatione peccatum, & mors in omnes irruerunt homines, idque jure nullo. Deus ergo conditor omnium auctor mortis est, & peccati, & quidem injustus, qui peccatum, & ex peccato mortem nullo jure transfuderit in omnes, quos à principio creaverat homines.

Uterius, Præadamita, ex jecore cupiditatis idoneo concludit corruptam concupiscentiam in Adami visceribus fuisse ante ipsam efus à Deo vetitum. Vidit fructum, inquit, atque ut illi jecur erat cupiditatis idoneum, concupivit illum concupiscentia ipsa peccatum fuit. Hinc ergo concludit in Adamo fuisse innatum corruptionis, & concupiscentiæ vitium. Sed ego infero inde Manus idoneæ erant ut præhenderent fructum, os & dentes ut manducarent. Sunt ergo hæc omnia vitia naturæ? quis illa vitiosa fecit? Ipse Deus fecit nos, non ipsi nos; Dominus, inquam, qui edixerat ab ini-

rio, vidisse omnia quæ fecit, esseque valde bona, & perfecisse sua benedictione. Aliud quidem est concupiscere fructum, qua vetitum, aliud appetere fructum, secundum vitium non est, primum malitia scædatur, non à sua natura, sed quia apponitur lex. Concupiscere fructum scientiæ boni, & mali malum esse potuit, quia licet ex Scriptura prohibitio appetitus consentientis non constet, credibile tamen est, cum hæc sit Dei præceptorum natura internam obedientiam efflagantium, appetitum cohibentium, sed id est ubi adest advertentia & libertas, propensio enim & proclivitas naturalis ante liberam advertentiam neque mala est, neque vitium insitum est, quin potius hæc inclinatio appetitus, jecoris & renum propensio in verita, si illis reluctetur voluptas, gradus sunt ad coronam, meritaque pugnantis. Deinde, Præadamita, à transgressionem Adami, peccatum accipit suam formam, Inquit, quod falsum est. Imputatio enim accedit ad peccatum existens in sua essentia, nil autem rei dici potest essentia, quod illam in suo esse constitutum supponit. Uterius. Imputatio peccati non peccantis est actio, sed legislatoris morte punientis, non ut peccato (quod ablit) formam inducat, sed justitiam ut probet suam & veritatem. Si ergo ab imputatione acciperet formam peccatum, à legislatore malitia suam haberet essentiam.

Dicendum tandem contra illum est, unicum & solum peccatum Adami fontem esse mala passim & enormia scaturientem, in primaque creatione omnia esse integra, & divina benedictione nobilitata. *Quoniam Deus, inquit Sap. c. 2. Creavit hominem inextinguibilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Invidia autem Diaboli mors introiit in orbem terrarum.* Ex illo ergo Adami primo peccato appetituum est orta intemperies; mors, & aliæ quæ illam comitantur calamitates. Unde dicendum cum Augustino, si homo primus justitiam originalem servasset, non moriturus, & sic immortalis esset ab extrinseco ex Dei voluntate & decreto. De quo D. Thom. 1. p. q. 97. ar. 1. Scot. in 2. dist. 19. Augustin. lib. de quæst. Vet. & Nov. Test. D. Bonavent. in dist. 19. Dominus

enim non inquit, in quacumque die comederit Adamus, morte moriturum, sed reddidit iri mortalem, & statim cœpit mortalitatis signa experiri exit in seculum & interius. Quod si hoc Præadamitæ non sedaverit animum, audiat Gregor. in Regest. lib. 6. ca. 195.

¶ Si Adæ (inquit) qui primus peccavit, anima in peccato mortua non est, quomodo de ligno vetito ei dictum est; in quacumque die comederitis ex eo morte moriemini? Ecce comedit Adam, & Eva de ligno vetito, & tamen in carne sua ultra nongentos annos postmodum vixerunt. Constat itaque quod in carne non est mortuus. Si ergo in anima mortuus non est (quod dici nefas est, falsam sententiam de illo protulit Deus, qui dixit, quia qua die comederet, moreretur. Sed absit hic error, absit à vera fide. Nos enim, primum hominem, qua die peccavit anima, mortuum dicimus, atque per hunc omne genus humanum in hac mortis, & corruptionis pœna damnatum. Per secundum vero hominem, & modo à morte animæ, & postmodum ab omni corruptione carnis in æterna resurrectione liberari nos posse confidimus. Sicut autem & prædictis responsalibus diximus, Adæ animam in peccato mortuam dicimus, non à substantia vivendi, sed à qualitate vivendi. Quia enim aliud est substantia, atque aliud qualitas, non est ejus anima ita mortua, ut non esset: sed ita mortua ut beata non esset. ¶ Idem sensit Eucherius, D. Augustin. tam corporis, quam spiritualem animæ vitam intelligit, libro 13. de Civit. Dei ca. 12. De spiritali autem morte loquuntur Paulum constat ex principijs Præadamitæ. De illa enim, regnasse per peccatum, morte loquitur Paulus juxta illum, quam Christus Dominus moriendo destruxit, sed solam mortem spiritualem, non corporalem Christus delevit: illa ergo est, quam minatus est Parentibus primis Deus, & quæ per peccatum intravit in mundum.

7.

Denique Præadamita impugnatur. Eatenus namque mors, & ejus imperium in homines omnes pervasit, quatenus in uno tota natura peccavit, nequit autem peccatum formatum, ut ipse loquitur, refundi in universam naturam, nisi ab illo uno omnes naturali

propagatione descenderent. Illi ergo homines Adamo antiquiores, & ab illo non propagati peccato originali scèdari nullo jure, nullaque ratione vincetur. Hoc argumentum, Grotij prævidit iudicium, ut impietatis argueret Præadamitæ sententiam; sic inquit agens de Americanarum gentium origine contra Latinum ab inconvenienti argumento. ¶ Quod si Americani Germanici non sunt, jam à nulla gente orti erunt. Cui consequens est, ut credantur; aut ab æterno fuisse, cum Aristotele, aut ex terris orti, ut de Spartanis fabula est: aut ex Oceano, ut voluit Homerus: aut aliquos ante Adamum fuisse conditos homines, ut nuper aliquis in Gallia somniavit. Si hæc credantur, magnum video periculum pietati.

Præadamita difficultatem prævidit, & solvit, sed nescio an lapidibus lapides deliniverit. Consideratur (inquit) peccatum originale, vel quatenus vitium est, vel quatenus reatus est. Quatenus vitium naturaliter inhæret hominibus, quatenus reatus est, aliunde eisdem advenit, & ab Adamo in illos transit. Proprium illud hominum omnium, alienum, & Adamicum hoc dicitur. Primum, materiale proprium, & inhærens definitur sic: *Morbis hereditarius sive labes, in qua homines omnes concipiuntur, & nascuntur*, juxta illud Psalm. *in peccatis concepit me mater mea*. Secundum, formale & quod alienum, & reatus est: *Inobediencia Adami est, quatenus omnibus hominibus imputata fuit*, juxta illud Apostoli: *Per inobediencia unius, peccatores constituti sunt multi*. Materiale peccati, quod peccati labes, & vitium est, propagatione fit, ex materia & natura hominum corruptioni dedita. Formale peccati, imputatione ortum habuit ex transgressione legis quam Adamus violavit. Imputare alicui peccatum alterius, est eundem eodem loco habere, ac si ipse peccatum illud commisisset. In quo requiritur, quod personarum altera peccatum illud non commiserit, alioqui jam non alienum peccatum, sed proprium sibi imputaretur. Imputatur porrò peccatum personæ unius personæ alteri, quæ illi communionem quadam juncta est, ita ut habeat cum illa cujusdam corporis,

&

& societatis rationem ; & similitudinem. Neque verò necesse est omnes homines duxisse originem ab Adamo, ut censerentur omnes peccavisse in Adamo, sed imputatum est hominibus peccatum illius, quatenus intelligitur transgressio illius mysticè effusa in illa omnia, quæ imputationi Adamicæ subjacebant. Exempla plura sunt, quibus & nos impugnat, & suam expositionem confirmat. Dominus sævit in sexaginta mille Judæos propter peccatum Davidis : putandum ne ergo fuit Judæos illos oriundos ex David ut imputaretur ? Solum ergo illis imputatum fuit, quatenus David princeps eorum & caput erat : quo nomine referebat populum omnem Judaicum, & qua ratione populi dicuntur plecti propter deliramenta suorum Regum. Quando fideles omnes dicuntur filij Abraham, an ne ideo censenda est imputata fides Abrahami Judæis ipsis quatenus ab Abraham naturali generatione prognati sunt ? Nihil minus : sed dicuntur ratione spirituali & mystica Judæi, & Gentiles filij Abrahami, quatenus Abrahamus, quoad fidem, vices sustinuit omnium fidelium Judæorum & Gentilium, & qua ratione sola dictus est indefinitè, pater credentium. Sufficit ergo communio vel unio politica & mystica ad imputationem, ita ut quod facit caput corpori toti imputetur. ¶ Jovis opus est (inquit Hesiodus) commune supplicium urbibus inferre, propter delicta Magistratum. ¶ Ita propter violatum ab Agamemnone sacerdotem Apollinis, totus fere Græcorum exercitus pestilentia exhaustus est. Et quidquid delirabant Reges, Achivi plectebantur. Neque solum quod facit corporis caput Politici, sed, & quod membrum, populum omnem reatu obstringit. Quale de Acham, cujus sacrilegio totus Israël dicitur peccavisse, Josué 7. & Iudic. 19. propter concubinam Levitæ, quam habitatores Gabaa de tribu Benjamin usque ad mortem moluerant, tota tribus penè extincta, & deleta fuit. Hujusmodi imputationem Ethnicis non ignoraverunt. ¶ Multoties, inquit Hesiodus, tota civitas ob malum virum punitur. ¶ Horatius. ¶ Sæpè Diefpiter, Neglectus, incesto addidit integrum. ¶ Judæis insuper omnibus

Sedeciz Regis perjurium fuit imputatum, propter quod nefas Babylonem captivi ducti sunt. Idem de imputatione mystica dicendum est, ratione cujus sicut fides Abrahami fidelibus & in Gentilibus ab eo propagatione naturali non prognatis imputata est, ita & peccatum Adami in omnes per imputationem descendit, ab illo per propagationem naturalem non sint. Neque hoc esse necessarium suadet exemplo mundi totius, cui peccatum Adami æquè imputatum est. Terra enim fuit maledicta propter peccatum Adami, nullus autem dixerit mundum oriundum, aut natum esse ex semine Adam.

Verum hujusmodi effugium, facile erit, præcludere. Aliud namque est, ut bene Pythius notavit, alteri alterius peccatum imputari, aliud unum in alio peccare. Judæi ergo propter Davidis puniuntur peccatum, illis regis imputatur nefas, sed quis dicit Judæos peccasse in David, sicut in Adam omnes homines ? ad imputationem, & ut quis luat alterius pœnas sufficit aliqua unio Politica, & non necesse est ab eodem feminali propagatione descendere, quod indispensabile est, ut dicatur unum in alio peccare. Ab Adamo autem usque ad nos nulla generatio fuit naturalis, qua Patris peccatum in filium traduceretur : ut filius in suo patre commisisse idem dicitur peccatum ; quamvis sæpius in hac vita paterni peccati luere pœnas contingat, in Dei tamen judicio iniquitatem patris non feret filius, sed anima quæ peccaverit ipsa morietur, ut Ezech. cap. 28. De quo & alijs exemplis allatis dicemus, Genes. cap. 9. Qui ergo in Adamo peccare dicuntur, oriundi ex Adam intelligi debent, sicut Levi dicendus est ex Abraham oriundus, quia in Abraham decimatus est. Per quod pater ad maledictionem terræ. Hæc enim non dicitur peccare in Adam, sed propter illius peccatum maledictione puniri, quæ longissimè distans. Terra maledicitur, ut magis puniatur Adam, quia sicut fecunditas ante peccatum beatitudinem primi status augebat Adam orta terræ ex conditoris benedictione, ita sterilitas, quæ ex maledictione advenerat terræ, una erat ex pœnis quam passurus erat propter peccatum. Addit

peccatum Adami omnibus imputari. sicut fides omnibus etiam ejus non posteris; sed quis non videt errorem? Fides Abrahami ex Abraham non est, sed ex Deo, uti fides omnium fidelium, quæ neque præteritis, neque præsentibus, neque futuris imputari potuit, ut male ipse tradit. Non pater dicitur fidelium Abrahamus, quæ ratione omnium hominum Adam, justus ex fide sua vivit inquit Hab. 2. non ex Abrahami fide imputata.

§ III.

Exponitur D. Paulus ad Roman.

cap. 5. v. 13.

9

TESTIMONIUM Pauli, quod difficile est, longissimè Præadamitæ abest ab intelligentia, sic ergo exponendum judico Paulum cum Pythio in sua responsione Extatica. Et imprimis hoc tempore Apostoli, ut sibi persuasit Pythius in Ecclesia aliqui erant, quibus (ut inquit ille, peccatum ex Adamo quidem ortum, sed usque ad Moysen imputatum non videretur, quia non rectè intelligebant quid esset peccati imputatio: neque pro lege habuisse, quæcumque præcepta scriptis non essent consignata. Unde Moysis Dei digito conscripta lex, miraculisque & signis celestibus auctorata: à plurimis pro sola lege fuit habita. Contra hos ergo omnes, ut probet Paulus ante legem Mosaicam in mundum peccatum intrasse, inquit, v. 13. *Nam usque ad legem peccatum erat in mundo*, & ulterius progreditur, *peccatum vero non imputabatur non existente lege*. Ut convincat ante legem scriptam, quæ absolute vocatur lex, tanquam analogi principalis significatum, fuisse aliam legem, ex cujus transgressione peccatum intravit in mundum, sic componit discursum. Peccatum non imputatur non existente lege, sed ante legem scriptam, non existebat lex, non ergo peccatum. Prima propositio ad Roman. 4. lumini nota supposita, secundam suadet propositionem, in v. 13. *Et per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pervasit*. Ubi cumque enim mors est, imputatio

peccati est, quia ut inquit Paulus ad Roman. 6. *stipendium peccati mors est*.

Ex quibus sic declaratur Apostolus v. 12. 13. & 14. ad Roman. capite 5. originem universalis miseriæ, exponit vers. 12. ibi: *Per unum hominem in mundum peccatum intravit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pervasit, in quo omnes peccaverunt*, id est, in mundum à Deo creatum immaculatum, ubi omnia erant valde bona ab ipso creatore laudata, per unum hominem peccatum omnium vitiorum fontem intrasse affirmat ex transgressione primi præcepti, & per peccatum mors ex illo unius hominis peccato ortum mortis deducit; & ubi mors nulla erat, ipsam mortem ingressam per unius illius præcepti violationem. *Et ita in omnes homines mors pervasit*, id est, non solum se mortalem, sed omnes ex ejus lumbis descenduros, ut culpæ eidem succumberent, & pœnæ mortis, effecisse. Quod exprimit, ibi: *In quo omnes peccaverunt*, versu 13. *Nam usque ad legem peccatum erat in mundo*. Hic jam docere aggreditur, non per Moysis legem peccatum imputari cœpisse, sed antea per peccatum primi parentis ex violatione præcepti, quæ quædam lex particularis appellari potest, in mundum intrasse. Unde durante illo tempore ab Adamo primo homine ad Moysen usque legem peccatum jam erat in mundo. Nam peccatum illud idem, quod per unum hominem intravit in mundum erat in mundo usque ad legem. *Peccatum vero non imputabatur non existente lege*. Ex hoc probat aliam præcessisse legem, ex cujus transgressione per unum illum hominem peccatum intravit in mundum, quia mors imputati peccati certissimum signum est: *Regnavit autem mors ab Adamo usque ad Moysen: in eos etiam qui non peccaverunt ad similitudinem transgressionis Adami*, id est, quia transgressio Adami fuit peccatum personale, in posteris peccatum originatum, & solum in capite voluntarium. De quo plura Scholastici.

His ob stare videtur Paul. ad Roman. 7. qui sine Moysis lege se non recognovisse peccatum inquit: *Cupiditatem non nossem nisi lex dixisset*. Non

conclu

concupisces. Verum Apostolus; ibi non respicit ipsum peccatum, quasi remissius antea fuerit, qualitate, & natura; sed sensum peccantis, & ipsius conscientiam. Perpetrent duo, unum idemque naturâ peccatum, hunc poterit magis stimulare maleficij conscientia, quam illum. Lex itaque conscripta sensibile nobis magis peccatum fecit. Ideo subdit Apostolus. *Sed peccatum, occasione per illud mandatum sumpta, effecit in me omnem cupiditatem.* Quare omnes aliæ leges tam Adam, quàm Noë datæ, præ lumine Moïsi legis tenebræ dici possunt, sicut & illa quoad cæremonialia præ lege nostra Evangelica.

D. Thomas sic Paulum exponit. Dicitur est, quod omnes peccaverunt in Adam, quia nec etiam lex peccatum abstulit. Usque ad legem, idest, etiam sub lege, ut ly usque teneatur inclusivè. Peccatum erat in mundo, quod quidem potest intelligi de lege naturæ, & de lege Moïsi, similiter de peccato originali, & de peccato actuali. Peccatum enim originale erat in parvulo usque ad legem naturæ, idest, usque ad usum rationis per quem homo hujusmodi leges advertit, juxta illud: *In peccatis concepit me mater mea.* Nec tamen cessat hoc peccatum lege naturali adueniente in homine, sed magis excrescit per additionem peccati actualis, quia ut dicitur Eccl. 7. *Non est homo justus in terra, qui faciat bonum.* Sed si intelligamus de lege Moïsi, tunc quod dicitur peccatum fuisse in mundo usque ad legem, potest intelligi non solum de originali, sed etiam actuali: quia ante legem & sub lege peccatum utrumque permanit, Proverb. 20. *Quis potest dicere mundum est cor meum?* Quamvis autem lex peccatum non auferret, peccati tamen cognitionem fecit, quod antea non cognoscebatur. Unde subdit. *Peccatum non imputabatur.* Quod quidem planum est si intelligatur de lege naturali. Quamvis enim peccatum originale sit in parvulo ante legem naturalem, & reputetur ei à Deo, non tamen imputatur ei apud homines. Si autem intelligatur de lege Moïsi, planum est quantum ad aliqua peccata actualia, quod non imputabantur ante legem, sicut illa quæ specialiter sunt per legem pro-

hibita; quæ homines peccata non reputabant, sicut quod dicitur Exod. 20. *Non concupisces.* Imputabantur tamen quædam peccata prout erant contra legem naturæ. Unde, & Genes. 39. Joseph legitur in carcerem missus propter adulterium imputatum. Consequenter agit de mortè dicens. Quamvis peccata ante legem non imputarentur, tamen mors, scilicet, spiritualis, idest, peccatum, & æterna damnatio, de qua dicitur in Psalm. *Mors peccatorum,* pessima, regnavit, idest, potestatem suam exercuit in homines, ducendo eos in damnationem ab Adam, per quem peccatum intravit in mundum, usque ad Moïsem, sub quo data est lex. Joannis 1. lex per Moïsem data est non solum in eos, qui peccaverunt actualiter, sed etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, qui actualiter peccavit, Osee 6. *Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum,* usque ibi: *Prævaricati sunt in me,* quia etiam pueri damnationem incurrebant. Potest etiam & sub hoc sensu intelligi de morte corporali, per quam manifestatur peccatum fuisse etiam cum non imputabatur, quasi dicat: peccatum autem non imputabatur ante legem: sed ex hoc deprehenditur fuisse, quia regnavit mors, scilicet, corporalis. Primo quidem aliquas passiones inducendo, puta famem, sitim, & ægritudinem, & tandem totaliter dissolvendo, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ, idest, in pueros, qui non peccaverunt actualiter, quoniam etiam mortem corporalem Christi antea, & postea patiuntur, secundum illud Psalm. *Quis est homo qui vivit, & non videbit mortem?* Hæc D. Thomas.

D. Ambros. apud Angel. Præceptorem, aliam tradit expositionem. Pauli verba de peccato solum actuali, & de Moïsi lege intelligit. ¶ Et secundum eundem inducuntur hæc verba; ad manifestandum quod per primum parentem peccatum in hunc mundum intravit; & in omnes transivit, usque enim ad legem, idest, ante legem Moïsi, peccatum erat in mundo, scilicet, actuale. Homines enim multipliciter peccabant contra legem naturæ.

Unde dicitur Genes. 13. *Homines Sodomitæ pessimi erant.* Peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset, quod est intelligendum, non quia imputaretur quasi puniendum apud homines, cum quidam legantur ante legem puniri ab hominibus pro delictis, ut patet Genes. 39. & 40. sed non imputabatur, quasi à Deo puniendum. Tunc enim non credebant homines, quod Deus humana facta vel puniret vel præmiaret secundum illud Joa. 22. *Circa cardines cæli perambulatis, nec nostram consideratis.* Sed postea lege divinitus data innouit, quod peccata imputantur à Deo ad pœnam, & non solum ab hominibus. Sed mors, id est peccatum regnavit, id est, omnimodam suam potestatem exercuit ab Adam usque ad Moysen exclusivè. Nã per Moysen data est lex, quæ cœpit peccati regnum diminvere incutiens timorem divini iudicij, secundum illud Deut. 5. *Quis det eos talem habere mentem, & timeant me, & custodiant universa mandata mea?* Regnavit peccatum usque ad Moysen non tamen in omnes, sed in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ. Dixit enim Ambr. in libris antiquis non inveniri hanc negationem, *Non.* Unde credit à corruptoribus appositum. Adam quidem magis credidit promissionibus Diaboli, quam communitio divini, ut patet Gen. 2. & ita quodammodo Diabolum prætulit Deo. Sic igitur in similitudinem prævaricationis Adæ, prævaricantur idololatræ, qui relicto Dei cultu, Diabolum colunt. In tales ergo mors, id est, peccatum totaliter regnavit: quia eos omnino possedit. Fuerunt ergo ante Moysen legem homines Dei cultores, qui etsi peccarent, non tamen in eis peccatum regnabat, quia non taliter eos à Deo separabat, sed peccabant sub Deo, id est, sub fide unius Dei, etiam si peccarent mortaliter, vel sub charitate Dei, cum peccabant venialiter.

¶ Tertiam expositionem addit D. Thomas, quam magis genuinam literæ D. Pauli existimavit. ¶ Dixerat enim Apostolus, quod per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, &

quia peccatum est transgressio legis divini, posset alicui videri, quod hoc non esset verum, quantum ad tempus ante legem præsertim cum supr. cap. 4. dixerit: *Ubi non est lex, nec prævaricatio.* Et ideo posset aliquis credere, quod non per unum hominem, peccatum in mundum intravit, sed magis per legem. Et ideo ad hoc excludendum dicit, quod usque ad legem, id est, tempus ante legem peccatum erat in mundo, & originale & actuale, non tamen erat peccatum cognitum præsertim quasi à Deo puniendum. Et hoc est, quod subdit: *peccatum autem non imputabatur*, scilicet, quasi contra Deum existens, cum lex scilicet divinitus data non esset. Fuerunt enim aliqui, ut dicit Philosophus in 5. Ethic. qui crediderunt, quod nihil est justum naturaliter, & per consequens nec injustum, sed per solam positionem legis humanæ. Et secundum hoc non imputabatur aliquod peccatum, quasi contra Deum existens, & præcipuè peccatum originale, id est, non cognoscebatur. Sed quod ista reputatio hominum esset falsa, ostenditur per effectum, quia mors corporalis regnavit ab Adam, per quem intravit peccatum originale in mundum usque ad Moysen, sub quo data fuit lex, & ita cum mors sit effectus peccati præcipuè originalis, manifestum est, quod ante legem fuit peccatum originale in mundo. Et ne aliquis dicat, quod moriebantur propter peccata actualia, ad hoc excludendum dicit, quod regnavit etiam in eos, qui non peccaverant proprio actu, scilicet, pueros, & etiam injustos qui non peccaverunt mortaliter, qui tamen peccaverunt in primo homine. Et ideo subdit. *in similitudine prævaricationis Adæ*, in quantum similitudinem illius peccati traxerunt per originem simul cum similitudine naturæ. Quod moriebantur absque proprio peccato, demonstrat quod in eis erat diffusa similitudo peccati Adæ per originem. Et hoc est, quod Apostolus manifestare intendit, scilicet, quod per Adam primum parentem peccatum originale in mundum intravit.

EX GENESI, Cap. 4.

Genes. cap. 4. dicitur omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur, & de Lamech Cain interficiente à casu, & inconsulto dicitur in calce capitis majores penas daturum.

Deut. 25. Pro mensura peccati debet esse, & plagarum modus.

§. I.

Refertur prima sententia, & repelluntur Buzgimsis, & Oleaster cum Rabbimis.

MOSEs Gerund. Thuring. & Burgensis, Cainum non fuisse interfectum, neque cap. 4. Genes. haberi, quod fuerit à Lamecho occisus, sed quod solum fuerit utque ad diluuium punitus, in quo juxta Hebræos Cain, & tota ejus posteritas periit, existimant. Ideo Scriptura quoto tempore vixerit nunquam refert, Deus autem ab occisione voluit tueri Cain, ut poena sui facinoris diuturnius ab omnibus perciperetur, quam si modicum durasset sub ea, sicut vagum per mundum discurrere voluit, ut non solum in uno loco, seu regione, sed in varijs iustitia Dei erga ipsum ostenderetur, juxta illud Psal. 58. *Ne occidas eos, ne forte obliviscantur populi mei, sed amove eos in virtute tua, & disperge eos.* Et fundamentum in ipsa sponcione divina radices habet, cum enim Cain Deo dixisset. *Omni qui invenerit me, occides me.* Deus respondet. *Nequaquam ita fiet.* Unde non videtur rationabiliter dictum quod assertio divina frustraretur. Idem sensu Oleaster, qui ad communem opinionem convellendam, eo præcipue nititur, quod scilicet si Lamech occidit Cainum, oporteret juxta verbum Dei ipsum Lamechum septies punitum esse, quod non legimus contigisse.

Verum diluuium submersum Cainum, tam falsum est, quam inauditum aliquem illis temporibus ad 1656. annum, vitam produxisse. Illum sub hæc tempora à Lamecho interfectum satis indicat Scriptura, quæ ea de causa Caini posteritatem commemorat, ut ultio de eo sumpta intelligatur. Neque ita certum est Deum absolute promisisse,

fore ut non occideretur, cum potius oppositum indicent verba divina, sed solum promisit Deus, fore ut nemo sciens, & prudens eum occideret, & idè ei fuit appositum signum, non autem ut à nullo inscio occideretur, maxime cum imprudentibus, & inscijs signum esse non posset. Neque obstat, quod numquam legamus Lamechum ob necem Caini septuplum fuisse punitum, non enim omnia in Sacra Scriptura habentur. Præterquam quod, non levis est poena, infamia, & reatus gemini homicidij, quorum altero, & senex, & progenitor, altero, & filius Tubalcain (ut volunt Hebræi) fuerit interfectus. Quod si ipse cum uxoribus, & septuaginta filijs aquis diluvij obrutus fuit, criminum non exiguam poenam exsolvit: vel ut sentit Josephus septuagies septies.

§. II.

Reijcitur expositio Rabbitorum.

Sic explicant difficultatem præsentem plures Rabbinii. Lamech qui bigamiam introduxerat, in uxoribus fuit punitus, quia per hæc & torquetur, & idè jam senex factus à suis mulieribus male tractabatur, & volens earum impetum in ipsum reprimere, dixit: *Quoniam occidi virum* ad cujus intellectum sciendum, quod Lamech jam cæcitiens petijt causa venationis in agrum ductus à puero propter pelles animalium, quibus induebatur, & Cainum inter frutera latentem, quia semper timebat, feram puer suspicatus, dixit Lamech, ut in illum dirigeret jaculum, quo interfectus est Cain. Videns autem Lamech, tam graviter deliquisse in occisione Cain sic verberavit puerum, quoad occiderit eum. Et hoc est quod dicit: *occidi virum*, idest Cain, *in vulnus meum*, idest, per livorem à

me sibi indictum, quia non occiderat eum vulneratione, vel gladio, sed per ictus graves, sine sanguinis effusione, qui carnem sub cute nigrescere faciunt. Cum dicitur de *Lamech vero septuagies septies*, intelligitur, idest, multo gravius punietur qui occiderit Lamech, ac si diceret uxoribus suis. Quare merantur affligitis, quia si per istam afflictionem moriar, majorem poenam incurretis?

Verum ista expositio sustineri non potest, absurdum enim est Lamechum tam senem fuisse, ut ejus oculi caligarent, & illi opus esse direttore in vulnus sagittae. Quae enim in venatione tam dira cupido hominem impellat decrepitem venatoris accingi relis, quae, quo dirigenda sint, non videt? Neque tam senex videri potest, qui Henochus suppar erat aetate, qui 66. dumtaxat agebat annum. Secundo, quia non videtur verisimile, quod vir ille sic a duabus mulieribus affligeretur. Tertio, quia jam Lamech plures genuerat filios, qui non sunt credendi parentis videre afflictionem, & ipsum a molestijs uxorum non liberare.

§. III.

Rupertus, & Hieronymi referuntur expositiones.

HIERONYMVS sentit de Lamech dari septuagies septies ultionem, non quia occiderit Cainum, sed propter bigamiam, quam primus invenit in mundo. ¶ Primus Lamech sanguinarius (inquit) atque homicida, unam carnem in duas divisit uxores, fratricidium & bigamiam eadem cataclysmi poena delevit, & de altero septies vindicatum est, tantum distat in numero, tantum & in crimine. ¶ Contra eandem Lamechi polygamiam insurgit Nicolaus Primus Pontifex scribens ad Lotharium Regem polygamiae reum. ¶ An non (inquit) districta ultione feriendus est, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? quod Dominus non nisi post septuaginta septem generationes sub salustifero adventu delevit, cum Cain fratricidium septima generatione aquis abolitum sit cataclysmi.

Rupertus, ¶ Videtur secundum numeri quantitatem plus esse, septuagies septies ultio dabitur, quam septuplum punietur. Sed profecto minus est, non enim quantitas virtutisque numeri, sed natura hic attendenda est. Hoc ergo septenarius, & septuagesimus septimus differunt quod septenarius incompositus, & propterea insolubilis habetur. Nam septenarius praeter unitatem nullus metitur numerus, septuagesimi septimi vero & septenarius, & undenarius mensores sunt. Cum igitur dicit Deus. *Qui occiderit Cain, septuplum punietur*, insolubilis poena debet intelligi, & subaudiri oportet, nisi praecedens poenitentia solubile, idest, remissibile peccatum fecerit. Cum autem dicit Lamech, septies vindicta dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies insolubilis vindicta Lamech debet intelligi. Et recte, quia Cain poenitentiam non egit, ipse vero Lamech poenitentiam egit, quia peccatum suum confitetur. ¶

§. IV.

Conciliatur antilogia.

IGITUR tanquam irrationabile negandum est, Lamechum interficientem Cainum gravius deliquisse, quam ipsum Cain innocentem sponte occidentem, & consulto, ideoque immerito majores luere poenas. Hoc posito assentior D. Hieron. epist. ad Damas. Rabbano, Strab. Comest. Lyan. Cajeran. Delrio, & Saliano, quod Lamech occiderit Cain a casu, & non ex consulto, videntes autem uxores ejus Caini necem, quam sub gravi poena Dominus prohibuerat, timentes probabiliter, ne proles ab eo genita graviter punienda foret, refugiebant concumbere cum Lamech, volens autem ipsas allicere, & timorem illarum repellere, sic se excusabat dicens: *Ultio dabitur de Cain*, ac si diceret, Cain qui fuit pessimus, non fuit interfectus nisi usque ad septimam generationem, in fine septem generationum, (Cain enim post multas miseras interfectus est, quia ab Adam usque ad Lamech sunt sex generationes, & ipse Lamech, qui jam genuerat filios, septimam componit generationem.)

nem,) multo fortius ego qui leviter peccavi, non puniar in prole mea, nisi usque ad plures generationes, imò & usque in generationes sine termino: *Idem enim valet septuages septies. Ob-*

vius enim est in Scriptura modus iste loquendi. Matth. cap. 18. *Non dico tibi usque septies, sed usque septuages septies, id est, toties quoties sine numero determinato.*

Genes. 4. v. ult. *Enos, iste cepit invocare nomen Domini.*

Genes. cap. 4. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, Adam etiam invocavit nomen Domini.*

S. I.

Referuntur variae lectiones, & Rabinorum r. u. citur expositio, queritur origo idololatriæ.

QUARTUAGINTA sic verterunt locum nostrum. *Iste speravit invocare nomen Domini Dei, id est, speravit per invocationem Dei se malis, & periculis omnibus liberandum. In Hebræo, tunc captum est invocare in nomine Domini. Onchelos in Chaldaea Paraphrasi in contrarium vertit sensum: Tunc in diebus ejus inceperunt filij hominum, ut non orarent in nomine Domini, varietas lectionum harum originem ducit ex ambigua voce Hebræa Huchal, quæ ut demonstrat Oleaster, tria significat, polluere. seu profanare, tum occidere, & incipere. De idololatria ergo locum intelligunt Rabbini, eo quod tunc pollui, & profanari inceperit nomen Domini, & adorari ceperint Sol, & Luna à filiis Caini Enos Patriarchæ coetaneis. Innuere videtur ipsum nomen Enos, quia Euseb. in Præ. Evang. vocem Enos ab oblivione educit: Enos, id est, immemorem, vertit, quod homini oblivio, & imperitia contingat ex contagio terreni corporis. Et probat ex illo Psal. 85. *Quid est homo, quod memar est ejus?* ubi in Hebræo legitur Enos. Unde vocatur Enos, propter id quod versu sequenti dicitur, quia tunc inceperit Dei cultus specialis oblivio, & nominis divini profanatio, atque lachrymabilis pollutio. Parentes enim tempore Patriarcharum nomina filijs ex aliquo illorum singulari factio imponebant, ut Phaleg sic nominatus, quia ejus natiuitate acciderit terræ divisio. Ista est communis Hebræorum sententia, & præcipue David Kimhi.*

Verum qui Onchelos paraphraste

sunt nixi, & tempore Enos investam in mundum idololatriam putarunt. faciliter refelluntur D. Cyrillus Alexand. lib. 1. contra Iul. 111. homines omnes qui ab Adam usque ad Noë fuere, unicum Deum universorum colere sentit, & nullum alienis deditum fuisse Dijs. Irenæus lib. 5. cap. 29. Tertul. lib. de idol. cap. 4. idem pluries. Herodotus Ægyptios omnium primos Dijs aras, & delubra statuisse, & ab illis Græcos fuisse mutuatos refert. D. Fulgent. lib. 1. Myth. idoli inventionem in Syrophannem Ægyptium, qui filij sui simulacrum collocavit in doloris solatium, retulit. Hyginus Fab. 274. à Prometheo duxit originem. Sed hæc omnia diluvium præcesserunt. Berosus Ninum fuisse authorem idololatriæ primum. De quo Hieron. in Osee, Ninus Rex Assyriorum adversus Zoroastem Magum, Regem Bactrianorum forti certamine dimicavit, & in tantam pervenit gloriam, ut patrem suum referret in Deum, qui Hebræicè dicitur Bel-bel.

Justinus Martir existimare videtur Protoparentes paradiso ejectos, quia Deos crederent qui non essent, Deorumque nomen posteris tradidissent. Quod repetit etiam Amb. lib. de Parad. cap. 3. Qui autem (inquit) sunt, qui contempto Deo peccaverunt: nisi qui neglecto creatore servierunt creaturæ Deos sibi constituentés quos colerent ad injuriam Dei? Nam & Thare pater Abraham, & Nachor, & Laban proprios Deos sibi vendicabant, & peccatum Adæ non longè est ab idololatria, prævaricavit enim putans se hominem futurum Deum. Æstimavit enim hoc magis profuturum, quod diabolus suavit, quam quod Deus justus, in loco Dei diabolum statuens: unde & subiectus est diabolo. Eodem sensu loquitur Clemens lib. 2. Rec. Theoph. Ant. 2. ad Antholium, Epiph. lib. 1. de Her. Verum quis non videat,

videat, sanctos Patres locutos non de rigurosa idololatria, qualis est exterior, quæ ab arte statuaria, plastica, sculptria, & pictura originem dæcit, sed de sola idololatria interiori, quæ communis est cuilibet prævaricationi, & peccato, in quoaversio ab ultimo fine divino, & injusta conversio ad creaturam à Theologis recognoscitur. Idololatriam igitur Noëtico diluvio esse juniorem probat D. Thomas 2. 2. q. 94. art. 4. propter recentem mundi creationis memoriam, ex qua adhuc vige-
bat cognitio unius Dei in hominum mente. Constat similiter diluvio antiquiorem non esse, quoniam si hoc vigeret inter homines delictum diluvio puniendum esset tanquam gravissimum omnium, peccatis autem tenuissimis Deum offensum, & propter hujusmodi scelera mundum aquis summersum, illis verbis: *Omnis caro corruperat viam suam* indicat Scriptura, & omnes ejus expositores.

3. Opponitur locus Sap. cap. 14 ibi: *Acerbo enim luctu dolens pater, cito sibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit, & constituit inter servos suos sacra, & sacrificia.* Deinde interveniente tempore, convalescente iniqua consuetudine hic error tanquam lex custoditus est, & tyrannorum imperio colebantur figmenta. Verum Salomon author Sapientie libri, ut inquit Euseb. lib. 4. Hist. cap. 22. Egesippus, Irenæus, & omnium antiquorum chorus, hoc refert, sed ex illo non constat, an id quod tradidit, diluvium præcesserit, cum similem historiam Fulgentius retulit ubi supra, & ad tempora post diluvium sit reducenda. Neque quæ Matthias Turingius in Burgeniem congerit & D. Thomam, quid roboris habent, ait enim infirmam D. Thomæ rationem. Quoniam si memoria recens creationis per mille & sexcentos annos idololatriam exclusit, memoria severe punitionis per diluvium, debuit eam repellere per plures annos, poenæ enim homines meminerunt potius quam beneficii, ut læcet in exitu Israël de Ægypto, cujus beneficii brevissime oblitivitulo thus obtulerunt.

Verum licet infirma ratione probaretur, tunc non viguisse idololatriam, non ideo convinceretur illis tempori-

bus impietatem illam coepisse. Præterquam quod, mundi productio, & omnium creaturarum plenius loquitur creatorem, quam diluvium, cum illæ permanent. (inquit Salianus) earumque testimonium lumine naturæ confirmetur: nihilque apud homines frequentius decantatum illa ætate primæva quam mundi creatio. At diluvium citò præterijt, & secum abstulit eos, qui poenæ memores esse possent, reliquit aliquos, qui beneficii conservationis facilius oblitii sunt, facta majori, quam ante diluvium, hominum per totum orbem dispersione. Quo pertinet illud Lactantij, fontem erroris Dei oblivionem esse.

4. Cajetanus in explicatione hujus loci existimat Deum antea invocatum fuisse: Enos autem fuisse primum, qui coepit illum colere sub nomine *Iehova*, quod tanquam ineffabile silentio summa veneratione colunt. Non distat ab hac expositione Rupertus. ¶ Enos (inquit) dictum coepisse invocare nomen Domini, qui creatorem Deum cum hoc ipso nomine, quod est Dominus, primus invocavit. Sed nomen *Iehova* primum revelatum est Mosis, ut indicatur Exod. cap. 6. *Nomen meum Adonai non indicavi tuis*, ubi in Hebræo legitur *Iehova*.

§. II.

Conciliatur antilogia.

5. **E**NEBRARDVS in Chron.asserit, quando tempore Enos nominatim legitur ceptum invocari nomen Domini, solemnior quidam cultus institutus significatur, alioquin Adam, Cain, Abel, Seth simplicem sacrificandi ritum usurpaverant, simplex enim hujus loci sententia pendet è superioribus. Interea dum Cain & ejus soboles fundendis metallis, duccendis multis uxoribus, ædificandis urbibus, & tentorijs, cæteris rebus mechanicis, & hujus vitæ excogitandis intenderent (nam hæc toto contextu præcesserunt) Enos natus est ex Seth, qui coepit invocare nomen Dñi, id est, Enos tantum opus posuit in amplificando divino cultu, quantum laboris insumebant isti in rebus caducis, sese planè dedens religioni, & excogitans solemnem

solemnem invocandi Dei ritum adjecto animo ad superiorem, & digniorem vitam. Pulchra antithesis. Isti excogitabant res ad hanc vitam utiles, ille ad futuram. Ideo igitur Enos dicitur coepisse invocare nomen Domini, quia majori studio id fecerit & pietate (illustrat Saliatus) sicut Noë dicitur coepisse exercere terram, quia majori, quam ante studio atque industria fecisset, unde subditur plantasse vineam. Nembroth dicitur ipse coepit esse potens in terra, etsi potentes fuissent gigantes ante diluvium, quia ipse ingeniosius coepit exercere tyrannidem post diluvium. In diebus Jehu coepit tædere Dominus super Israël 2. Reg. 15. quando scilicet is, qui assumptus fuerat ad ruinam Achab, & idolorum ejus, coepit & ipse idola colere, sed jam pridem poenituerat Dominum, quod constituisset Saullem Regem. Et apud Samuelem ex hujusmodi tædio querebatur: *Non enim te abjecerunt, sed me; ne regnem super eos.* Sic ergo Enos dicitur coepisse invocare nomen Dei, id est, palam colere seu excellentius, quam vulgus soleret, prædicando, vel certas cæremonias, & precum formulas adhibendo ex institutione patris sui. Plenius explicat hujusmodi concordiam Jacobus Bolduc. ¶ Quemadmodum (inquit) Sethi pater Adam suos spirituales filios habuit omnes veri Dei cultores, quos appellavit Nephilim, & isti statum fidelium sæcularium repræsentabant, ita Seth filius ejus statum Ecclesiasticorum instituit, quos gene-

rali nomine denominavit filiorum Dei, sicut postea filius ejus Enos monasticæ vitæ fundamenta posuit, cujus sectatores, & professores ab ejus nomine Enosæi sunt appellati. ¶ Hæc ille, qui alibi id nomen in Essenos ait deflexisse, quos viros religiosos fuisse testatur Philo, & Josephus.

Secundo explicari potest, & in concordiam variæ lectiones adduci. Cum dicitur Enos incipere invocare nomen Domini, filij etiam Cain, & genus Seth coepere deflectere à via veritatis vitijs dediti, servi abjectissimi suæ sensualitatis, ut innuit illud: *Videntes filij Dei filias hominum.* Unde dictus est Enos, non ex illo quod ipse fecit, sed ab eo, quod alios fecisse intelligimus, quia cum alios Dei immemores suo appetitui servientes videret, incensum divino amore veri Dei cultui se totum dedit ab alijs singulariter divisus. Quo magis quippè creverint depravati mores, & homines oppresseris injustitia, in pijs, & fidelibus accenditur pietatis, atque justitiæ integritas & studium. Sicut Abraham dicitur pater credentium, non quod primus crediderit, sed quia tot inter infideles ipse fidei suæ illustre reliquit exemplum. Sic Enos incoepit invocare nomen Domini, non quia primus, sed cum fere nullus esset, qui viam veritatis eligeret (delicta & scelera plurima hominibus tunc impono, sed non idololatriam illa ætate) ipse ab alijs divisus ad pietatem magis accendebatur. Vide Hieron. super epist. ad Gal. cap. 3. lib. 1.

Ex cap. 4. Genes. *Cain cognovit uxorem suam, & peperit Henoch, solum illi fuerunt duo parentes, & filius.*

Ibid. *Ædificavit civitatem, & vocavit nomen ejus ex nomine filij sui Henoch, civitatem autem multitudine constituit.*

6. Sanct. Aug. lib. 18. de civit. Dei, Scap. 8. hujusmodi antilogiam duplici concordia componit. ¶ Defendenda mihi (inquit) videtur historia, ne sit Scriptura incredibilis, quæ dicit ædificatam ab uno homine civitatem, eo tempore, quo non plusquam viri quatuor, vel potius tres, postea quam fratrem occidit, fuisse videntur in terra, id est, primus hominum pater omnium, & ipse Cain, & ejus filius Enoch, ex cujus nomine ipsa civitas nuncupata est. Sed hoc quos movet, parum considerant, non omnes homines, qui tunc esse potuerunt, scriptorem Sacræ

hujus historiæ necesse habuisse nominare, sed eos solos, quos operis suscepti ratio postulabat. Propositum quippè scriptoris illius fuit, per quem Spiritus Sanctus id agebat, per successiones cæterarum generationum ex uno homine propagatarum, pervenire ad Abraham, ac inde ex ejus semine ad populum Dei, in quo distinctio à cæteris gentibus præfiguraretur, & prænuntiarentur omnia, quæ de civitate, cujus æternum erit regnum, & de rege ejus, eodemque conditore Christo, spiritu prævidebantur esse ventura, ita ut nec de altera societate hominum taceretur,

ceretur , quam terrenam dicimus civi-
tatem , quantum ei commemorandæ
fatis esset , ut civitas Dei etiam suæ ad-
versæ comparatione clarescat. Quod
igitur scriptum est. *Et cognovit Cain
uxorem suam , & concipiens peperit
Enoch , & erat adificans civitatem in
nomine filii sui Enoch* Non est quidem
consequens utilitum (intellige Enoch)
primum filium genuisse credatur. Ne-
que hoc ex eo putandum est , cogno-
visse uxorem suam , quasi tunc se illi
primitus concubando miscuisset. Nam
& de ipso patre omnium Adamo non
tunc solum hoc dictum est , quando
conceptus est Cain , quem primogeni-
tum videtur habuisse. Et paulo inferius.
Nec illud necessario argumento
est , ut primogenitum patri existime-
mus Enoch , quod ejus nomine civitas
illa nuncupata est. Non enim abs re est,
ut propter aliquam causam , cum &
alios haberet , diligeret eum pater cæ-
teris amplius. Neque enim & Judas
primogenitus fuit à quo & Judæa cog-
nominata est , & Judæi. Sed etiam si
conditori civitatis illius iste filius pri-
mus est natus , (vide secundam solu-
tionem) non ideo putandum est tunc
à patre conditæ civitati nomen ejus
impositum , quando natus est , quia
nec constitui tunc ab uno poterat civi-

tas , quæ nihil aliud est quam homi-
num multitudo uno societatis vinculo
colligata : sed cum illius hominis fami-
lia tanta numerositate crederet , ut ha-
beret eam populi quantitatem , tunc
potuit utique fieri , ut & constitueret,
& nomen primogeniti sui constitutæ
imponeret civitati. Tam longa quippe
vita illorum hominum fuit , ut illic me-
moratur , quorum & anni taciti non
sunt , qui minimum vixit ante diluvium,
ad septingentos quinquaginta annos
perveniret. Nam plures nongentos an-
nos etiam transiverunt , quamvis nemo
ad mille pervenerit. Quis itaque dubi-
taverit , per unius hominis ætatem tan-
tum multiplicari potuisse genus huma-
num , ut esset unde constitueret non
una sed plurimæ civitates ? Quod ex
hoc cõijci facillime potest , quia ex uno
Abraham non multo amplius quadrin-
gentis annis numerositas Hebrææ gen-
tis tanta procreata est , ut in exitu ejus-
dem populi ex Ægypto , sexcenta mil-
lia hominum fuisse referantur bellicæ
juventutis (70. solum Ægyptum in-
gressis) ut omittamus gentem Idumæo-
rum non pertinentem ad populum
Israël , quam genuit frater ejus Esaü ne-
pos Abraham , & alias gentes natas ex se-
mine ipsius Abraham , non per Saram
conjugem procreatas.

Ex Genes. cap 4. *Omnis qui invenerit
me occidet me.*

*Nullus erat in mundo prater parentes;
quem ergo timet ?*

Conciliatio hujusmodi antilogiæ fa-
cilis est , & constabit ex expositione
moralis.

deat ; ita eum , qui Deum offendit om-
nes persequuntur , illique irascuntur ,
ita ut si Deus permisit , omnes de eo
vindictam sumerent , non mirum pro-
inde si talem pavorem , & timorem ini-
qui patiuntur : *Quemadmodum enim ,*
inquit Dionysius Carthus. *Mare tem-
pestuosum , & fervens , inquietum , tur-
bulentum , & subversivum est navigan-
tium : sic homines pravi , & impij semper
turbulenti sunt corde , & animo inquieti.*
Hæc patiebatur David Psal. 37. *Non est
sanitas in carne mea à facie iræ tuæ , non
est pax ossibus meis : miser factus sum , &
curvatus usque in finem : tota die contri-
stus ingrediebar.* Cur autem hæc om-
nia. Davidem exagitant ? Mala con-
scientia est. Quo , inquit , *Iniquitates
meæ supergressæ sunt caput meum , & si-
cut onus grave gravata sunt super me.*
Mala enim conscientia animam lacerat ,
& sub flagellis habet perpetuò. Pœnam
hanc



E X P L I C A T V R Gen. cap. 4. in sensu moralis.

§. I.

Peccator omnia timet.

7. **S**icut servum inquit , Oleaster ,
quem torvè princeps intuetur ,
omnes persequuntur , & uno principe
offenso omnes servi se offensos osten-
dunt , & suo modo puniunt , ita ut ja-
nitor eo viso jam januam claudat ,
alius ubi arridebat , jam non amplius ri-

*Mala con-
scientia af-
fligit.*

hanc acerbissimam Iuvén. sat. 15. describit.

*Nocte dieque sum gestare in pectore
testem.*

Occultum quatiante animo tortore flagellum.

Animus malæ conscientiæ trepidat, semper in motu, in metu semper: statim à Cain crudeli fratricidio sceleravit manus, vagus, & profugus excessit in terram *Eædem*, & ut inquit Hieronymus: *in terram instabilem, atque fluctuantem*; Tremula erat conscientia, in animo nulla requies. De homine impio sic Seneca de tranquill. loquitur: *Multis se modis semper fugit, sed quid prodest, si non effugit? sequitur ipse, & urget gravissimus comes velis, remis, equis, rhedis aufugias, post equitem sedet atra cura*. Frustra Cain ut se defenderet civitatem ædificavit; quamvis enim vallo; muris; obductisque repagulis ferales suos metus excludere curet, pax foris esse potest, sed acre domesticum bellum est, quoniam hostis in animi penetralibus habitat. Unus in mundo Adamus erat, & Eva sola parentes, & tamen: *Omnis, qui invenerit me, occidet me*, dicit formidans, & ut inquit Procopius, quem refert Cornelius Genes. 4. cap. quocumque figeret oculos, serpentes veneno, dentibus, & unguibus urfos, atque leones, cælum & omnia imaginabatur armari. Refert Plutar. Bessum, cum patrem clam obtruncasset, vocatum ad Cœnam nidum hirundinum dejecisse lancea, & à præsentibus rogatum de facto respondisse: *Non auditis hirundines falsa de me vociferari, & me esse Patris occisorem testari*, deinde sceleris convictum pœnas juste luisse.

De peccato sic loquitur Ugo Charren. in cap. 4. Matth. *Peccata discuntur umbra mortis; quia sicut umbra ducit ad corpus, sic peccata ad mortem æternam. Et quia sine corpore non est umbra, sic nec peccata sine morte æterna, qui ergo vult fugere hanc mortem, evitet hanc umbram*. Quæ ergo non horrebit, quem umbra sequitur mortis? quibus non pungetur, qui scorpionem in pectore fovet?

Quare Deus, Hieronym. ad Dam.

quæst. 2. quærit, non occidendum Cainum minatus est? Ut ultimo terribilium puniret, respondet. Nolvit Deus compendio mortis finire cruciatus. Unde ait. Non sic, idest, non ut existimas morieris, & mortem pro remedio accipies, sed vivens usque ad septimam penetrationem conscientia tuæ igne torqueberis. Quod si peccatores stimulis non punguntur conscientia, infeliciores sunt, cum mortis æternæ indicium non leve sit, vel quia malè sanum judicium est; ut enim inquit Hippocrat. in Aphor. *Quicumque dolent in aliqua parte corporis, & dolorem non sentiunt, his mens ægrotat*. Die hyemis, idest, judicij, seu cum vivere jam deficiet, sentiet, & summo opere trepidabit. Nunc peccatores maxime de misericordia fidentes, omnia in Christi sanguine sperant, sed tempore mortis opprimuntur terrore.

Occidet eis Sol in meridie, inquit de peccatoribus Amos. Aibertus Magnus Solem intelligit Christum Dominum: *Occidet eis*, inquit, *Sol in meridie, de quo dictum est, Sol intelligentia, non ortus est nobis*. A meridie Sol intelligentiæ mutabitur ad occasum. Attendite discrimen inrer Solem dum est in meridie, ac ipsum prout est in occasu, utraque enim positione, atque situ umbras effundit fallaces, in meridie minores, & in occasu majores, & *Sol decedens crescentes duplicat umbras*. Nunc autem ad rem: *Sol occidet eis*: quid est peccatum nisi umbra mortis, & privatio lucis? Occidet ergo peccatoribus Sol, idest, qui solem Christum intuentes in meridie misericordiarum nihil trepidant, umbrasque peccatorum quasi minimas arbitrantur, *Occidet Sol* extemplo mutabitur in occasum, & apparebunt umbræ peccatorum majores falsa securitate repente in terrorem mutata, quippe Solem in occasu, ubi agit judicis munus respiciunt. Hoc constat in Cain manifeste, à Deo interrogatus de fratricidio respondet intrepide, neque ultorem Dominum timet, cum autem judicis munus exercere considerat: *Vox fratris tui clamat ad me*. Crescentes duplicat umbras, ita maximam reputavit iniquitatem ut remissionem non speraret.

9.
Peccatores,
qui nunc
omnia in
sanguine
Ch. H. H. H.
stant, mortis
tempore
navis e
trepidabunt.

10.
Insuper
ad culpam,
peccatores
ad poenam.

Rupertus hæc Cainum loquentem, inquit, captum divitiarum cupiditate, sed non divino timore. *Non enim Deum sibi iratum* (ait lib. 2. in Genes.) *putat, sed timet ne sibi agricolari non liceat.* Miserabilis pœnitentia; quæ offensa divina contempta, temporalia timet perdere bona. Adam, cum Dominum offendisset, nudus videri timuit, sed non horruit contra iudicem deliquisse. Peccavi, dixit sicut Rex David, etiam Saül, hic autem salubriter non pœnituit, sicut & ille. Saül etenim non diffamari coram populo timuit, David ex corde Deum veritus est offensum. Hoc signo justus differt ab homine injusto, hic pœnam; ille verò Dominum timet. Quis vestrum me traditurus est, inquit Christus, serenitas omnium turbatur: *Numquid ego sum?* dicebat Petrus: ero numquid ita infestus, quod à dignitatis loco sublimi ruam celeri præcipitio? Numquid ego sum? Joannes aiebat, qui dilecti titulum merui à Domino audire? omnes turbantur, omnes recolunt memoriam, & conscientiam singuli pulsant, Judas solus neque trepidat, neque scrupulus pungit. Iterum Christus Dominus memorat traditionem, intingentem cum ipso in paropside panem asserens fore infidelem, & tunc subito traditor perturbatur. Unde hæc tam subita, & repentina immutatio? Quare non interrogat simul cum alijs? Ratio est; quoniam cum primum quæreret Christus, traditionis crimen, & offensam repræsentavit: *Unus vestrum me tradet*; cum iterum commemoravit delictum: *Va homini illi*, addidit, & pœnam minatus est. Quid ergo miri, quod cæteri Apostoli, cum audiunt crudelis traditionis offensam, turbentur, & non Judas, nisi cum pœnam comperit fuisse minatam; justus namque & innocentes offensum Deum timent, iudicem solum injusti, hi pœnam, illi trepidant solam culpam. In se reversus Petrus, ubi in illum fixit oculos Christus, lapsus in lacrymas compunctionis: *Recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixit: antequam galus caneret ter me negabis.* Quare non recordatur sermonis, quem Chri-

stus dixerat per Matthæum: Qui negaverit me coram hominibus negabo eum coram Patre meo? Ratio est, quia Christum hominem coram Patre negare pœna erat, quæ à cœlo excluderat, verba Christi: *Ter me negabis*, culpam infidelitatis prophetabant, Petrus autem Princeps Apostolorum fururus, & sanctitatis exemplar, solum recordatur offensæ infidelitatis, quæ cor ejus nimis cruciabat: *Ter me negabis*, minus curans de pœna, quam præ culpa nihil habebat; ideo non est Christi recordatus minarum: *Negabo eum coram Patre meo.* Justus omnibus imperterritus est, solo timore divino terret, sicut Eli, qui mortem liberorum, bonorumque jacturam immorus audit, cognita autem arcæ captivitate periit; non pro familia, sed pro arca cor illius pavebat.

Dominum sic anxia cupiditate de animabus justorum esse sollicitum, sicut solent homines optimas quærere margaritas inquit S. Evangelista: *Simile est regnum cœlorum homini negotiatori quærenti bonas margaritas.* Sed quare margaritæ comparatur anima justæ, & non adamantibus, vel alijs preciosis lapillis? Quoniam anima justæ æmulatur margaritæ optimæ inditam proprietatem: refert de illa Plinius partum esse concharum pro qualitate roris accepti; hanc autem, etsi tempestates repetitas mare patiatur, fluctibusque quotidie intumescat numquam periclitari; verum si cœlum obnubilari contingat, & aliquando prodire in tonitrua, margaritas cœlo tonante pallere; ideo ergo margaritis comparatur anima justæ, cum jacturâ bonorum temporalium non immutetur, & solum turbatur si suspicatur Deum offensum habere, tunc pavet, & pallet, cum cœlum timet tonare, possitque fulmina in eo vibrare; oppositum accidit peccatoribus, qui flocci Deum habentes, horrent temporalium tantum jacturam, sicut Cain, qui Dei parvi pendens offensam, æterna fulmina non timebat, solumque amittere terram dolebat.

Sub captivitate jacebat vidua, misere vidua à Romanis, Carthago,

go, quotannis coacta reddere imperio tributum; cum primum autem exactum est Pœnis, luctus, & planctus, maximaque mœroris indicia sunt in civitate visa, & audita; verum Annibal non potuit cohibere risum; interrogatus autem de gaudio in communi planctu; dixisse fertur non ex lætitia, sed ex irrisione fecisse, eo quod damnum deplorarent levissimum, & qui, neque suspirium unicum emisere, cum Romani Carthaginem invasisent, nunc clamoribus aërem implebant, & terram lacrymis irrigabant in exactio- ne tributi, quod damnum præ illo levissimum reputari deberet. Id accidit peccatori, qui cum perdidit gratiam, & cum illa pariter omnia æterna, velut doloris non capax nec tantâ jacturâ turbatur, nec malum reputat incurrisse, si vero bona temporalia minuuntur, aut pereant, aërem non cessant suspirijs replere in lacrymas resoluti.

Nil de offensa consideravit Cain, sed totus fuit in terræ bonis non amittendis, immemor fratris occisi, & Dei quem deberet iratum timere, dumtaxat recordatus est terræ. Cum Abelum occidit invidiæ livore correptus, neque Deum, neque etiam bona perdere timens, post homicidium damna, quæ pati coeperat, doluit, atque poenituit propter divitiarum jacturam. O! quoties bona temporalia, & quod majus est, etiam æterna ob brevem gustum inconsideranter amittimus.



§. II.

Invidius bonum alienum convertit in sui supplicium.

17.
*Invidius
aliorum
bonum,
suum facit
invidendo
supplicium.*



A I E T A N V S pro hujusmodi conciliatione aliter legit: *Omnis qui inven- rit me occidat me*: quasi desperatè desideraverit mortem: non timor, sed vitæ fuerat fastidium. Consideravit primo Cain fratrem Abelum à Domino præ illo fuisse dilectum: *ad Abel, & ad munera ejus respexit*, & invidius occidere fratrem

decrevit, & facto complevit; cum autem mortuum Abelum Domini oblivione sepultum arbitratus fuisset, audit à Deo: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*, & tam arctam cum Deo amicitiam iniisse vider, ut cum Domino vocem habeat, amicabilemque, loquatur, & nactum patronum: ad quid ergo vivere inquit, si sanguis, quem pro ardore invidiæ extinguendo effuderam clamans ad Deum iterum excitat flammam? tædet vita, dulcius est mori. Prosperitas aliena, ut inquit Salvianus lib. 5. de provid. illi supplicium erat, & parum est si ipse sit foelix, nisi alter fuerit infœlix. Quod de alio dixerat Seneca Tyest. act. 2.

— Pelopis domus

Ruat vel in me, dummodo in fratrem ruat.

Rabidis invidiæ stimulis agitated Cain mori amat, ut fratri tolleret vocem, quæ ideo clamat, ut fumeret de fratricida vindictam, si cum Domino amicabilem loquitur, quia ego vivo, *ruat vel in me*, moriar, omnis occidat me, ut obmutescat Abelus, vere enim Salomon inquit Proverb. 14. *Putredo osium invidia.* Cant. 8. *Dura sicut infernus amulatio.* Vnde ubi Pfalteres Psalm. 17. *Dolores inferni circumdederunt me.* August. legit: *dolores invidia.* Unde Cain, ut fratrem perimeret seipsum perdere non dubitavit.

Dæmones plures certum est aliquos nocivos in aëre constitutos esse, de quibus asserit D. Bernardus pœnas intensas luere. Quare ergo in baratrum lapsi unâ cum alijs Dominus noluit torqueri? Forsan, quia pœna rigidiori erant digni; cum enim Angeli boni in terram ascendant, descendantve, hominibus ministrantes vident, & invident, & invidiâ maxima inter omnes dolores pœna torquentur; alij qui minori gravitate peccarunt in baratrum detrudantur, verum qui deliquerunt intensius, ut pœna correspondeat delicto, duriusque affligantur, perpetuo consistent in aëre, ut beatorum spirituum felicitatem considerantes, suumque miserum sta-

tum ; flammis invidiæ , non minus , quam inferni ignibus incendantur , grave enim illis malum est , est illis non ferendum incendium , quos aliquando habere pares , in gloria videre *foelices* , cum ipsi ab eodem cecidissent statu , sic D. Bernard. serm. 54. in Cant. Dura ergo est sicut infernus *amulatio*. Optime ergo inquit D. Gregor. Nazianz. invidiam justius , & injustius esse peccatum , ex omnibusque voluntatis affectibus iniquissimum simul , & æquissimum esse ; iniquissimus est quoniam quid virulentius , quam bonis alterius dilacerare , & marcescere ? sed quid æquius invidia ? cum sibi ipsa sit infernus , tormentum , & pœna , & ideo inquit Curtius lib. 8. quod invidi homines nihil aliud , quam ipsorum sunt tormentum , & Horat. lib. 8. ep. 2.

Invidia sculi non invenere tyranni.

Tormentum majus.

Ex quibus omnibus constat quod invidia nulla unquam malignitas peior invenitur , viscera hominis interiora corrodit , medullas viperino dente consumit , omniaque tentat , ut alium in perniciem reducat. O fera pessima invidia , quæ arbitrata est devorasse Joseph , ut inquit Hugo Charentis , (alijs de Urfo , de Leone illud Jacob exponentibus Gen. 37.) Hæc fera est , quæ familiam invasit Isai. Unde inquit Chrysof. hom. 44. ad pop. Invidia homicidij mater est ; at omnium sceleratissimus es , cum invidias fratri.

12. Sed ex ipsa contra ipsam , Juliani lemma applicare possem ; ipsidem enim insidijs , quibus invidus frater Abelum extinguere tentat , strictiori amicitia vinculo Domino unit , audivit nactum fuisse patronum , advocatum , & necis ultorem : *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Invidia , quam adversus Josephum usque ad internecionem conflaverant fratres , gradus gloriosi fuerunt , quibus ad thronum ascendit : Invidios , & invidiam prostravit. Invidentiã Saulis Chibarchum primò constituit David , impigrum ad bel-

li discrimina fecit , ac tandem regali cinxit corona , sed de his §§. sequentibus.

Oritur hujusmodi vitium ex limitatione *foelicitatis* humanæ , & exiguitate bonorum ; homines enim celatitudinem fundant in aliorum abjectissima sorte , se squalere arbitrati ; quia cæteri florent. Hoc elogium de Trajano perpendit panegyrista. *Tu tamen major omnibus quidem eras , sed sine unius diminutione major*. Si ergo in fastigio positus *foelicitatis* appetit depressionem aliorum , quid dicemus de abjectis , qui sunt sub misera fortuna gementes ? His namque est congenita invidia , cujus livore tabescunt , ut superiores semper officiant , & oculis fascinantibus videant. *Non summos* (dicebat Seneca volens huic vitio applicare remedia) *debet respicere prudentia , sed infimos*. Plures enim torquentur quoniam cum *foelicibus* comparant propriam fortunam , nec minus fortunatos respiciunt : qui vero invidiæ infirmitate laborans , voluerit sibi applicare medelam , Ezechielis animalia imitetur , quæ ante , & retro oculos habebant ; non enim qui præcedunt tantum respiciunt , sed illi etiam , qui subsequuntur. Jacob in scala Angelos videt , sed non ascendentes dumtaxat , sed descendentes , ut si incenderetur invidia respiciens Angelorum ascensum , temperaretur incendium , videns aliorum descensum ; ut quis enim tranquillitatem conservet , non sublimiores , sed se inferiores licet videre : nullus enim fortunæ suæ exiguitatem lugebit , si quando Principis purpuram admiratur , in vestem pelliceam Pastoris oculos figat.

Hinc oritur apud homines impossibile esse alium se sublimiorem videre , & pacifice ferre : *Signum magnum apparuit in celo : Miraculum magnum* , alijs legere. Sed in quo apparere potuit miraculum ? Quoniam Sol Rex , & luminarium origo mulierem amicit , cum stellæ , caput mulieris coronent : quid mirabilius non solum Solem stellarum insidiari splendori , verum jucunde perferre stellas se sublimiores ? Stellas partem supremam capitis occupare , solemque vestimen-

11.
Remedia
invidi.

14.
Complacere
in excessu
aliena
fortuna non
contingit
sine miraculo.

vestimenti inferiorem, quin iratus infusceret, & obtenebret astra, sed benevole respiciat stellas: hoc miraculum est ita rarum, ut apparere non possit alibi quam in cælo. *Signum magnum apparuit in cælo.* Inter homines enim qui veluti sol splendescit despectum, & abjectum contemnit, inferior autem superiorem sæpe æmulatur, & invidiosè insidiatur; felicitas sublimioris, est inferioris vexatio; complacere namque in alieno excessu fortunæ est alienum ab humana miseria, nec nisi in cælestibus reperiri valebit.

Inæqualitas in fortuna inter homines non potest nisi in cælestibus reperiri.

Duos Angelos in sepulchro Domini Magdalena respexit: *Et vidit duos Angelos in albis.* Sed in quo Angelos esse Magdalena deprehendit? Nondum à Dæmonibus liberatur, (est enim mulier illa, de qua septem dæmonia Christus eiecerat) & tam cito visiones patitur, & revelationibus illustratur? in quo spiritus esse Magdalena deprehendit? Textus rationem manifestè declarat: *Sedentes* (prosequitur) *Unum ad caput, & unum ad pedes.* Duos Magdalena respexit loca longè inæqualia occupare, & utrumque consideravit tranquillum; hinc infallibiliter intulit cælestes aulicos esse: *duos Angelos*; Unus caput possidet, & alius occupat pedes, & uterque apparet jucundus? Spiritus sunt Angelici; si namque homines essent, qui fastigium capitis obtinuisset, despiceret inferiorem existentem ad pedes; Angelos esse optimè Magdalena arbitratur, quoniam si homines forent ad caput existens vellet calcare pedibus inferiorem, & ad pedes stans querelis affligeret superiorem, & invidiæ toxicatus veneno in superiorem sollicitaret spuere. Angeli utique erant, quia uterque placidus apparebat; si namque homines forent inæqualitas in fortuna mutuum pareret odium; quoniam in aliena complacere sublimitate non est conditionis humanæ; sed curiæ dumtaxat cælestis?

Invidiosus libenter prosperitate

Vitiorum monstrum est vitium Invidiæ, virus, ac rubigo est eorum, qui ea exagitantur (inquit Nazianzenus) in alijs animi affectibus,

quibus homo perturbatur, frequenter à malis conquiritur, sed invidus à bonis etiam vexatur; amore proprio fortior est, & potentior invidia, ut in alijs viret felicitatem privabitur ipse prosperitate. Quare cum Christi Divinitatem audivit scidit Pontifex vestimenta? vestem scindere Pontificatus finis, & consummatio non erat, sicut pallij divisio fuit Jeroboami regni initium exitij? Quare ergo Pontifex contra Levitici legem vestem scidit volens Pontificatu spoliari? Quoniam si non scinderet Pontifex vestimenta simili signo testificans Christum esse blasphemum, illius confiteretur gloriam divinitatis, scindens autem Pontificatum amittit: sed Christum inurit notâ blasphemæ, & gloriam ejus confundit; prælegit ergo gloria Pontificatus privari, ne cogeretur Christo excellentiam Divinitatis largiri; quasi diceret Pontifex: mihi dignitas Pontificatus tollatur, dummodo gloria Divinitatis Christo negetur, sic Christus blasphemus, & non sim Pontifex ego; invidio enim præstat præcipitè privari, quam in alio excellentiam fateri.

privabitur dum in alijs viret felicitatem.

Pharaonis, & totius Ægypti durities idem confirmare videtur. Muscarum plaga inter alias Dominus flagellavit, & tamen Ægyptij stimulis eligunt potius ferri, quam præservari à punctione: Quare terram Gessem non petunt, ut non pungerentur à muscis, cum constiterit ibi non esse: *Faciamque mirabilem in die illa terram Gessem, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscæ.* Quare illuc non confugiunt Ægyptij, ut muscarum non agerentur violentijs liberati hujusmodi plaga? Quoniam Ægyptijs palpantibus tenebras Israëlitarum splendebant, merueruntque fungi lucis benignitate: *Ubicumque habitabant Israëlita lux erat,* ne ergo Ægyptij populorum lucis splendore viderent fulgere, tenebras eligunt potius palpante, & immaniter à muscis vorari; prævaluit enim amor proprio morsus invidiæ, & ne excellentiam in Hebræis faterentur Ægyptij eligunt morsibus muscarum consumi.

Principes invidorum Dæmones idem declarant; Seraphim motus alarum, quarum duabus faciem divinam velabant exponens D. Bernardus inquit: *Hoc caput Seraphim velant, ut nulla sublimitate natura nequam oculus in eam queat irumpere veri luminis claritatem, duabus ni fallor alis, scilicet gloria, & felicitate.* Duabus alis felicitatis, & gloriæ Seraphim offendiculum ponunt ne dæmones respiciant faciem divinam, sed quomodo hæc? quomodo lux creaturarum exigua, quali Seraphim tantum funguntur irradiantis solis Justitiæ queit lucidam faciem velare? Quomodo Seraphim gloria inter Deum, & dæmones interposita claritatem divinam satis est impedire, ne Deum Dæmones videant? Sufficit Seraphim gloria, & felicitas inter Deum, & dæmones posita, ne isti divinitatem respiciant, quoniam si oculus dæmon levaret volens respicere Deum, prius gloriam, & Seraphim felicitatem, cogeretur videre: Ne ergo Dæmonis invidentia felicitatem Seraphim intueretur, faciem non respiciet divinam, sed respuet æternam visionem, si eam aliter comparare non valet, nisi videndo Seraphim gloriam, quoniam ne dæmones respiciant Seraphim beatos, patientur se miseros esse libenter: *Quoties (prosequitur D. Bernardus) sursum dirigit visum, in Angelorum statum, felicitatem, & gloriam maligne offendit pessimos oculos invidia humor, ut ultra penetrare non possit.*

16.

Detruditur ad inferos epulo miser, & sic de profundis clamabat: *Mitte Lazarum ut intingant extremum digiti sui in aquam* Quare dives ille miserrimus in petendo, guttam petijt aquæ, & non stagnum, aut flumen? si agglomeratis globis flammarum immerfus cruciatur, quare pelagus aquarum non poscit in refrigerium? Quoniam dives miserrimus ille non tam infernalibus plagis, quam invidiæ cruentabatur livore, ideo non mare, non copiam petit aquarum, sed guttulam tantum. Hoc interest inter guttam, & copiosam aquam discrimen, quod ignis exinguitur largissimis aquis, verum si fornax ignis ardentis guttis aspergatur aquarum magis ardescit, in seque compressus in altum elevat flammam; petijt ergo dives adhuc in

*Invidus
torqueri
mavult,
dum reddat
miserum
infelicem.*

pauperculum inhumanus stillam aquæ, ut Lazarum incendio consumat, non largissimas aquas in miseri divitis refrigerium. Si Lazarus fluminis aquam ministraret copiosam, divitis refocillaretur incendium, sed visa Lazari gloria acerbiori cruciaretur inferno; si guttam tantum linguæ ardentis divitis Lazarus ipse applicasset magis aquæ stilla accenderet ignem, suscitaretque flammam, qua ustulari posset & Lazarus; dives ergo ille linguæ refrigerium non amisit, ideo non largissimas aquas exposcit ut temperet proprium incendium, sed guttam aquæ dumtaxat, ut redditus ignis vivacior activitatem acquirat, & Lazarum flamma consumat, & ad cineres usque reducat. Hæc quidem est Invidiæ natura, hanc qui habet, ut inquit Nyssenus, non suis malis sed alienis bonis infelix est, milvis similis, quos cadaveribus pasci, & pretioso unguento emori ajunt: non tormentis proprijs sed aliorum prosperitate cruciatur; propria bona, velut epulo ille despicit, sed extrema suscipit mala, ut quibus invidet inferat malum.

Ordo fere totus Leviticus in Moysem, & Deum linguas exacuit, duces autem eorum Core, Dathan, & Abiron bellum domesticum incenderunt, & in populo Dei contra cœlestem legem rebellionem moverunt Pontificatum summum ambientes, verum sceleratis condigne punitis, & in Aaron, & filijs ejus dignitate Pontificatus stabilita, in monumentum posteritatis virgam Aaron præcepit Deus asservari in tabernaculo testimonij. *Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij.* Sed quare virga Aaron, & non thuribulum refertur in tabernaculum, ut sit posteris testimonium æternum? si spreis totius Levitici ordinis sacrificijs, atque thuribulis Aaronis Dominus elegit thuribulum tantum, quare hoc in signum rebellium non asservatur? Ratio est quoniam thuribulum dignitatem negatam Leviticis manifestabat, ducentis, & quinquaginta eorum igne thuribulorum succensis, virga dignitatem in Aaron, & filijs ejus stabilitam posteris ostendebat, ideo ut Levitæ condignè puniantur, non thuribulum, sed virgam præcepit in testimonium

monium seruari, quia non tam cruciabat eos perdere dignitatem, quam ostendebat thuribulum, quam in Aaron, & filijs ejus Pontificatum videre, quem virga manifestabat. Leviticus ordo livore laborabat invidiæ, ideo non discruciantur dignitatem se perdidisse, sed torquentur nimis Aaron, & filios ejus Pontificatum in sæculum obtinuisse: virga Aaron inter cunctas Levitici ordinis turgentibus gemmis erupit in flores, qui dilatatis folijs in amygdalas sunt deformati, ideo hæc in tabernaculum testimonij refertur, ut videant, & invideant Levitæ, & crucientur visa speciali excellentia in Aaron, & ejus familia, quibus concessum est thymiana coram Domino offerre, & ipsis negatum, quorum singularem favorem, & privilegium amoris, virga in tabernaculo inclusa posteris commendabat.

S. III.

Invidus insuperabilis hostis.

17: **N**ON solum cui dominatur invidia est infesta, verum, & universæ naturæ. Optime pestiferum descripsit affectum D. Basilus hom. 11. Genus est (inquit) inimicitæ, intratabile quidem, & admodum insuperabile: nam cum beneficentia eos, qui alioqui sunt infesti, reddat mitiores, malignum tamen, & invidiam magis irritat, atque odium acuit: quantoque magis fortuna crescit, tanto ille majori premitur dolore, atque luctu; eis vero quibus devincti beneficijs existunt maximis, non solum se gratos reddendos esse non cogitant, sed animo magnopere adversantur. Ex his omnibus constat ex malignis cunctis affectionibus, quibus homo laborat, nullum livore magis insanabilem esse: odium beneficijs curatur, sed invidia ardescit beneficentia, qui inimicum odio infestatur mitescere solet, sed invidus in dies amarescit, & auget germen nequitæ.

18. Postquam infœlix, & fugitivus David credidit gratiam regis recuperare non posse; fugit ad Achis non parum infensum hostem; sed qua se-

curitate ausus est confugere ad regem Achis? Nonne facilius est focerum odio agitatam sedare, cujus palatium spolijs locupletaverat, quam regem Achis experiri benefactorem, cujus agros non semel corporibus Philisthæorum impleverat? Quare ergo Saulem fugit, & ad regem Achis; ab ipso hostiliter nimis offensum temere confugit David? Quare Satraparum non timet odium? aut pungunt insidiæ palatij? Ratio est quoniam Saül, & Achis uterque Davidis perniciem quærebat, verum Saül insanabilius in necem generi conspiraverat, quam inimicus Achis; hic enim infectabatur odio Davidem, Saül autem in generum arietabat invidia: David Regem Achis hostiliter invasit in pugna, exercitum expugnavit in prælio; Saulem beneficijs David oneravit; Achis injurijs fuerat à David lacessitus, Saül obsequijs fuit irritatus; reliquit ergo David aulam regiam Saulis, & confugit ad curiam hostis Achis; securius namque arbitratus est cum hoste immorari, quam invidi furorem sentire; odium enim inimici beneficentia mansuescit, sed invidi livor implacabilis est, & irritatur obsequijs, ideo Saulem invidum prudenter fugit, David, & turamen invenit in rege Achis inimico; odio enim est insuperabilior invidia.

Propter somnium demetere voluerunt Josephum candidissimum florem rabidi fratres, decreverunt tollere ipsum de medio; Quamvis idem Joseph heram impuram pellicentem ad adulterij facinus generose fugaverit, apud Putiphar fuit innocens vir accusatus, imo propter pallium in scemina impudica repertum de scelere apparenter convictus, & in carcerem fuit detrusus. Quare sacrum fraternitatis vinculum Josephi fratres ita sævère rumpunt, ut ad necem propter somnium quærant germanum, & Putiphar à servo nimis offensus in carcerem solum detrudit, nec fidelitas læsâ ultra progreditur servo internecionem parare? Quare liliam Josephi virginicum pruina persecutionis ita decoxit; ut non longe fuerit à morte, & Putiphar exterus, & nimis offensus non sic in cygnum pudicum coruum existimatum desævit? Ratio est quoniam fratres Josephi aculeis punguntur invidiæ,

19.
Odio insuperabilior
invidia.

diæ, Putiphar à Josepho credebatur offensus, & ab ipso honoris splendor læsus: in fratribus contra Josephum armatur invidia, in Putiphar odij affectus expugnabat Josephum, ideo à fratribus Josephi periclitabatur vita, & apud Putiphar hostem laceffitum injuria extabat securo: inter fratres invidos prudenter perire timuit, & inter hostes offensos vitam incolumem servare non dubitavit, pestilens namque livoris affectus sævius ferit arctiori vinculo junctos quam hostium ferale odium.

20.
Magis cruciatur audiens laude ejus cui invidet quam propria convitia.

Hoc iterum confirmat Saül in invidiæ barathrum lapsus: Verbis contumeliosis verberavit Regem acerbè Samuël, stultum appellat, & regni sceptrique amissionem minatur, & tamen his tumidus rex laceffitus, nec mussitat, nec in Samuëlem conspirat, quin potius crimen confitetur, & de restatur. Alia opportunitate impius Saül sacra, & religiosa calcavit, sacerdotem Abimelech interfecit, quoniam fovit David fugitivum, panque sacro refecit: *Interfocite sacerdotes Domini; nam manus eorum cum David est.* Quare Saül immanissima belua patienter tollit vocari stultus à Propheta Samuële: *stultè egisti*, regnumque transferri sine offensione, & sic ex candescens irruit in Abimelechum Pontificem summum, & in ordinem totum Leviticum conspiravit, præcipiens stipatoribus suis, ut demissis hastis confoderent sacerdotes? Quale Abimelechi fuit crimen? ubi læta regia majestas? Quare ergo Samuëlem inurbane loquentem veneratur, Abimelechum submissis excusationibus purgatum occidit? Ratio est quoniam Samuël contumeliose loquebatur regi Sauli, Abimelech optime de David loquebatur, Samuël conviniabatur Sauli, Abimelech laudabat Davidem, Samuël contumeliosis affectis Sauli, Abimelech extulit encomiis Davidem: *quis in omnibus servis tuis sicut David fidelis.* Ideo offensis Samuëlis non provocatur, & laudibus Davidis irritatus Saül in summum sacerdotem conspirat, ut deleat laudes, laudatorem delevit, ex quo Abimelech panegyristam egit Davidis, velut reum captis damnavit invidia, injurias Samuëlis nec mussitans audivit Saül, quoniam frænavit in Prophetam odium, &

iram, sed laudes de David ab Abimelech decantatas impatiens audivit, & effrænis immaniter vindicavit; quoniam peccus invidum lacerarunt; invidia autem, quo magis splendescit cui invidet, tanto magis indurefcit, & ustulat miserum invidum; hujusmodi enim livore laborans non æstimat, aut præsentit injuriam, sed laudes alienæ veluti cuspides telorum incidunt in præcordia, cruciant, & angunt. Optime Plutarch. *Sicut enim cantharides (inquit) maxime adultis jam frugibus, & rosas florentibus incumbunt, ita invidia maxime adoritur bonos, & ad virtutem proficentes, atque gloriam.*

Non solum intuperabilis inimicus est aculeus invidiæ sed valde difficile extirpare semel pectori insertum contagiosum livoris affectum. Iuvenis prodigus ille qui portionem paternam criminibus dissipaverat, ærumnis compulsus, fame, & nuditate agiratus, patrem adit, patrum exorat affectum, & quamvis compassiva teneritudine punctum in filium squalore tabidum referat scriptura non tradit è domo patrem egressum, ut prodigum quæreret, aut præveniret venienti. Audit senior filius symphoniam, & chorum, & vitulum saginatum in advenientis Prodigii solemnitate occisum, & querelis parentem, & fratrem infamat. *pater ergo illius egressus capit rogare illum: timens à domo pariter exulare.* Quare non egreditur, ut prodigum quærat, & longe venientem occurrens pater recipiat, & egreditur, & deserit domum, ut seniore filium sederet iratum? Ratio est quoniam prodigus laborabat luxuria, quæ non sic præcordiis adhæret, ut opus fuerit parenti domo relicta sectarifugientem: ipse turpibus deliciis vexatus in se re-
Ibo ad patrem meum, Senioris autem filij serenâ diem inopinatus invidiæ vaporturbavit, & splendore hætenus chrystillinum, duo fuerat sæper perfusus livoris nubecula ex signis amoris visis in fratre exorta fuscavit, videns autem parens & optime noscens invidiæ furorem repente totum hominem toxicare, & difficile contagium hujusmodi posse sanari, reliquit domum, mensam deseruit, ut filium jam jam fugientem quæreret, & sustentaret labentem, vel suscitaret jam lapsum; lasciviens enim poterit in se

21.
Insanabilis invidus.

se verti, & reverti ad domum divini parentis; invidus autem non facile fluctus tempestuosos parabit, nec redibit ad Deum, nisi piissimus parens domo egrediens quærat errantem.

§ IV.

Meritis excedens, & perfectionibus, variis periculis est expositus.

CONTEMPLATUS sum (dicebat Salomon) omnes industrias patere invidia proximi. Ubique enim oculus invidi conspicit, illico venenato visu cuncta fascinat; quo quis enim est colloceatus in majori fastigio, eo profundiori subjacet præcipitio, ideo optime Staius fortunam, & invidiam colligatam esse dicebat.

*— Quisnam impacata consanguinitate ligavit
Fortunam, invidiamque Deus.*

Ab eodem procedit surculo rosa, quæ purpurascit, & spina, qua pungitur; statim ac purpura apparet puugitur spinarum aculeis; non aliter qui præcellit, & dotibus excedit naturæ cogitur armari contra livorem invidiæ. Pulchritudinem Josephi refert scriptura, & sub eadem periodo texuit fratrum invidiam: *Filius accrescens Joseph, & decorus aspectu,* & illico addit: *invideruntque illi habentes javala.* Ubi pulchritudo apparuit Josephi venenatas sumpsit invidia contra decorem sagittas.

Hinc oritur Moysi nativæ infelicitatis origo; communis lex tyrannica postulabat, ut omnes Hebræorum infantes priusquam lucem, viderent mortem; quare ergo contra præceptum regium servatur incolumis Aaron, & Moses inter rapidas Nili naufragat undas? Quoniam Aaron natus est sicut alij, Moyses autem natus est sicut nullus singularis decore, ut inquit enim Philo, urbaniorum præferebat vultum, quam quis de privato homine suspicari posset, tribus mensibus, quibus facies Moysi apparebat informis, pericula non recognovit, illico ac in facie resplendat majestas; decorque singularis, naufragat velut reus: *videns*

eum elegantem. Elegancia Moysis fuit crimen ante tribunal invidiæ, ut tanquam reus fluctibus traderetur, ut ibi non tam Moses quam singularis pulchritudo periret; apud homines enim excessus & singularitas intimo nexu colligantur cum odio, & invidia.

Ubi primum Ilaïas Messiam Domini ^{Vbi excessum} prophetavit; statim repleti timore annuntiavit: *Et replevit eum Dominus spiritu timoris.* Quare sic timet ^{su dotum} Christus, quem alibi fortissimum bellatorem manifestavit Propheta: *Voca nomen ejus accelerâ, festina, prædare, & Plalmista rex: sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent;* quare sic pavidus, qui sic fortis? Quoniam dixerat: *Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientia, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis.* Ideo videns Messiam Propheta tot dotibus naturæ, & gratiæ esse ornatum, prædixit pavore fore replendum; quoniam splendores odia comitantur invidiæ; & quo homines pulchriorem Messiam natum viderent, eo credidit Ilaïas majori odio affectum iri; & jaculis venenatis fore percutiendum: invidiæ; invidia namque velat qui ad scopum sagittas collimant, quanto aliquem candidiorem, & lucidum videt, tanto libentius transfigit; apud invidum enim nullum gravius est quam puritas, & innocentia facinus.

Mulierem in adulterio deprehensam nullus ausus est lapidibus impetere, tribunal Phariseorum Christus Dominus subijit, & saxis obruere tentarunt; *Tulerunt ergo lapides.* Quare adulteram iudices non lapidarunt, si- ^{Ab invidio} cut præceptum erat in lege, & Do- ^{scelus re-} ^{putatur} ^{miraculū.} minum lapidibus involuere voluit? Ratio est quoniam mulier fuerat in adulterio deprehensa; Christus Dominus coram omnibus suam puritatem, vitæque sanctitatem probaverat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ideo Dominus tot miraculis comitatus damnatur, ut lapidetur; & mulier adulterij crimine infecta à judicio recedit impunis; quoniam apud invidorum tribunal innocens, & miraculis fulgens reus habetur, & facinorosus recedit sanctificatus, majori in discrimine versatur splendor virtutis, quam expressa iniquitas delinquentis; ideo mulier audivit adultera: *nemo te condemnavit,* & Christus innocentissimus lapidibus

lapidibus impetitur : *Tulerunt ergo lapides*, apud invidos enim mirabilia patrare est scandala feminare. Ideo postquam Dominus plura miracula fecit, inquit : *Et beatus, qui non fuerit scandalizans in me*. Unde hæc : sola crimina scandala pariunt ; si ergo miracula sunt quo pacto timere Dominus potuit homines scandalum pati ? Quoniam licet miracula forent, erant coram invidis facta, & invidorum lividis oculis, quo fuerit lucidius miraculum, eo gravius arbitratur scelus ; lux namque quæ illuminat oculos sanos, ferit infirmos, & lippos.

24.
Lux perfectioris invidios pergit.

Ad consortium Domini ascenderat Moses, & descendens de monte ex facie procedebant fulgores, sed in vestibus splendor non video ; Christus Dominus in Thabor sic Solem indutus est, quod splendor redundavit in vestimenta : *Vestimenta autem facta sunt alba*. Quare Moses consors amicitiae divinæ in facie duntaxat manifestavit fulgorem, cum Christus Dominus splendoribus ornaverit vestimenta : Ratio est quoniam Moses populo se præsentavit laboranti invidiæ livore, ideo Mosis lucem Dominus temperavit, quamvis enim sic limitata, oculos tamen invidentium percussit, ut in vultum ejus intendere non valerent, & velare lucem servus Domini fuerit coactus, velamen super vultum imponens ; Christus autem Dominus cum sanctis fuit in monte transfiguratus, ideo splendoribus non temperatis ad vestimenta redundabant fulgores, quin ferirent oculos spectantium, quoniam radij solares oculos Aquilinos illustrant, & nocturæ offendunt, & percutiunt infirmos, sic lux sanctitatis, splendorque gloriæ sanctos, & justos movent ad charitatem, & ad dilectionem mutuam inclinant, sed nimis scrutantur agitato invidia, apud quos ut inquit Seneca. *Fortuna pro culpa est*.

25.
Vt fugias invidiam merita cella.

Non aliter obrunditur pungens invidia, nisi dotes præcellentes, meritaque celando : de Salustio Crispo refert Tacitus lib. 3. Ann. *Cuique vigor animi ingentibus negotiis par suberat, eo magis ut invidiam amoliretur, somnum, & inertiam ostentabat*. Non aliter retunditur aculeus livoris, nisi velando decoris, & splendoris excessus, quod superat, atque præcellit persecutiones excitat,

& odia quibus infallibiliter læceratur. Ruinam imperij Romani ex magnitudine sua tradit Lucanus libro 1. de bell. civ. ortam ; sublimitas enim universam suscitavit æmulationem ; non subjacet enim invidiæ, nisi quem ad celsiora evexit fortuna. Unde Themistocles apud Plutarchum dicebat : *se adolescentem nullum splendidum fecisse facinus, nondum enim sibi fuisse invidiosum*. His enim maxime insidiatur invidia, quorum vitæ melior provectus, aut quos majoribus à Deo affici favoribus videt.

Benedixit tribui Isaac Patriarcha Jacob, & cunctis ejus familiis, & in paterna benedictione fertilissimam impertitus est terram ad radicem trium montium valde elatorum, verum ad calcem benedictionis his vaticinatus est verbis. *Factus est tribus serviens*. sed quomodo hæc : si in sortem cecidit tribui Isaac fertilissima terra, divitiarum superbæ, necnon & delitiarum, amœnitique campi, quo pacto vaticinatur patrens inopiam ? Quivis, quamvis prophetiæ dono careret, idem vaticinium sine temeritate proferret, ex quo patrens Isaac superiorem cæteris vidit, collabentem respexit, ubi enim cæteros superavit fortuna in se concitavit invidiam ; ex quo dives super alios apparuit, armavit invidiam, ut faceret tributarium : *Tribus serviens*. Fœlicitas terræ, & camporum amœnitas, quas sortitum esse Isaac tradit Adricomius, suscitavit in alijs tribubus livorem, cujus stimulis agitato ad infimam pervenit fortunam effectus tributarius cunctorum.

Hæc est tyrannis invidiæ, hic malevolentiae lividus zelus, quod ijs, in quibus ignis æmulationis ardet, prosperitas aliena est supplicium ; parum illis est esse fœlices, nisi alter fuerit infœlix. Optime invidis congruit quod Curtius lib. 6. de Alexandro Magno dicebat : *Is vinci quidem hostes voluerat, Antipatrum vicisse se tacitus quidem indignabatur, suæ demptum gloriæ existimans quidquid cessisset aliena*. Invidus enim bonum alienum proprium existimat malum, & excessus in alio crimen est, ut insectetur veluti reum. Referens Evangelista Matthæus Barabam in vinculis esse, cum Pilatus iniquus ; an ipse an Christus dimitti vellet Judæis, & Principibus sacerdotum

tum dedit optionem, nec facinorosum appellat, nec crimen declarat, cujus causa in carcerem fuit detrusus, & vincetus, sed solum vocavit insignem: *Habebat autem tunc vincetum quemdam insignem.* Quare latronem, aut seditiosum non dicunt, sicut referunt Marcus, & Lucas? Ratio est quoniam D. Matthæus solum exprefit vincetum esse, & in carcerem non sine causa detrusum, ideo inquit fuisse insignem: *Quendam insignem,* quod enim crimen apud homines gravius quam hominem esse insignem? Ideo magis D. Matthæus causam declaravit compedum Barabbæ, appellans illum insignem, quam Marcus, & Lucas latronem, & seditiosum Barabbam nominantes; quoniam apud homines invidia contabescentes esse insignem est crimen, quo nullum est gravius.

Cum Elias ab Eliseo discederet, igneoque curru raperetur in cælum spiritum duplicem Eliseus exoravit Magistri; *Erat in me spiritus tuus duplex,* quamvis autem rem difficilem postulasset annuit discipuli precibus Pater Elias, & spiritus hereditatem promisit, dummodo per turbinem discedentem oculis ipsum respiciat: *Rem difficilem postulasti, attamen si videris me quando tollar à te, eris tibi quod peristi; si autem non videris non eris.* Si rem ita sublimem poposcit ab Elia Eliseus, quomodo pretio tam infimo comparavit? Visione tantum emit spiritum Eliseus? tam parum est Eliæ spiritu indui, ut non pluris quam intuendi ipsum steterit pretio? Non parum quidem Eliseo stetit spiritus duplicatus Eliæ, sublimitati spiritus pretium correspondit æquale quinimo excessit. Rem difficilem Eliseus precibus exoravit, sed difficiliorem postulavit Elias. Quid poposcit Elias? ipsum videre Eliseum, quando tolleretur ab eo, hoc autem difficillimum erat, & Elisei oculis nimis ægrum; Elias enim discedens ab Eliseo flammante curru per aëra transvolabat gloriosus, hominem autem alium ita videre gloriosum sic vidētis oculis cruciat, ut non sine animi deliquio in eum oculos inrendere fuerit ausus. Maximum est, & supra hominis cogitatum Eliæ spiritum recipere duplicatum, sed non minoris doloris, & sævioris martyrij in hominis corde succendit alium intueri

ascendentem inter splendores gloriosum; sic obtenebrat mentem invidia, ut malitæ felicitate quavis privari, ne sibi lux aliena, & splendor affulgeat; invidus enim, quo majoribus aliorum fulgoribus perfundi contingit, densioribus tenebris cupit obnubilari, & ne in aliis gloriam respiciat, appetit cœcutire, sibi que malum inferre, ut detrahar alienæ gloriæ, sicut de Catone ponderavit D. August. lib. 1. de Civit. Dei. cap. 23. Is enim à Cæsare victus semetipsum crudeliter interfecit, ut eam Cæsari præriperet gloriam, quam regiæ eveniret clementiæ Catoni parcendo.

§. V.

Ad glorias, perfectiones, & merita aliena homo cœcutit, & in visione torquetur.

EX eadem radice procedit homines in aliorum perfectionibus cœcutire; potius namque impossibile possibile credent, quam excellentiam in aliis. Apparuit discipulis Christus, & existimant se spiritum videre. Quare Christum esse non credunt? Nonne impossibile erat oculis corporeis spiritum, & Angelum intueri? facilius non erat Christum à mortuis resurrexisse, quam spiritum oculo videre corporeo? quare ergo existimant se spiritum videre, & non sibi suasere respicere Christum? Quoniam resurrectio gloriosa erat Christi Domini gloria, ideo facilius impossibile crediderunt possibile, quam Christum confiteri gloriosum, & ne crederent gloriam resurrectionis, oculos extra spheram egressos sibi suasere spiritum tetigisse; homines namque facilius credent impossibile reddi possibile, quam gloriam in alio possibilem confiteri, sic enim visus hominis infirmitate laborat, ut minus pœnis propriis sit impetitus, quam si fuerit alienis gloriis collisus.

Quare ultimo universi totius exitio justissimus iudex prius sanctis impartitur gloriæ benedictionem, quam reprobis damnationis seureniam? *Venite benedicti Patris mei,* & post imprecatam felicitatem justorum reprobis damnationem promulgat: *Ite maledicti.*

26.
Facilius invido impossibile reddi possibile, quam confiteri gloriam alienam.

27.
Facilius aliena invidi martyrium.

ledicti. Quare hoc? Quoniam acutiori gladio in quos voluit Deus ferire, ideo prius felicitatem iustis annuntiat, quam damnationem iniustis: hos enim magis sanctorum benedictio torquet, quam in ipsos fulmen maledictionis à iudice emissum; iniqui enim minus flagellis propriis torquentur, quam gloriis visis in aliis.

De damnatis dicitur, quod visis iustis: *turbabuntur timore horribili: dentibus fremunt, & strident, gravi conquatentur timore. Loquitur patriter Sap. 4. de numero damnatorum statu dicens: Ibunt directæ emissiones fulgurum, & tanquam à bene curvato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum insilient. Et à petrosâ ira plena emistentur grandines. Et nihilominus tot ærumnis disrupti, nec timorem reprobi manifestant, nec angustiantur horrore. Quare videntes prædestinatos conquatuntur horrore, & diris tormentis cruciati non emittunt vocem timoris? Ratio est quoniam in infernum detrusi patiuntur durissimas pœnas; quando prædestinatos respiciunt, iustorum vident felicissimam sortem: *Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Sæpius ergo cruciantur reprobi videntes felicitatem iustorum, quam inferni confringantur tormentis, ideo cruciatibus dilaniati in inferno gemitum, sed non timorem ostendunt, verum iustorum gloriam respicientes alienam præcordiis disruptis horribili conquatuntur pavore; iniqui enim minus torquentur propriis flagellis, quam crucientur gloriis alienis: Turbabuntur timore horribili.**

Etiâ felicitatis umbra invidas cruciat.

Non solum disrumpitur gloria alterius invidus homo, verum excellentiæ alienæ dilaceratur umbra; Ferrea emolliret ad compassionem præcordia Christus Dominus flagellatus, & dolorum spectaculum factus, iniquus iudex hominem sic despectum populo ostendit, existimans forsitan hominum cicuratum esse sævitiam, verum magis populus induratus verberibus addidit asperissima verba: *Tolle, tolle crucifige. Quare ad conspectum hominis sic despecti sævitia hominum non mansuevit? Quomodo in hominem in sorte abjectissima constitutum leones insultant, cum pulsare posset compassionem ferarum? Quoniam Chri-*

stus Dominus populo præsentatus purpura erat indutus, & cinctus quamvis illusorie corona; huiusmodi autem insignia imperij, & majestatis sunt umbra, ideo vocibus clamat, & impropereans populus voces repetitas extollit dicens: tolle, tolle crucifige, ad Christi flagella nec est populi mansuefacta sævitia, quoniam visis corona, & purpura in Christo, quæ majestatem quamvis illusorie repræsentabant, non frigescit sed inardescit, & crescit invidia; hæc enim non solum aliena gloria sed illius etiam dilaceratur umbra.

Invidiæ symbolum est Panthera de qua Theoph. inquit; quod si officere nequit hostem, in umbram de sævit lacerare veneno, & pulvere tentans: *cum in personam (inquit) effundere iras prohibetur, oblatam ejus imaginem lacerat. Cum David compassiva teneritudine motus, Psalterio, & Cythara Saulis vellet temperare dolores; tunc fera crudelior Saul nisus est David in pariete configere lancea. Quare Saul militibus non præcepit ut necem pararent David, ut in ore gladij periret? ut quid cum pariete lancea figere tentat? Ratio est; quoniam tabescebat invidia, & voluit secure ferire; si milites necem pararent David, hic fugeret forsitan insidias, verum configens lancea in pariete certissimam sumit vindictam; quoniam si David personam non percussisset, saltem illius imaginem laceraret; ideo nisus est configere lancea in pariete: quoniam invidia, si non personam, saltem in umbram ardescit, invidum Saullem beneficio devinciendo salutis David reddidit longe pejorem.*

Invidus alienas jacturas non tantum quæstus suos existimat, sed aliorum felicitatem suam arbitratur miseriam; sui ipsius est immanissima fera, plus dolens de aliena prosperitate, quam de injuria invido inflata. Populum duræ cervicis incredulum, & rebellem appellaverat Moses: *Populus durissima cervicis: Audite increduli, & rebelles. Et nihilominus nullus ausus est resistere Num. 11. Quando majora populo Dominus contulerat beneficia illa seditione rependunt tumultum adversus illum moventes. Quare nunc contra beneficium Moysen populus nimio furore exardescit cum tulerit offensam*

offensam patienter? Ratio est quoniam verba, quibus verberabat populum erant Hebræorum injuria. Numer. 16. Aaroni inter alios Pontificatus contulerat dignitatem, in summum sacerdotij apicem constituerat; ideo Aaronis conspecta gloria ira pectore fervescente populus conspiravit in Mosem, & verba contumeliosa tulit modeste; invidus enim plus dolet de aliena prosperitate, quam propria injuriâ torqueatur, & contumeliâ. Quid infœlicius invidio viro? improbos cunctos excedit; improbus enim delectatur bono, invidus torquetur magis alieno quam proprium possit torquere malum.

28.
Invidus cessabit offendere, dummodo gloriam obtinet.

Cæcus quidam est livor, eo bono, quo extingui deberet amplius ardescit, & tabida quadam luce pectora humana pervadit, cunctisque animi sit superior affectibus, odium omnes congerit prunas, quibus hostem incendat, & ad cineres usque reducat, sed invidia superat hujusmodi incendium, quoniam ut vitet gloriam alienam cessabit angere hostem: *Descendat de cruce*, clamabant invidi, & crudeles Hebræi. Quid Carnifices immanium ferarum in Christum crudelitate vestiti, exuerunt viscera ferrea, aut compassione sunt puncti? Quare Domino optant decensum de cruce, illiusque suspendi martyrimum? Ratio est quoniam odium superavit invidia, qua carnifices tabescebant; si Christus Dominus pendens moreretur in cruce, gloriam Redemptoris perfectissimam obtineret: si descendisset ex patibulo crucis notam evadere non valeret, quod cœpisset, sed redemptionem non perfecisset; invidi ergo, & immanes carnifices cedunt odio, ne cedant invidiæ, & ne videant gloria Redemptoris Christum fulgere, opraverunt mitigari illius dolores; invidia enim sic superat odium, ut cesset affligere hostem, dummodo confundat gloriam alienam; optime invidios describit Ovidius.

Pectora felle vident, lingua est suffusa veneno.

§. VI.

Glorias, & perfectiones alienas homo difficile manifestat.

VIDIMUS invidentiam oculos habere amaros, imitarique Basiliscum, qui venenum in oculo gerit, sic oculus invidorum omnia fascinat: hoc autem vitium sic est animæ tinea, ut inquit D. Cyprianus quod nimia anxietate bona aliena convertit in mala, & os plenum livore, amaroque zelo omnia pervertit, perpetuaque amaritudine urget, oreque linguave recusat de aliis glorias, & perfectiones nuntiare. Turbatus Herodes Magorum regum adventu sapientes regni consuluit, ut apprehendere posset, an in ruinam suam natus esset, Messias; verum sapientes truncarunt sic Prophetiam: *Et in Bethleem terra Iuda nequaquam minima es, ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël.* Nil addiderunt amplius. Quare integram non declarant? Quoniam prima pars Prophetiæ Messiæ declarabat infirmitatem humanitatem, qua morti subiectus erat, ut ipsum interficiens Herodes simul privaret vita, & corona; silent autem partem Prophetiæ secundam; quoniam Messiæ declarabat æternitatem. *Et egressus eius ab initio à diebus æternitatis.* Ideo Prophetiam truncarunt, nativitatem temporalem, ex qua cunctorum mors originem recognoscit sapientes Herodi manifestarunt, sed tabescentes invidiâ ortum æternum caute siluerunt, ne pueri declararent divinitatem; invidus enim elinguis est ad glorias alienas; quia aliorum fœlicitatem efficit suam pœnam, ideo nec factis miraculum est, ut invidus gloriam confiteatur alienam.

Lazarum Dominus suscitavit, ut crederent Omnipotentiam in Christo; *Nec fatis miraculum est, ut invidus gloriari confiteatur alienam.* Dæmon similiter divinitatem in Christo recognoscere optavit: *Die ut lapides isti panes fiant.* Christus autem noluit miraculum perpetrare. Quare Christus Dominus Lazarum suscitavit, ut in eum crederent homines, & lapides non convertit in panes, ut Dæmon credat, & contemiscat apertè certans

nens divinitatem? Quoniam quamvis Christus lapides efficeret panes, non crederet Dæmon gloriam Divinitatis. Quare Judæi resurrectione Lazari visa Christi credunt omnipotentiam, & Dæmon visa in panes lapidum conversione adhuc de divinitate incredulus remaneret? Ratio est quoniam Judæi erant compassiva teneritudine puncti: *Et Iudæos qui venerant cum ea plorantes.* His autem compassione illustratis, ut credant satis, superque erat miraculosa Lazari suscitatio: Dæmon autem invidia correptus Christum Dominum invadebat; sic autem invidus affectus aliorum splendoribus obtenebratur, ut nec sat miracula fuerint ad recognoscendam Christi divinitatem; nullo namque signo potest invidia devinci inquit D. Cypri. Nisi dicamus Judæos Lazari mortui resurrectionem mirabilem credidisse, quoniam Lazari resurrectio gloria erat cum imperfectionis mixtura, ut gloriam Lazari suscitari magis extollerent, opus erat cōclamare fœtentem, & corruptione tabuisse: *Quatriduanus est jam fœtet;* ut ergo imperfectionem fœtoris, & corruptionis omnibus manifestent fœtentur quamvis inviti Lazari resurrectionem, quia homines non aliter alterius amant gloriam fateri, nisi prius manifestando imperfectionum fœtorem.

Invidus si alienas glorias abolere non potest, corrumpere chyrat.

Sic carnifex sibi est invidia, sic animum torquet, sic mentem discruciat, cordaque corrumpit, ut si rubigine glorias alienas abolere non possit, saltem corrodat, & minuat: *Quid nobis, & tibi.* De Jesu Diabolus querebatur, immediate sanctitatem Christi, etsi invitus proclamatur: *Scio quod sis sanctus.* Quare cum querelis pullavit Dominum dæmon, loquitur in plurali: *Quid nobis, & sanctitatem proclamans voces mittit in singulari scio?* Ratio est, quoniam cum de Domino diabolus querebatur devastatorem Jesum appellabat. *Venisti perdere nos,* & quia hoc notam rigidi demonstrabat, à pluribus proclamatur: *Quid nobis:* quando vero fateri cogitur sanctitatem: *scio,* pro viribus sanctitatis gloriam corrodit, laudantium numerum minuens: *scio;* furia namque infernalis non valens sanctitatem Christi abolere

abstulit confitentium pluralitatem.

Quamvis autem invidia proprium Diaboli vitium sit, hominibus sic dominatur, ut maline quandoque tribuere Dæmoni gloriam, quam homini sibi proximo. Cæcum Christus Dominus illustravit, & tamen miraculum illi negarunt: *Nos scimus, quia hic homo peccator est.* Vermis ex hederæ invidiæ natus sic gloriam Christi corrodit, ut quem deberet mirabilem indicare, iniquum, & peccatorem existimavit. Prodigium non dissimile operatus est Christus ab homine ejiciens dæmonium, & mutuo conferens linguam, & hoc miraculum credunt à dæmone perpetratum: *in Belzebut principe dæmoniorum ejicit Dæmonia.* Quid hæc? facilius non erat Christum Dominum miracula perpetrasse, quam omnipotentem Dæmonem confiteri? Quare ergo Dæmoni miracula præstant, & crimina Christo Domino imponunt? Ratio est quoniam tetto vitio laborabant invidiæ, ideo ne Christum fateantur miraculosum, Dæmonem clamant omnipotentem; ne Domino sanctitatem debitam præstent, Dæmoni dabunt libenter repugnantem omnipotentiam; homines enim in invidendo Dæmonum excedunt malitiam, ut inquit enim Chrysostomus: *invidet Sathan, sed hominibus socio jam nemini;* Tu vero homo cum sis hominibus invides, odium adversus genus, naturamque communem exerces, quod nec Sathan quidem facit.

Invidus maxime tribuere Dæmoni quam Domino gloriam.

S. VII.

Non sine dolore audit glorias & perfectiones alienas invidus homo.

NON solum invidiæ livor cor hominis medijs oculis toxicat, sed etiam per auditum interiora viscerum vastat, exigua æmuli laus est dirum invidentis tormentum. Contra mitissimum Moysen Aaron, & Maria fratres obmurmurarunt, quorum ingratitude divinam vindictam pullavit, Iratus est Dominus, sed crimen non satis videmus esse punitum, Ma-

29.
Invidus est sui ipsius supplicium.

ria namque candens apparuit lepra, sed parum post temporis ab infirmitate sanatur; Aaron autem impunis delinquens non plectitur; Quare si irascitur; Deus utriusque detractoris carnes lepra non serpit, & per totam vitam corrodit? quare crimen juxta demeritum non mulctatur? utique uterque plectitur acerbissime, sed ubi pœna refertur? illis verbis: *At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est; ore enim ad os loquor ei.* Aaron, & Maria non tabescebant invidia? Moysem oculis venenatis non respiciebant? Audiant ergo Dominum encomijs excollere Moysen, ut acerbis frater uterque plectatur; intentus enim laus æmuli cruciat, quam si lepra invidus corroderetur, ideo qui in Moysen oblatrantes peccarunt, non alia pœna plectuntur, quam acerbissima æmuli laudum; magis enim laudes Mosis audire absument fratrum præcordia, quam sensim serpens possit corrodere lepra; nullum enim invidio detractori supplicium acerbius, quam exaudire æmuli laudes, laus enim aliena invidi viscera rodit.

Patroni David Jonathas coram Saule munus agebat, & tunc ad ingratitude culmen accedens nisus est lancea configere cum pariete. Quare filij precibus exoratus Saul non mansuescit? Quare non solum ira Saul non frigidat, sed potius exardescit Jonathæ patrociniò? Quoniam Jonathas Patroni erravit officium, non temperans sed incendens Patris vindictam; hæc enim Jonathas loquutus est ad parentem *Locutus est ergo Jonathas de David bona ad Saul patrem suum, dixitque ad eum, ne pecces rex ad servum tuum David, quia non peccavit tibi, & opera ejus bona sunt tibi valde. Et posuit animam suam in manu sua, & percussit Philistæum.* Invidiæ stimulis corrodebatür Saul, ideo cum laudes exaudiret Davidis, ira exardescens nisus est configere lancea, ubi audivit encomia Davidis versus est Saul immitis, & implacabilis, ubi Davidem audit eximiam, & honoratum ex tunc invidiæ rabie agitarus exambit obscurare Davidis gloriam, illum de medio tollendo: *Nisusque est Saul configere David lancea.*

Ita est exitiale vitium invidia, sicque invidum cruciat, ut ne laudis æmuli audiret, injurias patienter ferat. Sacerdotes, & principes populi audacter ejecit Christus de templo: *Et cum fecisset quasi flagellum de fomiculis omnes ejecit de templo* Et tamen horum non refert scriptura querelas; cuncti obmutescunt, nec audent Christo respondere ullum verbum: Ioan. 5 Christus coram omnibus suam puritatem ostendit, sed illos nec verbis ferit, nec verberibus lædit & tamen rabidi in eum conspirant lapidaturi: *Tulerunt ergo lapides ut iacerent in eum.* Quare ergo ibi obmutescunt Judæi verberibus cæsi, & hic non sic offensi iras contra Christum respirant lapidibus obruere moliti? Quoniam ibi verbis, verberibusque flagellat, & hoc tolerarunt patienter; hæc Deum esse, & æqualem cum patre Christus affirmat; hujusmodi autem gloriam audientes, rabide in Christum conspirant lapidibus impetentes: *Ego, & Pater unum sumus:* ideo patenter ferunt flagella, sed gloriam divinitatis audientes lapides jaciunt in eum, magis de gloria, quam audiant, quam de flagellis dolentes; invidum enim non tam cruciat injuria propria; quam torquent laudes alienæ.

Execrabili, capitalique odio sacerdotum, & scribarum iniquissimus cœtus Messiam cruci affigere anxie desiderabant: voces illæ: *Tolle, tolle, crucifige.* Animum quantocius perpetrandi Deicidium aperte manifestabant, & tamen repente odium executionem crudelitatis suspendit, clamantibus cunctis: *Non in die festo.* Ut quid differunt perversissimi Pharisæi post festum Christi Domini mortem, quam anxie desiderabant? Ratio est, quoniam si in die festo cruci fuisset affixus, plures ex concurrentibus recolerent memoriæ Christi Domini sanctitatem, & mirabilia ab ipso patrata similibus festis; ideo quamvis quantocius memoriam Christi cum vita abolere desideraverint; odium suspendunt, & intendunt Christi passionem differre; etenim si in die festo tollerent Christum de medio faceretur rabidum odium, sed occasione diei miraculorum Christi nonnulli recordarentur, illique accresce-

Non tam ijerit, quam laus aliena invidiam cruciat.

Laus aliena invidi viscera rodit.

ret gloria; ne ergo æmulo laus super-
veniat, odij continebit habenas,
qui laborat invidia: ideo exclaman-
tes: *Crucifige, ut quantocius Christus*
è vivis migraret, nunc mortem de-
fiderant anxie differre. Non in die festo.

30.
Potentior
est odio in-
vidia.

Potentius quidem est odio execra-
bili vitium invidiæ, etenim invidus
ne audiat æmuli laudes, illi benefaciet
in quem odio exardet, & concitatur.
Postquam David Goliath phalanges
Israëlis improperantis caput trunca-
vit, ex tunc, inquit textus quod Saül
cognabat quomodo cum traderet Phi-
listhæis. Quomodo hæc? si David
miles erat strenuus populo sic bene-
ficus, ut opprobrium Israëlis aufer-
ret, cum nullus præsumeret cum
Philisthæo inire singulare certamen,
quomodo hostibus Davidem trade-
re tentat? Nonne exercitum suum
fortissimo milite privat? Agmen ini-
micorum ad eos confugiente David
nonne tanto milite roborabat? Qua
ergo prudentia, quave ratione po-
litica potuit gubernari Saül, ut à se
ducem bellicosum repellat, mittat-
que ad Philisthæos, quos odio pro-
sequebatur? Quare tunc cum Philis-
thæo devicto Rex, & regnum tam
singulari beneficio afficiuntur? Ra-
tio est quoniam cum caput gigantis
truncavit David, triumphum Israëli-
ticæ scemine cecinere laudibus ex-
tollentes victoriam: *David autem de-*
cem millia. Cum ergo invidiæ rheu-
ma penetratum per aures Saülis to-
xicasset præcordia, & Davidem co-
ram oculis videret laudatum, cogita-
vit tradere Philisthæis; si intra exer-
citurum Davidem conservabat invidus
Rex, propugnaculum contra ho-
stem habere non ignorabat, sed lau-
dibus, quas ejus conspectus recole-
bat memoriæ, nimis erat cruciatus, si
à se repellens Davidem traderet Phi-
listhæis agmen inimicorum tanto mi-
lite roborabat, sed æmuli encomijs
sublimari abolebat memoriæ; inter
extrema ergo rex invidus constitutus
elegit exarmatum relinqui, & inimi-
cum strenuo milite roborari, potius
quam laudes audire Davidis à scemi-
nis decantatas.

S. VIII.

Propinquos, vicinos, atque cognatos præ-
aliis gloria offendunt, & per-
fectiones alienæ.

MISERIA nostræ naturæ condi-
tionis alienis colliditur gloriis, ut
videmus supra, sed in cognatis, vicini-
nis, & notis cruciatur livore, & of-
fensione majori. Inter ultimas Reipu-
blicæ Hebræorum calamitates, deplo-
rare populus nunquam cessavit regni
solum ad alienigenas esse translatum,
& nihilominus regem fatetur Hero-
dem, qui profelytus erat: *Audians,*
autem Herodes rex, à populo rex ve-
neratur, & in possessione pacifica co-
litur constitutus. Christum Domi-
num populo ostendit Pilatus, ut co-
lerent regem Hebræi: Ecce rex vester,
& clamant instanter: crucifige. Qua-
re alienigenam regem admittunt, &
germen David repellunt? Quare
Christum Dominum ex tribu Juda
legitime procedentem petunt affige-
re cruci, & solio regio Herodem
profelytum destinare? Quoniam
Christus Dominus rex naturalis erat
plurimorum erat cognatus, ex tribu
Juda procedebat; Herodes autem
alienigena fuerat, maluit ergo tyran-
num, quia alienigenam admittere
populus regem, quam regem natu-
ralem piissimum; quia propinquus, &
ex cognatis, ideo Herodem pacifice
regnantem colunt, & Christum Do-
minum cruci temere destinarunt.

31.
Agnus in
cognatis,
quam in
extraneis
ferunt ho-
mines glo-
riam.

Hoc idem expresse unctio Samuë-
lis ostendit. Saulem afflatu divino
Propheta elegit in Regem: Saül au-
tem interrogatus à patruo de sermo-
ne Samuëlis nihil indicavit de regno:
De sermone autem regni non indica-
vit ei, quem loquutus fuerat Sa-
muël. Somniavit regnum Ioseph, sed
simulasse non video, imo illico fra-
tribus revelavit, & patri. Quare
Saül divinitus inspiratus se esse un-
ctum in regem patruo non revela-
vit, & Iosephi innocentia à Domi-
no non specialiter regitur, ut som-
nium de regno fratribus caute tace-
ret? Ratio est quoniam Iosephum
Deus prius ad vincula destinabat,
ideo permisit, etiam somnium re-
gem

gem se ostendere fratribus ; quia sic livore propinqui felicitate fauciantur cognati , quod totis viribus certant , ut regalia pignora fratris converterent in vincula ferrea ; ideo somnium regni fratribus revelatum in carcerem Josephum detrudit : Saulem Deus elegit , ut solium regium in initio pacifice possideret , ideo divinitus inspiratus patruo suo tacuit Samuëlis unctionem : sic enim cognati felicitate aliena laborant , ut si Samuëlis patruus conficius fuerit unctionis , Saül propinquus eius non elevaretur ad solium ; cognatos enim suos collabi vellent potius homines , quam ad fastigium elevari fortunæ ; minus enim inter extraneos periclitatur humana felicitas quam inter sanguine junctos.

32.
Magis inter cognatos, quam extraneos felicitas periclitatur humana.

Per invias crepidines Engaddi ferme humanis inaccessas vestigijs Saulem fugiebat David invidiæ furore contra innocentem armatum , armisque ingravidinis persequentem ; cum autem David in Saulem posset irruere ; pepercit intensissimo hosti ; commotus autem Saül generositate David , & beneficio vitæ convictus regem fore damnavit , & coram omnibus jus David confiteretur ad solium : *Et nunc quia scio quod certissime regnaturus sis , & habiturus in manu tua regnum Israël.* Vix autem David se regem appellatum audivit cum ad tutiora loca arripuit ascensum , existimans majori defensione opus esse , sibi que sæviorem hostilitatem minari. Alia opportunitate confugit David ad regem Achis , sicque de illo benemeritus fuit , ut Siceleg civitatem , & super sexcentos viros David contulerit principatum , ubi securus inter hostes mansit , & vixit ; Quare principatum , quem confessus fuerat Saül ita instanter fugit David , ut pro defensione loca tutissima quærat , & in Achis aula regia dominatum admittit , & inter Philistæos moratur securus ? Quoniam Saul coram Israëlitis regem manifestavit Davidem , solium regium nuntiavit David coram vicinis , propinquis , atque cognatis ipsius , sic autem felicitas aliena periclitatur inter sanguine junctos , ut David prudens majorem quæreret defensionem contra solium regium à Saule coram notis , & co-

gnatis promissum , quam contra livorem Saulis invidiæ , ideo : *David , & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.* In aula autem regis Achis dominatum accepit secure David , quia inter hostes , & Philistæos commorabatur , inter quos securus , quam inter proprios dominabatur , minus enim inter extraneos periclitatur humana felicitas , quam inter sanguine junctos ; ægrius enim cognati , & qui in eodem loco nascuntur præcedentiam in alijs , & dignitatem fatentur.

Christum Dominum principes populi Messiam aliquando confessi fuerunt : *Numquid vere cognoverunt principes , quia hic est Christus.* Parum post temporis Divinitatem Christi negarunt , nec posse Messiam esse temerè decreverunt. Quare hoc ? Quoniam solum nativitatem Christi Domini memoriam recolunt , reminiscuntur Parentum , & ideo Messiam esse negarunt : *Sed hunc scimus unde sit.* Tot miraculis visis non possunt in Christo Domino divinitatem fateri , sed cum in sua patria natum respiciunt , mirabilibus cunctis oblitis Messiam magnitudinem negant ; idem fuit apud impios nativitatem Christi vidisse , ac Messiam dignitatem negasse ; homines enim in eodem loco natis cum illis agre ferunt præcedentiam , & dignitatem fateri , & præcipue si fuerint sanguine juncti pœnas enim libenter luent ut gloriam ipsis confundant.

Ab Angelis monitus Loth de ultione qua Dominus delere decreverat urbem , generis suis divinam revelavit vindictam , ut coelestem fugerent iram , verum ipsi socerum deriserunt : *Surgite egredimini de loco isto ; quia delebit Dominus civitatem hanc ; & visus est eis quasi ludens loqui.* Quare iram divinam non timent , nec præstant socero fidem ? Quoniam dixerat Loth Angelum sibi loquutum , illosque incolumes fore propter merita ipsius ; ne ergo generi faterentur socerum cum Angelis fuisse loquutum , & ex Lothi meritis incolumitatem provenire suæ familiæ , mallent flammis comburi , & misere cum alijs perire , ideo visus est eis quasi ludens ; cognati namque pœnas libenter luent , ut gloriam confundant sanguine junctis , nec excellentias alienas manifestant sine miraculo.

Cognati se periculo tradunt, ut gloriam alijs confundant.

33.
Miraculum est cognatos alios celebrare.

Vix primam lucem vidit Baptista, cum attoniti cives: *Quis putas puer iste erit?* clamabant; pater, & mater suis vaticinijs concelebrarunt, orta tamen est inter omnes de nominis impositione contentio, quibusdam Zachariam esse nominandum dicentibus, Joannem verò matre Elisabeth appellante: *Nequaquam; sed vocabitur Ioannes.* Parens composuit diffidium dicens: *Ioannes est nomen ejus.* Theophilactus hujusmodi locum exponens inquit, ex Parentis, & matris concordia in Joannis appellatione ortam fuisse in cunctis admirationem; *quia circa hoc nomen pueri pater mutus concordavit, sequitur, & mirati sunt universi.* Sed hinc oritur difficultas: quare tot prodigia nullus mutatur in Joanne, sed Parentis utriusque in nominis impositione concordiam? Quare non mirantur conceptionem Joannis ab Archangelo nuntiata in templo? Quare in gremium matris nondum editum sanctitatem animæ consequi non stupent? Quare sterilitatem femine senis intœcunditatem esse mutatam? Hæc omnia nonne mirabilia longe majora, quam in Joannis appellatione parentum mutua concordia? Neutiquam apud homines, Joannes enim idem est atque gratia, sanctitas, & justitia: *Ioannes id est gratia.* Sicque difficile est sanguine junctis suos concelebrare cognatos, ut non mirentur sterilem peperisse, & stupeant, quando parentes, & alios cognatos respiciunt Baptistam appellasse gratiam, sanctum, & justum: *Ioannes est nomen eius.* Mirabilius autem apparet quod sequitur. *Et congratulantur vicini,* quod in tot felicitatibus, totque glorijs, quas in domo Zachariæ atendebant congratulenter vicini; ideo non mirantur sterilitatem in fecunditatem conversam, non mutum esse loquutum; sed parentes, atque cognatos Joannem nominare Baptistam, sanctum, & justum concelebrate merito stupent, majusque miraculum erat in glorijs alienis congratulari vicinos, cum frequenter accidat illis laudibus excellentijsque vicinorum offendi, & quem clarum vident velle nec nominare.

Exijt sermo quod discipulus ille non

moritur; inquit Evangelista, quare discipulum dicunt, & Joannis nomine non appellant? Quoniam specialiter erat dilectus: quem diligebat Iesus. Ubi ergo pignore dilectionis gaudere condiscipulum animadvertunt, sic invidia rubigine contabescunt, & odio insectantur, ut Joannem nominare non velent: sic enim tyrannice cruciantur laborantes invidia, ut propriam felicitatem cognatorum, & vicinorum ruinæ videantur habere subnixam, verum calamitas sine remedio est odisse felicem. Optime Plautus.

Invidere alij bene esse, tibi male esse miseria est.

Qui invident, egent, illi quibus invidetur rem habent.

Nec sic malum invidum infœlicitas torquet, quam in cognato visa prosperitas, & felicitas. Queritur filius senior de Parente quod prodigo contulerit hædum, & in signum lætitiæ paraverit illi convivium: *Numquam dedisti mihi hædum.* Quare antea non quebatur hædum sibi non fuisse à patre donatum, sed solum in adventu fratris senior conqueritur? Quoniam antea hædo senior filius carebat, nunc videt fratri parentem hædum dedisse, & ægritudine invidiæ confectus non præsentit hædum sibi negatum, sed nimis doluit fratri fuisse concessum, felicitas fratris senioris corrodere præcordia, qui dumtaxat est reputatus infœlix quando fortunatum respexit germanum.

Benedictionem impartiens filijs suis Noë, sic alloquutus est Sem, & Japheth. *Dilatet Deus Japheth, & habitet in tabernaculis Sem,* id est crescere faciat, quibus vaticinatur Japhethum longa decorandum posteritate. Sed unde felicitas hujus benedictionis colligi valeat? Quid infœlicius, quam etiam fratrum hospitari per domos? Non tam populi gentilis à Japheth descendens fuit benedictio, quam populi hebræi à Sem originem directè ducentis fuit maledictio. Sed quare hoc? Ratio est, quoniam gloriosum fore, stirpe perillustri condecorandum Japhethum vaticinatur Noë, & sic fulgentem habitaturum in tabernaculis Sem. Ecce maledictionem, qua Sem percussit, & ceteros

ceteros successores, fratres nempe gloriosos videre, & in tabernaculis proprijs sic habitare fulgentes, nulla major illis maledictio potuit inferri, aut magis durum martyrium, quam intra tectum proprium fratrem habere, qui gloria præfulgeat, & splendoribus mitteret; Sem enim, & descendentes ab eo obscuritas propria non pungeret, sed gloria fratris Iapheth, & filiorum illius coram oculis habita supra caput humanum disferuabitur ipsos: fere namque impossibile est fratrem prosperritate respicere gaudentem, & aculeis diris invidiæ non lacerari: Carere felicitate invidum torquet, sed alium respicere fortunatum est martyrij lævissimum genus. Episcopo Philadelphie vigorem, & in operibus bonis perfectionem, & veterem fervorem Deus com-

mendar: *Tene quod habes.* Sed si aliter agat, quam poenam illi minatur? *Ut nemo accipiat coronam tuam.* Coronam minatur transferendam ad alium. Sed quare amissurum coronam Deus non est minatus, sed terret dicens, quod alium cinget ipsius coronâ? Ratio est quoniam non sic hominem terret coronam, & purpuram perdere, quam caput alienum respicere sua septum corona; invidus enim non sic proprio colliditur præcipicio, quam crucietur alienum fortunæ respiciens fastigium. Optime D. Greg. Moral. lib. 5. cap. 31. de invidis loquebatur. *Cumque in latebris, inquit, cordis crescens absconditur odium dolore cæco tenebras conscientiam vulnus inclusum. Nil letum de propriis libet, quia tabescentem mentem sua pars sauciat, quam salustias torquet aliena.*

Genes. cap. 5. *In die qua creavit hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.*


Psal. 70. *Quis similis erit Deo? dixit David.*

AD imaginem, & similitudinem Dei factus est homo secundum animam, quæ substantia spiritualis est, intellectu, voluntate, & libertate prædita, sicut Deus. Unde August. Hoc (inquit) excellit in homine, quia Deus ad imaginem suam hominem fecit, propter hoc quod dedit ei mentem intellectualem, qua præstat pecoribus. Nam & pecora Deus fecit, sed non ad imaginem suam. Homo ergo Dei similitudo est, & imago secundum gradum intelligendi, quo antecedit omnia animantia, quibus est omnino ratio negata. Relucet in dominio hominis in primis imago divina, Greg. Nyssenus lib. de opific. hominis. Hominem (inquit) naturæ divinæ, cujus omnia parent imperio, imaginem esse, nihil esse putandum est aliud, quam regium ei decus in ipsa creatione tributum esse. Quemadmodum enim more humano, qui Principum imagines faciunt nativæ formæ indicia effingunt, atque etiam purpuræ amictu regiam dignitatem exprimunt, eaque deinde suis imago numeris absoluta, ex consuetudine Rex appellatur. Ita & hominis natura sic condita, ut reliquorum creatorum domina esset, propter eam, quæ Regem hujus universitatis refert, similitudinem, imago quasi viva erecta est, cum qua & dignitas, & nomen archetypi communicaretur.

In similitudine etiam divinarum virtutum relucet Dei imago, & similitudo. Amb. lib. 6. cap. 7. Imago Dei, (inquit) virtus est, non infirmitas, imago Dei sapientia est, & imago Dei justitia est, D. Bern. lib. de gratia, & libero arbitrio, in arbitrij libertate tradit imaginem Dei esse suam. Puto (inquit) in his tribus libertatibus (præmiserat triplicem consilij, arbitrij, & complaciti in homine) ipsam, ad quam conditi sumus, conditoris imaginem, atque similitudinem contineri, & imaginem quidem in libertate arbitrij, in reliquis autem duabus bipartitam quandam consignari similitudinem Dei. Idem in immortalitate, & immaterialitate.

Hæc ergo, quibus homo accedit ad Deum, hominem ad imaginem, & similitudinem Dei, non secundum unitatem tantum, sed etiam Trinitatis pluralitatem constituunt. Nec ideo (inquit D. August. Epist. 102.) putanda sunt hæc tria Trinitati comparata, Sanctissimam Trinitatem tribus potentijs hominis memoriæ, intellectui, & voluntati comparaverat, ut omni ex parte conveniant, cui enim similitudini in disputando convenientia tanta conceditur, ut ei rei, cui adhibenda est omni ex parte coaptetur, vel quando ex creatura ad creatorem aliquid simile assumitur?

Ex his autem inferre non licet hominem similitudinem Dei, & imaginem esse, ea æqualitate, qua verbum divinum imago est claritatis æternæ. Quoniam homo in gradu intelligendi convenit cum divinis personis, est autem imago deficiens à Deo infinitè, & longissimè distans, sapientia, existentia, & perfectione quacumque præditus fuerit. Verbum autem divinum est perfectissima imago, ejusdem naturæ, atque substantiæ cum patre, illi æqualis sapientiâ, bonitate, omnipotentia, infinitate, immensitate, & æternitate. Videantur Pererius, Delrio, Bonferrius, & erudite, ut solet Petavius, qui omnia, quæ imaginem Dei, & similitudinem in hominis corpore, & anima, tam secundum naturalia constituunt, latissime tradidere.



E X P L I C A T V R

caput quintum in sensu
morali.

§. I.

Celsitudo hominis demonstratur.

1. *Licet, quia
licet est
imago de-
let non for-
descere vi-
tut.*

S V M M A & suprema gaudet homino nobilitate, quia ipsius Dei est imago; *Hominem* inquit Greg. Nil. lib. de Opif. hom. *Natura divina, cujus omnia parent imperio, imaginem esse, nihil esse putandum est aliud, quam regium ei, decus in ipsa creatione tributum esse.* Conditionis hujus celsitudinem homo contemplari deberet, ut inter illecebras non sordesceret; *Solus ille verus homo est,* inquit D. Chrysostr. *qui conservata imagine à Deo concessa pulchritudinem non fœdavit.* Per virtutum enim colores hominem Deus sui imaginem fecit, si à virtutibus deficit, similitudinem Dei amittit; *Plinius lib. 17. c. 23. cum alereret fructus, quo se altiores attolluntur, eo meliores esse, exclamavit. Adeo excelsitate proficitur.* Si homo se consideret conditum ad cœlestia, vilissima mundi generosè contemneret, si perpendat nativitatis exordium, & se Dei imaginem contempletur, efferos animi motus frænabit, ne pulcherrimam contrigerit imaginem maculare. Rhodios profligavit Deme-

trius, cum autem Talisi imaginem à Prothogene coloratam videret in mœnibus collocatam liberavit à flamma; *Demetrius obsidens,* inquit Plinius, *Rhodum, pepercit imagini Talisi à Prothogene mira arte depictæ:* Si ergo Demetrius in ipsa insolescens victoria ab incendio cohibuit, ne tabulam Prothogenis à parte muri locatam cremaret, cur Christianus intemperatos animæ motus instar flammæ vorantes ratione non effrænabit? Cur erubescendis obscenæ cupiditatis illecebris Dei maculabit imaginem? imaginem enim divinam, imo & esse hominis perdit, qui inquinantium voluptatum cœno deservit; *Josue 14. dicitur. Nomen Hebron ante vocabatur Cariath-Arbe.* Quod est idem ac *Urbs quatuor virorum.* Sed quare quatuor virorum nominatur civitas illa, quæ multitudine accolarum constabat? Quoniam quamvis urbs illa millenos & millenos cives haberet, quatuor solos homines recensebat, Adam nempe Abraham, Isaac, & Jacob patriarchas, alij enim homines esse desierant, quia vitijs servientes Dei imaginem maculaverant; hanc enim sic Ambrosius describit: *Quæ autem est imago hominis? Rationalem esse, virtutibus esse deditum, vitia fugere, illicitis affectionibus imperare, & mandatis Dominicis obtemperare.* Ideo ergo quatuor virorum nominatur Hebron, licet numeraverit plures, quia obscœnitatibus dediti hominis nomine sunt indigni, ut inquit Jerem. *Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil, intuitus sum & non erat homo.* Quia ut ex Amb. diximus supra solus ille verus homo est, qui conservata imagine à Deo concessa pulchritudinem non fœdavit.

Hanc dignitatem præexcellens consideret homo, ut non facile sordescat tantæ imaginis pulchritudo; Quid ergo sunt omnia, quibus caro blanditur, quæ dæmon pollicetur & mundus, præ animæ divinæ imaginis pretio? Quis non miretur supremum honorem vel le hominem pro nihilo commutare? illum enim ad nihilum convertit peccatum; cunctis sensibus privat, ideo parum vel nihil sentit peccator, cor penitus perdit; *Quasi columba seducta non habens cor,* inquit Oseas caret intellectu, quia obcæcatur, voluntate spoliatur, quia præcipuè patitur detri-

mentum

mentum, pervertitur memoria, & omnia in illo misere deturbantur, omnia devastat peccatum, destruit vitam, quia qui peccat jam mortuus est, ut Luc. 7. *Filius iste mortuus erat.* Dicitur de prodigo peccatore, naturam destruit, quia ut inquit D. Chrylostomus, *Improbis sunt falsi homines non secus quam picti.* Umbris plena pictura est homo, quibus pulcherrimam imaginem Dei obteuerat, ac tandem illam pro nihilo vendit.

2. *Homo per peccatum nihil fit.* Unica foeminae voce contremuit praecipua columna Ecclesiae, passa est ruinam fides firmissima Petri, negavit Christum charitate repescens; Sed audite Apostoli verba: *Mulier non novi illum;* unus ex illis ministris Christi discipulum Apostolum esse affirmavit etiam tu ex illis es, sed quid illi respondit Petrus? *O homo non sum.* D. Ambrosius id est nihil sum, exponit; Quare hoc? si ille minister quaerit de societate magistri, & nil de Petri interrogabat persona, quare se nihil esse respondit? quare negavit personam? Ratio est; quia negavit societatem magistri, negavit Petrus personam, prima negatione lapsus est in peccatum, & quia se peccatorem concepit, se nihilum aestimavit, se credidit nihilum, quia vidit se deliquisse, ideo post culpam se nihilum affirmavit, *Non sum.* Quia negaverat Christi societatem, utique & se ipsum negavit, inquit Ambrosius, in prima negatione sui ductus amore Christum negavit, in secunda se propter Christum negavit, negavit quod erat, quia obligationem negavit, quam fidelitati debuerat, *Quia peccatores nihil sunt:* Ad hoc miseriam infimum extremum declinat, qui vitij sordescit, & inquinatur peccato; Sed quo pretio tantam vendit felicitatem? oblectamenti vilissimo pretio; falsis à dæmone venditur homo voluptatum blanditijs: O si homo dæmoni responderet, quod Demetrius Caesari in sui sententiam tentanti trahere pecunijs correptum; *Cum miraretur,* sic refert Seneca lib. 7. de Benef. c. 11. *dementiam ejus, quod se putasset tanti posse mutari; Si tentare me, inquit Demetrius constituerat, toto illi sui experiendus imperio.* Quare ergo plaris homo suam praestantiam non faciat, quam quidquid dæmon mendax valet offerre, cum tanti Christianus fuerit, quanti emerit

Deus nempe Christi sanguinis pretio? & nihilominus peccans pro ignominia nobilitatem commutat, & Dei imaginem rationalem naturam facit in carneam molem densari.

Epulo ille flagrabat incendio, & de profundis clamabat: *Pater Abraham mitte Lazarum, ut refrigeret linguam meam.* Quare linguae postulat refrigerium? nonne spiritus epulonis in gehenna linguam habebat? Videret divitem illum voluptatibus qui invivis aestuabat configuratam habuisse corpori animam, spiritus epulonis anima fuerat, si attendantur naturalia principia, sed in esse morali videtur in carnem per peccatum degenerasse; Carnem homines appellavit, quando vidit Deus semitas corrupisse justitiae, *Omnia caro corrumperat viam suam.* Quia per peccatum Dei imaginem deformaverant; cum sine sordibus similitudinem conservabant? filios ipse Deus appellat: *Videntes filij Dei,* verum vitij immeriti deperdita Conditoris imagine sola supererat illis caro: Hujusmodi contemplatio à vitij deberet hominem abstertere, omnes namque Patris caelestis filij nominatur & sumus, ejusdemque Dei illustratur nobilitate parentis, si autem, ut inquit D. Leo ser. 6. de Nat. Dom. ad humanam pertinere laudem, ut patrum decus in prole resplendat, quanto magis gloriosum est ex Deo natos in auctoris sui imagine refulgere, & illum in se qui illos generavit, ostendere, ut quoties infensae cupiditates in nos imperu tyrannico moliantur insurgere, dignitatem tantam filiationis recolamus memoriae: Apud Thebanos lege sancitum erat, inquit Arist. Polit. 3. c. 3. nobilibus nullum adscisci, nisi per decennium à ministerijs vilibus abstinuisset: qui ergo nobilitate, quam filiatio Dei praestat Christianis, gloriatur, ne criminum contagione foedetur.

Quanta autem fuerit nobilitas filiationis divinae, etiam ethnici docent; apud quos nobiliores pro maximo honore jactabant se filios Jovis, apud Virg. Aeneas Dea dicitur natus, apud Homerum Achilles, & Priami filij à Dijs originem jactabant; hoc autem accendebantur honore, ut imitantes parentem nil perpetrarent Deorum origine indignum Virg. Aeneid. 4.

*Nec tibi Diva parens, generis nec
Dardanus auctor
Perfide, sed duris genuit te caulis
horrens
Caucasus.*

4. *Dei imagi-* Videns enim amantis perfidiam, Deæ
nem esse filium esse negabat. Si ergo Christiani
fatis ut a Patre divino gloriamur, nil tentemus
peccatis quod talem nobilitatem obscuraret, Euripidis
homo se ab- pidis monitum recolentes.
stineat.

— *Imitare mores*

*Patris iusti, filio enim gloria hæc
Pulcherrima, qui ex patre probo natus
Consentit cum parentibus moribus*

Contemplemur ergo filiationis divinæ nobilitatem, necnon & pulchritudinem animæ, & culpas, generosè vitabimus; *Visitans spectem tuam*, inquit Job, *non peccabis*. Id est visitans pulchritudinem animæ legit Lyra: Refert D. Gregorius Nazianzenus orat. 4 pulcherrimam pœllam fistulæ musicæ nimis deditam, se quondam cum in fontis aquis fistulam pulsantem vidisset, & à pulchritudine non nihil degenerasse, illico fistulam confregisse, & à pulsando simili instrumento penitus abstinuisse; Quid non terreret animæ sordes si oculis foret conspicua? *Consideremus fratres* cum Bernardo ijs colophonem impono ser. de Trin. in nō opera Trinitatis, quæ profecto consideratio valde fructuosa est, quoniam *ad Dei cognitionem præluet, vitam aperit veritati, & impedimentum ac frænum est, quo ab offensione Creatoris coercemur.*

5. Quia imago divini parentis præfulget in homine, probare debet vivendi ratio an simus filij Cœlestis patris, plurimum namque valet claritudo majorum ad mores posterorum frænandos: *Boni autem fuerunt*, dicebat Plato, *quia ex bonis nati sunt*, ne simus similes illis, de quibus Homerus alloquens Telemachum.

Pauci enim filij similes patri sumus.

Quid enim intererit tam alta Christianorum progenies si vita à parentis divini nobilitate misere cadimus, potius enim ex hujusmodi circumstantia magis sordescet vita. Pessimum, & malitiosum tradidit Scriptura fuisse Nabal, & quasi nil ponderasset, fuisse ex progenie Caleb. *Erat enim de genere Caleb.*

Ut pessimum inter homines declararet, asseruit descendisse à Caleb *Vir durus, pessimus, malitiosus, erat enim de genere Caleb.* Sed ut quid hæc? Quare scelera Nabalis non refert, ut sceleratum hominem manifestet? Quare quod descenderit à Caleb causam refert, ut magis Nabalis vita sordesceret? Quoniam Caleb vir fuit religione & fortitudine strenuus, ideo refert Scripturam à duce strenuo originem duxisse Nabal, ut supra omnem ponderationem vitam obliteraret illius, quia nil obscurius, nil potest excogitari sordidius, quam vita sordescere illum, qui nobilitate claros habuit parentes, quid enim refert clara nobilitas ascendentium, si descendentes criminibus illam obscurant. Quid nobilius, quam esse filium Omnipotentis, sed quid hæc, si vita negamus patrem, & vitij filiorum imaginem obscuramus.

Quisquis ergo homo esse laborat, Deique imago, & filius desiderat nominari, audiat Pilati vocem omnium oculis offerentem flagellis Christum Dominum cœsum, ut laboribus præssus fiat prototypo conformis imago: *Ecce homo.* Sed de hoc Exodi 3. ubi plura de tribulatione justorum.

S. II.

Verbum Divinum hominis fit imago.

6. **P**ER virtutum colores depinxit Deus hominem ad imaginem suam, tot floribus conspicuum quot perfectionibus clarum collocavit in viridario, lapsus in culpam, viretum odoriferum illud emarcuit, & Dei imago vitij obnoxia umbris operata jacuit, Verbum ergo Divinum imaginem Trinitatis fere deleram conspiciens, ne homo imago Divinitatis non esset, hominis fit imago, ut inter Deum & hominem similitudo non deleteretur; Maximum beneficium, condere ad Dei similitudinem hominem, sed fuit excessus amoris inenarrabilis hominis peccato servientis in se Deum exprimere imaginem.

Summum assequi volens Divini amoris Apostolus Paulus encomium, inquit hoc usque pervenisse, ut non horruerit Virginis uterum factus homo: *Propter nimiam charitatem, qua dilexit;*

*Excessu
verbi divini
amoris
peccatoris
fieri similitudo.*


dilexit nos, misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Sed quid? Nōne fuit præstantior longissime amor, vitam pro hominibus immolare, quam assumere carnem? *Maorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* Si hic & ille amoris inter se conferatur excessus, excelsior apparere videtur assumere carnem, quam mortem sub re Verbum, vitam offerre pro hominis redemptione & salute est favor eximius, cum pretio sanguinis hominem reformatum configuraverit sibi, & in illo obscuratam sui imaginem renovaverit, humanitatem autem assumere est peccatoris exprimere imaginem *in similitudinem carnis peccati*, nullus ergo excessus valuit excogitari præstantior, quam propter hominis charitatem velle Verbum Divinum æternæ claritatis candorem apparere umbris peccatoris opertum.

Sic David Jonatham adamavit ut in unicum cum illo coiret animam & spiritum, verum amorem David non extollit S. Scriptura, sicut Jonathæ commendat amorem: *Sicut enim animam suam, ita diligebat eum*: Rationem videtur reddere S. Textus: *Nam expoliavit se tunica*: sed d. fidelis quidem apparet; non ne major amoris fuerat excessus cor Jonatham tradidisse David, quam tunicam reddidisse? quare non commendatur ex animæ præstantissimo dono: *sicut animam suam, ita diligebat eum* & extollitur ex tunicæ largitione? *nam expoliavit se tunica.* 1. Reg. 18. Ratio est; quoniam major excessus erat amoris Jonatham tunicam tradidisse David, quam illi cor reddidisse, quippe tradere cor ad summum erat animam cum amici anima commutare, in opinione D. Augustini artis peritissimi amandi; *Anima magis est ubi amat, quam ubi animat*, Jonatham autem tunicam elargiri fuit fortunam cum David commutare, siquidem David habitu stetit, & Princeps apparuit, & Jonathas in veste vassillus, longe autem major est favor fortunæ quam animas commutare, ideo Jonathas commendationem acquisivit amanti, quando expoliavit se tunica; *nam expoliavit se tunica*, & non quando animam amico donavit: *sicut animam suam ita diligebat eum.*

Ut vidit strenuus Jacob Rachelem,

libertatem amisit ejus pulchritudine captus, cujus amorem nunquam visus est sacer textus pro dignitate lassasse: *Dilexit alibi pro amoris magnitudine.* Nimis etiam David adamavit Michol, pluris vitam periculis exposuit, jam gigantis caput truncando, jam circumcidendo Philistinorum præputia, & nihilominus David erga Michol non commendatur amor; Quare tot facinora in obsequium Michol nec titulo horantur amoris, & obsequia Jacob fecere erga Rachel dilectissimum in amore? Ratio est quoniam David pro Michol vitam periculo mortis exposuit, sed à fortuna non descendebat, quo namque discrimina subibat majora, eo ad sublimiorem conditionem exaltabatur, cum scalâ fortitudinis ascendit ad coronam, periculis autem emere exaltationem emptio potius debet appellari lucrosa, quam laudari amoris excessus; ideo David dicitur fortitudine strenuus, sed non commendatur fervidus in amore. Verum Jacob erga Rachelem exuberantem dilectionem ostendit. *Ut vidit amavit, ut amavit servavit.* Sed quæ? Audite excessum amoris; Jacob majoratum in domo parentis obtinuit, & dominus erat, Rachel quia nata minor pastoritium famularum agebat, ancilla in domo parentis erat, quid ergo patravit Jacob, cum amoris Rachelis cœpit exardescere flamma? serviunt in domo Laban, ut mutaret cum Rachele fortunam, ut Rachel serviens domina videretur, & Jacob Dominus servus conditione appareret, ipse descenderet ad servilem, ut Rachel ad sublimem dominæ ascenderet conditionem; ideo S. Scriptura locupletem in amando commendavit Jacob, *Pro amoris magnitudine* quia nullus major in amante excogitari potest excessus, quam sublimem cum infima amati commutare fortunam; nulla præstantior dilectio quam ad servilem descendere conditionem, ut qui amatur ad supremam dignitatem conscendat: *Excellentem sagacitatem.* Hic amor & vehementissima cordis affectio Verbum Divinum dulcissime captivavit, huc usque ejus pervenit excessus, non solum vitam pro nobis eructe donavit, verum nobiscum commutavit fortunam, delevit ingratus homo imaginem conspicuam Divinitatis, Verbum

bum Divinum autem se ipsum exinanens imaginem hominis induit : *habitu inventus ut homo* & servi formam accipiens convitia, & flagella sustinuit.



§. III.

Verbum Divinum ut reformaret imaginem suam maculatam per culpam sustinuit tormenta.

7.
Mortuus est Christus propter reformationem imaginis sue.

EX quo Adam felici illo statu miser lapsus est, Dominus lignum, ut inquit Ecclesia, notavit, ut pro nobis damnum & debitum solveret, & cum non fecisset peccatum, pro homine, iudice amore, damnatus est portare peccatum. Hoc necessarium erat ut sui imaginem repararet. Formaverat hominem Deus ad similitudinem suam, ut quodammodo frueretur imagine sua mundus, deliquit, & marcescere continuo cœpere colores inæstimabiles gratiæ, renascentibus in pœnam delicti varijs ærumnis, & malis respexit amore fervens omnipotentis dexteræ opus umbris operum, primoribus perfectionum defunctum, & iterum reformare & erga imaginem hominis munus antropographij decernit exercere secundo, hæc enim quot patitur injurias, & ictus à tempore, non odium sed majorem excitavit commiserationem in prototypo, & tot in domino multiplicavit affectus. Decrevit igitur Deus imaginis ejus iterum amissos suscitare colores, ideo ex pharetra Sanctissimæ Trinitatis emissum est Verbum Divinum quasi sagitta. *Dominus ab utero creavit me*, inquit Isaias, *posuit me quasi sagittam*. Hebræus vertit, *quasi calamus*. O Verbi admirabilis transformatio omnibus manifestans amorem, induit pennas, quibus Cupido solet depingi. Ad quid, ut hominem tot retro sæculis jam defixum instauraret, celeritas summa? Est non ne, quia in corde hominis, cui provida natura duas præstitit alas, ut continua pulsatione conservaretur ardens, tam superbæ cogitationes accensæ sunt, ut ad divinitatem temere auderent volare: *eritis sicut dii*: O periculosum experimentum, lapsi sunt cineres, qui superbe ascenderant cogitatur Deitates; pro-

pter hujusmodi ergo affectuum intemperantiam imago Dei fuit in homine deformata, si ergo homo, quia superbus in divinitatem volavit, lapsu majori ruit. Verbum Divinum ardens amoris flamma descendit de cœlo velociter tanquam Cupido sacer pennatus imaginem reformare, & si homo duabus cordis affectuum pennis Icarus in mania divinitatis ascendit, Verbum Divinum alis amoris impulsus terram mittitur habitare, ut non frustraretur suum homini desiderium, quo enim profundius descendit Deus, tanto altius extollitur homo, ut simul totum divinitatis pondus mittatur in terram, & onus vilissimum terræ eleveretur in cœlum, *posuit me quasi sagittam posuit me quasi calamus*, Optima est expositio, sed ad rem propius accedit, quæ eruditione Græca fundatur. Fuit ergo vulgare venerabili antiquitati proverbium, *pingit sagitta inversa*, quæ si est penicillus ex parte pingentis, percutiens est ex alia sagitta. Finxit Aristinet. aliquem sui imaginem delineare cœpisse, & simul esse illius amore captum, iste pinxisset quidem penicillo, qui versus tabellam pingentis calamus esset, sed versus pictorem amantis esset sagitta, quot lineis penicillo curreret manus linteum, tot vulnera in pectore aperit sagitta pingentis, simul ergo depingitur & percuitur. *Amare capi, quam pinxeram tabellam, amor mihi ab arte venit* inquit Aristinet. *me mea dextra dum pingit, figit*. A quo Epigrammatis illud Latini, *semet sua dextra sagittat*.

Peniculis propriis, vulnus ab arte venit. Idem ergo est, ac si de Verbo Isaias dixisset, *posuit me quasi sagittam inversam*. Decreverat verbum divinum imaginem hominis culpa deletam noviter reformare, sed artis instrumentum attende, sagitta enim est versus hominem pingens, sed versus Deum amore suæ facturæ captum dire percutiens, quot lineis perficit hominem, tot ab amoris sagitta vulnera patitur, in imagine vide colores, sed in Deo dole cruorem, quia simul cum pingit, capitur amore picturæ, simul in homine inscribitur *hic est homo à Deo redemptus*, & in carne Domini litteris insculpitur *hic est qui vulnera recipit propter hominem*, discrimine tamen, quod in homine penicillus depinxit,

pinxit, sed zelo in Domino apertæ litteræ sunt, pingebat namq; sagitta inversa, quæ si versus tabellam calamus erat pingentis, zelum erat versus pictorem figentis, *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis*, inquit optime textus; quia vulnere, quibus hominem subjecit primum peccatum; ad Dominum imaginis redemptorem fuerunt cum aliis miseriis translata.

Nô. abs re erit, quæ de Cupidine refert Ausonius Verbo divino applicare. Mulieres vulneribus amoris sauciæ querelas contra Cupidinem publicabant, & tandem intra nubem repertum myrtili cruce reum suorum criminum judicantes, devinctum, & suspensum afficiunt.

Hujus in excelsis suspensum stipite amore.

Devinctum post terga, manus substricataque plantis, &c.

Afficiunt, reus est sine crimine, iudice nullo

Accusatus amor, se quisque absolvere gestit

Transferat ut proprias aliena in crimina culpas.

8.
Christus
transfert
in se nostra
crimina.

Divinus Verbi Cupido reus sine crimine ullo transtulit in se crimina aliena libenter, ut ejus iudice amore cunctos absolvere posset, cruceque suspensus pro omnibus pœnas subiret, factus ergo est Adam sicut unus ex nobis, inquit Deus, quoniam ex tunc in Dominum transtulit pœnas, quibus ipsum prima subjecerat culpa. Sic inquit Leo Papa serm. de Pœnit. ¶ Si homo, qui ad imaginem Dei factus est, in pristino suo honore permansisset, Creator creatura non fieret. ¶ Verbum ergo divinum à Patris amore, lignum ascendere fuit damnatum, ars ut artem falleret, ut inquit Ecclesia, & medelam ferret inde hostis, unde læserat. Dæmoni quidem convenire videretur Juliani Imperatoris emblemata, qui aquilam transfixam sagittis pennis ejus ornata depinxit, cum hac inscriptione, *ab ipsa contra ipsam*, id est quod ab illa nascitur, quod interim it ipsam. Peccatum, quod ortum à Dæmone habuit, ipsi ut incarnationis occasio, fuit sagitta lethalis.

Hæc autem hominis imaginis reformatio ad Verbum, divinum præci-

pue spectabat. ¶ Conveniens fuit, inquit D. Thomas 3 p. q. 3. art. 8. *Et per Verbum vera sapientia homo reducere- tur in Deum, qui per inordinatum appetitum scientia recesserat à Deo.* Initio mundi à dæmone infelix homo deceptus, scientiam, quam inordinate appetierat amisit; unde hujusmodi detrimenti instauratio fieri per Verbum Divinum oportuit; quod creditur Patris sapientia; ut illam defenderet, quam dæmone consulente homo tentaverat usurpare. Militarum ludorum propugnatores, refert Paulus Orosius, in ipso concertationis loco præscripto clypeos pro edicto certaminis suspendebant, quo certamen initurus accedens clypeum illius, quocum decerrare volebat, cuspide lanceæ tangebatur, signo hoc se provocatum ad prælium clypei dominus intelligebat. Inter varia cognomina Trinitatis Divinæ sicut potentia Patri, & amor Spiritui sancto, Verbo Divino appropriatur sapientiæ; cum ergo Adamus in voluptatis positus paradiso ambierit inordinate sapientiam, quæ clypeus erat Verbi Divini & scutum, non Patrem aut Spiritum Sanctum, sed Verbum Divinum certamen inire oportebat, unde Isai. 46. se provocatum audimus: *Consurge, consurge, induere fortitudine brachium Domini.* ipsumque certamen similiter accepisse. *Ego feci, ego feram, ego portabo, ego salvabo.*

Sed quare tanti voluit Verbum imaginem reparare? quare cruci affixum reparat hominem, cum posset redimere sine dolore? Quoniam amabat excelsivo dilectionis extremo, ideo patiendo voluit imaginem reparare, homo namque pœnis, & doloribus subiacebat *in sudore vultus tui* ideo Deus tormenta ut repararet elegit, quia amor fatagit induere curas amati, & in se dilecti delineare coloribus vivis affectus. In folio excelsis Dominum vidisse refert Isaias duobus Seraphim comitatum: *Vidi Dominum. Seraphim stabant super illud duobus velabant faciem ejus, & duobus velabant pedes eius & duobus volabant D. Macharius inquit Seraphim assistentes Domino fuisse cruci affixos in folio quod affirmavit à Lapide: *Dispositio extrema cruce costabat* Sed quomodo hæc? si Seraphim Spiritus erant gloriosi, & crucis gloria capax non erat quomodo crucifixi? Ratio est, quoniam*

9.
Amor excelsa similitudinem cum dilecto.

Seraphin amoris sunt activissima flamma; Dominum elevatum in solio moriendi in cruce desiderium angebat, hoc cogitabat, hoc nimis desiderabat ut inquit Augustinus, aptius D. Bernardus in solio Dominus videbatur à Seraphinis pendere cruce pendens & crucifixus; *Vidit Dominum, id est vidit filium sub Patre in cruce pendentem*, ideo Seraphin fuerant in solio pariter crucifixi, erant amantes, ut dilectionis ergo summum Deo sacrificarent excessum, Dei curas velut pretiosam vestem induerunt & similes dilecto crucifixi apparuerunt, amor enim quò ascendit excessu, eo magis appetit similis apparere dilecto.

Non sine fundamento nonnulli asseruerunt Judæos qui consolaturi in sepulchro Lazari venerant Magdalenam, non bene ex lacrymis Christi amorem erga Lazarum intulisse; *Errarunt in consequentia cum oporteret inferre: Ecce quomodo amabat eam*. Audite omnibus perviam historiam: Lazarum in sepulchro jacentem Magdalena lugebat, ut vidit illam Christus plorare in lacrymas pariter est effusus: *Et vidit eam plorantem, lacrymatus est*. Hinc adstantes erga Lazarum intulerunt amorem; *Ecce quomodo amabat eum. Errarunt in consequentia*. Quare logicam ignorarunt? Unde deflexit illatio? Quoniam ex falsa suppositione prodivit, ex lacrymis intulerunt amorem, quia ergo crediderunt Christum plangere Lazarum, intulerunt eum amasse: *Ecce quomodo amabat eum*, Christus autem Dominus lacrymatus est, quia Magdalena plorabat *ut vidit eam plorantem, lacrymatus est*, hanc ergo inferre consequentiam debuerant: *Ecce quomodo amabat eam*, quia maximus fuit excessus amoris in se lacrymas Magdalene transferre, dolebat Magdalena, & illico Christus turbatur: *Turbavit semetipsum*, gemit Maria, & Christus emittit suspiria: *infremuit spiritu* emisit illa lacrymarum torrentem, & labitur in lacrymas Christus. *Et vidit eam plorantem, lacrymatus est* debuerant ergo inferre, *Ecce quomodo amabat eam*, non tam manifestavit erga Magdalenam amorem scelerata remittendo; *dimittuntur tibi peccata*, visitando domumque ejus suo ingressu honorando: *intravit in quoddam castellum* defendendo à Pharisaica calumpnia; *videt hanc mulierem, quam cum*

Magdalena plorando excessus major amoris, maximum dilectionis extremum fuit lacrymari cū Magdalena plorante: *Et vidit eam plorantem*, & in suos oculos Christum oculorū lacrymas Magdalene trāsferre, amor enim se manifestat, cum curas induit amati, & in se delineat affectus, quia quo magnificatur excessu, eo magis affectat similitudinem cum dilecto: *Ecce quomodo amabat eam*.

Pignus Domini amoris passim dicitur Eucharistia, sed quare incarnatio non potius dicitur sacramentum, cum expresserit Christi excellentissimam charitatem? Quare Eucharistia inter cuncta misteria amoris dicitur sacramentum? Ratione reddidit D. Thomas *Passionis sue memoriale perenne*, quia in illo Christus prius delineavit tormenta, quæ postmodum subiret in cruce, quia illa nocte in se charissime insculpsit curas, affectus, & tandem cogitationes humanas, quibus ingratitude humana augebatur. Quid namque nocte qua Christus sacramentum instituit, homines cogitabant? *Cogitabant autem quomodo eum morti traderent*. Ut ergo Christus Dominus excessum, quo homines diligebat, manifestaret, curas, quas ipsiolvebant, in se delineavit, insculpsit in sacramento tormenta, ut curas nostras in se transformaret, *Passionis sue memoriale perenne*, & similis cogitationibus hominum appareret, & quia hominis ingrattissimi imago erat gravissimis criminibus deformata, representatur Christus in sacramento crudelissimis & poenis gravissimis pariter deformatus: *Passionis sue*.

Præterea manifestatur amor Verbi Divini media passione hominis imaginem reparando, quia eo ascendere valet amor, ut velit poenas luere pro amato, & cum amati crimina fuerint, suas dignatus est facere poenas, & cum sit innocens culpæ, reus apparere delicti; Seraphin illos, qui Domino assistebant in solio, suas facies coram Deo velare tradidit Lyra: *Non solum faciem ejus, sed etiā facies ipsorum Seraphinorum*. Quare hoc? Non ne Dominus inter fulgentissimos splendores micabat: ad sui visionem etiam tepidissima desideria non invitabat, quare ergo Seraphin, qui ceterum erant ameris jucundissima, & speciosa visione voluntariè privantur? Rationem innuit D. Hieron. *Deinde velabant facies suas propter hominum peccata*

10.
Eucharistia
sacramen-
tum amo-
ris.

Amor exi-
mitis reum
criminis
facit aman-
tem.

peccata : Sed quare hoc ? si peccata comiserant homines, quare mulctantur Seraphin : pœna privationis visionis ? si homines sunt criminis rei, quare Seraphin luere pœnas damnantur ? Quoniam erga homines excessivo incendio inflammabantur amoris, ideo cum homines peccavissent, Seraphinos amoretos sine crimine fecit, hic homines Seraphin amant, quod hominum in suas transferunt pœnas, & quia privatio visionis Dei pœna est, quam peccantes incurrimus, hac Seraphini propter amorem mulctantur, affectione suam efficiunt pœnam, quæ nostra est criminis commissione : *Velabant facies suas propter hominum peccata.* Hoc est maximum charitatis extremum, huc usque accessit Divini amoris excessus; *Qui peccatum non novit, pro nobis peccatum fecit.*

Et ratio hujusmodi excessus est ingenta amanti ad patiendum propensio, nec aliter vivit amor, quam tormenta & pœnas desiderando; unde Phœdra, ut suo Hypolito monstraret amorem inquit.

*Non me per altas ire, si jubeas, nives
Pigeat, gelatis ingredi Pindi jugis
Non si per ignes ire, & infesta agmina
Cunctes, paratis ensibus peccata dare.*

~~~~~

§. IV.

*Commendatur excessus Divini amoris.*

12.

*Amor opitulari nescit amato sine discrimine proprio.*

**S**ed quare ipse lignum tunc novit, damna ligidi ut solveret ? si satis erat Verbum assumere humanitatem ut imago Deitatis iterum revivisceret noviter reformata, ut quid Divinus cupido appetit subire crucis tormentum ? Ratio est; quoniam sine sanguine posset imaginem reformare, sed non repararet ut amans, amor enim sine discrimine proprio opitulari nescit amato; nec in remedio exprimitur excessus amoris, si in eo vita non periclitetur amantis. Extrema angustia populum Hebræum tenebat. Assuero rege imperante, & Aman persequente, ut autem auxilium afflictis impossibile redderetur, exulare decrevit à regis auribus patrocinium. *Norunt provincia, quod sine vir, sine mulier non vocatus interius atrium regis intraverit, & absque*

*ulla sanctione statim interficiatur.* Ad Ester reginam rescriptum pervenit regium, sed eliminato tremore: resolvit ingredi regis atrium; *Ingre-diar ad regem non vocata tradens me morti, & periculo.* Quis muliebrem non miratur temeritatem ? Nonne posset populo afflicto opitulari secura, si veniam ad ingressum flagigaret à rege ? quare ergo ingreditur cum discrimine tanto ? Quoniam periclitaretur amor, si opem ferret populo sine discrimine vitæ, ideo Ester remedium cum capitis periculo applicuit, ut honor amoris incolumis remaneret, & ut exhiberet amorem, se velle periclitari monstravit; *tradens me morti & periculo,* veniam efflagitare esset personæ incolumitati consulere, qui autem præstat cum propria securitate remedium, personam servat illæsam, sed infamat amorem.

Secunda ratio est; quoniam amor divinus etiam si non subiret tormenta satis esset hominum afflictioni, sed non sufficeret dilectioni, affectio autem fervida amoris non quiescit cum amato præstat sufficiens, sed cum exuberans reddit. Imbrem lacrymarum sic copiosum deduxisse oculos Magdalene refert Evangelista, quod pedes Domini rigare meruerint; *rigare pedes eius;* ibidem inquit sic parum Magdalenam plorasse, quod solum cœpisset flere; *capit.* Difficilis contradictio, si tot effudit lacrymas Magdalena, quod pupillis humidis pedes Christi rigavit; quomodo asserit D. Lucas cœpisse ? si solum cœpit, quomodo potuit rigare ? si *capit cur rigavit?* Ratio est, quia in his lacrymis foelicissimis & fuerunt diluvia, & dumtaxat fuerunt initia, ad veniam & indulgentiam fuerunt exordia, sed inundationes ad dilectionem; in his verbis *capit, rigavit* D. Lucas demonstravit aperte pietatis magnitudinem Christi, & Magdalene excellentiam amoris, ut Christus veniam Magdalene donaret, una solaciat lacryma satis, quia piissimus erat, sed dilectioni Magdalene non sufficeret lacrymarum copiosissimus torrens, *quia dilexit multum* amor autem cum exardescit dilectionis incendio non quiescit cum elargitur sufficiens, sed cum donat exuberanter, noluit ergo Magdalena emittere duta-

13.  
*Amor semper exuberans donat dilecto.*

taxat unicam lacrymam; quæ satis foret ad veniam, *capit*, sed misit lacrymarum torrentem, *rigavit* ut exuberantia manifestaret amorem, *dilexit*. Amor quidem ab excessibus valoratur, ideo eximium crucis amorem Evangelistæ appellarunt excessum: *Dicebant excessum* non nimis amoris crevit incendium si dilectionis demonstratione satiatur. Formam & ignis speciem desumpsit Spiritus sanctus, descendit velut ignis amor divinus; Igni inferni amorem comparat Scriptura: *Dura sicut infernus amulatio*: Quare hoc? Quoniam *Ignis veronumquam dicit sufficit*, amor enim in quiete est affectio, & nullo satiatur, nunquam amori fit satis quamvis in excessus dilectionis erumpat, opereturque superabundanter.

In redemptionem humani generis fuit Christus Crucis patibulo affixus; hoc indicavit cum dixit: *Consummatum est*. Quare ergo in Eucharistia remansit in remissionem delicti? *Hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum*; si in cruce erat in remissionem delicti agnus innocentissimus immolandum, cur victima offerretur in sacrificio Eucharistiæ pro expiatione peccati? Ratio est; quia immolabatur Dominus ut victima amoris: *propter mirabilem charitatem*, ideo immolatur in cruce; & offertur in sacrificio, ut satisfaceret pro generis humani peccatis; satis orat conscendere crucem, sed ut dilectionem in filios adoptionis effunderet opus erat offerri quotidie in sacramento Eucharistiæ, quia amor non quod sufficit tantum, sed donat superabundans, parum est illi sufficientia donare, nisi exuberantia largiatur. Quinque millia hominum in deserto panibus quinque, duobusque piscibus Christus Dominus pavit, addit autem D. Marcus superfuisse fragmenta: *Manducaverunt omnes, & saturati sunt, & sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos, & de piscibus*. Quare hoc? quoniam miraculum illud ex fonte Divini amoris inquit D. Lucas oritur, ideo suppetivere fragmenta, si miraculum Christus mensuraret necessitati, donaret sufficiens; ideo superfoere fragmenta ut largiretur exuberanter, quia juxta amorem modula-

tus est largitatem, si ad mensuram necessitatis exeresceret panis, largitor se exhiberet omnipotentem, cum illam alimentum excessit se ostentavit amantem, amor autem non coaptat dona necessitati, sed superexcedit, & in prodigalitatem propendit, non sufficientia largitur, sed donat superabundantia.

Sed quare amor sic liberalitatem excedit, quod in prodigalitatem inclinat? Ratio est, quoniam amor sic extollitur in parte affectiva, quod à nullo affectu permiserit superari, ne ergo vinceretur ab odio, donat exuberantia, odium enim non solum sufficiens respicit pro materia, sed ad superabundans extenditur: Letali odio Absalon filium regis prosequabatur Joab, in ramis quercus pendentem tribus transfixit lanceis. *Tulit Joab tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon*. Quare cor & si lapideum sustinere potuit tres lanceas? in quercu post unam potuit cor hæere palpitans; quomodo superesse potuisset consosum cuspide uno? si sufficit ictus unius, ad quid cæterarum percussio? *Joab*, inquit Abulensis, *ad vindictam infixit ei tres lanceas in corde, quamquam una suffecisset*. Ratio est superius dicta, quoniam Joab odij exitialis laborabat incendio, ideo in cor Absalon tres infixerat lanceas, ad internationem sufficeret una, sed tres lanceæ non suppetivere ad vindictam, odium enim satiatur sufficienti dumtaxat, sed ad superabundantia jurisdictionem extendit.

Tertia ratio est, quoniam Dominus si non sustinisset dolores, infirmitatibus hominis mederetur, verum non demonstraret adorem in auxiliando, nec proficuum censeretur in afflictione remedium, si applicans carcer vexationis experimento: Frequentes Moyses à Domino dilectionis recepit favores, pluries Dominus in monte allocutus est Moysen, semel autem in rubo; *Apparuitque Dominus in flamma ignis*. Sed oritur difficultas si montem Synai ad loquendum cum Moysæ deputaret Deus, si in monte apparuit cum tabulas receperat legis, si in monte Moysen alloquitur cum contra populum, qui vitulum adoraverat in deserto, manifestavit ex cordis intimis ve-

In Eucharistia exuberat amor.

14.  
Oidium non satiatur.

15.  
Consolari nequit in afflictione, qui non persentit dolorem.

lut amico querelas, quare cum soceri ovēs pascebat non in monte sed de medio rubi confabularurus apparuit? Ratio est; quoniam in monte Moysem alloquebatur amicum: *Moyse dilectus Deo* in rubo loquitur Moyse acturus de populi afflictionis remedio. *Vidi afflictionem eorum* ideo non montem sed rubum prælegit sermoni, ut populus, qui sub captivitate gemebat, Deum inter spinas videret, agebat Deus de applicando remedio ideo voluit tribulis circumdatus apparere, quia non aliter populus sibi proficuum crederet esse remedium, nisi Deum opem vexatis ferentem, videret populus inter spinas patientem, quia non censetur proficuum in afflictione remedium, si applicans careat doloris experimento.

16.  
Eucharistia  
remedium  
afflictis.

Sacramentum Eucharistiae Dominus in Ecclesia reliquit, ut solamen præstaret afflictis; *Ut de sua contristatis absentia remedium relinqueret singulare* sed ex vi verborum noluit ibi præextitisse Divinitatem, sed humanitatem dimittaxat, *caro mea vere est cibus*. Quare humanitas primum occupat locum in Sacramento? si Divinitas infinite humanitatem excedit, quare ad est Sacramento per concomitantiam? Ratio est, quoniam Christus voluit in Ecclesia sacramentari in remedium afflictis, *ut de sua contristatis absentia*, & Divinitatem non credidit ad consolandum gaudere æquali cum humanitate efficacia, sola enim humanitas passa est agonias in horto & dolore confixa, *factus in agonia*; ideo in sacramento ubi licuit quærere solamen afflictis, non Divinitatem incapacem doloris, sed humanitatem dire vexatam & factam in agonia reliquit, quia sola humanitas agonizans foret efficax solamen afflictis; solus enim mœstus solatur, qui illi in dolore & pœna fit socius.

Solus qui  
nescit non  
pati non  
ignorat sa-  
lari.

Christus Dominus decumbebat in horto, ægra suspiria trahebat, & in primo passionis fatigabatur vestibulo *Pater, si possibile est, transcat à me calix iste* Angelus venit in studio patientiæ decertantem confortaturus: *Apparuit ei Angelus confortans eum* verum Angelus non donavit solamen, sed potius addidit afflictionem afflictis: *factus in agonia prolixius orabat*, ante spiritus legationem tristitiâ Dominus laborabat, postquam autem nitiatur Angelus

confortare, excrevit ad agonias usque tormentum; Quare hoc? quoniam ut inquit Ambrosius Angelus Christum in passione confortaturus natura impassibilis erat, erat namque ratione status gloriosus, ideo non licuit habere cum Christo societatem in pœna, ideo addidit afflictionem afflictis *factus in agonia* quia qui mœstum non comitatur in pœna convertit in martyrium remedium, qui assistit in pœna, & non participat in dolore, non solatur, sed potius eruciat afflictum.

Magdalena pluvius oculorum assueta, pluit ab oculis, & nubes relaxat, & sic gradiens Dominum in sepulchro querebat, ploranti & verba singultibus confundenti Christus apparuit, sed tangi noluit à Magdalena, quæ religiose lacrymarum offerebat obsequia, *Noli me tangere*. Incredulitatem discipuli Christus festinavit curare, & se tradidit totum palpandum: *infer digitum tuum huc*. Quare à Magdalena refugit obsequiosa, & increduli permisit contactum? Ratio est, quoniam Magdalena tristitiâ, Thomas vero incredulitate languebat, ideo permisit Thomæ Christus vulnera contrectare, quia ut infidelitatis infirmitas sanaretur, efficacissimus erat cōtactus. Apostolus ergo credidit illico ac plagas Magistri palpavit, verum quavis Dominum contrectaret Maria, intusque vulnera examinaret, non caperet in dolore solamen; Quare hoc? quoniam vulnera Christi facta fuerant gloriosa, cruor erat sine dolore, & totum Domini impassibile corpus, *Noli ergo me tangere* Christus dixisse videtur, quoniam si in afflictione quæris remedium, in corpore non poteris reperire glorioso, licet nãq; impassibilis possit laborare incredulitate curare, nō poterit afflictioni mederi, nec adhibere solamē, quia gloriosus doloris non capax nequit afflictionem sanare.

Quarta ratio est, quoniam licet lignum ad patiendum pro imaginis reparatione Dominus non notaret, acerbiorē pateretur dolorem; crucem namque ascendens fuit cruciatus ab odio, tunc autem torquebatur à compassione & amore, videns pœnas hominum, quibus scatebant amari, crux autem amoris & compassionis dirior est cruce, quam ipsi fabricaverat odium; Ex omnibus, qui Christo astiterant in cruce pendenti, nullus martyrio postea percussus occubuit,

Amor di-  
vini cruciæ  
quam odium.

Quare hoc? quia mater Domini Joannes, & Magdalena martyres fuerunt amoris, amabant Christum excessiva vi dilectionis, & videbant tot tormenta patientem, quod ergo potuit excogitari amantibus dirius martyrium? Apostoli qui aberant à patibulo, amorem probent sanguinis effusione, gladijs impiorum occumbant, sed qui amantes oculis Dominum intuebantur patientem, martyrio occubuerunt amoris, adeo vehemens fuit illis gladius amoris, adeoque animas transterveravit amantium, ut fuerit illis pro martyrio acerbissimo computatus, dirior enim est amor cum cruciat, quam tortoris crudelissimum odium.

Anxie sponsum quærebat sponsa, civitatem perlustrat, & non solum non diverticula captat, sed pro dilecto percussatur à custodibus, cum autem vellet vim amoris manifestare dilectos inquit: *Si inveneritis, quem diligit anima mea, ut annuncietis ei, quia amore langueo*; Clare patet inde non recte cum sapientia coherere vim dilectionis, si namque sponsa ex his quæ passa est, intendit excolleere amorem, cur non vulnera refert, & ictus, quibus percusserunt custodes: cur languentem amore, & non refert vulneratam jacere? Ratio est, quoniam sponsa pro suo dilecto & à custodibus fuerat percussa, & pariter ab amore, cum ergo ex cruciatibus exaggeraret amorem, vulnera custodum reticuit, & amoris tantum ponderavit martyrium, *amore langueo* quia à virgilibus vulnerata torquebatur ab odio, amore languens à manu cruciabatur amoris, amor sic odium excedit cum torquet, quod ad conspectum tortoris amoris, dolor ab odio inflictus dispareat.

De Isaac, qui Christi Domini pro nobis in cruce immolati fuit expressissima imago, inquit textus prius ignem, quam gladium ad immolationem portasse: *Ipse vero portabat in manibus ignem, & gladium*. Quare hoc? quoniam fuit ordine primum, quod crudelitate erat dirius, & quia ignis ad cruciandum prototypum fuit crudelior, prior erat portandus, gladius enim instrumentum est odij crudelitatis, ignis instrumentum tortoris amoris, ideo ignem prius portavit, quam gladium, quia amans magis igne cruciatur amoris, quam odio crudelitatis, & gladij: dirior

enim est amor in torquendo quàm odium.

*Merito hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos & non audivimus*, exclamabant fratres Joseph, ex quibus constat undique à fratribus angustiatum, & undequaque vexatum Joseph nec lacrymam unam misisse, sed dumtaxat precibus exorasse: Ad culmen regium jam exaltatus ubi Benjamin intuetur & cæteros fratres, effusum in lacrymas traditur: *Erumpebant lacryma, & introiens cubiculum flevit*. Quare Joseph à fratribus venditus non ploravit, & plorat cum respicit Benjamin? Ratio est, quoniam à fratribus venditus torquebatur ab odio, quando vidit Benjamin in carcerem esse detrusum, & veluti latronem compedibus vinctum, cruciabatur à compassione, & amore; *Cruenta fuerunt viscera eius super fratre suo*, ideo hostes toleravit viriliter fratres, & venditus non ploravit, & lacrymas fudit fratrem suum videns in catenam detrusum, compassione cruciatus, quia dirior est amor quam odium ad infligendum dolorem.

Apposuit Herodes ut apprehenderet Petrum, quem illico detrussit in carcerem, ab Angelo autem mirabiliter liberatus, confugit ad habitaculum, ubi cuncti fideles pro Apostolorum principe orabant: *Oratio autem fiebat sine intermissione ad Deum pro eo*, pulsavit Petrus januam, ubi autem puella Petri cognovit vocem, prius quam ostium Petro aperuisset, intro velociter cunctis nunciavit, *Et ut cognovit vocem Petri, præ gaudio non aperuit januam, sed intro cunctis nunciavit*. Quare puella Apostolis prius nunciavit, quam succurreret Petro ad januam periclitanti? Puella nimis sapiens processit; majori namque subveniebat necessitati, Apostoli namque diriori cruciabantur angustia, quam Petrus, Petrus namque expositus erat periculo tyrannorum, Apostoli compassione Petri, quem credebant incarceratum, immaniter ardebantur, puella autem afflictiones singulorum prudenter trutinans, reliquit Petrum periculis inimicorum expositum, & Apostolis obtulit nuncium, quos existimavit magis afflictos, quia arctius affligit amor cum cruciat, quam odium inimicorum cum torquet:

Ex Gen. 6. *Videntes filij Dei filias hominum, quod essent pulchrae acceperunt uxores, quod Deum iratum reddidit.*

D. Paulus ad Rom. 5. *Non existente lege non imputatur peccatum. Hac autem conjunctio prohibita non erat; Deinde: Qui erant filij Dei?*

\*\*\*

§. I.

1.

**P**LURIBUS antiquitate; eruditio-  
ne nec non sanctitate præstan-  
tibus, *filiorum Dei* nomine Angelos  
Moysen intellexisse tribuitur, inter  
alios pro hac opinione referuntur pa-  
troni Josephus lib. 5. Ant. Justinus  
Martyr in priori Apolog. pro Christi  
Clemens Alexandrinus Strom. lib. 3.  
Tertulianus lib. de habitu mul. Euse-  
bius lib. 5. de Præpar. Evang. cap. 4.  
Qui ex eo loco male intellecto quæ  
de connubiis Deorum cum mulieri-  
bus Poëtæ finxere, & de gigantibus  
contra Deum bella gerentibus, exi-  
stimat accepisse, sicut & Julianus  
Apostata apud Cyrillum lib. 9. adver-  
sus illum, Lactantius lib. 2. divin. instit.  
cap. 15. Verum merito jam hæc exula-  
vit sententia. Si enim libidinis fuit  
Angelorum peccatum, hoc primum  
esset, quo carceribus inferni retrude-  
rentur. Quod absurdum est, quoniam  
ab exordio mundi ad id usque temporis  
fere mille anni fluxerunt, sed alia,  
ab illis, antiquiora, & in exordio mun-  
di fuisse commissa, constat ex illo Sap.  
4. *Invidia diaboli mortem intrasse in  
orbem terrarum.* Mors autem statim,  
peccante Adam, intravit in mundum.  
Quin etiam ex Eccles. cap. 10. *Initium  
omnis peccati esse superbiam* habetur,  
indeque colligitur Angeli primum  
peccatum esse non aliud, quod indicat  
Isai. capit. 14.

Peccatum  
Angelo-  
rum non  
fuit libidinis.

Jamblicus, Plotinus, Porphyrius,  
Maximus Tyrius, Apulejus, & quot-  
quot Platonici dogmatis fuerunt, Dæ-  
mones corpore aëreo constare tradunt  
quare voluptate, & dolore pariter esse  
affectos. In quorum sententia, intelli-  
gi de Dæmonum cum mulieribus  
commixtione à Mose tradita, quis au-  
tumare posset. Certissimum autem est  
corporis expertes dæmones esse, quo-  
niam, præter illa apud Theologos ob-  
via, quibus spiritalia esse probantur,  
indicat expressè Lucas, cap. 4. apud  
quem, intra hominem unum legio-  
nem Dæmonum habitasse, & à Chri-

sto Domino expulsos, legitimus. Quis  
autem fieri posset, si materiæ expertes  
non forent, sex millia Dæmonum in-  
tra unius corpusculi angustias coar-  
ctari? Communi ergo sententia ab  
Ecclesia recepta, & Lateranensis  
Concilij Magni auctoritate fundata,  
Angelos, Dæmonesve omnino in-  
corporeos esse fatemur, ac voluptatis  
carnalis, & deliciarum expertes.

Paulus autem Burgensis, Dæmo-  
nes in corporibus assumptis; mixtos  
cum mulieribus esse Genes. 6. defen-  
dit, Moysi narrationi maximè conve-  
niens, quos enim *Vuigata Gigantes* ap-  
pellat, in Hebræo habetur *Nephilim*,  
idest, cadentes, lapsos, scilicet, de cæ-  
lo propter peccatum, ut Isaias 14. &  
Lucæ 10. *Videbam Sathanam, sicut ful-  
gur de celo cadentem*, quasi Moses,  
Dæmones incubos cum feminis  
mixtos illam gigantum prolem mun-  
do dedisse significaret. Verum præter  
quam quod *Nephilim* de Gigantibus  
propriissimè dictum sit, cum appellari  
possent cadentes, à vastitate corporis,  
virium robore in alios irruentes, cade-  
reque facientes, expositio contra lit-  
teram textus est. Moses enim, de solis  
hominibus Dominum locutum, ostendit,  
ibi: *Non permanebit spiritus meus  
in homine in aeternum, quia caro est. Vi-  
dens Deus* (addit) *quod multa malitia  
hominum esset in terra.* Hic ergo Do-  
minus hominum recoleus scelera, non  
meminit Angelorum, Dæmonumve  
peccati. Deinde quoniam, Dæmones  
nulli filij Dei appellantur.

\*\*\*

§. II.

*Proponitur Præadamita expositio, &  
refellitur.*

**L**ITER Præadamitarum au-  
ctor hujusmodi locum, quem  
sicut & alia profana zeloque  
catholico simulat virus Judaicum, cum  
ut ipse fatetur, insolitum gaudium ferre con-  
pertentet tacitum suum peccatum, quo-  
tius imago subit futuri, quem ipsi spe-  
rant,

*Ridiculum  
est Judæos à  
Gentibus  
specie dif-  
ferre con-  
tra Præ-  
adamitam.*

rant, reditus Judæorum, totus est Præadamita in suo libello ut genus Judæorum supra sydera exaltet. Asserit ergo non solum genere, verum specie à Gentilibus Judæos differre. *Elegit nos hæreditatem suam speciem Jacob, quam dilexit Psalm. 47.* Ubi nota (inquit) Judæorum speciem distinctam esse ab specie Gentilium, quam neque dilexerat, neque elegerat Deus in hæreditatem suam. Distincta cerè apud Philosophos hominum species à brutorum specie, discreta verò est apud Scriptores sacros, illosque Judæos, horum species à specie Gentilium quos passim confusos legas cum brutis animantibus & bestias existimatos, respectu ad Judæos habito, qui vel homines per excellentiam, vel excellentiori titulo homines Dei indigitantur. Ante Adamum ergo inquit (quis talia fateatur?) homines fuisse creatos ut tradidimus supra, Adamumque caput, & primum Judæorum fuisse parentem de quo Genes. 2. Alios autem homines primo die fuisse creatos gregatim cum animantibus, uno eodem neque distincto creationis die, ut non differret creationis dies, quos natura creationis non distinguebat.

Ex ijs ergo apparet Judæos filios Dei appellari Isai 63. *Tu Domine pater noster es.* Exod. 3. Deus Abraham, Deus Isaac Exod. 4. Primogenitus meus Israël. Vnde Lucas 3. in genealogia Christi dicitur qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei, quasi Adam filius Dei fuerit qui caput Judæorum est, unde, & ipsi filij Dei sunt. Gentiles autem homines, & filij dicuntur hominum; sed nunquam homines Dei. *Sciunt vero gentes, quoniam homines sunt Psalm. 19. & Psalm. 66. Imposuisti homines super capita nostra, idest, sub jugum nostrum. Ierem. 49. Dedisti Israel in gentibus, contemptibilem inter homines.* Ubi gentes & homines idem sunt. *Filij hominum usque quo gravi corde, ratione oppositionis eadem, qua Judæi filij Dei: sicut in præsentì capite filij dicuntur: filiarque hominum, quæ à gentilibus procreatæ.* Deinde cum filij Dei appellantur Judæi, bestiarum nomine indigitantur Gentiles, inquit enim Christus Dñs, Matth. 15. *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus,* loquebatur cum Chanaanæ, & gentili. *Filiorum autem Dei*

Judæi, sicut & canum nomine Gentiles intelliguntur. Psalm. 32. *Intellectum tibi dabo, & instruam te in via qua gradieris,* & seriatim Judæis præcipit nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, sicut Gentiles, & de illis David, Psalm. 22. *Circumdederunt me canes multi, tauri pingues obsederunt me,* Baruc. 3. *Ubi sunt Principes Gentium, & qui dominantur super bestias terræ, idest, super Gentilium populos.* Abominandum autem erat Judæos, quos intellectus divinus specie differre fecit à brutis, contaminari Gentium mixtura, cum de tali separatione Dominus fuerit sollicitus. *Quando dividebat (inquit Moses) Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israël.* Gigantes similiter vocantur, atque potentes Magnates, cap. 6. homines illi, ut à Gentilibus differre, sit aliquod signum, quod indicet, cum Gentiles appellentur infantes, parvi, & pauperes, juxta illud, *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem,* Gentiles intelliguntur, qui Christum sequendum laude erant perfecturi. Et illud Luc. 18. *Sinite pueros venire ad me, idest, gentiles, & illud: Nisi efficiamini sicut parvulus iste.* Unde addit. *Qui scandalizaverit unum de parvulis istis,* ut de parvulis ætate, quorum fides balbutiens erat ostenderet non esse locutum, sed de Gentilibus, qui in illum crederent, sicut rationis maturæ credunt in illum. Dicti sunt etiam filij iræ, hostes Dei, cum Judæi hæreditas, & possessio Dei, & hortus conclusus, fons signatus dicantur, inde concitata fuit ira divina, quoniam mixtura Gentilium flos convalium emarcuit, & torrentes aquæ vivæ in via bestiarum conturbaverunt bibentes.

Verum, quam leve sit fundamentum, diversitas cognominum *Filiorum hominum, filiorumque Dei,* ut phantasmata ista somnientur, hominesque ante Adamum conditi genere, & specie distincti à Judæis, cæterisque Adami posteris designentur, quis non videt? cum his nominibus Judæos ipsos non semel indigitari videamus. Isaias cum Israël's populo loquens, observantiamque Sabbathi consulens, sic inquit cap. 56. *Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet istud.* Et alibi passim Prophetæ. Quinimò ipse Christus

5.  
Præadamita impugnat.

stus Dominus qui Judæus, ex semine-  
que erat David, Matth. c. 20. *Ecce ascen-  
dimus Ierosolymam, & filius hominis  
tradetur*, inquit, *Æqualis roboris est,*  
quod bestiarum, brutaque appellentur  
Gentiles, ut inter ipsos, atque Judæos  
distantis generis intercapedinem pro-  
bet. Nomina namque sunt, non pro-  
pria, gentiumve non exponencia natu-  
ram, sed sine discrimine Judæi, ac Gen-  
tilis peccatoribus cunctis communia,  
itaque indicant homines per peccatum  
fœdari, ut ad brutorum ignobilitatem  
accedant, juxta illud Psal. 48. *Compa-  
ratus est jumentis insipientibus, & simi-  
lis factus est illis.* Expressus contra Præ-  
adamitam est locus, Psal. 7. ubi de ipso  
David. *Ut jumentum factus sum apud te.*  
Nonne idem distinctus genere homo,  
ab ijs qui alibi filij dicuntur Dei? Quid,  
nescio, in Jacobi filiorum benedictio-  
nibus dicitur? ubi Issachar asinus fortis,  
Dan coluber in via, Nephthali cervus  
emissus, Benjamin lupus rapax.

Neque locus, Matth. 15. *Non est bo-  
num sumere panem filiorum, & mittere  
canibus*, ubi suum reperit Præadamita  
inter Judæos filios Dei, canemque  
Chananzam, discrimen, contra ipsum  
non est. Audite ipsum, fol. 94. ¶ Vul-  
garis (inquit) opinio est, Gentiles  
oriundos esse ex hominibus illis Ju-  
dæis, qui à Judæis in gentes abierant,  
verbi gratia, ex filijs Caini, qui se ipsum  
familia patris sui abdicaverat, ex filijs  
Cham, cui Noë maledixerat, ex filijs  
Ismaël nothi, nec non ex filijs Esau re-  
probi. Sed omnibus notum esse debet,  
generis hujus Judæos nusquam in alie-  
nigenas, & Gentiles, sed in Judæos, &  
in fratres Judæorum reputatos. Cujus  
rei locuples testis Moyses est, Deuter.  
cap. 23. ubi agit de ijs, qui adscribi in  
civitatem Judæorum idonei essent. *Non  
abominaberis* (inquit) *Idumæum, quia  
frater tuus est, neque Ægyptum, quia ad-  
vena fuisti in terra ejus.* Nota hic Idu-  
mæos successione sua à filijs Abraha-  
mæ, capite minutos, restitui in cives  
Judæorum, tanquam fratres Judæo-  
rum, & ejusdem generis Judaici. Ægy-  
ptios vero in cives eorundem adscitos,  
tanquam hospites, alienigenas, & ge-  
neris Gentilicij. Fratres Judæorum cre-  
didit Idumæos Moyses quando misit  
nuncios ad Edon, qui dicerent. Hæc  
mandat frater tuus Israël. Num. cap. 20.  
Annumerantur inter fratres Judæo-

rum Ismaeliticæ, qua ratione, Genes. 21.  
*Filium ancilla faciam in gentem ma-  
gnam, quia semen tuum est*, dicitur.  
Eadem argue de Ammonitis, & de  
Moabitibus, quatenus sunt semper Lothi,  
eodem patre oriundi, quo Abrahamus  
natus erat, Thare nimirum patre  
Abraham. Eadem reputa de filijs Cain,  
& de filijs Cham, & de reliquis quibus  
secessus fuit à Judæorum civitate, alie-  
nus, utpotè, eadem stirpe, & eodem  
Adamo ortis, quo Abrahamus ortus  
erat. ¶ Hæc ille. Ex quibus constat,  
quam infeliciter, nomen bestiarum, &  
proprium Gentilium esse, & quo diffe-  
rant à Judæis, asserat.

Etenim, quod Matth. 15. Christus  
Dominus mulierem illam appellaverit  
canem, colligit bestiarum cognomen pro-  
prium Gentilium esse. Mulier autem,  
quam canem Dominus dixit, Gentilis  
non erat, cum genere esset Chananza,  
cujus stirpem ab Adamo oriundam, à  
Gentilismo genereque distantem, & in-  
ter Judæorum fratres reputatam, Præ-  
adamitam recognovisse videmus. Vel  
ergo posteros Cham Gentiles dicere  
debet, vel male ex loco Matth. pro-  
bavit intentum. Eodem vitio laborat  
argumentum, à cognomine *bastium  
Judæorum*, quo nuncupantur Gentiles,  
desumptum. Cum Psal. 82. inimici Dei,  
& Judæorum appellentur Idumæi,  
Ismaeliticæ, Moab, & Agareni, Amon,  
& Amalec, quos superius fratres Ju-  
dæorum, stirpeque, & genere cum  
illis ipse convenire fatetur. Similem pa-  
ritur obicem cognomen *filiorum ira  
Dei*, quo nuncupavit Gentiles, Paulus  
namque Judæus erat, de se autem, stir-  
pisque suæ cæteris, dicit ad Ephes. c. 2.  
*Eramus filij ira.* Hoc autè argumētum,  
vim contra Præadamitam non qualem  
qualem habere, ut commune Gentili-  
bus sit, & Judæis *ira Dei filiorum*, co-  
gnomen probet, fateri coguntur om-  
nes, qui *filios Dei*, dici Judæos, vide-  
rint, Præadamitam probare ex illo, *Tu  
Domine pater noster es*, Isai. cap. 63. Si  
enim Judæus Isaias non esset, foret ar-  
gumentum infirmum. Idem de puero-  
rum, qua cognominari, voce, Gentiles  
tradit, dicendum. Quoniam de Syna-  
goga intelligere debet Cantic. illud:  
*Soror nostra parva, & ubera non habet,*  
sicut & de eadem. *Hortus conclusus, fons  
signatus*, ipse Præadamita prædicavit.  
Non ergo signum, quo vel genere, aut  
specie

specie Gentiles à Judæis distinguantur, nomine assignat, quod utrisque commune non sit ac indistinctum. Denique, quoniam in Iacobo, Isaac, & Abrahamo benedicendas gentes habetur, Genes. 12. *Benedicentur in te universæ cognationes terræ*, & Genes. 18. *in semine Abrahamæ*, in Isaac, Genes. 26. in Iacobo, cap. 28. Eodem ergo titulo Dei sunt Gentiles, atque Iudæi.

Dicitur ad hoc Præadamita, Iudæi conjunctioni titulo Deo adhaeserunt electioneque mystica geniti sunt, quorum genitura natura quædam mystica fuit, qua Iudæi naturales tanquam filij habiti sunt, ideo Iesai. 46. portavisse illos in utero suo, & genuisse in vulva sua, dicitur. Illa autem electio derivatione, & participatione à Iudæis in Gentes effusa est, non enim ad illum gradum naturæ vocati, aut electi Gentiles sunt, unde adoptio concessa est, quæ est imitatio naturæ, per quam adoptati in filiorum familiam Iudæorum filij habiti sunt, secundum adoptionem illam quæ electione mystica perficitur. Iudæi primo gradu naturæ filij, Gentiles filij etiam, sed secundo adoptionis gradu, qua adoptivi tantum dicuntur, & reputantur filij. Quo sensu intelligendus Paulus Ephes. 1. ubi Deum prædestinare Gentiles in adoptionem filiorum Dei, idest, Iudæorum, ait. Adoptio ergo sancta res est, quia beneficium imitatur naturæ, sed quanto veritas sanctior imitatione est, tanto natura sanctior adoptione est. Natura & adoptio faciunt filios, natura veros, adoptio fictitios, adoptio homines transfert ex una familia in aliam, & ex uno nomine ad aliud gentem mutat, quod fictionis, & imitationis est, genus vero non mutat, neque generis conditionem, filios facit; sed non facit ex libertis ingenuos, vel ex servis liberos. Res aliter se habent in adoptione mystica, ac in civili, illius enim virtute natura gentium vertitur in ipsam Iudæorum naturam, imitatio naturæ, quæ est in adoptione civili, est ipsa natura in adoptione mystica, & veritas, cujus imaginem fictio juris præfert mysterio adoptionis, re ipsa generatur. Genus ergo ut gentem mutant Gentiles adoptione, & translatione sua in Iudæorum gentem, & familiam, & similiter conditionem è servis, qua fiunt liberi, qua genus suum mutant, fiunt Gentiles ado-

ptione illa non tantum filij, sed evadunt ingenui. Efficacia quippè tota adoptionis hujus in libertate posita est, & proclamant ad libertatem suam, quicumque ad libertatem filiorum Dei, idest, Iudæorum, adoptionis jure illo accedunt.

Verum hæc omnia levi etiam fundamentis sunt dicta. Nullam filiationem audivimus unquam, quæ vel naturalis, vel adoptiva non sit, naturali filiatione nullus homo filius, quamcumque exaltetur Iudæus, est; sed solum Verbum Divinum ejusdem substantialis naturæ cum Patre. Omnis ergo homo, si Filius Dei est, media gratia, quæ participatio Dei est, assumitur ad extraneam naturam. In hoc autem est distinctio Iudæi, & Græci, seu Gentilis, circumcissionis, & præputij, ut inquit Paulus ad Collossens. cap. 3. & ad Romanos 10. nam idem dominus omnium, & cap. 3. ad Romanos, an Iudæorum Deus tantum? Nonne & Gentium? Rex omnium terræ Deus. Aliud autem est, quod prius adoptionem filiorum sunt assequuti Iudæi, Moysi servantes legem, aliud, quod inæqualiter excellentiorique titulo; quam Gentiles joco Christi subjecti, cum finis legis Moysi sit Christus, ut inquit Paulus ad Roman. 9. unde perfectius filij adoptati, cum ex amore Deo servirent, & spiritu Dei agerentur, inquit enim Ioann. cap. 5. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Non ergo electio in adoptionem filiorum Dei, à Iudæis, sed à Christo Domino, in omnes qui credunt in nomine ejus, qui non ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt, oritur. Quæ vera sunt, licet concedamus libenter, populum Iudaicum electum, dilectumque Deo fuisse, & ab hac dilectione fuisse Gentiles exclusos olim; ut Paul. ad Ephes. 4. Unde & ad Ephes. 2. *Vos qui aliquando eratis longe, (inquit Paulus) facti estis prope in sanguine Christi. Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam, (inquit ad Roman. 9.) & non misericordiam consecratam, misericordiam consecratam. Et erit in loco, ubi dictum est eis, non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei vivi*. Repromittitur enim eis dignitas filiorum Dei, de qua Iudæi gloriabantur. Ab hac ergo adoptione per Christum è servis facti sunt liberi, & effecti Gentiles

tiles ingenui, non à Judæis, sed à Deo misericorditer descendit benignitas Dei in servos peccati, & idolorum cultores.

5. Denique contra Præadamitam ipse idem est, quoniam Præadamita, Syll. lib. 4. cap. 7. fol. 179. inquit. ¶ Iratum vero Deum propter Judæorum nefas; poenituit fecisse hominem, & terram perdidit, quâ Adamum formaverat, unde Judæi hactenus essent, lutulentum, & corruptum hominum genus. ¶ Et folio 204. mixturam Gentilium cum Judæis causam diluvij fuisse, folio similiter 78. Ex quibus sic contra ipsum Præadamitam explicans locum Pauli ad Roman. 5. sæpius repetit, non existente lege peccatum non imputari, sed nulla lex constat posteris Adami imposta de non miscendis cõjugijs, cum ipse pluribus in locis de Adamo, & posteris ejus, de quorum conditione, Genes. 2. sermonem instituens, atque gentilibus, ijs dicat nullam legem imponi, illis solam de arbore non vescenda. Non ergo imputatur Judæis peccatum, quod se miscuerint Gentilibus, injuste ergo citra delictum, aquarum punirentur diluvio. Deinde quoniam aquarum miserabili clade perierunt Gentiles simul. Hos autem nullo legis teneri vinculo, non semel tradidit Præadamita, quamvis ergo Judæi in mixtura cum Gentilibus deliquissent, poenasque juste luisent, non sic Gentiles, expelli ergo à Palestina deberent prius cum suis filiabus, ut soli Judæi, & peccatores perirent.

\*\*\*

### §. III.

#### Conciliatur antilogia.

6.  
Filij Dei  
posterij Sethi  
appellati.

**N**ICENDVM ergo est: filios Dei posteros fuisse Sethi, Caini vero filias & neptes, filias hominum, utpote

Genes. cap. 6. *Pœnitent me fecisse hominem.*

7-

**A**Vgust. tergit nostræ antilogiæ textum varijs in locis, lib. 17. de civit. Dei, cap. 17. & in Gen. & tom. 6. lib. 1. contra advers. leg. & proph. c. 20. D. Thom. 1. p. q. 19. art. 7. Genes. super Psal. 109. Tertul. lib. de Pœnit. ¶ Quid est (inquit D. Aug. tom. 6. orat. advers. Judæ. cap. 9.) non poenitebit, id est, sacerdotium nulla ratione mutabit: Ne-

hominum vitijs nimis irretitas, nuncupari. Posteros Sethi filios Dei appellari, ex eo constat, quod tam Seth; quam Enos pietate præditi erant. Enos enim cepit nomen Dei invocare. Seth summe justus, & pius, vel ut inquit Suidas literarum, & cœlorum scientiæ inventor, Dei quidem nomine Sethum fuisse celebrem ex Leprogeni scitabit Cedrenus, unde posterij eorum Filij Dei appellantur: vel propter similitudinem Adæ, Hebræi rationem tradunt; quia in populum elegerat numen, sic apud R. Eliezer in Pirke, cap. 23. de quo Apocryph. apud Joseph. Scaligerum in notis ad Euseb. pag. 244. Ubi Cyrillum lib. 9. adversus Julianum. Posterij autem Cain filij dicuntur hominum, eo sensu quo Paulus ad Corint. 3. inquit. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Frigescente ergo religionis ardore Cainicæ stirpis uxores ducentes; qui pij viri fuerant, contuetudine earum flagitiosa polluti, in omnia scelerum genera irruerunt. Univerforum ergo hominum in terra augmentata malitia provocavit iram divinam, & diluvij fuit causa, conjugia autem filiorum Dei cum hominum, & Caini filiabus duritaxat occasio fuit. Nisi vera essent, quæ habentur apud Seldenum de Jure naturali, & Gent. lib. 5. Sethum nempe Adami auspicijs Annam cepisse in uxorem, montemque sacrum cum posteris suis tenuisse, cujus ad radices Cainitarum convalles erant, juramentumque per sanguinem Abelis, se de monte non descensuros; neque de filiabus Caini sibi selecturos uxores, præstitisse. Mox autem contra jurandum uxores duxerunt, flagitijsque sunt irretiti, qui separati Numen juraque naturalia religiosè coluerant. Sed hæc testimonio Scripturæ non constant.

Psal. 109. *Juravit Dominus, & non poenitebit eum.*

que enim sicut hominem, poenitet Deum, sed Dei dicitur poenitentia, quamvis ab illo institutæ rei cujuscumque mutatio sit, quæ credebatur esse mansura. Proinde cum dicit; *Non poenitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*, satis ostendit eum poenituisse, hoc est eum mutare voluisse sacerdotium, quod consue-

constituerat secundum ordinē Aaron, sicut de utroque videmus implerum. Nam & Aaron Sacerdotium, jam nullum est in aliquo templo, & Christi Sacerdotium æternum posuerunt in

cælo. ¶ Hæc August. ubi ergo dicitur, quod pœnituit hominem fecisse, loquitur more nostro, & mutatio rerum significatur immutabili præsciētia divina.

Genes. 6. Ego disperdam eos cum terra.

Eccles. 1. v. 4. Terra autem in æternum stat.

S. I.

Propōnitur de nova superficie terræ noviter adinventa sententia, & refel-  
litur loci Genes. 6. v. 13. expositio,  
& simul genuina traditur.

**V**IDENS Deus, quod multa hominum malitia esset in terra, & cuncta cogitatio carnis intenta esset ad malum. *Delebo* (inquit) *hominem, quem creavi à facie terra, & v. 14. Disperdat eos cum terra.* Brevis hujus periodi intelligentiam, summa tranquillitate, quæque pace à venerabili antiquitate ad tempora nostrâ authores omnes gustarunt, sed vita nostra vicissitudinibus plena, vera nulla potitur pace, sed est militia exposita super terram. D. Josephus Antonius Gonzalez de Salas eques purpuratus cruce Calatravensi, magnum brevi compendio edidit opus, quo intendit lucē parare nobis, tot retro sæculis excipientibus, splendoreque veritatis ab ignorantia tenebris liberare. Non solum homines (inquit) sed superficies terræ similiter aquis diluvij perijt, obruta enim in posterum aquis primæva illa telluris superficie, quam mortales omnes usque ad diluvium incolere, altera alibi superficie terræ diversa profus ab illa primæva post diluvium prodijt, sedes subinde futura viventium cujus, & incolæ hætenus sumus, & erimus usque ad dierum ejus novissimum complementum. Hujus sententiæ se prius author censorem egit, quam audissem patronum. Audax (inquit) ingenium, ægre sistitur parvis, ingentia sæpius ambit fabulosa tormenta, præcipitarique malit, quam serpere.

Nunc ad rationes, quibus singularem telluris causam defendit. Horrorem lethalis sceleris primi sacer textus c. 2. præmittit, & simul execrationis adversus tellurem teli à Domino fulmi-

nati, cum dicit: *Maledicta terra in opere tuo: infestijam humus; & homines lordibus primi peccati, sicut ubi sanguinem humanum biberunt in Abelis fraticidio; sic refertur in Hebræo textu crudelitas ejus: Nunc itaque maledictus est terra, quæ aperuit os suum ut exciperet sanguinem fratris tui de manu tua, dexteritate summa hebraizantes exponunt (inquit ipse) sed qui sint isti, non nominat, maledictus autem execratus tu de terra ex parte ipsius terræ, hoc est maledicta erit terra propter te, & quæ jam maledicta est propter peccatum primi parentis iterum propter te malediceretur; Execrationis rationem expressit Dominus cum dicit: *Quæ aperuit os suum ut exciperet sanguinem;* quo alludit Lucius Seneca noster Extrema Troade, non sterit fusus cruor humore summa fluxit, obduxit. Statim savusque totum sanguinem tumulus bibit. His ergo commorus Deus ostendit his verbis pœnituisse homines fecisse in terra: *Videns autem Dominus quod multa esset malitia hominis in terra, & omnis imaginatio cogitationis ejus cordis tantummodo esset malum omni die, pœnituit Dominum, quod fecisset hominem in terra, & doluit in corde suo.* Ex quibus sic ponderatis vocibus, non rationibus, inferre suam sententiam; si namque non ista, sed tantummodo in judicium homines adducerentur; ad quid appendicula illa bis repetita in terra, factis erat dixisse, vidisse Dominum, quod multa hominum esset malitia, & abundaret in terra, ipsam igitur insinulasse terram apertius innuit, & terræ, & homini pariter minari supplicium, semel namque mortalium iniquitatem audimus memorari; ter vero inculcari iniquitatem telluris; quis igitur putet scelus depravationem terræ amplificari non esse importunum, ubi mitiganda foret deinceps acerbitas supplicij?*

Plura alta pulchraque addit noster scriptor verba, sed primam rationem  
foliis

D. Josephus Antonius Gonzalez de Salas eques diluvij superficie terræ affectam esse deletam.

*superficies  
telluris.*

folis prædictis viribus roboravit; sed quis non videat, quibus firmissimis vas-  
sis stupendum, quod ipse clamat, excogitaverit moliri ædificium? concedamus ergo libenter corruptam sordibus jam primi parentis, sanguinis Abelis aliorumque peccatorum fœdatam terram, sed quid inde? sicut enim propter sanctitatem hominum, vel rerum, quæ ibi tractantur terra dicitur sancta *vere locum iste sanctus est. & ego nesciebam*, dixit Jacob cum vidit præsentiam divinam: sic è contra propter hominum flagitia, eo in loco polluta, & execrata censetur, vel vocabulum *terra* accipitur pro homine per Synecochè, ut positum sit *terra* pro homine, quod constat aperte, quia cum dicit, *omnis caro corrumperat viam suam* noster auctor hominem intelligit nomine carnis ex qua componitur, qua ergo violentia hominem nomine *terra* intelligendum nos recusabimus: sicut ergo homo, quia totus factus erat carnalis, caro appellatur, inquit Chrysostomus hom. 24. in Genes. sic ergo appellatur terra, qui terrenorum bonorum, voluptatumque est affixus cupiditatibus, juxta illud D. Pauli: *Primus homo de terra terrenus*; Vt citius libenter impertior prædicto auctori, à Deo terram sordibus peccatorum fœdatam, perditam, deletamque fuisse inundante diluvio, quid inde? crassissima erit Minerva, terram quoad suam substantiam intelligere omnino delendam. Quoniam ut sacra Scriptura in rigoroso sensu communi Patrum intelligatur consensu retento, sufficit fuisse terram quoad ornatum vastatam, & pulchritudine orbatam, quia superficies ejus conspicua apparet ex venustate plantarum præveniente, & ædificiorum decore, vel quoad diminutionem præferens fructus, unde inferunt carnibus vesci Noë, posterisque ejus Dominum permisisse, quia fructus terræ humanam speciem pro eorum debilitate conservare nequirent. Hujus exemplo, quæ diximus, apertius meridiana luce constabunt, quia Sacer textus dicit Genes. 2. eodem die quo produxit Deus Coelum, & terram, omne creasse, virgultum, & tamen herbas tertio die productas expressius descripsit Moses, quæ sic D. Thom. parentem August. in eandem explicationem suaviter trahens, explicat, Deum, scilicet, plantas primo die fecisse virtute, & potentia tanquam

in materia, & causis ex quibus postea orientur, & quasi rationibus seminalibus, tertio autem conditas, quia suam omnino perfectionem illo die fuissent adeptæ, si ergo aliquid conditum factum intelligit scriptura quando decoris, & pulchritudinis perfectionem assequitur, licet antecedenter receperit etiam substantiam, quid mirum hic nominet perditam, destructamque terram, non quando superficies amiserit esse, sed quia perfectione decoris, & pulchritudinis orbendam minatur Dominus? Et hujus argumenti efficacia, si qua est, in suum retorquetur auctorem, in Sacra namque Scriptura nullo robore gaudet paralogyismus iste, terra est imperfecta, & polluta, ac tandem est maledicta, ergo abolita fuit, & omnino superficies deleta, eisdem penè verbis sic loquitur de terra in Levitico 18. Dominus: *In his enim omnibus polluerunt se gentes, quas ego à facie vestra emitto. & polluit se terra, & visitabo iniquitatem ejus super eam, & paulo inferius. Omnes abominationes istas fecerunt homines terra ante vos, & polluit se terra*; En terram pollutam, ecce Dominum terræ pœnas minantem, & nihilominus hæc omnia ad homines illam habitantes referri constat, non ad terram quam supplicium neque expertam, neque passam retulit Moses.

§. II.

*Proponitur secundum fundamentum, & explicatur, Gen. 8.*

**A**D secundum hujus ædificij proceri fundamentum jam deveniamus, simulque si æqua soliditate jactum, cogitemus, præbiturum namque hominibus Noë solatium laborum, quibus in terra maledicta vexabatur, vel requiem præstaurum auguratur Lamec ejus parens, id enim nomē innuit sive derivetur *Annach*, quod est requiem præstare, ut Septuaginta maluere, sive *Anocham*, quod est consolari, ut Latino arrisit Vulgato, id exposuisse, inquit auctor noster, Rabbinos, (miror unquam nō nominasse) his verbis Noachus cum recēs natus esset, & nullum de se adhuc dedisset inditiū, prætenella arate præbere posset, augustissimo nomine Noach, hoc est, quiete sive consolatione vocatus est à patre suo, quod nomen novam terræ pollicebatur

L faciem,

faciem, mitigata telluris malignitate, qua erat per divinam execrationem affecta: Vnde cum jam placatis undis Domino holocaustum offerret, sic inquit textus. *Odoratus est Dominus odorem quietis, vel quiescere facientis iram Domini, & dixit Dominus in corde suo; posthac non amplius maledicam terram propter hominem.* Sicut ergo jam terram maledixit propter primum hominem Deus, sic hic propter hominem justum non execraturum pollicetur terram. Ex quibus liquido infert de distincta superficie telluris hic Sacram paginam loqui. Primo quia quid indulgentiæ telluri Dominus largiretur, cum rursus non maledicendam promittit si de terra prima loquitur Dominus? cum primam tellurem illam satis antea maledictionibus impetisset, opus non esset nova maledictione, ut execrata haberetur: illud ergo beneficium, quod Deus post diluuium promisit terræ, terram respexit, quæ maledictionem experta non esset, & à cujus facie infectio primi parentis abesset.

Secundo colligitur ex eo, quod dicit textus: *Non igitur perentiam ultra omne vivens, quemadmodum feci,* quia si locus iste de prima nova, & nondum infecta terra intelligendus non foret, non verificaretur sensus, qui talis est, non amplius terræ maledicam propter hominum peccata; ob hominum enim iniquitatem illam, potius neque hominibus ipsis, neque ipsi telluri pepercit, nulla ergo ratio est, quare iniquitas quæ primo iratum reddidit Dominum, nunc placabilem reddat, nisi quia illic tædebant Dominum crimina patrata in terra. scæce malitiæ inquinata, hic autem licet pravitas hominum eadem esset, aberat tamen ab ista terra recens producta, maledictio & infectio; hoc rationis secundæ robur: licet plurima alia sua eloquentia garriat.

Sed quis non videat omnia ista ideo in altum authorem levare, ut celerius, & præcipiti cursu ruant? Concedo libenter Noë suo ortu solatium requiemque in laboribus hominibus præstiturum, quod innuit nomen ejus, quidquid dixerit Suidas, qui vocem Noë deducit à verbo græco *Noo*, quod significat natare, ab eventu futuro origine sumpta, cum solus comite sua familia diluvij inundantes aquas fugisset; sed quod meritis Noë labores ho-

minum temperati fuissent, precibusque ejus requiem, & solatium acceperint Rupert. lib. 4. in Gen. c. 16. quid inde ut novam terram pro arbitrio finxisse teneamur, inquit, Imò potius in ipsam authorem suum jacitur telum, omnes quippe labores ex maledicta primæva terra ortos recognoscit natura, ex illa spinas, & tribulos germinatos, minatur Dominus, si ergo novam terram post diluuium calcarunt homines, neque peccati sordibus infectam, neque ira Dei execratam, scelicissima tellus ista hominibus post diluuium erit ipsa solatium, & in laboribus requies: ad quid igitur recurrit author ad merita justii, & sanctissimi Noë? Illum vero locum intelligendum de prima ante diluuium tellure ipsa verba manifeste declarant; quia dicit: *Non amplius maledicam terram propter hominem,* quæ in rigoroso sensu de secunda tellure intelligi nunquam possunt, quoniam non amplius maledicere terræ, supponit aliquando illam maledixisse, si tellus igitur ista nūquam execrationem audivit, non de nova, sed de veteri ante diluuium intelligenda sunt verba. Unde Hebraice, & Græce sic legitur, *nō addam adhuc maledicere terræ.*

Neque secunda ratio ipsi, neque cuilibet cordato prodesse potest, quis namque somnare potest iniquitatem hominum prout in terra maledicta iratum efficere Deum? eandemque prout in nova terra nulla scæce execrata maledictionis, Deū placabilem reddidisse, quasi Deus à materialissima telluris superficie gratus, vel iratus dicatur; cum ista, ut superius diximus, solum sancta, vel mala ab operibus hominum denominari possit: Neque crimina eadē intensione, & eadem gravitate in Deum commissa in terra nulla maledictione execrata, Deum non offensum afficient; si namque Adamus peccatum primū non commisisset, terra nullam audiret execrationem à Deo. Quis ergo temere dicet delicta, illa benedicta terra patrata Deum ad iracundiam non provocare? Ex quibus colligo, criminibus diluvij aquis jam vindicatis, placabilem apparuisse Deū propter sacrificiū Noë; ille namque odor quietis dicebatur (testis est Oleaster) quod faceret Deum quietū, & placatū ipsi offerenti, peccata namque nostra, immūditatiq; nostræ sunt factores. ideo aliquando irascitur nobis, cujus furori fumo illo, seu sacrificij suavissimo odore, ut quiesceret à vindicta, Noë

Noë occurrit, sicut enim bonus odor delectabilis est, & suo modo olfacientem quiescere facit, sic fumus iste bonus odoris hinc ethymologiae nominis Noë rationem iterum percipere poteris. Tandem cæcutire videtur auctor ista subtilitate, maledictione namque qua execratus est Dominus ante diluuium tellurem, nascuntur infœlicissimi fructus, dolores, & ipsa mors; quo igitur pacto noster auctor mortem, labores naturæ nostræ post diluuium non negabis, si post cladem miserabilem illam nova sine terræ maledictionis execrationisq; pœna fungimur terra? & ut alia scrutari incipiamus, ex mala intelligentia Scripturæ sui fundamenti ratio processit, ibi: *Ultra non maledicam terræ.*

Et ut omnibus occludatur huius auctoris rationisque lumen, ex crassa intelligentia loci, Genes. 8. processisse videamus. Quoniam loquitur de tellure, quæ ante atque post diluuium eadem esse debet; hæc caurem, & primam maledictionem post primum parentis peccatum audivit *maledicta terra, &c.* & nunc in ipso diluuiio passam fuisse maledictionem, est omnino conspicuum. Sicut namque benedictio ex decreto Dei significat abundantiam bonorum, ira maledictio, malorum, quæ à Deo infliguntur, comprehendit copiam; unde, & in primo peccato Adam maledicta fuit terra, cum à pulchritudine, & à fecunditate descenderet in diluuium, quæ salis aquis sterilis stetit, & pulchritudine decoreque orbata; vel si malim Hebræum audire, *Calal* non maledicere significat, sed levem esse, & vilipendere, levia enim contemnimus, & vilipendimus, Iob 39. ecce *Calothi*, idest, levis reputatus sum, aut contemptibilis, Levit. 20. Patrem suum, aut matrem suam *Chilel*, vel despexerit, aut contempserit, licet alij vertant blasphemavit sic 2. Reg. 19. quia *Chilel*, vel *despexit*, idest, levem reputavit Christum Dominum, unde hic legit Oleaster, non addam ut despiciam amplius terram propter hominem; vel non addam alienare terram amplius, scilicet, hominibus, & iumentis. Vocat autem alienare terram, ab ea homines, & animalia auferre, quod terra videatur, nunc hominibus, & animalibus onerata, Isaie 9. *hecal*, idest, alienare fecit, scilicet, *siglath pleser* terram Zabulon, idest, hominibus in captivitatem reductis, leviozem reddidit.

## §. III.

*Propositur tertium fundamentum;  
& explicatur locus ex epistola  
secunda Petri.*

**H**ACTENUS à sacri Historici vestigijs prosecutus est noster auctor ad argumenta petita ex narratione, quæ terminis ejusdem historiae continetur; hinc ad alia argumenta proficiscitur. Obijcit primo locum ex epistola 2. Petri, Canonica cap. 3. *Licet enim eos hoc volentes, quod cæli erant prius, & terra, de aqua, & per aquam consistens Dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua immundatus perit. Cæli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reservati in diem iudicij, & perditionis impiorum hominum. Ille tunc mundus aqua inundatus periit.* En qualiter novam appellat terram, inscium ergo terræ duplicis, quæ adstruimus, se non præbet Apostolus:

Confirmatur hoc auctoritate Josephi, qui lib. 1. antiq. cap. 4. ex versione Geleni sic inquit. ¶ Deus viri iustitia delectatus, non ejus solum sæculi homines extremæ malitiæ damnavit, sed cum decrevisset universum hominum genus extinguere, aliudquæ novum, & à vitijs purum instaurare, primam vitam eorum breviori spatio circumscriptit, & abrogata longævitate intra centum, & viginti annos coercuit, dein continentem terram in pelagus transmutavit. ¶ Duo enim complexum Deum dicit Josephus, & homines extinguere, & in pelagus transmutare tellurem, sed ut genus hominum instauraret, novum instituit à sordibus purum, novam ergo terram pariter post diluuium primum substitutam agnoscit.

Sed quid roboris habuerit hæc ratio apud Danielelem Heinsium exercitat. Sacra in secundam Canonicam Petri non ignoravit noster auctor, cum inquit. ¶ Nihil sanè ad Cælos, in quos tantum abest aliquid potuisse aquam, ut ne terra quidem fuerit sublata, neque alia, aut nova nunc sit. Et paulo post. Periisse autem omnes; qui extra arcam, etiam terræ speciem externam, ac decus; nemo equidem, quod sciam, negat; ipsam vero periisse terram, ne Poetæ quidem dicuntur qui in diluuij descriptione canit Ovidius.

*Pena placet diversa genus mortale  
sub undis  
Perdere, & ex omni nimbo demittere  
Cælo. ¶*

Non latuit nostrum geographum, qualis fuerit sibi roboris hoc patrocinium, neque legitimæ Petri intelligentiæ relata quid repugnans reperisse censendum est; Scopus namque Divi Petri epistola jam relata, refellere, erat, Gnosticos, aliosque hæreticos, qui sine metu vindicis Christi suis concupiscentijs fervientes, nullum fore iudicium prædicabant; his ergo horrorem iudicij depingit Petrus, novam terram, novosque Cælos vocat Petrus, quia novam perfectionem illustrioresq; dotes sperant, juxta illud Apoc. 21. *nova ecce facio omnia*; in resurrectione, namque universali erit resurrectio, renovatio, & glorificatio, non solum hominis, sed cælorum, terræ, & totius mundi, qui hominibus electis servivit; & ideo servitus talis coronam merito justitiæ, ut sic loquar, condigne sperat. In diluvio homo nova creatione resurget, ut passim cum Scriptura proclamant Patres; quis tamen rudis temere dicat distinctam, aliamque futuram in resurrectione creaturam? Sed novum futurum hominem in perfectione, quia quasi cælestis resurget impassibilis, & immutabilis, qui fuerat prius mortalis, passibilis, miseriq; pluribus plenus, juxta illud Pauli ad Corinth. 15. *Seminatur corpus carnale, resurget corpus spirituale*, sic proportione servata docuit Sanctus Thomas. Dixit etiam Petrus, ille tunc mundus aqua inundatus perijt, quis ex hoc inferat tellurem iudice Petro perijsse; mundus namq; terrâ solum non est contentus, sed tellurem, Cælum Sydereum, & æreum, ut Genes. 1. homines, cæteraque animantia cõprehendit; quis ergo quia Petrus dixit diluvio perijsse mundum, inferat Cælos Sydereos aquis inundatos pari clade perijsse? aqua namque quæ quidem cubitis altior erat super montes, quos operuerat, nulla vi agere in Sydera posset. Perijsit ergo aquis ille primævus mundus, quia plantis, hominibus, & cæteris animantibus, quibus tellus pulchritudine, decoreque fulgens erat, brevi morula fuerat orbatus, & nova etiam post diluvium erit similiter terra, vel novo decore, & purita-

te, fulgoreque splendens, pueris in limbo nunc existentibus pulchrum præparatum habitaculum (piè discurrebat sic in 4. Sententiarum Paludanus) vel ut ait in Elucidario Anselmus, terra, quæ ingenio suo corpus Domini confovit, tota erit ut paradysus, & quia sanctorum sanguine est irrigata, odoriferis floribus, rosis, violis, immarcescibiliter erit perpetuo decorata. Audi Salianum, qui Noë ex arca egredientem, illud Apocalypsis 21. non sine admiratione fingit loquentem. Ecce video Cælum novum, & terram novam, primû enim cælum, & prima terra abiit, & mare jam non est abiit prius illud cælû nimbis inhorrescens, pluvijs continentibus diffluens, fulgetris intermicantibus minaciter cornicans, sonoris tonitribus horrendum remugiens, & procellosis venturum cõcuribus omnia dissipans, atque prosternēs. Et ecce adest cælum novum cum vere novo; Cælû novum nova undique luce hilarescens, Solis, reliquorumque astrorum gratissimos radios quaqua verum diffundens, & zephyris leniter spirantibus suaviter fragans. Abijt terra illa tota squalida, tota sordida, tota lutulenta; terra illa damnata divino maledicto, exitialibus aquis in perniciem omnium viventium undique scaturiens. Abijt terra illa turpissimorum peccatorum sordibus polluta, & foetens; & ecce adest terra nova germinans herbam virentem, & odoriferos flores, & ligna pomifera, sicut à principio. Hæc ille, sed non pro Salas.

Neque Josephus, quem prius laudatum in sui patrocinium non sine violentia traxit, erit advocatus fidelis, cum non recognoscat geminam illam tellurem, quamvis namque in pelagus tellurem dicat Dominum transmutasse, hoc verum est, sed quid inde? Tellus, quæ ante diluvium solem videbat, aquis illius manet inundata, in pelagus mutata? Et terra quam pedibus nunc calcamus, illa nonne est, quam ante diluvium inundaverant aquæ? Quæ arida ex tunc apparens homini, & cæteris animantibus, libens obtulit habitaculum? quis hoc sensisse Josephû sine fictione dicere audebit? quis nativitatem istam toto cælo Sacra Scripturæ pugnantem temere proferret, nisi præcipitato ingenio? quod de se non difficeretur gloriabundus noster Geographus. Igitur subtilitatem ejus cum sana pa-

ginæ Sacræ intelligentia minus co hæ-  
rere, cuilibet, qui litteras norit, du-  
bium non erit. Genes. namque 8. post-  
quam aquæ nimis multiplicatæ super  
terram universam prævaluissent, asse-  
rit Sacer vates: *Reversa que sunt aquæ  
de terra euntes, & redeuntes*; quasi ma-  
nifestius dixisset, à terra, quam centum  
quingenta diebus inundaverant; ad voragines suas, atque cavernas re-  
versas fuisse, Quod si genuinum sen-  
sum horum verborum ad fluxus re-  
torqueat, quia aquarum, quæ ( ut in  
Sederolam Raba, cap. 4. notatur) con-  
sistebant, & silentes conquiescebant;  
impijs intra eas supplicium debitum  
luentibus, facta fuit reversio, ipsis jam  
decretescentibus ad fluendum, & re-  
fluendum, cujus vicissitudinem vis ipsa  
undarum ademerat aquis; si hæc ( in-  
quam ) sic pro suo arbitrio explicare  
voluerit, manifestè septuaginta inter-  
pretum contradicet versioni, qui sic  
legunt, *Cadebat aqua de terra.*

Rursus progreditur Scriptura, &  
dicit, quod decretescebant aquæ emisit-  
que Noë Columbam, ut videret si ces-  
sasset aquæ, ex cujus adventu cessasse  
aquas recognoverat Noë, post, pluri-  
bus diebus transactis, aperiens Noë  
tectum arcæ, respexit, viditque quod  
terræ esset superficies siccata. Si prima  
ergo mundi tellus in pelagus mansit  
mutata, ad quid decretescerent aquæ,  
exsiccareturque terra; melius non esset,  
quod navigium arcæ in novam tellu-  
rem tanquam securum portum appu-  
lisset? ad quid tam longum, & peri-  
culosum naufragium? si namque aquæ  
diluvij primam deferentes sedem,  
tellurem; quam homines habitabant;  
innundasse permanenter dicamus, ad  
quid naufraga fluctuabat arca? cum  
alia, quam reliquerat, terra, pote-  
rat ipsi parare portum; Si dubites, aqua  
tanta quomodo desisse? audi Chryso-  
stomum. ¶ Dei præceptum est, quod  
facit omnia, ne igitur nos curiosius ex-  
ploremus quomodo, sed tantum cre-  
damus quod iussit, & exaltata est abyf-  
sus, & præcepit, & iterum suum con-  
tinuit impetum, & ad proprium con-  
cessit locum, quem solus ipse Dominus  
scit, qui condidit. ¶

## §. I V.

*Aliud proponitur argumentum.*

**A**D aliud argumentorum pro  
veritate sua pugnantium ge-  
nus, quæ vocant exempla, ac-  
cedit noster auctor, utinam majori  
fœlicitate. Quoniam in iustitia Divi-  
na novum ( inquit ) non est cum habi-  
tatoribus peccantibus ipsam tellurem  
supplicijs, gravibusque pœnis affice-  
re, ut ulcisceretur namque Dominus  
Sodomorum peccata, sulphureo igne  
de Cælo ejaculato, vastavit Sodomorum  
regionem totam, ut Genes. 19.  
*Pluit super Sodomam, & Gomorrham  
sulphur, & ignem à Domino de Cælo,*  
& subvertit civitates has, & omnes  
circa regiones, & universos habitato-  
res urbium, & cuncta terræ virentia,  
in cujus memoriam portio telluris illa  
adhuc mari submersa manet; mare-  
que mortuum nunc dicitur, aquarum-  
que vice bitumen fluens tanquam pa-  
bulum, & nutrimentum ignis. Sic  
Plinius de illo, libro 5. cap. 19. Asphal-  
tites nihil præter bitumen gignit,  
undè & nomen. De quo audire li-  
ceat Borchardum 1. part. cap. 7. nū-  
mero 36. ¶ Mare mortuum semper  
est fumans, & tenebrosus sicut os  
infernus, sicut oculis meis vidi; ( &  
post alia ) tanta verò calamitas ei re-  
gioni accidit in execrationem pecca-  
ti Sodomorum, quod Deus tot sæ-  
culis ulciscitur; ut etiam regio ipsa  
pœnas lætere videatur perpetuo: ¶  
Secundum exemplum, est Numer. 10.  
Cur namque Dathan, & Abiron ipsi  
Mosi rebelles Cœlum cum terra pu-  
nivit? postquam namque Deus à ta-  
bernaculis eorum fugere populum re-  
liquum præcepisset: *Confestim igitur ut  
cessavit* ( inquit textus ) *dirupta est terra  
sub pedibus eius, & aperiens os suum de-  
voravit illos cum tabernaculis suis, &  
universa substantia eorum, at vero omnis  
israhel, qui stabat per gyrum fugit, à cla-  
more pereuntem dicens; Ne forte, &  
nos terra deglutiat.* Ubi nisi locutos  
illos de ista voragine accipimus, inepta  
erit omnino eorum suspicio, quocum-  
que enim fugerent, terræ periculum  
non vitarent. Tertium exemplum ex  
Apocal: vocat, ibi namque Mic hælem  
cum antiquo serpente, & committere

bellum, & tandem cecidisse de Cœlo cum illo tertiam Cœli stellarum partem, narrat Evangelista, & quia in Cœlum commissum scelus Luciferi indicat, locus ipse omnino perditus est, sic namque post pugnam victoriæque laurum commemoratum, progreditur textus: *Neque locus inventus est eorum, amplius in celo.* Pariter ergo non solum homines pœnas luere dicemus, verum etiam ipsam tellurem sedem propriam, & habitaculum hominum aquis diluvij punitam iri. Huc accedit, quia namque aqua ante diluvium sœcibus contaminata non erat, neque ipsam maledictionem unquam audivit, nec pisces Deus punivisse videtur; ex primævo namque illo sæculorum decursu, quis dixit, præcis hominibus terræ parum fuerit, terris adjecimus undas, fortunæ miseræ auximus arte vias; à contrario igitur sensu legitimo discursu constat homines cum ipsa defœcata tellure pœnas luisse diluvij.

Sed quam infirma argumentandi fir ratio, quis non videt? cum à singularibus universalem regulam intendat firmare. Concedimus ergo Sodomitas simul cum terra obrutos fuisse, cum Sacer textus ex verbis ipsis subversionem vastationemque innuat; fateamur hoc idem de Dathan, Core, & Abiron, licet negare non sine fundamento nobis nefas non esset, Core namque cum tabernaculo suo absorto filij ejus penduli in aere hærebant, quoad terra rursus se conjungeret, concluderetque hiatum; sed quid inde? licebit cuilibet pro suo arbitrio alia simillima inferre? præcipiente Domino morte plectitur Acam, oves, alinos, & boves, cunctamque suppellectilem igne consumpsit Josue, licebit igitur à paritate dicere terram sorde furti fœcatam luisse cum illo pœnas? neutiquam; quia hic nihil de tellure dicit, cum de Sodomitis, & de illis qui referuntur in Numeris expressè Scriptura doceat. Eodem igitur vicio noster auctor laborat, ut tellurem ante diluvium pœnas una cum peccatoribus luisse convincat, aperte ipsum argumentum rubescere faciet, & præcipue tertium exemplum. Angelus namque in Cœlo Empyreo tanquam proprio principatu, præparatoque domicilio in gratia à Domino conditus; sordibus peccati superbique macula defœcatus est; sed quid

inde? pars aliqua cœli Empyrei præcipitata cum illo est? quis unquam somnariæ poruit? Audi Augustinum sermone 28. de verbis Domini. ¶ Secundum Lucam Cœlum est ubi culpa cessavit, Cœlum est ubi flagitia non sunt; Cœlum est ubi nullum mortis vulnus est, sanctificatum est Cœlum Dei; cecidit Diabolus. ¶ *Non est inventus locus ejus* addit textus; quid inde? exilium ab illa foelicissima patria innuit, pœnamque damni ista rationabili sententia Deus definit; qui namque exilio perpetuo ab aliqua civitate exire in pœnam delicti præciperetur, utique de illo verificari posset non esse inventum locum ejus in civitate; extorte autem intelligeret, qui illum ad aliquam significandam specialem sedem deflectere veller, fateor tamen peccatis hominum, neque fœdatis aquas ante diluvium, neque justitiam Divinam, neque ejus minas unquam expertas esse, sed non ideo illis pepercit Deus, pisciumque plebi, & animantia terræ punivit; quia nusquam illa aperuissent hominibus viam, neque illis inservisset, sicut terra cæteraque animantia; sed quia simul cum homine corruperant viam suam, & nefandis congressibus sese maculabant, vel cum hominibus se miscebant, aut quia sese mutuo interficiebant; idè voluit merito Deus animantia cum hominibus perire.

Bona ergo fide maneat in sua possessione antiquitas veneranda, unicam immobilem post, & ante diluvium eandem recognoscens tellurem; gemina, quantumcumque solidaverit ejus Patronus, rectoricamque muniverit propugnaculis, oblivione sepulta, cui dixerim sine injuria, quod Arynstonimus apud Sto. sic ligna dum augent ignem ab ipso consumi. Mirabar prius post longam adèd sæculorum periodum fulgentia lumina Ecclesiæ ad nostra usque tempora cœcutisse, & gratias acturum, quod à caligine eques iste præ cæteris illuminatus liberaverit veritatem, destinaveram animo; postquam diuturnius studio veritatis ejus fundamenta librassem, attendebam Senecæ sic loquenti: quidam incredibilium rerum commendationem parant, & lectorem aliud acturum si per quotidiana duceretur miracula excitant. Quod item scripserat Libius de Valerio Anciato, mendacio accommo-

*dat fidem, merito indicarem non sine indulgentia posse applicari; alia, quæ*

*similis roboris sunt; quia non vacat referre omittimus fundamenta.*

Genes. cap. 6. v. 3. *Dixitque Deus non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti annorum.*

*Si hac verba dirigantur ad omne genus humanum quasi generis vita humana periodus 120. annis definitur, Arphaxad Sale, Heber. annos 120. exceperunt Genes. cap. 11. & Iojada ad 130 pervenit 2. Par. 24. si solum ad homines, qui tunc existebant solum 100. interfuerunt à comminatione usque ad diluuium; Genes. cap. 6.*

14.

**P**Hilo in lib. de Gig. Joseph. lib. 1. antiq. Isaac Abarb. atque Rupertus hoc ad vitam hominum deinceps futuram referri sentiunt, quasi termino 120. annorum fuerit in posterum comprehendenda. Eruntque dies illius (inquit Rupert.) centum viginti annorum: alij quidem paulo plures, alij paulo pauciores post diluuium vixerunt annos, & Jacob qui centum quadraginta septem, & Joseph qui centum & decem vixit annos.

Verum hanc expositionem manifestè redarguunt plures, qui terminum 120. annorum superarunt. Sem post diluuium vixit annos quingentos, Arphaxad, Salen, & Heber plus 400. imò, & Joades post diluuium prope mille quingentos annos, usque ad 130. pervenit. Quo præcluditur, quod R. Isaac Abarbanel responderet, quod licet hic promulgata fuerit sententia limitans dies vitæ, non fuit ex templo executi, ab extremo enim longissimæ vitæ ad extremum brevissimæ non acceditur, nisi paulatim per medium decrecente per dies vita. Unde post vitam Patriarcharum, qui referuntur cap. 11. omnium vita termino 120. annorum fuit definita, & quamplures non attigere. Præcluditur ejus evasio exemplo Sem vitæ longissimæ, & Joadæ, tot annos post ipsum diluuium metas termini vitæ excedentis.

Responderi posset ad hoc ex Titelm. Psalm. 89. quod Deus terminis 120. annorum circumscribit vitam, quæ vere sit vita, illa vero quæ limites transgredereetur, non vita, sed mors. potius, ærumnosavè vita appellanda erit. Sicut cum Psalm. 89. *Dies hominis in ipsis septuaginta anni, si autem in potentibus octoginta anni, & amplius labor, & dolor.*

§. I.

§. I.

*Conciliatur Antilogia.*

**D**ICENDVM ergo est supra relata verba, ad illos homines, qui tunc existebant, & inundante diluio perituri erant, dumtaxat dirigi posse propter superius relata. Expressè tenet Hieron. in trad. Hebraic. D. August. lib. 15. de civit. cap. 24. quod autem dixit Deus (inquit) erunt dies eorum centum viginti anni, non sic accipiendum est, quasi prænuntiatum sit, post hæc homines 120. annos vivendo non transgredi, cum & post diluuium etiam 500. annos excessisse inveniamus.

Nunc autem ad difficultatem. Ab eo tempore, quo Deus verba relata locutus est usque ad diluuium, non nisi centum anni curserunt, illa enim dixerat Deus, cum jam Noë quingentos annos natus tres filios genuisset, ut cap. 5. Genes. constat, diluuium autem accidit anno 600. Noë ut cap. 7. Genes. scriptum est: ubi sunt igitur alij viginti? Hieronymi. Quia vero (inquit) poenitentiam illi agere contemplerunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatij computatis induxit diluuium anno 100. agendæ poenitentiae destinato. Similia tradidere Chryl. homil. 25. in Genes. & Hugo.

Verosimilior est D. August. ubi supra, expositio; Sed intelligendum est (inquit) hoc Deum dixisse, cum circa finem quingentorum annorum esset Noë, id est, quadringetos octoginta vitæ annos ageret, quos more suo Scriptura quingentos vocat, nomine totius ma-

ximam partem plerumque significans, 600. quippe anno vitæ Noë secundo mense factum est diluuium : & ita centum viginti anni prædicti sunt futuri vitæ hominum periturorum, quibus transfactis diluuium deferentur. Nec frustra creditur sic factum esse diluuium, jam non inventis in terra, qui non erant digni tali morte defungi, qua impios vindicatum est. Nullus enim illorum diluuium mortuus est, quos de femine Sethi propagatos sancta scriptura commemorat.

Sed alia calumniæ videtur patere rima, quia hæc verba loquutus est Deus, cum jam Noë, Sem, Cham, & Japhet haberet filios, cum autem ab ortu Sem, usque ad diluuium soli intercesserint 98. anni, quia biennio post diluuium centum erat annorū Sem, sit quod ab intimatione divina diluuium usque non currerint centum viginti anni. Sed hæc plura cap. 11. dicemus. Pro nunc autem dici posset, quod Deus proculerit illa verba 20. annis ante Sem filij nativitatem. Cur autem Scriptura generationem Sem retulerit ante prædicta verba? dicendum hoc fecisse per anticipationem frequentem in sacris literis, ut patet ex Genes. 11. & 12. exitus enim Abrahæ fuit ante mortem patris sui Thare, ut plures volunt 160. annis, & nihilominus exitum refert post patris illius mortem.

✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱

## EXPONITVR Gen. 6. in sensu morali, & commendatur misericordia Divina.

16.  
Pœnitet  
Dominum  
affligere  
homines.

**D**OLORE tangitur Deus quoniam sceleribus nostris compulsi punit, & uti cogitur vindicativa iustitia, viscera namque misericordiæ divinæ, si compellatur peccatores punire, extant dolore maximo lacerata. Refert Matth. cap. 26. nimis in horto fuisse Christum Dominum fatigatum, ter repetit orationem. *Pater si possibile est, transseat à me calix iste, & solum in ultima oratione D. Ildephonsus adverte, sicut guttæ sanguinis factum apparuisse sudorem. Quare Christus Dominus, qui primo,*

& secundo exauditus est pro sua reverentia, repetit tertio orationem? Quare qui primo, secundo sudorem sanguinis passus non est, & tertio fatigatur, ut sanguinis sudor factus sit decurrentis in terram? *Cui calicem tibi propinatum, inquit Hilarius, à patre bibere recusas? ¶ Si Christus Dominus venit, ut redimeret mundum, si salus mundi in ligno erat constituta, ut unde mors oriebatur, inde vita resurgeret, quare Christus Dominus mori recusat? Pater si possibile est transseat à me calix iste. Dico Christum Dominum (sic videtur) non esse de calice passionis locutum, etenim oblati sunt morti, quia ipse voluit, & iste signum demonstrativum est, supponens non pro calice crucis, sed pro calice præsentis sibi. Quis iste erat? Notate quod omnè iudicium dederat Pater divinus filio, loquitur ergo de calice universalis iudicij, ab horto enim Gethsemani iactus lapidis Josaphat vallis distabat, hic ergo calix Christo Domino præfens erat, hic sic fatigavit ut copiose sudaverit sanguinem. ¶ Oravit, inquit S. Ildeph. Heb. cap. 5. primo, & secundo pro animabus iustis, & iniustis, & sanguinem non fudit, oravit tertio pro animabus in die iudicij trutinandis, & terram sanguine lavit. ¶ *Voluit trā, pœnituitque Dominum delere universum, hominesque damnare, ut toto corpore flevit, ut inquit de sudore D. Bernardus, & anxie, quod transiret calix petierit. ¶ Transseat à me calix iste, inquit Ambros. & veniat ille, transseat iste iudicij, & veniat ille crucis. Erubescit enim Deus punire.**

Joanni in sua Apoc. representatur eques in equo albo descendens, de <sup>17.</sup> Erubescit Dominus supplicij prosequi homines;

cælo, de quo, inquit, *Habens nomen scriptum quod nemo novit nisi ipse, Christus eques est iste, quare ergo tam occultus descendit, ut quasi erubescens velit ab hominibus ignorari, ipseque solus nomen ipsius agnoscat? In cruce a nullo patitur ignorari, Jerusalem mortem prælegit, ut inquit S. Leo, quo ex toto orbe concurrerent gentes, nomenque ejus Græcis, Latinis, & Hebræis patens exaret, neque quod tollatur permittit. Quare ergo occultus in Apoc. representatur, & quasi cognosci erubescit, & in cruce nomen suum gentibus cunctis ostentat.*

tat: Ipse facer textus offert expositionem, in Apocalip. *De ore eius gladius acutus, ut in ipso percussat gentes*, dicitur, suæ justitiæ armatus sagittis hominum sanguinem effundere venerat, quid ergo miri quod nomen scriptum occulter, & quasi erubescens cognosci recuset? in eruce autem, ubi pro hominibus sanguinem effundit copiose, delens culpas, & redimens peccatores, nominis facit ostentationem, facieque propalara incidere appetit.

Arcam Dominus fabricari præcepit, in qua Noë, ejusque familia à diluvio incolumis remaneret, monuit autem Dominus, quod arcam clauderet foris. *Et inclusit eum Dominus de foris*. Quare claudit Dominus arcam? Ne videret Noë iram Dei exundantem; ubi universi cuncti mortales camporum planities æquora fieri non tam pedibus terenda, quam navi sulcanda, in ipsosque collium, vertices mare exundare, clamabant ad cælum lacrymis, & suspiriis, O Domine, imprecabantur, ubi spes nostra, sic clauditur cælum, & terra refusus undis facta est undique pontus? Qua igitur in asylo nostra confidentia requiescet, si conditor omnium misericordiam seras concludit, O infortuniam, O clades suprema! Ecce plasmator noster, heu fatemur exquisita promereri supplicia, iritavimus, furorem tuum provocavimus, fatemur judicem lacessere, qui veniam quærit sine satisfactione delicti, & delicti patris affectum filius exacerbatur, qui post illatas injurias ante pœnititudinem ad gratiam ejus vult revocari, sed tu Domine præstabilis super nequiciam non es? Te Dominum invocamus misericordem, non ne prope es omnibus invocantibus te? adjuva nos Deus salutaris noster, en stamus ad ostium misericordiam, & pulsamus, jube miseris aperiri, sed quid Deus? obturata sunt præ sceleris magnitudine viscera misericordiam divinam, ne ergo justus Noë Dominum videret iratum, ultimam cladem hominibus infligentem clausit ostium, quia erubescit Deus precibus implacatus videri, clausit Dominus Arcam, quia videtur puduisse quod respiceret patriarcha usque ad internecionem in homines exarcessit.

In extremo mundi totius exitio solem obscurandum, nec lumen datu-

ram Lunam tradidit facer vates: *Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum*. Quare Sol, & Luna, in quibus non est inventum piaculum, patiuntur tam diras pœnas, si homo deliquit cur pleuntur astra cœlestia? Non orbantur lumine astra illa cœlestia in criminis pœnam, sed ut conditori præstent obsequium; dies namque illa dies est iræ, qua nil inultum remanebit, veniet Dominus rex tremendæ majestatis, dies est in qua Deus vindicabit injurias, & pro delictis cunctis infliget pœnas, ideo à sole postulabit Dominus in obsequium, quod lucis abscondat, quod Luna lumen occulter, ne possit quis Deum videre de hominibus pœnas sumere extremas, & ultimam mundo infligere cladem, ideo quasi erubescens præcipit planetis velare luminis radios, *Sol obscurabitur*.

Mulierem Loth, ubi contra præceptum civitatem aspexit, in statuam salis illico Deus convertit, Quare infirmitate non plectitur, sicut plaga fuit forori Moylis incussa, vel alio genere mortis? Quare tam cito immobilis stetit, quæ antea cucurrit expeditissima? Quoniam respexerat civitatem, viderat Dominum reducere in cineres civitates, ideo conversa est in salis statuam, & morte interficitur repentina, si namque mortem mulieris brevi morula infirmitas præcessisset, forsitan referret aliis supplicium, Deumque vindicem inexorabilem se vidisse, ideo ergo ne scemineus sexus facillimus ad loquendum testis remaneret in mundo, qui se Deum iratum vidisse posset aliis testificari, periit in statuam salis conversa, nulla prius infirmitate præventa, quia Dominus erubescit punire, ideo respuit titulum judicis & appetit solum misericordiam cognomen.

*Quid nobis, & tibi Iesu Nazarene Dæmoni clamanti, obmutescere*, Dominus dixit. Quare ergo, cum veritate loquitur pater mendacij, præcipit silere Dæmon? Vocem emittat ut etiam ex ore inimici laus perficiatur. Obmutescat, inquit Tertullianus, quoniam addit, *venisti perdere nos, in ruinam imperij Dæmonum venisse Dominum* ait. Quasi hæc esset summa gloria Christi ad perditionem Dæmonum venisse, & non potius ad hominum salutem. Verum est, inquit Christus, quod in ruinam Dæmonum

19.  
Respuit  
Dæmonis  
titulum.

monum, infernique perditionem è cælo in mundum descendi, sed adventus mei hic non est principalis scopus, sed hominum universa salus; infernum confringere, Dæmonesque destruere ad justitiam vindicativam spectat, sicut redimere homines est misericordiæ exercitium, obmutescere ergo cum judicem me prædicaveris, cum posses misericordem clamare, gloria enim mea in ostensione misericordiæ, non in minis, suppliciiisque judicis sita est.

Aspere repulit Dominus juvenes illos, qui arbitrum de hæreditate dividenda constituere voluerunt? *Homo*, inquit, *quis constituit me judicem?* Alia opportunitate adulteram Pharisæi ad Christum adducunt dicentes: *hæc mulier modo deprehensa est in adulterio*, & nihilominus judicis munus non renuit, sed jus apertissime dixit, in eamque decrevit jacere lapidem, qui fuerit sine crimine inventus. Quare ergo se adolescenti judicem negat, & iudicium erga mulierem assumit? Quoniam si in causa jus diceret adolescentis ex singulis unus querulus remansisset, & in privatione hæreditatis dampnatus, & inde mortificatus, ideo renuit iudicium; At in causa mulieris prævidit scæminam absolvendam: *Nec ego te condemnabo* ideo ergo repulsam adolescentem audivit, quia iudicium, ad condemnandum Christus Dominus odit, *Quis constituit me iudicem?* & solum libens tribunal ad absolvendum conscendit: *Nec ego te condemnabo*. Judicis munus Apostolis solis commisit. *Se debitis iudicantes duodecim tribus Israël* advocati officium sibi tantum reservans: *Advocatum habemus apud Patrem*. Nec Deus punit, nisi vi ab hominibus compellatur.

Solum cō-  
pulsus Do-  
minus pu-  
nit.

Vidit Dominum Joannes Ap. i. iudicem inexorabilem. *Et conversus vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea: caput candidum & oculos velut flammam ignis describit, pedes autem aurichalco similes dixit: Et pedes eius similes aurichalco*. Aliorum versio legit: *similes thuri*. Quis non timeat iudicem spirantem undique minas, interficientemque visu? sed quare pedes fabricantur ex thure? Ut inter apparatus

vindictæ, & fulgura quæ coruscant, appareant viscera suæ benignitatis, & non aliter pœnas nisi invitus infligere, quoniam iter, quod ipsi opus fuerat incedere, ut ad reos puniturus accederet, flammatum erat seminatus incendiis, *in camino ardenti*: pedes ergo formavit ex thure, ut liquefierent igne, & prius pedes amitteret, quam plectens desævire posset in peccatores; sic punit invitus ut præstantius fuerit illi pedes confringi, quam plectere peccatores: Ideo virgam quam vidit vigilantem Propheta: *Virgam vigilantem* alia versio legit: *virgam oculatam*. Quare oculis plenam? Quia instrumentum erat, qua ultor Dominus flagellabat, ideo oculis plena, ut cogere retur Deus vel leviter & micissime illam vibrare, vel oculos sibi erueret.

Non solus difficilis est Dominus in puniendo, verum etiam in sceleribus obliviosus: Viam Moyse & populo Hebræorum rex Amalecitarum impudenter obturavit, nec minis victus, nec precibus emollitus; sic injuriam populo suo illatam Deus perferens, ut pœnas luiturum fuerit minatus, *scribe hoc*, inquit Moyse, *ob monumentum in libro*. Quare injuriam voluit Deus insculpi, & in æternum mansuram calamitatem à Moyse exarari? Quoniam Dominus sic injuriarum est obliviosus, ut opus fuerit crimen regis Amalech scriptum manere, ut lueret pœnas sceleratus: *Expende*, inquit Oleaster, *qualiter prius pater se ostendit in nostra punitione obliviosum, ut libro sit opus ad memorandum*. Ideo Dominus in S. Pagina frequentius memorat exitum Israël de Ægypto, quam Hebræorum in Ægypto mansionem? Quare hoc? Quoniam in exitu de Ægypto se erga populum Ægyptij liberales, misericordesque exhibuerunt, *Postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua aurea vasa, & argentea*; quandiu autem Ægyptum Hebræi incoluerant, odio insectabantur, & crudeliter affligebant: *Oderant filios Israël Ægyptij, & affligebant*, ideo quasi criminis obliviosus raro habitationem Israël in Ægypto commemorat, sed ut famulatum, & obsequium, quod ab Ægyptiis populus recedens suscepit memoriæ recolat, frequenter repetit ejus exitum quia Dominus sicut obsequium retinet in memoria, sic ab illa relegat offensionem.

20.  
Scelerum  
Dominus  
est oblivio-  
sus.

Hujusmodi

Hujusmodi conditionem divinam optime penetraverat Magdalena, quærens Dominum in sepulchro, & ab illo interrogata de lacrymis: *Mulier quid ploras?* non est agnitus ab ea. Alloquitur illam secundo, & illico vocis recognovit auctorem; *Dicit ei Iesus: Maria. Conversa illa dicit ei Rabbi.* Quare primo alloquentem ignoravit magistrum, & secundo loquentem Dominum recognovit? Rationem reddit D. Gregorius: *Postquam eam, inquit, communi vocabulo appellavit ex sexu, & agnitus non est, vocat eam ex nomine, ac si ei aperte dicat: Recognosce eum, à quo recognosceris: Maria ergo, quia vocatur ex nomine recognoscit auctorem.* Quare appellata *mulier* ex communi vocabulo sexus non recognovit magistrum, & vocata *Maria* Dominum statim agnovit? Quoniam mulier peccatricis erat cognomen: *Mulier erat in civitate peccatrix.* Maria nomen erat conversæ in Seraphin per amorem: *Quia dilexit multum* ideo non cognoscitur Christus à Magdalena, cum mulierem appellat, & nescitur cum vocavit Mariam, cum namque nomen peccatricis enunciat, videtur criminis recordari, & quia Christum Dominum Magdalena esse scelerum obliviosum credebat, non existimavit magistrum quem cum ex nomine peccatricis mulierem vocaret, adhuc scelerum memorem suspicatur; & solum esse Dominum recognovit, cum ex nomine Mariæ, quod est diligentis cognomen, auditur vocari, Dominus enim sic viscera misericordiæ erga peccatores exercet, quod nec criminum recordatur.

21. Clamat cæcus ille postulans à Domino visum, & quamvis à prætereuntibus compellebatur tacere, at ipse magis clamabat; *Iesu fili David miserere mei* annuens precibus pauperis Christus, oculos aperuit illius; Hujusmodi prodigiū Tertullianus exponens inquit ideo à Domino factum, ut non crederet filium David esse tantum, si namque Christus à David descenderet tantum, nunquam cæco redderet visum, *Patiens Dominus, inquit, non tantum confirmator erroris, imo etiam detestator creatoris, ut non prius hanc cecitatem hominis illius enabillasset, ne ultra Iesum filium David existimaret.* Unde potuit ex miraculo cæcus Christum

*Homines  
nō oblivif-  
cuntur in-  
juria.*

non filium David, sed cognoscere Deum? Quoniam si Deus Christus non foret visum non redderet cæco, quin imo magis obnubilaret; Quare? Quoniam David cum vellet munitam ingredi civitatem, cæcos expertus est intensissimos hostes: *Nisi abstuleris cæcos & claudos,* si ergo Christus duntaxat filius esset David memor injuriæ potius cæcum magis obnubilaret, ex miraculo ergo credere cæcus valuit, eum à quo favorem reciperet visus, Deum fore, solus enim Deus sic est injuriarum oblitus, quod etiam hostes prosequitur beneficiis, si autem filius esset tantum David sicut sanguinem hæreditaret etiam odium vindictæ, & tam longe esset à risu homini restituendo, quod potius augetet tenebras cæco.

Ratio autem benignissimæ conditionis divinæ est ipsa celsitudo Divinitatis, quia non commendat majestatem supremam hominis ruina, qui quasi folium vento agitur, & rapitur: Alexandro pater ejus Philippus suadebat, ut ludis Olympicis decertaret ut acciperet præmium, cui ipse: *Facerem si cum regibus certandum cursu foret.* Quæ Deo accresceret gloria, si de vili pulvere reportaret victoriam? Quem triumphum divina reportaret potentia lutum conferere humanum? Quæve spolia gloriosa delere fictilem maffam? Cum interrogarentur Spartani cur Dijs non consecrarent inimicorum spolia, respondisse fertur. *Quia de timidis capta sunt, talia autem neque cerni ab adolescentibus; neque Dijs consecrari convenit.* Quid formidabilius (æque tamen nil est audacius) quam homo? Quid fragilius? Pulvere, fumo, & vento est quidem levior, & instantior. Non ergo ostenditur majestatis Omnipotentia cum conterit, sed cum homini miseretur, parcendo & miserendo vincit & simul vincitur Divina potentia: Ut describeretur reus humiliatus, atque compunctus, arborem humilem & humi fere jacentem pingebant veteres positam contra ventum cum hōe lemmate: *Vincit cedendo, quia cor contritum & humilitatum non solum Deus non despicit, sed ab eo misericorditer superatur.*

## S. II.

*Ad incrementum injuria crescit miseratione divina.*

22.

**Q**UM Dominum sceleribus nostris Propheta magis exacerbatum videret, & peccatorum vulneribus faucibus exclamavit. *Tempus faciendi Domine. Disperserunt legem tuam.* Cum Propheta locum exponeret Augustinus raptus in admirationem sic inquit: *Quid ergo tempus, vel quid faciendi voluit intelligi Domino? Illud quod quidem paulo ante dixerat: Fac cum servo tuo misericordiam tuam; hoc faciendum Domino.* Nullum aptius tempus ad miserendum, quam cum peccator dissipata lege, & conculcato legislatore misericordia est indignior, pietas namque divina non tam in dignis quam in indignis appetit exerceri, quia sicut meritum est materia quam respicit divina justitia, miseria & indignitas scopus est, quo tendunt misericordiam sagittæ.

Preces humiles rex pœnitens coram Domino præsentabat, ut crimini, quod labilis commisisset, ignosceret pro sua pietate; sic David lacrymis exorabat: *Propter nomen tuum propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Ut Deum experiatur propitium non aliam causam Domino repræsentat, nullam allegat pro expeditione difficilis negotij. Rationem nisi enormitatem delicti; sed quare hoc? Nonne gravitas criminis, & sceleris excessus malitiæ reum non constituit magis indignum? Quare ergo indignitatem exaggerat, ut facilius criminis indulgentiam obtineat? Celsitudinem divinæ misericordiam optime David penetraverat, inquit Cajetanus, ideo gravificat culpam, ut indulgentiam facilitaret, ut Dominum nimis posset experiri misericordem, se exhibuit nimis indignum, tunc magis splendet misericordia divina, quando exercetur erga indignitatem majorem. *Propitiaberis peccato meo, multum est enim.* Ambit Dominus inter homines assequi nomen magnum *Propter nomen tuum*; nomen autem magnum non comparatur indulgentia criminum levium, quod namque delinquentis crimen est gra-

vius, eo nomen parentis est claritius; ut ergo David criminis veniam reddidisset securam, nominis excelsi coram Deo fecit memoriam, & simul suum exaggeraverit delictum, ponderavit indignitatem cui jacebat, ut obtineret indulgentiam, & veniam quam sperabat. *Propter nomen tuum Domine.* Hanc ipse Deus reddit rationem, quando post cladem diluvij decrevit hominibus indulgere, quam non sine admiratione explicavit D. Chrysostomus. *Rara misericordiam species*, inquit, *quia mens humana incumbit diligenter in mala opera, propter hoc non adducar, inquit Deus, ut terram maledicam.* Hoc cognomen est, divinæ misericordiam, hoc illam commendat; quod si vi criminum nostri compulsus contingat aliter Dominus operari, nomen celat, & cautissime occultat.

Sanguinem in sacramento Eucharistiæ manifeste suum esse Christus *In Eucharistiæ plen-* declarat, *Hic est calix sanguinis mei in* paribulo crucis sanguinem celat, & *det miseri-* alienum appellat: *Aspersus sanguis eo-* cordiam di- *rum.* Quare in Eucharistia publice *vina.* suum esse sanguinem manifestat, & occultat in cruce? Ratio est, quoniam sanguis in Eucharistia, quo hominum crescebat malitia in benefaciendo se dilatabat, quo abundabat proditorum indurata malitia, sanguinis augebatur beneficentia: *In qua nocte tradebatur;* in eodem temporis cursu, quo homines prodere Christum tentabant ipsius sanguis in remissionem criminum longiori benignitate ambiebat effundi *in remissionem peccatorum*, ideo Christus suum manifeste vocat sanguinem benignitate eo plus dilatum, quod odium hominum fuerat magis intensum. In cruce autem in condemnationem Hebræorum ex vulneribus Christi manabat: *Sanguis ejus super nos & super filios nostros*, ideo sanguinem eorum non suum pietas Christi Domini appellat, quasi querulus dixisset hominibus; vos sanguinem meum in ruinam ignoranter appetitis, descendet utique sanguis nomine tamen velato, quia sanguis ille non est meus quo damnat sed vestri. quia postulatus à vobis, non est meus cum damnat, quia dum meus ignoscit *Pater ignosce illis*, vestri sanguis est ille, quia non effunditur sanguis in damnationem quia meus, sed quia vestri, vestrum

velstrum est, quia à vobis exitialis & ignorantia crassa expetitus *Aspersus est sanguis eorum*, sanguinis namque nomen Christus Dominus celat cum in peccatores non effundit favores: *Amor si cogas solet intendi* dicebat Menand. in subæo.

Ad æmulationem quasi humanæ malitiæ amoris flammæ pietas divina exardescit incendio, quando abundat malitia superabundat beneficentia, & ibi celerior est pietas, ubi dirior est peccatoris impietas: A sanitate quia summa decidit in gravem infirmitatem Adam, vix prodijt à manibus gratiæ signaculum perfectionis divinæ, quando oblitus sui conditoris in nigredinem candor degeneravit carbonis, Deus autem compassiva teneritudine punctus ad auram post meridiem pennatus vulnere recenti venit mederi: *Ad auram post meridiem*. Lazarus infirmatur, & langoris Dominus conscius noluit rumpere moras, tandiu immoratus ut veniens invenerit tumulatum: *Quatriduanus est*. Quare tam celerrimus ut Adami mederetur infirmitati, & quasi pigritia detentus Lazaro opitulando? Quoniam celeritatem misericordiæ gravitati adaptavit infirmitatis, ideo in Lazarum fuit morosus, qui fuerat celerrimus erga Adamum; infirmitas Adami erat mortalis, Lazari infirmitas non erat ad mortem, Adami langor erat interitus animæ, Lazari infirmitas spiritus vitam non expugnabat, Adamus factus fuerat Domini hostis, Lazarus erat amicus: *Amicus noster Lazarus*, ideo celerrime volavit ut succurreret primo parenti, & diu immoratur, ut opem Lazaro ferret, commenduravit namque cum indignitate divinam misericordiam, ideo ad Adam, qui à divina deciderat amicitia, vehementius celeriusque velut centrum descendit pietas suprema, *Ad auram post meridiem*, ad Lazarum, qui sublimem amicitiam occupabat statum, *amicus noster* post temporis non modicam moram sublevaturus accessit. *Quatriduanus est*, quia ibi celerior est Domini pietas, ubi dirior est peccatoris impietas, ibique Dei magis anxia sollicitudo, ubi est hominis oblivio profundior.

Anima illa quæ languebat amore, non ut auster perflaret, & febris respiraret incendium, quin potius ut ma-

gis amoris flamma succensa instat Salamandræ requiesceret per calles atque plateas quærebat sponsum, qui simul foret refrigerium & incentivum ardoris, verum sponsum nec ignorabat amorem, nec animæ celabatur angustia, & tamen diu sui occultavit valde desideratam præsentiam; Alia opportunitate animam sollicitavit sponsum, quærit, pulsat, vocat & tandem anima desiderio defraudavit sponsum. *Aperi mihi soror mea sponsa*: abiit sponsum quin ostium reteraret sponsa. Quid hæc? Quare sponsum ab anima quæsitus distulit suam præsentare præsentiam, & transiit montes, fatigat silvas, ut illa tantillum perfungi posset? Ratio est, quam dedimus supra, quia ad menturam indignitatis pennarum acceleravit volatum, anima quæ ipsa quærebat languebat amore, exardebat dilectionis incendio, ideo refrigerium distulit in deliquijs, quæ amore succensa patiebatur sponsa, *Amore languco*. Alia opportunitate profunda erat tumultata oblivione, cordis feris fortissimis concluderat ostium sponso, ideo clamat, instat, pulsat, & vocat, quia ibi adest magis anxia sponsi sollicitudo, ubi est hominis oblivio conditoris profundior, quia anima, quæ Deum amat pro tunc est secuta, quæ obliviscitur creatoris, periculo est lupi rapacis exposita; Deus non tam perentit animæ miserum peccatricis statum, quia in illo celsitudo majestatis offenditur, quam quia ipsi peccatori exitialis.

Nec ullum mustitavit Dominus verbum quo Petri infidelitatem fugillasset, quin potius illum benigno aspectu respexit. *Conversus Dominus respexit Petrum*: Renuit lavari pedes, & tunc comminatus est pœnas. *Non habebis partem mecum*. Quare infidelitatem Petri nec dum reprehendit, & excusationem lavandi, quæ ex humiliato corde processit comminatione æternæ pœnæ fugillat? Ratio est, quia infidelitas, qua magistrum negavit, honorem effundebat majestatis excelssæ, excusatio, qua resistebat Petrus lavari, in ruinam ipsius vergebatur, ideo infidelitatem non fugillavit, & resistentiæ lavandi comminatus est pœnas æternitatis, quia non tam perentit Christus dolorem quan-

23.

*Sensit  
Eius offen-  
sam, quia  
peccatori  
exitialis.*

do honoris divini opinionem infidelitas vulnerabat: *Non novi hominem*, quam cum ruina Petro imminebat lotionem sacram recusans, ideo infidelitatem Petri, qua honor lædebat divinus, dissimulavit patienter, & suscepit benigne. *Conversus Dominus respexit Petrum*, & renuentiam lotionis, in qua Apostolo ruina imminebat, asperre fugillavit, & æternis comminatus est pænis; quia in peccato Deus non tam sentit sibi illatam offensam, quam damnatum ipsi peccatori proveniens.

Sic patiens Dominus toleravit in crucis patibulo convitia & dira tormenta, quod nec levis audita fuerit querela; *tanquam ovis ad occisionem* inquit Isaias: sacrilege miles faciem Christi percussit alapa, & tunc querulus percussenti respondit: *Cur me cadis?* Quare Dominus, cui dulcia fuerant martyria *Dulce lignum, dulces clavos* nunc sic manus percussorem perferit, ut querulus manifestet dolorem? Optimam & peracutam reddidit rationem D. Chrysologus *Latus sustinisset injuriam, si instrumento oppignorasset obsequium*. Non tam queritur de injuria, quam quod manus æternæ combustioni damnetur; lignum, corpus Domini dum pendebat, sæliciter contingebat, clavi manus Domini perforabant, sed ex contactu sanguinis quem crudeliter emittebant, æstimationem non modicam obrinebant, terebrabant manus, & simul comparabant venerationem, cum hæc omnia instrumenta cultum obtinuerint apud Ecclesiam, manus autem alapa Christi percussis maxillam, dum faciem sacrilege percutiebatur, æternis erat cruciatibus mancipanda, ideo dulces appellat clavos, qui ex injuria Christi acquirebant honorem, & quo dirius terebrabant Domini manus, eo securius lucrabantur honorem, sed queritur de manu percussente maxillam, quæ cum offenderet faciem, propius accedebat ad damnationem æternam: *Cur me cadis* non queror de offensa illata, querulus Christus dicebat, sed de ruina instrumenti infelice, & misera manus calamitate: *Latus sustinisset injuriam, si instrumento oppignorasset obsequium*. Quia Dominus in peccato non tam perferit injuriam, quam damnatum ex ipsa peccatori proveniens.

Hinc percipi possunt querelæ, quæ olim Dominus proferebat: *Circumderunt me sicut apes*. Velut voraces leones, lupos rapaces & indomitos tauros Christum Dominum insectatos odioque effecisse ejus hostes passim inculcant Prophetæ: *tauri pingues obsederunt me; Ecce ego mitto vos sicut oves inter lupos*. Quare ergo non queritur de voracitate luporum, unguibusque leonum immanibus, & stimulos apum perferentis? Ratio est. Quoniam ut inquit Seneca & comprobatur frequenti experientia: *Apis in vulnere aculeum, & vitam amittit* numquam apis vulnerat, quin misere pereat; Hoc ergo Christus Dominus perferre videtur, quod more apum hostes ejus ipsum dilanent, quod sic vulnerent quod in vulnere pereant, non clamitat dolens quod vulneretur ab ipsis, sed quod ictu ipso quo inimici ira delavit in Christum, vitam amittant, sustinisset utique Christus lætus inimicorum injuriam, si hostibus sui ipsius offensa non foret irreparabile damnatum, æternitatisque ruina.

Hæc inenarrabili divina clementia nititur Dei antiqua querela; cum intercadentibus verbis quæ eximij sunt indicium doloris, per Prophetam hæc emittebat voces. O popule infelix æque & ingrata, putridam fodisti cisternam & veram gloriam decepte mutasti *in similitudinem vituli comedentis fenum*. Non tam queror me derelictum, quam quod elegeris vitulum, Quare singulariter ipsum Deum offendit, quod vitulo thus adoleverint? Quoniam, ut inquit Josephus, vitulus ille ad similitudinem Apis qui est Deus apud Ægyptios adoratur, formatus erat, hoc ergo Dominum doluit, quod vitulo simili Apis adolerent incensa: Quare hoc? Quoniam Apis (si credimus ipsi Josepho) caput solum habebat, præterea nihil, hoc ergo Dominus lamentatur, quod cum homines Deum eligere vellent, vitulum erexissent, in quo nullum apparebat Divinitatis vestigium, nec utilitatis erga cultores: *Quid enim vitulus idolum illud habebat, caput quidem, illi ergo oculi fuerant, habebat non ne cor? Minime gentium; Poterat ergo videre culpas, oculatus namque erat, sed compati non valebat cum illi deficeret cor; Ad quid ergo hominibus vitulus Deus oculis*

oculis plenus ut videat, & sumat de peccatis vindictam, & sine corde, ut non posset colentium in afflictionibus misereri? Hoc ergo cruciabat viscera misericordiae divinae: *in similitudinem vituli comedentis fenum* non tam quaeritur Deus laesum honorem in vituli adoratione, quam calamitatem idololatrarum, qui erraverant in electione, cum idolum fabricaverunt caeci, à quo non utilitas sed ruina procedere posset. Haec est celsitudo benignitatis divinae, hoc misericordiae cognomen, non enim Deus manifestatur hominibus, sicut Jupiter describebatur à suis dextera fulmine saepe armata, sed veluti à Joanne remittens culpas, & scelera delens.

Bethsamitae, qui arcam à Philistaeis expulsam receperant, post temporis parum identidem conspirarunt, ut arcam à finibus terrae rejicerent. *Quis poterit stare in conspectu Dei huius?* Quare arcam quam viderant miraculis claram, sic praecipitato consilio abiiciunt, & relegare decernunt? quare non immolant sacrificia, & adorant ut Deum? Quomodo primum, quod in arca Bethsamitae viderunt, flagellum fuit, quo ex nobilibus septuaginta, culpa nescio qua, apparuerunt vita defuncti mane, ideo arcam repellere tentant, neque veluti Deum adorant, quia vindicem experiebantur, duratam solas manus ad flagellandum non autem cor ad compatiendum suis laboribus pronum, in arca cernebant ideo rejiciunt homines non eum reputant Deum, quem non vident in afflictione propitium.

¶ . . . . .

### §. III.

#### *Damna oculorum.*

**I**LLIOS Dei nuncupari, qui Sethi ex progenie erant, sicut & filiae hominum, quae ex Cain ducebant originem, diximus superius in conciliatione literali antilogiae: Filij ergo Sethi caelo, & divina prolapia digni cum viderent mulieres flore corporis, & venustate praestantes, subito incensi flamma libidinis in flagitium praecipitarunt: Tertullianus & alij, quos dedimus, auctores eruditione praecleari Dei filios caelestes Angelos esse putant: Aiunt enim magnificos illos spiritus lucidis corporibus indutos, cum hominum filias vidissent eximia oris pulchritudine ful-

gentes, ut Poëtico caesto Veneris ictos, in quo illecebrae omnes inclusae ferebantur, in Hermonem Phoeniciae montem à caelo venisse, inde propius unquamque speculatos, ut Quiritium olim gentem in Sabinas, sic in dilectas sibi amicas pudendo irruisse ardore, & libidinem explevisse: Quamvis haec narratiuncula, ut vidimus, falsitatis convincatur; & tamen opportuna ad significandam libidinem oculorum, & calamitates, quas eorum genere inconstantia; si namque caelestes Genij aliena specie capiti, & superati dicuntur, quia viderunt pulchritudinem foeminarum, quis non timeat oculis committere libertatem? si pulchritudo contempta, ut inquit Tertullianus, *usque in caelum scandala jaculata est*; quid non bellabit in terra? plerumque enim ille oculorum vernantis mulierculae non radij sunt, quos per extramissionem tundi putant Philosophi, sed mortes, sed exitia, sed scandala, quae jaculantur periculose: Uno jactu oculorum Eva perdidit paradisum; Holofernes, qui incaute Juditham vidit, civitatem quam fere captam existimabat, libertatem pariter & vitam amisit. *Captus enim est in suis oculis Holofernes.* Oculi retia expandentur, quibus captus est Holofernes; sed quid miri, quod oculus foeminae laqueus amoris sit, cum etiam organum oculi tunica retiformi componitur instar retis; Unde sic irretitum cecinit ille Prop. i. eleg. 1

*Cynthia prima suis miserum me cepit  
ocellis*

*Contactum ante nullis cupidinibus.*

Tam insatiabili odio hostes in Saül regem fervisse inquit S. textus 3. Reg. c. 3. quod etiam in cadaver exarserint, arma ejus in templo Astaroth, & caput in templo Dagon affixerunt: *Arma autem eius consecraverunt in fano Dei sui & caput affixerunt in templo Dagon:* Quare caput non consecratur simul cum armis idolo Astaroth? Ratio est, quia cuivis idolo sua consecraverunt trophaea, Astaroth, quem Deum praeliorum colebant, arma veluti militaria dedicaverunt spolia, Dagon qui idolum Veneris erat, & à cunctis nationibus colebatur, caput consecraverunt velut illius trophaeum, quia visus; ut inquit Philo; sensuum omnium princeps in excelso loco capitis velut in Acropoli collocatus, impurissimus sit omnium

Ieno, & velut fœdus Aquariolus libidinis servus, quoad flagitium dux & auctor est, ideo caput, ubi solum oculi habent Veneri consecratur, quia unum ex Veneris præcipuis spoliis est caput luminibus captum, quia nullus Venerem impudenter adorat, cujus oculi prius non fuerint libidinis flamma succensî, merito ergo caput Saül fuit in templo Dagon Venerisque idoli suspensum, quia ex concupiscentia oculorum castimonie indicitur bellum, inde prima sunt tentameta priorum, inde impressiones metuenda, quibus sæpe luctuoso fato stermitur pudicitia: Ideo ergo caput Veneri consecratur, quia primum de oculis triumphat libido, ut castitatem expugnet, Propterea Gregorius Nyssenus vitium inquit esse *bellicum veluti artem*. Venus enim oculos primum quatit, mox animum labefactat: Unde Tacitus de moribus Ges: *Primi in omnium præliis oculi vincuntur*.

Plutarchus *ansam amoris capiendi* oculos esse tradit, quia vix oculos figis in oris venustate contuenda, quin subito subeat amor, suisque laqueis irretiat; incredibile quidem dictu est, quam prompta sit eorum actio, quamque facile possint incurere in labem: *Quam facile potest*, inquit Eusebius Emislenus ho 4. de Epiph. *in pûcto temporis evagari velocitas oculi, tam sollicitè præcavenda est irruentis noxa delicti*: Ut in dies propitium erga se redderet Deum David, signa lux penitentiae manifestabar. *Neque elati sunt oculi mei*, luminum radios asserit deflexisse, sic incessisse modestè, ut oculos à terra non sit ausus levare: Ut quid Domino repræsentat nõ esse oculos ejus elatos? affirmet pudicitiam servasse, pudicitiaeque florem sic à lapsus tempore convaluisse, ut ex tunc immarcescibilem conservaverit? Quare de oculorum non elatione tantum se jactat? Quoniam idem erat oculorum compescere libertatem, ac castitatem illam servasse, quoniam primum in pudicitiam David telum jaculatus fuerat aspectus: *Vidit mulierem se lavantem* prius oculis uxorem Viræ rapuerat, quâ concupiscentiae inflammaverit ardor, oculus effecit in David, ut loco disunctus conjungeretur fœminæ luxuriose, ideo ut Deo proponat laqueos libidinis David præcavisse, inquit oculos à terra non erexisse: *Neque elati sunt oculi mei* ab eo recta oculorum retundi, quia

ut consummatio spurcitiae vitetur opus est, luminum accurata compressio: *Libidinis invidia non audit, qui exitum cogitabit* inquit Seneca, qui namque in fœminam oculos libere figit, periculose in crimina ruet, ut inquit D. Augustinus de David: *Mulser longe, libido prope*, quavis enim fœmina longissime distet, imminet periculum prope, cupidines enim, teste Socrate, sagittarum dicuntur, qui pulchri etiam vulnerat à longinquo.

Josephum petulantis mulier deperivit Aegyptia, ipsa quoque perijt, & servi domina famulari incipiens affectibus fœdissime in luxuriam præcipitavit: *Dormi mecum*: Joseph per singulos dies molestatus à fœmina, à libidine non incendiatur, *Ille recusabat stuprum*. Quare Joseph inter carbones ignitos non ardet? Quare à fœmina per singulos dies sollicitatus non labitur, cum fœmina ad nullam adolescentis instantiam fracto pudoris fræno fœtido voluteret libidinis cœno? Rationem reddit textus: *Injecit domina sua oculos in Joseph* non legitur de Joseph quod oculos fixerit in Aegyptiam, ideo castitatem illibatam servavit sollicitatus, & à fœmina provocatus, qui oculos custodivit, cor mundum & animam puram servavit; Fœmina autem injecit oculos in Joseph ideo amavit ardentè, quia ubi in venustatem adolescentis lumina vertit, retibus, quæ pulchritudo solet expandere, prehensa est, ubi vidit amavit lascive, ut inquit enim Nazianzenus. *Oculus lascivus virginitatem non servat*. Ideo furibundum veteres dicebant amorem quia cum per oculos in animam subierit, & suo dulci veneno infecerit, homines vecordes reddit, quos cupiditatis jactatio de animi sede, & ratione deiicit, per oculos enim amor, & per amorem ratio eberatur: Apud Romanos oculatissimos vocabant, quos singulari amore prosequerantur, & *plus oculis amare* erat idem ac ardentè amare, Quod etiam in amore sacro verificatur.

De Angelis, inquit Christus, Dei sine morula intermissionis semper videre faciem. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei*. Accedit Rupertus & inquit Angelorum amorem Dominum descripsisse: Quare non dixit Christus Angelos Dominum dilexisse, sed videre faciem divinam? Quoniam *qui videt non potest non amare* inquit Rupertus, satis explicavit amorem,

26.  
Qui retinet  
præsentiam  
divinam  
interceptam,  
Deum amat.

rem, cum visum oculorum expressit; idem enim est oculos figere in Deum, ac amoris exardescere flammâ, visum enim subsequitur amor, quia oculi sunt duces amoris, hic illorum est partus; primum enim visus quatitur oculorum, deinde voluntas in amore profano impurissime captivatur: Unde oritur pœnam peccati, quæ mors est; primos oculos perferre, primi namque primum perpetrarunt scelus, nam quia vidit mater viventium lignum, deliquit. *Vidit igitur mulier*, per oculos primæ mulieris in Protoplastos crimen intravit, & inde innumeræ pestes in humanum genus exuberarunt, ideo ut communis fert medicorum opinio oculi primi moriuntur, quia qui fuerunt priores in crimine, prius mortem subire debent, quæ est stipendium peccati.

Cæsariem, oculos simul & libertatem jactu unico perdidit fortissimus ille Samson; dubitat Paulinus utrum Samson luminibus captus desideraverit oculos? Respondet non appetisse; Quare Samson cœcitatatem non sensit? quare sicut capillos, oculos à Deo non postulavit? *Forstian*, inquit, *Samson receptis propter futurum mysterium criminibus, reciperet simul ut amiserat oculos, ideo non desideravit, quia virtus illa internis sana luminibus corporeo non indigebat obtutu.* Expertus erat Samson maxima quæ bibisset oculis damna, quia namque sceminam vidit, deperivit & periit, numquam magis in interioribus cœcus, quam oculos in fallacem sceminam figens, numquam magis internis luminibus videns quam cum exterioribus captus, ideo noluit oculos exteriores habere, ne iterum cœcicaretur, cum videbat mulierem, cœcutierat sceminæ amore profano, dum lumine caret, perspicacius intuetur interius, nullus enim in faciem sceminæ lumina venit, quin periculosius cœcutiat, laqueis irretitus, quos amor profanus parat. Unde Democritus ut inquit M. Tullius excecavit se ipsum, ne à cupiditate sceminæ vinceretur: *Ideo quod mulieres*, inquit Tullius, *sine concupiscentia aspicere non posset, & doleret si non esset potitus, excecavit se ipsum.*

*In oculis*, inquit Plinius, *animus inhabitat* ideo nullus est sceminarum appetus sine animi perturbatione, & domestico bello. Philost. de vita Sophist. de Isæo inquit, quod interrogatus an

mulier quæ erat in ejus conspectu pulchram iudicavit? respondit: *Desi laborare ex oculis*, ne illius quidem vultum vel tenui oculorum conjectu intueri voluit: Quis non miratur inter spurcitiis civium sodomæ castum & mundissimum Lothum? Dina bene morata, in domo Jacob quæ schola virtutis erat, honestis moribus educata, & tamen virginitatem violavit; Quare Loth inter Sodomorum infamia scelerâ degens illibatam pudicitiam servavit, & Dina inter fratres domi modestæ servata labe libidinis tabuit: Rationem reddit textus: *Egressa est autem Dina filia Lia ut videret*, Dina curiositatis prurigine concitata oculos nõ frænavit, exiit ut videret, per visum intravit damnum, unde violaret virginitatem, Loth autem ut inquit Hieronymus inter tot scelera ad turpidinum fœdum conspectum oculos compescuit, visum frænavit, ideo inter libidinis flammâs modestia cõservavit illæsum; *Visu & auditu justus fuit, & inter pessimos postus mala eorum oculis averfabatur.* Ab oculis ergo majora procedunt pericula castimonix immunitia: *Alia quoque omnia mala agentes pollunt non videntes, vel audientes*, inquit Salv. lib. 6. de Guber. Dei. *Sensualitatis autem delictum visum præcipue polluit.* Refert Plutarchus in Alex. Mulieres Perficas formosissimas egrotudines oculorum vocari, quia per illas amor ingrediens animum obturbaret & sicut ad conspectum basilisci cadit præda, sic setæ oculorum sagittæ sunt, ad quorum visum animi cadit libertas, idemque est videre & fieri ipsum intuentem prædâ, & conspectæ venustatis spoliolum ad instar leonis de quo Plinius lib. 8. c. 16. inquit, quod *omnis vis constat in oculis* sic tota infirmitas nostra sita est in luminibus, à quibus in cor tabiferum effluit venenum; hoc sibi haurit, qui oculos in sceminam iniicit, sagittas cordi infigit, qui sceminæ aspicit venustatem.

Hinc colligi valet alie in animo insculpendum esse, aspectum non intendere in pulchritudinem, hæc enim incredibilem vim habet ad animos delinendos, ut inquit enim D. Basilius scemina ut magnætém in ferrum, sic à natura vim inexplicabilem adversus matres accepit; quæ illicit ad communionem voluptatis, unde à Prænico muliercula illecebrarum amatoriarum in-ventrice, quam fœtidissimi Nicolaitæ

Oculi prius  
in homine  
mortem  
subeunt.

27.  
Fractus  
visus.

venerabantur, pulchritudo nomen accepit; unde quia lapsus oculorum impuratum est vberimus fons ne purpureus castitatis cruor fundatur, primum frænandus est: *Esote ergo prudentes sicut serpentes*, Dominus præcepit Apostolis; quare à sanctissimis viris calliditas est æmulanda serpentis, qui toties columbæ suasit æmulari candorem, & veritatis simplicitatem amare? D. Ambrosius inquit Christum consulere nos imitari serpentem *in renovatione animæ*. Quare velut serpens præcipitur juvenescere? aquilæ renovationem esse imitandam facile creditu esset, *Renovabitur ut aquila* sed velut serpens? Utrique: Quoniam ut Aristoteles tradit, serpentes cum volunt deponere vetustatem, *incipiunt ab oculis* deinde caput, tum reliquum corpus exuunt; Hoc ergo præcipit Deus: *Esote prudentes sicut serpentes* quod in animæ renovatione ordinem imitemur serpentis, quod si in Christo juvenescere, & renovari velimus, veteribus Adam depositis exuviis, ab oculis incipiamus, oculorum sit timor Domini custos ut fidelis Janus, claudens & aperiens prout honesti poposcerit ratio, *Incipiunt ab oculis* quia ab oculis animæ incipit languor, ideo oportet ab oculis renovationem cœpisse ideo Job ut se omnium affectionum exhiberet victorem inquit: *Pepigi fœdus cum oculis meis, ut ne cogitarem quidem de virgine* nervos cunctos oculorum elisisse, & curiositatem domuisse, unde erumpit impudicitia, ne dimitterent in animum cogitationes minus honestas: *Ut ne cogitarem quidem de Virgine*: quia aspectus oculorum in foeminam est funestissimus animæ.

Verum si mari videnti foemina correspondeat aspiciens & radium luminum urentem in contuentem injeccerit, tunc amicum inter se bellum cupidines movent arcu, & sagittis armati, & mutuis se telis perunt, quæ prima est pugna lasciviæ, & ludus amantium, primi ergo oculorum jactus sunt amantium primitiæ lethales, qui non tam poma, quam retia ad invicem mittunt. (Apud Græcos *petere poma* idem est, ac ad venerem allicere, quia Veneri pomum erat dicatum) Oculi ergo assidue frænentur, ne contingat se mutuo videntes tunicam molestant inurere, qua diu crucientur: Duos

Cherubim ex afflatu divino Moyses in tabernaculo collocavit, sed sacer textus advertit se Cherubin non respexisse, sed *versis vultibus in propitiatorium*. Quare Cherubin propitiatorium respiciunt? Quare singuli vultus avertunt ne se respicere possint? Quid periculi oculis imminet Angelorum? Quare se mutuo non intuentur? Ratio est: quoniam inquit Arias Montanus Cherubin illos maris & foeminae speciem prætulisse, Cherubin unus viri, alter mulieris habebat, ideo ergo noluit Moyses Cherubin unum alterum respexisse, mutuoque avertere vultus, quamvis enim Cherubin sint, videtur (moraliter loquor) periculo non carere utriusque mutuo oculorum aspectus, quia unus vir, & alter foemina apparet, sic inter utrumque sexum noxius est, & periculosus oculorum aspectus; *Versis vultibus* ut discant homines timere, & pavere, quamvis pacificatione passionum non tam homines, quam Angelos se crediderint, quia nihil periculosius lapsu oculorum mutuo se amantium, quia blandientium oculorum acies fit telum barbaro omni crudelius, quo amantes dum mutuo vident & rident, retrum sibi venenum miscent, & ludibundi se amantes perunt & pereunt: Non satis est foeminam amasio non consentire, si blande respondeat, & videat, æmuletur Margaritam, quæ virginitatis est symbolum, hæc enim non solum laet in undis, sed si manum piscatoris appropinquantem respiciat, fortiter clauditur intra concham, & defenditur accurata clausura, quod si illam tangere audeat, inimicam quoque manum teste Plinio, si forte comprehenderit, amputare contingit. Ad verbum minus honestum foemina exiliat, oculi fulmina vibrent, & si manus audacis temere attingat amputet manum, aliter si rideat ad impudentiam, si oculis ludat, aquilo lasciviæ marcescere faciet florem speciosum virginitatis & pudicitæ.

Mulierem deprehensam in adultério ad Christum Dominum Pharisæi adduxerunt: *Hæc mulier deprehensa est in adultério*; verum divinus Magister ut pronunciaret sententiam, *digito scribebat in terra*. Quare de crimine non interrogavit mulierem? Cur testium depositio

depositionem non trutinat, ut nosceret quanta foret fides delatoribus adhibenda: Quare scripsit in terra, cum nunquam Christum Dominum nisi nunc scripsisse referat Scriptura? Scripsit ne oculos in foeminam figere posset, ideo advertit Evangelista inclinasse se, oculos habuisse demissos, ne suis oculis respicere posset mulierem, ut nos doceret mulierum aspectum summa cum diligentia fugiendum: *Effusissimo cursu* inquit Isidorus Pelusiora fugiendum mulieris aspectum, quia non minus periculi est, quam à Crocodilo Ægyptijs canibus; qui si quando siti æstuantes necesse est à Nilo capere aquam, non nisi currendo bibunt, cum minimam etiam moram exitij plenam esse fuerint experti. Sic oculi foeminæ velocissime sunt fugiendi, cupido namque usus oculorum vehiculo rotat subito facem, & per omne cor spargit incendium.

Fugit domum Abraham Agar à Sara despecta, in eremum iter arripuit, ubi in terra deserta invia, & inaquosa summis undique laborabat angustijs, filius suus præ siti jam deficiebat, ipsaque prius è vivis migrare desiderabat, ne puerum coram oculis mori videret: voces attollebat in coelum, terram lacrymis, & suspirijs aërem implebat, sic inter angustias undique constitutam solatur Angelus, dulcedque puero attulit refrigerium: Cum autem Agar spiritus Angelici beneficium referret; sic inquit: *Vidi posteriora videntis me tergum vidi ejus qui in afflictionibus constituta largiter mihi succurrit, (videre aliquem apud Scripturam idem est ac subvenire)* Quare non inquit Agar Angelicam faciem vidisse? Quia Angelus tergum Agar habebat obversum com loqueretur, loquebatur ut instrueret, sed non respiciebat, non faciem, sed tergum vertebat, quia Angelus assumpserat corpus humanum, ideo ne contagio contaminaretur mulieris; vultum avertit, & habuit tergum foeminæ obversum, ne illius respiceret faciem; & homines simul doceret, quantum periculi aspectus mulieris habuerit: Poetæ Græci mulieres pulchras *bellicopidas* vocant, quia flagranti luminum obtutu veneris que pupillis, quæ in media pulchritudine lucent, aliorum in se oculos trahant, & in mortem fascinent.

O quantum animum vagantes oculi mutant, qui pace fruebatur tranquilla, repente perferit undique bella, æstum inexplicabilem patitur, & cunctis sensibus perturbatis *perenni agitur fluctu* inquit D. Basilus homo non videns. Ut omnia dicam, à se differt omnino cum oculos videns affligit: Aperuit oculos Christus Dominus cæco, & cum omnes trutinare volunt prodigium, dubitant de identitate personæ: *Alij dicebant, quia hic est, alij autem nequaquam*: vocant parentes, ut testarentur an ille homo esset filius eorum? Quare ignorant, quem antea cuncti nocebant? Quomodo dubitant de homine novissimo cunctis? *Aperiti oculi vultum mutaverunt*, inquit Beda, antea homo ille cæcus nihil videbat, oculos clausos habebat, & alius visus est, cum apertis oculis incedebat, sic homo non videns à se vidente distinguitur; animus enim exterior in exteriora explicatur; Ubi enim per oculos ingressæ amatoris formæ, illico commoveretur, nullibi quietens, semper turbatus & oculis omnium penitus apparet distinctus, species namque mulieris per aspectum ingressa sic alte animo inhaeret, ut evelli nequeat imago, quam non Parrhasus quispiam, aut Timantes, sed ipse formavit Cupido, pictumque in imagine simulacrum ut catenas durissimæ servitutis ubique circumfert, ut cecinit Lucret. lib. 4.

*Conveniunt simulacra foris è corpore  
cuique*

*Nuncia præclari vultus, pulchrique  
coloris*

*Qui ciet irritans —*

Quæ paulo post idem pabula amoris (melius diceret mortis) appellat; O summam hominis infeliciter; sicut ij namque qui perspicilijs utuntur viridibus, nil nisi viride vident, sic illi nil vident, nil audiunt, cui non amacula penicillo amoris velut colorem adjiciat, ut quæ memoriam, & omnes animi & corporis partes commoveat.

Nec sufficit dicas numquam bibisse per oculos terrum venenum, ideoque posse agere in usu oculorum liberius; *Xerxem* namque, quem non ad amorem pellexit Indica virgo, non tiarata Medica, non mitrata Chardonice, non armata Carica, non Jonica delicata,

28.  
*Securitas  
falsa.*

non Helleſpontia mulier, impurus amor in Amaſtrim filij uxorem immiſit, quia oculos in eam figit laſcivos; Nullus præteritis quiſquam fidendum putet: Hominem ſic imprudenter ſidentem comparat Onagro Jeremias quem vane ſecurum contingit perire. *In menſtris ejus invenient eam* Jerem. 2. v. 24. Chaldaus vertit; *in tempore ſuo* alludit ad Onagri conſuetudinem, de quo Rabbi Salomon inquit undecim menſibus anni vigilare, ſed unico tantum dormire, ſed illo capi ſolet. Quid intererit, quod abhinc pluribus annis quis oculorum non patiatur perniciem ſi incaute eorum lenocinio prædatur? Quid, quod oculi fuerint vaſa honeſtatis, & ſpecula pudicitia, in quibus Dei ſola reluſcebat imago, ſi nunc mollium nidi voluptatum, diverſoria luxuria, & vitiorum ſunt promptuaria? Unico temporis puncto poteſt evagari velocitas oculi, & offerre irribiles formas, ut inquit Laſtantius unde concupiſcentia hinnientibus veſta bigis aureo in pilento glorioſè triumphet.

*Nec femina affines videnda.*

Oculorum autem cuſtodia tam ſeria, exactaque oportet eſſe, ut ne in affines, aut propinquas debeant intendi, imo cautius illis curandum; Amnon namque Davidis filius captus fuit in ſororis aſpectu, coque lethali vulnere fuit cruentatus: vidit Rebecca Iſaacum, & inquit textus quod illico faciem tegit, nolens videri, *Tollens cito pallium operuit ſe*. Quare revelata facie coram tot exteris incedebat, & viſo Iſaaco faciem velat, & velamine tegit? Quoniam ab alijs curioſus poterat non videri, Iſaac autem maritus futurus & liberius cerneret forſan, & conſanguinei licentia frequentius, ideo dum in domum non recipitur velut uxor, plus formidavit ab illo, quia qui cupit eſſe ſecurus, tutioribus oportet diffidere: Hinc ruina filiorum Seth, quia pulchritudinem filiarum hominum incaute viderunt.

\*\*\*

### §. I V.

#### *Pulchritudinis caſtitas periculofa.*

**N**ON facile cuſtoditur inquit D. Hieronymus, *quod plures amant, & in quo totius populi vota ſuſpirant*. Ubi refertur Joſephus facie decora, illico invenitur per ſingulos dies à domi-

29.  
*Pulchritudo periculis expoſita.*

na ſua ſolicitatus, & ad perniciem luxuria varijs artibus provocatus. Vix Angeli Sodomorum civitatem intrarunt, cum in Angelos tota civitas concitatur, & ni oſtium Deus divinitus occultaret, in Cœleſtes ſpiritus auderet cohors accolarum laſciva. Unde hoc, quia oculis eorum ſpecioſitas Angelorum apparuit, venuſtate ergo præclari, quamvis Angeli, videntur periclitari.

Difficile autem pulchritudo ſtorem caſtitaſis ſervabit, niſi præſidio fuerit ſanctitaſis munita, nec hæc ſecura niſi fugiat oculos ſpectantium, ſicut manifeſtos prædones, ſicut enim ut inquit Nilus Mulierum conſpectus ſagitta veneno illita, quæ ferit animum, & venenum immittit, idem ſcœminæ hominum erit aſpectus, ſi circumſpecta non frænaverit oculos, & in angulis domus non deliteſcat, ſi celeri potius quam videri non ſtudeat, à V. B. magiſteria caſtitaſis accipiens: de qua inquit Lucas *Miſſus eſt Angelus Gabriel ad Virginem deſponſatam*: Alia verſio legit *Ad Virginem abſconditam*, ut diſcant ſcœminæ nullam pulchritudinem caſtam ſervari, quæ non fugiat oculorum aſpectum, nullam pudicam, quæ provocet intuentes; quibus accumulet flammas libidinis de pigmentarij pulveribus acquiſita.

Juditha cœlitus ſe ipſa formoſior egreditur de cubili, ut ad caſtra Aſſyriorum ſe verat, ante Holofernis faciem ſubintrat, ubi viſa illico illum pulchritudine ſubjugavit, oculis Judithæ irretitum, ad Holofernem autem ebrietate ſopitum pugione è lecto pendenti decapitavit. Redijt triumphans ad civitatem, & coram præbyteris, & ſenioribus populi exclamavit victrix ſtrenua Bellona: *Fruit autem ipſe Dominus, quoniam cuſtodivit me Angelus ejus, & non permisit me ancillam ſuam coinquinari ſed ſine pollutione peccati revocavit me vobis*. Quare ſcœmina tam eximie virtutis, & caſtitaſis, quæ ſic ſervaverat viduitatis vigorem, juramento illæſam pudicitiam affirmat? quis adhuc uſtus temeritate contra pudicitiam auderet aliquid ſuſpicari? inquit D. Auguſtinus. Rationem reddit textus, quoniam cum veſtimenta honeſta viduitatis exueret, faciem & corpus ornavit, quis ergo animadvertiſſet Juditham pigmentarij pulveribus comptam, ve-

ſibus

stibusque profanis ornari, qui statim contra ejus castitatem aliquid sine temeritate non judicaret: *Lavit corpus suum, & unxit se myrto optima, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se vestimentis jucunditatis suae,* sceminam ergo quæ sic faciem suam pinxisset, & profanitatis vestimentis se ornaret, nullus crederet illibatam pudicitiam servasse, nisi juramento firmasset; O quam parum contulunt sceminæ suæ honestatis honori, qui modestiæ velum rumpentes, faciem varijs pigmentarijs depingunt, ut spectatores sollicitent, profanis vestibus amanti ornari, ut à cunctis videantur & inuranti, de prædari desiderat, qui thesaurum publice portat in via, scemina ergo quæ pulchritudinem publice manifestat, vel venalem cupit reddere pudicitiam, vel appetit de prædari, solum recondita splendet gemma pudoris, castitatique margarita. De hac inquit Plinius, quod prope undas nascitur concha, roreque cœli perfusa concipit gemmam, sed ut perficiatur, & pretiosa efformetur, in profundo; imoque pelagi se recondit: Solis radios effugit gemma, ne de pretiositate aliquid contingat amitti, castitas pretiosissima est margarita, sed ne vilescat, neque pœnitentia deperdatur violata, etiam Solis radios fugere oportet; solum namque intra concham, domusque parietes inclusa illibata servatur pudicitia, & quo magis recondita eo magis pretiositas splendet; Sed quis non videat, quot laqueos pudicitia speciositas, & venustas pariant ut inquit D. Bernardus ser. 6 *Ubi magnitudo gratiarum ibi magnitudo discriminum,* quot oculos pascit, tot suspicetur latrones.

Quod ergo de sceminis formandum erit iudicium, quæ diu, ex animique proposito mercantium more vultum veluti publica scena offerunt juvenibus spectandum, & amictum corporis totius affectant? Amant quidem à se abicere pudicitia dominium, quia nil castitati est hostilius, quam mollissimus cultus, & delicata pompa vestimentorum, quæ vel etiam v. sa, & usurpata oculis magnam vim habent ad titillandum affectum, & fores castimoniam veluti ariete convellendos. Sericæ vestes in sceminis atque purpureæ, aurum artificiosè compositum, aut in digitis

fulgens, inquit Cresolius, aut in cervicibus radians, aut in amictu scintillans; gemmæ insignes dulci nitore blandientes, & pretio gloriosæ, difficile dictu est, quam varia retia connectant, quibus tam sceminæ illorum pompa adornata, quam juvenes molles & delicati irretiantur ad cladem: *Nullum magis scandalum,* inquit Tertullianus, *occurrit, quam ille ipse virorum ac mulierum accuratior cultus.* Quid aliud est decor ille muliebris pictus venustate curiosa, artificioque expositus, inquit idem, quam conficta & elaborata libido: cum ad pruritus venereos, & obsecanos excultus, & luxuriam incendere videatur. Quid cum pudicitia pulchræ mulieris calantica, capitique accuratus ornatus? Quid collare multiplici ruga distinctum? quid dextrariola, fulgentia monilia, murænula aureæ, nisi theatrum, in quo luxu dominante pudicitia in discrimen versatur? Vide quantis periculis exposita sit pulchritudo, tot, quot vitijs adest stipata, ut inquit Ovid. lib. 1. *Fast.*

*Fastus inest pulchris, sequitur superbia formam*

Juvenalis Saty. 10.

— *Rara est adeo concordia*

*Formæ —*

*Atque pudicitia —*

Ex superbia, & vanitate, quæ solent pulchritudinem comitari, oritur periculis esse expositam, nulla namque vel, hinc luxus, hinc suboriuntur libidinis flammæ, quibus exoritur impudicitia.

Cum ad regem Gerare fama venustatis Saræ pervenisset aulicis commendantibus, pulchritudine mulieris illectus eam sibi in uxorem copulari gestiit. *Misit ergo Abimelech rex Gerare, & tulit eam:* per somnium autem Dominus illum deterruit; ut marito redderet illibatam uxorem; immunitatem tradidit Saram Abraham; & mille argenteos donavit, ut illi compararet oculorum velamen; *Eccè mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum.* Quo tendit liberalitas regis? ultionem sumpsit de Sara, inquit Cajetanus, rex Gerare dum argenteos liberaliter Saræ donavit, ideo

nt

16.  
*Mollis vestimentorum  
cuius hostis pudicitia.*

31.  
*Fœmina  
difficile  
pulchritudinem  
tenuem te-  
gunt.*

ut castigaretur donavit marito, ut emer-  
ret uxori velamen. *Fuit castigata* inquit  
Cajetanus ibi. Sed ubi apparet supplicium?  
Quoniam damnavit pœnæ  
velaminis, quæ fœminis est crudelissi-  
ma, Sara namque pulchritudine fulge-  
re credebatur, ideo rex ut lumeret de  
Sara vindictam, ipsamque rigore pun-  
nirer, velamen, quo faciei tegeter ven-  
ustatem, marito tradere voluit, nul-  
lum enim diuis excogitare valuit Saræ  
supplicium, quam cogere venustatem  
illius incedere in posterum sub velami-  
ne rectam: *Hocerit tibi in velamen* ideo  
non Saræ sed argenteos donavit mari-  
to, Sara namque vel rejiceret præter  
fœminarum cupiditatem innatam, vel  
in alios converteret usus.

Et quidem difficile deponitur pul-  
chritudo. Christus Dominus fuit exem-  
plum paupertatis Christianæ, vitam  
animose despexit, voluit autem descri-  
bi à Propheta venustus. *Speciosus forma*  
ut indicaret facilius ab hominibus con-  
temni diuitias, & vitam, quam velle  
pulchritudinem deformari; Quid ergo  
dicemus de vano fœmineo sexu?

Ex anxia cupiditate, qua fœminæ  
vigent, vagandi, periculosa ietia pudori  
suo laqueosque expandunt, dum-  
que videri cupiunt, conversari assuetæ  
verecundiam exuunt, pudoris frænum  
sensim deponentes, hinc lascivia, hinc  
impudicitia emergit, nam si animalia,  
inquit Peulius, utcumque fera natura  
hominum consuetudine assuetæ pal-  
panda se dedunt, multo magis fœminæ  
suapte natura non feroces solum, sed  
in sanæ, sicut impudentes impudicæ, &  
lascivæ: Difficillimum autem fœmini-  
nis præsertim venustis est se juvenum  
conspectui furari, & intra cancellos  
domus recludi, quæ vagari suapte na-  
tura desiderant, & illinc ictus lethales  
patitur pudicitia. Opem à Domino  
Chapanax implorabat, ut filiam suam  
dignaretur à Dæmone liberare: *Filia  
mea male à dæmone vexatur*. Basilii  
Seleucensis exponens huiusmodi lo-  
cum, mysterium recognovit in ver-  
bis, visum illi superflue appositum ma-  
le, quis enim bene cruciatur à diabolo?  
Quis non male vexatur? Ut quid ergo  
male à dæmone filiam vexari tradidit  
Chanaxa? Rationem reddit. *E domo  
exiliens urbem pervagatur*. En perni-  
ciosa vexatio, eam concitabat ut è do-  
mo licenter egrederetur, & per cam-

pos vāga libere cum juvenibus se com-  
misceret, ut pudicitia plurima vulnera  
pateretur, ideo inquit male à Dæmo-  
ne filiam suam vexari; quia vāga cum  
esset castitas læderetur, quo pejus nul-  
lum damnum diabolus posset fœminæ  
inferre.

Hanc autem vagandi cupiditatem  
ingenitam esse mulieribus experientia  
testatur, unde idem est illis recludi, ac  
decedere è vivis: Votum vovit Domi-  
no Jepte de immolando, & in victi-  
mam sanguine primi effundendo qui  
occurreret in domum suam revertenti  
victori: *Quicumque primus fuerit egres-  
sus de foribus domus mea, mihique occur-  
rerit revertenti eum holocaustum offeram  
Domino*. Cumque occurreret illi unige-  
nita filia, secit ei Jepte sicut voverat.  
D. Augustinus, Amb. Greg. Nazianze-  
nus & D. Hieronymus, imo & Toletana  
Synodus sentiunt Jepte filiam inter-  
fecisse: Verum Vatablus, & Lyra  
credunt, & sentiunt mortuam non fuisse,  
nec ex vi voti mortem subiisse; Sed  
quomodo tam eximij doctores Scri-  
pturæ, & Patrum communi opinioni  
reclamant? Quoniam salvare credide-  
runt Scripturæ rigorem, quia ex textu  
facto solum innuitur filiam Jepte mor-  
tem subiisse, hoc autem asserunt Vata-  
blus, & Lyra, quia fœmina ista mor-  
tem perpeffa est, sed vitæ spiritum non  
amisit: Sed quomodo hæc? quoniam  
fuit perpetuo *reclusa* inquit Vatablus,  
ideo mortem filia Jepte passa est, quia  
fœminæ perinde est recludi, ac mor-  
tem subire, ideo filia Jepte in solamen  
lethalis, & gravissimæ pœnæ, poposcit  
ut per parentem liceret mensibus duo-  
bus vagari, antea quam reclusioni de-  
deretur perpetuæ. Sic explicat mor-  
tem filia Jepte David Kimhi, de quo  
nos Gen. 9. (Fecit ei domum, & intro-  
duxit in eam, atque ibi remansit seclu-  
sa à filijs hominum) Quod ergo dirius  
mortis martyrium fœminæ valuit ex-  
cogitari quam non invisere homines,  
nec ab illis posse videri? ideo mortuam  
filiam Jepte reputarunt Lyra & Vata-  
blus, licet non fuerit jugulata à paren-  
te, quia apud fœminas dirior mors ha-  
betur reclusio, quam spiritus exbalat-  
io, & à corpore illius recessus.

327  
Fugit cu-  
piditate  
vagandi.

332

## §. V.

*Cum mulieribus periculosum commercium.*

34

**I**N fœminis si per se considerentur vidimus nihil esse quod dignum amore videatur, cum in illis sint frequenter mentis imbecillitas, levitas, & inconstantia. cogitationes ludicræ, & ingenita stultitia; propter quæ Romani semper habere tutores, quasi tota vita forent impuberes, voluerunt. Si matrimonium ineunt, non citius pariunt sobolem, quam viris injuriam, & ingentium molestiarum moles, Cadmeo campo simillimæ, unde pro factura gratiosa armati è serpente furiosique nascuntur. Verum ne mulier, inquit D. Basilii, adjutorio destitueretur, sic illâ Deus effinxit, ut esset masculo tota illecebra voluptatis, violentisque stimulis, & Dædaleo veluti artificio ad fœtus per se pertraheret, sicut enim in magnete lapide naturæ arcana vi ad se ferrum pellicat, ita & fœmineum corpus adversus masculum vim inexplicabilem habet ad mulcendum, & deliniendum ejus animum, & injectis velut vinculis ad se pertrahendum: Unde ab Homero Venus dicitur *dolos metens*. Sic describit Ctesolius fœminæ potestatem in viros; & mirabile philtrum, quo velut dulci veneno eblandiuntur, & sopiunt generosos hominum sensus, & sapientiæ haud raro illudunt, & calathos muliebres venerari cogunt.

Hinc facile colligi potest periculosissimum esse ubique mulierum commercium, quod passim experientia testatur; Quot juvenes culicibus similes, qui circumcandelam volitant, & alas tandem comburunt, elegantem fœminæ formam ambiunt, & circumvolitant flammam, qua miserime pereunt; Ut Ovid. Met. lib. 8.

*Cupiuntque suum reperire periculum.*

Quantos, inquit Cyprianus, leones domuit una muliebris infirmitas delicata? Samson validus, & fortissimus vir leonem inter manus discerpit, sed à fœminæ amore captus periit, quoniam licet vineula solveret hostium, sed sua-

rum cupiditatum nexibus irretitus permansit, messes incendit alienas, & unius ipse igniculo mulieris accensus, messes suæ combussit cunctas virtutis, & in hostes bellator strenuus, fœminæ factus est infœliciter præda & spoliium. Unde illud.

*Lenam non potuit, potuit superare  
lexnam  
Quem fera non potuit vincere, vicit  
bera.*

Hercules, qui Basiridem in Ægypto ferocientem Antæum in Mauritania invictum, in Hispania Geryonem, in Thracia Diomedem superaverat, qui Leones, Hydras, Cerberum domuerat, cum Lydiam venisset uno mulierculæ alloquio fractus, virtutis antea memorem omnem abiecit, & leonis pelle abjecta, & robore ejurato, se ut mancipium in mulieris dominatum contradidit, ut serviret libidini: Fœminarum autem hoc lenocinium, quo ad nocendum proclivius, eo ad repellendum est difficilius; subtiliter intrat, perperitus serpit, mentem occupat, & nisi subito repellatur incendit dum allicit, & interim cum mulcet, non vincitur lecta, sed superatur non imbelli, sed fortissima fuga.

Experientia periculum David penetraverat, qui inclytis olim facinoribus spectabilis jugo impudiciæ submisit collum, & fœminæ blandientis recognovit imperium: Cum autem lacrymis rigaret stratum, plangeretque delictum, sic inquit: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, In rivis aquarum descenderunt oculi mei* legit D. Ambrosius. Quare fonti aquarum perenni lacrymas suas non comparavit David? quare rivis; & fluvijs? Rationem reddit Climacus, quoniam duo plangebatur delicta, homicidium, & adulterium lacrymis delere cupiebat, ideo non fontem, sed rivos lacrymarum, & hos distinctos poenitens David emittebat; ut sine præjudicio castitatis ploraret; sed unde præjudicium hoc castimonie? Ratio est, quia aquæ à fonte manantes, scaturiunt mixtæ, & sine ordine distinctionis, ideo plorans homicidium & adulterium; non fontem lacrymarum emittit, in quo lacrymæ miscerentur, sed plangit effusus in rivos, ut per distinctos meatus lacrymæ plangentes piaculari

piaculum homicidij transcurrant, ac per quos instillarentur lacrymæ adulterium plorantes, ne lacrymæ quibus homicidium deletur, lacrymis immisererentur quibus libidinis crimen deplorabatur, sic enim contagiosè serpit libido, ut etiam lacrymæ, quibus homicidium ploratur, periclitari videantur, si non separentur à lacrymis quibus plangitur adulterium: Si ergo periclitari lacrymæ timent, quid non formidandum est sanctissimis viris? Stipulam siccam Job hominem appellavit, & femina est flamma, quis ergo stipulam approximabit candelæ sine evidenti periculo incendij? Optime Nazarenus.

*Nec tantum est stipulam rapida committere flamma,*

*Nec bene cum solo clauditur agna lupo*

35.

Quis ergo inconsideratè temeritatis, & audaciæ non erit reus, si vane securus tantum periculum nihili faciat, & mulieres frequenter invitat, & sæpe confabuletur? Verum hanc familiaritatem viscum toxicatum D. Cyprianus appellat, quo diabolus aucupatur, nam si quis dicat ex continuo colloquio, congressu, & convictu cum foeminis non admodum lædi, eum pronuntiat D. Basilii aut non esse viri naturæ participem, aut esse portentum quoddam insolentissimum, & præter omnium opinionem admirabile, exclamatque ab ipsis foeminis *non secus atque ab igne cavendum*. Et merito quidem, cum non solum siccam disposiramque materiam devoret libidinis ignis, verum frigidam accendat, & in favillas usque reducat. In spelunca duplici sepelivit Saram Abraham, quæ duplici constabat sinu, ut inquit Lyranus: altero ut homines, altero ut foeminæ sepelirentur. Quare hoc? Non esset amoris solatium, ut quorum viventium fuit unum cor, eadem utriusque cineres reciperet urna? Ut caste uterque requiesceret, duplicem divisit sinum in spelunca, quia etiam frigida utriusque sexus cadavera, & gelidi cineres extitissent, sic rapidus est libidinis ignis, ut nisi requiescerent separata, possent timeri flammis voracibus ejus succendi. Quis ergo tam periculosa tentamenta non fugiat, qualia colloquia, & cum foeminis confabulationes frequentes? Si tot sacco

*Fugienda  
foeminarum  
colloquia.*

induti, & in continuis vigilijs degentes in montibus, à mulierum sejuncti consortio, inquit D. Chryostomus cõtra mul. coh. vix tamen perpetua usi duritia & corporis castigatione furiosum impetum concupiscentiæ domare, comprimereque potuerunt, quomodo tu inter choros foeminas positus, velut in ore, & faucibus belli, ubi caro, malusque dæmon in perniciem foderari struunt insidias, quorum ductu, & inspiratione mulier non invenusta, ore toto, atque oculis, corporis motu, & vestitu vocisque delicatæ mulcedine pudicitiam animi petit, & tentationes jaculatur, sine vulnere & noxa infractus & invictus evadet? Quis comburi non timeat, ubi cadavera succendi formidant? Quis ad conspectum disparis sexus non paveat, cum Joannes caput ad præsentiam impudicæ mulieris clausit oculos, non tam quia corporis erat defuncti, quam ne impudicam aspicere posset? Quis non contremiscat, si femina sancta coram inhonesti capite trunco timeat periclitari honestatem? Facinus Judithæ refert, phalerisque verborum D. Augustinus exornat, dicens postquam decolavit Holofernem Juditha. *Exiens foras, tradidit puella caput, & post pusillum exiit foras: Ecce castitas: Quid hoc? Quare usque adhuc non triumphaverat castitas? Nonne Juditha castimoniam non exhibuerat, cum comam complicit, & pugione Holofernem percussit cervicem? Quare Augustinus nunc solum pudicitiam extollit Ecce castitas quasi antea non fuisset castitas commendanda? Ealredo de Juditha inquit: Sancta Judith castitas ab Holoferne nec lædi potuit, nec tentari, Si ergo Juditham nec tentatio momordit, nec vivus Holofernes lædere potuit, quantum hostis devictus sanguine cruentatus, & sine capite truncus? Ratio est: quoniam Holofernes ad libidinem castissimam foeminam provocaverat, ideo etiam sectum caput Judith cautissime formidavit, nec credidit pudicitiam securam, cum caput contingebat exanime, ancillæ tradidit caput, & tunc castitas de libidine perfecte triumphavit. Ecce castitas sic namque est pudicitia: flos delicatus, sic utriusque sexus est periculosa conjunctio, ut etiam exanimis capitis malculi a proximata vicinia reddat*

reddat foeminam sanctam parum de pudicitia securam : *Ecce castitas*. Facile namque marcescit flos castitatis, lilijs Casimirus comparavit.

*Hac quæ virgineis nituntur lilia culmis  
Vnde verecundas explicuere comas:*

*Non generant similes Pastana rosaria flores*

*Nec simili Pharius messe superbit ager.*

De lilio refert Martialis intra vitreum vas recondere consuevisse.

*Candida sic puro numeratur lilia vitro.*

Rationem reddidit vir valde eruditus D. Laurentius Ramirez de Prado in Mart. Ne scilicet facile ab aëre corrumpetur, ideo ergo lilijs virginitas comparatur, quia aëris cuiusque afflatu, auræque minus puræ in sufflatione corrumpitur, & marcescit, tanta namque naturæ imbecillitas est, quod nisi divino quodam cautionis genere castimonia muniatur, labefactari contingat.

Confirmet veritatē huiusmodi exemplar castitatis Judith; Cum de Holoferne triumpharet, secum adduxit spolia caput nempe truncum, & quo involueret conopeum: *Et absulit conopeum ejus à columnis, & evoluit caput ejus truncum.* Sed quare caput, & conopeum numerari voluit inter spolia, nec aliud de Holoferne voluit asportare thesauris. Ratio est, quoniam caput, & conopeus ab officina libidinis magis distabant, conopeus namque caput thalami erat, & longius in illo ab impudico distabat, caput hominis ab organo libidinis magis in corpore distat, ideo ergo in signum pro religione victoriæ spolia asportatura Juditha, supellecilia, quæ magis recederent à libidine, voluit reportare in Bethuliâ; quia non tam voluit debellare Holofernem, quàm castitatis illibatae adducere secum trophæum: in libidinis autem prælijs militaris disciplina est recessus: ut inquit D. Augustinus, *Cum cetera vitia pugnando vinci soleant, sola libido est, quæ fugiendo potius quam pugnando superatur.*

Cum Elias tot vexatus angustijs jam imminencia pericula tolerare non posset, vivere cœpit ædere; desiderabatque mori: *Petivit anima sua ut moreretur; Tolle animam meam.* In hac opportunitate Propheta cum Jezabelis minas audisset, & capiti insidari compertum habuisset in eremum se cœfugit, ne in manus iraræ foeminæ incideret, Quare Elias mori desiderans foeminam fugit ad interfectionem quærentem? Ratio est, quia mortem Elias sitiebat, sed noluit foeminæ

instrumēto illam subire, Jezabel namque impudica erat, ideo fugit quia manus foeminæ etiam interficientis periculum ingerit casto, ideo mortem poscebat à Deo, sed venientem à foemina formidabat Elias, quia quamvis triumpharet succumbens gladio, inter triumphum ubi foemina intercedebat, timuit castitatem periclitari, quævis namque foeminæ lascivientis vicinia quasi sordescens fugienda est; Princeps Crispus Faustam reginam, quæ ipsum ad complexum quærebat, castissime fugit, & tamen queritur contactu invito cœdatum.

*Licet impudicos solverim amplexus  
pavens*

*Et sedâ fugiâ tectâ sum sudus tamen.*

Præstantius igitur sibi credit in victus Elias purum conservari fugiendo, quàm vincere morti succubens, ne manus foeminæ jugulâs cum discrimine castitatis cœringeret caput, ideo Elias qui intrepidus regem reprehendit, mulierculâ fugit, & formidavit: Oprime Chrysologus ser. 150. *Bellicosus quod in bello fugit, artis est non timoris*, in libidine autem saepe cum fuga copulatur victoria, Joseph cū ab impudicâ foemina teneretur, tantum non veneris vinculis undique; captus fuga sola suæ pudicitia consului, palliumque dimisit, ut castitatis vestem servaret; fuga usus pro armis, inquit D. Basilus Seleucus, nudatur veste, ne nudetur à temperantia: fugit quidem sed ad bravium, pallium dimisit, & palmam adquisivit, non certavit, & triumphum meritus est, maluit cedere, quam cadere, ferocientem inimicum procul frengit, quem prope, cominusque pugnans sustinere vix potuisset.

Hinc sunt deridendi homines cœci, qui se cum mulieribus esse sine ullo detrimento conscientia jactant, aut dano honestatis, nec ullâ pati, aut sensum tranquillationem, aut castimoniam læsionem. Verum hos quis libidinis vino potatos non temere judicabit, luxuriæ namque natura ignea est, & absque sulphuratis cœcupiscentia acceditur fomes, hære autem juxta ignem & non vti impossibile est: Merito miratur Methodius in Olimpo Lyciæ monte ignem ex imo terræ in cacumine montis nascentem, juxta quem arbor erat *pyragus* vocata adeo florida, & vivens ac si nasceretur è fonte, magisque florere igne continuo afflatam; Hoc idem prodigium accidet illi, qui in medio incendij igne late, longeque furenti circumcinctus

36.  
Etiam interficientis  
foemina  
manus à  
pudico fugienda.

non uritur, & juxta igneas faces floret, ubi ferrum & adamantes in favillas reducuntur. Gen. 7. Cum Dominus universum pleetere decrevisset, & aquis diluvij cœcipientiæ lavare sordes, arcam ingredi voluit Noë & totam ejus familiam, inquit autem textus quod foris Dominus seras imposuit. *Et inclusit eum Dominus de foris.* Quare clausit Dominus arcam? Ne turpitudinem, quam aqua in genere humano lavabat, intra arcam forsan flueret, & Noë, ejusque totam familiam castè viventem pollueret; sicut quinq; civitatibus illis cœbustis Lothum adhuc fugientē est turpitudinem secuta cum filiabus incestuosè cœcubantem, si ergo aqua sordidā turpitudinem abluens ablegatur, ne justū sordere faciat, polluatque castitatem, quid de viro prudenter est cogitandū, qui juxta libidinum vaporata momenta, sic appellat Tertullianus, jacet sibi securus? Quis suavem percipiet anhelum juxta cloacam è qua voluptatum spiritus perflat?

37.  
Vocibus  
famæ  
aure. oc-  
cludendæ.

Quis securus muliebres confabulationes exaudiēs? cum Sæcti Patres passim clamitēt poëticiū imitadū Ulysem, occludendāsque aures, ne qua Syren in perniciē illiciat, & candorē animi cœtaminatione polluat. *Nemo*, inquit Valerianus Episcopus Cemeliensis, *insidiosis cantibus credat, nec ad ea libidinosa vocis incitamenta respiciat, quæ cum oblectant, serviant, cum blâdiantur, occidunt.* Nil ita castitatis nocet nitori, quā voces effæminatæ mulcentes, ideo sapiendas esse aures spinis docuit nos Sapiēs: Adamus, antea quam de ligno vitæ comederet Eva, inquit ipsam jam deliquisse. *Captas sic fatat ad aures.* Quomodo lapsa Eva antea quā ad arborē extenderet manū? Quoniam propitias aures aperuit serpenti, ideo ex tunc recognovit misera lapsum, femina namq; quæ fulmina nō vibrat in allicientē ad culpā, non tā periclitari, quā præcipitasse dicēda est. Hypolit<sup>9</sup> sic Phedra ad cœcubitū provocatē fugit à scelere immunis, quia exardescēs in iras femine lasciviēti respondit.

*Cur dextra divum rector, atque hominum vocat*

*Tua, nec trifurca mundus ardescit flamma?*

Emuletur femina si castitatem servare illibatam voluerit arborē, quæ vocatur *padica* quæ ut inquit Scalig. de subr. exerc. 181. appropinquante homine, vel animali ramos cœstringit, recedentibus pandit, necnō & illam, quā Appollodo-

rus *Æschynomene* quasi *pudibundam* appellat, eo quod admotam manū refugit cœtractione foliorū; Femina ergo quæ pudicæ desiderat cœservari se cœtrahat, refugiat, se velamine celet, auresque occludat, alias marcescentē pudicitia plorabit. De his autē qui cœmercia & confabulationes distincti sexus frequētant, & tamē nollit impudicitia labe notari, eadē veniūt irrisione metiēdi, quæ Atalantā irridebat Hermagoras; Celeberrima erat virginitas Atalantæ apud incolas regionis, in qua ipsa degebat; verū Philoloph<sup>9</sup> iste cachinno & irrisione plaudēbat; fundamētū autē in quo singularis ejus opinio sistebat, explicat Quintilianus: *Hermagoras putat nō esse virginē Atalantā, quia cum juvenibus per silvas vagetur.* merito Philosoph<sup>9</sup> iste Atalantæ virginitatē irridet, quis enim crederet virginē fore, quæ à nimpharū coro recedēs, silvas frequēter fatigat, ut alloquatur pastores; cū juvenibus enim cœversari, cœmorari, & habere repetita commercia, & naufragiū funestū nō inducere pudicitia, nō est humanæ naturæ.

Hinc clarius patet, quantum improvidi juvenes peccent, qui lascivis amoribus irretiti, munuscula feminarū, strophio-la, annulos, atq; crines incaute circūferunt, ut tactu ipso & intuitu flammā libidinis alant; Opime Maximus Tyrius; *Sape aliquis lyrā cum videt, de nmsio suo cogitat, qui tractavit illā.* Quæcumque namq; recemina adhæserit, periculo non caret, quia ab ea ab interiori fomite nescio quæ scintilla prodeit ad cupidinē incēdēdā. Voluit Dñs ab oculis hominū Eliā prophetā relegare, & curru igneo rapere in paradisu, verū D. Laurentius Justinian<sup>9</sup> notavit prius quā ascēderet currū, palliū suū reliquisse; *Antequā igneū ascēderet currum, palliū suum domino permittēte rejecit.* Quid ponderis palliū habuerat, ut nisi rejiciatur, non posset in altū attolli propheta? quid tunica gravitaret? Nisi pallium relinqueret excelso Elias cœlesti nō fungeretur favore, etenim ex Rabbis Cassane<sup>9</sup> refert palliū Eliæ fuisse, quo Joseph indutus incessit *Erat palliū Joseph à Deo mirabiliter cœservatū.* Ideo prius Elias palliū reliquit, quia à manib<sup>9</sup> impudicæ femine fuisse cœtractatū tradit Sacra Scriptura, palliū ergo quod fuerat inter lasciviētis femine man<sup>9</sup> sic pōdere virginē Eliā gravabat, quod nisi ab eo generosè relinqueretur, igneū cœscendere Propheta non posset, sic namque contagiosæ sunt libidinis

bidinis manus quod quidquid tangunt  
tabifero inficiunt veneno : Unde D.  
Paulus mirabilis in Ægypto adeo puri-  
tatis animi studiosus fuit, ut non dicam  
vulcum scemineum, refert Cassianus,  
*Sed ne vestimenta quidem sexus illius*  
*conspicui suo pateretur offerri.* Sic peri-  
culosum est è muliebri mūdo immūdo  
aliquid manibus contrectare, hujus  
enim contactus virus veneno est Sala-  
mandræ nocentius, quā ajunt, si arborē  
terigerit, ita poma illi<sup>9</sup> omnia tererrimo  
veneno inficere, ut qui ad cibū illa ad-  
hibuerint subito emoriātur. Sic è con-  
tactu supellectilis scemineī saepe virus  
occupat omne corpus, & per sensus  
spatium emori facit subito pudicitiam.

\*\*\*

S. VI.

*Occasio fugienda peccati.*

18.

**N**EMO dicit sanum, inquit Seneca,  
*leviter febricitantem,* qui vene-  
num amat manibus contrectare, quam-  
vis vilus sit convalescere, morti vicinus  
est: Quis aliquem à præcipitio existima-  
bit securum, quē videat in ripa dormi-  
re? Quis securitatem confidat in ioco,  
ubi passim expertus est præcipitia? si ex  
cōfabulatione cum scemina non semel  
contigit cecidisse, quid speras, prolixos  
cum ea miscens sermones, nec occasio-  
nem volens vitare? *Nimum præceps,* in-  
quit Cyprianus, *est, qui transire contem-  
dit, ubi olim cecidisse conspexit.* Egressa  
est ex arca columba, ut duncium fere-  
nitatis clausis in arca annūciaret, verum  
fidelissima avis iterum redit ad arcam:  
Quare columba non rediit arbūstis, &  
expandens contractas alas arboribus  
non involitat, & camporū non fungitur  
libertate? *At illa venit ad eum adve-*  
*speram.* Quare columba iterum venit ad  
arcam? cum primū missa est, non inve-  
nit ubi requiesceret pes, nil miri quod  
reverteretur ad arcam, secundo autem  
missa jam sine aquis apparuerant cacu-  
mina montium: quare ergo sine morula  
redit ad arcam? Quia securitatem non  
sensit, respondet D. Augustinus, Mon-  
tes illi diceret avicula illa, si compos ra-  
tionis esset, semel aquis inundati non  
fuerunt? Quid si iterum submergantur,  
& sub equore iterum gemant? Montes  
illi monumenta non fuerant, quibus  
tot hominum cada veraque ferarum tu-  
mulata jacebant? ubi tot columbæ &  
non solū rapaces corvi perierant? Unde

*Fuge locū,  
ubi peristi.*

ergo temere ego securitatem cōfidā: ideo  
ergo securitatem non sensit, elegit ergo  
arcæ secundā captivitatem, ne pericun-  
di iteratis aquis exponeretur periculo;  
Quoties cedri perfectionis & sanctitatis  
elati perierūt ex cōmunicatione mulie-  
bri, & sceminarū cōmercio? Quoties tū  
juxta sceminæ faces exarsisti usque ad  
castitatis perniciē, Unde ergo tibi secu-  
ritatē promittis libidinis circūvolvens  
flāmam? Quis te dicet sanū graviter fe-  
bricitatē, nisi occasionē deletras ruinæ?

Cum verba illa Dñi purpuratus ex-  
poneret Hugo *de ambulantis ad auram*  
*post meridiē* inquit difficultatē curandi  
Adami vulnus Dñm demonstrare vo-  
luisse; *Modo vadens, modo rediens.* Unde  
medico divino curandi febricitatem  
Adamum difficultas? Quoniam sceminā  
secum habebat, quæ illi paraverat  
ruinam; qui autem sibi copulat occasio-  
nem sic reddit curationem difficilem, ut  
etiam Deo arduum medicari videatur,  
præcipuè autem quando infirmus li-  
bidinis tabifera peste laborat, quæ mul-  
cet cum lædit, & allicit, cum terro ve-  
neno interficit, ut inquit Tragicus.

— *Afflatum nocet*

*Vipera venena nulla suffundat, licet.*

Quid refert quod scemina viperina le-  
thale nunc nunc non spuat venenum,  
cum possit aliqualis brevis propter mo-  
tiva humana pœnitentia apparere, si  
juxta pectus recubat, & insufflatione  
anhelitus venenati majora potest vul-  
nera renovare?

Voluit Dñs Lazarum suscitare, & exi-  
re foras valido præcepto imperavit. *La-  
zare veni foras.* Ut quid verbū appoiuit  
foras? quis egreditur intro? Animadvertit  
Rupertus, *Numquid aliquis egreditur*  
*intro?* Verum non superflū, necessario  
ponitur illud verbum, *veni foras* plures  
namq; sic hæret ruinæ occasioni, ut cū  
à turpitudine sceleris egrediatur, jacent  
in occasionis sepulchro, ideo ut Lazarū,  
qui peccatoris langorē repræsentabat,  
perfecte Dñs suscitaret; deletere tumu-  
lum imperavit, & quod prius occasio-  
nē relinqueret, & ab ea penitus abstineret;  
Nullus enim locū repetit ruinæ securus  
sine iterati periculo relapsus: Superbia  
elati Lucifer, & ejus sequaces à cælo  
præcipitarunt, inquit autē Evangelista,  
etiam locū, ubi steterāt pedes eorū, rui-  
nā penitus passum: *Neque locus inventus*  
*est eorum in cælo.* Quid? portio cæli in ni-  
hilū est redacta? Quare locus annihilatus?

Quoniam ille locus fuit in quo Angeli deliquerunt, ideo perit, & non est inventus locus in cœlo, quia si in cœlo locus perseveraret, in quo commissum fuisset delictum, paverent cœlestes ceteri spiritus, & quasi forent parum de perseverantia in bono securi; *Et locus: Quis ergo sine pavore locum frequentat, in quo non semel periit? Quo nititur tua vana fiducia non ignitis facibus comburendum, ubi toties visus est exarsisse?*

Ejecit Dominus hominem de paradiso. *Ejecitque Adam* sed non constat foeminam relegatam à Deo, verum Eva voluntarie paradisum deseruit; Quare Eva delicias fugit, & terram amat inhabitare spinas, & tribulos germinantem? Quoniam vere criminis pœnitentiam in paradiso namque peccaverat Eva, ideo prælegit terram tribulis septam, & paradisum rejecit, quia parum credidit esse relabendi securam, si paradisum inhabitaret, in quo primam commiserat culpam, non enim foret pœnitentia securam, si in posterum quasi paradisum amaret, locum qui fuit theatrum lacrymabile culpæ, si namque criminis locum amaret, ejus pœnitentia foret spuria, de qua Petrus Blesensis: *Nil profunt lamenta, si replicentur peccata* qualis est dolor illorum, qui peccatum ex corde abijcere videntur, & penates & occasionis idolum domi refervant; ij enim desultoria quadam levitate modo scelus eijciunt, mox occasione irretiti revocant, labem eluunt, & rursus imprimunt, vix se expiant divino mari, & continuo illecebris proximè inhzrentis foemina cincti continuo iterum in sordes, cœnunque relabuntur, lapidem imitantur, quem Pyrimachum nominat Aristoteles, quemque ac tantum igne liquari, ut stillat, fluatque, eundem vero ubi fluxerit denuo in pristinam duritiem concrefcere; Sic inquit Creselius: Ah quam vereor ne nimium multi jam reperiantur veri Pyrimachi, divino igni resistentes, qui divinitus ad pœnitentiã emollii, cum in lacrymulas jerint paucas, rursus occasione retrahente iterum volutabrum provocantes ingrati merte indurescunt.

Nullus quidem, nisi extraordinariam intra limites gratiæ providentiam exposcat, nitorem salutis recipiet, nisi ruina abneget occasionem, nullus in medio ignis prudenter speret posse reddi immunem à combustione; cum ad

hoc non quodvis sufficere videatur auxilium, sed brachium totum Omnipotentia divina: Lothum liberavit Dominus de incendio Sodomæ, Angelus pariter flammam compescuit, ne comburerent Azariam, *Descendit Angelus Domini cum Azaria, in fornacem,* & nihilominus Dñs Lothum ab incendio præservas Moyfi visus est Angelus esse. *Venerunt duo Angeli sodomum,* quædo vero in fornacem Deus descendit, visus est Nabuchodonosori esse Deus: *Et species quarti similis filio Dei.* Quare Deus liberans Lothum à flammis apparet Angelus esse, & Angelus descendens in fornacem cum Azaria apparuit, & repræsentatur ut Deus? Rationem reddit Scriptura, quia ut Dominus ab incendio Lothum redderet salvum, eduxit illum à civitate: *posuerunt eum extra civitatem* Angelus vero Azariam reddidit immunem à flammis intra fornacem: *Fecit medium fornacis quasi ventum roris stantem,* ideo Deus Lothum liberans Angelus dumtaxat apparet, & Angelus ab incendio salvans Azariam Deus videtur; In Sodoma Deus erat & alius videbatur, in Babylone Angelus erat, & Deus apparebat, quoniam Lothum ab urbe incendienda eduxit, ut ab incendio salvaret, *extra civitatem,* educere autem à loco periculi ut quis liberetur à dano, est opus quod solet efficere Angelus, ideo Deus extrahens Lothum à civitate, ut caveat ne à flammis succedatur Sodome, quavis sit Deus apparet Angelus, in Babylone autem Angelus liberavit Azariã à damno in eodem periculi loco, salvavit illum à flammis incendij intra fornacem ardentem, *fecit medium fornacis quasi ventum,* hoc autem tam difficillimum est, quod solum brachium Omnipotentia divina creditur potuisse patrare, ideo in veritate est Angelus, sed apparet Deus in liberando: *Similis filio Dei* quia intra periculum præservare à periculi damno prodigium est brachij potentis intra limites gratiæ, ideo Angelus in veritate visus est Deus in apparentia.

Exiit Pharaonis decretum de infantibus Hebræorum Nili fluctibus submergèdis. *Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projice* tunc temporis natum Moysen cum Dñs decerneret à Pharaonis tyrannide liberare mirabili providentia disposuit, ut in flumem projiceretur à matre; *Sumpsit fascellam scirpæ, & posuit intus infantulã, & exposuit eã in*

*caveto ripa fluminis.* Ut quid proijciendus Moyses in aquas, si ab illis Deus statuerat ducem populiliberare? Quare ergo fluctuare permisit? Si Lothum Deus extra civitatem fecit exire, quia ab incendio decreverat reservare, cur Moysem liberaturus permisit fluctibus naufragum exuisse? Quoniam specialissimam dilectionem erga Moysem Deus manifestare conatur, *Moyfes dilectus Deo*, ideo voluit undas quibus fuerant tot conscripti, Moyli futuras securitatem, si Deus liberaturus Moysem educeret prius de fluvio, vel ne proijceretur caveret, ut liberaret à morte, salvum redderet usus providentia ordinaria, verum reddere salvum intra periculi locum, intra fluminis undas, quarum tot pueris fluda inconstantia theatrum fuerat lacrymabile mortis, hoc fuit liberare Moysem diligentia nimis extraordinaria, salvare in loco securitatis hoc frequenter accidit cunctis, salvare Moysem in ipsa ruina, & loco minantis periculi est singularissimus favor, & excessus dilectionis divinæ: *Moyfes dilectus Deo*. Si ergo in periculo sine extraordinaria diligentia divina, nullus fit salvus, qua temeritate agitatur, qui intra occasionem periculosam existens sperat salvari? Quis favori confidat, qui rarissime & singularissime à Deo procedit? Salvare homines ab incendio libidinis extra Sodomam accidit frequenter qui invocant Deum in veritate, liberare à flammis intra ardentem fornacem raro accidit & opus est in quo ostenditur tota omnipotentia divina; conservare extra aquas homines secure viventes, & à morte illæfos servare est frequentissimum in dilectione ordinaria, qua incolumes, cunctos homines Dominus voluit, sed intra aquas eripere à morte, aquis submergi & non humectari est singulare prodigium, & in illos solum patratum, quos Deus specialissima dilectione prosequitur: *Moyfes dilectus Deo* ideo ut extraordinarie indicet Moysem à Domino liberari expressit singularitatem amoris: Fugiat ergo Sodomam, fugiat Nilum, fugiat periculum præsertim in materia libidinis, qui flammis noluerit succendi, qui fluctibus noluerit submergi.

Fuga est sola secunda, fuga periculo vacat, de fuga namque in materia luxuriæ dici potest, quod Plinius memo-

rat de fuga Canensi: Unde fugisse virtutis summum opus fuit. Peritæ equis inveci generosis fugiunt, belligerant, & triumphant, fuga namque ad peritiam militarem spectat (quidquid de Lacedæmonijs dixerint, qui non fugiendo, sed in gradu consistendo hostes interimerent) ideo Homerus Æneam à peritiâ fugiendi commendavit *peritum fugiendi*. De justis, inquit textus. *quod fulgebunt tanquam scintillæ; Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla discurrent* Quare velut scintillæ quia, ut inquit D. Arhanasius, fugiendo splendent magis, & incenduntur, virtutisque fit illustrior, ideo comparantur iusti scintillis, quia quo magis fugiunt, eo magis splendent, in alijs bellicis fugere est indecorum, in pugna libidinis dorsum vertere lauro, & palmis honestatur, non enim roboris est defectus, sed prudentissima industria, sicut Antigonus mirantibus, quod ingruentibus hostibus cederet respondit se non fugere. *Sed utilitatem retrorsum persequi*, & Demosthenes in Cheronensi prælio fugiens æmulis detrahentibus inquit: *Vir qui fugit, rursus præliabitur*. Vitandum, fugiendumque est omne quod fuerit libidinis incitvum, occasio, & periculum ruinæ, ijs qui à cœnosa spurcitiâ velint erigere caput. *Ei qui amorem exuere conatur, inquit Seneca, evitanda est omnis admonitio dilecti corporis*. Nil enim obstinatus quam amor recrudescit, cito enim rebellat affectus quidquid enim fuerit occasio excitandi aliquo appetitum, animum dulci aliquo motu utilitat, & nisi vitare studeas captus es, & sine remedio te ignis concupiscentiæ reducet usque ad favillas. Refert Alexander ab Alexandro veteres solitos comburere cadavera, ut facilius incenderentur, & ab igne voracius consumerentur, decem viribus feminam unam miscere, ex cujus confortio magis ignis exardecebat, hominumque cadavera violentius, & brevius in favillas reducebantur. Solebant denis inquit lib. 4. cap 7 virorum corporibus singula muliebria fomenti loco adijcere, ut unius adjumento cætera facilius deflagarent. Si ergo mulier defuncta viros incendit, & ad favillas frigida cadavera virorum reducit, quid dicendum de consortio feminæ viventis, & alloquentis incautos adolescentes?



## POENITENTIA

*serò damnatur.*

39.

**M**ULTI abutuntur divina patientia, quam impiè nefarieque vertunt ad insolentis audaciæ impunitatem, & quod non punit, vibratque fulmen in fontes, & impietas cervices id facturum vix umquam putant: Hærent igitur in eodem luto, & mirificè ingrati pœnitentiæ tempus, vitæ mutationi, gratiæque opportunum, trahunt ad maleficiorum cumulum. Quod Noë temporibus in scelerum usu, & quotidiana hominum malitia videbatur, qui, ut inquit D. Basilius Seleuciæ Antistes, ipsam opportunitatem pœnitentiæ in impietatis patrocinium convertebant, ideo fuit illis celerior divina vindicta.

Sic explicat D. Hieronymus in Quæst. Hebraicis (Quia homines pœnitentiam agere contempserunt; noluit Deus tempus expectare decretum, sed viginti annorum spatij amputatis introduxit diluviùm anno centesimo agenda pœnitentiæ destinato.) Nul- lus sic Domino fidat, quod differat pœnitentiam; difficile enim est, quod in vita Domini semper oblitus, cum mortis pericula instant, ut decet pœniteat. Summa infœlicitas est animæ infirmitatem provenientem diu sustinere, & perferre cum vix patiamur corporis in levando dolore brevem morulam protrahere, continuo ad Medicum properamus, & medicinam; & serò aut numquam recurritur ad remedium, si anima infirmitate laboret. *Si tanto labore*, inquit D. Augustinus, *agitur ut aliquantulum plus vivatur, quanto labore agendum est, ut in æternum vivatur.* Omnia vicissitudini subjacent, soli peccatores non mutantur, sed in via sedent vitiatorum, ad summum tunc temporis de reformatione proponimus, cum jam fugit tempus à nobis, extremo vitæ momento, & reliquis temporis ultimis præcipuum remittimus negotium nostræ salutis; *Non pudet te*, dicebat Seneca, *ad salutem tuam reliquias vitæ reservare?*

Quis de misericordia divina temere sic præsumat, ut ad extremum vi-

tæ remittat, æternam fœlicitatem, vel pœnam? pendebat in cruce fœlicissimus prædo cum Christo, & inter cruciatu doloribus agitatus clamavit ad Dominum dicens: *Domine memento mei.* Hujusmodi locum August. exponens ait: *Magna fides, huic fidei quid addi possit ignoro.* Sed unde fides latronis valore sic crescere valuit, ut asserat Augustinus ejus fidei nil superaddi valere? Quoniam sperare mortem fœlicem, cum vitam sceleratam degisset, magna fides est, peccare sine pudore, & credere morturum cum contritione, est credere supra credibile, magna ergo fides latronis: qui immemor Dei, effrænis vivens deliquit, & moriens credidit in Christi fore memoria; *Magna fides: huic fidei quid addi possit ignoro.* Nisi dicamus nec latronem ad ultimam horam suæ salvationis expectasse negotium, in prima namque hora, qua cognovit Dominum latro, ipsum confessus est, & peccatorum pœnituit. *Ex hoc extremo*, inquit D. August. *placuit Deo, quia ad consistendam fidem non fuit ei ultima hora, sed prima, ut ostium excusationi præcluderetur, qui ad ultimam horam differunt pœnitentiam, cum ab usu primo rationis cognoverint Deum.* O vana fiducia! Cui fidunt, qui credunt conterendos in morte, qui nullum contritionis in vita elicuerunt affectum? corde & ore **J E S U M** inviscerandum & proferendum, qui ex corde numquam Dominum invocarunt.

Ultimum verbum, quod Christus protulit in patibulo crucis fuit: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum.* Sic enim subdit Evangelista: *Et cum hæc dixisset, expiravit.* Quærit Cæteranus, quare hæc ultima vitæ clausula dignatur verba proferre? Quoniam prioribus verbis de Patre locutus est, innuens in voluntatem parentis suam esse voluntatem translata, priora verba quæ Christum esse locutum refert Evangelista, hæc sunt; *Nesciebatis quia in ijs, quæ Patris mei sunt oportet me esse?* Quia ergo verbum Patris semper corde retinuit, & protulit ore vivens, ideo moriens valeque dixit Patri proferens ultimam vocem, qualis enim quis fuerit in vita, talis erit in morte, & verba

sola proferet moriens, quæ dum viveret repetebat. Quomodo ergo verba proferet pœnitentiæ vitæ diem agens extremum, qui numquam didicit pœnitere, aut verba elicere contritionis. Unde præsumunt ultima periodo vitæ evasuros victores, qui semper à Dæmone fuerunt superati viventes? Hæc quidem non est fides salvans, sed temeraria præsumptio, non confidentia Christiana, sed fraus diabolica, cum solus triumphet in morte, qui extitit victor, in vita; Apocalypf. 6. militem ad pugnandum Deus armavit, *Data est ei corona, & exivit vincens, ut vinceret.* Quare gladio non cinxit? præstantior nonne foret ensis ad pugnam, quam corona? Neutrquam. In spiritualibus bellis nullus gladius aptior ad pugnandum, quam corona, ad vincendum enim non tam refert exire ad pugnam, quam alia opportunitate vi esse; *Exivit vincens ut vinceret*: ideo miles iste cœlestis exivit coronatus & vincens ut vinceret, quia in præliis spiritualibus dumtaxat victores vincunt, coronanturque coronati; *Data est ei corona*; Difficile namque quis Dæmonem in ultimo prælio vincet, qui non superaverit illum certans in vita, nec in ultimo certamine victor coronabitur ullus, qui jam pluries coronatus non triumphaverit de inimico.

Decipiuntur qui viscera misericordiæ divinæ erga eos existimant effundenda, cum extincta vivendifacæ præcludatur misericordia divina. Ferunt de Alexandro Macedone, cum urbem aliquam obsidione cinxisset, facem accensam ante urbis portas hostibus conspicuam statuere solitum, & præconis voce præcepisse clamari benignitate erga obsessos usurum, si dum arderet fax se dedidissent, ea vero extincta, aditum misericordiæ præclusum. Sic Dominus cum vitæ lux ardet, clementiæ viscera non sunt præclusa, dies est paciscendi, sed ubi exinguitur præcluditur misericordia. Misit Abner caduceatores ad Joab, qui inducias paciscerentur, cum inter illos exarsisset gravissimum prælium. *Quid ergo Joab? Vivit Dominus, quod si locutus fuisset mane, recessisset populus persequens.* Quare ergo si mane locutus fuisset? quoniam inducias pactus est sub vesperam, cum animadverteret exercitum debilitari, & cum non nisi necessita-

tus fecisset. Quid dicemus de peccatoribus? qui subita, dejecti corporis infirmitate, tunc pœnitere incipiunt; dum de salute desperati à medicis inducias petunt, sed de paciscendo sub vesperam cogitarunt. Quid ergo audire timendum est. *Vivit Dominus, quod si locutus fuisset mane, recessisset populus persequens.* Proh dolor! quot machinas, victorumque arma in Deum tanquam hostem continuo vibrasti; & quidem sprevisisti inimicum, verum cum circumdabunt hostes, morbus acutissimus, qui te prosterнат, victorum exercitus, quibus divinam vindictam concitasti, irruent, visceraque corrodent. Quid tunc hoc tam anxio conflictu? Peccavi fateor; clamare suadebunt; & extremis labris hæc fortè pronuntiabis, sed intellectu tanta in sceleribus pertinacia obscurato, libero arbitrio debilitato, nil nisi ventum, vocisque inanes formabis. Similes sunt ij peccatores talpæ, quod animal à sacrificijs relegat Deus: Quare hoc talpam enim, inquit Plinius, telas habere, quibus videre impeditur, cum autem præoccupatur morte, illius angoribus dilaceratur, ruptisque telis appropinquantis mortis tempore videt. Symbolum quidem est peccatoris obtuscæti, & solum horâ mortis intelligentis, cum visus ad vitam proficit parum, viribus animi debilitatis, sine habitibus, armisque virtutis voluntate sub vitio gerente. Quid restat? nisi ut sine remedio proterant ultimum desperationis suspirium: *Ergo erravimus à via veritatis.*



**SEMPER DE SALVTE**  
*Eterna curandum, sed præcipue ultima clausula vitæ.*

**P**ATIENTIAM divinam præcipue offendit, quod post tot curricula temporis, centum videlicet annos, non homines pœniterent, cum justus Noë præco pœnitentiam suaderet, jamque communem cladem appropinquare clamaret. Hoc, inquam præcipue provocat justitiam divinam, ideo Dominus solos, quarta vigilia quos videt otiosos, reprehendit, quos-

40.

niam licet omni vigilia adolescentiæ , & cunctis ætibus respondenti invigilandum sit , sed præcipue ultima senectutis vigilia , ideo quasi miratus Dominus inquit : *quid statis tota die otiosi* . Præcipit Saül ut apprehenderent , quem æmulatur David , interrogata Michol ubi adesset ? quod ægrotasset , respondit . Quare quod dormiret , non inquit ? somno contopitum non ausam dicere existimo , quoniam non facile crederetur . Quis enim sibi suaderet , tot periculis David constitutum , & inimicis circumdatam posse se tradere somno , & non vigilare , qui tot hostes , à quibus posset timere mortem recognoscebat , nisi iudicio haberetur privatus ? Quid ergo de hominibus illis debilis senectutis , quibus nil est , quod prælagire ruinam humani ædificij non curet , & tamen somno contopiantur vitiorum ? Quid nisi esse de sua salute timendum ? De paralitico illo , quem Dominus sanum fecit , inquit Evangelista , quod circumstantes gentes timuerunt . Quid ergo timent ? quoniam cum senex fuisset , adhuc paralitico vident , & adhuc vigilia ultima peccatorum .

Secunda ratio accelerationis supplicij est contemptus justitiæ divinæ : *Obstupescenda namque* , inquit Chryso- stom . *est ineffabilis longanimitas Dei , & prodigiosa hominum ingratitude : ecce enim quingentis annis vicerat justus ille Noë clamans , & testificans suo nomine futurum per universum orbem diluvium ob nimias hominum malitias , & ne sic à malitia abstinere voluerunt* . Existimantes Dominum misericordem iudicem , non timebant , immittit , inquit , Eusebius Emisenus , diabolus securitatem , ut inferat perditionem , nec dinumerari possunt , quantos hæc inanis spei umbra deceperit . Unde homines cum Deum non timerent in vita , in morte iudicem formidarunt .

Agnum occisum intuebatur Joannes spiritu raptus , vidit insuper in dextera sedentis in throno librum , & ecce ex templo in leonem mutatus est agnus . Quo ergo pacto agnus Christus ( sic interpretantur communiter expositores tam facile in leonem mutatur ? Quare in crudelitatem agni benignitas transformatur ? Ex qualitate libri oritur metamorphosis Christi . Liber erat intus , & foris scriptus ,

verum sigillis septem signatus , tum Christus agni sub mansuetudine liber Apocalypsis apparet , vix autem sigilla rumpuntur , quando inquit Joannes , quasi leonis induere crudelitatem : *Vicit leo de tribu Juda* tam formidabilis visu , ut præ timore ceciderint omnes in terra : Liber , quem in dextera sedentis viderat Joannes , nostræ conscientiæ continet bona , & opera mala , cum esset sigillis septem signatus , id est , extat in vivis homo , clausa quasi sunt omnia verba , cogitationes , & opera , & Dominus agni mansuetudinem induit , fons copiosissimus profluens auxilia , inspirationes , & beneficia scaturiens , cum vitæ præcidi- tur tela , & aperitur à Domino in throno sedente liber , heu Homo ? jam agnus mansuetus in leonem rugientem est transformatus : *Vicit leo* . Quæres , quem existimabas agnum , sed dirum leonem reperies de omnibus redditurus beneficijs rationem , nullum reperies patronum , quasi alter Aman , qui audita sententia invocans quasi patronos Esther , & Assuerum , regem , & reginam invenit : *Obstupuit vultum regis , & regina ferre non sustinens* , Nomina dumtaxat dignitatis , atque rigoris reperit , ante sententiam Esther , & Assuerus erant commiserationis capaces , habentes humana corda , cum autem reus consideratur Aman , spirantia minas , nomina tremendæ majestatis invenit : Rex etenim , & Regina nomina sunt officij , quod incapax est pietatis ; Esther , & Assuerus nomina sunt personarum , in quibus corda , & compassionis affectus , Aman autem apud tribunal jam constitutus non invenit Esther , & Assuerum , à quibus sperare posset pietatem , sed regem , & reginam , à quibus pro meritis causæ proveniret rigor justitiæ . Nunc cum liber signatus est , & corpori anima copulata Christum & Mariam Sanctissimam advocatos apud Patrem æternum habemus , timeamus cum apertus fuerit , ne iis quæsitis , & non inventis , nomina regis , & reginæ dumtaxat reperta horreamus , vultum eorum obstupescentes .

Erramus quidem , dum oblitci justitiæ divinæ , & misericordiæ memores solum abutimur Dei infinita benignitate , & illa quasi calcaribus instigati in varia scelera curtus præcipiti labimur .

Hinc

Qui Domi-  
num respi-  
cit miseri-  
cordem  
dumtaxat  
in vita ju-  
dicem ma-  
xime for-  
midabit in  
morte .

Cum filius  
memores  
misericor-  
dia divina  
culpæ exa-  
minamus ,

apparent  
longe mi-  
nora; aliter  
soli iustitie  
divina de-  
litta visa.

Hinc oritur quid speculantes delicta medijs divinæ misericordiæ specillis apparent longè minora, aliter cum clara iustitiæ luce scrutantur. Duplex homicidij, & adulterij David perpetravit delictum, & nihilominus unicum recognovit peccatum: *Iniquitatem meam ego cognosco; peccatum meum contra me est semper; à peccato meo munda me amplius terra me ab inquisite mea.* loquitur de iisdem paulo inferius, & peccatorum exercitum; & plurima existimant esse sic refert: *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, libera me de sanguinibus, averte faciem à peccatis meis.* Unde iudicij distantia? Cum primum examinavit delicta, tam imbecillus est visus, quod duo crimina gravia, unicum reputavit, & iterum videns, non solum duo, verum longè plura sunt illi visa, & copia criminum numerosa. Textus ipse difficultatem enodat; cum plura, & quidem gravia unicum reputavit delictum, nullo lumine, nisi radiis misericordiæ divinæ erat eximius rex illustratus, cum Sol divinus majorem pietatis spargeret lucem: *Secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* Vix autem in solem iustitiæ minas, & furorem spirantem visum direxisse refertur: *Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris,* quando oculorum visu confuto illa, quæ duo duntaxat erant peccata, numero longè plura & in malitia infinita principi continuo apparuerunt, ex medijs enim quibus utitur visus, oritur tanta intuitionis distantia, Sole misericordiæ divinæ longe minuuntur peccata, verum si clara iustitiæ luce oculis offerantur, augentur in infinitum.

Hinc oritur maxima Deum erga homines uti misericordia, quando illa eorum oculis sub velamine ponit. Cum Malachias loqueretur de Christo: *Orietur vobis,* inquit, *timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in pennis.* Parva idem esse inquit *In ac, sub;* ac si diceret Malachias, *& sanitas sub pennis* maxima enim Dei erga homines ostenditur misericordia, quando pennis velatur, ne viscera pietatis manifestata hominibus peccandi laxarent habena.

Præcepit Dominus Moyfi quod

duos Cherubinos, qui utrumque tenerent latus Propitiatorij faceret; Petrus Cellensishæc verba exponens hoc officium esse Angelicum inquit, *ut servent nos à malo, & conservent nos in bono,* ideo divinæ misericordiæ Propitiatorium curant celare. Quare hoc, cum sit viam desperationi parare? Expedi; inquit Bernard. quod celent misericordiam, quoniam ante delictum Dæmon conditoris auget misericordiam; labere in peccata, inquit; opus suum creator destruet. Hoc Dæmon præcipites plurimos fecit, spiritu ergo Angelici è contrario utrumque latus Propitiatorij tegant, & velent.

Civitas Jericho nullis iētibus, pugnisque præcedentibus tubarum vocibus solis ruentibus muris septimo die expugnata est, & cuncti inter ruinas civitatis perierunt. Quare ergo peccatoribus proprijs loco murorum civitatem non vallant? Quare hostibus non resistunt? D. Greg. tradit rationem: *Forsan dormierant* Quomodo inter strepitus belli ad hostium conspectum; bellicique furoris soporari potuerunt? Quoniam buccinæ clangebant fuerant secure dediti somno; Sed quare non turbantur audito clangore? Quoniam tubæ, quæ resonabant; illæ erant, quæ anno Jubilæi audiri solebant: *Quarum usus erit in Jubilæo,* harum clangor pacem, misericordiam, & indulgentiam cunctis audientibus publicabat, quoniam anno illo servi libertati restituebantur, à carcere delinquentes exhibant, omnibus veniam indulgentiamque tubæ pollicebantur, ideo ergo Jerichuntini cives profundo soporati sunt somno clangor tubarum misericordiam præconizantium soporem misit in cives, ut somno sopiti despicerent inimicos. *Forsan dormierant:* vane ergo de tubis præsumentes misericordiam gladio succubuerunt; & perierunt incauti, si clausissent bellicas tubas armati pararentur ad pugnam, & inter desperationis angustias sanguine hostium unusquisque venderet vitam, sed audientes misericordiam; quam publicaverant tubæ; somno sopiti manibus vanæ fiduciæ perierunt sine remedio. O quot foetidis, & cœnosis sensualitatis aquis submersi, cum incipiunt erigere caput vocatione interiori excitati, clangente Dæmone tubam misericordiæ, iterum gravatis

gravatis oculis consopiantur, & à somno, cum jam è vivis sunt, irreparabiliter excitantur; non sicut Ninivitarum, quibus post quadraginta dies subversio minatur, & cum possent post dies triginta incipere poenitere, continuo, Jona propheta audito, signa doloris dedere, erant enim rigorem, atque justitiam tubæ clangentes. Magna ergo est misericordia divina, hominibus ipsam velare, ut sic securam nostram vocationem faciamus, ut inquit D. Petrus. Triginta & quinque repetit locis nomen agni, quo Christum Dominum appellavit D. Joannes in sua Apocalyp. & semel tantum nominavit leonem, ut innueret, quod si semel Dominum leonem horremus, supra triginta & quinque agnum mansuetudine reperiemus. E contra tamen si in vita misericordem agnum, & parentem speramus ut in scelera liberius, & sine timore labamur, cum sol occiderit vitæ crescent timores, & horroribus nimis cruciabimur.

*Qui plus  
justo dum  
vivit, de  
misericor-  
dia præs-  
umit, maxi-  
mè justiti-  
am  
divinam  
horrebit.*

Animadvertens Jacob in occursum venire Esau, legatos misisse inquit textus; *Misit nuntios ad Esau in regionem Edon*, & ante omnia dixisse illis, hæc verba intimatum iri: *Hæc dicit frater tuus Jacob*, non recordatur ab illo Esau offensum, & benedictione jureque primogenituræ privatum, & enormiter læsum, sed solum memorat fratrem esse. Redeunt legati dicentes properare Esau in occursum, & *timuit valde*, inquit textus; ubi tota illa fratris fiducia? Quare nunc timet, & horret? Desijt jam frater ejus esse Esau? Quare vocis fratris fiduciam fundantis licet antea non recordatur? Quoniam, cum misisset legatos *in terram longinquam in regionem Edon*, existimavit longe à regione sua distare, memoriam ergo obsecuravit distantia, & solum recordatur Esau fratrem esse injuriarum omnino oblitum, quibus lacessitum Esau considerare deberet. Quando vero rediere legati in occursum inquirunt venire: *En properat in occursum*: Omnia horret, timoreque fatigatus, fratris cognominis quod posset fovere fiduciam, & spei clypeo ipsum reddidisse protectum, immemor, timuit valde memor inju-

riarum dumtaxat. O: quot Jacobo similes vivimus semper gaudentes, nimisque de misericordia fidentes, nunquam judicem Dominum formidamus, neque injurijs toties lacessitum timeamus, omnia speramus dumtaxat memores fratrem nobis Christum Dominum esse: *Hæc dicit frater tuus*. Quoniam & si versus regionem, ubi residet, iter direxisse videamur *in regionem longinquam* tendere longèque distantem credimus, cum autem per ægritudinis molestias jam mortem esse vicinam designat, cum judicem properare monemur, & desperati de salute à medicis judicamur. Quid tunc? Omnia timor, anima exire de corpore trepidat, & quem contempsisse se meminit, judicem formidat, ut inquit Greg. *timuit valde*, neque fratrem esse Christum Dominum recordatur.

Quis dicere valeat, quantus tremor est futurus: cum judex tremendæ majestatis appareat cuncta nostra discussurus? Quantus pavor cum speratur proferenda sententia? videtur magis suspensionem illam cruciari, quam ipsam contra reum sententiam. Apparuerunt digiti contra Principem Balthasarem in pariete scribentes sententiam, & tunc tremens præ povere facies Principis est immutata, & versa in pavorem. *Tunc facies Regis commutata est, cogitationes ejus conturbabant eum, & compages renum ejus solvebantur*. Sollicite quæritur Daniel, ut exprimeret characteres, & cum ruinam imperij, Principisque mortem declararet Prophetæ. *Tunc jubente rege indutus est Daniel purpura*. In præmium scriptæ sententiæ declarationis purpura induit Prophetam. Quare nunc pallore mutato non ostendit Princeps pavorem, & visis digitis scribentibus solvuntur præ timore compages renum? Quoniam magis suspensio, dubiaque sententia cruciavit, quam ipsa mortis sententia, ideo cum anceps an vita, & imperium ab ipso tollendum dubitat de scriptura, cor ejus palpitat, & vertitur in pallorem, & cum sententia mortis profertur, quasi respirat, & quasi lætum nuntium remunerat purpura proferentem.


Ex Genes. cap. 7. Dicitur diluuium illud super uniuersam terram generalissimum illam delevisse, unde paradysus terrestris in hoc terrarum orbe constitutus ruinam passus aperte constat.

Eccles. 44. Traditur Henoch fuisse in paradysum translatus.

\*\*\*

§. I.

Refelluntur, quæ opinionis etiam demententur nomen.

1.  **RIGINES** in tom. super Genes. omnem paradisi historiam subvertit, & allegoricè exposuit. Franciscus Georgius tom. 1. probiè errore Orig. penè extenuatum in lucem iterum revocavit. Joannes Noviomagus in scholijs à se editis in lib. Bedæ de natura rerum, arbitratu paradysum nil aliud esse, quam hunc mundum, nam sicut Gentiles appellant mundum, domicilium, & templum Deorum, ab inexplicabili pulchritudine, & summæ venerationis opificio, ita in Sacris literis locum voluptatis intelligendum hunc mundum indicat, cujus absoluta elegancia, nil ornatius excogitari potest. Verum Scriptura hoc figmentum confutat manifestè, quo enim modo paradysus sic in Oriente esse posset, aut inde repelli?

Alij paradysum in terra ponunt, sed ita super terram elevatum, ut orbem lunæ contingat. Sic Rupert. lib. 1. de Trin. cap. 37. Damas. lib. 2. de fid. cap. 11. S. Ephren. Basil. orat. de parad. Isidor. lib. 14. etym. cap. 3. eam sententiam refert D. Thomas 1. p. q. 102.

Caramuel negare non potest paradysum aquis diluvij subversum esse. Quoniam in explic. mixt. Hisp. tuetur singularitate ductus ut solet, primum hominem in Hispania creatum, & eodem in loco paradisi sitam amœnitatem. Castella namque in Hebræo *Adamuz* appellatur, & huc usque durat civitas, quæ aliquando Metropolis erat, Cordubæ omnino vicina, cujus regnum pars est totius Castellæ. Verum laus nimia veritatis est onus, ut inquit Eurip. in Orest. cum nostra Hispania ipsam superet etiam invidiam, gloriari non patitur irreligiosis fictionibus, sicut de Alex. retulit Curt. lib. 9. cap. 2. nostra quoque gloria cum sit (inquit) ex solido, plus habet operis quam nominis, neque falsis blanditur honoribus. Fun-

*Caramuel in Hispania paradysum constituit.*

damentum recentioris tam levissimum est, ut nomine solo, *Adamuz* nitatur, ob similitudinem, qua gaudet, cum *Adammah* sic appellatur terra illa rubra, in qua erat paradysus, & conditus fuit primus parens. Hinc cogitavit Caramuel, quod, quia *Adamah* fuit terræ nomen proprium, in qua fuit paradysus formatus, & Cordubæ oppidum nomine illi simillimum, *Adamuz* conservatur, in Hispania fuit paradisi locus amœnissimus primo situs. Eadem levitate moventur, qui in Damasco Syriæ, quasi illic sit *Adama*, idest terra rubra ex qua nomen accepit Adam (ut inquit Leonar. Marius) ponunt.

Hæc cogitatio faciliter evanescit. In primis namque in Castella duo sunt oppida *Adamuz* appellata. Valentiniæ regno 140. domibus populus exstat nomine *Villareal de Adamuz*, Metropolis & oppidum primum, quod sibi restituit Rex D. Petrus secundus Aragoniæ anno 1212. ut inquit Escolanus hist. de Val. lib. 3. cap. 3. Præterquam quod probabile est, oppidum illud sic appellasse propter asperitatem loci. Arabice namque *Adamuz* asperitimum locum significat, quali aspero situ vicinum Cordubæ oppidum collocavit natura communiter *Sierra morena*. Vltorius quoniã ( ut observat Eruditissimus Marchio Agropolensis in sua Hispania antiqua, opere quidem eximio prælo nondum dedito, sed historiarum studiosis, Sacræque Scripturæ versatis diu desiderato) verisimilius est hoc nomen, *Adamuz* Arabicum potius quam Hebræum esse, cum in dictionario aliquo Hebraico reperiri non possit Neque in Hispania unquam habuit gens Hebræa Colonias, cum solum à Jerusalem devastata domicilium habuerint. Deinde convincitur, quia Adam non fuit conditus in paradiso, ut patet ex textu, si *Adamuz* ergo fuit paradysus, non fuit in illa terra formatus.

Omitto, quod apud nullum, *Adamuz* signum significare Castellam facile demonstrabitur. In Talmud sic explicat ejus glossator, domum fortem *Kastulin*, vel *Kafirulin*. Vnde firmarunt **Kastel**

Kastel ad significandum non tantum Castellatum, sed etiam *el Mayordomo*, sic usus est Rabà Bar. Nachmon. In Scriptura quippè *Tira* idem est ac Castellum, ut ex Cantic. cap. 8. vers. 5. constat. Omitto nomen *Castella*, modernum esse, quia tempore Regis Fruellæ non *Castella*, sed appellabatur *Bardulia*, sic D. Josephus Antonius de Salas incompendio Pomponij Mellæ not. 2 Unde comites Odoarius, & D. Rodericus primus gubernatores tantum civitatis nomine *Oca*, alteriusque appellatæ *Castella*, fuere & hinc totius provinciæ nomen, in sententia quidem melioris iudicij à tempore comitis Fernan Gonzalez: sed de hoc fatis.

\*\*\*

## §. II.

### *Conciliatur antilogia.*

2.

**M**itto in primis Caietanum, qui diluvij aquis montes qui superant *lucos* negat opertos, in quorum uno tempore calamitatis superstes remansit Enoch, sed eos solum ab aquis tactos, qui sub cælo aëreo in quo coguntur nubes, reperti sunt. Mitto (inquam) Pererium, à quo optime refellitur lib. 12. in Genes.

Dicendum respondeo, Enoch translationis locum paradysum terrestrem esse, sic Irenæus, Justinus Martyr, D. Athan. in epist. de Nicæna synodo, Isidorus, Procopius Gazæus, & plures alij, quos refert Fevardent. in D. Irenæ. lib. 4. hujusmodi amænissimum locum speciali providentia divina ab aquis liberum fuisse, nullibi scriptura repugnat. Ex quibus constat, Enoch in paradysum terrestrem translatum, ab aquis diluvij mirabiliter intactum.

Repugnant reconciliaioni præfatæ, inter alios Pererius, atque Salianus, qui aquis diluvij jam pridem obrutum, vel certe à Deo homineque de-

sertum squaluisse censuerunt. Quamvis namque extet ipsa regio ac paradisi locus; ornatus autem, delitiæ, atque ejus eximia elegantia omnino abolitæ fuerunt. De amæno quolibet loco exponentes Eccles. caput 44.

Verum omnia, quæ contra nostram expositionem tradit Pererius in ipsum retundi facile possunt. Quoniam quamvis scriptura de omnibus dicat, inter diluvij aquarum immanitatem obijisse (illis dumtaxat liberis qui confugerunt ad arcam) censet Pererius Enoch non subversum ab aquis. Quare formidabit concedere, paradysum terrestrem diluvio non esse obrutum, licet universam terram aquis illius operam asserat Scriptura? Maxime cum Eccles. cap 44. firmet similem exceptionem.

Quod si dicatur (sic instat contra nostram expositionem Pererius) aquas diluvij esse à Deo detentas, ne paradysum attingerent, non solum non juvat istam opinionem, sed valde improbabilem reddit, utpote, quam non possunt isti tueri nisi confictis arbitrata suo miraculis, confugere autem sine causa ad miracula, à Patribus, & Theologis reprehenditur, & præsertim ab Augustino. Hæc autem ratio manifeste ipsum redarguet inconsequentis. Fateatur namque Henoch translatus esse in paradysum, hoc est in amænissimum locum, quo liber extitit ab aquis. Ille amænissimus locus (ab ipso rogo, erat in terra, vel extra? Secundum negat, si fuit terrestris, ergo vel aquis opertus, & sic sicut Enoch superstes relictus. Si ab aquis intactus, quid de universali Scriptura, *super universam terram*, dicemus? Si ergo in illo amænissimo loco quem confingit Pererius, mirabiliter vixit & vivit Enoch simili fundamento defendi valet, paradysum terrestrem quia domicilium Enoch, aliæ & si non essent rationes, mirabiliter veneratum ab aquis, diluvij cladem non esse passum.

Ex Genes. 7. *Diluvium universam delevit terram, & omnem substantiam quam fecit de superficie terra.*

Genes. 8. *Columba ramum olivæ portavit, non posset autem ex oleis illis, quas diluvium obruerat, sed ex campo, quo aqua non accessisset.*

3 **I**AM Præadamitam, Judæos, quorum Adamus caput Genes. 2, referatur conditus. distinctos genere & specie & à Gentibus, quorum creatio Genes. capit. 1. separatos, hos filios Dei, illos filios hominum nuncupatos vidimus tradidisse. Separaverat, inquit, Deus Judæos à Gentibus, quo tempore illos collocaverat in terra sancta, & sua, tanquam in horto concluso, cujus aditus Gentibus non pateret, ad quos utique Gentes nefas esset Judæis accedere: Judæos ergo vetuerat Deus mixturam ullam facere cum Gentilibus, maxime vero aversatus erat filios suos matrimonio contaminari cum filiabus hominum. Contra Dei vetitum admiserant Judæi ad terram suam Gentiles homines: qui cum cepissent multiplicari super terram (intellige Palæstinam) & filias procreavissent, videntes filij Dei, idest Judæi filij Adam, filias hominum, quod essent pulchræ, idest filias Gentilium, acceperunt tibi uxores, ex omnibus, quas elegerant. Concubitu porro illo prognati sunt Gigantes, etenim cum vegeti, & fortes Judæi, à recenti formatione, qua Deus optime habitos compegerat, ingressi essent ad filias hominum, ratione illa, qua fortes creantur fortibus & divinum humano commistum, heroas generat, creavere filij Dei filiabus hominum commisti Gigantes, idest heroas, & viros forte: quales explicantur loco eodem per potentes, & viros famâ sæculo suo illustres.

Iratum vero Deum propter Judæorum nefas poenituit fecisse hominem & terram perdidisse, qua Adamum formaverat, unde Judæi nati essent, lutulentum, & corruptum hominum genus, *Quorum cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*, ait Genes. idest à prima sui origine, tum in Adamo primo eorum parente, qui Dei pactum transgressus erat, tum in se ipsis, qui sædus utique divinum ruperant. *Delebo (adjecte Dominus) hominem, quem creavi, à facie terra ab homine usque ad animan-*

*tia, à reptili usque ad volucres cæli. poenitet enim me fecisse hominem.* Adverte sic terræ nomine Palæstinam intelligi more Hebræorum, qui nomine terræ simpliciter dictæ Palæstinam intelligunt. Hominem igitur quem creaverat, decernit Deus delere à facie terræ illius. Per *hominem* quem creaverat, intellige Judæos Adami filios. Per *animantia* vero Gentiles Judæis permittos, & peccati Judæorum causas, secundum superius relata, quibus, Judæos homines dici, & bestias Gentiles habetur. Illis autem verbis, Gen 7. v. 11. & 12. indicatur, homines, & bestias terræ Judaicæ perisse diluvio illo, quo Palæstina tota immerfa est.

\*\*\*

### §. I.

*lacet primum fundamentum Præadamita, ut propositionem illam super universam terram, non absolute pro terra omnibus, quibus sol utrumque respicit hemispherium, supponat.*

4 **S**UPERIORIBUS vidimus jam, quam falso duas illas hominum Præadamita distinxerit categorias, quamque leviter ex nonnullis illis *filiorum Dei, & hominis* absolute, quibus Judæi, sicut & *animantium, bestiarum* ve solent Gentiles videntur indigitari, ut utrumque distingui hominum genus, fuerit motus. Nunc autem, quibus præcipuum lux expositionis fulcitur, rationibus roborat, ut universam terram idest Palæstinam dumtaxat aqua diluvij inundasse persuadeat, attendamus.

Inquit enim more Hebræorum nomine terræ absolute dictæ Palæstinam debere intelligi, juxta illud, *Separavit illos tibi in hereditatem de universis populis terra*, ubi Palæstina intelligitur, sicut & quod Evangelistæ de tenebris super universam terram morte Domini sparsis, super totam Palæstinam more Hebræorum plures intelligunt, unde melioris inter-

prætes notæ (inquit) vertunt, *Super universam terram Iudæorum*. Quæ omnia inquit explicari à propheta Isaia capit. 9. *In die illa erit Israël tertius Ægyptio & Assyrio; benedictio in medio terra cui benedixit Deus. Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Assyrius. Hereditas autem mea Israël*. Ubi nota: Ægyptium trans Nilum, & sinum Arabicum, Assyrium trans Euphratem, positos hinc & inde Israël conterminos. Israël vero tertium, inter Ægyptium, & Assyrium, & inter limites suos fluviales, interjectum, Nilum scilicet, & Euphratem. Nota, inquam Israël positum tertium, & medium inter Ægyptios, & Assyrios, nec non benedictionem in medio terræ illius sanctæ, cui benedixisse hic dicitur, Ægyptios ergo, & Assyrios cernere erit, hinc & inde constitutos juxta numerum filiorum Israël & propter ripas tribuum Judaicarum collocatos. Filios vero Adam, sive Judæos ipsos separatos ab Ægyptiis & Assyriis; quos inter nimirum positi Nilo, & Euphrate dividunt. Quæ omnia innui videntur, capite trigesimo secundo Deuter. *Quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum, juxta numerum filiorum Israël*.

Quod si illi opponatur. Ruptos fuisse omnes fontes Abyssi magnæ, & cataractas cœli apertas, quasi ipsum cœlum aqueum in terras undequaque effusum omnes orbes inundaverit, responderet, Abyssum magnam illam, mare ipsum Palæstinorum fuisse, à quo fontes Palæstinae omnes scaturiunt. Quos ruptos hic nobis exhibuit Genesis, ut repræsentaret Palæstinam rotam in aquas liquefactam, exsudavisse quidquid humorum habuisset in venis, at enim vero, hic Moses vim addit hyperbolice dictis, & scriptis. Cœlum autem aqueum in terras undequaque effusum esse, interpretari, guerræ maximæ sunt. Hæc enim luxuriante stylo scripta fuerunt, ut vim exprimerent pluviae, qua Judæorum terra diluvio illo inundata est. *Operiti vero montes sub universo cœlo, intelligi debent de montibus Palæstinorum excelsis omnibus. Nec non universum cœlum quod hoc loco dictum*

est, est quod Palæstinis patuit. Tralaticium enim est, cœlum suum regioni suæ assignari. Sensu eodem accipe caput Deuter. 2. ubi Deus metum incutiens populis omnibus terræ sanctæ, ad quam Israël suum intromittebat, hortabatur illum his verbis. *Hodie incipiam mittere metum, atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo*. Omne cœlum hoc loco intelligendum, quod imminebat terræ sanctæ. Neque enim terrorem Judaici nominis immittebat Deus tunc temporis in populos, qui habitabant sub cœlo, vel Sinenfi, vel Americano, vel Australi. Ex quibus infert diluvium illud peculiare fuisse Judæis, & in ejus patrocinium Josephum libro secundo contra Apionem adducit, ubi recensens omnes auctores antiquos, qui Judæorum meminissent, laudat inter illos Berosum. ¶ Berosus (inquit Josephus) scripsit de arca, in qua generis nostri Princeps servatus est. ¶ Non dixit, in qua generis humani Princeps servatus est, sed in qua generis nostri, idest Judaici, Princeps servatus est. Agitur enim eo loci, de Judæis, quos suos & genus suum vocavit Josephus Judæus ipse.

Verum hic non de terra quadam, populove determinato Scripturam locutam, indicant circumstantiæ, quibus diluvium exornat, ut constabit legenti. Fundamentum autem, quo passim utitur ut ad Palæstinam universam, terram restringat, volens nolens tenetur deserere. Isaïas enim capit. 42. *Populum qui calcavit terram*, inquit, & tamen ipse Præadamita fol. 107. nomine terræ, non sanctam imò & illam, qui à Gentilibus inhabitatur, intelligit. Falso ergo nixus est fundamento. Validissimum in Præadamitam est testimonium Psalm. 105. *Terram autem dedit filiis hominum*. Vel ergo ibi nomine terræ intelligitur sancta, vel non, si secundum falsa sunt quæ tradidit, ut *universam terram*, Genes. 7. limiter ad Palæstinam. Si primum pariter est contra ipsum, loquitur enim Scriptura de terra dedita filiis hominum ab illis inhabitata, sed in sententia Præadamitæ hæc debet terra Gentilium esse, quoniam hic, & fol. 68. & alibi passim, *filiis hominum* cognomen Gentilium asserit esse, sicut & *filiis Dei* Judæorum cognomen proprium.

Denique

Denique Psalm. 49. *Audite hac omnes Gentes, auribus percipite omnes qui habitatis terram, quique terrigena & filij hominum.* En nude ponitur terra, & nihilominus Præadamita locum hujusmodi fol. 90. adducens, terram à Gentilibus inhabitatam exponit. Ut quid ergo Genes. 6. & 7. quasi principium universaliter acceptum fuisset, quod nomine terræ, si nullum aliud addatur, Palæstina intelligi debeat, propositionem universalem, qua universa terra exponitur inundata ad Palæstinam detorquet. De tenebris in morte Christi Domini sparsim postea dicendum.

Addit præterea Præadamita, aquas esse Palæstinas tantum inferne ebullientes, & superne decedentes, unde abyssum illam magnam mare Palæstinorum intelligit, à quo fontes Palæstinæ omnes scaturiunt, quibus ruptis Palæstini periere, non autem concedit mare ipsum Palæstinum ita fuisse instigatum, ut in terram ipsam, aut inundaret, aut in altum elevatum ipsos obrueret montes. Imprimis autem cum abyssus magna dicatur, improprie dicitur de Palæstina, Pythius advertit, quod licet respectu sinuum vicinorum possit mare vocitari magnum, nihilominus maris Mediterranei pars quædam cum sit, cum Oceano comparatum vix abyssus erit, nedum abyssus magna, quæ fundum creditur ignorare. Possit quidem Erythræum addere mare, quod terræ sanctæ ipse terminum fecit, ut abyssus augeatur, & ne Palæstinorum deesse fontibus aliquid possit, accedere possent termini reliqui, sinus scilicet, quem ipse Arabicum judicat, aut fluvius Ægypti, & Persicus, sive Euphrates, quibus maribus & fluviis ipse hortum illum Judæorum conclusum apprime terminare instituit. Hoc enim pacto major abyssus erit quam mare illud Palæstinorum, quin ideo deserere sua Principia Præadamita cogatur. Deinde, abyssum magnam illam, fontes à mari Palæstino scaturientes intelligit Præadamita. Quis unquam dixit ab ullo mari fontes scaturire? Quamvis enim raro fons aliquis prope litus maris scaturire sit visus, non à mari, sed ex imis sub fundo arenoso aut calculoso maris venis emittuntur aquæ à natura fontanæ, per occultos ductus,

& subterraneos meatus è montibus procedentes.

Denique, quoniam Genes. 1. terra inanis vacua, ac tenebrosa nuncupatur abyssus. Cur ergo hic per abyssum magnam, terrarum, & marium omnium profunditatem non intelligemus? abyssum ergo magnam, ut sic quanta fuerit creatoris ira, magis percipiatur, venas dicimus omnes, meatusque aquarum subterraneos abyssi universæ, mariumque & terrarum profunditates, ruptis aquarum compedibus sursum efferbuisse: imò ipsum Oceani fundum, nunquam plumbo hominibus proditum, aut navigantibus exploratum, cum omnibus reliquorum marium profunditatibus eructasse in terras omnes opulentissimas divitias suas. Quæ omnia indicant verba Mosis exponentia diluvium, quin hyperbolice accipienda sinat Creatoris manus irata, neque universi miserrima clades, quæ omnem ponderationem verborumque hyperbole superavit, quidquid illam extenuare Præadamita conetur non sine temeritate. Sic impugnat Pythius, & addit.

Guerras maximas (asserit) esse, expositiones quibus aliqui cæli catarractas apertas, cælum aqueum effusum in terram interpretantur. Verum nullus, quem sciverim, totum aqueum cælum super terram effusum voluit, sed, quod cæli illius aquei sint catarractæ apertæ, ut aquis superioribus, inferioris abyssi aquis obviam decedentibus, diluvio perirent omnia in sicco viventia. Sic etiam intelligi posse ex verbis Petri Apostol. 2. Petr. 3. 10. 12. ultimo illo iudicij die, fornaces cæli illius ignei dirumpendas, ut elementa æstuantia, & cæli conflagrantes solvantur; terræque & quæ in ea sunt opera exurantur. Hæc autem sacris litteris factis sunt consentanea, impudenter autem guerræ dicuntur. Castigandum autem Pythius Præadamitam existimat, eo quod hyperbolico & dicendi genere entheo tradiderit esse conscripta.

Nimis tamen in Præadamitam accenditur Pythius, neque hic merito castigatur, quocum aliis in locis, pie se geret, si nota temeritatis inurat. Inmerito, inquam, quod hyperbole

recognoverit in præfenti Pythius miratur , cum etiam Ruperrus lib. 4. Comm. in Genes. cap. 20. ¶ Cataractæ cœli apertæ sunt (inquit) accipiendum est per hyperbolim : & sic esse dictum ad insinuandum inundationis magnitudinem , quæ tanta fuit , ut firmamentum inter aquas coelestes , & terrestres à Deo dissipatum esse videretur secundum vulgi opinionem. ¶ Neque falso , aliquos cœlum aqueum effusum in terras interpretasse , Præadamitam tradidisse , Pythio largimur. Cum Eugubinus illam amplectatur sententiam. ¶ Cum igitur ( inquit ) etiam supra cœlum sint aquæ , aquæ à nonnullis cœlum crystallinum vocantur. Hæc credendum est patefacto cœlo horribiliter erupisse , brevisque totum orbem inundasse , nam his quoque aquis erat opus ad efficiendum generale diluvium. Alioqui si imbribus res tantum acta esset , non modo quadraginta dierum & noctium pluvia , sed nec quadraginta quidem annorum tanto diluvio efficiendo satis fuisset. ¶ Abulensis similiter attribuit hujusmodi sententiam cuidam doctori , quem ipse vocat solemnem , sed antiquiorem esse constat ex eo quod illius meminit Beda lib. de natura rerum , illa autem despici communiter solet.

Dicendum ergo est cum Ruperto Cœli cataractas apertas esse , hyperbolicum esse loquendi modum , Mose communi hominum opinioni stylum attemperante , qui in aëreis regionibus sive in cœlo immensam aquarum vim contineri ajunt. Quo spectat Job. 12. *Qui ligat ( inquit de Deo ) aquas in nubibus suis , ut non erumpant pariter deorsum. Si continuerit aquas , omnia siccabuntur , si emiserit eas , subvertent terram.* Unde in magna pluvix necessitate dicitur clausum cœlum , & apertum cum imbrum est abundantia. Apertas ergo inquit Moses , cataractas in cœlo , ut immensam aquarum copiam è cœlo in terra profusam esse indicaret , simul enim aqua erupit ex terra & ex cœlo defluxit , quod inficias non ibit Præadamita.

Operti sunt aquis montes altissimi sub universo cœlo , his verbis , cœlum , quod Palæstinis patuit , intelligit Præadamita : Tralatitium enim , inquit , est cœlum suum regioni cuique assignari.

Mens igitur Præadamitæ sola ea est , montes illos excelsos omnes quorum cœlum Palæstinis patebat , diluvij aquis opertos fuisse , universum enim cœlum intelligendum , quod Palæstinis patebat. Contra quem sic argumentatus est Pythius. Universum cœlum hic intelligendum : inquit Præadamita , quod Palæstinis patuit : sed universum cœlum universi emisphærij hic intelligatur necesse est. Firmat , & probat subsumptum Pythius. Cœlum quod uni regioni patet , est cœlum totius horizontis , aut hemisphærij ejusdem regionis , & omnibus patet regionibus , quæ sunt in eodem hemisphærio. Tale autem cœlum fuit illud universum , quod Palæstinæ regioni uni patuit. Cœlum ergo illud Palæstinis patens fuit cœlum universum universi Palæstini hemisphærij , patens etiam omnibus regionibus sub eodem hemisphærio. Nullum hic tibi restat effugium , inquit Pythius , quin concedas , cœlum illud Palæstinis patens , fuerit cœlum universum totius hemisphærij. Hoc enim modo tralatitium est , *regioni cuique cœlum assignari suum.* Si unquam Mathesi operam dederit : ut illud spatium cœli , quod huic provincix patet , alteri etiam patere necesse sit , quæ sub eodem est hemisphærio , cujusque regionis cœlum , in toto mundo medium est totius hemisphærij , & patet idem cœlum regionibus , quæ sunt in eodem Finitore , aut sub eodem cœli universi hemisphærio. Cœlum igitur universum , quod Palæstinis patuit , idem cœlum fuit , quod & aliis eodem momento patuit regionibus , & terris omnibus , quæ erant sub eodem Palæstinæ hemisphærio. Cœlum enim regioni patens metro regionis metiri velle , atque non ultra regionis terminos extendere , insulso est insulsius , atque ipsa ignorantia ignorantius.

Extendatur itaque argumentatio. Omnes excelsi montes sub universo cœlo , quod Palæstinis patuit , operti sunt aquis quindecim cubitorum altitudine , montium vertices excedentibus. Cœlum autem quod Palæstinis patuit , fuit cœlum universi hemisphærij. Omnes ergo excelsi montes aquis operti intelligendi sunt , sub universo cœlo universi hemisphærij. Non igitur Palæstinorum montes excelsos omnes intelligas

intelligas necesse est : sed omnes illos, quibus paruit cœlum univèrsùm, etiam secundum tuum ipsius iudicium. Nos tamen montes cum Scriptura intelligimus omnes sub univèrso cœlo, hoc est, cœli univèrsitate, quia nullam apprehendimus Scripturæ limitationem.

Neque locus Deut. 2. quo hanc ineptitudinem probare saragit, illi prodesse potest. *Hodie incipiam* ( scribit Moyses ) *mittere metum atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo.* Ubi omne cœlum, inquit Præadamita, intelligendum, quod imminebat terræ sanctæ. Neque enim terrorem Judaici nominis immittebat Deus tunc temporis, Sinensi, vel Americano, vel Australi, vel Groenlandico. Supponit Præadamita, nullis populis, exceptis terram habitantibus sanctam, metum incussum fuisse, hoc autem falsum : omnibus enim illis, qui incolebant exteras terras, quorum aures Judæorum feriret fama, Deus incussit metum, pectusque palpitabat gentibus omnibus Israëlitis nomine audito. Contremuisse omnes inquit Pythius passim intelliguntur, quovis Exodi hujus populi ex Ægypto recordantur. *Terrorem mei* ( inquit Deus Exod. 23. *præmittam ante faciem tuam, & fundam quemlibet populum, in quem venies : & omnium inimicorum tuorum exponam tibi cervicem.* Omnes ergo populos in quos veniret Israël, inquit Dominus esse terrendos, non autem Palæstinos dumtaxat.

Deinde Præadamita ( ex studio neficio ) textus Deut. aliqua verba reticuit, illa nempe, *qui audierint famam tuam illi trepidabunt, & languescunt à facie tua.* Est ergo hic sacræ Scripturæ sensus. Univèrsùm cœlum, quocunque fama hæc manaret, aut populus hic à Deo mittendus esset, omnesque genres, ad quas Judæorum pervenisset notitia, maxime perterrendas, si ergo Sinenses populi, vel Americani, vel Australes, vel Groenlandici famam audivissent Israëlitis, & Deus suum populum ad illas possessionibus suis expellendas misisset, trepidassent omnes non minus quam populi alij, ad quos pervenerat fama. Non ergo *sub univèrso cœlo*, nisi perperam, de cœlo terræ Palæstinæ imminente, valet interpretari. Adde, noranda illa verba, *Die hoc incipiam imponere, &c.*

Multis jam retro annis trepidaverant populi, quicunque horrenda illa signa Ægypti intellexerant, famamque illorum audiverant omnium, quæ in mari rubro, & postea in deserto contigerant admiranda, sed jam præcipuè ex bellis cum maximis regibus terræ illius foeliciter gerendis, magnum illud Dei nomen divulgandum erat in terrorem gentium omnium, & populorum : ad quos fama illa, & coronæ rumoris triumphales deferrentur : tantarumque victoriarum profuere incendium.

Neque Josephus est pro Præadamita, qui lib. Antiquit. cap. 4. referens de diluvio Noachico historiam, Deum, inquit humanum genus extinguere decrevisse univèrsùm, & contingentem terram in Pelagi faciem transmutasse, ut nimirum novum hominum genus ex illo viro, cujus justitia erat delectatus, arca servato, instauraret, atque ita genus aliud abolevit univèrsùm. Quæ vera non essent, si aliqui in mundo, præter servatos in arca, post diluvium superstites fuisse, Josephus crederet. Neque verbis à Præadamita adductis habetur contrarium in favorem. Scopus Josephi, Judæus cum esset, Appionem Gentilem, quidquid ipse de Judæorum stirpe, historiaque de illa Noachi ex sacris litteris in arca servati, & quidquid simul protulisset ex Scriptura de Abrahamo refellentem, erat suadere, verum etiam esse ex scripturis Gentilium, & ideo in sui confirmationem allegat testimonium Berossi, qui scripsit de arca, in qua princeps Judæorum Sem nempe servatus est, ex quo univèrsa Judæorum textitur genealogia. Id enim suadere Josephus voluit, quod negaverat Appio, hic autem inficias ibat, stirpem omnium Judæorum ab aliquo, qui princeps sui generis nosceretur, duci in arca servato, ita ut ab illo genealogiam certam texere possent, quod neque Appio, neque fecisset ex Gentilibus ullus, ideo usque ad Adamum ascendendo non perrexit Josephus, quia solam stirpis suæ docebat originem, neque cum Ægyptio contentio Judæo erat de reliquijs generis sui.

162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200

## S. II.

*Proponitur Præadamita fundamentum secundum, quo univ. sale non fuisse diluvium, conatur ost. n. d. r. e. r. e. p. e. l. l. u. r. , & analogia reducitur ad concordiam.*

6. **D**ILUVIUM fuisse peculiare, terramque Palæstinam inundasse dumtaxat, probat ex illo, quod scriptum est de columba, quam Noë emisit, & ad illum vespere redijt, portans ramum olivæ virentibus folijs in ore suo. Ramus (inquit) ille virentibus folijs, quem matre sua auulsum retulit columba, non erat ex oleis illis, quas diluvium obruerat, & per annum emensam limosa palude obduxerat: quarum, idcirco folia limo gravata, limi rubigine emarcuerant. Probabilius ergo erit, dixisse columbam è montibus Armeniæ emissam, aquas diluvij omnes transvola visse, & in campis superioris Asiæ elat. ur. bus legisse ex olea quadam caraclysmi, & limi pura ramum illum virentibus folijs, quo virentem, nec marcidam salus spem Noë ostentaret.

Quod ut clarius percipiamus, retrahemus animo, & recogitemus apud nos impetum illum, quo diluvij imbres immensis aquarum agminibus eruperint, & terram totam per quadraginta dies, & totidem noctes, nec mora, nec requie verberaverint. Reputemus quot, & quantas cœnosas aquas præcipitati è mō.ibus torrentes in valles devolverint. Tum vero diluvium ipsum torrentibus illis concitatum, & conflatum nil nisi aquam fuisse, limo, & cœno delibutam, quæ deinde cum per annum liquatur, quo montibus altioribus incubuit, & quindecim cubitis supra fuit: fœs limi in fundum decidens ramis arborum subsedit, folijsque hæsit super omnibus. Docemur nempe hoc quodiano experimento, ubi torrentes turbidi ripas suas inundaverunt. Exsuctis enim postmodum aquis, cernimus & arundines, & arbores, quibus ripæ illæ consistæ sunt, limi pondere marginibus suis pessum pressas, & cœno immundissimo turpatas. Quale exemplar fuerat

olearum omnium diluvio Noacico immerfarum: Oleas quin etiam ipsas, per annum solidum, quo diluvium illas obruisse, legitur, nullo Sole eas vegetante, cœnosis aquis omnino corruptas, & interfectas, putruisse tandem credibile est. Concludit tandem. Facile certe mihi persuaderem, aquas diluvij Noacici, centum vel circiter miliaribus in superiorem Asiæ convexum fuisse evectas, hac ratione, quod globi illius convexitas salebrofa & verrucosa, imò ad Taurinostriæ doris immanibus exurgens, cursus aquarum, ut credibile est, fregerit: & rupibus interjectis, ne longius & latius vagarentur, valide obstiterit. Centum vero vel circiter miliaria emensam, & remensam die uno columbam, ut virentem ramum oleæ rostro legeret, & referret, hinc maxime conijcio, quod emissa mane venit vespere. Conijcio, inquam, longius evolavisse: tum ex pernicitate alarum, qua innata celeritate rapitur columba: tum quod ducente & referente Deo quæsitum ferat pacis tesseram, qua Deus, in Noë, Judaicæ genti conciliabatur: At vero non ita longe volatum destinavisset, si marcidum & turpatum limo termitem carpere illi satisfuisset: prostabant enim juxta arcam innumeri.

Verum contra istam expositionem, & quo movetur fundamentum expresse est Scriptura, optimeque in illum ex eodem textu Pythius insurgit. Avium enim naturam Noachus noscens, rerum naturalium peritissimus, corvum primo emisit alitem robustissimum & vivacissimum, quorum natura est, ex tempore vivere, huc illucque, & quaqua versus volitare: securumque esse, quo penna ferat, & pes figatur: unde proverbium natum est: corvos sequi. Nihilominus tamen corvus, qui natura securus, continua ad arcam agitabatur necessitudine. Si ergo in campis Asiæ fuisset locus conveniens ullus, brevi ex arca volans apprehendisset & in oculis habuisset Asiæ superioris montes; si enim campi illic elatiores erant, quam ipsi montes Armeniæ diluvij aquis operiti, ut Præadamita tradit, quanta altitudine, ipsi montes Asiæ extiterint corvinis oculis perceptibiles, non ergo perspicacissima hæc & sagacissima volucris, per quatuordecim fere dies indefinens

indefinenter abiisset, & rediisset, si convenientem in Asia videret locum. Idem argumentum fit de columba. Illa enim ante septem ultimos dies emissa, locum quietis non inveniens ad arcam reversa est. Non autem rediret si in campis Asiae invenisset commodum locum, sicut illa, vel alia ultimo emissa: non enim ultima ista columba magis transvolasse omnes diluvij aquas credenda est, quam columba præcedens, ut si ultima centum, vel circiter milliarum uno die emensa, & remensa sit, aquas omnes diluvij transvolando in Asiae superioris campos, præcedens æqua celeritate non rapiatur, eadem pernecitate gaudens alarum. Denique quoniam Præadamita dicit, quod ducente & ferente Deo, quæsitum jerat pacis tesseram ipsa columba. Quare ergo nos non idem dicemus de illa columba, quod Deo duce & auctore, ex aliquo ipsius Palæstino oliveto, aquis diluvij cænosus polluto, reportasset tesseram limo purum, aut virentibus folijs pacis tesseram: quam miraculosa, & non naturali transvolatione ex campis Asiae superioris.

Ad illud, quod totum argumenti robur constituit, *virentibus folijs*, dicendum est, Græcos libros habere *festucam*, Hebraice est. *Ecce folium olivæ raptum erat in ore ejus.* Vox *haleb* propriè significat folium. Quod licet propriè columbæ imbecillitati conveniat, quam decerpere ramum, potuit tamen si tener fuisset pauculis constans folijs. Post sedatos ergo diluvij impetus, faciem dicimus subsedisse paulatim, foliaque in olearum summitatibus, si quid limi adhæserit, suprema in aquis undatum fluctuatione, & summorum terminum agitatione diluta fuisse, & à sordibus purgata. Verisimile enim est oleam illam ante diluvium folia habuisse virentia, eaque sub aquis toto anno conservasse. Olea enim, ut tradit Plin. lib. 16. cap. 1. ex genere earum arborum est, quæ nunquam frondibus viduatæ, earum virorem conservant. Testem adducimus B. Chrysof. hom. 20. in Genes. ¶ Sed ubi invenit folium olivæ? (inquit) Totum hoc factum est dispensatione divina; & quod columba invenit, & quod ore tulit ad Noë, quamquam hæc arbor semper virens est. Vnde verisimile est, quod cum aquæ redierint, arbor

hæc adhuc habuerit foliorum comam. ¶

\*\*\*

### §. III.

*Proponitur, & repellitur tertium fundamentum Præadamitæ.*

**E**X cap. 10. Genes. probat diluvium generale non fuisse Præadamitarum auctor, eo quod non omnes populi ex filijs Noaci sunt propagati, & ideo neque omnes diluvij aquis immerfi. Constat ergo, inquit ipse, à filijs Noë non terrarum omnium plagas, sed terræ sanctæ regiones tantum divisas esse & post diluvium possessas. Probat primo, quoniam enumeratis filijs Sen, inquit Scriptura: *Natiq; sunt Heber filij duo. Nomen uni Phaleg: eo quod in diebus ejus divisa fuerit terra.* Eodem etiam cap. 10. habetur. *Ha familia Noe juxta populos, & nationes suas. Ab his divisa sunt gentes in terra post diluvium.* Ubi indicatur divisas esse regiones terræ sanctæ. Terra enim simpliciter dicta, terra sancta est. Secundo. Verba enim illa Gen. 10. *Ab his divisa sunt insula gentium, in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam, & familias suas, in nationibus suis.* Quibus suspicari potest generale fuisse diluvium, non possunt de regionibus extra terram sanctam intelligi. Quis enim credat tanta hominum propagine luxuriasse filios Japhet, ut, non se capientibus in continenti terrarum omni habitatoribus, effusi sint in insulas omnes adjacentes, & semotas, per æquor omne, tum Mediterraneum, tum Ægeum sparsas? Hoc autem, quid mirabilius est, intra tertiam generationem filiorum Japhet.

Imprimis in consequenter loquitur, etenim capitibus præcedentibus terram Palæstinam diluvium tantum obrutam repetit, & non semel, hic ad alias regiones extendit. Illa enim in Præadamitæ principijs cladem diluvij experta sunt, quæ postea à filijs Noë sunt divisa. Regiones autem non solum terræ sanctæ, sed alias pariter illi conteminas, pag. 211. faretur à filijs Noë post diluvium esse possessas. Perierant ergo aliz, præter Palæstinam, terræ regiones aquis inundatæ diluvij. Præterea. Quoniam superius manifestè probavi-

mus, terram simpliciter dictam non supponere pro terra sancta, tunc enim temporis terra sancta non erat, nulla enim à Deo, à quo accepit postmodum sanctitatem, facta fuerat terrarum ulla descriptio. Sanctum enim in Scriptura, separatim ab alijs significatur, Ante Abrahamum autem nulla fuit populi discretio, neque terrarum electio, promiscue viventibus tunc posteris cunctis Noë. Abrahamo enim fuit terræ facta promissio, duodecim autem tribus terræ possessio donata est.

Neque secundum, quod adversus dispersionem per orbem terrarum filiorum Japhet intra tertiam generationem urget, roboris est ullius. Non enim ullus dicere audebit: diebus nepotum Japhet tanta propagine luxuriasse filios illius, ut intra tertiam generationem, effusi fuerint in insulas omnes habitatoribus non se intra continentem terram capientibus. Scriptura autem initio divisionis terræ, & regionū, auctores primos, atque originem dispersionum populorum designat, ut ait Pythius. Diebus autem filiorum Japhet non in tot, nec tam longinquas terræ regiones se divertere familiæ, cadentibus vero temporibus & trajecturij facti sunt populi, & ultra Euphratem, & fluvium Ægypti terras calcarunt, terminosque suos posuerunt filij Japhet. Non quod eodem momento omnes statim terrarum omnium provincias adirent, sed secundum familiarum numerum, atque linguarum diversas terras occuparunt: quibus familijs multiplicatis paulatim, ad alias, & alias regiones itum fuerit passim. Gentium regiones, cum dicit, aut insulas Scriptura, non intelligendæ sunt

terræ, quæ jam à gentibus inhabitantur, aut quibus prælio expellendi essent gentiles populi ex Noë non oriundi, aut diluvio non extincti; sed quæ illo die quo scriberet Moses, revera gentium regiones erant: & à sancto Dei populo, illarum incolæ discreti, gentes dicebantur.

Plura ex imperio Assyriorum sub Nino, regnatoribus Ægypti, Nino antiquioribus, & regibus Scythiæ; Thebanorum regum præfectura in Ægyptios, regumque dynastis adducit testimonia profana, ut diluvium hoc Noacicum Palæstinæ terræ faciat particulare. Verum de antiquissimis imperijs quam plurima, quæ leguntur conscripta, non nisi fabulæ sunt, eorumque auctores, (de quibus Paulus ad Rom. 1. vanos, inquit, factos esse in ratiocinationibus suis, mutantes gloriam incorruptibilis hominis) qui posteris tradidisse, & scriptis consignasse mendacia potius credendi sunt, quàm à Sacra Scripturæ apice uno discedamus, juxta quam habemus, in universam terram, in omnem carnem, & sub universo cælo, aquas diluvij generaliter irruisse. Constat ex Sacra Scriptura animalia fuisse in arca salva servata, ex quibus singulorum esset genus instaurandum. Si ergo omnium generum animalia, ubique extra Palæstinam superfuissent, quid necesse erat, omnes, & bestiarum, & volucrum, & reptilium species ex undis servare, eisque postea indere fecunditatem? Quidquid sit autem de testimonijs Sacerdotis Ægyptij, Strabonis, Solini, & cæterorum, quibus suam visus est firmasse Præadamita sententiã, quæ pro nunc examinare non vacat, veritas pro Sacra Scriptura semper stabit, nec poterit præterire.

Genes. 8. v. 13. *Sexcentesimo primo anno, primo mense, prima die mensis, imminuta sunt aqua super terram, & aperiens Noë tectum arca, aspexit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ.*

Genes. 8. v. 14. *Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra, qua inter se opponuntur.*

8. **C**AÏetan. diem illum quo Moses arefactam dicit terram, unum, & eundem esse, cum illo, quo exsiccata superficies terræ scribitur, ait, dici autem primum primi mensis, si referatur ad annos vitæ Noë, sin autem ad annum usualem, sive currentem, nomi-

nari 27. secundi mensis. Opinatur enim hic auctor mensem septimum, & decimum, cujus mentio fit in hoc c. v. 4. & 5. ab initio diluvij petendos esse; mensem primum v. 13. ad Natalem spectare, mensem secundum v. 14. ab anni primordio deduci.

At alij arbitrantur Mosem in tam brevi narratione, tanta ambiguitate loqui noluisse, quæ narrationem ipsam obscuraret. Accipitur igitur hic primus mensis, prima dies mensis, secundus mensis, & 27. ejusdem, ut superiori cap. secundus mensis 17. ejusdem quo cap. primum est fieri diluvium, facta ab anni currentis initio supputatione.

Igitur prima die primi mensis terræ superficies aquis nudata, & exsiccata erat, inferius vero humida, mollis, & adhuc lutulenta, die 27. sequentis mensis terra ipsa perfectè arida, sive sicca, & solida exitit, ut commodam hominibus & bestiis habitationem præberet. Sic Abul. Percerius, & Salianus.

Genes. 8. *Requievit arca mense septimo 27. die super montes Armenia.*

Genes. 7. v. 11. *Anno sexcentesimo vitæ Noë, mense secundo 17. die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi. Ex quibus habemus duos menses, & 17. dies v. 12. facta est pluvia super terram 40. diebus, & v. vlt. obrinneruntque aqua terram 150. diebus, ex quibus colliguntur sex menses lunares (qui 177 diebus absolvuntur) & dies 13. Quibus si adjungas menses duos, & 17. dies novem excedunt menses, non igitur requievit septimo mense.*

2. **S**alianus, quem alij sequuntur, sic explicat. Diluvium incepit post 46. dies anni qui numeratur 600. Noë, continuata est pluvia per dies 40. cum perpetuo incremento, tum secutus est aquarum status 150. dies, qui juncti imbrium diebus conficiunt 190. idest, sex menses, & 13. dies, quibus si addas 16. dies finietur septimus mensis. Unde septimus mensis numerari debet ab initio diluvij, non à primo mense anni 600. Noë, pro octavo & nono mense adjiciuntur 59. dies usque ad initium mensis decimi, quo cacumina montium apparuerunt. Hinc ad corvi emissionem dies 40. effluerunt, denique bis septem consumpti dies dum columba bis emittebatur. Quibus diebus in summam redactis implebitur totus solaris annus sexcentismus vitæ Noë dierum 365. ut ipsi computant.

Verum hæc computatio mensum septimum facit cavum & consequenter, si menses lunares sunt alternatim cavi, & pleni menses, primus cavus erit, quod non admittit Salianus. Deinde si dies undecim adjiciantur mensibus lunariibus reddetur inutilis mensium lunarium usus. Non enim apparet cur lunares menses usurpentur nisi ad cursum lunæ accommodentur, ea fere ratione, qua etiam nunc faciunt Hebræi. Hanc autem rationem turbant undecim dies adjecti: sic enim fieret, ut si annus 600. Noë novilunio iniret, sex-

centismus primus luna circiter undecima 602. luna 22.603. luna 3. sequens circa plenilunium aperiretur, & totius annorum istorum decursu, menses dicti lunares, multum à lunari mutatione discrepant, ac proinde tolleretur omnino usus utilis mensium lunarium, qui vulgo alium in finem non usurpantur, nisi ut singuli dies mensium, ætati lunæ, more modoque civili congruant, quod ficti dies isti undecim non patiuntur nisi rarissime. Menses lunares non sunt ad usum idonei, nisi ut ex ijs annus lunaris constituatur, vel simplex 354. dierum, vel embolismus 384. aut 383.

Mirum etiam videtur mensum secundum cap. 7. Gen. ab anni initio deduci, & mensum septimum, & decimum, à die 17. mensis secundi, seu ab ortu diluvij, similiter mensum primum, & secundum cap. 8. ab anni initio numerari (ut inquit Salianus) sicut mensis secundus cap. 7. computabatur. Non possunt autem non magnis ambiguitatis angustiis conquati præfatæ expositionis auctores, si aliquos ab anni epocha, menses alios ab initio diluvij numerent, cum eos Moses, sine ulla variationis insinuatione constituens, eodem modo computandos clare non indicaverit. Toriellus quidem, cui placet etiam relata expositio, minus consequenter procedit, annum enim 36. regni Asa 2. Pa. 16. ducit à primordio regni

regni Juda, annum 40. quo rebellavit Absalon 2. Reg. 15. v. 7. ab actione David, secundum & tertium mensem, de quibus Ex. 16. v. 1. & c. 19. v. 1. ab anni exordio supputandum facetur.

Melius ergo textuum componitur contradictio si septimus mensis ab anni epocha cœperit supputari. Unde ab initio diluvij usque ad aquarum diminutionem non nisi 150. computantur dies, ita ut 40. dies imbrium in illis 150. includantur, ut D. Amb. de Noë, & arca cap. 17. ubi etiam unum annum computat ab initio diluvij, non usque ad annum 601. Noë, sed usque ad diem 27. secundi mensis, & mensem septimum computat ab initio non diluvij, sed anni, assentiunt Petavius, Bonfrenrius, Menochius, Tytinus, Scaliger, Petavius Rabi Salomon, & Moses Gerundensis. Et ratio suadet, nulla enim est necessitas, quæ vincat multiplicanda esse initia mensium, primi, secundi, septimi, decimi, quos in eodem histo-

riæ contextu sine ullo varietatis initio ponit Moses, dum ait mense secundo anno sexcentesimo vitæ Noë immisissam pluviam, mense septimo arcam quievissæ, mense decimo montium capita apparuisse: ac rursus primo mense anni sexcentesimo primi vitæ Noë (ut fatentur adversarij) tectum arcæ fuisse apertum, mense secundo arefactam terram. Sicut ergo mensis secundus, omnium iudicio, ab anni capite computatur, ita septimus, atque decimus. Annum autem istum fuisse 600. vitæ Noë certum est, sensu superius explicato quem annum 1656. orbis conditi numero, aquarum imminutionem referimus ad 151 ab initio diluvij computatam, quæ fuit 20. septimi mensis lunaris. Si vero menses fuerunt tricenarij 17. arcæ quietem facer textus Latinus, & Græcus notat die 27. ejusdem septimi mensis. quæ dies incurrit in 158. ab inchoato diluvio, si mensibus lunariibus utamur, si tricenarijs incidet in 161.

Genes. 8. *Decimo enim mense primo die mensis apparuerunt cacumina montium.*

Ibid. v. 9. *qua cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est columba aqua enim erant super universam terram.*

11.

**A**vgustin. in q. super Genes. unde conijcitur (inquit) quod cadaveri potuit corvus insidere, quod naturaliter refugit columba: Glossa Græca, ad quæstionem sic respondet. Columba requiem non invenit, vel quia nullum sui generis invenit, corvus vero qui humidis gaudet, in corporibus nantibus requievit. Chrysof. hom. 27. in 8. Gen. ¶ Non enim (inquit) simpliciter dixit, non inventa requie, sed apposuit pedibus suis, ut doceat nos, quod licet deserant ex parte aliqua aquæ, & cacumina montium apparuerant, sed adhuc ob abundantiam aquarum etiam cacumina limo plena erant, & idè columba nondum stare, neque convenientem sibi cibum invenire valens reversa est, reditu suo docens ju-

stum, esse adhuc magnam aquarum copiam. ¶

Aug. hic. ¶ Quæritur (inquit) utrum post centum quinquaginta dies, hæc facta sint, an per recapitulationem omnia rememorata, quæ post quadraginta dies pluvix cæperunt fieri, ut hoc solum ad 150. dies pertineat, quousque ad ipsos montes aqua est exaltata, aut de fontibus abyssi, jam cessante pluvia, aut quia mansit in altitudine nullo spiritu siccante. Cætera vero quæ dicta sunt non post centum quinquaginta dies omnia facta sunt; sed commemorata, quæ ex fine quadraginta dierum fieri cæperunt. ¶ Et inferius, q. 14. Quæ quæstio (inquit) videtur per recapitulationem posse dissolvi, ut ea posterius narrata intelligantur, quæ prius facta sunt.

Genes. 8. *Tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocausta.*

Levit. 11. & Deut. 14. *Distinctio inter hæc animalia munda ab immandis, & holocaustum eorum tunc primum habetur.*

12.

**D**. Thom. 3. p. q. 60. art. 5. ad 3. (inquit) sicut in statu naturæ legis, homines nulla lege exterius data, sed

solo interiori instinctu movebantur ad Deum colendum, ita etiam ex interiori instinctu determinabatur eis, quibus rebus

rebus sensibilibus ad Dei cultum uterentur. Paul. Burg. script. scriptur. par. 2. dis. 3. cap. 11. in qualibet ætate, & apud quaslibet hominum nationes, semper fuit aliqua sacrificiorum oblatio. Quod autem est apud omnes, naturale est. Cujus ratio est, quia sicut in rebus naturalibus, inferiora naturaliter suis superioribus subduntur, ita etiam naturalis ratio dicitur, ut secundum naturalem inclinationem, homines, ei, quod est supra omnes, subjectionem, & honorem exhibeant secundum modum homini convenientem. Qui modus est, ut sensibilibus signis utatur ad exprimendum interiorem affectum. Unde ex naturali ratione procedit, quod homo sacrificijs utatur in signum honoris, & subjectionis, ad similitudinem eorum, qui aliquid offerunt domino in recognitionem dominij, quæ primo ducti Cain, & Abel alter cruentum, alter ex frugibus obtulit sacrificium.

De his autem sacrificijs ante legem scriptam, sic legitur in Guemara Babilon. ad tit. Zebach. cap. 14. fol. 115. Et universa animalia rite offerebantur, sive jumentum, sive pecus, sive fera, sive avis, idque tam femina, quam mascula, tam vitiosi, quam integri corporis modo ex mundis essent, non item immunda, & victimæ sic oblatæ fuerunt cunctæ holocausta. Ad idem tæporis intervallum, ante legem, scilicet, scriptam, illud Domini ad Jobi amicos, spectat, Job 24. Iratus est furor meus contra te, & contra duos amicos tuos, quia non estis locuti de me rectum, si-

cut servus meus Job, nunc igitur tollite vobis septem boves, & septem arietes, & ite ad servum meum Job, & offerre holocaustum pro vobis, & Job servus meus orabit pro vobis.

Hujusmodi autem mundorum ab immundis distinctionem quoad sacrificia, vel ex traditione majorum suorum acceperat Noë, quam observabant in distinctu Dei, vel dicendum appellari immunda animalia, illa quæ victui humano naturaliter sunt repugnantia, munda è contrario, audi Chryf. hom. 24. in Genes. ubi ita apte natura mundum homo ab immundo secernit. ¶ Quod autem (inquit) hoc sit verum, considera quemadmodum nonnullis locis, quidam abstinent ab aliquibus ut immundis, &c. Sic etiam fuit tempore Noë. Ipsa vero scientia ei viro insita docebat eum, quæ essent ad cibum commoda, & quæ immunda, non quod talia per se essent, sed quia pro immundis habebantur. ¶ Et inferius. Itaque scientia à Deo nobis indita, horum est magistra, & doctrix. Posset autem & aliter dici, quia Deus, quæ præceperat, & scire ea manifestè fecit.

Vel dicendum, ex his, quæ in posterum lege Mosis præcepta sunt, plura in observantia fuisse apud pios viros ante legem, sicut decimarum solutio Genes. 28. suscitatio seminis, Genes. 38. abstinentia à sanguine, & suffocato, cap. 9. & alia, quæ septem Noachidarum præcepta vocant, de quibus Seldenus lib. de jure Hebræor. & lib. 1. de Syned.

Genes. 8. *Nequaquam ultra maledicam terra.*

Deut. 28. *Maledictus in civitate, maledictus in agro. Et Pentapolim subvertit Deus.*

**F**acilis est concordia, cap. namque 8. promittit universæ terræ securitatem, id est, nunquam fore generalem internecionem universæ terræ. Cui non contradicit, quod aliquam urbem, agrumvè propter peccata hominum percutiat, sicut igne, & sulphure absorbit Pentapolim. Maledictiones ergo secundi textus privatos spectant, contemptores scilicet majestatis, & honoris divini, quos malos male perdet Deus.

\*\*\*\*\*  
**E X P L I C A T V R**  
*Gen. 8. in sensu morali.*

§. I.

*Perversa hominis detractoris propensio.*

**I**ovus Ambrosius Columbarum nomine, eos omnes, qui in captivos misericordiz opera exercent, intelligit, quorum actus ita sunt Domino grati, ut quæ in pauperes, miserisque impendantur, 11:  
Detrahentes lyncis oculis ju-  
storum im-  
perfectioni

*insidiantur, non sic perfecti.*

penduntur, ita apud Dominum æstimantur, quod etiam si qualitate sint folia, in tantum crescant valore, quantum distat ab unico folio ramus.

Quomodo autem inter cadavera immunda, terraque lutosa folium carpere potuit Columba? Avis candoris Symbolum est, & hominum, qui vitam componunt perfectam, hi enim virtutes solum respiciunt alienas, perfectionum aliorum panegyristæ, si quid non ita perfectum forsitan videre contigerit silent, potius sepelire tentantes, sicut columba, quæ inter tot defœcata inundatione diluvij, folium forsitan solum colligit rostro, corvus autem, (& cæteri, quorum deperditi mores nigro colore notantur) os immundum, si forsitan adesset solum, etiam si veluti sylva frondosa mundus floret, colligeret rostro; ut putredinem Noë navis gubernatori palam redderet manifestam. Qui enim corvi imitantur naturam inter universa vitæ, floribus conculcatis, tanquam vultures effodere ossa putrida, & immunda cadavera non cessabunt. Sic homines moribus incompositi, relictis virtutibus, quas in alijs lædet, videre, & imitari non audent, si forsitan lynces viderint maculam apparentem, contra virtutem insultant, & omnibus alacriter manifestant. Similes hi sunt ciconijs, de quibus Seneca, inquit. *In eodem prato bos herbam quarit, canis leporem, ciconia lacertum.* Dignum est vere notatu, quod in eodem horto, passer ramum quærat, florem apis, & omnes tandem varietate pulchritudinis delectentur, & sola immunda ciconia pessundatis floribus, conculcatisque rosis penetrans occultiora, vix anguculum violis cœlatum, & inter herbam latentem videat, cum serpentem tollit in altum, ut omnibus patefaciat, terram quæ generat odoriferos flores, venefica animantia pariter procreare. O! falsi detractores similes ranis, quæ noctu canunt, cum fileant, Sole splendente, radijs sanctitatis allucinari obmutescitis, & solum ea, quæ apparent obscura, videtis.

Quærunt Judæi à paralytico, *quis est ille homo qui dixit tibi: tolle grabatum tuum?* Quare, inquit Cyrillus, non quærunt: quis est qui te sanavit. Duo, inquit, in hoc opere mirabili sunt, & salus infirmi redolens omnipotentiam, & grabatum super humeros tollere,

quod præstiterit sanitatem, virtutem arguit & sanctitatem, præceptum de sublevando grabato, piaculum visum est, quo sabbatum existimabant esse violatum. Detrahentes ergo Domini sanctitati miraculi oblitæ solum in id, quod malum apparet intentos oculos habent, ideoque, quis est ille homo, qui tollere grabatum præcepit quærunt, in quo apparuit ipsis delictum, non, quis est, qui te sanavit? O detractores crudeles, de quibus, inquit David, *injustitiam cogitavit lingua tua,* tam pravi namque sunt homines, qui ad incogitativa collocant linguam, ut quidquid levi, aut nullo suspicati sunt fundamento, sine discretionem loquantur. Viderat illum mirabilem currum Propheta, & quatuor animalia trahere inquit, *Similitudo quatuor animalium,* alibi refert visionem, & *intellexi,* inquit, *quia Cherubini essent.* Quo ergo pacto hæc possunt conciliari antilogiæ? Gaspar Sanchez. Spectarat prius Propheta, inquit, procul tamen, nunc autem quia propius accedit, & aspicit, non jam amplius nominat animalia, sed Cherubinos, cum prius vidit, currus erat proximus cœlo, homo autem ipse jacebat, distantia ergo esse animalia fecit eum existimare, propius autem accedens, Cherubinos ut erant clarissime judicavit. Hinc oritur judiciorum fallacia, quia à longe videmus, id quod Cherubin terrestre animal judicamus, reptile terræ, quod habitat cœlum, & hoc ideo quia terrestribus malitiæ nostræ vaporibus, ita lumen, & lux oculorum obnubilatur, ut cœlum judicet terram, & vitium apparere virtutem, inde sceleratiores prætextato zelo, omnia loquuntur ut suspicantur, hoc non potest Dominus tolerare.

Duo ab Abraham postulavit dives avarus. & quod in solatium mitteret Lazarum, & ut quinque fratribus prædicaret, primæ petitioni mitissime respondisse, inquit textus. *Fili recordare,* Secundæ non nisi cum asperitate, *habent Moysen, quid ad te?* Merito quidem. Quoniam in prima solatium epulo petit, respicit sua, unde mitis, & mansuetus respondit, licet supplicationi non annuat, in secunda indiscrete consulit fratribus, eorumque intentus alienis defectibus rogat, ut reprehendantur, & corrigantur. Hoc ergo ægre tulit

tulit Abraham, quod dives avarus suorum scelera immemor, praeterea amoris fraterni peccata aliorum obijciat, & delicta, defectulque pandat. Qui sibi sic impius imprudenter praesumit alijs impetrare poenitentiam, qui sibi tam crudeliter ad veniam nihil providit. O ! quot vel zelo indiscreto, vel animo male sanato aliorum non curant corrodere honores, & vitas, neque superne timent supplicium, huic enim majus supplicium quam alijs caelum minatur. Voluit Dominus affligere Nichanorem, afficereque, ut par erat poena, & supplicio, & sic inquit. *Linguam impij Nichanoris praecisam jussit particulatim avibus dari, manum autem dementis contra templum suspendi.* Voluit poenam correspondere culpa. Manus ergo, quam extenderat contra templum, quia minus deliquit, minus patiar, unicum ictum sentiat, quo praedatur: lingua autem quae Jonatham, Machabaeorumque alios percussit, pluribus ictibus particulatim praecisa dari praecipitur avibus, deliquerat enim gravior.

¶

§. II.

*Proclivis homo ad manifestandas imperfectiones aliorum, non ita glorias.*

14

**C**VM hominum labilis sit in malum natura, ut maculas quilibet celet, alios carpere soleat, vel si non carpit, in proprium delinquendi solarium, eadem de quibus metuunt homines redargui, advertentia suis pravitatibus alios facere credunt. *In confesso* (inquit Plutarchus) *ita comparatum esse ut isti, quos nulla tangit admiratio virtutis sedulo curent, quo ab alijs celebrata laerent, atque insectentur.* De ijs autem optime D. Hieronymus ad Demetriadem inquit, quod cum suo merito placere non possint, placere volunt in comparatione pejorum. Ideo nullus querit in alio bona imitanda, sed sordida manifestat, ut ceteris pateant maledicentiae exposita virulentiae. Hoc vitium sic lente serpit humanum ingenium, ut cunctos transcendat maledicentia in alios cruenta, amant sordido malevolentiae squalore aperire in alijs imperfectiones, quibus dehonestent, vix unus est qui succurrat, qui maculas manifestent plures sunt obvij.

Minas fratris fugiebat Jacob, & ad

exteros confugiebat sperans apud illos minus periclitari, quam inter sanguine junctos, invidia enim nemini parci, sed intestinis odio magis insidiatur propinquis, ubi primum Rachele<sup>m</sup> puellam cherrimam vidit adaequatorem gregem ad puteum, ubi fitebatur Jacob ab itinere lassus; lapidem ipse solus amovit roboratus amore. *Amovit lapidem, quo puteus claudebatur.* Contendit Christus Dominus ad tumulum; quo Lazarus jacebat sepultus, & praecipit circumstantibus amovere saxum à tumulo. *Ait Jesus, tollite lapidem.* Quare Jacob ut greges adaequaret Rachele; lapidem quo erat puteus signatus, ipse solus amovit, nec rogat ut alijs secum evolvant, & Dominus in sepulchro imperat alijs ab ostio monumenti lapidem amoliri? Quare ipse solus voce, vel manu non amover saxum, quod non ita vires superabat humanas, quam defuncto reddere vitam? Ratio est, quoniam Jacob forsitan non reperiret, qui vellet cum illo putei lapidem amovere, verum qui aderant Domino coram Lazari tumulati sepulchro ad æmulationem plures invitarentur, ut evolverent lapidem speluncae: Iterum audite rationem; lapis, quo claudebatur puteus, removendus erat, ut greges adaequaret Rachel ne praesentia deficerent oves, evolvere lapidem opus erat tenerae compassionis, quo subveniendum erat afflictioni Rachelis; ad subveniendum ergo alienae necessitati, nullus erit etiam rogatus, qui velit amovere lapillum, & solus erit unus incensus amore Jacob, qui pro opitulanda Rachele amoris stimulo roboratus, saxum amoveat à puteo. Domino autem evolvere lapidem sepulchri imperanti omnes circumstantes se offerent lætabundi, etenim saxum praecipitur à Christo emoliri, ut Lazarus cunctis possit pate-re. Quomodo ergo Lazarus erat? *Fam fætes* foetidus erat, vermibus seatebat, corruptioni, & putredini tabescebat, est autem ita jucundum hominibus corruptionem aliorum manifestare, & propalare foetorem, quod nullus excusabitur, ut sepulchri Lazari foetidi saxum evolvat, sed lætabundi se offerent cuncti manifestare foetorem, *tollite lapidem: cum solus unus reperiri possit Jacob, qui pro adaequandis gregibus dilectae Rachele velit evolvere lapidem; hos enim*

Onus bo-  
mines non  
recu-  
sant  
pro revelâ-  
tis alienis  
imperfe-  
ctionibus.

est humanum ingenium, pro succurrendo vix unus, pro corruptionibus, & imperfectionibus propalands plures se offerunt obvij necrogati, nec iniurati.

Vidit Propheta Ezechiel manus hominis, quæ sub alis, & pennis erant ad operandum quasi impeditæ. *Manus hominis sub pennis eorum.* Theodoretus legit. *Sub alis erant absconditæ.* Verum hic cujus manus Propheta vidit, nec illa movebat, nec pennis utebatur & alis. *Isaias* inquit, quod Seraphim vidit, qui tamen ad ipsum ut curaret, & sanaret, volavit. *Volavit ad me unus de Seraphim.* Hic se offert manifesta varietas; ad conspectum manus quidam visibatur nube obvolutus, & tamen hominis manus nec rumpit caliginem nubis, nec duabus pennis volavit, ut involutum manifestaret. Seraphim, quem vidit *Isaias* sex volavit alis ad Prophetam. Quare ille duabus alis non volat, ut obvolutum nube liberet à caligine, & Seraphim sex pennis celeriter volitat ad Prophetam. Ratio est: quoniam in nube erat gloria velata. *Hæc visio similitudinis gloria;* Ad gloriam autem manifestandam alienam non est homini manus, nec usus alarum, sub alis erant absconditæ; Seraphim autem facem incensam, lucemque nitentem in manu tenebat: *Et in manu ejus calculus.* Septuaginta *Carbunculus.* D. Thomas sentit, quod calculus ille carbunculus erat ignitus, lucens ad manifestandum, ardens ad comburendum, ideo sex alis Seraphim ad *Isaiam* celer volavit, Propheta namque maculis laborabat. *Vir labijs pollutus ego sum.* Idem ad ostendendam Prophetæ imperfectionem, & maculam non deficit, qui face accensa sex volitet alis, comburaturque labia, cum ad ostendendam, aperiendamque gloriam alienam deficiat, qui manum applicet, vel qui non illas sub pennis abscondat (moralissime loquor) homines enim sic tardi sunt ut alios honorent, sic celeres ut alios dehonorent, in alienis glorijs cœcutiunt, in defectibus oculis lineæ repleantur.

15.  
Ne videant  
gloriam  
alienam  
vellent bo-

Quatuor animalia vidit Joannes mentis excessu raptus sic plena oculis ut ante, & retro oculata apparent. Et in medio sedis, & in circuitu sedis

quatuor animalia plena oculis ante, & retro. Eadem animalia viderat Propheta Ezechiel, sed non tot oculis plena, nec ante, nec retro dicitur oculis ornata fuisse. Quare ergo si eadem sunt animalia, testibus SS. Basilio Dionysio, & Cyrillo, quæ vidit Joannes, & quæ respexerat etiam Ezechiel, non iidem oculis gaudent? Quare animalia quæ Joannes respexit oculis ante, & retro replentur, & non sic animalia Ezechielis? Ratio est: quoniam animalia Ezechielis assistebant triumpho majestatis glorioso. *Hæc visio similitudinis gloria,* ideo non tot oculis sunt ornata, ad gloriam enim alienam intuentiam vellent potius sibi extrahere oculos, quam recipere ad videndum multiplicatos, ne gloriam viderent, optarent visu carere, si illis optio daretur. Animalia autem quæ Joannes vidit Apostolus agnovit veluti mortuo extinctis splendoribus vitæ assistebant, & præterea apparebat seniorum casus. *Viginti quatuor seniores ceciderunt.* Ideo ante, & retro oculis erant plena, ad intuentiam namque aliorum lapsum, & præcipitiam intus, & foris, ante, & retro à pedibus usque ad caput oculis animalia vestientur, ut sic hominum representetur conditio, qui in glorijs vellent oculis cœcutire, in defectibus autem alienis oculis novis supervestiri.

Sic lividus homo intuitu gloriæ alienæ dirumpitur ut gloriam alienam non videat nisi alterius imperfectione sit mixta, nec deglutire valeat, nisi ignominie alienæ falsamento (ut sic loquar) fuerit condita. De Baptista asserit Joannes Evangelista; quod venit ut testimonium redderet de Christo, ejus prædicaret magnificam gloriam, *Ut omnes crederent per eum.* Verum ut cuncti Christi reciperent laudes, gloriam venerentur, amplecterenturque fidem, ignorantiam propriam adducit pro testimonio. *Et ego nesciebam eum.* Quomodo hæc? si Baptista testimonium de magnifica Domini gloria perhibet, sed ut manifestentur in Israël, propterea veni ego: cur dicit ignorare quem nunciat? Quis crederet magnifica de alio dicenti, si ignorantiam in proprio testimonio fateatur? Ignorans potest esse testis sincerus, sed non ita verus, atque fidelis

16.  
Aliena  
gloria se-  
lum perci-  
pitur falsam-  
mento im-  
perfectionis  
aliena con-  
dita.

fidelis quia nesciens: cur ergo quando Christi Baptista publicat gloriam, prius ignorantiam propriam fateatur? *Ego nesciebam.* Ratio est: quoniam Joannes Domini gloriam credendam hominibus proponebat, gloria autem aliena ita insipida est hominibus male affectis, quod si pure proponeretur ut gloria præ nausea deglutire non possent, audiant ergo homines prius ignorantiam Baptistæ. *Et ego nesciebam,* & sic gloriam Domini saltem ignorantia Joannis conditam sine fastidio respicient, gloria enim nisi alterius imperfectione mixta non fuerit ab hominibus sine nausea non percipietur. *Non inquit nescio* (asserit Chrysostomus) *sed nesciebam, ut hoc verbo maxime crederetur.*

Sedens Dominus supra fontem tanquam super Cathedram Magistris, convertit, docuit, & illustravit mulierem Samaritanam, quæ ex peccatrice prædicatrix effecta, iter assumpsit in civitatem, ubi plures ad Christi fidem convertit. *Ex civitate illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris.* Cæcus à nativitate communicavit Dominus lumen, qui ubi vidit prædicavit Christum filium Dei vivi, verumtamen nil in alijs testimonium ejus profecit, cum potius alijs optionem danti an Christi discipuli fieri vellent, responsum est. *Tu illius discipulus sis.* Quare ergo laudes Dominiæ gloriæ, quas cæcus iste annuntiavit cuncti receperunt cum nausea, & nullus credit tanto miraculo viso, & prædicante Samaritana tot viri cordati Samaritani Domino credunt, & cum gaudio gloriam illius audiunt, & fidem suscipiunt? Ratio est, quoniam cæcus male conditam Domini gloriam ministravit hominibus, protulit laudes non mixto alieno defectu, dixerat Christus. *Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Dei.* Audierunt Christi laudes, sed Cæci, aut alterius non proferebatur defectus, itaque insipida visa est gloria Christi, quam proponebat hominibus Cæcus, & erga eum miraculum Christi, quia non fidem, sed odium capavit ab illis, non benevolentiam, sed virulentam maledicentiam: Samaritanæ vero magnifica de magistro loquenti ci-

tes plures crediderunt in eum, audite rationem: *Propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quacumque fecit.* Samaritana retulit civibus, Dominum sua scelera, turpès mores, & affectus inhonestos revelasse, magnificabat Domini gloriam, & sua simul crimina referebat, ita miscuit laudes Domini condimento turpitudinis suæ, & scelerum cæterorum, ut potuerit recipi sine fastidio à Samaritanis, ita ut relicta laxioris vitæ licentia cum gaudio novam receperint religionem.

Nescio an Lucretia humanam conditionem respexit, quando se dedit gladio, ut gloriam sibi pararet castitatis æternam coram propinquis suis, quibus retulit stuprum Tarquini, & postea se peremit pugione, de qua Tertullianus inquit. *Ad manum est Lucretia, qua vim stupri passa cultrum sibi adegit in conspectu propinquorum, ut gloriam castitatis suæ pararet.* Si fortitudo Lucretiæ in effundendo sanguine proprio sola publicaretur, vix intra angustos urbis containeretur cancellos, & fere perciperetur ab ullo, misceat ergo suæ pudicitia, & fortitudini supra virilem stuprum Tarquini, quia hujusmodi publicatione delicti celebrabitur sine fastidio gloria castitatis Lucretiæ, quasi imperfectione unius pudicitia gloria condita apud homines Lucretiæ acquisiverit mèrita encomia, non enim gloriam alienam homines sine fastidio deglutiant, nisi alienæ ignominiae ministraretur in disco.

Non aliter ergo alienas glorias percipere cogitat homo, nisi ad instar laborantis infirmitate visus, qui non aliter radios solares respicere est ausus, nisi cum fenestræ imperceptibiles contingit penetrare rupturas, tunc etenim radios nebulosi atomi comitantur, tuncque velut impuros clare respiciunt, similiter ægre affectis erga perfectiones alienas contingit, quibus præbere repunt assensum, nisi nebulis mixtis cujusvis imperfectionis. Ex afflato divino Saulem unxit in regem Samuel propheta sanctus, nulli autem Saül aulus est revelare, nec patruo. *De sermone autem regni non indicavit ei,* quoniam existimavit patruum dignitari regis non crediturum. Venit ungere propheta in regem Iehu, quem reperit pluribus comitatum, &

ubi se Elifæum regem unxisse cæteris Iehu revelavit, continuo adstantes & regem credunt, & venerantur pallijs, & vestibus ipsorum depositis solium sternunt, & Iehu regem acclamant, quare Saul nec patruo regnum revelat, nec ab eo fidem præstandam sperat, & Iehu confidenter locijs manifestat unctiōnem, & ipſi illico credunt, & regem palam acclamant: Quoniam electio Saulis in regem gloria duntaxat ipsius erat, ideo credendam à patruo desperat, nec ausus est indicare; *De sermone autem regni non indicavit ei.* Iehu autem dignitas regia mixta erat ignominia prophetæ, dixerant enim: *Ad quid venit insanus iste?* Ideo quia gloriam Iehu mixtam degustaverit ludibrio Prophetæ, regem crediderunt, & acclamarunt; *Et unusquisque tollens palliū suum posuerunt sub pedibus eius in similitudinem tribunalis, & cecinerūt cuba, atque dixerunt: regnavit Iehu,* homines enim non facile gloriam credunt alienā, nisi nebulosis atomis imperfectionis alienæ sit obscurata.

*Nisi videro fixuram.* Ita dicebat in fide hæsitans Apostolus Thomas non crediturum Domini resurrectionem gloriosam, nisi oculis fixuram clavorum aspiciat. Sed quare fixuram in signum poscit, & non dorem agilitatis, aut subtilitatis, & corporis splendorem? Nonne longe infallibilis resurrectionis testimonium erat splendor gloriæ, quam ruptura corporis, aut dira clavorum fixura? Utique erat infallibilis, sed fidei Thomæ non ita proportionatum, resurrectio enim medijs dotibus subtilitatis, & agilitatis manifestata est unde quaque gloriosa, ideo ægre, maleque affectus Apostolus Thomas resurrectionis gloriam non credit destinatus, resurrectio est fixura clavorum manifestata est gloria temperata infirmitate naturæ, & corporis humani ruptura, ideo ut gloriam credit poscit Thomas videre fixuram, gloriæ namque alienæ homo radijs obtenebratus cæcutit, nec respicere valet, nisi imperfectione aliqua gloria aliena appareat devenustata, nec aliter ab homine publicatur, nisi præferat mixtum alterius defectum.

Quare die sabbathi paralyticum Christus sanavit? Quare calumniæ Phariseorum exposuit opus miraculosum? Quare detractionem non vitæ clamantium: *Sabbatum est, non licet tibi tollere grabatam?* Quare ergo

jam sano præcepit tollere lectum? Ratio est: quoniam aliter non evulgaretur miraculum, si namque die sabbathi paralyticum non sanaret, opus appareret undequaque præclarum, nec expositum maledicentiæ Judaicæ, unde vel angusta, vel nulla laude gauderet, vixque adstantium notitia miraculi pertingeret aures: ex quo autem miraculum operatus est in sabbato exorta est de festi violatione detractionis, & longissime patuit notitia, miraculum undequaque gloriosum vix pertingeret ad præsentis, sed comitarum calumnijs, & vituperio, ac violationis festi temperatum defectu cumulatius crevit, & in totam est civitatem evulgatum, quia non aliter homo gloriam promulgabit alienam, nisi aliquam secum miscerit notam imperfectionis.

*Act. 1.* dicitur à Christo Domino. *Eritis mihi testes in Hierosalemo, & in omni Judæa, & Samaria.* Hugo ibi: *Eritis mihi testes resurrectionis verbo, & exemplo, vel signis.* Præcepit Christus discipulis, ut prædicarent oculares veluti testes resurrectionis ejus seminantes per totum orbem verbum illius: Tres discipulos in montem excelsum assumpsit, ut coram eis Christus appareret transfiguratus, atque gloriosus, eisque præceptum imposuit ne quam viderant gloriam alijs dicere auderent. *Visionem quam vidistis, nemini dixeritis.* Quare præceptum imponit ut coram omnibus notam faciant Apostoli resurrectionem Magistri; & imperat etiam sub præcepto ut gloriam transfigurationis occultent? Ratio est: quoniam gloria resurrectionis nil habebat, quod non lucidum esset, & præclarum: ad manifestandam autem gloriam alienam, speciosam undique, atque conspicuam sic tardi sunt homines, & difficultate laborant, quod nisi præcepto fuerint præventi, non prædicarent resurrectionis gloriam per orbem: gloria autem transfigurationis in monte mixta erat mortalitatis, & crucis ignominia. *Loquebantur de excessu:* Ideo Dominus præceptum imposuit, ne dicerent illam visionem, quoniam homines sic sunt proclives ad publicandam alienam imperfectionem, quod nisi forent Dominica prohibitionis præven-

ti, gloriam transfigurationis in monte, qua crucis fuerat mixta ignominia, cunctis forent revelatur. Homines enim sic difficiles sunt ad gloriam alienam manifestandam, ac faciles ad revelandam imperfectionem.

\*\*\*

### §. III.

*Homines quod imperfectionis, & non tanti decoris vident in alijs, facile percipiunt, & credunt, cœntiunt ad ea, quæ sunt perfectiora.*

17. Ad ignominia fide unus satis est testis, ut gloriam alienam homo percipiat opus est contrere manu.

**A**BILIS est hominum effrænata conditio, omniumque oculi fascinantantes quidquid perfectionis in alijs respiciunt; quo magis aliquis commendabilis est, eo magis est allatratus, & contumeliæ experitur venenû; ad id quod lucidum est cœcutiunt, si indecori speciem induxerit hincæis oculis fugillatur, facile alienæ assentiunt imperfectioni, excellentiæ alterius difficile redditur ab hominibus fides; Cum homine nata est similis declinatio naturæ, & visa est in mundi nascentis exordio. Evam enim aggreditur Dæmon, & ut deciperet illā invidiæ insinulat creatorē, & divinitatem pollicetur mulieri si vitium pomum edere fuerit ausa. *Scit enim Deus, quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dii.* Fœmina autem incauta illico serpenti præbuit assensû. Alia opportunitate ubi primum Magdalena speluncam sacram intravit, & in sepulchro magistri corpus iterum, & semel qua sitû non reperiret, nimis afflictâ duos Angelos vidit, à quibus Christi resurrectionem audivit, verum dubia, & incredula mansit, ut communiter sentiunt expositores, quousque magistrum in persona respexit. Quare ergo fœmina prima à manibus divinis nedum educâta, serpenti, & Dæmoni facile credit; & Magdalena divini Magistri schola sancta nutrita, duobus Angelis fidem nō præstat, nec cœlestibus spiritibus assentitur, sed adhuc titubavit in fide? Ratio est, quoniã dæmon non tam divinitatem pollicebatur mulieri, quam invidiæ Deû insinulabat *scit enim Deus*, quasi Deus ne haberet divinitatis locios edere pomû veruerit, imperfectionem, & vitiû in Deo dæmon sorgebat. & annunciabat mulieri: Angeli, & cœlestes spiritus resurrectionē Dominicâ Mag-

dalena jucundissimè prædicabant, resurrectio erat immortalis gloriæ corona, & præclara humanitatis Christi majestas, ideo Magdalena cœlestibus nuncijs non præbuit assensum, & imperfectioni quam sacrilegus spiritus supponebat in Deo. Eva fidem exhibuit; quia imperfectio aliena, & piaculum quod prædicatur de alio, in homine facilem credibilitatē reperirent; non sic decor, & aliena excellentia, etiãsi spiritus Angelici nobis annūciens; quod dedecoris est ut firmissime figatur in animo, & cōstâter credatur, satis est dæmonē unum proferre, ut autem excellentiæ alterius assensum præbeamus, nec Angelorum iterata sufficiunt testimonia cœlestia, ad ignominia credibilitatem unicus satis est testis ut perfectionis alienæ excellentiam perceperis, dubius, & pendulus hæsitabis, nisi illā contrectaveris manu.

Christus Dominus ad Bethaniae portas emollitus lachrymis Magdalena ad tumulû Lazari illum suscitaturus contendit, post orationē autem, fremitum, atque stetum eum revocavit ad vitam, & ut vivere crederet circumstantes præcepit ut solverent Lazari vincula, *Solvite illum*. Paulo ante resurrectionē, cum operimentum sepulchri tolli Dominus imperaret, dicebat Martha: *quariduanus est, jam factet*. Et tamē non præcepit magister circumstantibus Lazarum odorari. Quare imperavit Christus ut solveret vincula, ne de vita Lazari hæsitarent, & non Lazarum odorari præcepit, percipereque foetorem ut putredine tabescentem credant, quem postmodum fuerat visuri suscitatu ad vitã? Ratio est, quod Lazarus novæ vitæ sit restitutus, est quid mirabile, & gloria præclara, huic tamen non crederent circumstantes, nisi vincula manibus contrectaret, propriisque oculis motum vitalem exercere viderent; Lazarum autem icetere, erat ignobilis corruptionis status, & ideo ut credant satis est, quod audierant à Martha: *Domine jam factet*. Quod Lazarus cōpage corporis dissoluta tabescat putredine, & corruptione, cujusvis fœminæ testimonium ut credatur superabundat, ut homines autē de vita Lazari firmaretur, nec satis esset Domini irrefragabilis veritas resurrectionem affirmas, ut Lazarum crederent suscitatum, nisi vincula manibus contrectaret. quæ fuerant mortis putrida spolia, ideo præcipit *Solvite illum*. Et non imperat odorari;

18.

*Homo facilius ad credendum, & ostendēdos alienos defectus.*

quoniam ut homines credant habitu vitæ te respirare, non satis vera testimonia suadent, nisi oculis capiant experimentum, & nisi manibus motum vitæ contrectent; verum tamen ut sibi suadeant intolerandum te exhalare fætorum, putredineque tabescere, vermibusque scaterere rumor sine fundamento sufficit, ut corruptioni, & imperfectionibus alienis homines præstent assensum, unus qui asseveraverit satis, ut excellentiæ gloriæque majestatis, testibus opus est, & non parum est si testimonia sufficiant.

*Ut gloria  
aliena cre-  
datur ne-  
cessaria  
sunt testi-  
monia. non  
sic ut defe-  
ctibus fidem  
præbeat.*

Spectaculum doloribus afflictum, & à planta pedis, usque ad verticem capitis sacri, vulneribus totum plagatum respexit Dominum Isaias propheta, & ut homines ad compassionem moveret, non recondidit in corde dolorem, sed retulit se vidisse, ut ab illis fidem captaret. *Vidimus eum, & non erat ei aspectus, & desideravimus eum despectum.* Alia opportunitate vidit Dominum Isaias, & ut prædicaret quæ in ipso videbat, adhibuit Dominus testes, ut mundus præstaret assensum dictis prophetæ. *Adhibuit mihi testes fideles Uriam sacerdotem & Zachariam filium Barachia.* Ad quid nunc ut dictis prophetæ homines credant necessaria sunt testimonia, si ad ea quæ vidit cap. 5. 3. persuadenda sufficit, quod ipse solus asseveret: Si testimonium prophetæ est sufficiens captare fidem, ad quid adhibiti testes? Ratio est: quoniam cap. 5. 3. vidit Dominum maculatum criminibus hominum, scelerumque vulneribus etiam alienis plagatum, ut ergo homines credant Dominum umbrâ peccatorum obnubilatum, & habitu peccatorum forent superflui testes, & unus qui assermet, etiam propheta non esset reputaretur infallibile testimonium. Isaias autem cap. 8. Dominum sic excelsum respexit ut auferret fortitudinem Damasci, & spolia Samaria: *Auferetur fortitudo Damasci, & spolia Samaria.* ideo ut hujus crederent gloriæ, & majestati homines assentirent, non satis erat, quod se vidisse prædicaret propheta, nisi testes fide dignissimos adhiberet ad firmitatem, ut se non dicerent esse decipros; ad suadendam namque hominibus ignominiam alienam cuiusvis factis est testimonium, ut perfectioni decori, excellentiæque alienæ detur ab hominibus fides, necessaria sunt testi-

monia, & omni exceptione majora, & semel & iterum repetita.

Interrogatus Joannes an esset Elias, an Christus, vel aliquis ex prophetis? hac una voce respondit *Non sum*, & illico illi assensum præbuere. Affirmat ulterius Baptista se vocem esse, & ut illi credatur adducit in testem Prophetam Isaiam: *Ego vox, sicut dixit Isaias Propheta.* Quare, quia ipse solus asseruit, credunt homines non esse Eliam Joannem, neque Prophetam, & ut Baptista suadeat vocem esse clamantis, opus est testimonio Prophetæ, & quod Isaiam adducat in testem? Ratio est, quoniam cum Joannes diceret, neque Eliam esse neque Messiam, aut alium Prophetam, honores à se removebat, negabatque dignitates: ut ergo homines sibi suadeant, te dignitatis honore carere, meritisque præclaris, superflua sunt testimonia, & unum verbum ad credibilitatem est satis, *Non sum*: quando se vocem Baptista confessus est, etiam minutissimam æreamque dignitatem visus est attribuisse. *Ego vox*: homines autem sic difficile excellentiæ alienæ solent præstare assensum, quod ut suaderet Baptista se vocis limitata dignitate gaudere, opus est veritatem firmare testimonio Isaiæ Prophetæ, quoniam ut quid decoris de alio credatur pluribus eger testibus comprobari; non sic quod redolet ignominiam.

Titubatur Thomas in fide resurrectionis asserens non crediturum, nisi prius clavorum fixuram videret, *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum, & mittam digitum meum in locum clavorum, & mittam manum meam in latus ejus, non credam.* Mira discipuli vacillantis durities. Duo consideravit in Christo Domino Thomas, fixuram clavorum quæ non vidit, cum magistro non adesset patienti; solum illam audivit, & credidit vulneribus, quia alij dixerunt passum esse magistrum, & misterium resurrectionis, cui fidem se negaturum Thomas minatur, nisi oculis videat, & manibus contrectaverit: Quare ut fidem præbeat, fixuræ clavorum fiat satis auditus, & ad resurrectionis fidem præstandam visum exposcit, & tactum; ut crederet fixuræ clavorum ab alijs audire fuit satis, quare dicentibus: *vidimus Dominum*, non credit nisi prius intimum penetraverit pectus, & manibus viscera pertractaverit? Ratio est quo-

*niam*

hiam fixura clavorum exprimit fragilitatem naturæ, & imperfectionem mortalitatis: resurrectio autem gloriosa est corporis beati majestas, ideo ut fixuræ clavorum, & mortalitatis imperfectioni Apostolus præbeat assensum, satis superque fuit, quod ab aliquo audierit, sufficientem fidem extorsit ab Apostolo auditus, ut autem gloriosæ majestati resurrectionis non præstaret dissentium, non satis erat auditus, sed opus fuit manibus ipsis capere experimentum resurrectionis, & non solum videre, verum latus diffundere, & vulnera denuo instaurare, & percussum corpus tractare; ad imperfectionem enim alterius credendam fidem facit auditus, satis est ab aliquo audire, sed ut sibi quisque gloriam persuadeat alienam, opus est non solum illam videre, sed manibus tangere, & pertractare contactu, sic difficile creditur gloria, & facile aliena imperfectio.

19.  
Indicium  
leve satis  
ut credatur  
defectus,  
solida vero  
sunt neces-  
saria ratio-  
nes, ut glo-  
riam alie-  
nam homo  
sibi suadeat.

Quadragesima diebus Dominum vidit Diabolus jejunasse, & quia esurire respexit, de Christi vacillavit divinitate, & ausus est temere invadere. Hinc oritur difficultas, primo Christi nascentis exordio à Magis vidit Diabolus adoratum, & ab Angelis velut Messiam pastoribus prænuntiatum; paulo ante vocem Patris agnovit filium unigenitum appellantis: *Hic est filius meus dilectus*. Hæc omnia efficaciter convincebant divinitatem, fames autem quam vidit in deserto pati, levissimum erat humanitatis indicium, & debilitatis naturæ. Quare ergo indicium patiendi famem tuit satis, ut dumtaxat crederet hominem, & vox Patris quæ super filium innotuit, cultus Magorum, & Angelorum militia, quæ fuerant efficacissima signa, non satis illi, ut Christum profiteretur divinum? Ratio est eadem quæ superius; quoniam fames defectum signabat humanitatis, & ut crederet imperfectioni in Christo naturæ indicium levissimum famis, alijs evidentibus conjecturis præponderavit in Dæmone, plusque roboris diabolus reperit in Christi Domini inedia; ut pure existimaret humanum, quam in voce Patris, & Angelorum militiae ut confiteretur divinum, ad credendam enim imperfectionem levis insinuatio superabundans est ratio, non sic ut excellentia suadeatur.

Nullus Evangelista Christi Domi-

ni circumcissionem expressè declarat, tempus circumcissionis asserunt esse impletum, sed illam subijisse Christum non dicunt. *Postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer*. Nominis autem impositionem manifeste declarant, & nomen JESUS impositum esse expressis verbis aperiunt? Ratio est, quoniam circumcisio peccatorem hominem declarabat, erat in remedium culpæ, & umbra peccati, ideo ut ab hominibus crederetur expressa circumcissionis notitia non fuit necessaria, satis fuit levis illa insinuatio *Postquam consummati* ut crederent homines speciem peccatoris in Christo, & suscepisse circumcissionem; nomen autem JESUS splendorem Salvatoris indicat & redemptoris, ideo clarè dicitur Evangelistæ Christum vocatum esse JESUM: *Vocatum est nomen ejus Jesus*, quia ut crederent homines quod in Christo est decoris, & splendoris est necessarium manifestum testimonium, & Evangelicum dare, cum ad id quod umbram dicit peccati, & imperfectionem naturæ, satis sit non ita manifesta Evangelistarum notitia; Hæc est namque conditionis humanæ proclivis natura, facilis quolibet testimonio ad credendum id quod arguit, vel supponit defectum in alio, & difficilis, & non nisi valido testimonio ad credendum quod audit in alio futurum esse gloriosum.

Tres Angeli domum Abrahamæ in valle Mambræ convenerunt: *Apparuerunt ei tres viri stantes super eum*. Ad Loth autem duo dumtaxat Angeli invisere. *Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere, sedente Loth in floribus*. Promiserat Deus Abrahamo Chananeum imperium. *Daboque tibi, & semini tuo terram Chananeam*: & venerant Angeli nuntiaturi ortum; & conceptionem Isaac; venerant Angeli ad Loth ipsum, & generos suos liberaturi? Quare ergo Angeli tres veniunt, ut annuntient unius infantis exortum, & duo solum ut liberent Lothum à flammis? Ratio est; quoniam Angeli numerantes Isaaci civitatem, caput, & originem toto terrarum in orbe imperantium in Isaac prædicebant, ipse enim tot imperantium fuit caput, quot deinceps in Israël regnarunt, Angeli ad Loth convenientes fatalem quinque civitatum ruinam venerant annuntiare, &

Plures sunt  
necessarii  
testes, ne  
quid excel-  
sum de alio  
creatur,  
quam ut  
credatur  
culpa, &  
defectum;

crimina earum nefanda; ideo Abrahamo tres apparuerunt, & Lotho duodumtaxat, qui exortum Isaaci prædicere venerant, principem tunc viventibus præponebant, & ut Isaaci tam latum crederetur imperium, & tam suprema excellentia non sufficerent duo Angeli, sed tres apparuerunt: *Apparuerunt ei tres viri.* Angeli vero qui venerant peccata Sodomæ, cæterarumque civitatum flagitia, earumque supplicia nunciare bini erant, nec tot opus erat, ut Loth crederet crimini alieno; vaticinari regnantis gloriam, testium eget comprobatione; scelera prænunciare, & prædicere poenas alienas, non ita validum testimonium exposcit, ut quasi testimonium vaticini crederetur.

*Ad iudicandum de aliis, imperfectionis unius notitia prævalet pluribus perfectionibus.*

Sic hominum Charitas in proximis frigiditate laborat, ut efficacior sit apud illos levis aliena imperfectio, quam plurimæ perfectiones. Iurgium inter Apostolos oritur quis foret major in regno cælorum. *Quis putas major est in regno cælorum?* interrogantes discipuli anxie ad Dominum accesserunt; sed unde dubium? Unde potuit mutua formari contentio? Nonne ignorabant Petrum principem futurum Apostolorum? *Tu es Petrus & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Quare ergo dubitant de Petri excessu, & super alios primatu? Nonne audierant beatitudinem Petri, quam nullus alius meruit Apostolorum? *Beatus es Simon Bariona.* Nonne præ aliis Petrus non fuit à magistro honoratus? Quare ergo de Petri dubitans principatu? Quoniam Apostoli audierant Petrum Dominum fugillasse: *Vade post me Sathana,* ideo Petri meritis excelsis oblitus, & favoribus non attentis, quos Petro viderant Dominum contulisse, solum recordantur fugillationis, & apud illos Domini objurgatio prævaluit tot perfectionibus Petri, ut crederent ipsi primatum, & principatum negari, ideo hæsitant dicentes: *Quis putas major est in regno cælorum?* hoc enim hominum est ingenium, præclara merita, illustriaque facta oblivisci, si quid autem minus decorum apparet, ante oculos obversari.

Potentius quidem est unicum contra proximum, testimonium, quam pluries repetita pro illo. Nonnullos fuisse, qui temere damnationem Moy-

sis sunt arbitrati, refert Abulensis omniscius. *Qui Moysen damnatum dicunt, nil verisimilitudinis habent.* Ex quo principio temeri iudices ita iniquam ausi sunt proferre sententiam? Nonne Dominus pro Mose advocati manus non gessit? *Mortuus est Moyses servus Domini iubente Domino in osculo Domini.* At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est, ore enim ad os loquor ei, faciem Moysis non circumfulsit splendoribus Deus? quot favores divinos Moyses non fuit expertus? Quoties cum Deo sermones amicabiles habuit? Quare ergo ex iis testimoniis ita propitiis vllus est ausus contra Moysen proferre perditionis sententiam? *Quoniam de eo reperiunt (inquit Abulensis) quod peccatum unum fecerit, cum damnatum asserunt, sed ista est iniquissima consequentia.* Viderant Dominum Moysen fugillasse in Cades, suaviter reprehendisse, & hoc unicum testimonium majoris roboris fuit contra Moysen; quam tot amoris erga Moysen indicia, tot in illius æstimationem testimonia clamantia, prævaluit apud perfidos unica levis reprehensio divinis erga Moysen favoribus repetitis, debiliaque fuerunt tot eloquia divina, quibus suaderi posset mors Moysis sanctissima fuisse, & unicum dumtaxat reprehensionis indicium nimis validum fuit ut ab iniquis reputaretur Moyses damnatus; *sed ista est iniquissima consequentia.*

\*\*\*

#### S. IV.

*A memoria hominum non decidunt imperfectiones alienæ.*

**V**T malitiam propriam homines minuant, crimina aliena semper coram oculis habent. Notavit D. Hieronymus in cap. 5. Amos Planetis cælorum lucidissimis turpissimorum hominum Martis, & Veneris impudicæ nomina homines imposuisse, mercedem stupri inter sydera collocantes quasi deturpantes lucidum cælum in honestatibus propriis, gaudentes etiam cælos iniquitatis habere socios, ut sic vitia tanquam virtutes defendant. Optime dicebat de iis Nazianzenus Orat. 2 de Pace: *Nos quidem*

*quidem reprehensionem meremur, si quod mali admiserimus, at vos interea impij esse non desinetis, etiam si in peccatum incidamus, imo eo etiam major est impietas vestra, quo is, qui laduntur, acerbiores estis.*

*illis, quæ vocatur sterilis. Quare cœlestis legatus ut turbatam Mariæ mentem sedaret, Elisabeth sterilitatem exponit si jam uterus ejus sex mensibus tumescibat, quare vocabatur sterilis? Quomodo sterilis, cujus uterus fecunditatem ostendit? Quoniam in Israël sterilitas habebatur opprobrium, sterilis erat ignominia notata, ideo quam semel esse sterilem perceperunt, sterilem veluti nativo nomine appellant, & quamvis à Domino efficiatur fecunda, in memoria hominum durat sterilitatis opprobrium, & ignominia non aboletur, potuit Deus sterilem efficisse miraculosè fecundam, sed non valuit miraculum abolere *sterilis* nomen, desijt Elisabeth esse sterilis ex miraculo, sed nulla satis forent miracula, ut ab hominibus *sterilis* non vocaretur; nunquam enim decidit ab humana memoria, quod redolet imperfectionem alienam. Linivit Dominus cœcum luto, & saliva, visum recepit medicina divina, & postquam fuerant illius oculi illuminati, cœcus dicitur, & sæpe sic appellatur. Si jam videt, ut quid memores sunt cœcitatibus? Quoniam cœcus fuit, ideo licet lynceis oculis gaudeat, semper habebitur cœcus: Deus enim potuit cœcitatem auferre, sed non valuit (moralissime loquor) cœcitatibus nomen sanare, aut abolere ab hominum memoria cœci illuminati defectum, aut tollere notam.*

Hinc oritur homines non solum præsentibus alienis sceleribus complacere, imo & præterita recolare semper memoriæ, nec unquam decidere ab illa, etiam si lachrymis jam diu abolita fuerint, & injustos sint peccatores conversi. Cum Sautus spirans minarum ederet diram stragem in discipulos Christi, jamque in furoris apicem pervenisset, condonatis offensis à Domino in ejus militiam fuit invitatus, & in collegium Apostolorum admittus; & ut orantem quæreret præcepit Dominus Ananiæ, restitit hic fugiens Paulum velut persecutorem Ecclesiæ; Lupum rapacem Ananias appellat quem Christus vocaverat agnum. Quare Ananias Leonem nominat Paulum grassantem in Apostolicum gregem, quem Dominus vas electionis & principem dicit Apostolorum? si Dominus dixit Paulum humi jacentem orare, lachrymas effundere, & preces, quare Ananias spirare minas arbitrat in Christianismum, & in Leonis immanis Sauti unguis incidere timet? Quoniam semet audierat Sautum esse inimicum fidelium, & ideo adhuc hostem Ananias appellat; testatur Dominus Sautum orare, sed non præponderat testimonium divinum, ut primævam deponat notitiam, quam semel perceperat, Sautem credit, & si Deus nominaverit, & affirmaverit esse Paulum, apud homines enim si semel Sautus fueris, quamvis convertaris in Paulum, sisque vas divinæ electionis, semper appellaberis Sautus; homines enim aliorum, quod semel imbuti sunt perpetuum servant factorem.

Murmure otto contra Pontificiam dignitatem Aaron duodecimque virgis in sanctuarium inclusis ut florens inaueret, quem ex populo ad Tiaram eligeret Deus, unicum dumtaxat virgam floribus coronari videmus, cunctis aliis exterminatis, & oblivione sepultis, quam in memoriam electionis divinæ præcepit Deus in arcam testimonij servari. Jordanem populus transfretavit, & in monumentum facti illius æternum præcepit pariter Deus duodecim lapides asportari, seduloque servari. Quare ex duodecim virgis sola servatur una, cæteris aliis competens, & ex lapidibus nullus perijt, sed duodecim in memoriam facti persistunt? Quoniam virga jus signabat dignitatis Pontificiæ supremæ, pontificatum declarabat Aaronis, Leviticæ familiæ manifestabat honorem, ideo ex duodecim una sola virga consistit,

*Monumentum ignominia perseverans multiplicata, & æterna cum vix annis perseveret testimonium aliena dignitatis, & gloria.*

20.  
Crimina aliena esse præterita, apud homines nunquam delentur.

Non sat est miraculum, ut homines imperfectionis alienæ non recordentur.

Cum regina Angelorum cœlesti non assentiretur legato, mentisque pugnam internam patrefaceret lingua, clamans stupefacta: *Quomodo fiet istud?* Archangelus Gabriel diluvium gratiæ Mariæ prædicens, eam suaviter incitavit, ut Deiparæ admitteret inauditum honorem, & ut modum mirabilis conceptionis impossibilem non judicaret, memoriæ recolie Baptistæ miraculosum conceptum. *Et hic mensis est*

fitit, quia mirum est, quod alieni honoris unicum testimonium existat: lapides autem asportari à Jordane defectum ostendebant; aquarum, & illarum recolebant memoriam: *Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis, eis defecerunt aqua*, ideo lapides reservantur, & perseverant, nullusque perit, ut multiplicentur monumenta defectus alieni in memoriam posteritatis æternam, cum vix una steterit virga in testimonium alienæ gloriæ, & in familia Aaronis Pontificis dignitatis.

\*\*\*

§. V.

*Iusti alienos defectus non manifestant.*

*Iusti oculis propriis non fidunt, ut aliorum credant defectus.*

**C**HARITAS ubi residet mirabiles operatur effectus, est in judicando benigna, ideo iusti perfectiones alienas facile credunt, sed nec oculis fidunt, ut aliorum credant defectus. A planta pedis usque ad capitis summitatem vulneribus totum plagatum vidit Dominum Isaias. *Vidimus eum, & non erat ei aspectus.* Alibi respexisse Dominum dixit his verbis: *Vidi Dominum sedentem.* Quare hic cap. 6. se solum vidisse Dominum dicit Propheta, *Vidi.* & cap. 53. ait se, & simul alios plagatum vidisse? Quoniam cap. 6. Dominus apparebat gloriosus, indutus erat decore, ut ergo Propheta sanctus Domini crederet gloriam, & illam aliis manifestaret, sat fuit suis oculis solis vidisse decorem: Cap. vero 53. pellibus peccatorum Dominus erat vestitus, sceleribus hominum erat plagatus, peccatoris habitum adumbrabat, ideo cum Propheta despectum Dominum dixit, non fidit oculis proprijs, sed se, & alios habitu peccatorum respexisse testatur; iusti enim licet perfectiones alienas facile credant nec oculis proprijs fidunt, ut credant, & manifestent defectus, quamvis enim iusti de se humiliter sentiant, in quantum possunt aliorum excusant, & celant imperfectiones.

22.  
*Iusti solum de se humiliter sentiant.*

Cum jam Christi militiæ adscriberentur Apostoli, omnia bona quæ possidebant animo libenti abdicarunt, & navigio, retibusque relictis Petrus cæterorum nomine generose exclamavit: *Ecce nos reliquimus omnia.* Idem Petrus, cum Verbum divinum ad pedes

Apostolorum jaceret, exhortuit spectaculum videns, & exclamans attonitus inquit: *Domine tu mihi lavas pedes?* Quare Petrus, cum loquitur confidenter non solum ipsum, sed cæteros Apostolos ait abdicasse terrena bona: *Reliquimus omnia.* Et quando miratus Petrus servatoris abjectissimam servitutem solus ipse obsequium ablutionis recusat: *Tu mihi lavas pedes?* Quare non dicit *Tu nobis*, sicut & in abdicatione caducorum bonorum exclamavit ore cunctorum, *Ecce nos reliquimus.* Ratio est, quoniam abdicare à se cuncta bona erat actus Apostolicæ nuditatis, erat apex perfectissimæ paupertatis, ideo ut in omnibus condiscipulis fidei conditoribus primis repertam hujusmodi perfectionem Petrus manifestaret, loquitur in plurali, *Ecce nos reliquimus.* Quando vero Petrus recusat ablutionis obsequium à conditione sua reputavit nimis alienum, se tanto favore existimavit indignum, ex indignitate fugit Petrus sanctissimas manus ne ergo hujusmodi indignitatem posset quis in cæteris Apostolis suspicari se solum arbitratus Petrus indignum attonitus exclamavit: *Tu mihi* volens loqui in plurali, quamvis epim iusti de se humiliter sentiant, in quantum possunt alios excusant, & celant imperfectiones alienas, totisque viribus certant, ut proximum non dehonestent?

Loquitur Lucas Evangelista de Magdalena, & nomen Mariæ silet, mulierem dumtaxat appellans, *Mulier.* similiter de illa Joannes sermonem instituens Mariam appellat, *Maria autem.* Quare ita varie loquuntur Evangelistæ de Magdalena? Ratio est quoniam Magdalena, cum Lucas nominat illam, peccatrix erat, vitiorum respirabat fetorem: *In civitate peccatrix,* ideo generica voce Lucas mulierem appellat, *Mulier.* Quando vero Magdalenam retulit Joannes, & illam introducit in Evangelium, Seraphim erat, *Dilexit multum,* ideo Mariam appellavit nomine proprio, ut cuncti palam agnoscerent flammam dilectionis ardere, *Maria autem* iusti enim totis viribus certant, ut proximum non dehonestent, sed potius honoribus in quantum possunt extollunt: si tamen forsitan dicere imperfectionem coguntur, manifestam omnibus solam ostendunt, sed celant occultam. Mundi fabricam

23.  
*Iusti totis viribus certant, ut proximum non dehonestent.*

bricam condidit Deus, & cum referret Moyses omnium creaturarum magnificentiam molitionem, præcoces tenebras narrare coactus superficiem dumtaxat terræ, inquit, tenebris esse operatam. *Et tenebrae erant super faciem abyssi.* Quare superficiem aquarum tantum asserit tenebrosam Historicus facer? si fundum aquæ turbidum erat ex commixtione terræ cœnosa, quare superficiem solam tradidit tenebris esse ofusulam? Ratio est, quoniam superficies non poterat non videre, fundum autem abyssi absconditum erat, ideo Moyses justus fundum abyssi latens hominum oculis, & occultum silet, nec retulit tenebris obscuratum, & tantum superficiem debonestat, quæ cunctis patebat nec poterat respicientibus ipsam celari. Justus ergo imperfectionem dumtaxat ostendunt, dum referre coguntur quæ cunctis patet, sed celant occultam, etiam cum propria jactura, quod vehemens est sanctitatis indicium.

Desponsatur Joseph V.B. Maria, & vocatur dumtaxat Joseph. *Ad Mariam Virginem desponsatam Joseph.* Fugit ut custodia Jesu in Ægyptum laboribus pressus, inopia, & itineris molestiis vexatus, & tamen justus non meruit cognomen. Propendebat animo jam jamque decreverat purissimam dimittere Mariam, & tunc appellatur justus: *Cum esset justus, voluit occulte dimittere eam.* Quare cum Regina caelorum meruit copulari conjugio, Joseph non dicitur justus? Quare justus cognomen non meruit cum profectus in Ægyptum factus Domini Custos? Quare cum voluit dimittere occulte Mariam vocatur justus? Ratio est, quoniam nec in conjugio Mariæ, nec in Jesu custodia sic se exhibuit perfectum, & sanctum, sicut & in dimissione cogitata Mariæ; cum enim zelotypiæ calcibus angere, cum posset traducere, & accusare Mariam, & virginitati apponere utrumque tumescens, prælegit proprium, & voluntarium exilium, ne manifestata causa doloris, jacturam pateretur Mariæ sanctissimæ fama, *voluit occulte dimittere.* ideo nunc appellatur justus, nullum namque fortius sanctitatis indicium quam cum jactura propria alienum occultare delictum, *voluit.*

Ex hujusmodi charitatis radice procedit, quod justus quoad possunt ad

plures extendunt honorem, & quasi coarctant ad unum, quod debonestatem præferunt. D. Hieronymus, & Augustinus Doctor eximius tradunt ex discipulis plures unctionem momordisse Mariæ, referens autem Joannes Evangelista, unum ex Apostolis asserit detraxisse, *Dixit unus ex discipulis.* Unus Andreas dumtaxat dedit Christo Domino arbitria, quo alere posset tot milia hominum in deserto, & tamen referens Evangelista pluribus id tribuere videtur: *Non habemus hic.* Quare detractionem plurium ab uno Juda procedere tradit Evangelista, & unius arbitrium asserit à pluribus emanasse; Quoniam detractio vitium infame fuerat, ideo coarctavit ad unum sine veritatis dispendio utens figura synecdoche: *Unus ex discipulis.* Arbitrium tot homines sustentandi in deserto erat pissimum opus, & charitatis indicium; ideo ut faceret plures pietatis consortes, retulit in plurali, *Non habemus hic.* Justus enim quoad possunt honorem extendunt, & cum restrictione loquuntur de vitio, & imperfectione: improprium enim est viri probi manifestare defectum.

Descendebat Angelus in piscinam sanaturus infirmos, & ex motu aquarum, qui prius se immergeret, recipiebat salutem; & inquit Glossa, maximum miraculum fuisse homines ab aqua sanari, & Angelum esse, qui sic languoribus mederetur. Quare maximum Angeli miraculum appellat? Quare mirabile est Angelum motu aquarum curare languentes? Quoniam media aquarum turbatione medebatur quarum motio, fluctuumque conturbatio immunditiam manifestabat, & supernatare oculis perviam faciebat, maximum ergo miraculum est Angelum fuisse, qui sic infirmos sanaret prius maculis palam ostensis, & propalatis defectibus, ideo fuerunt aliqui suspicati Angelum fuisse malum, qui mota piscina languentes sanabat, improprium enim est, & alienum ab Angelo apparere, viroque justo manifestare defectum, Angelus enim bonus potius occultat quam propalat defectus, quam conditionem sequuntur justus. Sive spiritu se esse credebat Moyses, *Non possum solus ex populo existimabat cunctos spiritu plenos, & sapientiae dotibus præditos; Annuit Dominus*

*Justi ad plures extendunt honores.*

minus precibus adsciscens illi in regimine locios, & inquit: *Auferam de spiritu tuo tradamque eis.* Si spiritus septuaginta portiones abstulit Deus à Moyse, ut inter tot presbiteros distribueret illi associandos, quomodo inquit Moyse sibi spiritum defecisse? Ideo, inquit Cajetanus, fuit Moyse spiritus plenitudine prædictus, quia se credidit esse incapacem, & cæteros aptos ad gubernandum, summe enim spiritualis in cæteris spiritus plenitudinem credit, & se respicit tantum spiritu vacuum, humiles enim & sancti dotes proprias ignorant, & in aliis merita à longe respiciunt, quia si Moyse sui spiritum recognosceret, perimeret spiritum præsumptione, recognovit autem in aliis spiritus eminentiam, quia ipse gaudebat spiritus abundantia, solus enim in aliis spiritus deficientiam notabit, qui inflatus. Ubi cessavit diluvij & iustitiæ divinæ rigor, cepit Noë gratitudo, illico enim victimas Deo immolavit in gratitudinis signum, quod homini fuit mirabile, non tam enim moralitatem quam ingratitude ab Adam homines omnes hæreditarunt. *Miraculorum ab ipso factorum maximum,* vocavit D. Thomas Eucharistiæ ineffabile sacramentum. Sed quare hoc? Nonne mirabilius prodigium fuit Incarnationis mysterium? Incarnatio fuit æque donum, sed majus mi-

raculum Eucharistiæ, quia magis ejus donum viribus resistit naturæ. In Incarnatione Christus Dominus recepit humanitatem, & corpus, in Eucharistiæ ex utroque verborum soluit debitum reddens corpus & humanitatem, quam ex nobis assumpsit, & insuper concomitantem divinitatem, & animam reddit, quasi gratitudine motus, ideo Eucharistiæ est maximum omnium miraculorum prodigium; quia hominem recipere sæpe videmus, sed quod corpus humanum exhibeat gratitudinis signa hoc est prodigium, quod solum in homine reperitur divino. Hoc totum moralissime intellige.

Hinc intelligitur ratio, quare unctio Magdalene apud Dominum sic æstimabilis fuerit, quod æterna commendatione judicaverit dignam. *Vbicumque predicatum fuerit Evangelium hoc, & quod fecit hæc mulier narrabitur in memoriam ejus.* Unxit Christum Dominum Nicodemus, & ejus laus in Evangelio taceat. Quare hoc, cum illa libram unguenti, hic quasi libras centum sparserit? Ratio est, quia hic ex liberalitate, illa ex gratitudine ob fratrem suscitatum unguentum effudit, ideo æternis laudibus digna, quia sic insolita est hominibus gratitudo, quod existimaverat Christus Dominus dignam æterna commendatione, & memoria. *Narrabitur in memoriam eius.*

Genes. 9. *Dixit Deus crescite, & multiplicamini.*

Paulus 1. ad Corinth. 7. *Qui non iungit virginem suam melius facit.*

1. **N**on solum Hebræi virginitatem expugnant, verum etiam ex Christianis non pauci etiam munitissimam debellare contendunt. Sic rigide hoc Genes. testimonium exponunt Rabbini, ut quotquot per naturam, & ex ætate sunt apti cujuscumque fuerint conditionis, & qualitatis sub præcepto ad nuptias volare teneantur. Apud quos, teste Buxtorfio, nulla virginitatis, & coelibatus habentur encomia, nec vota leguntur, nec præmia, sicut matrimonio promissa. Omnis homo, (inquiunt Rabbini) de deducenda uxore, ut lætificet, & multiplicetur, tenetur, & quicumque hoc non observat, perinde facit, ac si effunderet sanguinem. Sentiant idem præter Jovinianum, & alios antiquos hæreticos, recentiores quotquot laxiori vitæ operam dantes, sibi

foeminas copularunt, Bucerus, Zuiniglius, Petrus Martyr, Pelicanus, Ochinus, Oecolampadius, & innumerabiles alij, quos Lutherus facili deturpavit negotio ut claustra desererent, voti & religionis jugum excuterent, ut sic corpora per mysticam conjunctionem Deo sacrata, scortis compingerentur diabolo mâcipata. Pro omnibus sic loquitur pater spurcissimæ sectæ Lutherus. ¶ Cælibatus & virginitatis aureola, nugæ sunt & mera Sathanæ mendacia. ¶ Et lib. de vita conjug. ¶ Sicut (inquit) in potestate mea non est ut sim mas, ita minime situm est in me; ut sim sine muliere. ¶ Hujus Ecclesiæ hostis maxime pestilentis sectarij odium Arriznorum in virgines excitavit, & maxime acuerunt.

## §. I.

*Virginitatem & continentiam apud omnes gentes etiam barbaras commendabiles fuisse. Venerabilis eius antiquitas ab exordio conditi orbis, & Apostolorum temporibus ad nostra usque deducitur.*

1. **E**THNICI in primis, qui omnes vitæ puritate volebant excellere Sacerdotes, illis ad sacra accessuris venera omnino prohibebant. Inde Virg. Eneid. lib. 6.

*Quique Sacerdotes casti, dum vita manebat.*

*Venera prohibita sacerdotibus.*

Plutare. ideo Romanos Sacerdotes solitos inquit à capra abstinere, verum nec nominare licebat, quia hoc animal symbolum libidinis erat. Sacerdotes pariter Arhenientes (teste Hieronymo) qui Græce Hierophantæ dicuntur, sortitione cicuræ se castrare solebant, ut castius peragerent sacra, sed ut ad Pontificis dignitatem sunt evecti, viri esse desinebant, ne quid in eis foret aut ad voluptatem, aut ad libidinem. Simili causa Diali Romæ attingere hedera nefas erat, quod antiquitus foret lascivix signum, ut tradit Festus Pompejus, Tertullianus lib. de Monog. sacerdotes Junonis, Dianæ, Appollinis, imò & Veneris impudentissimæ Deæ virginitatem coluisse, & Sacerdotes matris Deorum Cybeles dictos sibi virilia amputasse, ut maxima possent obire sacra, tradit. Ægyptios Sacerdotes castitatem immaculatam servasse, & ideo à falsi usu abstinuisse, quod calor vi libidinem concitasset, tradunt Plut. lib. de Iside. & Osiride, & Iodocus Clictovæus in Propug. Eccles. adver. Luther. lib. 2. Vvilhelmus Lyndanus lib. 4. Panop. cap. 98. De virginitate castitateque gentilium plura Cælius Rhodig. lib. 8. lect. Antiq. cap. 1. & Tiraq. leg. 15. Connub. à n. 115.

Pro omnibus & præ cæteris unus in laudem, antiquitatem, & gloriam virginitatis adducatur D. Hieronymus testis. ¶ Percurram (inquit) breviter Græcas, & Latinas, Barbarasque historias, & docebo virginitatem sem-

per tenuisse pudicitix principatum. Referunt fabulæ Atlantam Calidoniam virginem semper in venatibus, semper in sylvis, non tumentes uteros fœminarum, fastidiaque conceptuum, sed expeditam & castam amasse virtutem. Harpalicem quoque virginem Thraciam insignis poëta laudare volens, non amplius habuit quid diceret, nisi virginem nominaret.

*O decus Italia Virgo.*

Chalcixcus quoque filia illa Leo, perpetua virgo pestilentiam patriæ scribitur spontanea morte solville: & Iphigeniæ virginis sanguis ad ventos placasse ventos. Quid referam Sibyllas, quarum insignis virginitas est: & virginitatis præmium divinatio? ¶ Et inferius de Vestalibus, post pauca addit ¶ Nec mirum hoc de hominibus, cum Minervam quoque & Dianam virgines Deas finxerit error gentilium, & inter duodecim signa cœli, quibus mundum volui putant, virginem collocarint. Magna injuria nuptiarum, ut ne inter Scorpions quidem, & Centauros, & Cáncros, & Pisces & Ægocerotas, uxorem maritumque construxerint. ¶ Post alia Apud Gymnosophistas Indiæ (inquit) quasi per manus hujus opinionis auctoris traditur, quod Buddam Principem dogmatis eorum è latere suo virgo generavit. Neque hoc mirum de barbaris, cum Minervam quoque de capite Iovis, & Liberum patrem de fœmore ejus procreatos doctissima finxerit Græcia. Speutippus quoque sororis Platonis filius, & Elearchus in laude Platonis, & Anaxilides in 2. lib. Philosophiæ, Perictionem matrem Platonis, phantasmate Appollinis oppressam ferunt: & sapientiæ Principem non aliter arbitrantur, nisi à partu Virginis editum. Sed & Thimæus scribit Pythagoræ virginem filiam choro virginum præfuisse, & castitatis eas instituisse doctrinis. At ne nobis Dominum Salvatorem à Virgine procreatum Romana exprobarer potentia, auctores urbis, & gentis suæ Iliā virgine, & matre genitos arbitrantur. Hæc de virginibus sæculi currens per multiplices historias, & properans sermo perstrinxerit.

¶ Accedant ergo veteris testamenti, & ab exordio etiam fœderis novi exē-

Q

pla.

*Virginitas  
lege naturæ  
fuit com-  
mendabilis.*

pla. Abel Virginum signifer (sic plures appellant) virginitatem commendat, si ab antiquitate quæras encomia. Cui sic placuerat virginitas, ut tandiu à ducenda uxore conditione illa primæva mundi, quando instabat prolis multiplicandæ necessitas, perseveraverit continens, erat namque centenarius, cum esset occisus à fratre, ut ex communi Hebræorum, & Christianorum traditione deducit Abulensis trac. de optima Politic. qui simul cum Paradoxo circumfertur, ubi n. 65. Abelem occisum à fratre suo centesimo anno à creatione Adæ, ait, Adamus enim quintodecimo à sui creatione genuit Cainum, & post alios quindecim Abelem, deinde post centum occidit Abelem Cain, sic etiam Genebr.

De Noë sic Cajetanus. ¶ Juxta Hebræum (inquit) habetur, & fuit Noë filius 500. annorum, non fortè nisi mysterio de Noë dixit Moses, quod fuit filius tot annorum, & intelligo, quod hoc dixerit ad significandam abstinentiam Noë ad generandum usque ad 500. annum suæ ætatis. ¶ Si ergo præceptum generale, quo pacto 500. annis ab ejus abstinuit executione? Nemo transgressorem dicere audebit ejus prædicante sanctitatem sacro vate cap. 6. Rectè ergo castitatem coluit Noë 500. annis, sicut & Enos 105. De Elia nihil quod rei uxoriæ oleat, vel leviter innuit Scriptura, quæ omnes penè vitæ illius actus serio referavit. S. Ignatius martyr epist. ad Philadelph. Hieronym. epist. 22. de cust. virg. Ambrosius lib. 1. de Virg. Isidor. lib. 2. de officijs Eccl. c. 17. Cassian. lib. 6. inst. renunt. cap. 4. coluisse castitatem Eliam arbitrantur.

De Essenis, Josephus lib. 15. antiq. cap. 15. Uxores (inquit) non ducunt, neque servos habere festinant, aliud quippè iniquitatis, aliud seditionis opportunitatem existimant. Oppositum sensit Hieronymus 1. Paral. c. 28. super illa verba: *Qui præstant substantiæ regis cum eunuchis*, Phariseos castitatem excoluisse testatur Baron. tom. 1. in appar. ad Ann. De Nazaræis Chrylost. h. 4. in Mat. ¶ Nazaræi (inquit) secundum legem hi nuncupabantur, qui castitatem Deo insigni voto mancipabant, nutriendes comam capitis. ¶ Verum iis resistit Samuel, imò & Sanson uxori- bus alligati.

Verum quidquid de iis sentire cui- cumq; libuerit, Mariam Virginem Sanctissimam primogeniam virginitatis votum emisisse, & ante desponsationem se devovisse templum immaculatum Deo, senserunt Bernar. serm. de verbis Apoc. & August. lib. de S. Virg. cap. 4. D. Thom. 3. p. q. 28. art. 4. post desponsationem, & apud omnes ante annuntiationem votum est recognoscendum si verbis illis opponi nolint: *Quoniam virum non cognosco*, ut probat latè Baron. to. 1. in appar. & recognovit Gregor. Nyssen. orat. de Christ. nativ. cui omnes patres Græci sunt ad stipulati. Post conceptionem, & Christi Domini partum votum intrasse virginitatis, & fecisse solemne, colligitur ex Bernard. ser. de B. Maria cujus initium Ave Maria, ex Athanas. serm. de Virg. Cyp. serm. de nativ. Christ. Vide Bivar. de Vet. Monach.

A tempore autem Apostolorum ad nostra, castitatem maxime habitam, & veneratam virginitatem, nullus qui dubitet, erit, præcipuè si vera essent, imò potius si fictus Luitprandus non esset. Anno 36. (inquit) S. Jacobus Apostolus in Hispaniam monasticam vitam invexit, & n. 118. S. Elpidius, quem S. Jacobus præfecit Toletanis primum Pōtificem, monachus fuit. Ita Toleti fundavit monasterium virginum, & aliud monachorum. De sæculo vero secundo monasticam vitam probat historia S. Frontonis Abbatis, qui in Nitria Ægypti monte floruit, & in vitis patrum circumfertur. Tertio sæculo acta probant apud Esquilinum lib. 6. cap. 157. & apud D. Petrum Damianum hæc extant verba. ¶ Apostolicam vitam delegerunt (Flora, & Lucilla) quæ se à terrenorum amore retraherent, & corporis sui sanctificata vascula pudicitæ sanctificatione litarent. ¶ Hoc sæculo floruit Paulus Anachoreta Thebis ortus heremiticam vitam aggressus, qui obiit anno 342. juxta Scaligeri calculum. Ab hoc usque ad sæculum quintum floruerunt Arsinotæ, Nitriotæ & Scithiotæ, iis devastatis à barbaris, postmodum reparatis, ac tandem omnino deletis anno 584. Deinde Tabennesiotæ sub institutis Pachonij, sub cujus disciplina celebres Thebaydenses monachi fuerunt. Tam Ægypti monachatum, quam apud alias regiones eruditè, ut solet, tradidit

tradidit Bivarius, ut ex his omnibus constet, quam altis radicibus apud Ecclesiam virginitas, & castitas sistant.

A temporibus Apostolorum cepisse collegia virginum colligitur ex S. Ignatio, qui his temporibus, quibus Paulus Corinthios instruebat. Antiochenam gubernabat Ecclesiam. inquit, igitur epist. ad Philip. 8. ¶ Saluto collegium Virginum, & ceterum viduarum ¶ Ecepsit. 10. ad Smyrnenes. Saluto (inquit) & eas, quæ in perpetua degunt virginitate, & viduas. Et epist. 12. ad Antiochenos. Virgines (inquit) agnoscant, cui se ipsas consecrarunt; idem epist. 13. ad Heronem diaconum. Clemens in epistolis, quas scripsit, Encyclicis pluries virginitatem commendat. Sic Epiphan. hæc. 30. & Hieronymus contra Iovinianum. De Corinthiorum vrbe, quæ cum esset impudentiæ sentina, facta fuit, instruente Paulo, castitatis asyllum, sic loquitur Tertul. Hodie denique virgines suas Corinthij velant, quod docuerint Apostoli, qui didicerint, approbant. Iphigeniam, à S. Mattheo Apostolo baptismo donatam, & sacro velo simul cum aliis Deo consecratam ab illo tradit Abdias Claudius de cont. lib. 9. & refertur in Martyr. Rom. die 21. Septemb. S. Teclam, & Petronillam, à B. Petro consecratas, refert Suar. tom. 3. de Relig. lib. cap. 3.

Virgines autem fuisse à primis Ecclesiæ temporibus constat ex Concilio Illiberitano can. 13. ubi hæc tradiderunt SS. Patres ¶ Virgines, quæ se Deo dedicaverunt, si pactum perdidierint virginitatis, atque eidem libidini inservierint, non intelligentes quid amiserint, placuit, nec in sine dandam eis esse communionem. Quod si semetipsas pœnituerint, quod infirmitate corporis lapsæ fuerint, & toto tempore vitæ suæ huiusmodi feminæ egerint pœnitentiam, & abstinerint se à coitu, eo quod lapsæ potius videantur, placuit, eas in finem communionem accipere debere. Concilium Cæsaraug. I. celebratum anno 380. confirmat eadē. Ibi enim can. 8. ut ante 40. annos sanctimoniales virgines non velentur, statuitur. Ex Carthaginensi Concilio III. c. 33. in quo D. Augustinus subscripsit patet iam tum fuisse Virginum stricta monasteria, & ex Cabilonensi Concilio sub Carolo Magno, c. 61.

## §. II.

*Potest quis ad continentiam servandam voto se obstringere, semel autem Deo per votum sacratius tenetur servare fidem, nec ad nuptias potest volare. Explicantur Cypriani, & D. Augustini loca.*

**E**X præcedentibus constat maximo fuisse apud fideles honore virginitatem, & castimoniam, idque haberi observatum ex traditione, & Apostolica disciplina, licite autem fieri in Ecclesia potuisse constat ex D. Paulo, qui hanc libertatem concessit Christianis ad Corinth. 7. *Si acciperis uxorem non peccasti: Et si nupserit virgo, non peccavit. Disce autem non nuptis, & viduis, bonum est illis, si sic permanent, sicut & ego, & v. 38. Igitur & qui matrimonio jungit virginem suam benefacit; & qui non jungit, melius facit. Et v. 32. Cælibatam anteponit conjugio.*

Posse autem quem voto continentiæ libertate plena vinciri, sentiunt omnes patres veteres cum Augustino. De quo sic ipse Lutherus. ¶ Augustinus non solum Christianus, verum etiam doctor supra doctores omnes christianitatis effectus est, ita ut Ecclesia Christiana post Apostolos nullum illi æqualem habeat. ¶ Et quidem ipsa Scriptura comprobatur, cum præter Lucam, qui cap. 1 v. 34. votum B. Virginis non obscure demonstrat, Matheus etiam cap. 19. sic inquit de eunuchis. *Sunt etiam eunuchi, qui de matris utero facti sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus; & sunt eunuchi, qui se ipsos castraverunt propter Regnum Cælorum. Qui potest capere capiat. Quid est se ipsum castrare propter Regnum Cælorum? nisi ex desiderio obtinendæ cælestis patriæ voto continentiæ ligari, & libertatem nuptias contrahendi libertate amputare. D. Augustinus lib. de sancta Virg. cap. 23. ¶ Quid (inquit) veracius, quid lucidius dici potuit? Christus dicit, veritas dicit, eos qui pio proposito ab uxore ducenda se continuerunt, castrare se ipsos propter Regnum Cælorum. Et contra, humana vanitas impia*

temeritas contendit, eos qui hoc faciunt, præsentem tantummodo necessitatem molestiarum conjugialium devitare, in Regno Cælorum amplius quidquam cæteris non habere. ¶ De fœminis sic legitur 1. Timot. 5. v. 11. *Adolescentiores autem viduas devita. Cum enim luxuriata fuerint, in Christo nubere volunt habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Ubi per fidem primam votum castitatis, & continentia interpretatur August. de sancta virg. cap. 33. & lib. 1. de adulterinis conjugijs, cap. 24. & in Psal. 75.

Ex Illiberitano Concilio superius vidimus, cap. 13. virgines Deo sacratas, si fidem quam devoverunt irritam facerent, pœnis notatas. Concil. Tribur. cap. 23. & 26. Concilium Melden. 65. & can. 70. Vormaciense cap. 26. Tribur. cap. 23. Carthagin. IV. & Toletan. I. Aurelian. V. cap. 19. & alia quam plurima, quæ Gibalinus refert de clausi disquis. 2. cap. 1. Pamel. ad Cyprian. epist. 62.

His oppositum sensisse videtur Cyprianus epistol. 62. ad Pomponium. ¶ Quod si ex fide (inquit) se Christo dicaverunt, pudice & caste sine vlla fabula perseverent, ita fortes & stabiles præmium virginittatis expectent, si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant. ¶ Quid clarius contra nostrum institutum. Respondendum nihilominus iudico loquutum de virginibus nullo voto castitatis solemnii neque simplici affectis, Cyprianum. Quoniam post verba relata, hæc immediatè subjunxit. ¶ Certe (inquit) nullum fratribus, aut sororibus scandalum faciant; cum scriptum sit: si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in sæculum, ne fratrem scandalizem. ¶ Si ergo ut fratrem non scandalizent, virgines nubere suadet Cyprianus, non de virginibus voto castitatis adstrictis intelligendus erit, Cyprianus, istæ enim non possent non scandalo esse, quæ Deum sponsum purissimum pro homine fœdissime commutarent. In eadem similiter Epistola virgines impudicè deditas contubernio, Christi adulteras appellat, quod non leviter confirmat nostram expositionem. Ostendit illam, quod Pomponius, cui rescripsit Cyprianus non de virginibus sacris

solum, sed de omnibus virginibus, quarum statum suum tenere firmiter decreverit, consulit, cujus dubio ex Apostolicis, & Evangelicis traditionibus responsurum promittit, iis quidem aperte repugnat, ut quæ suam sacrarunt Deo virginittatem, ipsum contempnant abolita fæde pulchritudine castitatis.

Difficilius erit Augustinum exponere cap. 10. in lib. unico de bono viduitatis. ¶ Quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse, ego autem dico, quod graviter peccant, qui tales dividunt. ¶ Verum in primis illud verbum *post votum* in toto August. lib. non extat. Ejus autem hæc sunt verba. ¶ Proinde qui dicunt, talium nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi videntur satis acute ac diligenter considerare, quid dicant, fallit eos quippè similitudo veritatis (addit ad finem capitis) sit autem per hanc minus consideratam opinionem, qua putant lapsum, à sancto proposito fœminarum, si nupserint, non esse conjugia, non parvum malum, ut à maritis separentur uxores, quasi adulteræ sint. Et cum volunt eas separatas reddere continentia, faciunt maritos earum adulteros veros, eum suis uxoribus vivis alteras duxerint.

¶ Dicendum nihilominus est intelligi debere Augustinum: viduas nullo voto emissis jaste ad matrimonium posse volare. Viduas quidem in Ecclesia olim, alias continentis nullo voto devinctas, quæ sæculares appellabantur, qualis Juliana, ad quam scribebat Augustinus, hæc nubere poterant, alias autem Sanctimonialis, quæ voto erant ligatæ, & quibus nubere non licebat, recognoscit Concilium Toletanum IV. can. 55. Igitur August. ut perfectionem continentia doceret Julianam, epistolam seu librum de bono viduitatis inscripsit. Ne autem in sententiam Tertulliani intelligeret inclinatum, qui secundas nuptias improbat, ipse approbat & vera esse conjugia concedit illarum connubia. Hanc autem esse Augustini mentem constat, ex eo quod de bono simplicis propositi continentia solum egit, scribebat quippè ad Julianam viduam, quæ nullo castitatis voto teneri, sed solum continentiam elegisse apparet ex cap. 4. illius libri. Deinde hoc manifestè ostendit, quod

quod Augustinus capite secundo promisit epistolam Pauli ad Corinthios exponere. Paulus autem de continentia, seu abstinentia à conjugio non de voto simplici, aut solemni castitatis agit. Unde nuptias secundas comparat cum viduitate tanquam honestum; & honestius: suadet ergo Julianam ne ad secundas convolet nuptias, non quia quid turpitudinis haberent; sed quia continentia præstaret matrimonio secundo. Quando autem viduitatis continentia voto fulcitur, neutiquam vovens secundis nuptiis copulari licet. Hoc ipse Augustinus defendit, cap. 8. & cap. 9. ejusdem libri, & aperte demonstrat.

Verum facillius exponitur Augustinus, licet ipsum de virginibus Deo sacris agere consitemur: si recolamus memoriæ ab hujusmodi virginibus nuptias contractas, validas, licet illicitas fuisse usque ad undecimum sæculum, tunc enim in Synodo generali Romæ anno 1130. celebrata conjugia ista irritavit Ecclesia. Quamvis namque in Concilio Toletano IV. ca. 52. & Tribur. can. 23. & aliis decretum sit hujusmodi conjuges sacros separari debere, de separatione quoad torum sunt interpretanda non quoad vinculum, illis namque sæculis neque religionis solemne, votum irrita reddebatur conjugia. Ex quibus dicendum loqui Augustinum de secundis nuptiis etiam à sacratibus Deo foeminis, vel viris susceptis, de quibus contra plures oppositum existimantes, affirmat validas esse neque dirimendas, legitimæque conjugia licet illicita, cum adhuc ab Ecclesia irritata non forent, & nequaquam existimanda adulteria. Quod si libro de adulter. capit. 24. & lib. 2. cap. 12. similia conjugia adulteria appellavit, non quia invalidæ nuptiæ essent, hæc dixit, sed quia ratione promissionis, & voti, sacrilegij vitio maculantur.

\*\*\*

### §. III.

*Explicatur D. Paulus ad Titum*

*cap. 1.*

**E**XTAT contra dicta D. Paulus Tit. 1. cujus verba in nos converunt Hæretici, ut continentiam à con-

jugio asserant separatam; & à temporibus Apostolorum nullam, neque vovisse, neque fuisse professum; si aliquis namque continere deberet; maxime qui sanctitatem & plenitudinem ascenderet sacerdotij. Is autem neutiquam; cum Paulus referens quales esse deberent, qui in presbiteros, seu Episcopos eligerentur, unius uxoris virum, potius quam cælibem præceperit esse ordinandum. Sic instituit Titum. *Si quis sine criminæ est, unus uxoris vir, filios habens fideles.* Quasi cælibes à tanti plenitudine ministerij relegeret & excludat.

Ut lux maxima hujusmodi locò Pauli pateat, observanda sunt, quæ tradit Baronius tom. 1. de Cretensium Ecclesia, in quam dirigebat Apostolus verba. Ibi enim nullum cælibem, qui nunquam duxisset uxorem, erat possibile reperiri (inquit Bar.) cogentibus nimirum antiquis Cretensium legibus, ut omnes homines à puero uxores ducerent. Quod testatur Strabo lib. 10. qui ex Ephoro rempublicam describit Cretensium. Cum alioqui si ea lex cessasset, haud facile foret, inter gentiles, qui recentes Christo nomen dedissent, adultum hominem cælibem reperiri, quamobrem & ad Timotheum scribens Ephesiorum Episcopum hoc ipsum monuit. Quin, ut idem Strabo, licite in pueros insanire illi mos erat, adeo ut formosis, & illustri genere ortis turpe esset nullum habere amatorem, haberique à cunctis in honore pueros raptos, ut tam in confesso, quam in ambulando primarius illis locus tribueretur, splendidioreque permitteretur uti veste ab amatore donata. Unde subdit Paulus, morem infamissimum illum, qui apud Cretenses inolevisset, respiciens. *Filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ.* Paulus ergo ut turpissimos Cretensium mores Evangelica prædicatione subverteret, eos ex illis tantum mandat presbiteros ordinari, qui à tanto scelere abhorrentes, filios haberent fideles, non in accusatione luxuriæ, qui scilicet filiorum suorum exemplo, quid cæteris faciendum, non verbis tantum, sed facto facile suaderent.

Non autem ideo *unius uxoris virum* ordinandum præcipit Paulus, ut excludere cælibem velit, sed quia non facile apud Gentiles, Judæosve provectæ

*Mores de-  
pravati  
Cretensium.*

ætatis esset, hominem reperiri, qui non esset conjugio ligatus. Quis enim (inquit ipse Bar.) tam obtusæ mentis poterit in animum ducere, ut Paulus ad præcipuam, maximamque omnium Ecclesiasticam functionem, ad ipsum inquam, divinissimum sacerdotium conjugatos potius, quam cœlibes instituerit eligendos; cum 2. ad Timoth. 2. ne Deo militans implicet se negotiis secularibus, moneat? Quæ quidem obligatus nuptiis, dantque operam liberis procreandis, & educandis, non potuisset vitare, eodem, 1. Cor. 7. testante. *Tribulationem carnis habebunt huiusmodi*, & impedimentum unioni cum Deo recognoscit fore conjugium. Forte creditur (inquit Siricius epist. 4. cap. 9.) quia scriptum est unius uxoris virum. Non permanentis in concupiscentia generandi, dixit, sed propter continentiam futuram. Neque enim integros non admittit, qui jam vellem autem, & omnes homines sic esse, sicuti & ego, ait. Et apertius declarat, dicens. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Nil ergo contra cœlibatum neque leviter dixit Paulus.

Quod licet conjugatos necessitate sæpius ad sacerdotium eligi contigisset, ea tamen lege, ut consentiente primum uxore, sic electi desinerent prorsus usu conjugij esse viri, ita ut si inventi essent operam liberis dare redigerentur in ordinem. Quod ita Apostolica traditione receptum, usuque probatum erat, ut quantumlibet Iovinianus impurissimus esset, affirmaret hoc ipsum. Sic Hieronymus libro secundo contra Iovin. Adeo alta radici fixa in Ecclesia est sacerdotum continentia, ut ab Apostolis esse plantatam, docuerint Patres in Concilio Carthaginens. II. & in Ecclesia antiquitus esse servatum, ut si qui interdum ad sacros ordines conjugati adsciscerentur à conjugij usu penitus temperarent. In Concilio Illiberitano capite 35. ¶ Placuit (habetur) in totum prohibere Episcopis, presbiteris, diaconis & subdiaconis positis in ministerio, abstinere se à conjugibus suis, & non generare filios, quod quicumque fecerit, honore clericatus exterminetur. ¶ Hæc eadem renovata habentur Synodo Arelatensi,

tempore Sylvestri Romani Pontificis celebrata. In Turonensi I. capite 2. & Turonensi II. can. 20. Quod exprimit etiam exemplum Vrsini presbiteri, quod refert S. Gregor. Dial. lib. 4. c. 11. Idem decrevit Taurinens. ca. 5. Arausican. 3. & 24. Altisiod. can. 20. Marisc. I. can. 11. Tolet. II. can. 1. tertium can. 5. quartum can. 43. octavum can. 5. nonum can. 10.

Verum plura apud patres reperiuntur in Concilijs decreta, quæ huiusmodi doctrinam videntur deficientem reddere. In primis in Can. 5. Apostol. statutum est. Ne episcopus, aut presbiter, aut diaconus uxorem suam prætextu religionis abiciat. In Concilio Illiberitano can. 65. Solum propter adulterium, quod perpetraverit uxor, proijcienda esse à clericis statuitur. Sentit ergo aliter retinendam à clerico uxorem.

Ad Canonem 5. Apostolorum dicendum, ibi non præcipi, ut conjugatus clericus liberis generandis & usu matrimonij incumbat, sed quod habentes uxores, illarum curam habeant, ipsisque de omnibus ad vitam honeste agendam necessariis providere teneantur, juxta exemplum Petri 1. Corinth. cap. 29. & Pauli præceptum Timoth. ca. 5. vide Severinum Binium. Ad Can. 65. Illiberitani non erit obscurior expositio, si illum intelligimus de clericis majoribus ordinibus initiatis (non bene Albaspinæus de clericis in minoribus intellexit) retinentibus suas uxores non quoad usum conjugij, sed quoad domestica ministeria, & ut illis, quoad victum & alia necessaria providerent, & quas ut sorores habebant distinctis cubiculis ab utriusque occupatis, rejicerent in pœnam criminis, & delicti, jure namque sacrorum Canonum, vir sciens uxorem suam adulterium commisisse, in eoque persistentem tenetur deserere.

## §. I V.

*Concilium Gangrense, & Nicænum explicantur. Presbyteros apud Orientis Ecclesiam, cum conjugibus ante initiationem susceptis non teneri continenter se gerere, neque in Nicæna oppositum statutum.*

5. **M**AIOREM habere videtur difficultatem Concilium Gangrense cap. 4. sic ibi decernitur. §. Si quis existimat de presbytero conjugato, quod eo sacrificante non oporteat ipsius oblationi, vel sacrificio communicare, anathema esto. §. Idem decrevisse Synodum Nicænam Paphnutij suasio- ne referunt Socrates lib. 1. hist. Eccles. cap. 8. Sozomenus lib. 1. cap. 22. Cassiodorus in Tripart. lib. 2. cap. 14. apud Gratian. in cap. Nicæna Synodus 31. dist. §. Nicæna Synodus (inquit) corrigere volens hominum vitam in Ecclesijs commemorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu, videbatur aliquibus, introducere legem, ut Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi, cum conjugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent, surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem esse dicens cum propria conjugè concubitum, suavitque Concilio ne talem poneret legem, gravem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum conjugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset in expertus) exposuit. Synodusque laudavit sententiam ejus, nil ex hac parte sancivit, sed hoc in uniuscujusque voluntate, non in necessitate dimisit. §. Eadem tradiderunt verbis penè eisdem Socrates & Sozomenus. Ad cujus historię fidem stabilendam facit, quod ex codice vetusto Bibliothecæ Vaticanæ refert Alphonsus Pisanus lib. 3. de actis ejusdem Concilij Nicæni ad finem.

Baronius tom. 1. malè fidei notat historiam Socratis, & Sozomeni, & firmiter tenet in Orientis Ecclesia cautum semper fuisse, ne presbyteri conjugibus, quas ante initiationem duxerant, maritalibus copularentur amplexi-

bus. Hoc autem esse firmatum ab ipsa Nicæna Synodo tradit, dum can. 3. statuit, ne cum presbytero, diacono, & episcopo subintroductæ mulieres habitarent, sed tantum illæ, quarum nulla prorsus possit esse suspicio, quas & recenset, nempe matrem, sororem, aviam, amitamque, quarum admittat contubernium, cum, nec, sicut de reliquis excipiat, de uxore, sanè quidem eam, sicut cæteras, non admittendam esse, liquido visa est statuisse. Hæc Bar. Verum in Oriente impune uti conjugio presbyteris esse permissum, nullus negare potest. Qui volebant enim arctiori & puriori conscientia ministerium tam altum implere, continenter se gerebant, nec post initiationem amplexibus uxorum implicabantur. Quibus autem hæc sancta displicebat abstinentia, liberis tanquam sæculares operam dabant. Hoc in statu legem continentię relinquendam suavit Paphnutius, & decrevit Synodus Nicæna relaxa.

Gravissimis autem fundamentis fuisse motos patres Concilij Nicæni, ut continentiam presbyteris non imponerent, & Paphnutio, ut id consulisset, credendum est. Ex Socrate lib. 2. cap. 33. motivum deduci potest. Invaluerat namque paulo ante error cujusdam monachi Eustachij Sebastæ episcopi facti, qui novas leges, jugumque grave Ecclesiæ imponere intendit, à cibis abstinentium docuit, & nuptias prohibuit, pluresque à conjugio jamdudum contracto segregavit, fierique precesiones in ædibus conjugatorum vetuit, benedictionemque presbyteri habentis uxorem, fugiendam. Hoc videntes Paphnutius, & Synodi Nicæni patres divino consilio nixi nil de nuptijs presbyterorum noviter decreverunt, si namque usum conjugij presbyteris tunc vetarent, impeti nuptias, & ut scelus quoddam damnari turpiter intelligerent, & in dies cresceret Eustachij hæresis excitata.

Movere potuit Paphnutium, ut sic Nicænam consuleret Synodum, quod commovit Dionysium Corinthiorum Episcopum, ut suaderet Pyniro Gno- siæ Ecclesiæ Episcopo, ne grave servandæ castitatis onus animis discipulorum imponeret, se eorum attemperans imbecillitati. Cujus Consilium amplexum esse Pynitum tradit Eusebius, lib. 4. hist. Eccl. c. 22. Attende quid in

Sicilia decrevit Greg. Mag. in epist. ad Petr. subd. lib. 1. ep. 4. 1. apud Gratia. in c. ante triennium. ¶ Ante triennium (inquit) omnium Ecclesiarum Subdiaconi (sic prohibuerat Pelagius Secundus Pontifex) Siciliæ prohibiti fuerant, ut more Romanæ Ecclesiæ, suis uxorisbus nullatenus miscerentur, quod mihi durum, atque incompetens videtur, ut qui usum continentię non invenit, neque castitatem promissit, compellatur à sua uxore separari; ac per hoc, quod absit, in deterius cadat. ¶ Unde in posterum non ordinari decrevit Gregorius nisi prius castitatis legibus ligarentur. Idem movere potuit Paphnucium, infirmitas scilicet hominum, non enim possent omnes tam austeram disciplinam sustinere. Pericula pariter ipsarum uxorum, quæ cum se continere non possent, maritorum fide fraudatæ, in periculo erant urendi, neque magis securi mariti, qui sæpè juvenes erant, & in sacerdotes eligi Ecclesiæ necessitas propter exiguum fidelium numerum postulabat.

Neque Nicæna Synodus can. 3. contrariam disciplinam in Orientis Ecclesia decrevit, sicut existimavit Baronius. Ibi enim subintroductam feminam habere prohibetur presbyteris, non quidem uxor propria vetatur, subintroductas namque mulieres, neque uxores, neque concubinas, sed tertij cujusdam generis feminas esse eruditus vir D. Emmanuel Gonzalez Juris Canonici Vespertini antecessor & in Majori Salmanticensi Conchenfi Collegio amicissimus mihi sodalis in notis ad Iliberitanum cap. 27. tradit, quam secum prætextu pietatis ducebant, ut alerent & inviolatam servare callide simulabant, verum à Dæmone acriter infestati periculo succumbentes, in luxuriæ crimina labi intuebantur fideles, vel suspicandi non poterat interdici licentia. Sic explicat auctor superius laudatus. Iliberitarum Concilium, quod apud clericum manere mulierem subintroductam, atque extraneam prohibuit can. 27. iisdem penè verbis, quibus Nicænum. Idem decernunt II. & IV. Gerundense, Ilerdense, & cuncta fere Gallicana Concilia, quæ ut presbyteros à culpa nō solum liberos; sed etiam à suspitione quavis longius abesse desiderantia, fornicatam à contubernio clericorum relegendam determinarūt,

ut sic utriusque sexus pudiciatē, sublata illecebrarum occasione, consulere-tur. Quamvis autem uxoris expressa in Nicæno non sit exceptio, ut tunc apud omnes constans supponitur. Arelatense II. can. 3. ubi eadem, atque in Nicæno sit mulierum prohibitio, excipit uxorem clerici expressè. ¶ Si quis (inquit) de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem præter aviam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conversam secum uxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur. ¶

Ex his ergo Synodus Gangrensis lucem recipiet, Eustachius namque adeo monachismo favens, ut cæteros Ecclesiæ ordines pessundaret, maledico dente in nuptias irruit, & inter alia, preces in ædibus conjugatorum fieri prohibuit, & benedictionem presbyteri habentis uxorem, tanquam scelus declinandam decrevit. Contra hunc ergo & illius sectarios Synodus Gangrensis est congregata, & anathemate dogmata ejus damnavit. Sic inquit Concilium in Epist. ad Episc. Armeniæ. Non enim voluit Concilium omnes presbyteros uxorum vinculis esse ligandos, sed ut damnaret Eustachij errorem, qui odio Sacramenti matrimonij, presbyteros in Græcia maritatos, ut impios & execrabiles damnabat. Cum enim serperet in fideles Eustachij error mulierum seductæ mulieres à suis discesserunt maritis, & à proprijs uxoribus viri, & dum continere non poterant, adulterium committebant, ut ipsi Patres Concilij in præfatione ad Episcop. Armeniæ referunt. Ut ergo nuptias Synodus honoraret, sub anathemate definivit, communicandum esse fidei presbytero conjugato sacrificante, neque aliquid derogari oblationi, per hoc quod offerens sit matrimonij Sacramento ligatus.

\*\*\*

## S. V.

### Conciliatur antilogia.

**P**LURUS hæc verba Genes. 9. sicut & Genes. 2. præceptum esse hominibus, impositum non singulos obligans, sed solum communitatem dicunt. Videndus est D. Thom. 2. 2.

q. 152. art. 2. ad 2. Vel dicunt solum usque ad promulgationem legis evangelicæ durasse, tunc enim solum fuit, cum Christus Dominus ad castrationem propter Regnum Cælorum hortatus est. Verum hæc expositio sustineri non potest. Christus enim non venit solvere legem, sed adimplere, unde virginitatem non sic coluisset, nuptiasque contraheret, si singulos tunc præceptum illud: *Crescite & multiplicamini* obligaret. Quamvis autem verba illa præcepti forent, procul omni dubio est ( ut inquit Bibarius ) quod temporis non ita arctabat articulos, ut more pecudum, quam primum homines generare rapuissent prolem, coire impelleret, servanda quoque erat, pulchritudini castitatis reverentia, semper enim Deo in hominibus placuisse liquet, ut cujus longo licet temporis ductu amore tenerentur. Unde Chryl. hom. 12. in Marth. ¶ Deus ( inquit ) quamvis masculum & foeminam creavit propter necessitatem filiorum generandorum, tamen semper castitatis fuit amator, & continentia auctor. ¶ Unde prole semel obienta, præceptum vires suas, si quas habuerat, amissis videretur. Uti Noë terra suscepta, universo hominum genere diluvij inundatione deleta, quo sane ex paucitate hominum urgentius aliquos cogere, multis videretur, continenter ad mortem vixit, neque ulterioris proles memoria habetur. Adamus tanta præcelluit castitate, ut binæ proles cumlatus honore, fere 100. annis continens vixisse videatur. Vixit Adam 130. annis inquit Moses c. 9. Gen. & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam vocavitque nomen ejus Seth, hunc autem Abeli ordine nativitatis successisse constat ex illo, quod dixit Eva: *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*, Genes. 4. minime hæc dictura, si aliorum partibus fuisset jam consolata. Vide Cyprian. tract. 2. de habitu Virg. & Mag. sentent. in 4. dist. nct. 26.

Verius autem & Sacra Scriptura magis conforme iudicio, illis verbis: *Crescite, & multiplicamini*, nullum contineri præceptum. Constat ex quinto die, quo pisces, & volatilia fuerunt creata, quibus Dominus eadem verba dixit: *Crescite & multiplicamini*. Quis autem dicat datum præceptum

piscebus, & avibus generandi? Replete terram, similiter Dominus dixit, & subjicite eam; dominamini piscebus maris, & volatilibus cæli, & universis animantibus. quæ moventur super terram, quis autem dicat præceptum esse homini subjicere terram? cum apertum sit illis verbis non aliud significari, quam homini datum imperium in animalia, jusque ea capiendi, & ad usus suos, prout libuerit, conferendi. Si autem præceptum præferrent verba superius relata, quando fuit abrogatum proli generationi vacandi? Credibile est tam antiquum præceptum, sine publica Ecclesiæ autoritate, aut synagogæ abrogatum esse? Sicut legimus plura in vetustissimis Ecclesiæ concilijs de abrogatione circumcisionis, & aliorum caeremonialium legis Moisaicæ decreta illis ergo verbis: *Crescite, & multiplicamini*, propterea masculum & foeminam creasse, ut per legitimam eorum conjunctionem humana proles generaretur, & sic genus humanum omnino tempore propagatum perpetuo conservari posset, voluit declarare, maximamque utrique sexui reddidisse generandi fecunditatem sua benedictione significavit.

Quod igitur illis verbis non præcepit Deus Adam & Noë matrimonium contrahere, constat ex ipso textu. Dominus namque semel hæc Adamo & Evæ dixit in paradiso, Noë & filijs ejus egressis ex arca utriusque post matrimonium jam contractum. Non ergo illis præcepit nuptias, quæ jam erant contractæ, sed impertivit benedictionem ut copiosam sobolem procrearent ad multiplicandum genus humanum, quod valde tunc erat exiguum. Genes. namque 7. dicitur Noë, & filios ejus uxores duxisse: *Ingressus est ( inquit ) Noë, & filij ejus, uxor ejus, & uxores filiorum ejus*. Qui omnes simul cum suis uxoribus egressi sunt etiam ex arca: *Egressi sunt ergo Noë, & filij ejus, uxor illius, & uxores filiorum ejus cum eo*. Postquam autem egressi sunt, dixit Dominus, *Crescite & multiplicamini*. Ex quibus liquido constat præceptum non esse de matrimonio in eundo, quod initum iam erat, sed benedictionem in propaganda posteritate, quod significat Moses, cum ait: *Benedixit Deus Noë & filijs ejus, & dixit ad eos, Crescite & multiplicamini*.

Idem de primis parentibus est dicendum, quoniam statim ac Deus Evam produxit ex costa, contractum est matrimonium inter utrumque; tunc enim evigilans dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, Haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinques homo patrem, & matrem, & adhaerebit uxori suæ.* Quibus tria indicasse videtur, Evam esse ejus uxorem, arctius deinde vinculum esse inter virum & uxorem, quam inter parentes & filios, ac tandem conjunctionem hanc conjugalem figuram esse conjunctionis Christi in Ecclesia. Sic enim verba Apostolus interpretatur ad Ephes. 5. Sacramentum hoc (inquit) magnum est. Ego autem dico in Christo & Ecclesia. His verba textus alterius in antilogiam adducti nullatenus contradicunt. Quoniam ex verbis Pauli hæc omnia constant, antequam, scilicet, homo delegerit vitam certum statum, non teneri lege naturali, aut divina ducere uxorem, neque continentiam servare perpetuam. Unde si sponte eligit nuptias non peccat, neque si elegerit continentiam. Melius autem faciet, si elegerit continentiam, quia excellentior est matrimonio. Postquam autem quis eligit matrimonium, alterique conjugii fidem conjugalem promittit, tenetur illam servare, sicut & qui continentiam Domino consecravit, & vovit.

\*\*\*

### S. VI.

*Explicantur Deut. 7. & Exod. 23. Iudic. 11. scilicet sacrificium Iephthe, unde in veteri testimonio sterilitas habitata opprobrium, à quo liberari viri sanctissimi exorabant, & vehementissime desiderabant.*

7.

**C**ONTRA hucusque dicta plura veteris fœderis leguntur testimonia. Pluribus enim in locis gloriosum significatur longam recensere filiorum seriem, sicut & infœlicitatis nota decedere sine liberis. Rachel enim cum suscepisset filios, Genes. 30. Abstulit Deus à me opprobrium meum. Tob. 3. Sara Raguelis filia, ut ab sterilitatis improperio Deus liberaret deprecabatur. Plures etiam viri sancti anxie filios de-

siderabant, ac Dominum exorabant, sicut Zacharias, & Elisabeth sic enim inquit Angelus Dei illi apprensus, Luc. cap. 1. *Exaudita est deprecatio tua, & uxor tua Elisabeth pariet tibi filium.* Confirmat hoc Iephthe imprudens sacrificium, conscia enim quod pater occidere mactareque vellet, duorum mensium perit inducias, ut deploraret suam virginitatem, & floridam suam ætatem & sterilitatem vitam actam. Opprobrium ergo, & infœlicitas erat apud homines, tunc virginitas. Denique in virginitatis arcem irruit expressè. Exod. 23. & Deuter. 7. *¶ Non eris infœcunda, nec sterilis in terra tua.*

Hæc autem imbecilia sunt, ut sanctam, & immaculatam lacerare nec leviter possint virginitatem. Nil enim detrahit virginitati quod vulgus opprobrium existimaverit sterilitatem, nullus enim locus, quo virginitas reprobetur est invenire. Neque pro eodem est accipiendum, infœlicem sterilitatem haberi quando comitatur conjugia, & conservare intactum & virginalem statum. Illa infœlix connubium reddere posset, cum proles finis conjugii sit, & nuptiæ propter filios inventæ, unde infœlices forent suo privatæ sine. Virginitas autem quo fuerit magis illata, sceliciores reddit qui consecratus est Deo, neque reprehensibile veteri fœdere prolis filiorumque desiderium, quilibet enim de suis posteris nasci Messiam desiderabat semini Abraham promissum, unde dolebant sine liberis mori, spe alte concepta frustrata. Sic exponit Augustinus lib. 2. de mirab. Sac. Scriptur. lacrimas Ezechie apud Isaiam 38. quibus mortis suæ immaculatæ dolebat. *¶ Non videbo (ajebat) Dominum Deum in terra viventium.* Septuaginta vertunt, non videbo salutare Dei, quod intelligitur in scriptura Verbum incarnatum, ut Lucæ 2. *Quis viderunt oculi mei salutare tuum, ut sentiunt Eusebi. lib. 5. Demonst. Evang. cap. 35. Irenæus lib. 3. cap. 11. Dolebat ergo participem non fore promissionis factæ David, de cujus semine nasciturus erat Messias. Sic habent Joseph lib. 10. Antiq. c. 3. Cyrillus super Isai. 38. & D. Hieronymus lib. 11. super Isai. cap. 38. D. Thomas in 4. distinct. 30. q. 2. art. 1. Lipomanus in Cat. in Genes. cap. 30.*

Idem ergo dici posset ad orationes quibus

quibus Elisabeth, & Zacharias vehementer, & desiderabant, & liberos postulabant, nisi promissiones Messiae semini Abraham factae, semini David non essent determinatae, quarum participes esse Patriarchas de tribu Levi contra prudentem spem expectassent. Unde dicendum est, tempore quo templum ingressus est Zacharias, liberos non exorasse. Quod verisimile est, cum sacerdotio publico fungeretur, cui annexum est pro totius populi salute, bonoque communi, relictis bonis privatis deprecari. Quando ergo Angelus apparens exauditam suam orationem revelavit, non orationem, qua liberos; sed tantum qua Messiam deprecaretur, intelligit, munus enim sacerdotis adventum erat Messiae efflagitare, & in signum Christi venturi, addidit Angelus, senem jam suam uxorem filium esse parituram, ut ex illo impossibili naturae superato, Deum claustrum Virginis comprehensurum in naturae remedium cognosceret. Unde quasi de filijs non cogitasset Angelo non credidit promittenti. Sic Augustinus. lib. 2. Quæst. Evang. cap. 1. Verum etsi desiderassent, & liberos exorarent, nulla promissionis Messiae consideratione præventi, nil eorum derogat sanctitati, ut statim dicemus.

Vorum Iephthe non uniformiter omnes exponunt, ille enim morem belli, devovendi sive hostes, sive cives, qui jura militaria anathemate præstituta violarent, securus, imprudenter tam animal devovit, quam hominem, ac proinde filiam infeliciter præter spem occurrentem sacravit, & juxta promissum similiter immolavit, ut habetur in nostra Vulgata: *Et fecit ei sicut voverat.* Vnde Josephus, Phil. Jud. lib. 5. cap. 9. ¶ Filiam (inquit) immolavit, neque legitimum; neque Deo gratum sacrificium solvens. ¶ In Vaicra Rabba Parash. 37. circa illa verba: *Dimitte me ut circumeam montes*, id est, qui modo offerat voti relaxationem. ¶ Potuit quidem (sic ibi dicitur) voto tuo solvi, si ad Phineesum accessisset. At vero dixit (Iephthe) ego cum rex sim adibo Phineesum? Phineesum etiam ego cum sim Pontifex Pontificis etiam filius, adibo plebeium? atque ita hisce invicem altercantibus, periit ipsa. ¶ Sed quidquid sit de Rabbinicis figmentis, detelicta similiter inquisitione, utrum

hoc Iephthe tempore superstes esse potuerit Phineesum? Certum est filiam occisam, & sacrilege consecratam Domino necem ejus, ut expressè nostra Vulgata, etiam si Lyra, & Varabius reclamant, cum pro nobis sint Augustinus. quæst. 49. super Jud. Ambrosius. lib. 1. de officijs cap. 50. Gregorius Nazianzus. Orat. de Machab. Athanasius. in Syno. 7. D. Hieronimus. & penè omnes patres. Imò Toletana Synodus. 8. cap. 2. id supponit ut probeat juramenta illicita non implenda, D. Thom. 2. 2. q. 88. ar. 2. ad 2.

Si autem aliorum Rabbidorum vera expositio foret, non esset infirmum pro virginitatis venerabili antiquitate testimonium, inquit etiam David Kimhi. ¶ Fecit ei domum & introduxit in eam; atque ibi remansit seclusa à filijs hominum, & à rebus secularibus, atque statutum, seu mos invaluit in Israël, ut quotannis eam inviserent Israëlites. Oportebat autem eam à viri consortio segregare. Nam si conjugem haberet, non potuit Domino solum inservire, sed conjugi etiam inservire more uxorum. ¶ Inde infert Gersomides in signum doloris vestes Iephthe lacerasse, eo quod unica sua prole ab hominum consortio segregata, spes posteritatis evanescebat, sicut propter similem causam, suam ipsa deplorabat virginitatem.

Nos autem & revera filiam fuisse maclatam à patre, & ut inquit Abulensis, igne consumptam, & sic in cineres redactam Domino fuisse oblatam, temere fuisse vorum conceptum; sed iniquius impletum, dicimus: Virginitatem ergo suam lachrimis lamentabatur, non quod virum non cognovisset; sed quod fieret se tam teneram, & in florida immaturaque ætate morti sine spe indulgentiæ esse obnoxiam.

Superest ut Exod. 23. & Deut. 7. exponamus ut vires omnino contrariorum frāgantur. Ibi enim præcipitur neminem esse sterilem, sed fecunditas promittitur benè operantibus tanquam naturæ felicitas. Non autem dicit non erit in te virgo, aut coelebs, sed, non erit in te sterilis, benedictio est, non præceptum. Vnde Exod. 23. *Numerum dierum tuorum implebo*, quibus quis præceptum inveniet? cum expressè indicet benedictionem, & beneficam voluntatem, sic fecunditas tanquam miser

misericordia divina promittitur Israëlitis, cum hæc in hominum arbitrio non sit, ac proinde incapax omnino præcepti, si autem impositum esset hominibus, foret pariter animantibus, atque brutis cum Deuter 7. Non erit in te sterilis (dicatur) tam in hominibus, quam in gregibus. Constans ergo debet esse Dominum fecunditatem pollicentem hominibus, non quidem conjugia omnibus præcepisse. Illud maximum beneficium, cum sterilitas error & defectus putetur naturæ, & fecunditas favor, & gratia à cælo procedens. Vnde tres claves in manu Domini specialiter esse non sine fundamento existimabant Hebræi, clavem videlicet cæli, vitæ & mortis, & clavem vulvæ, juxta illud conclusit Dominus vulvam ejus, vel aperuit, quorum non unum reperitur testimonium in Scriptura.

Scrupulus unus restat, quoniam si virginitatem anteponendam connubijs Dominus judicasset, non fecunditatem, sed illam pollicitus fuisset tanquam præstantiorem, sibi dilectis hominibus: hujusmodi autem promissiones difficile reperiri possunt, cum aliæ obviæ sint & frequentes. Verum facilis adest exitus difficultatis. In veteri namque testamento Dominus non semper melius promittit, sed quod pro suo imperfecto captu optabilius illis esset. Quis hæsitet bona cælestia perfectiora temporalibus esse? & nihilominus sola temporalia promittit Dominus, terræ Chanaam possessionem, & inimicorum debellationem & ruinam. Paupertas Evangelicam perfectionem summam statumque continet altum, quia tamen hæc est innata hominis obliqua inclinatio divitias sollicitè quarere, & appetere temporalia, bona terræ, & divitias passim promittit, Isai. 1. *Si audieritis me, bona terra comedetis*, & Psal. 64. *Parasti cibum illorum quoniam ita est preparatio ejus*. Quoniam igitur homines naturaliter appetunt in posteris expressam perpetuare, si possent, suam imaginem, hanc si transfundant in aliquos, existimant se esse felices, ut 2. Reg. cap. 7. manifestavit David à Deo posteritatem exorans, & dicens: *Hæc est enim lex Adæ, Domine Deus, hæc est naturalis hominū inclinatio*. Hinc benedictionem, & felicitatem ducebant fecunditatem, ut Psalm. 127. *Uxor tua sicut vitis abundans*

*in lateribus domus tua, filij sicut novella olivarum in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo, qui timet Dominum*. Expressus testimonium inveniri quidem non potest, ut fecunditas, & liberorum posteritas sub præcepto non cadat, sed materia sit tantum benedictionis.

Verum in lege Evangelica & in statu hominis perfectiori, præstantiorem esse virginitatem, illique Dominum benedictionem, bona, & felicitates majores, quam sit conjugibus liberorum posteritas, promississe, tradidit expressè Isai. cap. 56. *Hæc dicit Dominus (inquit) Eunuchis, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filijs, & filiabus*. Locum istum in suam obscœnitatem convertit Vermelius, cæterique Lutheri sectarij, dicentes præmium, quod Deus Eunuchis, id est, nomen melius, quam quod à posteris suis possent habere, pollicitus est, virginibus non esse promissum, sed eunuchis à natura dumtaxat, ijs enim hoc præmio compenfat felicitatem, qua eos privavit natura, à delicijs faciens extorres, venerisque incapaces. Vocant in sui favorem gentilium antiquitatem, qui lumine rationis vigeabant, quo ducti, & Plato Dialog. 6. de legib. eos qui annis triginta conjugem non haberent, pecunijs & honoribus voluere mulctari. Lycurgus (teste Plutarcho) cælibibus gravissimam ignominiam inussit, arcens in gymnicijs ludis à spectaculo, per hyemem vero nudos in forum ignominiosè circumire præcipiebat. Romanorum lex similiter cælibes in civitate censores esse prohibebat. Vnde si aliquibus eunuchis promittitur præmium, non voluntarijs, qui pœna potius sunt digni, sed à natura sterilibus.

Testimonium Isai. depravatum, quis non videtæcum loquatur de eunuchis, qui merito & propter Regnum Cælorum se castraverunt, voluntariam servantes virginitatem, sic August. lib. 1. S. Virg. c. 23. & 24. Ambros. D. Greg. 3. part. pastor. c. 29. Orig. Hilar. Hieron. Chrysost. Theoph. Eunuchi enim à natura plerumque ignominiosi sunt. Ignominiosum illud, ac pernitiosum (inquit Basiliius epist. 87. ad Simplicianum) eunuchorum genus; genus inquam, ne fœmineum, nec masculum, insanians in mulieres, invidiosum, vilis pretij,

pretij; animo feroci effeminatum, ventri deditum, fractum, illiberale, furiosum, & zelotypum. ¶ Idem & ipse Basilus lib. de vera virg. Nazianz. in Monod. in vitam Bas. Videatur Forer. in hunc locum Isai. Non minus impudenter loquuntur contra virginitatem, quæ commendabilis fuit, ut superius diximus, ipsi antiquitati. Augustus Romanus Imperator Romanorum numero recensito, cum reperisset cœlibatam maritatis superiorè extare,

poenitentiæ calibatam notavit, earum tamen immunes esse voluit, qui perpetuam servassent virginitatem, & ut inquit Dio. hist. Rom. lib. 56. Eisdem (virginibus) eadem, quæ matribus præmia largitus est. Apud ipsos Romanos maxime Vestales virgines habitas, quæ falsis dijs virginitatem sacrabant; referunt Alexander ab Alexandro, & Lypsius de Vesta, & Vest. quod si inservirent libidini cædebantur ac vivæ defodiabantur. De quo Juvenal. satyr. 4.

Genes. 9. *Non eris deinceps diluvium.*

Psalm. 28. *Dominus diluvium inhabitare facit.*

**H**anc proponit antilogiam Feltrensis. Ad quam sic Lyranus, Dominus diluvium inhabitare facit, idest terram diluvio destructam, inhabitare facit, per multiplicationem hominum, & animalium, quæ fuerunt in arca sal-

va. Feltrensis diluvium accipit metaphorice pro persecutionibus, quibus Psaltes Propheta Ecclesiam, tanquam aurum in fornace, præviderat esse probandam, sicut generali diluvio univetsa terra à sordibus fuit purgata.

Genes. 9. *Prohibetur homicidium sub pena mortis.*

Exod. 21. *Homicidium pretio redimi poterat.*

Vide antilogiam Exod. 21:

Genes. 9. *Carnem cum sanguine non comedendam, Levit. cap. 17. & Act. 15. à sanguine & suffocato abstinendum præcipitur.*

*Omnia caremonialia jam abrogata passim repetit Paulus, neque Christiani à sanguine & suffocato se continent.*

\*\*\*

§. I.

*Quid de lege Noaco intimata, & scripta dicendum exponitur.*

**I**MPRIMIS Josephus, & Philo repellendi sunt. Ille enim lib. 3. Antiq. cap. 10. sanguinem animam, & spiritum Mosem intellexisse putavit. Idem apud Aristotelem sensit Philo- sophus Critias. Fundarique posset in Hebræo textu; ubi legitur: *Carnem in anima sua, sanguine suo non comeditis*, ubi, *in anima sua; in sanguine suo*, per appositionem dicitur. Levit. 27. *Habetur, anima carnis in sanguine ejus est*, in Hebræo: *Anima carnis sanguis est*, & Deuter. 12. Quo respicit illud Virgilij.

*Purpuream vomit ille animam.*

Verum id in sensu formali, ut cum metaphisicis loquar, nequit verum

esse, cum tam in homine, quam in bestijs manente sanguine, mori, & occidi possunt. Erravit similiter Philo, qui nixus Scripturæ testimonijs prædictis, animam hominis aliam cognovit cum bestijs communem, alteram, quæ homini esse dat, & spiraculum vitæ appellatur; quod Dominus spiravit in Adami faciem, illa in esse animalis constituit, & sanguis est; ista in esse hominis rationem habentis. Quæ distinctio erronea quidem est. Sanguis igitur dicitur anima; tum quod sit alimentum proximum, quo anima seu vita fovetur, ut inquit Bonfrerius, tum vel maxime, quod sit instrumentum animæ ad functiones vitales, propterea quod spiritus vitales, sine quibus actio vitalis consistere nequit, desert per totum corpus; quibus similiter interceptis, statim anima iners, & ad omnes suas functiones inepta est. Vnde cum Scriptura in sanguine inquit animam esse, in sanguine sedem habere intelligenda est, vel quod ubicunque

sanguis est, ibi anima operatur, & est, illoque ablato desinit operari.

His positis extra chorum, Eugubinus præceptum de non comedendo sanguine Noë impositum esse negavit, existimans Scripturam, relatis superius verbis figurate locutam, illisque prohiberi dumtaxat humani sanguinis effusionem, sive homicidium, comedere enim cum sanguine animam, aliud nihil est, quam hominem, cujus vita consistit in sanguine, occidere. In Scriptura autem non insolens est modus iste loquendi David Psal. 26. *Dum approprant super me nocentes, ut edant carnes meas.* Job. cap. 31. *Dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus ut saturemur?* Hanc expositionem confirmant verba sequentia textus, quæ ad homicidium spectant. Hanc reddit, cur nolit edi cum sanguine carnes, rationem: *Quia ego requiram sanguinem vestrum de manu bestiarum, & hominum.* Hæc autem ratio inepta foret, si pro homicidio, sanguinisque effusione, comedere carnem cum sanguine, non sumatur: secundo, novoque mundo illo, de esu sanguinis, qui ad immunditiam hominis non spectabat, parum Deus curasse credendus est, sed totus fuisse in absterrendo hominem ab homicidio, ne tunc, quod sub mundi initio Abeli, hominum pusillo gregi forte accidisset.

Verum hæc expositio repellitur ex verbis Sacræ Scripturæ. Quoniam Deus postquam esum animalium homini permisisset, addit: *Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.* Nulla autem hæc foret exceptio, si comedere carnem cum sanguine, nõ de vera carne, veroque sanguine, sed per metaphoram de homicidio intelligendum fuisset. Hic ergo Dominus expressè prohibuit, quod per legem Moïsis, aliquando vetandum erat. Levit. autem 17. & alibi pluries, caro cum vero sanguine animalium sine metaphora debet intelligi. Unde Noë impositum fuit de non edendo sanguine, & posteris ejus præceptum, & per Moïsis legem iterum Israëlitis fuit intimatum. Neque comedere carnem cum sanguine, acceptum pro occidere reperietur in Scriptura, quamvis fateamur, alicujus edere carnes non insolentem modum esse loquendi, ut aliquem capite plecti, vitæque privati significet.

Neque fundamentum Eugubini, quid roboris habet, desumptum ex verbis illis: *Sanguinem enim de animabus vestris requiram*, ibi Enim significationem casualem non habet, sed dumtaxat aduersativam; idem ergo est, ac porro, *verumtamen*, vel *tantummodo*. Quibus significationibus omnibus gaudet in Hebræo particula *ach*. Determinato enim esu permissio homini cum sanguinis exceptione, verum sanguinem hominis, quasi diceret, ita sacrosanctum manere volo, ut neque homo neque bestia effundere audeat impune.

Dicendum ergo putat Pererius hoc præcepto Noë, & posteris ejus imposito, prohiberi animal suffocatum intra se sanguinem habens. Quod tradit D. Chryf. hom. 27. in Gen. prohibetur sanguinis esus in ejus sententia sive intra animal sit vivum, vel suffocatum, sive extra ipsum animal, sanguinem bibendo vel comedendo. Quæ omnia verbis Genes. 9. interdicta sunt. Ideo autem imposita est Noë, & posteris ejus prohibitio, ut hominem, obedientiam post diluuium Dominus faceret exercere, vel ut alij sentiunt, quia sanguinis esus maximè freques sit homini noxius, benignitate Dei medici munus erga naturam humanam gerente.

Verum contra hanc expositionem difficilis locus est Deut. 14. ibi? *Quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da ut comedas, aut vende ei, quia tu populus sanctus Domini Dei tu es.* Ubi vox *Ger*, quæ in Hebræo, peregrino respondet, non pro profelyto justitiæ ad Judaismum converso, qui æque, ac si Judæus origine foret, Moïsis legibus tenebatur, accipi potest, sed pro profelyto domicilij, quem obligabant septem Noachidis data præcepta, sicut Noë posteros omnes, inter quæ, præcipuum, de non edendo sanguinem prohibitum recognoscunt præceptum. Morticini autem nomine, non solum quæ senectutis, seu valetudinis vitio, animalia, sponte moriuntur, sed etiam quæ casu aliquo, præcipitio, vel lapsu, vel suffocatione, aut aliter necabantur, intelligi comprehendique debent. Ex quibus apparet jam difficultas. Etenim prohibitio de sanguine non edendo, si Noë à Numine imposita fuisset, & in illo posteris ejus, æque cuncti

cuncti à Noë per Cham, & Japhet descendentes illo tenerentur præcepto, ac Hebræi, qui descendunt per Sem, cum hæc prohibitio antiquissima non ideo sit derogata, quia populo Domini sit iterum repetita. Videmus autem Deut. 14. animal morticinum, intra cujus viscera sanguis manebat, edertas peregrino fuisse. Non ergo Noë post diluuium de sanguine non edendo impositum est præceptum.

Ex dictis refutatum extat, quod plures Rabbini tradunt, nempe, quidquid nomine membri viventis veritum est Israëlita, id pariter Noachidi sive Gentili illicitum esse, sed non è contra. Sic Maimonides Hal Melakim cap. 9. Moses Mikot Præcept. affirmat. 122. Ille sic inquit loco citato. ¶ At vero sunt nonnulla quibus violat hoc interdictum Noachides, non item Israëlita, veluti in membro animalis viventis, quod immundum est, & ubi pecoris jugulari, sed adhuc motitantis, caro seu membrum aliquod separatum comeditur. Nam Noachidi illud illicitum, non item Israëliti. Quoniam scilicet indultus ex ritu macellationis, seu jugulationis ad Noachidas non attingit quemadmodum ad Israëlitas. ¶ Extat, inquam, refutatum ex verbis Deuter. & Levit. 17. utrobique enim simillima forma sanguinis eius intra animal vivum veritus est, & Israëlitis frequentius reperitur apud Mossem prohibitus, verum intra animal suffocatum existens, seu morticinum, Gentili perm.issus habetur Deuter. 14.

Dicendum existimo cum Cajetano verba Genes. 9. intelligenda de carne animalium cum sanguine non edenda. Caro enim in anima ejus, non aliud quam caro viva est. ibi ergo Dominus permisit homini animalibus vesci, & modum edendi carnes ipsi observandum instituit, longe diversum ab illo, quo bestia vesci carnibus solent. Prævidit Dominus quidem tempora, quibus homines tam barbari essent futuri, ut viscera induti fetina non horrent vesci animalibus vivis. Audi Maimonidem ¶ Ita, inquit, eo sæculo facere solebant reges gentium, etiam idololatriæ causa, ita faciebant, scilicet, animali absceindebant membrum aliquod, atque illud comedebant. ¶ In Europæorum Omophagijs, seu festis

crudivoris hoc adhibitum esse memoratur ab Arnobio adversus Gentiles lib. 5. ¶ Bachanalia, inquit, prætermittamus immania, quibus vox, & nomen Omophagij Græcum est, in quibus furore mentito, & sequestrata pectoris sanitate, circumplicatis vos anguibus; atque ut vos plenos Dei Numinis ac Majestatis doceatis, caprorum reclamantium viscera cruentatoribus dissipatis. ¶ De quo Clemens Alexandrinus in Protreptico, & Sixtus Empiricus in Pyrrhonijs hypotyposis lib. 3. cap. 25.

Tempore autem Mosi Dominus expressè suffocatum & morticinum prohibuit, ratione immunditiæ qua populum sibi sacratum contaminari cavebat, quam in gente à Deo religione remota non postulavit, ut habetur, Deuter. cap. 14. Sanguinis similiter esum, idololatriæ fugiendæ gratia, ad quam proni fuerant Judæi. Deus prohibuit, de sanguine enim idolorum cultores solebant libare, ut docuit D. Thomas 1. p. quæst. 102. art. 3. & Moses Maimonides prius tradidit in More Neboch. part. 3. c. 48. Idem prohibuit Mahumedes, interprete Mahumede Ben. Achmed. Paraphraste Alcor. Azoar. 2. 5. & 6. Lar. Cod. 6. 12. & 16. Abugiafar Hist. Sarac. lib. 1. cap. 7. ¶ Morischi hujus Regni, (inquit Jacobus Bleda de Mahumedanis qui olim in Hispania) & reliqui Hispaniæ non comedunt sanguinem, carnes suffocatas, morticinas, nec morsas ab aliquo animali, putantes id peccatum esse ob reverentiam suæ sectæ pessimæ; quæ id vetat in Alcorano, & vocant eas carnes Arabice *Halpharam*, idest, maledictas, & prohibitas. Ex omnibus ergo dictis hucusque constat lege Mosi prohibitum sanguinem, animalque tam vivum, quam suffocatum, Israëlitis, ante Mossem autem Genes. cap. 9. solum animal vivum non edi licere, fas autem morticinum, aut suffocatum, ut patet Deuter. cap. 14.

*Mahumedi  
dani carnes  
suffocatas  
non edunt.*

§. II.

*Quid de sanguine, & suffocato lege Evangelica sit statuum.*

**O**CUS expressus hic Judæis fundamentum dedit, converfis

11.

ad Christianismum, ut crederent fideles non posse edere sanguinem, & quod sub Christianæ Ecclesiæ initijs præceptum de sanguine, & suffocato non edendis esset renovatum, & quo, aliqui jus inviolabiliter omnibus gentibus insitum, neminique non fore servandum, temere affirmant, habetur in Epist. Synodica Apostolorum ad eos, qui fuerunt tunc in Antiochia, Syria, & Cilicia, fratres ex Gentibus, dubitantes, utrum qui nomina dederant Christianismo, servare tenerentur leges Mosaicæ, adeoque circumcidi, an ex libertate Christiana eis forent soluti? Quibus sic responsum dederunt Apostoli. *Visum est* (dicunt Act. Apostol. cap. 15.) *Spiritus Sancto, & vobis, nihil ultra imponere vobis oneris, quam hæc necessaria: ut abstinere vos ab immolatis simulacrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodientes vos, bene ageris.*

Hæc verba Græcis tam tenaciter sunt impressa, ut veluti ex institutione Apostolica, retineatur ab illis abstinentia à sanguine, & suffocato. Illa autem omnia, quæ sub præcepto observari Synodus Apostolica voluit, tanquam omnibus Gentibus à temporibus diluvij insita, & non solum Israëlitis, Græci firmiter asseruerunt. Adducunt in sui observantiam Canonem Apostolicum sexagesimum secundum apud Theod. Balsam. tom. 1. conc. can. 63. Concilio similiter Gangrensi prohibitus supponitur esus sanguinis, & suffocati. Leo Imperator Novel. const. 58. ad Stilianum rescripsit. ¶ Simul olim legislatori Mosis, sanguine vescendum non esse, mandavit Deus: simul ab istiusmodi cibo abstinere debere, à præconibus gratiæ est constitutum. Et quamquam tum veteris, tum novæ gratiæ tempore illa res vilis habita sit, ac nefaria, eò tamen contumaciæ, imò vecordiæ homines processere: ut neutri legi aures morigeram præstent. Paucis interpositis concludit. At sciat quicumque dehinc divinum mandatum contemnere, sanguinemque in cibum convertere, (sive vendat, sive emat) deprehensus fuerit, se bonorum publicationi subijciendum, & ubi acerbum in modum flagris cæsus ac cure tenus foede detonsus fuerit, perpe-

tuo patriæ exilio mulctandum esse. ¶

Alij per oppositum tradidere, verba de suffocatis non comedendis, fuisse postmodum superaddita, neque ab Apostolis posita. Vnde Irenæus Act. locum bis citans, *suffocatum* prætermittit, lib. 3. c. 12. sicut, & Tertullianus de pudic. c. 12. quamvis iste nomine sanguinis suffocati prohibitionem intellexerit in Apolog. lib. 32. c. 13. Cyprianus ad Quirin. lib. 3. & Pacianus de Pœnit. & Confes. locum Act. legerunt reijcientes similiter *suffocatum*. Vnde Ambr. in Epist. ad Galat. c. 2. à Græcis adulteratam esse Scripturam, & additum *suffocatum* monuit. Idem de suppositione verbi prædicti tradidit contra Faustum lib. 32. c. 13. August.

Duo ergo dicenda sunt, ut medium inter extrema ita distantia eligatur. Primum est, in Apostolica Synodo non agi de septem juris capitibus, quibus Noachidæ, gentesque cæteræ tenerentur, utpotè, naturalibus omnibus fere, ut voluit Guilielmus Schikardus, qui in primitiva Ecclesia loco Mosaicæ legis rigidissimæ ex decreto Apostolorum, & Synodi Hierosolymitanæ imposita fuisse, tradit, quæ si vera essent, & tanquam jure naturali insita cunctis Apostoli præcepissent, non malè Græci usque adeo eorum observantiam durasse contra Latinos arguerent, sed de jure Mosaicæ, quod præscriptum erat Judæis quæstionem esse agitatam. Pro cujus declaratione, dignum notavi est, quemlibet, qui ex Gentilismo, Judaismo dare nomen volebat, & legis observantiam amplecti, Justitiæque Profelytum appellari, præcedere debuisset baptismum, circumcisionem, & oblationem; his autem solemnitatibus positis, in Synagogam nomine Profelyti Justitiæ posse cooptari. Qui autem in societatem, foedus, & Judæorum amicitiam admitteretur, prius in se recipere tenebatur septem Noachidarum præcepta, & hos Domicilij Profelytos appellabant. Cum igitur sub initio Christianismi, Judæi aliquot ex secta Pharisæorum, qui nomen dederant Christo, adverterent Gentes ad Christianismum converti non sine baptismo, circumcisione, & oblatione, quemadmodum Profelyti Justitiæ, qui ad Judaismum conversi, in Synagogam admittebantur, ritus hujusmodi qui

*Profelyti  
justitiæ  
qui?*

in Profelytorum Iustitiæ admisione in Judaismo fieri solebant; perpetuo in regeneratione hominis, conversione-que Gentilis ad Christianismum servandos judicabant. In Synodo autem Apostolica, ab omnibus his absolutos esse, qui Christo nomen dedissent, ritusque veteris legis in Profelytismo Iustitiæ, definitum est pro Christiana libertate cessasse. Ex quibus constat non de septem Noachidarum præceptis, sed de jure Mosaico, agitatam esse quæstionem, cum de eo, quod non parum Profelytorum Iustitiæ admisionem imitaretur, actum esset. Neque in canone, verbum occurrit, quod ad illa capita spectet, cum *sanguis* non homicidium, neque *immolatum idolis* cultum extraneum idololatriæ significent.

Nec de iis ibi moneri opus erat, cum omnibus tam ex Gentilismo, quam ex Judaismo ad fidem conversis cuncta essent nota, non solum prædicato Evangelio, sed etiam Mathæi jam conscripto. Synodus enim illa celebrata est ab Apostolis anno 50. vel ut Baronius, anno 51. Christi, & Claudij Cæsaris 9. vel 10. Math. autem tertio Caij Cæsaris anno, ut placuit Eusebio in Chron. Evangelium scripsit, vel, ut ex Evangelio ejus arabico Erpenianæ editionis habetur, anno primo Regni Claudij Cæsaris Imperatoris Romani scripsit suum Evangelium Mathæus, quod non repugnavit Saidus Barricidas. Unde Irenæus lib. 3. cap. 1. Baron. Ann. an. 41. Christi. D. Marcus similiter anno quarto Caij Cæsaris, ut in vitis Evangelistarum à Petro Kirstenio editis, expressè legitur, circa quadriennium, aut quinquennium ante Synodi celebrationem. Non ergo ab Apostolis septem Noachidarum præcepta proponuntur observanda, neque suffocatum est impostum illis, sed Israelitis dumtaxat, ut Deut. 14.

Aliud extremum fugiendum est eorum, qui suffocatum prohibitum ab Apostolis suo concilio negant, cum communis Latinorum editio cum verbis & *suffocato* legat, sicut & Græci. Quin etiam usum receptum fuisse

videtur olim in Ecclesia, ut fideles ab esu sanguinis, & suffocati abstinèrent. Eorum prohibitio in Concilio Aurel. II. cantic. 20. Concilio Cartaginensi, & Vormatiensi cap. 65. habetur expressa, sicut in antiquo Theodori Pœnitentiario, ubi injuncta invenitur pœna; qui suffocatis vesci ausi fuissent.

Quibus jam declaratis cum Biniò dicendum est, quod Apostoli tempore Evangelicæ legis, harum rerum abstinentiam nova, & positiva Ecclesiastica lege hujusmodi, quæ conscientias fidelium, etiam extra periculum scandali obligaret, præceperunt non propter observantiam legis Mosaicæ, sed quo facilius Christianorum, Judæorum, & Gentium, simul habitantium animi conglutinati, in unum populum coalescerent, sublatis rebus hinc, quæ vehementius eos dissociare, atque alienare possent. Judæi propter antiquam consuetudinem, esum sanguinis & suffocatorum incredibiliter averfabantur, & horrelebant. Esus eorum, quæ simulachris immolata erant magnum illis scandalum adferebat, suspicantibus id esse argumentum Gentium ad idololatriam redeuntium. Postea vero, quum Ecclesia excrevisset, & Judæi, & Gentes in unum coaluissent, illique duo parietes, unus ex circumcissione, alter ex præputio, venientes, in angulari lapide Christo Domino, compaginati essent, cessante causa, cessavit effectus etiam. ¶ Quis jam hoc Christianus observet ( inquit Augustin. lib. 32. cap. 13. contra Faustum, ut turdos, vel minores aviculas, non attingat, nisi quarum sanguis effusus est; aut leporem non edat, si manu à servite percussus, nullo cruento vulnere occisus est? ¶ Manifesta est omnibus veritas Christianæ doctrinæ non inquinare hominem quod per os intrat Lucæ cap. 7. nihilque rejciendum, quod cum gratiarum actione sumitur, 1. Timoth. cap. 4. Quare cum hæ rationes, & pericula scandali, apud omnes Christianos cessent, ipsa quoque lex, totius Orientalis Ecclesiæ consensu, laudabiliter est antiquata:

Genes. cap. 9. *Quicumque effuderit sanguinem hominis, fundetur sanguis illius.*

Num. 35. *Vindex sanguinis impune occidit, qui interfecit proximum sibi.*

Vide pro conciliatione antilogiæ, Exod. cap. 21.

Genes. 9. *Prohibetur posteris omnibus Noe suffocatum.*

Deut. 14. *Permittit Dominus suffocatum & morticinum Gentibus.*

Vide pro conciliatione, primam antilogiam superius in concordiam redactam Genes. cap. 9.

Genes. 9. *Ad imaginem Dei dicitur homo factus.*

Psal. 70. *Domine quis similis tibi.*

Vide conciliatam, cap. 5.

Genes. 9. *Maledictionis afficitur pena paterna innocens nepos Chanaam.*

Ezec. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater filij, sed anima quæ peccaverit ipsa punietur. Idem constat Exod. 20. & Deut. 24.*

Cum vinea plantata industria Noë fructus uberes attulisset, e jusque expresso liquore, & suavitate invitante paulo laxius primus bibisset senex, vino victus, in tabernaculo suo ut dormientibus accidit, inhoneste nudus jacebat. Quod cum cognovisset Cham pater Chanaam, contra honestatem parentis cum irrisione fratribus aliis nunciavit. Expergefactus autem Noë cognito filij flagitio, maledictionis servitutis vilissimæ pœna nepotem affecit Chanaam, & sub illius nomine cæteris Chanancis, non quidem ejus parenti, vel quia jam pridem à Deo benedictionem audierat, ut Theodoretus, & Chrysostramus volunt, vel quia reliquos Chami filios noluit eadem maledictione implicari, qui potentium regnorum fuerunt progenitores, sed descendentes solum à Chamo per filium ejus Chanaam.

Platoniam sectam secuti, inter illius varia deliria, parentis peccata puniri in filio delicti omnino innocenti, eo quod anima patris transmigraverit in corpus illius, ipsa in filio pro culpa pœnam ferente propria, quæ in parentis corpore foecata fuerat, tradunt. Hanc summis commendat elogijs Manasses, Ben-Israël in suo Conciliat. in Exod. 20. quam ab Orpheo Mercurio Trismegisto, Pitagora, & Platone ad divinos Cabalistas dimanasse gloriatur, quam decantavit olim Virg.

*Has omnes ubi mille rotam volvere per annos,  
Lethæm ad fluvium Deus evocat agmine magno,  
Scilicet immemores supra ut convexa revisant,  
Rursus incipiant in corpora velle reverti.*

\*\*\*

### §. I.

*Aliquæ leges humane damnantur, sicut & duplex Rabbiorum expositio.*

14.  
Cabalistæ  
reiciuntur.

**P**RIMIS priusquam audiendi, reijciendi Theologi sunt, quos Hebræi divinos Cabalistas appellant,

Reijcienda merito est, quia plurimum errorum alluvione conflata, quos auribus percepisse Catholicis erit sat, ut abhorreant; præterquam quod pullular novus error, vivente namq; parente; orum, & diu vixisse Chanaam, est omnibus inconfessum; erat ne anima parentis in filio deserens proprium corpus? vel tam in parente, quam in ejus filio? Si primum dicas, non defendes superstitem esse utrumque, si secundum asserueris

asserueris deseris, quam tuendam suscepisti, Platonis sententiam, qui transmigrationem in vicissitudine successiva informandi constituit expressè.

Damnandæ similiter tanquam injustæ sunt leges humanæ, quæ in propinquorum cunctorum capita propter delictum unius plectuntur; sic Persæ, & Macedones (Iustino lib. 10. teste) quorum leges diritate exsuperare omnes scripsit Ammia. Marcellin. Philo morem esse tyrannicis dicit eum damnatis una tollere quinque familias eis proximas, de quo Herodianus lib. 3. Huic accedit aliorum opinio, propter delicta parentum filios æquali damnari pœna, eo quod parentibus similes putentur futuri, asserentium, de Arcadio Imperatore (nescio quo fundamento) fertur dixisse, patruo perire supplicio, in quibus paterni criminis metuuntur exempla, debuisse & Ammianus narrat interemptam sobolem etiam parvam, ne ad parentum exempla succresceret; unde natum Græcum proverbium.

*Desipit occidens, qui patris pignora servat.*

Sed nihilominus, ut inquit Seneca, nihil est iniquius, quam aliquem hæredem fieri odij paterni; Dion. Chrysostomus, cum sanctione Atheniensium Solonisque legibus posteros devoveri dixisset, hæc subiicit de Dei lege. ¶ Verum hæc, non ut illa, liberos, & posteros peccantium punit, sed sibi quisque sit infortunij causa. ¶ Et ratio, quam præferunt Imperatores Christiani, lege sancimus, cap. de pœnis; ea est, sancimus ibi esse pœnam ubi noxa est, peccata igitur suos teneant auctores, nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum; ubi igitur non fuerit culpa, injustè infligitur pœna. Ideo Marcus Antonius in epistola ad Senatam filij Avidij Cassij qui in eum conjuraverat fraude, sic inquit. ¶ Quare filijs Avidij Cassij, & genero & uxori veniam dabitis, & quid dico veniam, cum illi nihil fecerint. ¶ Est enim iniqua ratio quæ obtrahitur, quod parentibus similes futuri putantur, cum id sit incertum, nec incertus metus ad mortem cujusquam sufficere debet; ostendit namque Julianus: sæpè ex malis parentibus bonos venif-

se liberos, sicut ex faxis apes evolant; è ligno amaro nascuntur ficus; è spinis prodit pomum purpureum; desinit uva acerba, inquit Tertullianus, à patribus manducata dentes filiorum obstupescere, unusquisque enim in suo delicto morietur; ideo prægnantem mulierem mortis supplicio afficere nefas apud Romanos *L. Imp. Adrian. de statu hom. L. prægnant. D. de penis, ne filius innocens interiret cum matre.* Expressè pugnat pagine Sacræ Ezech. cap. 18. dicitur: *Si impius genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, qua fecit, timuerit Deum, nec fecerit simile eis, hic non morietur iniquitate patris sui, sed vita vivet.* Quid clarior contra alias barbaras leges? de quibus Concilium Toleranum quartum, & nos cum alias propulsabimus sententias.

In Gemar. Berahot cap. 1, ubi hæc proponitur difficultas; respondent Rabbini, propter parentum delicta filios nullatenus pœnam subire, si omnino comites non forent peccati, si tamen parentum sequuntur vestigia, usque ad quartam generationem puniendos, ut apparet in filiis Zimri, & Jehu, non solum peccatis propriis; sed parentum etiam delictis, filijs, imputatis ad pœnam; sequitur hujusmodi explicationem Jonatas Benuziel. Unde ingemitur Manasses Ben-Israel in suo conciliatore, quæstione 63. in Genesim ipsos in dira, & prolongata captivitate, non propter peccata propria, quæ sine dubio gravitatis minoris parentum sceleribus sunt æstimanda, sed propter sua, illorumque culpas durasse; unde si exules jam non steterint à patria, conservarent sine dubio pristinam libertatem; sed nunc lamentatur, id difficillimum esse cum excellentiora exigat Dominus merita nova, suam ut consequi possint de novo patriam, quam primam exilium vitare. Exemplum in filio constituit, qui læsæ majestatis cum fuerit criminis innocens, confiscationem patitur omnium bonorum, proditorisque labem, quam est solus pater aggressus; simile constat etiam Deuteronomij 23. ubi mancer, seu de scorto natus ingredi Ecclesiam Domini prohibetur; & quidem, non propter scelera propria, sed in pœnam peccati & adulterij parentum. Si rationem ab his au-

Damnatur lege Persarum, & Macedonum.

Mater prægnans nefas apud Romanos punire.

16.

15.

thoribus flagitemus, illam innuere sunt visi, quam tetigit Pererius in Genes. hic; pœna namque, qualis est spiritalis, ita respondet peccato proprio, quod personalissimum est, quod in alios culpæ omnino expertes non refundatur, animam rationalem attingit, secundum quam filius aliquid parentis non est, pœna vero corporali, quæ est privatio sanitatis, & vitæ, posse filium puniri propter delicta parentis, quæ pœna plectitur corpus, cujus ratione aliquid parentis est filius; si namque æquum est apud homines, quod ob merita majorum posterius honores recipiant, ita & propter eorum delicta subire pœnam fas erit.

17. Duobus præcipue potest ista sententia fulciri ex legibus desumptis humanis rationi consonis. Primum est in universitate seu communitate, quæ deliquisset, in quam vindictam sumere fas erat, & tamen pœnas culpæ plures innocentes luebant hostes excitantis ad bellum; Corinthij namque post tres hominum ætates vlcisci acceptam à Samiis injuriam moliti sunt, quando nullus inveniri posset superstes, qui communicasset injuriæ; idem pariter constare videtur in excidio Branchidarum factò per Alexandrum. Quæ omnia eo possent licita judicari, quia cives illi, quantumvis sint innocentes, pars totius communitatis civilis considerantur, quæ licet pridem deliquerit, particulis quidem sibi succedentibus potest puniri: Secundum exemplum est in jure belli quod pure humanum est, (omitto occidisse Hebræos Hæbbonitarum fœminas, & pueras, idemque imperatum in Chananæos à Deo, & quorum connexa cum Chananæis erat causa) quem introductum morem communem occidendi pueros innocentes in bello testatur, & laudat Psalms. 136. ubi beatus dicitur fore, qui Babyloniorum infantes petra allidit; *Beatus qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram, cui par est illud Homericum. Ille saque corpora terra infantium, sepius dum concussit omnia Mævors.* Romani capta Ilurgi vrbe Hispaniæ, sine discrimine interemerunt etiam mulieres & pueros, sic Apianus; idem de Germanico Cæsare memorat Tacitus; ideò August. Gothos laudavit, quod supplicibus & in templa confugientibus pepercissent,

quos belli jure licuisset, & permissum esset occidere. En qualiter belli jus in innocentes transfusum, quia civitatis pars delinquentis ab hostibus considerantur; ideo Simon Machabæorum dux, ut Triphonis fugeret manus, quos petiit, tradidit pueros, ut illis contentum nullum committeret prælium, damno illorum, qui pars sola populi erant, communi utilitati postposito; pari ratione licet filius sit innocens culpæ pati poterit universas calamitates parentis illius propter delicta.

*Jus belli in innocentes.*

§. II.

*Repellitur expositio præcedens.*

18. **N**IHIL OMNIUS hujusmodi opinio non extat Sacræ paginæ concors, quam cum Grotio, sicut & retuli, pariter etiam refellam: Exodi namque 20. & Deuter. 24. sic dicit Dominus: *Non occidentur patres pro filiis, neque filius pro patribus, sed unusquisque pro peccato suo morietur:* Ezechielis etiam 18. *Filius non portabit iniquitatem patris, neque pater filij, sed anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Quamvis igitur filij sint peccatores, non propter peccata parentum (ut placuit Hebræis) dare cogentur pœnas. Hoc autem universaliter verum esse non solum respectu ad pœnam habitò spiritualem, sed ad eam, quæ est corporalis, ex illo Platonis constat, quo ita Callistratus jurisconsultus expressit. ¶ Crimen, vel pœna paterna nullam maculam filio infligere potest; namque unusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur. ¶ Ferre ne (inquit Cicero) vlla civitas latorem istiusmodi legis, ut condemneretur filius aut nepos, si pater aut civis deliquissent?

Neque primum exemplum contra nos est, cum neque apparenter veniatur, extinctis namque illis, per quos ad communitatem culpa deducebatur, ipsa quoque extinguitur culpa, pœnæque debitum sine illa nunquam consistens; injustas censemus pariter ultiones omnes, quæ sic appa-ruerint vitiatæ; & in primis de excidio Branchidarum factò per Alexandrum hoc fuit Curtij judicium. ¶ Quæ

si in ipsos proditoris auctores excogitata essent, iusta ultio, non crudelitas videretur; nunc culpam majorum posterius luere, qui ne viderent quid Mileti, adeo Xerxi non potuerunt tradere. ¶ Corinthios post tres hominum aetates ulcisci non voluisse de Samijs, defendit Plutarchus lib. contra Herodotum. Philistaei hostes Judaeorum, non nocebant collegio Prophetarum, quod erat Gavae, ut videre est 1. Reg. cap. 10. & ideo ad aliud huiusmodi collegium Prophetarum confugit David 1. Reg. 19. eo quod ab omni armorum injuria sepositos, neque bellici furoris participes, neque Israelitis, judicabant, cooperatos aliquo pacto; Eleos utpote Jovi Sacros, & eorum hospites in pace vixisse narrat Strabo, cum tota Graecia ferveret armis; solum ergo cives propter universitatis delicta puniuntur, quando communicant culpae, ideo propter Agamemnonem plectuntur iustissime Graeci, de quibus dicitur.

*Quidquid delirant Reges plectuntur  
Achivi.*

Quia in exercitu Graecorum ipse, & alij suberant communi Concilio; ipsorum namque erat cogere Agamemnonem ut sacerdoti redderet filiam, qui ergo convenerant in delicto, merito aequalem passi sunt poenam, ut explicat Cyrillus contra Julianum: Pari jure omnes Antiochenos statuarum crimine involuit Chrysostomus, prima ejus argumenti ratione. ¶ Ecce facinus inquit, paucorum fuit, accusatio in omnes fertur, ecce propter illos nunc in metu omnes sumus, & eorum quae illi ausi sunt, poenam nos ipsi expectamus, quod si antevertissemus, jam illos de urbe pellendo, & partem morbidam sic, ut oportet, tractassemus; abesset jam à nobis hic timor. ¶ De Regibus, inquit Salvianus, potestas magna, & potentissima, quae prohibere scelus maximum potest, quasi probat debere fieri, si sciens patitur perpetrari; ideo qui mancipium, cum possit eximere, prostitutum esse patitur, pro prostitutum habetur Romanis legibus, si servus, sciente Domino, occidit, in solidum Dominum obligat tanquam reum, & lege Favia in dominum animadvertitur, quia ut ait Agapetus ad Justinianum, par est

delinquere, & delinquentes non prohibere, cum possit; si vero neque civitas sceleris civis, neque iste civitatis esse reus, non apparet ratio quare iuste in culpae omnino innocentes poena sit infligenda, connexionione civili partis cum corpore toto praecise inspecta.

Ex his quid dicendum apparet ad illud, quod jure belli in innocentes, ut se protegant, adducunt sententiae patroni. Tantum abest, jure gentium occidere innocentes fas fuisse; ut etiam ipsos, qui gesserant arma jam captos milites, monuerit Agesilaus (refert Chrysostomus.) ut non tanquam fontes punirent, sed tanquam homines custodirent. Apud Diodorum Siculum Byzantij, & Calcedonij; quod captivos interfecissent, hac inuruntur nota. *Perpetrarunt crimina eximia crudelitate;* & Seneca, ferarum neque generosarum quidem praemordere, & urgere abjectos, esse, inquit; si tanta etiam in actione belli fuit apud veteres condonatio, & clementia, quid dicemus de innocentibus? Nunquid irascitur pueris, quorum aetas nondum novit rerum discrimina? Nefas apud Barbaras etiam gentes stetit iudicium; arma habemus (inquit apud Livium Camilius) non adversus eam aetatem, cui, etiam captis urbibus parcitur, sed adversus armatos. Plinius ad illa Horatij.

*Nescios fari pueros Achivum  
Ureret flammis etiam latentes matris  
in alvo.*

Dolenter declamat in saevitiam Achillis, qui si per Apollinē vivere licuisset; adeo saevus erat, ut nec infantibus, nec in utero gestantibus pepercisset. ¶ In Infantibus, subdit, qui modo in lucem vitamque humanam venire; nec calumnia quidem, quid dicat, habet; ut plane innocentes; ¶ Idem fere in foeminis plerumque obtinet, est enim, ut Staius loquitur sexus rudis, insciusque ferri; Neroni Octaviam hostem vocanti in Tragedia reponit Praefectus. Foemina hoc nomen capit? Ideo Tucca, & Varus delendos censuere in secunda Aeneid. versus, ubi deliberat Aeneas an Helenam occidat?

In Sacris litteris conspicitur idem, Josephus namque inquit de Juda Machabazo, Bosra, & Emphrone captis, interfecisse quidquid virilis sexus, & pugnae idoneum erat, quasi puerum

ætas excuset, foeminam sexus. Deus ipse hujus clementiæ auctorem vult se præbere, præcipit namque Hebræis offerri pacem, & post repudiatam, parci debere foeminis, & infantibus (speciali jure gentibus paucis exceptis, adversus quas bellum, quod erat, non hominum appellabatur, sed Dei, & cum muliere, Madianitas vellet occidi, proprium ipsarum respexit crimen, & virgines inter alias servavit immunes, imò cum Niniitis, ob gravissima peccata internecionem se veie admodum esset minatus, retrahi se passus est miseratione multorum millium ejus ætatis, quæ honesti, & inhonesti adhuc ignorarent discrimen: si hæc Deus statuit, ut cum facinoris poena non æquaret innoxios, quid homines facere æquum est, quibus nullum jus in homines tribuit, quod non ad hominum salutem aut societatem conservandam conducatur? Nefas ergo censendum est, insingere innocentibus poenam propter delicta parentum: Quod si Simon Tryphoni tradidit pueros, ut fugeret obsidionem, plurimi judicant sine culpa non tradidisse, non enim est sub potestate Principis aut civitatis vita innocentis propter communem salutem abuti.

\*\*\*

### §. III.

*Proponitur Rabbiorum alia expositio,  
& fundamenta enervantur.*

18. **R**ABBIN. Gerundensis. & Meser David de Leon, filios, propter parentum delicta, quæ ab idololatria maxime distant, iudicibus coram humanis poenas nunquam subire, fatentur, verum si parens idololatriæ delicto tabuerit, macula ad filios simul cum poena descendit. Hanc sententiam refert Manasses Ben-Israel sed sine fulcramento. Potest, ex iis, quæ apud Rabbinos observata tradit Seldenus recipere fulcimen, & robur. Statis ergo temporibus, in Israëlitas, tactis prius Sacris Bibliis, qui capita juris sacri spontè violarent, anathema generale promulgare solebant, cujus execratione, cuncti, qui idololatriæ fuerint inventi rei, cum posteris ejus erant exterminandi. Inquit & roborat jus hujusmodi locus, qui legitur Deut.

cap. 13. ibi. *Si audieris in una urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis suæ atque dixerunt. Eamus, & serviamus diis alienis, quos ignoratis, quare solcite, & diligenter rei veritate perspecta, si inveneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percussies habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaque, quæ in illa sunt usque ad pecora, quidquid etiam supellestilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa civitate succendes, ita ut universa consumas Domino Deo, &c.* Quid clarius? Ut execratione, qua exterminantur idololatriæ, posteri, cæterique innocentes simul excindantur cum peccatoribus.

Secundum fundamentum desumi potest ex illo Levit. 27. ubi Hebræus sic legit *Omne anathema, quod devovetur ex homine, non redimatur, morte moriatur.* Vulgata. *Omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur.* Ex quo testimonio Ludovicus Capellus cum aliis, licuisse apud Hebræos existimat, filios, quos in sua quis retinet potestare, in satisfactionem peccati parentis, finibusque aliis diversis immolari, Deoque devovere, & illos vita privare. ¶ Ad immanitatem, & diritatem (inquit) quod atinet hujus legis, dicemus eandem prope hujus legis esse rationem, quæ fuit legis de repudio. Non prohibebat Deus repudium, sed si quis tam duro & præfracto erat animo, ut nollet diutius convivere uxori, Deus tanquam populi Judaici rex & politicus, civilisque legislator, non prohibebat, quominus illam à se amandaret dato repudij libello. Sic etiam Deus nõ prohibebat, ut quis personam humanam sibi per *Cherem* devoveret, sed si quis adeo temerarius erat, ut votum ejusmodi nuncuparet, non de bestia, aut agro tantum, sed de persona etiam, quæ ipsius esset juris volebatque morte affici, non quod illi probarentur aut illi gratæ forent humanæ hostiæ, sed aliis causis legitimis, quas lex quidem non aperit, (neque enim Deus legum, & præceptorum suorum rationem reddit) sed aliquatenus nobis suspicari, & eas subolfacere licet, ac primo quidem videtur, Deus sic tacite vo-

luisse

*Immanis  
lex de im-  
molatione  
puerorum.*

luisse innuere, se potestatem vitæ & necis concedere parentibus in filios, & in servos heris, non quidem ipsis pro arbitrio exercendam quum liberet, quomodo etiam ethnici Græci, & Romani exercuerunt sine magistratus conscientia, sed quam, hac dumtaxat ratione, exercerent, sacra nempe capitis, eorum devotione, ad cuius executionem intervenire oportebat sacerdotum opera, & ministerium, ad quos vororum cognitio spectabat, rerumque Deo per *Cherem* sacratarum jus, & proprietas, sive dominium, Num. 18. *Omne anathema in Israel tuum erit*, qua sanctione sacerdotes iudices erant à Deo constituti, qui dispicerent, ac judicarent, an vota illa essent legitime, necne, concepta & nuncupata? Atque ita mors liberorum, atque servorum à parentibus, herisque devotorum, non simpliciter à nutu & libidine pendebat, ita abusus cavebatur, & simul parentes à liberis, & heri à servis tanto majore in honore habebantur, utpote, quos tantum viderent in se habere vitæ & necis potestatem, ut si libuisset, ab uno oris ipsorum verbulo vita, & mors sua penderet. ¶ Ex cuius lege Iepathe filiam suam tradidit immolasse.

Comprobant plura Sacræ Scripturæ testimonia, Daniel enim iustus in captivitatem ducitur Babylonicam propter idololatriam parentum. Filij Acham propter illius delictum capite plexi sunt. Iosue capite 7. David propter delictum, populus affligitur pestilentia. Quod confirmari videtur ex eo quod tradidit D. Cyprianus lib. de lapsi. cap. 3. agens de quorundam impietate, & insania parentum, qui filios suos infantes immolabant idolis, hæc ait. ¶ Ac ne quid deesset ad criminis cumulum; infantes quoque parentum manibus, vel impositi, vel attracti, amiserunt parvuli quod in primo statim nativitatis exordio fuerant consecuti. Nonne illi cum iudicij dies venerit, dicent? Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo & poculo Domini ad profana contagia sponte properavimus, perdidit nos aliena perfidia, parentes sensimus parricidas: illi nobis Ecclesiam matrem, illi patrem Deum negaverunt, ut dum parvi & improvidi & tanti facinoris ignari per alios ad consortium criminum jungimur, alie-

na fraude capiemur. En propter peccatum alienum parentum amisisse parvulos, tradit Cyprianus, quod exordio nativitatis receperant. Puniri ergo sentit, idololatriæ peccatum in liberis innocentibus.

Verum contra istam expositionem sunt testimonia Scripturæ superius relata. Anima enim, quæ peccaverit, ipsa punietur, neque macula; quæ propria parentum voluntate contrahitur, ad liberos potest transfundi. Neque loca Scripturæ ipsam juvare possunt. Non Deut. cap. 13. cuius expositionem ad propriam remittimus sedem, ubi latius lex illa à difficultatibus liberabitur. Locus autem Levit. procul à veritate intelligitur à Capello; longeque distat ita à recepta Talmudicorum doctrina, ut non nisi infelix valeat esse patrociniū Rabbini. Pro cuius majori luce, ut Rabbini aditum præcludamus, quid ipsi de *anathemate*, seu devotamento (ut à Terulliano nominatur) vel *Cherem*, ut vertitur Hebraice seu *Shammata*, (non *Maranatha*, ut Drusius lib. 4. ad D. Joan. cap. 9. inquit;) nisi abusive pro anathemate accipi possit, ut notavit Simanc. de Cathol. Inst. tit. 27. §. 8. ¶ *Maranatha* anathematis significationem induit, (verba sunt illius) ex illo eventu, quia Judæi gloriantes de venturo Messia; dicere solebant *Maran*, hoc est, *Dominus noster*, contra quos Christiani dicebant *Maran-atha*, id est, *Dominus noster venit*. Hinc inimicitia orta est inter Christianos, & Judæos, horum in ore erat *Maran*, quos per contemptum Christiani *Maranithas* vocabant, & illis obtrudebant. *Maranatha*, id est, *Dominus noster venit*, vel invitit vobis, iridentes eos, & illis male precantes. Unde apud nostrates vulgo *Marranos* appellant eos, qui à Judæis descendentes apostatæ facti sunt, Messiam suum expectantes.

¶ Quadruplex igitur apud Rabbinos recognoscitur anathematis accipio. Significat imprimis quidquid Deo sive in sacros usus destinatur, quæ vota æstimationis vocantur; quia non tam ipsa, quam eorum valor, & pretium Domino consecratur ideo redimere in proprios usus fas erat. Significat deinde quod interfectioni, & devastationi propter capitales inimicitias omnino destinabatur, ut habetur de

de Iericho, *Siquæ civitas hæc anathema & omnia quæ in ea sunt Domino Josuè* cap. 6. Vrbis igitur ista anathema ita fuit in hostium vindictam & pœnam, ut tam personæ, Raab excepta, quam res sive incendio, sive nece dispenderentur, præter metalla, quæ in sacros usus fuere servata. Huc pertinet publicum sive regis, sive populi, sive Synedrij supremi anathema, quo gesturi bellum, inituriq; prælium; milites aliove, si militati obedientiæ non fuissent addicti, morti sacrabant; & devovebant, sicut illud Saül 1. Reg. cap. 14. de his, qui ante noctem quid comederint, cujus pœnam incurrit Ionatas filius ejus, paululum mellis gustans. Tertium anathematis genus est, quod in commissum jam cadit, quale in illo Esdræ cap. 10. *Quicumque non adfuerit intra triduum juxta decretum principum & seniorum. Anathematizabitur* legunt septuaginta, Vulgata, *auferetur universa substantia ejus, & ipse determinabitur ab Ecclesia transmigrationis.* Quartum anathematis genus est, quod jure pacis diris fit, cujus species sunt binæ, altera, ubi diris quis devovebatur, si quid impostertum sive committeret, sive omitteret; altera, ubi quis ob jam commissum devovebatur, primi generis fuit illud Josuè ca. 6. *Maledictus sit coram Domino, qui surgens adificaverit urbem istam, in primogenito suo fundabit eam, & in minori (scilicet filio) collocabit portas ejus,* hoc est, proles, & posteritas ejus universa destruat. Ad hanc speciem spectat illud Pauli. *Anathematizaverunt se ipsos, dicentes, neque manducatuos, neque bibituos donec occiderent Paulum.* Quarti generis secunda species est, quæ ex sententia forensi, qui excommunicatus, seu à cœtu Israëlítico semotus, intra tempus sibi præstitutum non resipisceret, sed ex contumacia sua aut contemptu, sibi in causa esset, ut excommunicatione non solveretur, devovebatur.

20.

Verum nunquam propter parentum scelera, filium anathemate, quo exposita foret vita, fuisse execratum, habetur apud Rabbinos expressum. ¶ Decreverunt Gaonim (sic inquit Moses Korzensis Præcep. negat. 119.) seu prudentes, ubi pater quis adjurandus est in rem filij, non adjurandum esse iuramento execrationis, quemad-

modum fieri solet, ubi devoventur adjurati per anathema. Adjurant igitur cum juramento, in quo execratio nulla exprimitur. Quando ergo quis juramento, cujus vinculis ipse ligatur, simul comprehendit filium, non exprimit execrationem, cujus gratia pari necis periculum posset filius. Hanc quidem, in anathemate, quod statutis temporibus in Israëlitas promulgare solebant Hebræi, non contineri; constat ex formula, quæ in rituali illo libro, quem Colbo, idest, Pandecten nuncupant, habetur, Sepher Colbo fol. 144. Qui jurisjurandi fidem violabant, anathematis tertij generis, & quarti secunda specie ligabantur, unde cum dicitur, transgressores funditus exterminandos, & posteros ejus. Idest à cœtu, & consuetudine populorum semovendos esse, intelligitur, quales à Synagoga repellendos plurimi timebant Judæi Christum sectati, apud Joa. ca. 12. ibi. *Ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Phariseos non confitebantur.* Septuaginta, ut è Synagoga non ejcerentur, sive sumatur pro domo qua conveniebant Judæi, ut Lucæ 7. sive nomine Synagogæ, totius populi, sive partis conventus denotetur; ut pluries in Pentath. & Prophet. sive conventicula, quæ fieri solent in plateis, ac foro, & in triviis, extra quorum communicationem & societatem relegatus, manebat excommunicatus, significantur, ut voluit Erasmus ad Matth. cap. 6. Quæ excommunicatio (ut dicitur in utraque Gemara) non fit intra tempus minus quam dies triginta intra quod, ut resipisceret forum expectabat, quod si adhuc contumax fieret, totidem iterabatur tempus, quod si intra id spatij impœnitens ab solutionem despiceret, cherem, seu anathemate feriebatur, idest diris multo gravioribus, cujusmodi carmen est illud solemne, ac horrendum anathema; devotus & execrandus habebatur, unde hominum consuetudine omnino privatus, nullum cum eo licebat commercium, facto dumtaxat exiguo rugurio, ut ne inedia deficeret, ali possit; nunquam tamen, & si talibus angustiiis arctatus, exponebatur neci, (quid quid dixerit Buxtorfius) Hac ergo excommunicatione; ubi vita nusquam periclitatur, inüruntur, qui sponte amplectuntur idololatriam, & qui

Anathema  
Hebræo-  
rum.

qui

qui iurifurandi religionem violabant.

Legem autem Levit. 27. sic ipsi exponunt Rabbin: *Omne anathema, quod devovetur sive sit homo, vel ut, vertit Vulgata, Omne quo Domino consecratur, sive homo fuerit, non redimatur sed morte moriatur*, de hostibus aut civibus omnibus jura militaria violantibus morti devotis, & consecratis, qui non redimendi, sed ad ultimum necis supplicium sunt perdacendi, intelligendum putant. Exemplum est Numer. 21. ibi: *Et vocit Israel (sic vertit Hebræus) votum Domino, dicens: Si tradendo tradideris populum istum in manum meam, devovebo urbes eorum.* Unde quilibet ex iis, qui captus & servus esset Israëlitis, morte necessario Deo consecrari debebat, de Chanaanisque quodvis, in eorum enim vitam, Deus, nostræ qui dominus Israëlitis jam pridem dederat potestatem. Sic tradit Isaac Abravanel in Pirusch Tora folio 275. colon. 2. Hoc anathemate constat Iericho fuisse execratam, cujuscumque enim capti, in Israëlitis potestatem vita incidisset, non poterat pretio redimi, sed necessario morti tradendus erat.

Facilius Levit. lex potest interpretari, si dicatur: omne consecratum, licet sit homo, non redimatur, sed totum jus, quod antea in consecrantis esset potestate, cederet jam sacerdotibus, & usibus sacris veluti servis imperandi potestas, & operis eorum utendi. De cujus anathematis, ac rerum consecratarum possessione, ac redemptione quotannis solemniter erat cognitio in foro, 15. die Adar, qui fere Februario nostro respondet. Servorum autem liberorumque necis nulla erat in parentibus; & heris potestas, si Chanaanos servos excipias. ¶ Si quis (sic dicitur in Misna titul. Eracim capite octavo de servis & filiis) anathemate devoveret sive filium suum, sive filiam, sive servum, sive ancillam ex Hebræis, sive agrum ad tempus conductum, anathema non sunt, quia nemo potest anathemate devovere, id quod planè suum non est seu cujus corpus suum omnino non est. ¶ Ex opposito autem non parum minueretur lex interdicens necem, nec ulla, ita prolis ac servorum vitam posset tueri innocentia, sed ho-

micidium extra pœnæ, forique sententiam, in republica illa admittetur vitroneum. A quibus non longe distat R. David Kimhi explicans votum Jephthe, vitæque civili dumtaxat defendit, fuisse privatam. De cujus sacrificio egimus, cum capite nono patrociniū sumeremus virginitatis.

\*\*\*

#### §. IV.

*Exponuntur Scripturæ cætera testimonia.*

**N**E QUÆ alia exempla patrocinantur relatæ super us sententiæ. Non primum, quoniam pœna dupliciter accipi valet, ut proprie scilicet pœna est, qualis spiritualis est sola, peccato personali proprio respondens, qua ab eo justitiæ violatæ æqualitas compenatur. Alia est pœna improprie, propriusque rationem obtinet medicinæ, locum in bonis corporalibus habens dumtaxat, qua viri justi solent affigi, ut Job, Thobias, Daniel, & alij captivitatem simul cum populo passi, quibus afflictio, in bonum profecit spirituale, sicut animadversio populo in pœnam. Pœna in prima acceptione, nullus qui expertus fuerit peccati, punitur, de qua intelligendus est Ezech. capite 18. & Deuter. locus.

Ad illud de Acham, Talmudici non pauci sceleris concios fuisse, & criminis non expertes parentis, meritoque ideo pœnas luisse liberos, tradunt. Alia Hebræorum, & quidem pars non inferior raptos ad parentis causa terroris spectandum supplicium, credunt. Sic R. Isaias, R. Levi Ben Gerson, eo ducti, quod versu proximo scriptum est. *Et lapidabant illum omnis Israel*, non dicit illos. Quamvis enim *lapidabant illos*, addiderit postea, ad animalia, supellectilemque plurium numerum judicant pertinere. Verum similem magis primam expositionem existimo fuisse vero, secundam autem textus literæ repugnantem. Quin dicere non sine fundamento possemus, una eum Acham liberos citra peccatum fuisse occisos, ut sic parentis accresceret magis pœna.

22.  
Deus potest  
punire fi-  
lios propter  
parentes,  
non sic le-  
ges huma-  
na.

Quod si dicas, simili posse iudices duci ratione, tribunali coram humano, si propter delictum parentis, illique ut accresceret pœna, iudices, liberos capite plecterentur, Dominum in puniendo imitati. Verum longe distans est ratio. Deus enim jus dominij in vitam plenissimum habet, potens prout & quando voluerit homines illa sine querela privare, cum quidquid oritur ea conditione ortum habeat, ut intercadat rursus, vitæque quantalacumque illa sit Domini donum gratuitum sit. Quando ergo propter parentum scelera morte immatura liberos rapit, jure dominij utitur, & non pœnæ, & tunc maximo punit etiam parentes, gravius quidem illis est spectaculum tale, quam pati easdem calamitates. ¶ Nullum durius, inquit Plutarchus, supplicium, quam eos, qui ex se sunt, ob se miseros spectare. ¶ Ut inquit enim Tertullianus, duritia populi ad talia remedia compulerat, ut vel posteritatibus suis prospicientes legi divinæ obedirent. Quo respicit Exod. 20. locus ultra quartam generationem non protrahens minas, quod ad eorum conspectum perungere posset humana ætas, vix tamen progredi ulterius. Dei autem factum hominibus imitari non licet, quibus ut personis privatis deficit jus in vitam, ideo Dominus in Deut. lege sua cavit, ne pro parentibus morte liberi afficerentur, quam laudibus maxime extollunt Judæi Philo, & Josephus, sicut Ægyptiam similem Isocrates, & Dionis. Alicarn. Romanam. Idem de Israëlitico populo dici posset, acerbissimum enim delinquentibus regibus est supplicium, quæ ob se populis infligitur pœna, perinde enim est, ac si quis manu peccans tergo feriat ut inquit scriptor Christ. quæf. ad Orth. 138. Nisi dicere malis populum propter alia graviora crimina personalia esse punitum. Vel quia tacito quodam consensu esset Davidis sceleri cooperatus.

Verba, quæ opponuntur D. Cypriani optime D. Augustinus Epist. 13. ad Bonifac. Episc. exponit. ¶ Quando autem in parvulum, inquit, majores peccant, offerentes eum, atque obligare conantes demonum sacrilegis vinculis, non est anima utrorumque communis, ut etiam culpam possint habere cõ-

munem. Non enim sic communicatur culpa per alterius voluntatem, quemadmodum communicatur gratia per sancti Spiritus unitatem. Potest enim & in hoc & illo homine esse unus spiritus, etiam si invicem nesciant, per quem sit utriusque gratia communis. Nô autem potest spiritus hominis esse, & hujus & illius per quem peccante altero, & altero non peccante, sit tamen culpa communis. At per hoc potest parvulus semel ex parentum carne generatus Dei spiritu regeneratus ex parentum carne regenerari, ut obligatio, quæ soluta est, iterum contrahatur. Et ideo semel perceptam parvulus Christi gratiam, non amittit, nisi propria impicitate, si ætatis accessu tam malus evaserit. Tunc enim etiam propria incipiet habere peccata, quæ non regeneratione auferantur, sed alia curatione sanentur. Verum tamen recte dicuntur parentes, vel quicumque majores, filios seu quoslibet parvulos baptizatos dæmoniorum sacrilegiis obligare conantes, spiritaliter homicidæ. Non illis quidem interfectionem; non facinus, sed quatum in ipsis est, interfectores fiunt. Recteque illis dicitur, quando ab hoc scelere prohibentur, nolite occidere parvulos vestros, dicit enim Apostolus: Spiritum nolite extinguere: non quia ille extingui potest, sed quantum in ipsis est, extinctores ejus merito dicuntur, qui sic agunt, ut extinctum velint. Isto sensu recte intelligi potest, quod scripsit B. Cyprianus, qui tempore persecutionis idolis immolaverant, arguens. ¶ Ac ne quid deesset, inquit, ad criminis cumulum, infantes quoque parentum manibus impositi vel attracti, amiserunt parvuli, quod in primo nativitatis exordio fuerant consecuti. Amiserunt in eorum mente, ac voluntate, qui in illos tantum facinus commiserunt. Nam si in se ipsis amississent, remansissent utique divina justitia sine ulla defensione damnati. Quod si S. Cypri. aliud arbitraretur; non eorum defensionem continuo subijceret, dicens: Nonne illi, cum dies judicij venerit, dicent? Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & potu Domini ad profana contagia sponte properavimus. Perdidit nos aliena perfidia, parētes sensimus parricidas. Hanc defensionem non subnecteret, nisi justissimam crederet

crederet & in Dei iudicio parvulis profuturam: si enim vere dicitur. Nos nihil fecimus, anima quæ non peccaverit, ipsa cur morietur? Nec illi peribunt sub Dei iusto iudicio, quos parentes suo scelere, quantum ad se ipsos attinet, perdidit. ¶

¶

S. V.

*Conciliatur antilogia.*

43. **P**R O solido veræ sententiæ iudicio, præ oculis est habendum, quod inferius differere opus erit, Noë nempe, sicut jam Adamo pridem, super omnia creata creditum fuisse dominium post diluvij communem cladem. Omnium ergo Noë dominus constitutus in tres filios universam terram divisit, non tamen post diluvium ita immediate, quod Cham non præcessisset in parentem irreverentiâ, unde non tam jus in partem terræ est præritum Cham & posteris ejus, quam partis orbis usufructus ad tempus concessus, in quam ut filij Sem, & Japhet, possent restitui, nefas non erat bellis & armis invadere Chananeos, ex quo oritur servitus necessario. Origo enim vocabuli servorum (ut inquit August. lib. 19. de Civit. Dei cap. 15.) in Latina lingua inde creditur ducta, quod hi, qui jure belli juste possent occidi à victoribus, cum servabantur, servi fiebant, à servando appellati. Unde Noë Cham pœna servitutis condemnans, ex consequenti posteris ejus pœnam servitutis infligit, quam non sine justitia patiuntur, sicut cum læsæ majestatis criminis reus bonis omnibus in pœnam privatur, & honorificis etiam officijs, ejus pœna in liberos immunes transfunditur, quod optime notatum est ab Alpheno, cum ait, patris pœna amittere liberos id, quod perventurum esset ad eos. Cicero Themistoclis liberos scribit eguisse, neque, putat iniquum, eandem calamitatem ut ferant Lepidi filij. Possent autem hujusmodi servitutem pati juste sine proprio crimine liberos, præterquam quod præferret nativitas sola dari nescientis, & jam à materno utero compedes servitutis miseræ bajulantis, apparet, exemplo civitatis liquebit, quæ ex delicto majoris partis, qualiter per-

sonam sustinet universitatis, amittit libertatem civilem, muros & commoda alia, tunc autem minor pars, singulique innocentes eadem damnasentiant & ferunt. Secundo, ut Grotius notavit, apparet idem in civitate, ad quam confugit mortis reus, hæc enim alterum facere debet, aut, ut ipsa nocentem puniat, aut quod dederit civitati, quæ actoris personam, & munus exerceat, sicut Israelitæ alij postulaverunt à Beniaminitis, ut dedant facinorosos Judit. cap. 20. Philistæi ab Israelitis, ut Sansonem quatuor maleficium restituerent Jud. cap. 15. Lacedæmonij bellum intulerunt Messenis, quod interfectorem quendam Lacedæmoniorum non dederint. Quod si neque punire neque restituere statuissem, lex Attica fuit promulgata. ¶ Si quis morte per vim illata obierit, pro eò proximis, ac necessariis jus esto homines prehendi, donec aut pœna sumatur de cœde, aut homicidæ dedantur, liceat autem tres tantum homines prehendere non ultra. ¶ Ex quibus constat pro delicto civitatis, quæ vel punire, vel tradere nocentem tenetur, libertatem subditorum obligari, ut interim redigantur in servitutem, donec civitas, quod tenebatur agere, adimpleat. Quo spectat illud Joseph fratrem in carcerem detrudentis, donec Benjamijs in Ægyptum migrasset. Quid ergo mirum, quod licet posteris Cham tunc innocentes forent, in servitutem, qua ipsorum pater justissime laborare debebat, incidant invito non jure. Illa namque pœna, cunctis inspectis, non tam pœna, quam naturalis infelicitatis eventus, ortus ex restrictione dominij in orbem procedentis à Noë suo parente Cham refractorio collati, dicenda est. Illustrat hucusque dicta tertium exemplum, qui fideiussit pro delinquente, innocens pœnas luere potest, sicut Romani, qui vades capitali iudicio crediderint obligari, ut ex notissima Damonis, & Pitihæ apparet historia, & obsides sæpe capite plexerint. Vel si istam sententiam repellamus, & factum Romanorum injustum, quia in vitam nullus jus habet, ut eam sibi adimere possit, aut ad adimendam ex fideiussione obligari, idem conservat robur, si libertatem promiserit, vel exilium, si alterius fuerit impleta conditio.

servitutis damnata feret nullo sine dubio fidejussor, quod omnia si attente inspiciatur, non pœna, sed promissionis est exequio. Licuit ergo Noë, impiam & irreverentem privatione veri in terram dominij filium punire, servitutemque ex illa pœna inferendam posteris eorum prædicere. Quare vero servitute, non vitæ privatione, in pœnam Cham posteros affecerit Noë? Hoc ideo est, quia hæres refert defuncti personam, non in meritis, quæ mere sunt personalia, sed in bonis, unde cum in Cham eorum quasi ruptum foret dominium, in hæredes etiam posteros Cham simili transfusum est cum læsione.

Aliter exponi posset & conciliari

Genel. cap. 9. *Chanaam servus servorum erit fratribus suis.*

24.

**I**N præfenti non tam Noë imprecatur diras, quam spiriteo prophetico prælagit; Chamis posteros vilissimò servitutis genere Semi, Japhetique nepotibus mancipatum iri. Verum non omnibus Chamis nepotibus servitutem vaticinatur, sed per Chanaam dumtaxat descendens illam prædixit. Egyptij autem non à Chanaam, sed à Mesraim originem ducunt, non ergo veritati vaticinij repugnat, quod filij Sem nunquam servierint Egyptij.

Hæc quamvis omnino sint vera, certum tamen est, tam Egyptios à Mesraim, quam Æthiopes à Chus, Afros à Phut descendentes Chamique nepotes, Semi, Japhetique posterorum sub servitute fuisse. Imprimis Egyptij, à Josephi posteri Sem præfectura, servilis facti sunt conditionis. Sic enim Iosepho compromiserunt Genel. 47. Egyptij. *Et nos & terra nostra tui erimus, eme nos in servitutem regionem, v. 21. Subjecitque eam Pharaoni, & cunctos populos ejus à novissimis terminis Egypti usque ad novissimos fines eius, ver. 23. Dixit ergo Ioseph ad populos, en ut cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet. Neque manumissos unquam legimus, licet enim agros Iosephus dedecit postea, ea tamen conditione donavit, ut quintam frugum partem solverent regi.*

Deinde Nabuchodonosor Magnus, postea Cambyses eos servituti subje-

antilogia, si vera esse; Cajetani sententia Chanaam criminis patris existimat fuisse participem, illi, Noë nudatam cum irrisione nunciando. (Aliud fingit Chanaam scelus Rabbini, quod alibi referemus.) Illi tamen quievisse non possumus, cum, ut plures iudicant, natus non esset tempore maledictionis Chanaam, vel ut alij, infans esset, sex natus dumtaxat annos, nedum malitiæ capax. Neq; in Sacra pagina, pater Chanaam cum dicitur, pater ipse, sed gens Chanaam significatur. De quibus Lactantius inquit. ¶ Hæc fuit prima gens, quæ Deum ignoravit, quoniam Princeps ejus, & conditor cultum Dei à patre non accipit, maledictus ab eo, atque ignorantiam divinitatis minoribus suis reliquit.

Exod. à cap. I. usque ad 10. *posteri Sem Egyptiis servierunt à Cham posteris originem ducentibus.*

cit acerba. Posthæc ab Alexandra Magno subacti in Græcorum concesserunt imperium, à quibus trecentesimo post anno ad Romanum, Ægypto translata, iniquiorem passæ sunt servitutem, ut videre est apud Dionem Cassium libro quinquagesimo primo, Cornelium Tacitum 2. Annalium, cum ex Augusti Cæsaris instituto, nemini eorum senaiorem agere Romæ permissum esset, neque ex ipsis vrbibus suis decuriones eligere, cum utrumque ceteris provinciis esset concessum. Vere quidem impletum est Ierem. capite 44. vaticinium *Ecce ego ad te Pharao rex Egypti, draco magne qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicit: meus est, ego feci memet ipsum. Et ponam frenum, addit Prophetia, in maxillis tuis, & agglutinabo pisces fluminum tuorum squamis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum, & pisces tui squamis tuis adherent, & v. 19. Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Egypti, & accipiet multitudinem eius, & depradabitur manubias ejus, & diripiet spolia eius.*

Verum superest difficultas difficilis conciliationis eorum, quæ referunt Herodorus lib. 2. & Diodorus Siculus li. 1. cum iis, quæ Ieremias vaticinatur. Illi enim rebellionem Egyptiorum contra Apriem seu Ephree sic narrant. Quæ adversus Cyrenæos enim Apries  
exerc

exercitu missio magnam cladem accepisset, id ei imputantes Ægyptij, revelaverunt, opinati se ab illo in apertam perniciem fuisse dimissos, ut his interneccione deletis, ipse cæteris Ægyptiis imperitaret securus. ¶ Ex quibus constat Apriem non à Nabuchodonosore, sed ab ipsis Ægyptiis fuisse interemptum, contra quod in Jeremia simul, & Ezech. traditur clare.

Sic cum prophetis Nicolaus Abrahamus conciliat historiam. Nabuchodonosor anno post transmigracionem Joachimi 27. qui post deportacionis initium Babylonicæ servitutis annis septuaginta circumscriptæ trigessimus quintus illuxit, cum statuisset impressionem in Ægyptum facere; videretque omnes aditus ad Orientem contra Babylonicorum grassacionem partim Nili deductioibus interclusos, partim urbibus munitissimis ita vallatos, ut Apries tanquam crocodilus in medio fluminum suorum cubaret, & ne Deum quidem ullum posse sibi regnum adimere gloriaretur. Ægyptum ab occasu & velut à tergo per Cyrenen & Barcen voluit adoriri. Apries retentis ad sui custodiam Caribus & Ionibus auxiliariis in Cirenem, mittit Ægyptios, qui extra regni fines Chaldæis occurrant. Signa conferunt, manus conferunt, vincuntur Ægyptij. Babylonicij fusos in sequuntur, in Ægyptum irrumpunt, deprædantur manubias ejus, ejusque spolia diripiunt, agros populantur, alios occidunt, alios ducunt in servitutem, reliqui Babylonio se dedunt, quibus Amasis imposta tributi annui pensione, vel regis, vel Satrapæ nomine præficitur, eique belli reliquæ adversus Apriem demandantur. Apries vivus venit in hostium potestatem, quem Amasis initio cum honore tractavit, & observavit, sed Ægyptij paulo post ad necem expetitur suffocaverunt, & deinde majorum suorum sepulcris intulerunt.

Verum contra hoc pugnat aperte Ezech. cap. 29. v. 10. ubi subdit. *Daboque terram Ægypti in solitudine, gladio dissipatam, à turre Syenes usque ad terminos Ægyptia, non pertransibit eam pes hominis, neque pes jumenti gradietur in ea, & non habitabitur quadraginta annis. Quæ nequeunt coherere superius cum dictis, neque cum Herodoto, in cujus sententia sub Amasi,*

qui Apriæ regnum invasit, Ægyptus non solum Nili beneficiis, terræque frugibus exuberabat, sed multitudine incolarum affluebat, & vrbes habitatas ad viginti millia numerabat. Nihilominus habita ratione temporis sub Amasi, quo vicies millenas obtinebat civitates, ut refert Herodotus, ad regnum Ptolomæi Philadelphij, recte potuit solitudo vocari, floruerant enim, Ptolomæo regnante, tria & triginta millia, & insuper trecenta & triginta novem, quas Theocritus numeravit Eidylio 17. Unde credendum est prophetam hyperbolice fuisse locutum, ut ipsis est familiare. Quamvis hæc omnia verisimilitus tempore Cambyles judico convenire, qui omnibus simulachris Apis, Vulcani, Deorumque cæterorum omnibus omnino dirutis, ut inquit Justinus lib. 1. Ægyptum exhaustam mercatores & advenas fecit ita exulare, ut dici vere possit, quod non pertransiret pes hominis, neque pes jumenti gradereur in ea, ut propheta jam diu exaggeraverat, Tandem Olimpiadis centesima septimæ anno secundo ab Artaxerxe, cui Oco cognomè, funditus eversus est.

Currere cello Chami posteros alios qui Sem & Japheti vili servitute nepotibus sunt subjugati, Æthyopes, nempe, à Chus propagati (si Eusebio credimus in Chronico) ab Indis à Sè descendentibus sunt occupati. Libyes seu Afri à Phut ducentes originem, Græcos Japheti posteros (Hieronymo de locis Hebraicis teste) dominos cognoverunt & reges, cujus judicium est Cyrenaicum regnum ab Argonautarum posteris, aliisque Græcis conditum, cujus coloniarum deductio à Strabone lib. 17. tum à Solino c. 40. tum à Justino lib. 13. & ab Herodoto in Mespomene fuisse describitur, ut notavit Nicol. Abrâ Tyrij similiter antiquiores Chapanum auctorem habentes (ut ille refert) fervorum sunt conspiracione deleti. Hos differo ab aliis Tyris, si fabulosa non sunt, quæ tradit Justinus, vel potius Trogius Pompejus. Fuerunt enim quidam, qui foemina duce, Carthaginem condiderunt, alij qui cæsis Carthaginensium progenitoribus, eorundem Carthaginensium fiducia regi potentissimo restiterunt. Unde intelligitur illud Silij lib. 1. Punic. v. 73.

*Cum sugeret Dido famulam Tyron.*

Famulam appellat, quamvis Dido regina Tyriorum non erat.

*Sed regna Tyri germanus habebat  
Pygmalion.*

Non igitur Didonis ipsius famula fuit : famula tamen dicitur : quia cum fugeret, Dido jam, servi trucidatis dominis, & antiquis Tyri civibus, urbem

tenebant, ac proinde clades illa dominorum contigit antequam Chartago in Africa conderetur. Servi ergo servorum facti sunt fratribus suis Chananzæ, ut Gabaonitæ ministerijs vilibus deputati, vel ab Hebræis internecione sine indulgentia fuerunt delicti.

Genes. cap. 9. *Maledictus sit Chananaam.*

Genes. 10. *Chananaam nondum natus erat, v. enim 2. dicitur, natique sunt ei filij post diluuium.*

**P**RO hujusmodi conciliatione, superiori antilogia sentum maledictionis exposuimus, & non tam filium

Chananaam, quam posteritatem Chananaeorum obnoxium maledictioni, sive præfatio vaticinantis fuisse, ostēdimus.

Genes. cap. 9. & ex c. 7. *Constat Mathusala non fuisse receptum in arcam, cum solis filij Noë referantur. Quo ergo confugit?*

Genes. cap. 5. v. 26. *Mathusala postquam genuit Lamech vixit 782. annis. Lamech cum esset 180. annorum genuit Noë, ex quibus constat post diluuium vixisse, quod 600. anno vite Noë incepit.*

25.

**Q**uinto à Lamechi filij sui morte anno, mortuus longævus Mathusalem anno ætatis suæ 969. inchoante, nam cum vixerit 182. annis antequam generaret Lamechum, qui vixit 182. annis ante ortum Noë: contigerit autem diluuium sub initium anni 660. Noë v. 7. Gen. oportet ultimum annum Mathusalem non fuisse completum, sed dumtaxat inchoatum. Annos Patriarcharum singulis generationibus præfixos, puto Chronologicos atque integros, anni vero ultimi vitæ pro incepis haberi possunt, ut ostendat Scriptura, ad quorum vitæ suæ annum pervenerint singuli Patriarchæ, unde diluuium incepit anno 600. vitæ Noë inchoante, & Mathusalem mortuus est anno 969. incipiente, ex quibus deducitur ante initium diluuij jam ad superos evolasse. Sic affirmare videtur D. Aug. lib. 15. de civit. Dei c. 24. Nulium eorum (inquit) diluuium mortuum esse, quos de semine Seth propagatos Scriptura commemorat. Et in eodem libro, opinionem, quam de Mathusalem post diluuium superstite tradiderat, non approbat. Hanc opinionem (inquit) vel suspensionem accipiat quisque, ut putaverit: certum est tamen non vixisse Mathusalem post diluuium, sed eodem anno fuisse defunctum, si verum est quod de

numero annorum in Hebræis codicibus reperitur. Hæc Augustinus, Ex quo conciliata manet antilogia. Addit Genebrardus ex R. Salomone, ipso anno diluuij mortuum, septem diebus ante aquarum inundationem, ut pie sepeliri, & lugeri à Noë, & filiis ejus potuisset.

\*\*\*\*\*

## E X P L I C A T V R Gen. c. 9. in sensu morali.

**M**ALEDICTIONEM Noë non tam poenam inflictam Chananaam quam vaticinium nonnulli arbitrantur, Cham namque erga parentem impudens nullos nobilioris conditionis posset liberos sperare, quam qui ob improbos mores servitutis maledictionem mererentur audire. Unde non tam propter peccatum Cham, dicitur mulctatus Chananaam, quam propter ejus flagitia, quæ illico Propheticè prævidit Noë, filius enim imitatur parentes: *Patrum vestigia ducunt* inquit de filiis Juven. Saty. 14.

*Mater venalis docet ut sit filia talis  
Scilicet, expectas ut tradat mater  
honestos*

*Aut alios mores, quam quos habes?*

Prævidis

*Mathusalem ante diluuium mortuus est.*

27.

Prævidit Noë Chanaam Parentis Cham mores imitaturum, ideo ex operibus servum fratrum futurum, proverbium namque antiquitatis est, *Ex capite corrumpitur piscis*, quia ex vitijs parentum deicendit in filios morum perversitas: inscius vini virtutis Noë temperantiam excessit, plusquam par fuisset, bibens; illico autem resultavit in filio Cham irreverens impudentia. *Dormiebat justus cum erraret filius*, inquit D. Ambrosius. Patrem indecore dormire fuit levis malitia, sed fuit nihilominus origo sacrilegæ irreverentiæ in filio: *Ridet Cham nudatum patrem videns* inadvertentia patris infamiam originavit in filio, potavit pater, & vini nesciens naturam causavit gravissimum erimen in filio, Quid ergo de liberis cogitabimus, qui in parentibus terra scelera vident? Optime Juven. Saty. 14.

*Nam si quid dignum censoris feceris ira  
Quandoque & similem tibi se non corpore tantum  
Nec vultu dederit, morum quoque filium, & qui  
Omnia deterius tua per vestigia peccet.*

Hoc deberet parentes in vitijs compescere; ne sui exemplo contingat sordescere filios; Centum annos fere numeravit Abraham, quin apparitionis Dominus favore afficeret illum, nec strictioribus perfectionis accingeret vinculis, nonagesimum nonum cum annum impleret, Dominus visitavit, & illi dignatus est apparere: *Apparuit ei Dominus, dixitque ad eum. Ego Dominus omnipotens; Ambula coram me, & esto perfectum*: Quare ergo Deus singulariter Patriarchæ non favet, cum omnia generosè reliquerit propter Deum, patriam, amicos, atque cognatos peregrinus per provincias extraneas? Quoniam nunc opus fuerat illi majori perfectione fulgere; quoniam nonagesimo nono anno Abrahæ, jam perfectum usum rationis obtinuerat filius illius: *Octoginta & sex annorum erat Abraham quando peperit ei Agar Ismaelem*; tunc temporis jam Ismael discernere posset inter bonum & malum, quod in parente videret, jam posset actionis parentis examinare, ideo tunc singulari apparitionis favore honoravit

Abraham, ut ad gradum perfectionis ascenderet, ut in sanctitatis cacuminè collocatus potius Angelus, quam homo coram filio appareret, parens namque, qui actionum filios testes haberet, sanctissime procedere debet, priusquam posteritatem Abraham obtineret, Deum misericordem considerabat, post filium obrentum repta sentatur omnipotens: *Ego Dominus omnipotens*, quoniam Abraham sine liberis si piaculo foedaretur, facilem posset reperire misericordiam, in crimina autem coram liberis lapsus non nisi ulticem posset omnipotentiam timere: Juven. Saty. 14.

*Nil dictu factum, visusque hæc limina tangat,*

*Intra qua puer est, Procul hinc, procul inde puella*

*Lenonum & tantus pernoctantis parastiti*

*Maxima debetur puero reverentia.*

— *Si quid*

*Turpe paras, nec tu pueri contempseris annos,*

*Sed peccatura obsistat tibi filius infans.*

Ideo oportet parentes honestos mores induere, ne filij inhonestis imbuantur, impellentè namque natura frequenter vitia vel virtutes æmulantur parentum; contra præceptum divinum abstulit Acham ex Jerichuntinis spolijs regulam auream & pallium coccineum: *Acham filius Charmi filij Zabdi; filij Zare de tribu Juda* terque loquitur. Sacer textus Josue 7. de Acham, & semper esse filium Zare proclamatur: Quare hoc? Quoniam infantulus Zare Gen. 38. manum extendit rapere non suam primogenituram intendens, ideo ergo Acham dicitur filius Zare, ut innuatur mores æmulatum parentis; quando contra fas spolia rapuit aliena; *filij Zare* quia mores paternos solent filij cum semine hæreditare: De Verbo æterno inquit Joannes quod est lux vera; *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem*: Quare reticet de Patre, quod lumen fuerit? Quoniam superflue diceretur de Patre; *Si enim qui ex ipso genitus est*, inquit D. Epiphanius; *genitivus filius est lux vera, filij genitor citra ambiguitatem lux vera est*; quoniam cum filius æmuletur omnes proprietates parentis, si Verbum divinum

Iuxta est, Pater æternus luminum Pater debet supponi, *Descendens à Patre Luminum*: Raro quidem filij parentibus sunt dissimiles. Ut fratres furti argueret Joseph, scyphum inter supellectilia Benjamin præcepit apponi; Sed quare Benjamin prælegit, ut furti insinularetur? Abulësis inquit nec improbabile iudicavit Salianus quod plures sentiant Benjaminû scypho apud eum reposito præter acerbissimû mortis metû Joseph male non solum verbis, sed verbis etiam mulctasse, ut quid ergo præmiserit Joseph hæc Benjaminum patris? Ut quid fratrem venditionis Josephi innocentem sic contumelijs affecit, ac si reus foret cum alijs? Hoc Joseph non ut affligeret, sed ut simularet, omnesque melius sibi verum furtum fuisse suaderent, egisse credendus est; de nullo enim ita facillè ac de Benjamin furtum quis suspicari posset; Quare hoc? quia filius erat Rachelis quondam furti insinulatae, furata namque erat idola parentis, ideo ergo ut furem ex fratribus unum cum fundamento suaderet, Benjaminum elegit, matris namque furantis filius prædo facillè crederetur, quia liberi innata propensione sequuntur parentum vestigia.

*Exererat sibi*, inquit tex. 2. Reg. 18. *cum adhuc viveret, titulum, qui est in valle regis, dixerat enim nõ habeo filium.* Absalon non habuisse liberos ex dicto capite constat, verum id difficillè conciliatur cum c. 14. ubi liberi referuntur Absalonis: *Nati sunt autem Absaloni filij tres, & filia una nomine Thamar elegantis forme*, Quare ergo Absalon spe filiorum privatur? Neque sperabat, nec filios desiderabat Absalon; Quare hoc? Quoniam cum se ingratum erga parentem considerasset, vel à Deo puniendum filiorum credidit privatione, vel tales futuros, qui mererentur perire, & in ejus vitam credidit conspiraturos non dissimiles sibi, unde titulum, in quo ejus perpetuaretur posteritas inquit Sacra Scriptura exerisse, filij enim moribus procreantur parentibus similes (*Pater enim*, inquit D. Hieronymus ex Rabbinis, *filios suos non solum regno indignos, verum etiam ob peccatum suum quod in patrem gesserat, presenti vita indignos.*) Potentissimum enim est erga filios parentis exemplum. Ubi viderunt circumcisum Abraham, non solum Ismaël sed etiam infimè for-


is homines tam vernaculi quam empuccij, & alienigenæ sunt circumcisi, & tam arduum amplexi sunt libenter præceptum.

————— *Nec se insectere sensus*  
*Humanos edita valent, quam vita*  
*regentis*  
*Mobile mutatur semper cum Principe*  
*vulgus.*

Huc respexit prudentia Jacob, post varios patienter toleratos labores petijt facultatem recedendi à domo Laban: *Dimitte me ut revertar in patriam, & ad terram meam.* Quare nunc & non antea facultatem recedendi à domo Laban postulavit Jacob? Rationem reddit textus: *Nato autem Joseph; dixit Jacob, natus erat illi Joseph, instabat filij in moribus optimis educatio, avunculus Laban idolis serviebat, ne ergo nepos immoraretur, ubi apud avunculum in cultu fuerant idola, recedendi à Laban petijt facultatem instantè, timuit prudenter Jacob ne filius videns avunculum dijs adorare, in idololatriam propenderet, ideo nato Joseph de fuga ab idolatræ domo curavit: Dimitte me filius namque parentibus assimilatur.*

In filio Seth incipit Adamus propagare progeniem: *Hic est liber generationis Adam* nil de sobole Adami dicitur cum de Cain loqueretur Moyses, in Seth autem generationem Adami exorditur, & auspiciatur; Quare hoc? quia solum de Seth dicitur ad imaginem suam Adamum generasse; *Et genuit ad imaginem, & similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth.* Hoc autem non dixit cum de Cain loqueretur generatione, sic autem filio congenitum est similitudinem dicere cum parente, ut videatur filius non esse, qui evadit dissimilis suo parenti. Ideo non cepit progenies Adami in Cain, quia non servavit paternos characteres, & mores, ut inquit Chrysostomus, sed in Seth qui operibus paternis mores expressit. Ideo Dominus reprehendit Philippum interrogantem de Patre: *Domine ostende nobis patrem. Philippe qui videt me videt, & Patrem meum:* Quare qui videt Christum, videt Patrem? quia filius optimus est patris similitudo, qui ergo Christum Dominum, qui filius Patris æterni erat, videret, non posset non cognoscere Patrem,

trem, cujus Christus Dominus erat imago, & expressa similitudo; quando namque filius bene moratus est, inquit Rupertus, patris imago est, male moratus vero abortivus; Unde parentis scelerati filius non evadit sine miraculo bonus, & pariter, optimi parentis filius improbus est abortivus.



§. II.

*Necessaria justitia vindicativa.*

**N**OE paternum implevit officium, cum Cham punivit, cum maledixit Chanaan, defuisset autem muneri suo si supplicio non exarsisset in filium, quia Patriarcha justus erat, ideo manus, & linguam, ut assolet, non ligavit paternus amor; *Sit itaque amor,* inquit D. Gregorius in Past. lib. 2. c. 6. *sed non emolliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immaniter savicens, sit pietas, sed non plusquam expedire parcens.* Amor eximius est in parentibus increpare filios errantes, coercere devios, & delinquentes punire. De Jacob morituro dicitur: *Benedixitque singulis benedictionibus proprijs.* Sed quomodo hoc, cum pluribus maledixerit? Ne crescat dixerat prius Ruben, vasa iniquitatis Simeon, & Levi appellaverat: *Maledictus furor eorum.* Quare inquit textus quod cunctis benedixerat filijs? Quoniam maledictio, qua aliquos prosequeretur, iugillatio erat qua reprehenderat filios, hæc autem est optima benedictio, quia æquè pater liberis benedicit, cum rigide iugillat, & arguit, ac cum prosequitur benedictionibus, atque laudibus, quia vitia filiorum, & errores punire, est eximie in patre benevolentie, & in filijs non exigui profectus.

19.

Verum justitia vindicativa sicut Rempublicam facit florere si servet æqualitatem, sic marcescere, si personas acceptet, Domino præcipiente leo interfecit inobedientem Prophetam; quem locum cum exposuisset Chrysothomus, tria miracula recognovit: (videre licebat miracula tria, jacebat Propheta declarans inobedientiam, adstabat asina neque leonis naturam timens, neque aliquid à Leone patiens;) Sed quod miraculum hominem jacere defunctum, & asinam superstitam per-

manere? Maximum quidem prodigium erat rectitudo ministri, quem elegit Deus ad executionem justitiæ, leo namque justitiæ divinæ; factus minister non acceptavit personas, sed respexit demerita sola; asinam humilem, quia innocentem invenit, reliquit incolumem, hominem etsi nobilem quia criminis reum respexit, occidit; Hæc autem maximum est miraculum; cum apud homines committant divites scelera immunes, & poenas quandoque etiam innocentes pauperes luunt, quia judicium digitos manuscula vincunt, muneribusque donatur justitia, ad omnia enim crimina sunt privilegium divitiæ, ut optimè cecinit Ovidius. Ethm.

*Divitiæ apud iudices privilegio immunitatis funguntur.*

*Munera qui mittit, sperat majora remitti,  
Nemo suas vellet perdere gratis opes.*

Si munere namque iudices corripiantur, venditur justitia, & ut inquit Petrus Damianus opusc. 12. c. 39. *Aurum ipsis Senatoribus præsidens in tribunalibus judicat, & velut imperator quidam Pragmatica sanctionis edita promulgat.* Hinc oritur impium opprimere justum. Optimè veteres velatis oculis, ne respectu humano moveretur, truncatis manibus ne quid acciperet, depingebant justitiam, iisdem coloribus depingi posset iudex injustus, quia si munera suscipiat, nec oculos habet, quibus scelera videat, truncatasque manus ostendit ad subscribendam sententiam, qua promulgatur supplicium, in ijs enim tribunalibus vilis scinditur pannus, sed non rumpitur bombyx. Candidis columbis, & innocentibus vincula parantur, & viscus, milvis rapacibus nulla vincula manent. Juven.

*Dat veniam corvis, vexat censura columbas.*

O si Cambysem regem Principes imitarentur; quot sedes iudicum excoriantorum pellibus operirentur: ut succedentibus dici posset: quod filio præsidis excoriati Cambyles.

*Sit tibi lucerna sedes, pellisque paterna;  
A manibus resceat munus, ab auribus preces.*

Ubi Jacob cognovit Ægyptum abundare

28.  
*Amor parentis filios punire.*

*Invidia non respiciat personas.*

dare frumento, decrevit mittere filios, sed monuit secum de fructibus terræ portare: *Sumite de optimis terra.* Ad quid hoc? ut gubernatori Ægypti munera possent conferre, ut faciem primi ministri reddidissent propitiam, unde non solum ad aulam regiam admitterentur, sed honorificè tractarentur, quia ut *Prov. 8. Ubi pecunia, ibi rex, sibi decensium copia.* Ut ergo inter extraneos non timerent filij Jacob habitare, munera monuit portare, ut illis manus gubernatoris occuparent, quia nocere nescit, qui se se donis innectit, nec in te sæviet, qui de manu tua munera capiat.

30.

Petrus stabat ad ostium foris, nec ingredi posset, nisi introduceret Joannes, qui intra domum Pontificis permissus est esse: *Exiit alius, & dixit ostiaria, & introduxit Petrum.* Quid movit ancillam, ut ad Joannis unicum verbum intrare permiserit Petrum? Tum ulterius rogo, ut quid ostiaria Petrum potius quam Joannem esse ex discipulis Domini denunciavit? *Notus erat Pontifici,* inquit textus, Sed quare notus? quærit Lyranus. *Causa fuit notitia,* inquit *cum Pontifice, quia forte permissus à Patre suo pluries portaverat pisces ad domum Pontificis.* Idem tradunt Carhus. in c. 18. Joann. & S. Vincentius Ferrer. ser. 1. in Par. ideo ancilla muneribus obcæcata Joannem non arbitratu Christi discipulum, & reum esse Petrum clamavit, *Tu ex discipulis.* Hoc enim philtum animos ita delinit, ut nocentem absolvant, & mittant innocentem in vipcola, suavius munera mulcent, quam Alexandrum Aspendius, de quo referunt concidente arma deponere Alexandrum iratum.

*Dulcius Aspendio canis, qui munera præstat*

Hinc Saül rugiens velut leo in Amalecitas, oblati thesauris Sauli à rege Agag in agnum repente mutatur, & gladius, qui plebeios, & pauperes nihil, vel parum ipsi offerentes trucidavit, nescivit jugulare collum torque aureo venustum, *Gladius,* inquit *Caliodorus, lib. 7. var. form. 1. conditur ubi aurum suspicitur, tu te incruentum reddis, si à virili animo cupiditate recesseris.*

Ubi gubernatorem Ægypti Ioseph viderunt filij Jacob, experti sunt esse-

ratum. *Loquutus est nobis Dominus terra durè.* Post temporis parum erga eos mutata ferocia mitem experti sunt & benignum. *At ille clementer resalutatis eis, interrogavit eos, saluus ne est pater vester?* Quare sic clemens, qui antea erga fratres sic rigidus? Cur agnus, qui fuerat ante leo? Unde repentina mutatio? Rationem reddit textus: *Obiulerunt ei munera,* ideo faciem gubernatoris, quam sentiebant accensam, munera fecerunt propitiam, cum nil obtulerunt iratum, & insensum senserunt, postquam autem munera præstiterunt, mansuetissimum reppererunt, iram proregis dona exarmarunt, & quem furentem contra se senserant, oblati muneribus, mitissimum experti fuerunt. Si iudex ergo manus aperiat muneribus, nocentem absolvet, & opprimet innocentem, & tunc solum merita causæ respiciet, quando litigantium non attenderit manus: *Nescio quo pacto,* dicebat Atalaricus teste Caliodoro lib. 9. var. ep. 24. *Rara est hominibus clausa manus, & aperta justitia.*

Vidit Propheta rex sedes iudicantium, & inquit lætitia fuisse perfusum: *Sederunt sedes in iudicio* ideo lætatum exclamat: *Letatus sum:* Quare complacet in iudicibus? Quia iudicium rectitudinem vidit; quia in tribunalibus sedes apparebant dumtaxat: *Sederunt sedes* tam identificati iudices erant cum solo, quod non persona sed sedes sola apparebat, sedes claudit personam ex affectibus humanis constanrem, manus ad munera habentem, unde oritur perversio iudicij, sedes abstractum est, & nomen solum officij incapax affectuum, qui corrumpere possent justitiam, ideo lætatus est David, cum regni sui iudices respiciebat sic in iudicando integerrimos, quod rei solum, & sedem videbant, sed iudicem sedentem respicere non licebat, sedens invisibilis erat, & sola sedes cernebatur à litigantibus, ideo à rectitudine non deviarunt, & innocentes & iusti pace perfruebantur, & abundantia: *Et abundantia diligentibus te.*

Venit Christus Dominus in domum Mariæ, & notat Evangelista, domum qua Dominus fuerat exceptus non fuisse Mariæ sed Marthæ: *Et Mulier quaedam Martha nomine excepit illum.* Quare hoc? Quoniam Martha iudicem Christum interpellavit: *Domine*

non

*non est tibi cura, dic ut me adjuvet*: Dominus autem pro Maria laturus erat sententiam. *Maria optimam partem elegit*; Et ipse eius, inquit D. Augustinus serm. 27. de verb. Dom. *factus est advocatus, qui iudex fuerat interpellatus*, ideo merito textus advertit & domum, qua excipiebatur, fuisse non Mariæ, sed Marthæ, & pariter istam Domino parasse convivium, ne videretur ideo Mariæ Christum fuisse advocatum, quia hospitij & convivij gratitudine movebatur, quando namque à duobus iudex interpellatus ad unum propenderet ex lingantibus factus advocatus illius, opus est coram cunctis manuum puritatem probare, ne id egisse credatur, quia muneribus fuerit corruptus, dona namque iudices immutant, ministrorum referant januas, & omnia vincunt. Leproso, qui à Domino salutem poscebat, inquit Christus: *Vade ostende te Sacerdoti, & offer munus*. Si jam mundus leprosus erat: *Volo mundare* ut quid ad Sacerdotem iturus? ut quid offerendum munus? Quoniam Sacerdotes arcebant à templo leprosos, ut ergo huic à Christo mundato liceret per Sacerdotem in templum ingressus, opus est quod offerat prius munus, quia non offerenti portæ non referantur; Sed si est mundatus quare excluderetur à templo, si non adduceret munus? Quoniam quamvis puritatem Solis excederet, excluderetur velut immundus à templo si munera non offerret, dum offerat autem, recipitur leprosus ut mundus, sed si mundissimus non obtulerit arcebitur velut leprosus, & sordidatus à templo. Oprime D. Chrysostomus: *Jubet offerre munera, ut si postmodum vellent eum expellere, diceret eis, Munera quasi à mundo accepistis, & quomodo quasi leprosum expellitis*. Dummodo offerat, nullum abhorrebunt leprosum. Pastores adorâtes Dominum in præsepio de regressu non receperunt responsum, Reges adorantes admoniti fuerunt in somnis: *Et responso accepto*. Quare hoc? quia de illis dicitur obsequiosè accessisse, sed non dicitur dona obtulisse, de Magis refertur munera derulisse: *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera*, ideo responsum acceperunt: ut moneamur à ministris negotium offerentium summa diligentia curari, non sic eorum, qui manibus vacuis accedunt: Hoc mora-

lissimè dictum intelligatur, in aula namque cœlesti nulla est cogitanda imperfectio, in mundo autè omnis contemnitur adoratio, si fuerit vacua muneribus.

Est oculus minister quo Princeps cuncta perlustrat, est fortitudo, qua defenditur regnum, qua nititur splendor coronæ, & purpuræ fulgentissimus honor, si ergo minister suo consulit dumtaxat augmento, corrumpit Principis sceptrum, & Reipublicæ fortitudo marcescit. Surrexit Iudex in populo bellicosus Samson, facinora plura patravit, sed non audio fortitudinem ducis strenui Ecclesiasticum commendasse: Josue vero encomijs, mirabilibus decoravit: *Fortis in bello Jesus Nave qui fuit magnus secundum nomen suum*. Quare Ecclesiasticus Samson fortitudinem tumulavit silentio, & Josue laudibus fortitudinem exaltravit? Ratio est; quoniam fortitudo Samsonis in capillis est sita, capilli autem vile est naturæ excrementum, tota capillorum propensio tendit ad incrementum, pondus capitis sunt, non subsidium, sicut gravavit Absalonem cesariës, ideo fortitudo Samsonis corrumpit rescisis capillis, versa est in ruinam illius, & in Reipublicæ excidium. Josue vero in manibus fortitudinē collocavit. *Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas*, ideo ergo fuit Josue fortitudo gloria, qua in manibus sita, quæ prius capiti consulunt, quam propriæ incolumitati, ideo hostes percussit, ut inquit textus & patriam fortiter contra inimicos defendit. Si Princeps contra hostes amat regnum defendere, non collocet fortitudinem in capillis sicut Samson, non utatur ministris qui proprium dumtaxat respiciunt augmentum; collocet in manibus fortitudinem sicut Josue, & erit gloriosus. *Quam gloriam adeptus est in tollendo manus suas*. Eligat ministros, qui sint Principi tantum manus in capitis bonum, & Reipublicæ defensionem intentæ proprio postposito lucro, non eligat ministros, qui sint dumtaxat capilli potius rescindendi quam exaltandi, quia tantum propendunt ad incrementum, & erit Princeps gloriosus, ministri namque qui velut capilli Reipublicæ sunt excrementum non ornant caput Regis sed gravant, augent dolorem regni politico corpori, cum sint doloris expertes.

## §. III.

*Iustitia vindicativa omnibus sit  
æqualis.*

31. **I**l personarum acceptio non re-  
pellatur, exulat auctoritas legum.  
Unde l. Princeps, ff. de leg. Unde Prin-  
ceps dicitur solutus legibus, inquit  
Glossa, Princeps tamen voluntate se-  
ipsum subijcit legibus; Rationem red-  
dunt Theodosius, & Valentinianus *le-  
ge digna vox, Cod. de leg.* (Digna vox, in-  
quunt, & majestate regnantis legibus  
alligatum se Principem profiteri: A deo  
de auctoritate juris nostra dependet  
auctoritas, & revera majus imperium  
est submittere legibus principatum)  
Revera conteritur lex, si ob princi-  
patum vel titulum alium aliquis excep-  
tionem præterdat. Sic distulit Domi-  
nus vitam Enoch, ut visus sit illum ab  
obitu præservare; translatus est, sed  
occulte: *Ambulavitque cum Deo, & non  
apparuit*, Quare clam Dominus tran-  
stulit? quæsit D. Chrysostomus, quo-  
niam videbatur revocare generalem  
legem, quam generi humano intima-  
vit, ideo latenter transtulit, ne videat-  
ur illi largiri immortalitatem, ne vi-  
deretur aliquis exceptione, & privile-  
gio contra legem communem gaude-  
re, Quis enim legem, imperiumque  
mortis timeret, si aliquem à gene-  
rali sententia exceptione functum vi-  
deret.

In exercitium justorum, & iniquo-  
rum supplicium permisit Dominus po-  
pulum Israël gemere sub Pharaonis  
imperio, exijt tyrannicum illud edi-  
ctum, ut omnes infantes Nili inter  
undas prius spirarent, quam respiras-  
sent, natus est Moyses, & pariter fuit  
projectus in Nilum: Quare hoc? Si  
Dominus Moysen ab aquis liberare  
deceverat, quare permisit fluctibus  
aquarum jactari? Ne videretur contra  
legem universalem exceptione gaude-  
re: *Quidquid masculini sexus natum  
fuerit, in flumen projicite.* Erat Moyses  
à Deo singulari amore dilectus. *Moyes  
dilectus Deo* ideo voluit Dominus, quod  
in Nili flumen projiceretur, ne vide-  
retur privilegio functus amoris contra  
legem universalem: Cum lancea Chri-  
sti Domini latus aperuit, continuo exi-

vit sanguis, & aqua; D. Thomas in-  
quit ideo mirabiliter aquam egressam,  
ut Dominus latronem lavaret; Quare  
Christus miraculum sine necessitate  
patravit? Quæ necessitas posset urgere,  
ut mirabiliter Christus emitteret aquam?  
Honor legislatoris divini intercesserat,  
ut Christus de latere effunderet aquam,  
ideo operatur prodigium quasi necessi-  
tate compulsus. *Fuit aqua mirabiliter à  
corpore egrediens, ut latronis corpus asper-  
geret, ut latronem aspersum baptizaret,*  
inquit; Cum scelicissimus ille prædo  
clamavit: *Domine memento mei* Domi-  
num cælum donasse adstantes audie-  
runt: *Hodie mecum eris in paradiso* ne  
ergo aliquid honori detraherent legi-  
slatoris divini, aquam mirabiliter emi-  
sit, promulgaverat namque legem uni-  
versalem qua non lotus Baptismatis  
aqua, arcendus esset à cælo: *Nisi quis  
renatus fuerit ex aqua:* ne ergo contra  
legem communem latro reciperetur  
in cælum, miraculum est operatus, &  
aqua mirabiliter est egressa, ut latro-  
nem aspersum baptizaret, ne lex ge-  
neralis ab aliquo violaretur, aut in  
nullo cœpisset exceptio.

Reprehendit Dominus Petrum,  
quia percussisset auriculam militis gla-  
dio; sed quare sugillat Petrum exime-  
re gladium, cui emere præcepisset? Ra-  
tio est, quia Domini patientia in Mal-  
cho vulnerata est, non tam quia Petrus  
percussisset, quam quia vulneraverit  
Malchum: in comitatu enim seniores  
populi & præpotentes venerant Do-  
minum comprehensuri, Petrus autem  
his intactis, Malchum servum Ponti-  
ficis vulneravit, hoc Christus perfen-  
sit, ideoque Petrum sugillat, & simul  
Principem futurum Ecclesiæ instruit,  
ne in supplicijs vultus personarum re-  
spiciat, neque magis in humiles & pau-  
peres sæviat, quam in potentes; sicut  
hominibus accidere solet; Contra Af-  
suerum duo conspirarunt eunuchi, &  
continuo eorum proditio pervenit ad  
aures regias. Exijt edictum, ut cuncti  
interficerentur Hebræi, in ore omnium  
erat sævicia, ab omnibus detrahebatur  
tyrannis, & tamen nec conscius fuit rex,  
nec non crimen impunè. Quare hoc?  
quoniam illic particulares persone, ideo  
sine cunctatione fuerunt puniti, hic fuit  
crimen primi ministri in culmine col-  
locati fortunæ, illi quia pauperes legi  
subjecti, hic quasi lege non esset com-  
prehensus,

prehenfus, impunè deliquit. Humiles enim subjacent legi, potentibus autem est subdita; & sub eorum arbitrio, hinc injustitiæ, & violentiæ solent erumpere.

32.

Maxima omnium, quas vidit genus humanum, fuit injustitia, quam commiserunt Hebræi in Christi Domini nece; unde hoc? Rationem reddit textus *Nos legem habemus* ideo injustè exclamarunt; *Debet mori*, quia ipsi tenebant legem; cum lex deberet eos tenere, ideo periit ipsa innocentia, in tribunali autem ubi iudices tenent legem, subjacet lex eorum arbitrio, & pro libito nocentes absolvunt, & innocentes condemnant. ubi lex Principes, & iudices tenet, omnia procedunt tramite recto, si vero Principes teneant legem, emergit personarum acceptio, & confunditur rectitudo, nec lex non contemnitur, quando sublimis quantumvis Princeps non ligatur vinculis ejus: Tarquino inhonesto regi condendi leges abstulit populus potestatem *l. 2. §. ex actis. ff. de orig. jur.* visum est illis, regem cui appetitus dominabatur legibus non fore subjectum, quia affectibus concitatus contingeret passim infringere, & quod pejus foret impunè, si autem lex violaretur à Principe, cæteris fieret contemptui, despicitur namque, quando apparet impunè ab aliquibus esse violata. Ex ijs constat Noè merito vocari justum, cum affectione non retraheretur, quin filium in nepote prosequeretur supplicio, non animo ulciscendi, sed corrigendi, nec ipsum deceret vindicta, Noè namque Princeps erat tunc universi, Principem autè dehonestaret ulciscendi cupiditas.

Indices non teneant, sed teneantur à lege.

\*\*\*

§. I V.

*De hostibus vindictam sumere est Principe indignum.*

33.

**H**EMISTHIUS orat. 16. ad Imperatores Valentinianum, & Valentè ultionem indignam rege putavit. Sic nimirum; inquit, par est verum regem non injuriam injuria repensare, sed beneficij certantem, qui ipsum offenderat, superare. Ideo apud Claudianum hostis devictus honorij consulatu queritur magis clementiam, quam Martem de ipso triumphasse.

— *Expugnat nostra dementia regem  
Mars gravior sub pace latet.*

Nil enim regio solio est magis indignum, quam non ignoscere offensori, præcipuè si precatum sit veniam; hoc enim purpuræ generositate non decet; *Muliebri est*, inquit Seneca, *furere in ira: ferarum vero nec generosarum quidem præmordere, & urgere projectos, Elephantas, leonesque transeunt, qua impulerunt; ignobilis bestia pertinacia est. Non decet regem sava, & inexorabilis ira, non enim multum supra eum eminent, cui se irascendo exaquat.*

In illo edicto, quod publicavit in toto exercitu Saül de non comedendo donec parata fuisset victoria deliquisse sentiunt plures expositores; sed quare, hoc cum ejusmodi edictum militari disciplinae fuerit conforme? Ratio est, quoniam non tam intendit Saül velut minister divinæ justitiæ punire inimicos Dei, quam ulcisci sibi ipsi illatas injurias: *Donec ulciscar de inimicis meis*, immemor Saül injuriarum; quibus Philistæi offenderant Deum, de offensis proprijs sollicitavit ulcisci, ideo quia non zelo justitiæ, sed iracundia, agitur publicavit edictum contra purpuram regiam deliquit, quam dedecet non parcere victis.

Impium fuit axioma Tiberij teste Tacito Ann. 1. 1. *Dij suas ulciscantur injurias, sat Principibus sumere de hostris vindictam, cum nil à rege magis alienum, quam ultione prostrare inimicos; optime inducit Virgilius Jovem iridentem Junonem, quæ cum Jovis uxor esset atque regina servaret perpetuo iracundiam.*

*Olli subridens hominum, rerumque re-  
pertor*

*Es germana Jovis, Saturnique altera  
proles*

*Irarum tantos volvis sub pectore  
fluctus?*

Quasi sanguinem regium nimis dedecent iræ, quæ generositatem non redolent, bis rex appellatur David in Christi Domini genealogia: *fesse genuit David regem. David autem rex genuit Salomonem.* Quare hoc? quia bis dormientem cum posset inimicum occidere, generosè superstitem conservavit, & contra consulentes vindictam de se ipso reportavit insignem victoriam, ideo singulis facinoribus singula regis cognomina correspondent.

T

§. V.

## S. V.

*Princeps puniendo non vindicet proprias injurias.*

34.

**U**ELIGES eos Imperatores, inquit D. Aug. lib. 5. de Civit. Dei cap. 24. *dicimus si iuste imperant, si tardius vindicant, si facile ignoscunt, si eandem vindictam pro necessitate regenda tuendaque Reipublica non pro satrandis inimicitarum odijs exercent.* Et quidem nil magis Principem commendabilem reddit, quam non vindicare illatas injurias; huiusmodi generositatem animi Optimi cognomen Augusto dedisse refert Seneca lib. 1. de Clem. cap. 10. (Bonum Principem Augustum, & bene illi convenisse parentis nomen fatemur, ob nullam aliam causam, quam quod contumelias etiam suas, quae acerbiores Principibus esse solent, quam injuriae, nulla crudelitate exequeretur, quod probrosis in se dictis irrisit.) Haec ille. Et quidem iustitia vindicativa longe distat ab ira, illa punire Principem decet, hanc à se relegare. *Solum Gabaon ne movearis*, Hebraeus vertit: *Sile*. Quare Solum imponit silentium? Quid Solum loquebatur? Forlan Josue Solum fugillabat vindictam, & ejus detrahebat ultioni, Solum enim Princeps luminarium, & planetarum tanta fulget generositate radiorum, ut aequè malis ac bonis communicet splendores. *Qui solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Ideo Josue Principem Solum vindicem reprehendebat, magisque querebatur, quod solem ipsum pietissimum vindictae cogeret cooperari de tanto cursu radiorum, pudet enim Solum Principem generosum respicere quamvis non suam ultionem; Vnde optime Estac. de die qua gladio vindictae plurimi sunt interempti: *Exoritur pudibunda dies D.* Abit tradit de Sole luctuosam vestem induisse, cum aquas diluvij univèrsa hominum clade vidit esse foedatas.

*Tristis vidit aequora fulgor.*

Quamvis autem orbis frui pace non possit, nec bonum publicum conservari nisi facinorosis ponantur patibula, & delinquentes mittantur in vincula, reisque assignentur supplicia, sic Prin-

ceps abuteretur iustitia, si ea praetextata proprias ulcisceretur injurias; & non tam publicam, quam propriam ageret causam; ideo sic Princeps plectere debet quod non ab ira, sed ab amore videantur prodire supplicia: *Scias enim demum*, inquit Philof. de Conf. ad Polyb. *fulmina esse justissima, quae etiam percussu colunt.*

Huiusmodi puritatem in administrando vindicativam iustitiam Dominus Principes docuit: Cum in cruce penderet exivit sanguis, & aqua, cuncta opera amoris perficiens dicens: *Consummatum est.* Quare tunc sanguis manavit Nazianzenus interrogavit: Quare ex corpore adhuc vivente sanguis ille non fluxit? Quoniam sanguis ille, inquit Gregorius in supplicium Hebraeorum exivit, *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros* flagitavit Hebraeus, ideo ut plecteret populum obstinatum, fons lateris Christi sanguinem dedit; Sed quare supplicium prodijt ex latere Christi? Ratio est, quia latus Dominicum fornax incensa erat amoris, dilectionis inflammata officina, ideo à pectore Christi prodivit, ut non ab ulciscente, sed ab amante crederent iustitiam in Hebraeos manasse, ut innueret se non irà injurarum correptum, sed amore publicae vindictae incitatum vibrasse rigorem iustitiae, ut iustitiam componeret cum amore, sic enim puniebat ut leges non violaret amoris, & ita amabat ut iustitiae legibus non deficeret, & ideo sic de delinquentibus poenas divina clementia sumpsit, quod nec amor offensus, nec iustitia violata mansisset, ut Principes humanos doceret, in optimo gubernatore non ab ira, sed à charitate proficisci debere supplicia, nec munere principatus uti debere, ut proprias vindicaret injurias.

Contumelios Judaei Christum Dominum imperebant, clamant esse Samaritanum, & Dominus velut agnus mansuetus patienter opprobrium ferens respondet: *Ego non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet.* Quare Dominus non deservit in flagitiosos? Vidit Christus Dominus vendentes, & ecentes in templo, & eos funiculo flagellavit, & ejecit de templo. Quare Christus sibi iudicium assumit ut flagellet vendentes in templo, & se iudicem negat ut percutiat convivantes

antes, & detractores? Ratio est, quoniam contumelia, quam ipsi obiecerant Hebræi, personalis erat, personam Christi fœdare intendebant, illicitus contractus vendentium, & ementium in templo reverentiam divinam violabat, ideo Dominus ignoscit contumeliæ, & injuriæ illatæ propriæ personæ, & se judicem gerit, ut vindicet offensam objectam templo, dederat enim Pater judicandi tribunal. *Omne judicium dedit filio*, ne ergo Christus Dominus videretur abuti judicis tribunali, solioque principatus ut proprias ulcisceretur injurias, impunem contumeliam Samaritani reliquit, & Patri puniendam commisit: *Est qui querat, & judicet*. Et solam sumptit de irreverentia templi veluti verus judex vindictam, ut sic optimum gubernatorem doceret, munere principatus non esse utendum, nisi ad publicam solum justitiæ vindictam.

Hinc politicam divinam in supplicio Amalecitarum penitus penetrabis. Bellum injustum contra Moysen, & Hebræorum populum movit Amalecita, volens illis intercludere viam ad terram promissam, extremos agminis Hebræorum, qui lassî, fame & labore confecti jacebant, percuciens nimia crudelitate; Offensus Dominus dira Amalec prodicione dixit ad Moysen: *Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Josue, delebo enim memoriam Amalec sub celo*. Sed quare non delet Amalecitas armis Moyses, & per manus illius? Quare hoc supplicium differt, quousque Josue infligere possit? Ratio est quoniam Moyses qui dux generalis erat agminum populi Hebræi specialiter erat ab Amalecitis offensus, sic Am. lec agmen invasit, quod præcipuè offenderit Principem Hebræorum exercitum gubernantem, se gessit Moyses velut partem specialiter injuriatam, ideo noluit Deus Moysen agere judicem in puniendo, sed Josue plectendam commisit Amalecitarum audaciam, ne videretur Moyses ut vindex propriæ injuriæ Amalecitas punire, quos plectere deberet ut judex in publicam vindictam destinatus à Deo, idololatrarum supplicium Deus Moyse commisit, quia ulcisceretur injuriam contra divinum honorem, sed noluit Amalecitas punire, ne videretur vindicare propriam offensam.

Docuit Deus Principes hujusmodi sanctam politicam, & Christus Dominus passim suo exemplo imitandam reliquit: Dubiorum stimulis angebatur discipulus Thomas, resurrectionis sub incredulitate gemebat, & tot fluctibus agitato misericors apparuit Magister, sed post octo dies: Dominicæ Apostoli passionis compassione prostrati, & de resurrectione Domini nedum securi, hæsitantes formidine quasi jam desperaverant spe, & procrastinatione cruciati, Dominus autem illis apparuit nebulas incredulitatis spargens radijs gloriosis humanitatis sed post tres dies tantum elapso: *Et nunc super hac omnia tertia dies est hodie*. Quare Dominus post tres dies discipulis his apparuit, & Thomam tot animi angustijs afflictum, non nisi post octo dies Dominus dignatus est consolari? Quoniam discipulos Emaus benigno favore illustravit, fracto liberaliter pane, lumen resurrectionis indulxit. *Et cognoverunt eum in fractione panis* quanto ergo illis apparuit, ut non differret communicare favores, *Tertia dies est hodie*. Dominus autem medio reprehensionis rigore Thomam decrevit illuminare, & fidem resurrectionis docere, *Noli esse incredulus* ut ergo non tam ulcisci Christus Dominus videretur, quam charitative corripere, octo diebus differat reprehensionem, ut ipsæ moræ, quas interponit, indicent clare asperam sugillationem, qua Thomam Magister percussit, non esse iram offensi, sed correctionem benignam, ut inquit enim D. Hieronymus, Hæc est iræ natura, ut dilata languescat, & pereat, prolata magis magisque ferveat, ideo Christus reprehendere distulit, ut corrigere videretur, & neutquam vindicasse. Hunc scopum Aristoteles respiciebat cum dixit, quod optimus gubernator, & rector debet esse in puniendo Gravipedis, in benefaciendo Delphinus, ut supplicium credatur non ab ira, sed proficisci à justitia, ut inquit enim Justinus, animal, quod Gravipedem vocant, ita tardo gressu incedit, ut testudinis tarditas si cum ejus lenitudine conferatur, alivola aquilæ velocitas videatur, per diem integrum gradiens unius palmi spatium conficit, sic Princeps tardo gressu incedere debet, ut lenitudine applicandi

supplicium, non tam propriæ passionis vindictam, quam muneris, & officij videatur exercuisse justitiam. Et quidem non quia lenius ideo est lenius supplicium; quid morosius in sua formatione quam fulmen, & tamen nil est violentius, sed rigore tarditatem compensat, & Jovi, in quo non admittitur ira, fulmen tribuitur, quo dextera illius armatur, ut homines puniat.

Et quidem plures falluntur Principes zelo ad corripiendos sceleratos, existimantes amore stimulari justitiæ ad puniendum, cum frequenter agitati sint iracundia; Hinc oritur præcipites esse in plectendo, in dissimulando parum attentos, cujus oppositum contingit Principibus, qui iram frangentes sunt in regimine magis experti. Vidit nescio quod crimen Josephus, & illico denunciavit parentis à fratribus venditur & exiliū passus est in Ægypto in vincula detrusus ab impudica muliere, & non musitavit contra feminam iphonestam, nec reprehendit invidos fratres. Quare hoc quoniam cum pessimum crimen fratres commisisse respexit, juvenis erat, & iracundia commotus zelum stimulat, ut denunciaret parenti, in Ægypto autem Princeps erat laboribus viduus, & experientia uberrimus erat, ideo dissimulavit fratrum invidiam, & prodicionem, frangit iram, & in amorem convertit, ideo ut se gereret judicem durius loquebatur tanquam ad extraneos, sed simul viscera dilectionis erga eos ostendit, præbens triticum, & cibaria, cum juvenis iram credidit zelum, *Accusavit fratres suos apud Patrem crimine pessimo, sed quando? Adhuc puer* inquit textus; Joseph inexpertus zelo ira mixto commotus non valuit dissimulare crimina fratrum; *Adhuc puer*, quando vir, & Princeps doctus experimento non solum proprias dissimulavit injurias, sed etiam ignoscens beneficiis invidos cumulavit: *Nolite pavere neque vobis durum esse videatur, quod vendidistis me in his regionibus; pro salute enim vestra misit me Deus.*

Et quidem si Princeps cesserit iræ, difficile liberè puniet, aut juxta merita, poenam taxabit, difficilius autem est, Principem esse offensum, & iracundia non excæcari, ut liberè

poenam imponat scelerato correspondentem gravitati delicti. *Deus ultionum Dominus. Deus ultionum liberè egit miratus exclamat David, quod Dominum ulciscens viderit, & simul agere liberè; Sed quod mirabilem erat erga objecta non necessaria liberè Dominum operari? Maximum est, quod Dominus sit vindex offensæ, & quod Jostè sumat vindictam; Dominum dixerat ira præventum: Domine ne in furere tuo arguas me, neque in ira tua corripas me, esse iræ furore correptum vi criminum, & scelerum, & non lædere integritatem justitiæ hoc sic mirabile est ut dumtaxat inveniri possit in Deo, Maximus Deus est quia ulciscitur hominum crimina, sed pro nostro finito captu mirabilior apparet, quando ultione agitur sic liber, serenique manet, ut poenas taxet juxta gravitatem delicti, Principem enim ira moveri, & in compescendis criminibus non excæcari perveraci passione sic impossibile est, ut in solo Deo recondi possit velut mysterium possibile: (Hoc intellige moralissimè loquendo, in Deo enim propriè, nec ira est, nec iracundia.) Hinc oritur quam facile prætextato zelo justitiæ non tam publicam, quam propriam causam Principes agant, magis ulciscens, quam judicantes, quod quidem indignum est purpura regia, & regis est, regni que ruina.*

Non solum Saül interfectus est in montibus Gelboë, sed pariter Jonathan filius ejus; Quare Jonathan obiit? Propter scelera. Mortuus est Saül, invidia, & odium regem interfecerunt, sed Jonathan amabilis & decorus quare cecidit in prælio; & in excelsis occisus est? Quoniam Jonathan erat filius Saül, ideo mortuus est, ne succederet regio throno; Sed quare tam fortis & amabilis Princeps purpuram non obtinuit, & sceptrum? Quoniam Saül non solum invidia agitur infectus est innocentem David, sed tentavit percutere lancea, non sic Saül divinam irritavit justitiam David interficere tentans, quam volens transfigere lancea, Sed quid auget crimen an lancea; an alio instrumento rex interficere velit? Non parum

*Iræ excæcari Principem.*

37.  
*Ruinare regem convertere si operum in instrumentum vindictæ.*

rum quidem , ut inquit enim Abulensis ad 1. Reg. cap. 18. *Dicendum est , quod Saül habebat lanceam tanquam regni insigniam, sceptrum regum Israël erat lancea, en Saulis gravissimum crimen , quod sceptrum virgam directionis atque justitiæ fecerit instrumentum propiæ vindictæ, ideo transfudit Dominus ad tribum extraneam regnum, non solum Saül perdidit sibi sceptrum, sed pariter semen illius, ne vindicis regis successor in Israël superstes esset, ideo Jonathas fortis, amabilis Princeps, atque decorus non induit purpuram, nec meruit scandere solium, & Saül non alio instrumento fuit interemptus, quam lancea, qua transfixus occubuit, quia rex, qui scepro utitur ad vindictam, sceptrum convertit in lanceam, quæ ipsum transfigat.*

— — — — —

§. VI.

*Indignum nobili ulcisci proprias injurias.*

38.  
Non maledixit Noë Cham, quia à Deo benedictus.

**P**ERTUS 4 de Gloria Trinitatis c. 13. explicat maledictionem Noë ( Neque enim dicebat, inquit, ut in ullum maledicti plagam mitteret homo sapiens, in quo Deus benedictionem dederat inter fratres suos benedicens simul omnibus, & dicendo: *Crescite, & multiplicamini* ) Nec Deus Cham benediceret, quem permitteret maledicere justum: Ideo non legitur Deus benedixisse, quæ sexta die creaverat, ut inquit Glossa, & nos alibi jam tetigimus. Forè animalia, inquit, sextæ diei non benedixit, quia inter ea erat serpens, cui post paululum erat ipse Deus maledicturus; ideo Cham benedictum à Deo non maledixit Noë, sed solum prædixit servitutem Chanaan, quia non tam videretur scelus punire, quam ulcisci Chanaan, quod justum nobilem non deceret: Deuter. 27. vocantur ad maledicendum tribus, quarum parentes ex ancillis Jacob orti fuerant, ad benedicendum autem vocatæ sunt tribus, quarum parentes ex uxoribus illius liberis originem ducebant, quia indignum est nobilibus parentibus na-

tis maledictionem proferre: nec decet nobilem justum lacessitum injurijs rependere maledicta, aut sumere vindictam de injuria.

Invidus hostis humanæ naturæ Cain sanguine fratris tellurem primus scedavit, cum autem coram judice crimen negaret, inquit Deus; *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Quare non clamat sanguis de venis? Quare de terra, & non de corpore clamat? dubitavit Chrysostomus. Quia homines terreni vindictam quærunt, nobiles vero offensam occultant, sanguis, qui erat adhuc in venis tanquam in proprio loco connaturalique centro, & origine non vitata primam justi nobilitatem servabat, immemor injuriæ, & ad vindictam elinguis non clamabat, solus qui reliquerat venas à nobilitate degenerans luto illinitus, ac humi vilissimæ sordibus co-inquinatus vindictam quærît, quia ceciderat à nobilitate primæva, ut inquit enim Juvena. Saty. 13. *Exigui animi est ultio*; Ideo ergo forsitan justus est appellatus Noë, qui cum posset, non tam Cham ulcisci, quam ipsum in filijs visus est punire delictum, ut non odio, sed zelo motum justitiæ innueret pœnas infligere, ideo in filios Cham nondum natos tulit servitutis sententiam; justus enim vere est, qui continet iram, cum posset sumere de inimicis vindictam.

*Nobiles dedecet vindicta.*

Præcepit Apostolis Deus, ut qui gladium non haberet, etiam vendita tunica emeret illum: *Qui non habet gladium, vendat tunicam, & eruat*; Si Dominus benefacere præcipit inimicis, quare gladios ad repellendam injuriam Apostolis emere jubet? Quoniam si gladijs carent, ignoscere injuriæ posset quis suspicari ex impotentia solum oriri, & ex animi imbecillitate procedere tolerantiam; gladios ergo Dominus voluit Apostolos emere, ut ex merito libertatis, & non ex impotentia virtutis procedere innueret Apostolorum tranquillitatem; ut sic commendaretur sanctitas Apostolorum in ignoscendo: Nobiliorem sensum asserunt Philosophi visum esse quam ceteri sensus, quare hoc? quoniam visus non fastidit objecta contraria,

videt album, & non recedit à nigro, tactus vero lenè jucunde tangit, offenditur asperitate, si frigidò delectatur, fugit ignem ardentem, auditus laudes percipit voluptate, sed injurijs nimis cruciatur, ideo visus nobilior, quia nihil habet sibi inimicum.

In genealogia Christi Domini primum occupat locum David, quam Abraham: *Filius David, filij Abraham.* Quare primus fidei parens, & qui filium unigenitum Deo non recusavit offerre, non antefertur David? Quia plus David, quam Abraham videtur apud Deum meruisse; Abraham enim filium quem diligebat decreverat immolare, David filio inimico pepercit, ille obedientem filium sacrificabat, David rebellis, & in illius vitam conspiranti ignoscebat, ille futurum caput posteritatis Deo suo offerebat, hic filio parcebat, qui in coronam conspiraverat ejus, gratus ergo obtulit David, quam Abraham sacrificium, quia plus est filij inimici vitæ indulgere, quam dilecti filij vitam offerre, quia tollere filium propter Deum de medio erat filium, & posteritatem securius servare, ut inquit Zeno Veronensis serm. 3. de Abraham. *Melius servavit filium, dum non pepercit.* David vitæ Abfalonis ignoscens suam periculis exposebat, ideo quia David plus immolavit, quam Abraham inimico filio ignoscendo, præfertur in Christi Domini genealogia, *Filius David, filij Abraham*, quia ex remissione fuit magis nobilitatus, nobilem enim facit remissio offensæ ignoscentem, imò similem Deo; Angelus erat, qui luctabatur cum Jacob, & nihilominus Deum appellavit Jacob. *Vidi Dominum facie ad faciem.* Quare Angelus visus est Deus Jacob? Quoniam Jacob minus comiter fuerat Angelum allocutus, audaciter, ac si superior esset loquebatur in lucta: *Non dimittam te*, quando autem credidit experiri offensum, & inimicum, invenit benigne benedicentem, ideo credidit esse Deum. *Vidi Dominum*, Solus enim Deus infinita gaudens benignitate, non solum inimicis ignoscit, sed benefacit inimicis.

\*\*\*

## §. VII.

*Virginitas commendatur.*

**Q**UAM VIRGINITAS Hæreticis sit exosa, ut vidimus, nihilominus Deo gratissima est, & hominibus. Virginitas tanto pretio habita est etiam apud Gentiles, ut crediderint Persæ Dianæ virgines consecratas (teste Alexandro ab Alexandro) illæfas posse prunas candentes perambulare; Et merito quidem, quia ut inquit D. Hieronymus: Quis igitur decorem virginitatis æstimet, quæ amatur à Christo rege, probatur à judice, dedicatur Domino, consecratur Deo, remuneratur à cœlesti sponso? Optime D. Bernardus virginitatem commendat: Differunt quidem inter se, inquit, homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute. Sed etiam illius castitas felicitior, hujus tamen fortior esse cognoscitur: Sola est castitas, quæ in hoc mortalitatis loco, & tempore statum quemdam immortalitatis gloriæ repræsentat: Sola inter nuptiarum solemnium, morem illius beatæ vendicat regionis, in qua neque nubunt, neque nubentur, præbens quodammodo terris, cœlestis jam illius conversationis experientiam.

M. Marcellus Syracusarum expugnator antequam oppidum invaderet legem tulit, ne quis virginem violaret, & tamen hac immunitate templa non gaudere ponderavit D. Augustinus lib. 1. de Civit. Dei cap. 16. majorisque fuisse apud ethnicos venerationis virginitatem, quam templa. Alexander ab Alexandro lib. 6. cap. 2. Virginei corporis membra ignis voracis flammam pertingere perhorrescere tradit. Apud Ægyptios teste eodem auctore veritum est calcis uti, ut sic terram, quam calcarent, sanctificarent. De Catone scribit Val. Max. Ex eodem naturæ utero, & castitas nata est & Cato; Pompejus, & Alexander sublimius nomen à continentia, quam à tot victorijs compararunt, ille Mithridatis regis devicti pellices neque tetigit, nec tangere permisit, iste captas

39.  
Virginitas  
apud cum-  
clat vene-  
rationem  
obtinuit.

Virginis  
Spiritus  
sancti re-  
quies &  
habitu-  
tum.

captas Darij regis filias , & uxorem simulque ancillas sic in palatio iussit esse , ac in templis securas. Apud Dominum autem gratissima fuit virginitas ab exordio mundi. *Spiritus Domini ferebatur super aquas ; alij vertunt , volubant , agitabatur* : quæ omnia motum denotant animi inquietum. Unde spiritus inquieta agitatio ? Rupertus reddit rationem ; quærebat creaturam puram , & castam , non invenerat super quam requiesceret creaturam , dixerat enim Deus : *Crescite , & multiplicamini* , tunc enim lege naturæ necessaria fuerat foecunditas , ideo animum manifestat inquietum , quia non erat virginitatis status , ubi divinus requievisset Spiritus. *Ferebatur , agitabatur* , Virgines enim sunt Dei gratissimum habitaculum , & dulcis placidaque requies divinitatis.

Paradisi flos virginitas est , odoriferus semper inter candida virginitatis lilia sponsus depascitur. Deus omnium est , sed præcipue virginum Deus apparet. Alloquebatur exploratores Raab Josue. 2. & inquit. *Deus vester ipse est Deus in celo sursum , & in terra deorsum*. Quare non suum Deum appellavit hæc mulier ? Deum ipsa confitebatur ad Iudaismum conversa , & jam iustitiæ profelyta facta , quare suum Deum non appellavit ? D. Cyrillus Alex. *Suum dicere non audebat , quia impuram se sentiebat*. Non erat virgo , liliu candidum virginitatis amiserat meretrix facta , ideo suum Deum non nuncupavit , quia existimavit virginum Deum esse duntaxat. Virginitatis hamo capitur divinus sponsus , nescit non virgineis brachiis non illaqueari : Pullantibus virginibus respondit sponsus. *Nescio vos*. Quare ignorantiam divinus Spiritus fatetur ? D. Theodoretus. Quasi si agnosceret castas virgines esse , aditum non posset petentibus denegare , sic Dominus se exhibet captum virginitate , ut si virgines fateretur non posset aditum denegare ; forsan quamvis corpore virgines forent , animo non fuerant casto.

Virginitatis excellentiam comprobant Angelica erga Virgines veneratio. Apparuit Angelus Joanni , & cum ad pedes provolui Angelicos velle , adorationem cohibuit ; *Noli hoc facere , conserens tuus sum ego*. Frequenter in


veteri testamento adorationes legitur suscepisse , ut contigit Abrahamo. Quare ergo Angelus non permittit à Joanne adorari ? Quia respiciebat virginem esse Joannem ; ideo renuit revereri ab æquali. Refugit , inquit Damianus , obsequium ab illo Angelus suscipere , & noluit adoratorem , quem noverat æqualem , fratrem recognovit , socium iudicavit , subjectionis obedientiam non accepit , quia in omnibus sanctis , semper est Angelicæ munditici contubernalis , & cognata virginitas , Virginitas ergo Angelicis Spiritibus est amabilis , sicut est illis spurcicia maxime invisæ De Abraham dicitur : *Abraham simul gradiebatur deducens eos* , quod iter Angelis indicabat ne errarent , inquit Lyppomanus. Sed quomodo Angelici Spiritus iter poterant ignorare ? Quoniam iter ad vrbes Sodomorum agebant , ideo quasi visi sunt ignorare , quia nefaria luxuria corruptæ spurcitiis turpitudinis scatentes puritati , Angelicæ civitates sic sunt invisæ , quod videntur Angeli viam loco nescire , ubi castitas exulaverat.

Phenix est ergo virginitas , quæ ne senescens mortua putrescat (sponsus divinorum amoris alis ignem excutit & flammis repuerascens formosior erit ; sola vita , inquit Nazianzenus , quæ puritatem colit , firma , & sempiterna est. Virginitas quidem habet quasi privilegia immortalitatis. Cum Dominus de Joanne dixisset : *sic cum volo manere circumstantes* : immortalem esse intulerunt ; *Exiit sermo inter fratres , quod discipulus ille non moritur*. Unde intulerunt esse immortalem ? Quia virgo erat , virginis autem mors est vitalis Ex hoc ostenditur virginitatem non mori , sed manere cum Christo & dormitionem ejus transitum esse , non mortem , inquit D. Hieronymus , ideo quia discipuli virginem Joannem considerabant , non esse crediderunt mortalem , quia virginitas fungitur privilegio immortalitatis. De Moyle dicitur ossa portasse Joseph : *Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum*. Sed distat ille cum lege componitur Dominum namque sacerdoti accessus ad defunctum prohibetur. *Ad omnem mortuum non ingrediatis omnino*. Quomodo ergo Moyses , qui munus sacerdotis obierat , valuit contingere mortuum . ostaque Joseph ferre secum ? quia Jo-

Virginitas  
fungitur  
privilegio  
immortalitatis.

Apud An-  
gelos virgi-  
nitas vene-  
rabilis.

seph non reputabatur defunctus, quia intemeratam ser vaverat castitatem, ossa ergo Joseph non triumphus mortis, sed vitæ fuerant trophæum. *Non uiolo, inquit Pelusiota lib. 4. ep Non solvo legem; ego enim eum, qui castitatem coluit pro mortuo non habeo.*



## §. VIII.

*Virginitas non aliter servatur, nisi pugnando.*

40.  
*Virginitas  
difficile il-  
la, a serua-  
tur.*

**V**IRGO, inquit D. Chrysostomus à bello nunquam cessare potest; in Zodiaco lato Cæli batho virgo collocata est inter libram, & Leonem; pugna namque undique cingunt, & cum illecebris velut immanissimo leone, & cum munusculis est luctandum, cui virginitas est servanda; quia non nisi continuis pugnis virginitas conservatur. Finxit Gentilitas virgines Deas armatas, ut tradit D. Hieronymus, cum scuto, & lancea, ut ostenderet sine bello non posse pudicitiam defendi. Virgo ergo si pretiosam voluerit conservare margaritam illæsam, non solum oculis, sed cum omnibus sensibus necesse est pange-re fœdus.

Præcipuè tamen oculis indicendum est bellum, qui tutam voluerit suam virginitatem, perditur namque etiam aspectu impudico, quæ nulla arte poterit reparari, ut inquit Ovid.

*Nulla reparabilis arte  
Lapsa pudicitia est.*

*Feminarum  
aspectus fu-  
giendus.*

Feminarum ergo aspectus fugiendus est, procul colloquia, tutius namque coluber feretur in sinu quam mulieres blanditiæ in oculis, & in auribus Fatuæ virgines illæ portantes oleum in lampadibus sero ostium pulsarunt sponsi: *Domine Domine aperi nobis, quibus respondit sponsus; Nescio vos. Quare ex tot sponsum comitantibus seruis aliquis non respondet? Quare sponsus tranquille inter nuptiarum solemniam unâ cum prudentibus virginibus mensæ accumbens, à mensa ut daret fatuis responsum, surgit? Respondet D. Theodorus in Cant. c. 1. Ob reverentiam virginatis. Quamvis*

fatua, virgines tamen erant, ideo solemnia nuptiarum suspendit, ut virginibus ipse sponsus respondeat, ne ex seruis aliquis virginibus loqueretur, sic namque tenera virginitas est, ut fœdari possit hominis cuiusvis colloquio; Virginitatis ergo amator excubias perpetuas habeat, omnibus exterioribus sensibus seras imponat, cubiculum cordis intimum claudat, ne alius intret præter sponsum cœlestem, qui extrema zelotypia laborat.

*Aperi mihi soror mea sponsa, quia ca-* *Sponsus  
put meum plenum est rore. Clamabat zelotypia  
laborat.*  
put meum plenum est rore. Clamabat quondam sponsus: ostium pulsabat, ut pleno rore, frigoreque contracto portam aperiret sponsa; verum quomodo sponsam appellat, & dignum arbitratur amore, quæ sic tepescebat erga dilectum? si sponsa succensa foret amore, januis apertis frigori exposita expectaret sponsum? Quomodo sponsa, quæ delictum gelu, & frigore fatigatum expectare facit, & ostium pulsaret? Quoniam moram aperiendi mavult, quam quod fuerit ostium apertum, libenter fert ipsi ostium aperiri cum mora, dummodo remaneat cæteris clausum, si ostium ipsi pateret, forsam alius, qui sponsus non esset, intraret, amor ergo qui zelotypia laborat, voluit moram pati in ostio sibi aperiendo, ne quia apertum ipsi potuisset aliis patere ostium, moras tolerabit patienter sponsus, negligentias, spem, imo & pugnam, & resistentias feret magnanimitè in sponsa, ne diffidentias ejus patiat, ne suspicionibus ageretur, ideo sponsam appellat, cum ostium pulsavit; quia ostij clausura sponso non fuit ingrata. *Soror mea sponsa*, ostium clausura pulsare cogebat sponsum, quod auctoritatem ejus minus decebat, si ostium sponsæ apertum inveniret sponsus, suspicio pulularet forsam contra sponsæ fidelitatem amoris, ostium si sponsa haberet patens sponso, periculo exponeretur, ne alius vellet intrare, ostium habere clausum occasionem præbet sponso patiendi moras contra majestatis auctoritatem, maluit ergo sponsus pulsare, expectare, morasque tolerare, quæ minus ejus dignitate decerent, quam suspensiones pati in amore, si ostium reperiret apertum.

Hoc voluit Dominus observare servos, qui expectabant ipsum, quando revere

reverteretur à nuptiis, *ut cum venerit, & pulsaverit confestim aperiant, et.* Quare ergo januis clausis servus est expectandum? Major comitatus non ne esset, quod neque paulisper expectaret sponsus? quod non opus illi foret pulsare? Magis deceret dignitatis splendorem, sed minus securitatem amoris; si namque ostia paterent sponso, moræ inurbanitatem non toleraret, sed contra fidelitatem amoris suspicionibus angeretur, cum ostio aperto ingredi posset alius præter sponsum audere, maluit ergo Deus notam contra majestatem pari expectando, & pulsando, quam ostio aperto in amore societatem admitti, & zelotypiæ stimulo immani cruciari. Virgo ergo quæ Christi est sponsa, cubile cordis claudere curet, sensus exteriores, cordis portas occludat, nec unquam laxet; Pulsantem examinet cautè, cogitationes erutinet, mentis oculos frænct, nulli nisi sponso cor adaperiat, nulli pandat, nisi examine prævio, an sit sponsus, aut nuncius illius.

Portas coelestes pulsantur comitantes sponsum, *Attollite portas Principes vestras, & introibit rex gloria.* Verum non relectæ sunt portæ, custodes cœlorum ostia aperire noluerunt. *Quis est iste rex gloria?* interrogarunt, expectare fecere, qui ostia pulsant, morasque distulere. Ubi autem responderunt. *Dominus virtutum ipse est rex gloria,* illico ostia patuere, & aperta sunt man ferte; Quare custodes inurbaniter erga gloriæ principem se gessere? Cur non moras rupere? Quoniam opus fuit prius examinare pulsantem, ne alius qui apparenter solum foret sponsus, introire ausus esset, non enim rex gloriæ reciperetur, nisi etiam Dominus virtutum foret, ideo examina præcessere, ideo prius trutinæ, prius antecessere cautiones, ut non introducantur fallaciæ: *Quis est iste rex gloria* ne credentes recipere sponsum coelestem, forsant virtutum experti admittentur; claudat ergo virgo seris replicatis, sensuum omnium sigillet castellum, non facile pulsanti aperiat, ad trutinam seriam reducat, an Dominus virtutum, sponsusque cœlestis pulset ad ostium, an hostis, & lupus sub pelibus agui: cogitationes examinet,

ostias repellat, si velit perire Cupidinis arcus; inhonestas fugiat velut pruitam, qua exurit, & interit virginitas, oculos fræno contineat ut Tertullianus suadebat. *Confugiat,* inquit, *ad velamen capitis quasi ad galeam, quasi ad clypeum qui bonum suum protegat adversus vitios tentationum,* fugiendus namque est humanus aspectus, si velit virgo sponso cor suum offerre dumtaxat.

Seraphin illos, quos specie humana, ut superius vidimus, respexit Iſaias Domino assistere in solio elevato, & excello, faciem suam inquit Propheta duabus alis velare; *Duabus velabant faciem ejus.* Sic tradidit Lyranus: *Non solum velabant faciem ejus, sed etiam facies ipsorum Seraphinorum.* Quare Seraphin visione privantur divina? Quare suos oculos, faciesque velant? Quoniam Seraphin Domino cor offerrebant; *Duabus velabant,* ideo oculos claudunt, & faciem velamine tegunt, qui namque cor immolat Deo, oculos claudere debet; ideo ergo Seraphin velut holocaustum amoris flamma succensum cor Deo immolantes, faciem velant, oculos claudunt ut homines edocerent; quomodo oporteat cor Deo sacrificare; non enim vere quis cordis affectus consecrat Deo, qui non mundo penitus lumina claudit, Nec enim virgo cor vult sponso tradere mundum, nec illatum servare virginitatis odoriferum florem; qui oculorum laxat habenas, oculosque figit in juvenes; quia ut inquit D. Ambrosius, *Est verecundia pudicitia comes, cujus societate castitas purior est, bonus enim regenda castitatis pudor est comes.* De Maria Varronis filia in arte pingendi celeberrima refertur, nunquam adduci potuisse, ut hominem depinxisset, credens pudicitiam suam lædendam, si viri effigiem depingeret, si ergo pudicitia imagine viri violatur, quid si in faciem oculos defixisset. Fuga ergo virginibus, virginumque sensibus cunctis est consulenda. Optime ille:

*Quid facies, facies veneris cum veneris ante?*

*Non sedens, sed eas, ne per eas pereant.*

Genes. 10. *Nomen uni Phaleg, eo quod diebus suis divisa sit terra.*

Genes. *Tredécim generationes Ictan fratris Phaleg, natu minoris intererant confusoni linguarum, non ergo diebus Phaleg, terra divisa est.*

**D**Um hominum superba, ac inconsulta temeritas vanitatis suæ immortale in terra cogitat relinquere monumentum, linguarum castigata multiplicatione infœlici, damnata est, vel novas colonias deducere, si volentes abibant, aut varia exilia, si inviti. Inducta namque in omnibus familijs divinitus nativæ linguæ oblivione præterquam in Heber, & Phaleg, in quibus inviolata permansit, novam linguam, prout olim Adamo, Deus cunctis infudit; quam non aliter habebant in promptu, ac si cum nutricis lacte bibissent, sive ministerio Angelorum id patratum, ad quos dirigebantur verba illa; *venite confundamus*, sicut Origeni placuit, sive divinæ inspirationi vnicæ talis divisio tribuatur, ut volebat Epiphanius. Per familias igitur distinctæ sunt linguæ; factum namque est, ut unusquisque non intelligeret omnes, ut prius solebat, sed solum illos qui erant suæ familiæ; in quo apparet Dei conditoris bonitas, qui diversitate linguarum parentes à filijs non plene distraxerit, ut inter illos maneret societas, inter quos unus ejusdemque linguæ commercium servatum foret.

\*\*\*

### S. I.

*Rejicitur Caramuelis sententia de adventu Japhet in Hispaniam ante constructionem turris.*

**N** assignando autem tempore, quo acciderit ista confusio; reperio inter auctores judicia, non minus acque inter architectos illius turris divisa. Quidam magis subtilis notitias studio, quam veritatis querendæ causâ Japhet filium Noë ante superbi ædificij fabricam in Hispaniam partem ejus venisse, non sine temeritate censuit. Sic Caramuel in *Mil. Art.* pro Hispania, de quo merito dicere potuit Diod. Sicul. lib. 12. hist. ¶ Quidam opera exactam inquisitionem negligunt hoc merito accusan-

dum arbitror, quando nimirum nonnullis adulando, vel per odium virulentius alios impugnando, à veritate aberrant. ¶ Quoniam qui varia fingit, ut Hispaniam decoret gloria, non minus odisse creditur, quam adulationis mole blandiri, nostra quoque gloria cum sit ex solido, plus tamen habet operis quam nominis.

Igitur duobus præcipue errat istius sententiæ patronus, & quod ante turris constructionem, venerit Japhet in Hispaniam, & quod hæc fuerit illius patria, illamque habitaverit ante diluvium Noë, tot namque errorum capita protulit ista Hydra. Imprimis Noë Hispaniam ante diluvium profectum, nec invitum reperiet, qui affirmet, patronum. ¶ Obstupescenda namque (inquit Chris.) est ineffabilis longanimitas Dei, & prodigiosa hominum ingratitude, ecce enim quingentis annis vixerat justus ille Noë clamans, & testificans suo nomine futurum per universum orbem diluvium ob nimias hominum malitias, & nec sic à malitiâ abstinere voluerunt. ¶ Si ergo in Hispaniam profectus credatur; quomodo, quæso quotidie illuminabat improbos operibus suis, si ab illis in aliam regionem abscesserat? Qua usus est ratione contra Josephum lib. 1. cap. 3. Salius. Dicebat namque Josephus; quod Noë facta eorum moleste, & indigne ferens, suadebat ut in melius voluntates, & opera sua transmutarent, verum cum videret illos sibi non parere, totosque vitiorum dulcedini succumbere, vetitus ne & se, & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem migravit; fugam veretur Salius ne commentus sit Josephus, nam præterquam quod (inquit, nullum usquam; quod sciam, hac de re vestigium in sacris profanisve libris extat, quomodo Noë peccatores à sceleribus prædicatione revocabat, à quibus aufugerat?

Alioque nec leviori fundamento convincitur talis sententia, volebat namque Deus, ut inquit hom. 24. Chrysol. illos, qui gravissimè peccaverant

rant per fabricam arcæ admoneri suorum scelerum, verisimile enim est, cum videbant Noë tantæ arcæ fabricationi insistentem, eos causam extructionis ex ipso suscitatos, cognovisse indignationem, in cuius fabrica centum consumpsisse annos, referunt Origenes, August. S. Greg. atque Rupertus. Quando ergo incolere potuit Hispaniam, inibique generare filios? Si quidem, cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Japhet, & diluvium sexcentesimo anno illius accidit, sequitur Japhet natum esse post incepsam illius machinæ fabricam: Ex quibus infallibiliter sequitur consequentia, vel arcam fabricatam esse in Hispaniâ quod nullus usquam audivit; vel Japhet in Hispania natum non esse; Noë enim pie credendum est contra Dei præceptum *fecit tibi arcam* ante talis fabricæ initium in longinquam regionem non esse profectum immemorem arcæ, quam ipsi, & familiæ suæ, seminique totius naturæ sperabat futurum asylum; illum enim non semel commendat Moyses; & sic concludit, *fecit igitur Noë omnia, quæ præceperat illi Deus.*

Sed sælix error, si solus esset. Ut talem singularitatem auctor prædictus omnino non orbaret probabilitate, judicans decens esse suorum populorum dignitatem, honesto mendatio tueri; ante diluvium provinciam innumeris incolis Hispaniam nostram existimat diu habitatam; ex verbis namque quibus Dominus hominem benedixit, dicens: *Crescite & multiplicamini, & replete terram*, inferunt aliqui totius orbis extensionem illis præparatum à Domino habitaculum fuisse, quasi præciperet cunctis hominibus Deus, non solum propagationem suæ naturæ, verum etiam omnem terram possidere, & calcare, fuit ita infallibilis inter Hebræos, ut ex Misna, & Gamara utroque Babil. & Hierosolym. inibi cuncti ejus expositores, Ben. Baruka, Moses Maimonides, Salomon Jarchi, solus Abraham Ben Ezra desijt in præsentem somnare, & illis verbis, benedictionem, non præceptum intelligit. Inter gentiles propensionem propagandi quasi naturale præceptum existimantur, ut dixerit Hermes Trismegistus, lib. 9. qui inscribitur *sermo uniuersalis*, maxime

in vita, & pijsissima curâ est parentibus filiorum procreatio, & maximum infortunium; & impietas sine filiis aliquem ex hominibus excedere, & pœnas iste dat post mortem Dæmonibus. Quis pœnas ignorat, quibus steriles in republica Romana legibus suis affixit Augustus? Errorem istum à fundamentis Ecclesiæ non sine lacrymabili damno fidelium à Nicolao Antiocheno plantatum, ex cineribus nondum extinctum, hæretici recentiores, qui pestifero successerunt Luthero, infœliciter suscitaverunt, ut supra tradidimus. Ex istis igitur verbis, nefas est solidare suam sententiam, ut inquit namque Abulenſis, talia verba non sine inconvenienti in rigoroso sensu, sonant, accipi possent, sed ea proprietate sola, qua civitatem aliquam populosam replere dicimus terram; si namque in rigore qui locum istum intelligere vellet, plura scaturire absurda spectasset, quo namque modo requiescere, vel quibus uti ad sustentationem valerent, si locus seminibus, fructibus & plantis negaretur, solum ergo illis, benedicere homines Deus decrevit, desiderium multiplicationis indicans in specie, individua à præcepto simili & onere relevans; sed de hoc cap. 9. Genes. ubi supra.

Alia ratione utitur Scolanus ut omnem terram, Hispaniamque fuisse habitatam suadeat. A nostro namque primo parente usque ad diluvij miserabilem cladem 1650. anni prolapsi fuerunt, copiosissime namque ab ejus exordio generatio Adami, & propagata, & varios in filios, quos Scriptura non refert, extensa fuit, consequens ergo existimavit numerum satis copiosum, ut omnes, nostramque Hispaniam inhabitaverit terras: Fateor præter tres in Sacra Scriptura filios relatos Adamum plures habuisse filios; sed quot fuissent sine temeritate nota, quis assignabit? Unde 12. filij, duæque filia, quos Rabbi assignarunt; unde 33. viri, & fœminæ 16. ut placuit Cedreno ducto traditione Orientalium? Sed sine dubio certissimum tenent aliqui, (licet nos aliter cum D. August. iuperius judicemus) Adamum annis 130. suæ prioribus vitæ solos illos habuisse tres filios. Siquidem istius erat ætatis, cum natus fuisset Seth *peperit filium* vocavitque nomen ejus Seth, dicens. *posuit*

*fuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain*; Nec obstat si dicat Jacobus Cappellus, ex signo, quo Deus munivit Cain, ut nullus, qui occurreret illi, vita privaret, oppositum colligi expresse; non inquam id obstat quia hoc Domini signum vitæ præservativum ad filios Adami alios futuros referebatur, qui iustissime horrorem fratricidii odissent, & vindictam sumerent tanti criminis, vel ad cætera animantia, quibus pœnas daturum iustissime timere quivisset. Saltem ex divinis literis constare nequit copiosa fuerit nec ne hominum propagatio.

Nec firmum, quod addit temporis argumentum; quoniam ab Adam usque ad Noë decem solum generationes ( utroque incluso ) prolapsæ sunt, & post plures ætatis annos successivam propaginem recognoverunt nonnulli. Jared namque 161. erat annorum, cum genuisset Lamech, & hic cum genuit Noë 182. erat ætatis suæ. Noë vero 500. annorum genuit filios propagatio igitur naturæ non ab annis, sed à generationibus regulari necesse est; ex quibus non solum iudicant improbabile plures, totum orbem esse incolatum, verum difficile salvari posse cunctos homines numero sufficienti vigere, ut provinciam unicâ quivissent replere; reddit hoc valde opinabile exemplum Lamech, qui licet duas duxisset uxores, & ex utraque filios vidisset, quatuor generationibus, quæ ab illo usque ad diluvij cladem præcesserunt, solum 77. inter filios nepotes, & pronepotes inundavit abyssus, ut refert Hieronymus à quodam Hebræo accepisse, sic in historiis non canonicis observatum. Si ergo ab hoc tam exiguo numero omnes alias generationes propagatas regulas, impossibile erit totum genus humanum non solum orbem replese, verum difficile incoluisse provinciam. Quibus si malueris in confirmationem recolere, quod tradunt Rabbini ex pluralitate mulierum; nihil quidem propagationis generi humano accrevisset, Rabbini que Vriah. Rab. Juda Bar. Simon, & Salomon Jaki censent ex duabus unam elegisse in propagationem, aliam in libidinis, & appetitus immoderati pabulum, quam sterilem redderent filiorum generationi, ut ex nominibus

uxorum Lamech præjacti Rabbini non sine irrisione prudentium vane observarunt.


Hæc quamvis ira certa sint, ut decoris sit firmitatem augere; nihilominus, ut omnino, his qui nihil scire judicant, si non quæserint singularibus rimis, omnino viam ocludamus errandi, recolendum est principium non tam vulgare quam certum, sacros scilicet libros à suo exordio sine distinctione capitû fuisse scriptos, sicque usque ad tempora Antiochi Epiphaneis indistinctos mansisse; postea cum Hebræi nequivissent inviolatam servare legem, plures in partes, quas Paraphrasas appellant ut in Synagogis legerent, & referrent divisere. Sic tradit Elias Levita de quibus intelligitur Act 15. *Cum in Synagogis per singula Sabbata legatur*; Christiani igitur in primordio libros sacros etiam sine distinctione acceperunt; non Hebræa sed versione 70. facta ante introductionem capitum divisionem. Sed cum recognovissent quantum utilitatis; ut melius perciperetur intelligentia illius, talis sectio & divisio adduceret, paulatim fuit introducta sive tempore Musci episcopi Marselæ, sive fuerit tempore purpurati Hugonis; certissimum ergo est divisionem recentem fuisse, nulloque jure Canonico, ut Salmeron, & Serarius jam tradiderunt. Ex quibus liquido apparet sine aliqua repugnantia Ecclesiæ illata licere clausulam antecedentis capituli cum sequenti unire, si id opus sit, ut loci intelligentia facilius clariusque percipiatur. Hoc ergo suppositum est ferme omnibus tam Hebræis, & Græcis, quam vulgaribus etiam Latinis ultimam clausulam, quæ desinit caput 5. in nostra Biblia prout communiter divisâ, primam esse quæ incipit caput 6. unde ut sonat in Hebræo, legitur ita, *Cum quingentorum annorum esset Noë, genuit Sem, Cham, & Iaphet*; (idque accidisse) *cum inciperent omnes multiplicari super terram*. Unio istius duplicis clausulæ receptissima est in omnibus linguis inter Hebræos, observant illam Joannes Buxtorfius in illa, quam publicavit in Basilea collata cum quatuor impressis Venetiis; eandem sequutus Xantes Pagninus sua versione, sic notatur in Biblia impressa in Amberes, quam sequutus est Oleaster, eandem servat

servat Græca 70. impressa Romæ anno 1587. auctore Sixto quinto, in Palisæana, cura Joannis Morini anno 1628. elaborata, & veteres Latinos verisimile est illam servasse, quia sic reperitur in commentarijs, quæ edidit frater Antonius Senensis translatis ex Bibliotheca Minoritarum de Meddelburg, sequiturque Petrus Comestor, Josephus Voysin asserit sic servari in veteri Hispana Ferraræ impressa, & ab Hebræis Hispanis traducta. Ex quibus infertur copiosam generis humani propagationem ad tempora usque Noë dicta, non incepisse, proindeque solum centum annis ante diluvij cladem. Quo pacto ergo in tam brevissimo spatio propagatio homines tributare potuisset incolatui totius orbis, nostræque Hispaniæ, quæ Occidentalis, & remotissima est à Palæstina, sive Chanaan, ubi communiter sedes collocatur nostrorum parentum.

\*\*\*

§. II.

*Ante constructionem turris non venit Japhet in Hispaniam.*

3. CUNDA præjectæ sententiæ periodus, nempe quod Japhet ante constructionem turris venerit in Hispaniam, omnes litteras Sacri textus in se reclamantes audis licet sectarium habeat Beroaldum lib. 3. Chron. cap. 2. Sic falsitatis convincitur. ¶ Filij namque Noë ( inquit Josephus ) primi relicti montibus planiciem habitare cæperunt, & alijs recenti etiam tum cladis memoria pavidis nec audentibus celsiori loco descendere, idem faciendi authores, & exemplum fuere; Addit Josephus: Cæterum Deo jubente ut propagandi, multiplicandique generis gratia Colonias deducerent, homines rudes non paruerunt, & quod pejus erat; consilium de Colonijs, non favorem numinis, sed insidias interpretabantur, videlicet quo facilius dispersi possent opprimi. ¶ Si ergo tanta solitudine, tam axièque appetierunt mutuam unionem, ut Salomon JarKi, conferens primam ætatem ante diluvium cum generatione sequenti, dicat: quod prima fuerit latronibus dedita, discordiis & con-

ventionibus nutrita; secunda vero amicitia unioneque sociata, quo pacto intelligi valet Japhet ante constructionem divisum? Aliter id comprobatur ex Genes. 11. illis verbis *erat autem terra labij unus & sermonum eorumdem;* Ex quibus liquidum est, ut inquit Cajetanus, quod non solum omnes homines conveniebant unitate verborum; sed etiam unitate labij, hoc est modo proferendi; unde Aben Ezra ullam variationem in litteris & prolatione negat; Id sine miraculo non accidisse, si separata ad invicem fuissent quis non videt?


Altera ratio non contemnenda convincit falsitatis istam sententiam, sic namque refert Moses: *Venite faciamus nobis civitatem & turrim, cuius culmen pertingat Cælum, & celebremus nomen nostrum, ne forte dispergamur in superficiem universæ terræ;* ex quibus Cajetanus, Toftatus, Oleaster & Pererius asserunt illic esse omnes appetuisse, unamque velut rempublicam, & societatem constituere; Unde ex Epiphanio, Chrylostomo, atque Josepho, non nimis obscure infertur, eos qui conveniant in campum Sennaar ad ædificandam turrim, fuisse omnes homines, qui id temporis in terris erant, iratus est ergo Dominus temere homines velle contra ejus præceptum societatis unionem; Hoc explicat illum movisse ad confundendas gentes in universis terris, sic inquit *Ecce unus est populus;* si igitur propter unitatem, quam inviolatam servaverant homines, illos divisit Deus quo pacto salva veritate textus stabiliri potest à cæteris omnibus separatio Japhet. Explicatur vis hujus rationis ex Deuteronomio, referens namque Moses in suo Cantico beneficia in Israël tam liberali manu elargita. Sic inquit, *quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum filiorum Israël;* Si igitur terminos provinciarum juxta numerum principum, & familiarum, quæ confusione linguarum intererant, constituit Dominus, quo ergo pacto recognosci potest incolatus alicujus? Sicut qua ratione habitatio terræ ante dispersionem, sanciri potest? A qua primævam habitationis originem decerpisse orbem manifeste ex Sacra pagina constat.

Minus delirat, quamvis Rabbini-  
ca, Hebræorum sententia, habetur  
namque ita in Seder Olam, § Heber  
ut scriptum reliquit R. Jose, magnus  
fuit Propheta, quoniam afflatu Spi-  
ritus Sancti filium suum Phaleg no-  
minavit, à futura scilicet divisione  
terræ diebus ejus. § Vaticinium etiam  
agnoscit Hieronym. Vocabulo Pro-  
phético sive providentiæ dictus est  
Phaleg, ait Genebrardus, ut innotes-  
ceret in hac divisione orbis terrarum  
plus fuisse divinæ providentiæ, quam  
humani consilij, & industriæ. Sed  
hanc sententiam nondum verita-  
tem attingisse, demonstratur fere evi-  
denti ratione; Nam illa verba eo  
quod in diebus eius divisa est terra  
non sunt referenda, ad primos vel  
ad medios, aut extremos vitæ dies  
Phaleg; sed in nullo sensu verificari  
possunt; Imprimis non potest dici  
terra divisa initio dierum illius, ut  
ipsi fatentur, quia Iectan frater na-  
tu minor erat illo, & tamen tredecim  
illius generationes seu stirpes il-  
lius venisse in hanc divisionem con-  
stat ex textu. Non igitur initio æta-  
tis illius accidit terræ divisio; neque  
referti potest ad medios illius dies;  
quia ut ex 11. Genes. constat, ne-  
que Heber pater Phalegi, neque  
Sale avus; neque Arphaxad proavus,  
neque Sem abavus, imò neque ipse  
Noë ante Phaleg humanæ necessitati  
concessit; Non igitur magis diebus  
Phaleg, quam istorum Patriarcha-  
rum annis dicebatur terra divisa,  
Neque referenda sunt ad diem ex-  
tremum vitæ Phaleg; quia unus &  
idem annus à diluvio trecentismus  
quadragesimus, quo volunt Hebræi  
terræ partitionem obtigisse, non so-  
lum Phalego, sed etiam Arphaxado  
fuit extremus, quod omnes ferme  
fatentur; sed Scriptura in hac cir-  
cunstantiâ denotat quid singulare in  
Phalego, quod aliis Patriarchis con-  
venire non potest, plane ergo di-  
cendum est hujusmodi divisionem  
terræ non accidisse tempore, quo des-  
cribunt Hebræi. Ex quo impugnan-  
tur, expulsaque manent quæ vertit  
Genebrardus ex Seder Olam; nam  
scribitur (sic vertit Genebrardus)  
quia diebus ejus divisa est terra, non  
quidem dierum vitæ ejus initio, nam  
certe Iectan frater ejus natu erat mi-

nor, qui tamen tredecim cognatio-  
nes, seu stirpes, & familiarum capita  
quæ in hanc venerunt divisionem,  
procreavit: unde extremis vitæ die-  
bus Phaleg constitutum debemus af-  
ferere, quando dicitur à Sacro textu  
terra divisa, hominesque in Babylo-  
nica turri qui fuerant antea adunati,  
in pœnam sceleris in cœlumque su-  
perbæ elationis fuerunt dispersi. Non  
in mediis vitæ Phaleg diebus valet si-  
militer verificari fuisse divisam ter-  
ram, hominesque dispersos, quoniam  
quidem id minime occultasset Mo-  
sæica Genes. historia, sed indicasset.  
Quod ergo ait *diebus ejus divisam  
fuisse terram* ad finem dierum; & vi-  
tæ ipsius pertinet; quæ videntur  
etiam sensisse Lipoma. in Cat. ac Ly-  
ranus.

## §. III.

*Proponitur duplex divisio terra &  
impugnantur sententiæ istius  
patroni.*

CEAT nobis jam deponendo  
mendacio accedere ad verita-  
tem, aliorum ergo sententiâ gemi-  
nam distinguit divisionem orbis terra-  
rum, alteram verbo, quasi Noëtico  
testimonio factam, alteram reipsa in  
constructione Babylonice turris, in-  
quit ergo cum Epiphonio, quod Noë  
à diluvio cum uxore tribusque filiis  
ac totidem nuribus servatus, univer-  
sum orbem terrarum solus in tres  
filios Sem, Cam, & Japhet est par-  
titus; hucusque hæc opinio incedit  
seculo pede; sed ulterius dicit contra  
opinandi communem usum, quod  
hæc divisio fuerit à Patriarcha Noë  
celebrata, postquam religionis mu-  
nus implevit, & in gratitudinis memo-  
riam obtulit Deo holocaustum.  
§ Non verbis modo, addit Epipha-  
nius, hanc illis religionem proposuit,  
sed & juramento fraternæ benevo-  
lentia cautionem à singulis extorsit;  
tum velut hæres mundi totius insti-  
tutus à Deo, totum orbem terra-  
rum in tres filios sortitum distribuit.  
§ Ut hanc suam sententiam firmis  
propugnaculis muniant, supponunt,  
sicut Adamo, dominium super om-  
nia

4.  
*Duplex di-  
visio orbis  
terrarum  
facta à  
Noë.*

nia creata Noë traditum fuisse à Deo *constituit eum super opera manuum tuarum*; in Hebræo legitur *dominari fecisti eum*; Ex quo Genebrardus colligit etiam Cælum illi fuisse subiectum: ibi. ¶ Omnes potestates in cælestibus, itaut nihil excipiat, quod ipsi non sit subiectum, nisi ille qui subiecit ipsi omnia; ¶ Hoc ergo dominium translatum fuisse post diluuium parenti Noë asserit Eccles. capite quadragesimo quarto. *Noë inventus est perfectus, iustus & in tempore iracundie factus reconciliatio*, ideo divisum est reliquum terræ, cum factum est diluuium; Iustum, dicit Chrysostomus homil. 27. Noë eandem benedictionem consequi, quam olim Adam, & creptum recuperare principatum virtute sua, quare cum dominus totius orbis fuisset, licuisse partiri in tres suos filios nullus poterit hæsitare; cecinitque Sybilla libro tertio oratione Sybil. tres terræ partes, ut fors cuiusque ferebat, quisque suam, regnabat, habens, certamine nullo obtestatus erat pater, & diviserat æquas partes.

Quod autem hæc divisio testimonio prolata, fuerit immediate post publicam hominis cladem, comprobant verbis Filisti, quæ talia sunt. ¶ Sunt quidem hæretici, qui de divisione orbis terræ, & partitione habitationis non recte sentiunt; disputantes quod Græci cæperint, aut Ægyptij, aut Persæ describere orbem universum, non beatus Noë suis filiis tribus post diluuium divisit, dedit & definierit; Ex quibus immediate post diluuium partitam terram innuit illud verbum, *post diluuium*, si enim significaret solum post diluuium, id est non ante factam fuisse sectionem, superest omnino in periodo, nullus namque hæsitaverit unquam ante diluuium parentem Noë neque dominum terræ fuisse, nec jus possessionis quivisse filiis ejus tribuere. Secundo id ipsum probant vulgari loco, sed singulariter explicato. Cum namque inebriatus Noë se se inhoneste discooperuisset inquit Theodoretus ex sententia Rabbini. ¶ ( Sic Hebræus quidam aiebat ) primum omnium Chanaam verenda avi sui vidisse, suoque narraffe patri, non sine Noë irrisione,

arque illusione; huic interpretationi (prosequitur Theodoretus) fidem facit quod proxime subiecit Moses suscitatus à somno suo *Noë cognovit quæcumque fecerat ei filius suus junior*. Quis erat iste filius junior? Non Cham, quippe generationis ordine inter Sem, & Iaphet medius erat; verum quoniam avi, non tantum nepotes, sed omnes etiam, qui longa serie ex his nascuntur, filios appellare solent, ideo Scriptura significat Chanaam nepotem Noë minimum cognitum à Noë sceleris ejus authorem fuisse. Quod autem fuisset ejus delictum; R. Levi Ben Gerson, ( licet Salomon Iarchi tanquam aliorum cogitationem retulerit ) asserit: cum vidisset verenda, cum castrasse; rationem hujus sceleris assignat, dixit fratribus suis: Adam primus Pater, cum duos tantum filios habuisset, unus alterum occidit, hæreditatis nempe mundi causa, pater vero noster tres filios habet & adhuc quartum quærit; Ecce qualiter de divisione mundi immediate post diluuium Noë cogitavit; Nec obstat quod dicit Sallianus; si id accidisset ita, non evigilasset è vino consumptis scilicet vaporibus, sed ingenti dolore somnus excussus fuisset; Non inquam obstat; prævidit namque hanc instantiam Joannes Annius, asseritque cum Abbate Severo in Cassianum collat. Patrum 8. capite vigesimoprimum. Petr. Comestor Historia schol. capite trigesimo nono, Cham fuisse Zorastem celebrem illum Magum apud Scriptores profanos: unde sic omnia componit, cum Noë temulentus jaceret, ejus virilia manibus comprehendens, taciteque submurmurans carmine magico illuxit patri, eumque sterilem, non secus ac si esset castratus, effecit.

Hæc sententia licet magis ad veritatem accesserit, non tam scilicet, ut illam meruerit attingere, licet namque geminam illam orbis terrarum non audebimus diffiteri; primam tamen fuisse tam immediatam post diluuium negamus; & tanquam ridicula somnia ejus fundamenta contemnimus, fabellam existimantes illud Chanaam, quam ( ni fallor à Gentilibus sumpsisse Rabbinos non temere judicaverit, qui horum

scripta legerit & si semel: Apud gentiles id usitatum fuisse ait Macrobius. ¶ Hunc aiunt, inquit, abscidisse patris pudenda, Helid. retulit, ex insidiis autem filius petiit manu sinistra, dextra vero immanem cepit facem longam asperos dentes habentem, charique genitalia patris festinanter demersit. Valde facetè, ut solet, Ovidius.

*Sic aliquis tua membra fecit Saturnus, ut illas  
Subsecuit partes, unde creatus erat.*

Quod autem illa divisio non tam immediata fuerit, patet ex eo quod celebrata fuerit animo vitandi inter fratres litigia, illa autem in hominum parva copia vereri prudenter, neque timeri debebat, sed post plures annos, quando exuberante multitudine, nec se in Armenicis, & Babylonicis finibus contineri possent. Colonorum examina, tanquam apes ex alvearibus emissa in secernendaque cuilibet orbis habitationisque sede variis desiderant litigiis. Secundo difficillimum est in ista sententia illud Genes. *Nomen unius Phaleg eo quod in diebus ejus divisa sit terra;* isti namque authores intelligunt locum de divisione secunda in constructione turris suborta, quod improbatum relinquimus.

\*\*\*

#### §. IV.

*Proponitur vera sententia.*

5. **L**IGITUR ut nostrum iudicium aperire possimus, facemur libenter duplicem illam divisionem terrarum, quam jam pridem distinxit Josephus libro primo capite 4. alteram scilicet juris, quam vocat habitationis distributionem; aliam facti, idest occupationem, & possessionem, prior nullam habuit confusionem conjunctam, posterior autem maximam, illa quæta fuit, ista turbulenta; quoniam (ut inquit Epiphanius) orbe terrarum tribus liberis trifariam distributo, juramentum exegit pater, ne quis fratris sui sortem occuparet, & quoniam, ut ait Sapiens prov. 18. traditiones comprimunt fors, & inter potentes quoque dijudicat; sortes mit-

tuntur in sinum, sed à Domino temperantur; unde Semo partes Orientis, Chamo partes ad polum Australem vergentes, Japheto natu minimo potissimum Mediterranei maris insulæ venerunt in sortem. Hinc sumplisse suam fabellam gentiles cerè crediderim, aiunt enim Jovi cælum obligisse, Nepruno mare, inferna Plutoni; cujus sortitio non incongrue ad Sem, Cam, & Japhet debet referri; Dicimus ergo primam orbis terrarum sectionem accidisse primo vel secundo die, vel octavo (secundum antiquorum consuetudinem variam) quo natus est Phaleg, à cujus præsentem eventu nomen sortiri potuit, quidquid sit de prophetia Heber, quam de secunda divisione, & confusione linguarum, si stetit, intelligi debere, asserimus. Secundam vero terræ divisionem accidisse anno trigesimo Phaleg, & post diluvium 131. sentio. Ex quibus sic explico Genes. testimonium, nomen Phaleg fuisse sortitum, quia diebus ejus divisa fuit terra, primo anno accidit prima divisio, & extremo illius Chronologico anno nempe trigesimo, secunda terræ divisio, & linguarum confusio evenerunt; illos voco Chronologicos annos, qui soli in texenda temporum descriptione numerantur, quorum dumtaxat rationem haberi voluit Sacer textus, ut nos perduceret ad Chronologiæ certissimam cognitionem, exempli gratia vixit Arphaxad annos duo de quadraginta supra tercentesimum, non omnes in Patriarcharum Chronologia putantur, sed hi dumtaxat triginta quinque, quos vixerat ante natalem Salei filij sui diem, vixit Sale 433. non omnes Chronologici vocantur, sed ex eo solum triginta numeramus ante nativitatem sui filij; Non ergo omnes dies Phaleg Chronologicos appellat Moses, sed solum triginta, quos vixerat ante Reu filij ejus nativitatem, vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu: hi sunt Phalegi dies, cæteri vero non ipsi Phalego sed filio tribuuntur, aliàs bis numerarentur cæteri Phalegi anni, ipsi nempe Phalego, & suo filio. Unde anni quadringenti facile putarentur; Ecce qualiter cum omnimoda proprietate dicit textus, divisionem terræ in diebus vitæ

vixæ

vix Phaleg occurrisset, quia nempe prima divisio testimonio Noë celebrata accidit diebus natalibus Phaleg; ab isto autem tempore usque ad trigessimum turrim construxerunt; ac tandem ipso trigesimo anno, qui ultimus est Chronologicus, confusio linguarum accidit.

\*\*\*

### § V.

*Proponuntur difficultates, quæ contra veritatem occurrunt.*

**E**o contra nostram sententiam superest iudicio plurimum insuperabilis difficultas. Quia Jectan frater natus minor Phaleg, cum accidit confusio linguarum, stirpes duodecim procreaverat, quorum linguli in illa dispersione gentium à se propagatarum exiterunt parentes; sed hoc intra triginta annos accidisse incredibile est; non igitur anno trigesimo sed provec̄ta senectute Phalegi accidit ista linguarum confusio, gentiumque divisio. Imprimis faciliter iste solveretur difficultatis nodus, si dicamus tempore, quo illata est confusio linguarum, non fuisse natum Jectan, ac per consequens nec liberos ejus, quia non omnes qui capite 10. referuntur, nati erant ante divisionem gentium, & confusionem linguarum, sed ideo filios Jectan ibi numerari, quia sequentibus temporibus gentium parentes fuerant; hic namque occasione benedictionis Noë, quæ in omnes liberorum posteròs redundabat, multorum gentium contexit seriem, de quibus nullum fore postea dicendi locum viderat, cæteras prætermisit ab Abraham, Lot, & Noë suo tempore condendas, non quia nati nondum fuerant tempore quo facta est linguarum confusio, sed quia Scriptura de Abraham rebus actura, gentium illarum originem in aliud tempus commodius differebat. Quod namque Jectan ejusque liberorum Scriptura prius mentionem faciat; quam Babylonicæ confusionis, non extorquet ut tempore divisionis terrarum, linguarumque confusionis natos Jectan, & liberos ejus fateamur; prius namque refertur Noë ultimus

dies, nempe capite nono quam linguarum confusio, de qua capite 11. & tamen non dicemus Noë prius vita defunctum, quam gentes orto linguarum dissidio dispergerentur in terras; Pariter capite nono mors ipsius Noë narratur; capite vero sequenti ortus Arphaxad ejus nepotis refertur; dicemus nonne ideo primum mortuum Noë, quam ejus nepos Arphaxad nasceretur?

Nec obstat quod postquam retulit Sacer textus familias Noë eorumque liberorum, subdit. *Ab his divisæ sunt gentes in terra post diluivium*, fuerunt igitur omnes isti ex quibus gentes divisæ fuerunt, in confusione, constructioneque turris. Non, inquam, obstat; non enim inde inferitur immediate post diluivium esse exortos, Ammonitæ namque, Moabitæ, Idomei, & Amalecitæ, multis annis post diluivium conditi fuerunt, & tamen vere post diluivium conditi esse dicentur; neque piaculum esset, si ea quæ de linguis duabus, & septuaginta vulgò dicuntur, quas cæterarum matres, primoque diversas appellant, non ex fontibus Scripturarum, sed ex Hebraicarum traditionum lacunis esse derivata dicamus, deliriaque Rabinorum.

Cæterum facilius nos ab hac difficultate expediemus, si cum D. Augustin. libro 16. de Civitate Dei capite 11. dicamus: prius quidem Phaleg nominatum, sed longe post fratrem suum Jectan fuisse natum, cum Jectan duodecim filij, tam grandes jam familias haberent, ut linguas in proprias dividi possint. Idem sentit expressè Josephus, quod pluries reperitur in Scriptura, & patet in filiis Noë, in quibus Sem, qui minor erat Japhet, ratione dignitatis prius nominatur à Sarcovate; nihil autem prohibet ab eodem Hebero genitum Jectan anno 17. ac proinde præcesserit fratrem suum Phaleg. 17. annis, unde tempore quo divisæ sunt gentes, confusæque linguæ, quod accidit anno trigesimo Phalegi, ipse Jectan pervenisset ad septimum supra quadragesimum annum, quo tempore liberos habere facile potuit, ex pluribus scilicet uxoribus, prout tunc licebat, non solum adultos, sed etiam patres familias liberorumque parentes; ex quibus constat Noë

post diluuium, confusionemque linguarum ducentis & viginti annis fuisse superstitem, non decem, ut volunt Rabbini, quibus videre potuit diversarum gentium à se propagatarum imperia varia, non sine gravibus bellis,

& generis humani cladibus inficitur; isti namque anni supersunt trecentis, quibus vixerat post diluuium, si centum, & triginta tollas, qui à diluuiio usque ad linguarum confusionem prolapsi sunt.

Genes. 11. *Cumque proficerentur de oriente.*

Genes. 8. *requieuit arca super montes Armenia, qua septentrionalis est Babylonii.*

e. **I**mprimis certum est Armeniam Septentrionalem Babylonii fuisse, ut suadet omnium Geographorum auctoritas, hinc oritur difficultas, quomodo profectos esse ab Oriente, dixerit à veritate non distans sacer scriptor.

Quidam, librariorum incuria irrepressisse vocem *Armenia* nostræ versionis credunt, pro *Ariæ* modico litterarum accessu, montes enim Ararat, Tauri partem eam esse, quæ Indis & Orienti vicina, Bactrianam & Ariam claudit, à Meridie à feracitate & contiguitate regionum cum Diodoro Siculo & Dionysio Periegete sunt suspicati. Facile ergo irreperere potest pro *Ariæ*, æquivocatio *Armenia*. Sic Temporarily apud Salianum non requievisse super montem *Armenia*, sed super montem Ararat, affirmans, qui à Geographis Paropamisus, Parnassus ab Aristotele nominatur, & à Septuaginta, ubi nostra Vulgata *Armenia*, vertitur *Ararat*. Verum Septuaginta vocem Ararat *Armenia* vertunt 4. Reg. sicut & Chaldæus Ieremiæ 51. ver. 17. Unde verisimiliter conciliatur, si Taurum, qui longe lateque à Pamphilia ad Indiæ fines per Armeniam regionisque vicinas extenditur, montium *Armenia* nomine contineri, asseramus. Cui fundamentum non leve præstat Aithomi Armeni cap. 9. testimonium. ¶ In Armenia, inquit, est altior mons, quam sit in toto orbe terrarum qui Ararat vulgariter nuncupatur, & in cacumine illius montis Noë arca primo sedit. ¶ Idem Verosus antiquus (non ille ab Annio Viterbiensi confictus) apud Iosephum affirmat. Homines ergo dicuntur ex Oriente profectos, quia Larnax illa Noëmitica in aliqua Tauri parte magis ad ortum vergente, in Paropamisio confederat.

Potest aliter conciliari, si asseramus Orientem dici Armeniam, non habita

Campi Sennaar ratione, sed Arabica solitudinis, ubi Moyses ista scribebat, vel melius habita ipsius montium *Armenia* ratione, qui ad Orientalem *Armenia* plagam versus Mediam porriguntur, quem montem Ararat plures describunt.

Alij sic conciliant, his dictionibus de *Oriente*, vel ut Hebræus *MiKKedem*, non ipsam Solis Orientis oram, sed temporis principium intelligi, quasi diceret, *Cumque proficerentur* ab initio, id est ab ipso mundi post diluuium renascentis exortu. Hæc enim dictione *Kedem* tam principio temporis, quam ortui Solis communis est, ut Genes. 2. *Plantaverat autem Dominus hortum voluptatis MiKKedem*. Hieronymus ab initio Septuaginta ad *Orientem*. Has expositiones Nicolaus Abrahamus, refert sed amplectitur nobis selectam.

Dicendum ergo est, arcam in montibus *Armenia* requievisse, sed Noëm cum suis versus Orientem, & Meridiem, in Mediam primo se contulisse, indeque in Babylonem cum tota familia migrasse. Quoniam Armeniam huic monti versus Occasum & Aquilonem subiectam, ut refert Abrahamus paludes plurimæ, fluviorum ingentium scatebræ, Araxis potissimum restagnatio sic occupabat, ut longe post cæteras regiones sicari potuerit, & habitari, nivium ingruentium metu, primo, quo tempore descendere debuerunt, ad Ortum & Meridiem, qui Media situs est, ad Armeniam comparatione facta, se converterunt. Sola enim pars terræ, quæ ad Mediam inclinat, in Aithomi sententia, ubi supra, aspera montuosaque desinit esse. Inde ergo venit in Babylonem Tigri transfacto, quoniam Tigris antequam Babylonem alluat subterraneis cuniculis absorbetur, ut probat Theophrast. agens de paradisi fluviiis.

Quid significet  
MiKKedem.

Genes. 11. *Invenereunt campum in terra Sennaar.*

Constat ex eodem capite nullum ibi fuisse hominem, à quo posset nomen imponi.

Campus ille ab eventu appellatus est postea Sennaar, excussio enim interpretatur dentium, idest verborum, quæ sine dentibus vix possunt proferri. Sic Rüpertus in Comment. in Genes.

Genes. 11. *Dominus descendit ut videret.*

Ad Hebræ. 4. *Nulla creatura invisibilis in conspectu Domini.*

Vide conciliatam antilogiam in cap. 11. Gen.

Genes. 11. *Ceperuntque hoc facere, nempe turrim, cujus culmen pertingeret cælum, nec desisterent à cogitationibus suis donec opere compleant.*

Impossibile est aedificium construere, cujus culmen cælum pertingat. Non ergo unquam opere complevisent.

7. **P**ropter hanc antilogiam, nostram versionem reputat depravatam Venetus Problem. 106. Nam stultum fuisset aedificium Chaldæorum, nisi debito sensu intelligeretur, cum impossibile sit aedificare turrim, quæ ad cælum usque pertingat. Merito quidem ab Indice Expurgatorio expungitur illud problema, quo ut Chaldæos impios & barbaros non faceret stultos, se effectum sacrilegum, neque piaculum duxit nostram versionem ferire.

quatuor milliaria. Quæ innuunt vel turrim jam aedificatam, vel ad miram altitudinem perductam, ubi enim Hebræus *Naba*, Septuaginta *aedificaverunt* vertunt, quod etiam Paraphrasis Chaldaica Complutensis habet, licet Fagius *aedificabant*, verterit. Hanc etiam turrim adhuc tempore suo durasse tradidit Herodotus lib. 1. qui circa reditum Xerxis in Græciam vivebat.

Dicunt alij, ut diluvium aliud, quod timebant, vitarent, admodum altam turrim elevare intendisse, in latitudine ab angulo ad angulum 16. milliaria habuisse, & in quadro in Babylone positam fuisse; ut sentit D. Hieronym. lib. 5. in Isaiam, in altitudine autem

Quidquid autem sit de hoc, certum est posse ab illis turris impossibilem constructionem, possibilem judicari, ad illamque ferri desiderio potuisse. Scripura autem Sacra hyperbolice turrim cælum contingentem tradere visa est, ut altitudinem turris, quam intendebant construere, significaret, quod insolens in Sacro textu non est.

Genes. 11. *Arphaxad vixit triginta & quinque annis & genuit Sale.*

Lucas cap. 3. *inter Arphaxad & Sale ponit Chanaam. Arphaxad ergo cum esset 35. annis, genuit Sale, & simul eodem anno Chanaam ejus parentem, quod impossibile est.*

8. **T**Am difficilis visus est expositivibus locus iste, ut quidam errasse Septuaginta dicere non erubuerint, contra eximiam eorum auctoritatem longo usu Ecclesiæ comprobata: Alij binomium judicent fuisse, Sale, Chanaamque pariter appellatum, unde ubi, *qui fuit Chanaam*, legunt, *Chanaam*. Alij alia, quibus difficile animus quiescit.

que elegerit, quæ Septuaginta interpretum translationi conformis esset, utpote solam ab Spiritu Sancto dictatam. Fieri quoque potuit, ut tum temporis eo loco textus Hebræus absolute degenet fuerit, quem tamen Septuaginta interpretum codices Hebræi representabant, ideo S. Lucas Hebræos deserens, Græcis adhæsit, cujus textus mutilationem accidisse post Apostolorum tempora, utbiunque excidium, est credibile. Sic de textu Hebræo & Græco sentiunt Cardinales Toletus in cap. 3. Lucæ adnot. 61. & Caietanus hic,

Morinus ait lib. 1. Exercit. Biblic. c. 1. Fieri enim potuit, ut hoc loco, tum cum scriberet S. Evangelista, varix fuerint in textu Hebræo lectiones, cam-

Torniellus in 2. ætate ann. 38. Quomodo autem consistere possit, quod Arphaxad cum esset 35. annorum, genuerit Sale, si interpositus esset Chainam, deberet enim eodem anno generari ab illo Chainam, quo genitus traditur esse Sale. Responderetur apud Pererium, quod cum dicitur, Arphaxad 35. annorum genuisse Sale, non actu sed

virtute procreasse Sale intelligendus est, sicut in genealogia, quam Christi texiit Matthæus, Joram genuit Oziam non actu sed virtute, quia Joram genuit proxime Ochoziam proavum Ozia. Qui ijs non acquiescat, expositionem querat, verum in hac sicut alijs difficultatibus expectandus est Elias, qui solverit nodos, ut fert proverbium.

Genes. 11. *Vixitque Thare 70. annis, & genuit Abraham, & Nachor & Aram. Et ver. 31. facti sunt dies Thare 205. annorum. Abraham 75. annorum erat cum egressus est de Aram, & 145. Thare, & 60. ante illius mortem.*

Act. cap. 5. *Constat Abraham egressum esse de Charan sem Aram postquam parens mortuus est.*

\*\*\*

### S. I.

*Proponitur antilogia, & aliqua expositioques repelluntur.*

9. **G**ENES. 11. Dicitur quod vixit Thare 60. annis, & genuit Abraham, Nachor, & Aram. Et ver. 31. facti sunt dies Thare 205. annorum, & mortuus est in Aram. Cap. autem 12. sic loquitur de Abraham. Septuaginta annorum erat Abraham, cum egressus est de Aram, ex quibus expressè colligitur Abraham egressum esse de Aram 155. anno parentis sui Thare, quoniam si 70. annis, quos ante ortum Abrahami exegerat pater ejus Thare, addimus alios 75. quos jam vixerat Abraham, cum exiit de Aram, numerus 145. resultabit annorum, cum ergo vixerit Thare 205. annis, sexagesimo ante mortem Thare, & ætatis 145. egressus est Abrahamus de Aram. Ex Genes. ergo cap. 11. & 12. constat Abraham egressum esse de Aram sexaginta annis, antequam pater ejus Thare è vita migraret. Oppositum ex diametro traditur Act. Apost. c. 7. ubi Stephanus coram cunctis sapientibus, ijsque inimicis. Hebræis, inquit Abraham egressum esse de Charan, sive Aran, postquam mortuus est pater ejus, in Chanaanque se transtulisse. Nequit major oppositio textuum intelligi.

10.  
*Rejicitur  
Cano.*

Pro hujusmodi antilogiæ concordia, nil intentatum reliquerunt expositores. Imprimis autem non est audiendus eximius magister Cano de Theolog. locis, lib. 2. c. 18. inquit enim, Step-

no, id quod vulgo solet, accidisse, ut in longa, scilicet, narratione eaque subita, confuderit nonnulla & miscuerit, in quibusdam etiam memoria lapsus, in his scilicet, quæ ad rem non attinebant, causæ, quam agebar, solum intentus. Lucas vero historiæ veritatem cupiens retinere, ne jota quidem mutavit, sed rem, ut à Stephano narrata fuerat, exposuit. Nos autem, inquit, non Stephanum ab omni lapsu, sed Evangelistam vindicare debemus. Non inquam, audiendus est. Durum enim est, in Stephano qui Spiritu Sancto dicitur plenus, & de quo Lucas c. 6. asserit Judæos, sapientiæ, & Spiritui Sancto, qui loquebatur in illo, non posse resistere, vel tenuem memoriæ lapsum agnoscere, impietatisque argui videretur, qui vel modicum, ejus narrationi, diceret falsitatis subesse, imò non tam ipsum Stephanum, quam ipsum Spiritum veritatis in eo loquentem, arguere diceretur mendacij.

Rabbinorum est secunda expositio, Abraham, cum mortuo parente in terram venit Chanaan, fuisse 130. annorum, asserentium, appellari tamen 75. annorum à Mose computante quidem annos, non ab ortu ipsius, sed eo tempore, quo à Chaldæis in ignem dejectus, quòd Deus suos colere renuit, per Dei omnipotentiam salvus evasit, & quia tum quodammodo fuit regeneratus Abraham, ideo Moses inde annos connumeravit, quam licet tanquam fabellam respuerit D. Hieronymus, oppressus difficultate, libero animo postea confessus est. Huic autem videtur reclamare Scriptura. Esto namque annos Abrahami.

Abrahami, non ab initio vitæ, sed à professionis fidei principio, quo Deo vivere cœpit, Moses texuisset, cum c. 17. Angelo dixit, *putas ne centenarius nascetur filius, & Sata monagenaria pariet?* Non de annis exitus ex Chaldæa, sed de annis cogitabar ætatis. Si enim affirmare vere potuisset, computatione quam admittit præjecta expositio, putas ne seni annorum centum & sexaginta nascetur filius? efficacior esset ejus oratio, recurrit ergo, ut admirationem exprimeret prolis, ad annos nativitatis, qui centum erant dumtaxat. Non ergo computandi sunt dies illius à tempore, quo de flamma ignis evasit incolumis, sed ab ortu & ejus nativitate.

Aliam expositionem tradidit eruditus Andreas Mafius capit. ultim. Josue. Mossem intelligit in rigoroso sensu, eo quod historiam Chronologicam contexerit ex professo, vitium autem esset obscuritatis, quod maximum reputatur in eo qui historiam scribit, si ad tropos Moses recurreret, & aliter ac jacent intelligerentur verba. Stephano vero apud virorum doctorum concionem, loquenti, ad tropos & figuras à propria significatione licuisse deflectere, in concionibus enim, prophetijs, sermoneque familiari, lex est interpretandi Scripturam certissima, licere à propria verborum significatione discedere. Ex quibus sic conciliantur Sacræ Scripturæ textus. Cum dicit Stephanus Abrahamum venisse in Chanaan, cum mortuus est pater ejus, de morte spirituali intelligendus est, idest cum Deo per peccatum spiritu mortuus est, fuit enim primus, si credimus Epiphanio, & Philoni, qui fabricavit, & cultu publico adoravit idola. Quo conciliari textus antilogiæ videntur, Thare enim ætatis suæ 145. Deo spiritualiter mortuus est, 60. annis ante naturalem mortem illius. Quæ expositio ut lenis omnino fiat, aliquibus Sacræ Scripturæ exemplis poterit comprobari. Cum enim inquit Christus Dominus, *dimitte mortuos sepelire mortuos suos*, quid aliud quam peccatores, & rebus caducis addictos intelligit? Quid, illud Patris de filio prodigo adolescente, *filius meus mortuus est, & revixit* quid, illud Pauli, cum Collossenses compellat cap. 2. *Et vos cum mortui essetis in delictijs & præputio carnis ve-*

*stræ*; quid aliud intelligi voluit, quam ipsam idololatriæ mortem, & cæcas illas a vitæ gentilitatis tenebras, quibus Colossenses antequam Deus eos vocaret in suum admirabile lumen, fuerant involuti. Pariter ergo de morte spirituali Stephanum intelligere cuius licebit, præsertim cum ipsa concione quam plura sint, quæ nisi figurate intellecta difficiliter possunt conciliari cum Mose. Hic frequenter Aram, sive Charram cum omnibus Geographis in Mesopotamia constituit; ille eam videtur aliter collocare. Negat Stephanus Deum illi dedisse vel passum pedis, quod nisi hyperbolicè dictum, difficiliter exponetur. Nullus tamen audebit in Mosis historia de nativa significatione, vel modicum verborum libere. Explicandus ergo est sensus translationis, Stephanus non indecoro, ne Mossem obrorto collo rapere in Stephani sententiam teneamus. Non video quid contra hujusmodi expositionem possit opponi, nisi quod in exponenda concione Stephani ab historico nativoque sensu verborum discedit.

\*\*\*

## §. II.

### Proponitur D. Augustini prima expositio.



**V**ARIAS tradidit antilogiæ hujusmodi D. Augustinus expositiones, sicque prout postulat materia proponit, ut nullam refellat, tam in Genes. q. 25. quam lib. 16. de Civit. Dei c. 15. Præcipua ea est, illis verbis non intelligi posse: quod hoc eodem anno ætatis suæ omnes tres genuerit, sed ex quo anno generare cœpit, cum annū Scriptura cōmemoravit, fieri autem potuit, ut posterior sit generatio Abraham, sed merito excellentiæ, quia in scriptis valde commendatur, prior fuerit nominatus. Quam Maximi Augustini sententiam sequuntur Salianus, atque Forniellius; Barrad. tom. 1. Concord. Evang. lib. 8. c. 9. Pontacus in Chron. Eusebij Lyra, Caietanus; Naclantus lib. arcan. Christi Theodor. Procopius Gazzus in c. 12. Gen. sic explicant illud, *vixitque Thare 70. annis, & genuit Abraham, Nachor, & Aram*; non quod Abrahami anno

11:

anno circiter 70. genuerit, sed quod neminem ex tribus ante genuerit, quã annum vitæ septuagesimum attingisset. Confirmant exemplo. Genes. enim 5. dicitur. Noë cum quingentorum annorum esset; genuit Sem, Cham, & Japhet, sensus non est, eos genitos anno sui parentis quingentesimo, constat enim Sem biennio serius lumen vidisse, quia c. 7. dicitur. Noë sexcentorum annorum erat, quando diluvij aquæ inundaverunt terram, & Gen. 10. Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad biennio post diluvium. Ex quibus constat, Sem centesimum annum cum parentis sexcentesimo anno concurrere, ac proinde genitum esse, cū Noë duos supra quingentesimum attingisset annos. Cum ergo Moses dicat Noë genuisse Sem cum quingentorum esset annorum, sensus est; non genitos illos esse, priusquam pater ad quingentesimum annum attingisset. Pari ratiocinio se protegunt illi auctores, ut asserant vixisse Thare septuaginta annis, Abrahamque genuisse, sed non indicare Abraham genitum esse anno circiter 70. sed dumtaxat nullum genuisse filium, prius quam annum 70. attingisset, ad summumque tunc anno 70. generare incepisse, probari, alios vero deinceps post temporum varia discrimina. Tres enim illi non fuerunt geniti ante Thare septuagesimum annum, nec per se credibile est, omnes eodem partu simul vidisse lucem, aliqui ergo post Thare 70. annum sunt geniti, Abrahamum autem dignitatis attento solum honore prius alijs fratribus esse nominatum, dicendum est, sed omnibus natu fuisse minorem. Probabilissimum imo certum reputant hoc opinionis hujus patroni, Abraham namque duxit uxorem filiam fratris sui Aram, ut plures etiam, qui ab hac distant explicatione, eandem esse Saram cum Jescha sentiunt. Quod verificari nequit, nisi Aram senior fuerit Abraham, iste enim Saram decem solum excedebat annis, quia illa erat novageparia, cum Abraham centum esset annorum, ut c. 17. Debuit ergo Abraham esse octo solum annorum, cum genuit Lot, & novem cum Saram, quod licet Rabbinos Genebrardus sequutus concedat, cuius ridiculum apparebit, cum illo tempore vix quemquam genuisse ante trigessimũ annum legamus.

Hæc expositio visa est aliquibus dura, neque leniorem exemplum fecisse reputat Nicolaus Abrahamus, quam impugnat. Quoniam, quamvis impune unum vel alterum annum vel detraxere, vel admetiri possumus, istaque soleat numerorum, qui vel defunt, vel supersunt, præterire Scriptura minurias, quæ millibus exemplis posset suaderi, si ad numerum rotundum fiat recursus, nil inde similitudinis ad nostrum textum potest referri. Neque ullam hæc continent paritatem. Noë cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Japhet, & nihilominus diem Semi natalem biennio protrahimus, quamvis ergo eadem Scriptura Thare, cum esset septuaginta annorum, genuisse Abraham asseruerit, Abrahami diem natalem annis 60. ad patris 130. poterimus pari ratione protrahere. Hæc inquam paritatem ullam non habent. Eadem ne ratio duarum ad quingentos, quæ sexaginta ad 70. An si Moses usurpat quingentesimum pro duobus supra 500. usurpabit similiter septuaginta pro centum & simul triginta?

Secundo, quoniam si sic licet explicare Scripturam, universæ Chronologiæ vacillabit auctoritas. Si enim cum Moses inquit, quem tot, vel tot annis vixisse, & filios genuisse, sensus non est, filium eo definite patris anno genitum fuisse, sed genitum non fuisse prius quam pater ad id ætatis pervenerit; similiter cum Moses Seth inquit 106. annis vixisse, Enosque genuisse, sensus non erit, quod Enos genitus sit anno 105. parentis sui, sed quod ante illud signatum tempus non genitus fuisset, & sic de Enos, cum genuit Chanaam, unde centum annos admetiri, & addere pro suo libito cuius libebit. Si dixerit aliquis in annis Thare sufficientem adesse causam, Stephani, scilicet, verba ex quibus faciliè exprimi potest Abrahami natalis dies obscure à Mose assignatus, non sic generationibus alijs, quarum series longa Genes. 5. contextitur. Si hæc inquam dicantur, difficultas occurrit. Disputationis gratia, concionem hanc vel habitam à Stephano vel à Luca litteris mandatam non fuisse, faciamus, an omnes in temporum ignorantia jacuissent? an omnis retro antiquitas nil habuit ante Stephanum certi, quo posset Israëliti populi

populi Chronologiam stabilire? Ulterius. Hanc Chronologiam certam, quo pacto rescivit Stephanus? revelatione divina, an traditione majorum? nova revelatione quid opus fuit, qua Spiritus Sanctus populo, quem recens in perpetuum abjecerat, Chronologiam omnibus ante sæculis illustraret obscuram? si traditione majorum, illam Hebræi omnino ignorarunt, cum multa circa illa Genes. 15. verba *Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldaorum* pro suo libito confingentes, nemo tamen unus repertus est, qui Abrahamum anno patris centesimo tricesimo natum esse somniaret.

11. Neque alia, quibus stabilitur hæc expositio, majori robore gaudent. imprimis imbecilliter pugnant, cum dicunt: tres illos nec simul unico partu, nec ante parentis septuagesimum annum genitos esse. Mosis namque mentem illam intelligunt esse, ut unius Abrahamæ diem natalem anno notaret certo, de cæteris autem, quorum ortus impertinens erat ad Chronologiam Israëlitiæ populi designandam, nil definire, quasi diceret. *Fixit Thare annos 70. & genuit anno septuagesimo Abrahamum, idem Thare genuit Nachor, & Aram, verum quia quoto ætatis anno illos genuerit, nil ad Israëliticam Chronologiam spectat, ideo de diebus eorum natalibus sermonem omisit.* Neque quod urgent de Sara, ullius ponderis est. Demus Saram eandem fuisse cum Jechæ, & filiam Aram similiter fuisse, quid tunc? si Aram proventiorem fratre suo Abrahamo solidis viginti annis fuisse dicamus, unde filiam tricesimo circiter anno suscepisse 10 annis Abrahamo juniorem, cujus auctoritate nos convincent? Si dicant hoc gratis dictum, etiam ipsos gratis dicere Abraham fratre Aram fuisse juniorem nobis affirmare licebit. cum videamus Abraham natum fuisse anno 70. parentis sui Thare.

Verum, ut defendatur hæc expositio, satis esse ab Aug. non improbari. Neque ex illa, ( ut retundatur præcipuum adversariorum telum ) sequitur Chronologiam turbari, hæc enim, ut advertit Henricus Philippus, ab Arphaxad non deducitur ad Abraham per annū 70. Thare, sed per annum 205. de quo Gen. 11. & Gen. 12. cum enim ibi Moses, Thare, cum esset 205. annorum,

ad superos evolasse, dixisset, mox Abrahamum fuisse 75. annorum subdit, quando Thare vita functo in Chanaam concedebat; ut explicat S. Stephanus Act. 7. Non ergo Moses incertam hoc loco Chronologiam reliquit, tantum abest, ut falsam tradat, quamcumvis ab anno 70. Thare Abrahami natalem separemus. Imò sicut Moses explicuit annorum seriem, signando natalem Arphaxad biennio post diluviū, quā intricatam reliquerat; ortum Sem, Cham & Japhet ad annum 500. Noë referendo, ita ex eo quod annum 75. Abrahamæ adjungat ad 205. Thare, satis declarasse videtur, quod obscure dixerat, narrando Thare vixisse 70. annos, tum Abraham, Nachor, & Aram genuisse.

\*\*\*

### §. III.

*Alia expositio proponitur & defenditur.*



ULTIMAM, quia Augustini tam Genes. quam lib. de Civit. Dei, amplectimur expositionem. Sic ergo Stephanum cum Mose conciliat. non ait Stephanus, postquam mortuus est Thare exijt Abraham de Charra, sed inde postquam mortuus est pater ejus, transtulit in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Intelligendum est igitur locutum Deum fuisse cum Abraham in Mesopotamia existente, priusquam habitaret in Chanaam, sed eum in Charram pervenisse Dei apud se recepto præcepto, & inde exisse 75. sui anno, Thare vero 145. anno. Collocationem ejus in terram Chanaam, non profectionem de Charram post mortem parentis factam esse, quia parens jam mortuus erat, quando emit terram, cujus ibi jam suæ rei cepit possessor esse, intelligendum est. Ex quibus sic constat expositio: Deus apparuit Abrahamæ, cum in Chaldaea esset, quam Mesopotamiæ nomine credunt significari expositores Act. cap. 7. & fuisse quondam Mesopotamiæ attributum ex Plinio annotavit Petavius. Deus igitur apparuit Abrahamæ, cum esset in Chaldaea, quam Latinus interpretis Haram appellat in veteri testamento. ( Authores profani Charram dixerunt urbem M. Crasi morte memorabilem )

13.  
Duplex  
profectio  
Abraha  
statuitur in  
Chanaam.

bilem) Exiit ergo de Chaldea & habitavit Abraham (Deo sic præcipiente) in Charram, non tanquam stabilem in ea sedem fixurus, sed præstolaturus ibi revelationem divinam, qua Deus illi terram possidendam manifestaturum promiserat. Ei se Thareus pater, & Loth fratris Aram jam defuncti filius comites addiderunt, cum eo aliquantisper in Haram habitantes, paucis diebus, ut placuit Augustino, vel quinquennio, ut Hebræis. Ibi iterato divinæ vocis oraculo, monstrataque sibi terra Chanaam, in eam profectus est, in ibique mansit, non tanquam inquilinus, quasi rerum suarum domicilium eo transtulisset, sed potius tanquam hospes & peregrinus, & ut dicitur ad Hebræos; cap. 11. fide demoratus est in terra promissionis tanquam in aliena in casulis, unde patrem grandævum idemdem officij causa revisebat, donec tandem jam patre mortuo sexagesimo post primam profectioem anno, Deus illum, ut ait Stephanus, transtulit, ibique collocavit, vel si licet sic loqui, transdomavit, duobus enim annis post mortem Thare, Sara quoque communi necessitati concessit, & Abraham agrum 400. siclis ab Ephron Æthæo sibi comparavit. Unde optime dici potest, tunc primum in Chanaanitide fortunarum suarum domicilium. Sic Nicolaus Abraham. Quæ constant ex Divi Aug. locis jam citatis.

Sed varie ab expositoribus expugnatur ista profectio. Bonfrerius sic impugnat primo. Divus Stephanus namque loquitur de illa profectioem, quæ contigit anno 75. Abraham, & hanc post mortem Thare dicit Abraham fecisse. Et ratio est, quia dicit Stephanus, quod postquam eum ex Charram Deus transtulit in Chanaam, terram istam ei & semini ejus promisit in possessionem, eamque promissionem factam ipsi, cum nullum haberet filium dicit Stephanus, sed anno Abraham 135. quo factum egressum censent exitumque Abraham de Charram, de quo Stephanus loquitur, jam Isaacum susceperat filium Abrahamus centenarius dumtaxat, ejusque ortum repromissiones omnes præcesserant, ut ex S. Stephano, & totius serie Moïsi narrationis constat aperte. Non ergo intelligi potest de profectioem facta sub annum 135. Abraham.

Hanc objectionem maximè extollunt contrarij, verum si attente legatur Stephanus, nil roboris confert in sui favorem. Duo enim & quidem apud omnes comperta dicit Stephanus, & quod Thareus mortuus erat, priusquam Abraham suarum rerum domicilium in terra promissa, certo non revertendi consilio, collocasset, & quod repromiserit illam in possessionem, & semini ejus cum non haberet filium. Hoc libenter concedimus. Sed quis inficiari potest hanc promissionem factam Abraham anno 75. priusquam liberi nascerentur, contrarijs autem, si aliquid auctoritate Stephani suadendum, hanc promissionem factam esse, postquam Thareus pater diem objerat extremum, quo tempore filios Abraham habere non inficiabor, probandum erat, sed hoc neque apparenter suadere facile erit.

Propulsat ulterius hanc expositionem Bonfrerius. In prima enim, quam nos concedimus, profectioem, fuit profectus solus Abraham, an cum omnibus? quærit, si solus relicta Sara, & familia tota apud patrem per annos 60. quomodo ex Sara in terra Chanaam genuit Isaac? Si cum Sara, Loth, & tota familia migravit in terram Chanaam, quando revisebat parentem, ubi familiam deserebat? Cui committebat uxorem? Verum hæc percunctationes nimis curiosæ sunt, ut inquit Nicolaus Abram. Quibus respondet, solum teneri nos scire, quæ constant ex textu, ex quo habetur, quod septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Haram, tulitque Saram uxorem suam, & Loth filium fratris sui, & universam substantiam, quam possederant. An autem reviseret parentem, solus an cum uxore? Non erit ignorantia, nescire, sicut an Euphratem ponte, navi, natatione, equo trajecerit, aut asino? Omnes enim quæstiunculæ istæ impertinentes omnino sunt.

Adhuc impugnat Bonfrerius, quia Genes. cap. 22. dicitur nunciatum esse Abraham, quod Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo. Ad quid ergo nuncius; si Abraham eos reviseret, & præseus hæc spectare potuisset. Verum hoc non urget, potuit enim frater Nachor occasione alicujus filij recens nati, seriem omnium con-

texere,

texere, licet non ignoraverit illos, sive ut eum certiore faceret omnes superstitios esse; sive ut fratri familiariter exprobraret, quod ille Deo cœli mancipatus, dumtaxat susceperit filium unum vel alterum, cum ipse serviens idolis duodecim liberos obtinisset, vel quia non scripsit, multis enim post Abraham sæculis usum epistolarum repertum Clemens Alexandrinus memoriz prodidit, sed nuncium miserit, qui iussus unius vel alterius ortum nunciare, reliquos adjecit de suo, licet non incognitos Abraham. Aliam tradit Augustinus expositionem. Potuit enim Abraham ignorare, quid cum fratre Nachore ageretur in Chaldæa, licet patrem residentem in Mesopotamia reviseret, desciverat enim Nachor, teste August. à paterna pietate & fraternitate, & adhæserat Chaldæorum superstitioni, & postea inde ipse pœnitendo emigravit.

Non absimilis roboris est argumentum à conjecturis, quo istam expositionem repellunt alij. Servus enim ad quærendam conjugem Isaac missus in Mesopotamiam, multa de domini sui divitijs, tanquam Bathueli & Labano incognita retulit. Si ergo ad illos profectus erat Abraham, ex ipso rescire potuissent. Secunda conjectura est. Si namque profectus esset ad suam parentem Abraham, quomodo Moses, qui omnia Abraham affectatus est vestigia, nullam hujus rei fecit in sua historia mentionem? Ut quid de tot profectioibus tam altum silentium? Denique, quoniam si attente legamus Apostolum, reperietur docere, Abrahamum cum suis in terra Chanaam habitasse ut peregrinum, & cum haberet tempus revertendi ad suos, nunquam reversum esse, imò ne de patria quidem cogitasse.

Sed hæc omnia levis esse armaturæ apparebit. Et imprimis licet Abrahamus parentem pluries reviseret, potuit de divitijs serius plura narrare, vel quia non fuerit facultatum suarum magnus jactator Abraham, vel quia in nuptijs, eum quærentur conditiones, plenis buccis etiam apud gnaros procanum opes & divitiæ prædicentur. Ad secundum pariter respondet Nicol. Abrah. Hebræis enim scribebat Moses, quibus promiserat Deus terram Chanaam, ut historiz Sacre monumentis eruditi le-

gerent Patriarchæ Abrahamæ vestigia, eaque loca viserent religiose, quæ ipse sua consecrasset præsentia. Plinius sic suum imperatorē affatur. ¶ Venit ergo tempus, quo posteri visere, visendumque tradere minoribus suis gestient; quis sudores tuos hauserit campus, quæ refectioes tuas arbores, quæ somnium saxa protexerint, quod denique tectum magnus hospes impleverit. ¶ Si Romani casam Romuli stramineam, gemmis auroque opertam tanta religione coluerunt, quid putas animi Judæos habuisse, cum longo post tempore videret, & recognoscerent, indicante Mose, loca patriarchæ non tam pedū quam virtutum impressa vestigijs; hic tabernaculū fixit, hic altare erexit, & sacrificavit. Hoc videns Moses, voluit suorum fovere pietatem, historiamque scribens, omnia Patriarchæ in Chanaam vestigia asseratus est. Cur autem in describendis profectioibus ad patrē, & Mesopotamiæ locis ejus illustratis præsentia, non eandem diligentiam haberet, causæ nihil habebat, tum quod sciret, Mesopotamiam non esse promissam Hebræis, tum quod ipso tacente res posset facile intelligi: Non enim videtur credibile, ut Tornielli verbis utar, quod Abrahamā vir piissimus ad invisendum parentem tandiu proficisci neglexerit. Hoc autem silentij argumentum debile esse in Scriptura, probavimus, cum Præadamitam repellere mus, ut inquit enim Aug. de Civit. Dei c. 2. si omnia cōmementur, nimis longum foret, & hoc esset magis historica diligentia, quā prophetica, providentia. Quot bella gigantes illi potentes à sæculo viri famosi gesserunt? quot urbes condiderunt & regna? De his apud Mosē quæ mētio? Nulla quidem sicut in nostro argumento! Neque testimoniū Apostoli quid roboris habet. Sic loquitur ad Hebræos 11. *Fide, qui vocatur Abraham, obedivit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit, nesciens quo iret*: Ex quibus colligunt, eum, cum haberet tempus revertēdi ad suos nunquam reversum fuisse. Addit Apostolus. *Fide demoratus est in terra promissionis, tanquam in aliena, in casulis*. Hæc summa verborū. Quod hic indicat verbū, quo dicere velle probetur, eum ne de patria, qua exierat, cogitasse, imò nisi graviora suppetcerent argumenta, hinc possemus etiā cōcludere, de patria cogitasse, quorsum enim in Chana-

rude morabatur tanquam in aliena, nisi quia se peregrinum & hospitem esse sentiebant; si peregrinus & hospes, citra controversiam de patria cogitabat. Non ergo ipsis ullum patrocinium adducit Apostoli testimonium.

Sed contra geminam profectionem statutam à nobis nova superest difficultas, translatum enim Abrahamum & collocatum diximus cum Augustino Stephanum explicantes, cum secundo ab obitu Thare anno emit agellum & speluncam duplicem in terra Chanaam, cujus ibi tunc suæ rei coepit possessor esse. Sed si legatur Stephanus, negare videmus expresse eum in terra Chanaam, etiam pedis passum habuisse. Augustinus quæst. 57. in Gen. ab hac difficultate nos expedit duplici via. Cum dicit Stephanus, *non dedis illi hereditatem*, ea est intelligenda hereditas, quam Deus muneri suo

fuerat daturus, non empti pretio, quare dici potest Abraham translatum, collocatumque fuisse in Chanaam, cum illius agelli tanquam sui rei coepit esse possessor, quamvis eum non hæreditatis nomine, sed emptionis pretio possideret. Vel tandem collocatum Abrahamum fuisse, cum longo post obitum patris temporis intervallo natus est Jacob, ad ejus universum semen terræ illius hæreditas pertinebat.

Ex quibus omnibus facile conciliatus Stephanus manet cum Mose, statutis duabus profectionibus illis, altera, cujus meminit Moses, nuda ac simplici sine certo manendi consilio, altera, qua stabilem fixamque in Chananitide sedem collocavit, quam Stephanus refert, hanc post obitum patris anno Abrahæ 125. alteram anno 60. ante Thare mortem, & 75. Abrahæ constat contigisse.

Genes. cap. 11. *Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad biennio post diluuium, qua inundatio integro duravit anno. Ex quibus inferitur Sem non fuisse centum annorum tempore diluuij.*

Gen. cap. 5. v. ultimo. *Noë vero dicitur, cum quingentorum esset annorum, genuisse Sem, Cham, & Japheth.* Gen. 7. *Noë dicitur fuisse sexcentorum annorum, quando diluuij aqua inundaverant terram. Ex quibus deducitur: Sem cum incepit diluuium; fuisse centum annorum.*

### §. I.

#### Conciliatur antilogia.

14.

**I**X textibus nostræ antilogiæ certum est Sem genitum fuisse cum Noë esset quingentorum annorum, quare Moses in fine hujus quinti capituli recensuit filios Noë, non quod omnes illo anno quingentesimo nati fuerint, sed quod ante illum annum quingentesimum vitæ Noë, nullus eorum sit progenitus, quia eum iterum eos genitos, memoraret Moses, nullam temporis mentionem fecit, solumque retulit eorum nativatem intra hoc sæculum contigisse. Merito autem inter antiquos patriarchas recensentur Sem, Cham, & Japheth, quia per hos universum genus humanum, à generali diluuiio servatum, restauratum, & propagatum est. Jure etiam additur *Noë cum quingentorum esset annorum quia cum nullus ex precedentibus patriarchis fuerit post ducentesimum sui*

parentis natus; hi tamen tres filij Noë non prius sunt procreati, quã ejus genitor quingentesimum attingeret annum, differentia notabilis est, ut in laudem Noë continentia merito Sacrarum literarum monumentis signanda fuerit.

### §. II.

#### Difficultates hujus expositionis enervantur.

**D**IFFICILIS redditur similis 15. textuum concordia, primò, quia eodem modo intelligi possunt, quæ de alijs patriarchis habentur. Adamum nempe non genuisse Sethum antequam esset centum & triginta annorum, sed postea, & sic tota Chronologiæ machina rueret. Verum maxima est differentia, quia in alijs mox adjungitur, quot annos prole genitã parens vitam produxerit, quot denique totius vitæ periodũ absolverit

absolverit : quod non fit in nostro textu ; verbi gratia Adam dicitur vixisse 130. annos priusquam Seth nasceretur , inde octingentos totiusque vitæ spatium 930. annis comprehenditur. Ordo verè temporis Noë ad diluvium deducitur , tum à diluvio ad Arphaxad , nam imprimis ponuntur anni 600. vitæ Noë , finiente diluvio Gen. 7. v. 10. adjuncto cap. 8. ver. 13. deinde numerandi anni 350. quos Noë post diluvium transegit Genes. 9. v. 28. ac tandem summa totius vitæ colligitur 950. annorum , ibidem versu 29.

Secunda difficultas est quia colligitur ex concordia textuum , aut Sem non esse trium , nempe Cham , & Japheth natu maximum , aut nullum ex illis esse anno 500. Noë genitum , quorum utrumque videtur absurdum.

Rab. Eliezer Asquenazi , uno & eodem partu natos fuisse Sem , Cham , & Japheth , sed prius in lucem editum Sem , expresse tradidit. Cum ergo quingentorum esset annorum Noë completorum , & plures haberet menses genuit filios , sed nondum natos usque ad annum 501. diluvium incepit cum jam haberet 600. annos Noë , unde Sem post duos annos inicij diluvij genuit Arphaxad , & habuit centum annos initio anni primi diluvij , post unum enim completum , & alium inceptum habuit centum annos Sem , vel ad minus tetigit centesimum annum.

16. Abulensis , Lyranus , & Rabbi Salomon Japheth putaverunt natu maximum , Cham medium , minimum autem Sem , unde Noë anno 500. genuit Japheth , Chamum 501. ac denique Semum 502. qui sic centenarius biennio post diluvium invenietur. Quod prius Scriptura memoret Sem , quam fratres suos , non arguit ( inquit ) quod major ætate sit , sed quod primus dignitate , meruit enim esse Rex Jerusalem , & vocari Melchisedech , idest Rex justitiæ , cui primus obtulit decimas Abrahæ. Unde illud Genes. 25. *Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis Sem ,* explicant Rabbinii , idest in scholis Sem ,

Cham vero vocabitur minor propter vilipendium , quo usus est in parentem , quod lucem accipit ex Gen. c. 10. ubi primo loco referuntur filij Japheth , & Cham , quam liberi Sem ; Aben Ezra ait : vidit verenda patris , sed filius ejus Chanaam aliud pejus patratus fuit scelus , quod silentio cõmittit Scriptura. Unde illud , *cum didicisset , quæ fecerat filius eius minor.* Non ad Cham sed ad filium ejus minorem referri debet , & sic maledictio , non Cham , sed filium ejus Chanaam comprehendit. Unde Cham , Sem minor natus non fuit

171 Tenendum autem est cum Vulgata , Sem majorem natu fuisse Cham , & Japheth. Ad difficultatem ergo dicendum , vel Noë non coepisse generare anno sui 500. præcise , sed 502. eoque biennio post diluvium fuisse centum annorum ; vel Sem illo anno post diluvium , quo genuit Arphaxad , non fuisse centum annorum præcise , sed centum & duorum , cum Sacra Scriptura minutis numeris prætermisissis rotundum numerum dumtaxat soleat commemorare , sic Petavius lib. 9. c. 17. Ex quibus certum est anno quingentesimo Noë nullum filium natum esse , sed velle solum Scripturam hos tres filios natos fuisse post quingentesimum annum Noë. Neque Sem majorem esse natu fratribus suis , ea sola conjectura , quod Sem prius nominaverit Scriptura , censco , licet suadeat nostram sententiam , quod Noë in benedicendis filiis Semum Japheth prætulit , ut primogenitum , aut natu majorem. Sic enim Jacob in benedicendis filiis à Ruben inchoavit primogenito , quamvis is peccatis suis primogenituræ amiserit jura. Jacobum imitatus est Moses , quod convincit illa cum patre Josephi disputatio. *Non ita convenit pater , quia hic est primogenitus.* Sed ea potius ratione , quod cum de Japheto dumtaxat possit esse dubitatio , expresse Scriptura vocat Semum Japheto majorem , sicut verit Tigurina , & utraque Chaldaea Paraphrasis.

Genes. cap. 11. *Dominus descendit ut videret.*

*Deus omnia videt , & loco non movetur.*

Chrysol. ¶ Vide , inquit , quomodo more humano Scriptura loquitur , non ut humano more intelligamus , sed ut per hoc erudiamur , nunquam temere fratres condemnandos , neque auditu solo iudicandum. ¶

\*\*\*\*\*

## EXPLICATIO

Cap. 11. in sensu Morali.

S. I.

Non temere à iudicibus est  
credendum.

18.  
Iudices non  
temerè cre-  
dant.

**L**EXERAT antea Dominus cla-  
morem Sodomorum multiplica-  
tum esse, & nihilominus prius descen-  
dere, proprioque obrutu voluit vide-  
re scelera Sodomorum quam inflige-  
ret pœnas; Ad cœlum usque clama-  
bat eorum luxuries. & supplicium  
contra nefandos identidem postula-  
bat, & tamen prius videt, prius exa-  
minat, sed quasi non fideret aurium  
informationi, ut proferret sententiam,  
tres iudices Angelos misit ut scelera  
videant, visaque puniant: Hi autem  
prius Lot coactus amaritudine cordis  
duas filias violandas promisit, quam  
cœcitate percuterent Sodomitas, ut  
formam iudicibus Deus daret non  
præcipitandi sententiam, sed agen-  
di omnia, inquit Abulensis, cum  
plenissima probatione; Quoniam si  
sententia non maturè digeritur, nec  
crimen perpenditur, injustè profer-  
tur: Prou. cap. 35. assignantur dotes  
rectissimi iudicis: *Nobilis in portis vir  
ejus, quando sederit cum Senatoribus.*  
Complutensis legit: *Considerans in  
portis vir ejus.* Ideo nobilis Senator,  
quia considerans, & perpendens prius-  
quam proferret sententiam; ideo  
constituit in portis tribunalia Deus  
præceperat. *Constituite in porta ju-  
dicium, ut à iudicibus noscerentur  
crimina, quæ publica forent, & sic  
manifesta crimina plecterentur: Ideo  
ut puniretur blasphemus præcepit  
Moyles, ut singuli super ipsum ma-  
nus imponant, & postea lapidibus  
obruant, ut non solum videant, ve-  
rum manibus contrectent delicta,  
priusquam puniant. Etiam ipsum Dx-  
monem Deus interrogavit; Unde ve-  
nis? Quare quasi nesciret requirit?  
Quoniam diabolium reprehendere vo-  
luit: *Commovisti me adversus eum.* Ideo  
ab ipso voluit audire quod Deus non  
ignorabat, se nempe ex domo Job*

advenire; ut doceat iudices non te-  
merè proferre sententiam, neque  
plectendos nisi reos auditos, & simul  
convictos, aliter damnabitur inno-  
centia, & flagellabitur sanctitas, sicut  
accidit Divo Paulo, quem iussit Tri-  
bunus duci in castra, & flagellis cædi.  
*Ut sciret propter quam causam acclama-  
rent ei, prius flagellavit, deinde cau-  
sam criminis requisivit.*

Quinimmo docemur non ex ijs <sup>19.</sup>  
quæ audiunt, sed ex eis, quæ intuen- <sup>Iudices</sup>  
tur iudices esse movendos: Tres illi <sup>non audiri</sup>  
Magi Dominum adorare venerunt, <sup>sed oculis</sup>  
illico autem ac Hierosolymam fuerunt <sup>gubernan-</sup>  
ingressi, disparuit ipos ducens stella, <sup>tur.</sup>  
quasi indicaret cœlum, inquisitio-  
nem quam reges in curia fecissent,  
non fuisse Domino gratam, ideo stel-  
la lumen abscondit: Sed quare in-  
quisitio à Regibus facta ex Domini  
desiderij vehementia non benè audiit  
apud cœlestes? Non fuit piaculum  
personale regum Hierosolymis in-  
quisitio, sed scœdavit Principum regum-  
que munus interrogare ab aulicis He-  
rodis, ubi natus sit Christus; Re-  
ges erant, & hos oportet auditu  
non gubernari, sed visu, ideo acci-  
pere meruerunt stellam, ubi autem  
Hierosolymam ingressi interrogarunt  
de Christo auditu indicantes se velle  
duci, disparuit stella quia facti sunt  
cœlesti lumine indigni, quia à iudi-  
cibus, & Principibus lux divina re-  
cedit, si attendant auditui, cum vi-  
sus manifestat eadem, quæ requi-  
runt.

Periculosum est munus ministri,  
ideo examine est opus, ut reum au-  
diat, causam trutinat, ut proferat  
sine temeritate sententiam; De mi-  
tentibus rete, quibus iudices com-  
prehenduntur, dicitur secus litras se-  
disse; *Secus litras sedentes.* Quare  
hoc? Quoniam munus eorum erat  
judicare inter bonos & malos, justos  
absolvere & sceleratos dampnare: *Ele-  
gerunt bonos in vasa, malos autem fo-  
ras miserunt.* Ideo referuntur seden-  
tes, quia non nisi examine prævio, &  
temporis interposito spatio licet ali-  
quos reprobare, & per sententiam ex-  
cludere à regno.

Divus Gregorius lib. 34. Mor. cap. 3.  
explicans illud: *Venite confundamus  
linguam eorum* inquit. Etenim si ma-  
lorum unitas noxia non fuisset, ne-  
quaquam

quaquam divina providentiâ super-  
bientium linguas in tanta diversita-  
te dissipasset; si malorum unitas noxia  
non fuisset, de sanctæ Ecclesiæ ho-  
stibus Propheta non diceret: *Præci-  
pita, & divide linguas eorum*. Vidit  
Isaias spiritu prophetico pacem, quæ  
post varia curricula temporis, fun-  
cturâ erat Ecclesiâ, & inquit: *Et pa-  
cis ejus non erit numerus*. Improprîè  
significatur jugem futuram pacis, cum  
expressius diceretur perpetua, si ca-  
rentia finis explicaretur; dicente Pro-  
pheta: *Et pacis ejus non erit finis*. Qua-  
re ergo inquit, quod pacis non erit  
numerus? Optime Isaias pacis expli-  
cavit durationem perennem, dicens  
numerus non habere, idem enim  
est numero pacem carere, ac finem  
nullum habere, cum multiplicantur  
namque paces, finis pacis accedit,  
cum binæ separantur paces, hinc una,  
& altera illinc pugna est nimis hosti-  
lis, quid enim aliud duo exercitus  
sunt, cum instant committere pug-  
nam, nisi duæ paces ad invicem se-  
paratæ, quarum cum una pugnat,  
propugnatque altera, Musica est sym-  
bolum pacis, cui non tantum obest  
unius mensuræ defectus, vulgo *com-  
pas*, quantum noceant duæ mensu-  
ræ oppositæ, quò enim mensuras  
mûltiplicaveris, eò musicam discor-  
dabis.

De sceleratis loquens paterfamili-  
as: *Colligite*, inquit, *zizania, & al-  
ligate ea in fasciculos*. Quæ pœna est  
ista? Augustinus quæsit; si combu-  
rere præcepisset zizania, condignum  
scelere iniqui patrentur supplicium,  
sed in fasciculos accuratè componi  
hoc idem contingit bonis seminibus;  
atque tritico: Verum, ut inquit  
D. Augustinus, idem est, quod zi-  
zania in fasciculos alligentur, ac quod  
inter se comburantur; fasciculus enim  
est symbolum pacis, si ergo multi-  
plicantur fasciculi, dividuntur & pa-  
ces; maneat ergo fasciculi sic alli-  
gati, eo enim ipso ulla absque dili-  
gentia fasciculi comburentur, illa  
enim unio non unitos, sed conserva-  
bit divisos, unio qua ligari videntur,  
non est concordia, sed est divisio, ex  
illis obstinatio aliquorum est veluti  
ferrum acutum, aliorum durities est  
velut silex, ex ictibus ferri acuti &  
silicis quid sperabis nisi scintillas? &

ex scintillis palææ vicinis; quid ni-  
si combustio, & incendium? Idem  
ergo est zizania in fasciculos dividi,  
ac comburi, & succendi: Non jubet  
Dominus messis, inquit Aug. accendi,  
*non nescis quod igne ipso fasciculi col-  
ligantur?*

### SVPERIOR BENIGNVS

*fit, sed mansuetudini miscet*

*Rigorem.*

Difficile dictu est (dicebat Tullius  
libro secundo off.) quantopere conciliet  
animos hominum, comitas, affa-  
bilisque sermonis. Sine hac nullum  
socialitatis, & vinculum amicitiae est.  
Ex ijs oritur longè valentiorè amo-  
rem, quam timorem ad imperandum  
liberis esse. Posuerat discipulus Elisæi  
baculum super puerum, sed non plus  
in puero, quam in baculo sensus. Sed  
ubi Elisæus ipse convenit, continuo  
redit ad vitam infans. Unde hæc. *Pos-  
uit os suum super os ejus, & manus  
suas super manus ejus, & incurruvit  
se super eum, calefacta est caro pueri.*  
Quæ omnia indicant non baculo sub-  
ditum rigideque tractandum, sed man-  
suetudine gubernantis vincendum.  
Liberi qui nascuntur ab alijs imperari  
agrè ferunt. Nemo (inquit Hiero-  
nymus Epistol. 62. ad Theophyl.) plus  
impetrat à libero, quam qui servire  
non cogit. Errant qui procaciter im-  
perant, & sine necessitate gladium  
auctoritatis educunt. Non superci-  
lium Principem venerabilem reddit;  
sed suavitas. Viginti quatuor illi se-  
niores reges erant diademate corona-  
ti, scepra regum cytharæ erant. *In cy-  
tharis suis*. Quare cythara sceprum,  
& non aliud musicum instrumentum?  
Quoniam omnia alia instrumenta vio-  
lenta manuum percussione pulsantur,  
cythara vero calami suavi contactu,  
ideo pro scepro cytharam Principes  
tenent, quia Principem non tam maje-  
statis potentia, quam suavitas imperan-  
di amabilem reddit.

Hoc indicat ira, qua Dominus ac-  
census est contra Mosem. Siti labora-  
verat populus, aquam frustrato labore  
quærens, sed afflictione temperans de-  
tractione. Moles autem bis petra per-  
cussa aquas eduxit largissimas. Sed indi-  
gnatus est Dominus, diemque illum r-

rationis, aquas traditionis vocavit. Quare ergo ipse textus, *Loquimini ad petram, & illa dabit aquas*, Dominus imperavit. Si ergo silex voci dumtaxat obedit, ut quid baculus? aut quid provocas scipione? omnipotentiam quidem vi extorta non comprobant mirabilia, sed benigna, mansuetaque voce miracula celebrata. Ideo contradictionis aquae appellantur, quoniam observantia, quam rigor inducit, nil est minus, quam quod apparet, non est obedientia, sed repugnantia. O quot in homines lenitas modestiae valerent, quos perdidit rigor, & divulgavit asperum supercilium.

Voces loqui praecipit Deus, non percussore baculo.

Ex quibus constat Moysen optimum Principem mansuetissimum esse, potiorique jure, quam alium affabilitate teneri, Dei namque gerebat vices, *Constitui te Deum Pharaonis*, qua nullus posset dignitate honorari, si non lenitatem erga inferiores manifestasset. Quærent communiter expositores quare Dominus apparere voluit in rubo, arboribus alijs contemptis? Cui inter alios clarius respondit Rupertus. *Ne videlicet Aegyptij faciles ad credendum arborem adorarent*; in novos cultus erant Aegyptij proni, & Israelitae dediti idololatriæ, arbor autem tam mirabilis illa, quæ ardebat, sed incombusta, invicta igni, & à flamma non superata, cultum errore inferiori exposceret ab ignaris. Quid ergo fieri securius potuit, ut periculum arbor illa vitaret, nec incitiæque genti occasionem errandi præberet? Dominus sapienter præcavit apprensus in arbore rubi, cæteræ enim aut fructibus onustæ hominibus sunt delectabiles, aut visui foliorum pompa sunt pulchræ, sola rubus visum reliquosque sensus offendit, qui se illi approximat stimulis pungit, & qui illam inconsultè leniter tangit, spinis dilaceratur. Apparuit ergo Dominus Deus in rubo, ut periculum vitaret idololatriæ, quoniam cæsi prodigium omnium maximum viderent celebratum in rubo, nullus illum crederet esse Deum, quem non comitate, benignitateve ornatum, sed spinis, & tribulis respicerent septum. Vnde si quando visione mirabili attracti decernerent cultum præstare, illum cohiberent cum penitentia, rubi asperitati simul intenti.

Neque cum benignitate divina op-

ponitur ejus iustitia, Dominus enim mitissimus ac misericors fecit potentiam in brachio suo, & post tentatam benignitatem verberibus percussit peccatorem, & alios terret supplicijs. Apocalyp. enim vocatur non semel agnus, agnum viderat Joannes (inquit Bern.) agnus occisus est, agnus accepit librum, agnus aperuit, agnus denique dignus est accipere fortitudinem, & nihilominus apparuit similiter leo, agnus mansuetudine, sed leo etiam fortitudine commendatur, frequenter agnus socialitatis humanæ gratia debet esse superior, homines non belluas se regere putans, sed sit aliquando leo, ne lenitatis causa contingat auctoritatem levitate labefactari, legesque contemni, rigidus sit aliquando, cum dicere valeat; *Zelus domus tua comedit me*. Agnum adorant quia prius leonem timuerunt, qui leo cum sit se ostendit mansuetudine agnum subditorum conciliat venerationes, timent enim, cum vident posse faciem leonis manifestare, Princeps ergo sit leo, ut subditis infundat timorem, quamvis frequentius mansuetudine fiat agnus, ut ab inferioribus adoretur. Aegyptij super caput Principis, & regentis leonis magnitudinem delineabant, inveniunt: validis & rigidis vocibus subditos reducendos ad vitam, veluti leo facit, natura docente rugibus semimortuos leunculos natos integrè reddere ad vitam.

Superior rigidus sit aliquando.

Regis titulus impositus est capiti Christi, quo inclinato à titulo Dominum recessisse sensit D. Augustinus. Quare ergo misso spiritu fugit à titulo Crucis Christus, cum vivens non permiserit separari, neque Judæis anxie sollicitantibus, à cruce deponi? Existimo Christum Dominum, cum vixisset, caput à cruce non separare, ut titulus regis, & superioris, tam capillis, quam spinea corona velatus, hominibus celaretur, misso tamen spiritu, ab omnibus desiderans conspici, separat caput à cruce. Quare autem vivus titulum cupit celari, & defunctus omnibus patefieri? Ratio est, inquit Hilarius, quoniam cum viveret obtulit, tanquam ovis ad occisionem ductus est, & cruce suspensus nullam iudicis verbum amaritudine mixtum emisit, aut enunciavit querelam, ac cum Patri tradidisset spiritum, exclamavit

thavit voce magna, rigorosam reddidit vocem, ut subjugaret sibi univcrsum, cum ergo obmutescit (hoc dictum sit in superiorum exemplum, Dominus enim nunquam defecit à fortitudine, neque silentio simulavit delicta) superioris titulum celat, & dumtaxat cum voce magna clamat, titulum cunctis propalat, ut discerent homines parum consulere muneri superioris silentio scelera simulantes.

O quot miracula superioris operatur valida vox; Quot, cum essent gelida mortis imago, validæ vocis miraculo ad vitam repente sunt suscitati? In Spiritu Ezechiel ductus à Domino in campo cadaveribus pleno ossa varia sine ordine vidit, quibus confusio populi repræsentabatur. Quis posse suscitari, aut in ordinem coadunari reipublicam omnino confusam credet, aut sperabit? Nullus? Clama ergo, inquit Dominus: *Ossa arida audite Verbum Domini?* Propheta clamavit, & continuo, *factus est sonitus prædicante me & ecce motio, & accesserunt ossa ad os, & singula loco successerunt proprio & ingressus est in ea Spiritus vitæ, & vixerunt.* En validæ vocis miracula. Etiam si populus dictis jaceat defunctus, scandalis sit incensus, & cuncta sine ordine confusionem in omnibus pariant, si clamer quasi tuba superior, iasterque opportunè, impotuntè, irrumperet iniquitates propriisque locis succedentia reipublicæ singula membra vitam de novo recipient, & in eis vitæ Spiritus erit. Hinc damna, quæ patitur mundus oriuntur, ut merito dici possit: *En scutum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt, omnes tenent gladios, & uniuscujusque ensis super femur suum, non in manu, sed super femur non vibrant, sed in signum symbolumque justitiæ otiosè cingunt gladium, & arma.*

24. Parum proficiunt in Principe virtutes, & perfectiones, si neque vitia coërceat, neque imperfectionibus subditorum attendat. Mosem voluit Angelus interficere. Nullam reperit S. Petrus Damianus imperfectionem in Mose, cujus filius non circumcissus erat, verum justam pœnam dedisse affirmat, absurdum quippè fuerat, si videretur gentilis in filio, qui erat in semetipso Israëlita. Parum refert quod parens herus & Princeps virtutibus

sint ornati, si filij, subditi, & servi sint sceleribus irretiti; Parum prodest Principi quod appareat Christianus atque perfectus; si subditi vivunt tanquam Gentiles. Deserat contemplationem qui ut subditos regat, insistere debet actioni, fugiat aliquando quis solitudinem, cum opus est, quod agat in foro, increpet & communi bono deserviat, sicut fecit Natham. Adonias filius Aggith eleuabatur dicens: *Ego regnabo* exercitum congregavit, & pro illo tubas populus claxit, nomen Adonias resonabat ubique; & hoc contigit vivo, & præsentè David. Quo tenderent omnia, nisi Natham solitudinem deserens de hoc tumultu monitum non faceret regem. *Num audisti,* inquit, *quod regnaverit Adonias filius Aggith & Dominus noster David hoc ignorat?* Si ergo hoc ignoravit David, quid miri, quod Principes alij delictis dediti nesciant quod actum est suo regno, nisi frequenter interrogaverint? Quid sperant, qui voluptatibus traditi clavum reipublicæ veluti gravissimum pondus excutunt. Finxit Gentilium antiquitas Apollinem utriusque Emisspherio lucem æqualiter divisisse, sed cum intensus nympham spectasset Leucothoen, contigit aliquando occidere serius, quandoque citius oriri, emisit genus humanum querelas.

— *Quique omnia cernere debes  
Leucothoen spectas, & virgine singula  
in una,*

— *Quos mundo debes oculos.*

Maxima subditis calamitas est, quod Sol, & superior radios abscondat, sedis voluptatibus captus. Triste mortalibus est, quod horis aliquibus Sol impeditus à Luna obscuretur, & vegetativis nocivum, quoniam redderentur steriles agri, & marcescerent plantæ.

DEVS ADHVC CVM PVNIT,  
Misericorditer punit.

25. Hominum superbam audaciam confusione linguarum punivit Deus: Sed quare hujusmodi pœna? Benignus Deus, respondet Procopius, ipsorum misertus, ne fortè vano, & inutili labore atterantur in hunc modum ipsis seras induxit. Compassus Dominus est

est homines in vanum laborare turrim ædificando, Deus enim adhuc in suppliciis manifestat misericordiæ vestigium. Primos parentes plectitur Deus, & sic minatus est Evæ: *In dolore paries* Quare fecunditatem minatur, cum hæc fuerit anxie à foeminis desiderata felicitas? Deut. cum vellet benedicere populum promisit Dominus fecunditatem mulieribus: *Non erit sterilis*: Quare ergo imponitur ut supplicium, quod foeminis anxie desideratur? Quoniam in visceribus supplicij miscet Deus misericordiam, nec unquam pœnam infligit, quin exhibeat benignitatis favorem, ideo *In dolore paries* minatur Evæ, dolores incurrit, quod pœna est, sed hanc comitatur fecunditatis singularissimus favor *paries* ut possit cruciatus dolorum pavere; sed simul de fecunditate lærari: In terram ibis in pœnam sceleris primi inquit Deus Adamo, pœna apparet, sed est beneficium, quia cum terra hominis patria sit, non est exilium hominem mittere in terram: Vindicem Deum describit Zacharias, & duas mulieres, quæ volabant proponit: *Et habebant alas, quasi alas milvi. Alas ciconia* vertit hebraica translatio, si milvi, quare ciconiæ? Quia ut pietatem Aegyptij describerent, pingebant ciconiam, & matrem pietatis habebant, ut ergo innoverent divina supplicia redolere pietatem, alas ciconiæ induere mulieres Zacharias narravit, cum supplicij divini demonstravit rigorem. Unde Psalmista rex dicebat: *Deus meus misericordia mea*. Quasi Deum in misericordiam diceret versum, sicut Gentiles suos Deos transmutatos esse fatentur in leonem, aurum, & ursum.

Cum jam diluvij decreverent aquæ misit Patriarcha columbam, quæ rostro ramum viridem portavit olivæ: *Portans ramum olivæ*: Sed quare in illa universæ naturæ miserabili clade, ubi cuncta arborum genera florum, & fructuum ornamentis viduata gemebant, cunctæque plantæ vitali vigore spoliatæ mundi universalem ruinam marcescentes plangebant, sola oliva suum conservavit virorem? Quare cum tempestate diluvij mirrha, & aloe, fistula, & cassia aromaticæ species procellosis fluctibus pereunt, cypressus, & cedrus, quarum venustatem nullus ventorum impulsus depo-

nit, violenta aquarum agitatione extirpatæ sunt, sola autem oliva vivida sua mansit radice? Eusebius Emisenus respondet; Quoniam oliva Dei erga homines misericordiam designat, sive homines persecutionum pelago fluctuare videantur, sive laboribus, medijsque aquis tribulationum quasi perire à justitia verberati, oliva misericordiæ divinæ desuper semper natabit, neque peccatis extinguitur, neque criminum malicia marcescit, sed suum semper virorem conservat: Magna est virtus inquit Eusebius hom. Dominicæ 3. post Pent. misericordia, & omnibus alijs virtutibus superest, unde & per Prophetam dicitur suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus; Et benè apud Græcos oleum dicitur, sicut enim liquoribus oleum, ita in bonis operibus misericordia superest, quemcunque enim liquorem in oleum infundas, oleum semper desuper natat, oleo baptismus sanctificatur, oleo Ecclesia conservatur, nos quoque oleo ideo sumus semper inuncti, ut semper misericordiam memores simus; Quamvis enim hominis excresecat nequitia, semper superat divina supplicia, in eisque resplendet misericordia divina: O bonitas Dei infinita, neque ut omnipotens Deus sit, neque ut sapiens & infinitus, & sanctus indiget creaturis: Unde Psalmista rex: *Deus meus es tu quoniam honorum meorum non eges* sed ut misericordis attributum nobis oscitanter intelligentibus manifestet, indiget quasi nostra miseria, hæc namque centrum est, in quod propendit misericordia divina. Unde inquit dulcissimus S. Fraciscus Salesius miseriam nostram thronum esse misericordiæ. Ideo ergo etiam desævians in corruptam hominis universam naturam, olivam pignus misericordiæ reliquit in pelago illo, quo justus fluctuabat Noë ab undis penè naufragus agitato à ventis, impetuosè repulsus & à terra inimicè receptus, quando pericula undique circumibant, apparuit oliva misericordiæ divinæ semper virens, in laboribus requiem & pacem promittens in elementorum militia, ut inquit Arat. in lib. 2. in Act. Apo.

— *Rostrique modesti*

*Pignus olivæ fuit dilectio sæper in ore  
Fructum pacis habet.*

Quem

25.

Quemadmodum enim Monocerotē aiunt furiosam belluam & robore immani præditam, ad pudicæ virginis intuitum mansuescere, ita iustitia pravo impetu ruens ad maleficia puniendâ occursum misericordiæ placatur, atque ut victa hastam proijcit, & adhuc supplicij rigorem superexaltat misericordia. Inter alias plagas, quibus Deus flagellavit Ægyptios, sciniphes ex pulvere fecit; hanc autem dumtaxat plagam supplicium appellarunt divinum; *Digitus Dei est hic*. Quare supplicium Dei appellarunt? Quoniam dum pungunt mulcent, dum fingunt alliciant multitantque voce monent; ideo crediderunt supplicium esse divinum; cui proprium est comitem misericordiam habere, & non tam ferire, ut flagellet, quam flagellare ut emendet. Ideo magi Ægyptij plagas valebant producere sed ut tollerent virtute carebant, Moyse autem plagis affligebat Ægyptios, sed pariter suspendebat. Quare hoc? Quoniam Moyse vicarius Domini erat: *Constitui te Deum Pharaonis*, ideo minister rigoris divini plagas imponebat, non ut affligeret, sed ut emolliret Pharaonem, magi in virtute dæmonis apparentia operabantur prodigia, ideo virtutem obtinuerunt ad affligendum, sed ad sublevandum penitus deficiebat potentia, Deus enim non punit, ut crucietur, sed ut corrigat virgam applicat misericorditer correctionis; unde in ipsis flagellis misericordia mirabiliter micat.

26.  
Superat  
misericor-  
dia iusti-  
tiam.

D. Jacobus oculos in Deum misericordem ficebat dicens: *Superexaltat misericordia iudicium* Græca vox aliquid expressius dicit: *Exultat, & gloriatur adversus iudicium, & severitatem*. Misericordia quasi victrix, & triumphans ante currum suum ducit Astræam, vinclis adamantinis colligatam, abjectam, & decolorem, inquit eleganter Cresolius, fracta lancea, gladioque refo, & rubiginante: Hanc quasi Trophæuchus imperator nomen adoptavit Deus, ut pater misericordiarum diceretur; quod præstat malitia, melior est, fortiorque malitia: *Numquid in æternum proijcet Deus? aut continebit in ira misericordias suas?* Alludit ad id, quod contingebat in bello, solebant enim olim vrbes, castra, exercitus *coronâ cingere*, hoc est militum copijs circum ambire, ut undique

fieri impressio, velut includere recti, quod exponens Silus Italicus muros inquit.

— *Telis in morem indaginis ambit*  
Hoc idem voluit innuere Psalmista *continere in ira* ex Hebræo vertunt, claudere, hoc est cingere undique militari corona, & obsidere, quasi iræ divinæ legiones circumvallare undique misericordiam; & premere videantur; An, inquit Psalmista, Deus continebit in ira, & undique circumvallabit misericordias suas vinci metuentes? Neutiquam: Erumpet, & emicabit Dei clementia, & e medio hominum scelerare peter lauream: sit mundus immundus, & fordibus suis involutus maculati homines, erecta iustitia, potentia formidabilis, rubeum fulmen jam ad feriendum paratum, tamen cedant necesse est misericordiæ, quæ nec vinci, nec vinciri potest: Ideo cum punit dolore tangi dicitur, & quodammodo angere animo, & ex cruciari: *Non parcat ut pateat*, D. Hieronymus, *non miseretur, ut magis misereatur*, Est enim eximie misericordiæ opus ruentem, & præcipitantem in sempiternas calamitates, manu cohibere, & væcordem velut filium paternæ cohibitum ira, in gyrum modestiæ salutisque revocare, ut inquit enim D. Augustinus: *Etiâ vindicans propitius fuisti*.

*Venite & confundamus*: Benè non ait inquit D. August. lib. 17. de civit. Dei cap. 5. *venite & confundite, sed confundamus, ostendens se ita operari per ministros, ut sint etiam ipsi cooperatores Dei*. Maxima namque est Reipublicæ strages, quando incio Principe iustitia vindicativa exercetur: Postquam Cæsar atque Pompejus mutuis civilibus bellis incendissent Romam, quadam die cum Sol maximè crevisset ardore, repente exorta est in nubibus horrorem incutiens tempestas, timebat horrens, & pavens Roma Jovem velle penitus perdere civitatem; Hoc iudicium quidam delusit Poëta dicens: non timenda fulmina Jovis, sed solum timendum, *quod tonet calum ignaro Iove*; quod furæ infernales fulmina vibrent ignaro Jove: Hæc maxima est Reipublicæ strages, quod pereant subditi, & superiores ignorent, quod effundant inferiores suspiria, & clamor ad Principes non perveniat.

PRINCEPS

*PRINCEPS INVIGILET  
ministeris, & cum illis ponat rationem.*

27. [Quidem ( inquit Salviandus lib. 4. de Libet. Dei ) omnium aliud dignitas sublimium, quam proscripio civitatum? Aut quid aliud quorundam quos taceo, præfectura, quam præda? Nulla siquidem major pauperulorum est depopulatio, quam potestas: Ad hoc enim honor à paucis emitur, ut cunctorum vastatione solvatur: Reddunt miseri dignitatum pretia, quas non emunt. Commercium nesciunt, & solutionem sciunt, ut pauci illustrentur mundus evertitur; unius honor orbis exçidium est: Denique sciunt hoc Hispaniæ, quibus solum nomen relictum est.] Hæc vir sanctissimus: Hæc omnia majoraque damna generat Principis somnolenta desidia, errat qui existimat onus principis in primo ministro recidere oportere, potius namque aggravat pondus. Primum & præ cæteris dilexit Christus Dominus Joannem; *Quem diligebat Jesus erat à latere primus. Valido.* Sed non ne levavit onus Magistris mortis angebatur angustijs, turbatus erat in menta prædicatoris cõspectu, quid in tanta afflictione operatus est Joannes? pondus non levavit, sed auxit, cor Dominicum strinxit, pectusque oppressit: *Supra pectus Domini in cana recubuit.* Oneri, quo fuerat Christus gravatus, auxit capitis pondus, ut cor Principis magis comprimeretur; (moraliter intellige dictum) primus ergo minister non temperat molestias regiminis, sed auget, quoniam huic convenientius Princeps invigilare tenetur, quam cunctis totius imperij. Hac nititur vigilantia regia potestas, plures in longitudine manuum constituunt majestatis splendorem: *An nescis regibus longas esse manus.* Verum Manutius in adag. ex Xenophonte lib. 8. Cyrop. in auribus, & oculis, tradidit esse sitam: *Multa regum aures atque oculi.*

Ad apicem honoris evexit Assuerus primum ministrum Aman, ad tantam gloriam elevavit extraneum, & alienigenam virum ut plus quam rex coleretur à subditis, verum ingratus in tantum arrogantia tumorem sublatus est, ut regno privare nos niteretur. sed unde in homine peregrino tantus superbiæ tumor? Quoniam, ut plures sentiunt

apud Pereir. in Dan. & Sallianum anno 3590. Assuerus fuit Artaxerxes Longimanus, dexteram enim nimis longam obrinuit, verum oculos à regimine averte, & à primo ministro, manum habuerat ad signandum sigillo conscripta à principali ministro, sed oculis omnino carebat ut perlegeret literas, ministri scrutaretur actiones, & penetraret abdita cordis, ideo Aman conspiravit in regnum, Princeps namque qui erga primum ministrum longimanus est, & non Argos, indefensus existit ut primus vassallus capiti regio molliatur insidias. Ubi Tiberius totius imperij regimen commisit Sejano, oculosque ab eo subtraxit, cuniculis orij & deliciarum Imperatorem primus iste minister subvertit, simplices Principis aures callida fraude decipiens, temere ausus illum in insulam relegare Caprariam; Princeps ergo qui invigilat primo ministro, modestum conservavit, & vigilantem.

Deus conditis omnibus creaturis noluit Dominus appellari, ubi autem hominem fecit vocatur *Dominus Deus.* Quare hoc? quoniam hominem præfectum fecit omnibus creaturis: *Ut præsit piscibus maris:* ut ergo primus iste minister superbiæ frænet tumorem, & non transiliat leges rationis, sciat supra se Dominum esse qui actiones per scrutetur, & regimen examine rigoroso conspiciat, videns enim primus homo Dominum adesse, qui gressibus cunctis ejus attendit, à via veritatis non deviabit, probus enim minister deflectitur si Principem somniculosum existimaverit: & ideo in illum merito recedere debent ministri defectus & inferiorum. Stuporem excessit Chami protervia Patriarcham iridentis, & impudenter exponentis quod verecundè sepeliendum fuerat, verum D. Ambrosius aliquam negligentiam partem attribuit Parenti. *Dormiebat justus cum erraret filius Chamus peccavit, sed quando superior justus dormivit, quasi sopor superioris indulgentia sit ministrorum, & delinquendi licentia.*

Quamvis ergo indulgendo fragilitati humanæ, opus sit uti & asciscere in tanti oneris partem ministros, sed tenetur Princeps illis invigilare, & quid, quoque pacto operentur, inspicere. Hoc autem Principem dominij splendore

28.

*Sopor  
principis  
est indulgentia  
ministri.*

29.

dore fulgere facit. In parabola illa di-  
 videntis servus talenta, cum illa parti-  
 tur, appellatur homo. *Homo peregrè*  
*proficiens* post lapsum vero temporis  
 vocatur *Dominus* sic inquit textus :  
*Post multum vero temporis venit Domi-*  
*mus servorum illorum.* Quare ante ho-  
 mo appellatur, qui tot donabat talen-  
 ta, & postea vocatur *Dominus*, quid  
 Principem magis demonstrat, quam  
 donorum effusio, & liberalitatis ex-  
 pressio? Quare ergo cum opes parti-  
 tur domini cognomen non meruit,  
 sed nudè vocatur homo? Ratio est;  
 quoniam prius munera, & officia jux-  
 ta cujusque virtutem largitus est libe-  
 ralitate agitur, & quamvis hoc sit ani-  
 mi regij dos, hominem tantum effe-  
 cit, *Homo peregrè.* Cum autem rediit is  
 homo, posuit rationem de talentis cum  
 servis, exactissimè examinavit, quo-  
 modo singuli administrassent talenta,  
 scrutatus est quo pacto unusquisque  
 se gereret in munere sibi impartito.  
*Posuit rationem cum eis*, non enim sic  
 Principem & dominum efficit bono-  
 rum, & munerum liberalis largitio,  
 quam evigilans Principis trutinatio  
 de munere impletione, & à mini-  
 stris administrato regimine. Si namque  
 Princeps corripitur sopore, tyrannide  
 ministrorum populi comprimuntur;  
 ex lethargo regentis sæpe procedit mi-  
 sera vassallorum calamitas, ex ejus  
 ignavia ascendunt in cælum paupe-  
 rum ejulationes, & gemitus miserorū:  
 ideo sicut Principem gloriosum efficit  
 de ministris evigilans cura, sic inglo-  
 rium, & obscurum reddit in hoc de-  
 testabilis negligentia: Fingit Seneca  
 post obitum imperatoris Claudij ip-  
 sum à Diis petiisse, ut inter illos ad-  
 scriberent, & ad aras eveherent; cui  
 cum obijceret avunculus ejus Augu-  
 stus triginta Senatores occisos, trecen-  
 tos & quindecim equites trucidatos,  
 Messalinam conjugem strangulatā, ip-  
 se Claudius respondit, & ejuravit se  
 nil scuisse de tam iniqua laniena; Cui  
 Augustus. *Nescio, inquis, Dī tibi male*  
*fiant: adeo istud turpius est, quod nes-*  
*cis, quam quod occidisti.* Et merito qui-  
 dem, detestabilis enim est Principem  
 ignorare, quid sceleris ministri com-  
 mittant, quam ipsum crudeliter de-  
 favire.

feriores favitia: Percussit Petrus Mal-  
 chum, & continuo Christus illum sa-  
 navit: Quare hoc? Quoniam Petrus  
 Christi Domini erat minister, ideo au-  
 ricularum quasi ex obligatione restituit,  
 quam abscidit minister. Judam Chris-  
 tus appellavit amicum: *Amice.* Quare  
 discipulum non vocavit? Quoniam  
 prodicionem decreverat, scdam pro-  
 dicionem pepigerat, ideo ergo non ap-  
 pellavit discipulum, ne superiori cri-  
 men inferioris impuraretur. *Obtusi*  
*sunt sensus eorum, usque in hodiernum*  
*diem*, inquit de Judæis D. Paulus, *id-*  
*ipsum velamen in lectione veteris testa-*  
*menti manet non revelatum.* Quare  
 velamen Judæorum obregit D. Pauli  
 splendorem? Quoniam si in ministris  
 inferioribus tenebræ vigent, non satis  
 sunt superioris fulgores, ut eorum non  
 obscuretur facies: Ideo ministris in-  
 vigilare tenetur, ut expellat caliginem,  
 & criminum umbras illorum; Nil enim  
 magis acuit Principis splendorem;  
 quam ponere cum ministris rationem.  
 Ideo Matth. 25. Cum Dominus divi-  
 sisset talenta vocatur *homo*, cum autem  
 poneret cum servis rationem *Dominus*  
 appellatur, quasi magis Principis splen-  
 dor fulgeret in ponenda cum servis  
 ratione, quam in largiendis, & divi-  
 dendis talentis.

Campus ille, in quo turris scelus  
 est perpetratum, *Sennar* dicitur, id est  
*factor eorum*, Ruperto teste, quia & si  
 omnia silerent, illud scelus scetorem  
 mittebat, quo posset cunctis manife-  
 stari: Peccatum ipsum clamabat non  
 indigent teste, sicut crimen Cain. Quis  
 enim Cain revelavit delictum? ipsum  
 scelus se propalavit; *Vox sanguinis fra-*  
*tris tui clamat: voces emittebat del-*  
*ictum; crimen loquebatur ipsius.*

Ostendit Angelus Zachariæ impie-  
 tatem sub mulieris specie repræsentata.  
*Hæc est impietas*, quamvis autem  
 pluribus velis affectaret celari, proje-  
 cta namque in medio amphoræ, plum-  
 boque operata in loco secretiorum est re-  
 condita, nihilominus custodiorum ocu-  
 lis patuit; Quomodo sic tot velis, &  
 diligentis opertum, potuit impietatis  
 crimen manifestari? Quoniam amphi-  
 ora ubi occulta manebat, egressa est;  
 plumbi divisa massa, & in medio am-  
 phoræ resedit impietas, & continuo ad  
 se omnium oculos traxit: *Hæc est ocu-*  
*lus eorum in universa terra & quod ma-*  
 gis

rum d'ci-  
 dant in  
 Principem.

31.  
 Nulium  
 scelus po-  
 test diu ces-  
 sari.

30.  
 Scelera  
 ministro-

Et quidem in ipsum Principem de-  
 cidunt scelera ministrorum, & in in-

gis est à duabus fœminis per aërem fuit elevata, ut ab omnibus videretur, & civitatis fieret pariter murmuratio. Nonne velata fuerat impietas? Quomodo ergo cunctis innotuit? Quoniam ipsa crimina clamant; O quot fœminæ falsæ nixæ simulationi, Deum, honoremque perdidit & vitam; quia earum libido, cum omnibus crederent esse celatam, in medio Senaar habitabat murmuratio populi facta: Quæ nãque quamvis cauta, sic suum operuit scelus, quod non aperuerit ancillæ sibi visæ fidelis? Quæ tam fidelis ancilla, quæ non copulet sibi aliam amicam, cui cordis secreta non pandat? ecce jam duarum manibus fœminarum sustentatur peccatum. Quo nisi in medio Senaar (quã aliqui *murmuratio* interpretantur) crimē possunt levare? Hæc sola si tot divina non adessent motiva, inducere ratio posset, ut pudicitiam conservarent mulieres, periculum nempe cordis alteri necessario fidendi. In celebri illa Cathilnæ conjuratione senatorem ipse Romæ omnibus prudentiorem consuluit, certum faciens de traditione; cui Senator: *Est aliquid traditione pejus, aliquem scilicet, conscium partialem habere, non enim secreta potest conjuratio manere, si alium habeas comitem in notitia.* O quantum interesset mulieres hoc habere memoriz alta radice impressum; Est aliquid pejus traditione, quæ in Deum committitur, & maritum, aliquem nempe co-

mitem habere & partialem conscium delicti, ipsa namque dependentia ab illo, cui secretum cordis committitur, quid reperiri potest minus securum?

Verum O cœcitas culpæ! quæ non solum peccandi lumen obscurat, quin <sup>32.</sup> *Peccator à nullo videri credit.* credit delinquens ceteros pariter cœcutire, & adhuc esse crimen celatum, cujus rumor est per totam civitatem diffusus. Manifestavit Dominus luxuriam Samaritanæ, ut autem mulier audivit, appellavit illum prophetam; *Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quacumque feci.* Quid hoc? Prius Dominus recondita manifestavit mysteria divina, & tamen non miratur, quando vero viros non suos ostendit, credidit esse prophetam? Quare hoc? Quoniam arbitrabatur quinque viro- rum in civitate publica scandala sic esse cunctis celata, ac si cordis essent arcana, ideo arbitratum esse prophetam, qui recondita pandidisset; Accidit Samaritanæ, quod aliis peccatricibus solet, quinque viros simul habebat, ab omnibus notabatur peccatrix, & meretrix publica, & tamen ita secretum arbitratum esse peccatum, ut non nisi præditum propheta crederet posse habere notitiam: Nullus ergo fidat posse sub secreto manere lasciviam, quia ut inquit D. Fulgentius lib. 2. Matth. fab. de Ven. venerem pingunt nudam, *sive quod nudos sibi affectatores dimittat, sive quod libidinis crimen nunquam celatum est.*

Genes. 12. à promissione Abrahamæ usque ad legem Mosi datam, fuisse videtur 645. annos, Abraham enim 75. erat annorum cum hæc facta fuit illi promissio, unde usque ad descensum in Ægyptum 215. fuerunt anni, ab ingressu usque ad exitum 430. Exod. c. 12. adde dies ab exitu usque ad legem datam.

Paul. ad Gal. 3. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo, quæ post quadringentos annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.

**P**Lura de hac antilogia Exodi 12. Pro nunc autem dicere fatis est, quod vis argumentandi D. Pauli necessario exigit ut illud, *Post quadringentos triginta annos* ad promissionem Abrahamæ referatur. Unde incongrue ad annos habitationis Hebræorum in Ægypto referretur, cum benedictio gentium, non per legem, sed per semen Abrahamæ expectanda esset. Unde ab exordio mundi usque ad diluvij

hominum generalem cladem anni sunt 1656. ut patet ex cap. 5. Genes. à diluvio usque ad Abrahamæ ortum, anni 202. Genes. 11. à nativitate Abrahamæ usque ad egressum Hebræorum, sive usque ad legem Mosi 430. Non nisi 215. annis fuit populus sub Ægyptiaca afflictione, de quo Exod. 12. Ab exitu usque ad templi fabricam 480. 3. Reg. 6. A quarto anno regni Salomonis usque ad captivitatem Babyloniam,

gam. Sedechia gubernante; 430. ex 3. & 4 Reg. Hinc usque ad eorum libertatem, sub initium regni Cyri, 70. anni, 2. Par. c. vlt. 1. Esdræ 1. Jerem. 25.

Initium 430. annor. de quibus Paul. à prima promissione Abrahæ, cum dominus dicit, *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* (præter istâ enim, alias duas terræ Chanaan refert Moses c. 12.

Ex Genes. 12. *Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egredere- tur de Haram. Egredus autem est post mortem patris sui Thare.*

& 13. & Gen. 22.) sumi debere conspi- cum est. Quamvis autem in ea pro- missione expresse non fiat mētio semi- nis Abrahæ, de qua maxime loquitur Paulus implicite tamen, cum dicit, *In te benedicetur*, semen ejus significatur, ali- ter enim, si ad personam Abrahæ, & nō ad semen ejus, qui est Christus referretur verificari nequirent. Vide Ex. c. 12.

Genes. 11. *Abraham natus est anno 70. patris sui, qui vixit 205. annis.*

Vide antilogiam conciliatam in cap. Genes. 11.

Genes. 12. *Vocavitque Pharaos Abram.*

*Quomodo superstes ad tempora Moysi 430. scilicet annos, ut precedenti anti- logia Pharaos.*

**A**D hæc audi B. Hier. super illa ver- ba Ezech. c. 19. *Pone faciem tuam contra Pharaonem.* ¶ Cœterum illud (inquit) vel maxime requirendum est, utrum ipse sit Pharaos, qui in Exod. Isaiâ, & Jeremia, & Ezechiele, & in Canticis Cantorum nominatur, an alius, atque alius? Videtur mihi nō esse unus, sed apud Ægyptios hoc vocabulo demonstrari regiam dignitatem: si- cut apud Romanos Cæsares & Augusti appellantur eorum imperatores à primo Caio Cæsare, & à filio ejus ad- optivo Octaviano, qui postea Augustus est nominatus: quemadmodum etiam apud Syrios Antiochi: apud Partos Ar- facidæ, apud Philistijm Abimelech, & post Alexandrum, in Ægypto reges dicebantur Ptolomæi usque ad Cleo- patram, qua victa apud Actium, Ægy- ptus Romana est facta provincia. Ergo in præsentiarum adversus unumquem- libet regem Ægypti sermo fit Domini. ¶ Hæc Hieron. Ex quibus ad nostram antilogiam. Vide Josephum lib. 8. anti- quit. Herodotum in Euter.

quit D. Augustinus, ideoque exitum præcepisse, ne ex consortio infi- delium (ibi namque idololatria vige- bat) sordesceret etiam Abraham, ut sentiunt Chrysostomus, atque Cyril- lus Alexandrinus, sed quo pacto id præcaveri possit non video, cum ubi- cumque se divertisset Abraham idolo- latria, & infidelitas grassarentur, tota namque irreligiosa caligine obtæcaba- tur terra: Nihilominus gravior idolo- latriæ serpebat venenum, & periculo- sius erat contagium, quod inter do- mesticos Abrahæ imminebat, cum à Patre Thare procedens, & à fratre Na- chore forsitan possit religiose à Patriar- cha acceptari, semel autem ebibitum difficulter evomereur: A propinquis igitur inquit Thomas Anglicus, & do- mesticis Divino cultui, & amoris con- trariis, facilius homo impeditur, & re- trahitur à bono, trahiturque ad ma- lum, quam ab ignoris, & extraneis; Ideo filius Concubinarum Genes. 26. largitus est munera Abraham, & se- paravit eos ab Isaac filio suo, dum ad- huc ipse viveret ad plagam Orienta- lem prælagiebat enim filios concubi- narum idololatrias esse futuros, timent- que nocivam consanguineorum unio- nem, ac societatem periculosam; ab Isaac, in quo vera religio, religiosusque cultus erat diu mansurus longe divisit, ne Posteris Isaac idolorum, quibus de- diti erant gentiles ab Ismaël proceden- tes fræda religione, sacrilegoque cultu coinquinarentur.

\*\*\*\*\*

**EXPLICATUR**

*Gen. 12. in sensu morali.*

§. I.

*Occasio fugienda.*

1. **E**GRESSUM de sua terra Abra- hæ à Domino fuisse intimatum post mortem Patris ejus Thare, in-

Sed quare recedit Abraham à Tha- re & fratre, amicis, & cognatis idolo- latriis;

larris & Ex confortio Abraham non possent de veritate edoceri? Quare ergo separatur ab illis? oportuit Abraham ab idololatriis separare, non enim ejus vocatio efficax videretur, nec vero Deo serviret, si maneret inter idola quibus, ( ut aliqui sentiunt ) pridem obtulit sacrificium ( quamvis id existimem esse falsum ) non enim quis odio idololatriam prosequitur, qui non refugit occasionem idolis thus offerendi.

2.  
Nec con-  
v. ritur  
vere, qui  
occasionem  
non refu-  
git.

Fœlicissimus prædo juxta crucis Dominicæ patibulum pendens ad Christum conversus veniam exoravit, & impetravit: *Domine memento mei*: Advertit autem Chrysostomus non antea à Domino fuisse conversum, nisi postquam cruci fuerat affixus: Quare non nisi in cruce pendens à Christo Domino prædo vocatur? Respondet Chrysostomus: *Potuisset antea ipsum vocasse, sed vocatus ille non paruisset*, quare non paruisset? quoniam latro erat, furandi ergo voluptate devictus, si manus haberet solutas difficiliter rumperet consuetudinem, vocatur autem, cum non potest non respondere furandi omni occasione subblata, & manibus clavis transfixis, non ergo credendum est aliquem esse vere conversum, si penitus non renunciet, quod deservit ad delinquendum.

Postquam à Domino fuit Samaritana conversa, & de libidinis spurcicie convicta, inquit, & refert Joannes hydriam à Samaritana fuisse relictam, *Reliquit ergo hydriam suam mulier*. Ad quid hydriæ sermonem voluit Evangelista miscere in historia, in qua tam alta tractabantur mysteria? *Iam incipiunt mysteria*; inquit D. Augustinus. Ex consulto inquit Origenes sermonem hydriæ Joannem in historia miscuisse, ut vera Samaritanæ crederetur conversio, hydria enim instrumentum erat peccandi, simulans enim velle aquam haurire libere viros non suos viscebat, reliquisse ergo hydriam, quæ erat occasio peccandi refert Evangelista, ut Samaritanæ vera crederetur conversio, non enim quis odio prosequitur culpam, qui instrumentum delinquendi non refugit, neque vinculis appetit esse solutus qui non vult rumpere nexus.

Rupit catenas Angelus, quibus

vinctus tenebatur Apostolus, & inquit Petrus existimasse se visum videre: quare se judicavit somnare? *Existimavit se visum videre*, cum autem se à custodia vidit extractum continuo dixit: *Nunc scio vera*; cognovit certissime se à vinculis liberatum; quare antea à vinculis absolutus dubitavit de libertate, seque judicavit somnare, & nunc certissime credit libertatem? Ratio est quoniam quamvis vinculis foret solutus intra custodiam manebat, existimavit ergo Petrus se visum videre, somnareque libertatem, incompatible namque est esse clausum intra custodiam, & perfrui libertate securo; quo ergo pacto existimabitur homo vinculis esse solutus, & liber, si intra custodiam est occasionis reclusus, quamvis audiat à sacerdote esse absolutum: *Ego te absolva* arbitratur somnare, si occasionis compedibus, quæ sæpe hominem relabi fecit, & vinculis fuerit obstrictus.

Cum milites strenui David aquam sitibundo obtulissent: *Noluit bibere, sed libavit eam Domino*. Quare hoc? si laboraverat siti, quare non bibit? quare militum præclarum facinus contempsit? Chrysostomus reddit rationem; vides, inquit, quomodo à priori concupiscentia eruditus prudentior in posterum factus sit? Echo sensualitatis resonavit in vase; aqua namque ubi se Bersabe lavandam immerferat, incitavit Davidicam ruinam aqua fuit plurimum malorum origo; Noluit ergo David bibere prudentior in posterum factus aquam horrens, quæ occasionem repræsentavit delicti, odio namque crimen afficiens, etiam periculum fugit; Nam qui corporum cupiditate, inquit Chrysostomus, prius fragraverat, aquam minime jam appetebat.

\*\*\*

## §. II.

### *Damna male societatis.*

**A**CILIUS vitium, quam virtus addiscitur, quia propensa semper ad malum in morum corruptelam sponte sua humana natura dilabitur, ideo fugienda est malorum societas, magis namque bonis improbus nocet

Male so-  
cietatis pe-  
ricula.

nocet, quam malis proficiat probus. Ideo Angelum Persæ superavit Angelus populi; ille egressum Israël impediebat, quia ex societate, qui in iustitia perseverabant malitiam improbi deponebant, hic ad egressum instabat, quia ex societate inistorum optimi virtutis arce deserta transitum ad castra vitiorum fecere, utriusque autem à Domino trunatis rationibus Angelus populi sollicitantis egressum Persæ Angelum superavit, plures enim optimi exemplo improborum fiunt scelerati, quam ex malis fiant ex societate bonorum recti; colores albi, & nigri iustorum, & iniustorum sunt symbolum, inter quos adverte discrimen, quod color albus facile transit ad nigrum; sed ætiopem dealbare est penitus impossibile. Viranda est ergo impiorum societas, quia fere impossibile est inter tabescientes contagio sanitatem tutam servare, sensimque mores non hautire improborum.

Moysem appellavit Apostolus Paulus Magnum, cum negavit se esse Pharaonis nepotem: *Moyse grandis factus negavit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem*: quare ex hac virtute sola moyses fuit appellatus magnus? non confregit repagula servitutis, sub qua Israëlita gemebant, non patratu est tot prodigia, quibus rapuit in stuporem Ægyptum? quare ergo magnus appellatur dumtaxat quia se Pharaonis negavit esse nepotem? quoniam hoc fuit eximium Moyse perfectionis encomium; Moyse namque fuerat in palatio educatus, inter Ægyptios nutritus, & tamen inter Ægyptios consecratus est Israëlita, inter idololatrias cultor extitit veri Dei, hoc ergo maximum est prodigium, quod societatis contagio numquam scdatus fuerit, religione fuit Israëlita, cum fuisset Ægyptius educatione, ideo in hoc Moyse magnitudo magis splenduit, & meruit cognomen grandis, & magni *Moyse grandis factus*, quia facilius est inverttere totam machinam universi, quam in societate immundorum purum conservare candorem.

Refert Moyse in primis mundi nascens exordiis Dominum lucem à tenebris divisisse. *Divisit lucem à tenebris sed hoc à Philosophia vera discordare*

videtur quoniam nequit intelligi separatio, ubi non præcesserit unio, quia nõ separantur, quæ aliquando conglutinata non extiterunt; quomodo ergo divideretur à tenebris lumen, quæ morari simul sic impossibile fuerat, ac privationem conjungere cum forma, quam privat, & negat ipsa carentia? D. Aug. inquit nomine lucis genios bonos intelligit, sicut nomine tenebrarum Angelos, qui tertio instanti peccarunt: *Creavit Deus lucem id est Angelos*, quare ergo Angelos electos à reprobis separavit? Propter periculum societatis, quasi videretur bonorum periclitari constantiam, si casuris Angelis sociarentur: sic difficile est à malorum contagio optimos non scdari, ut videatur ideo Dominum præcavisse ne intelligentiæ cælestes decretis Divinis obtemperantes consortium cum rebellibus Angelis pro morula brevissima possent inire, *Divisit lucem à tenebris*, inquit, *hoc est Angelos bonos à malis ad maximam consolationem bonorum, solus quippe ista discernere potuit, qui potuit etiam priusquam caderent præscire casuros*; sicut ergo extra muros que cadavera tumulantur; sic vitij correpti debent expelli, & ab illorum separari commercio, quot quot eorum dissoluta licentia, & pestilenti contagio non infici cupiunt: Unde Hebræorum ad idololatriam propensio, ut quamvis frequenter tuerint puniri, relapsi ad idola recurrant, nisi ex commertio Ægyptiorum dum inhabitaret simul cum illis; idololatrias fecit Ægyptiorum consortium, à quibus haulerunt errores, purum enim ex sordidi vicinia sordescit.

Sua benedictione Dominus lucem replevit, & sua approbatione commendavit, *Et vidit Deus lucem, quod esset bona*; Divisit lucem à tenebris postea, & notavit D. Augustinus non fuisse à Domino commendatam. Hoc loco nõ additum est, *Et vidit Deus quod esset bona*, quare nunc lux commendabilis à Domino non laudatur, ut bene notat D. Augustin. quia cum tenebris juncta fuerat commertio, luci fuerant tenebræ adjunctæ, ideo videtur sic societas fuisse noxia lucis splendori, ut quasi anti-qua fuisset defraudata pulchritudo radiorum, digna laudibus non censetur, dum sola fuit, digna est habita elogio, dñ tenebris juncta, caruit encomiis, si ergo

lucem tenebrarum vicinia inficere videbatur, quid optimos viros non inficeret improborum consortium? si Dominum Jesum Christum non tenerentur Pharisei Deum fateri, qui veluti sol nil de suo splendore minuens loca immunda perlustrat, optime ipsum arguerent, & non sine fundamento corrolissent, quando murmurantes dixerunt. *Quia hic peccatores recipit, & manducat cum eis.* Christum mortuos suscitare, omni morborum genere laborantes sanare, & cæcos viderant illuminare Pharisei, & tamen dubitant de puritate divina, peccatoremque suspicantur. Quare, & unde potuerunt tenebrae de media luce palpare? quoniam cum peccatoribus viderant conversari; tam noxia namque est malorum vicinitas, ut apud perfidos videatur opinionem sanctitatis minuire. Optime D. Greg. li. 7. Mor. c. 6. *Sæpe carnalium verba dum se importune nostris auribus ingerunt, in corde bellum terrationis gignunt, & quamvis hæc, & ratio respuit, & lingua reprehendat, cum labore tamè intus vincitur, quod foris auctoritate dijudicatur.* Improborum commercium suis sceleribus visis, vel auditis sermonibus paulatim inficiunt audientes, videturve quamvis justos, alienoque exemplo quasi coguntur ad malum & invitantur, cum sola sanctitas Dei videatur à consortio sordescētis reddi, servarique immunis.

Pater Æternus ore Prophetæ regis filium suum in ascensione applausu, & encomiis laudabat, laudibusque commendabat, *Filius meus es tu, ego hodie genui te,* sed quomodo dies ascensionis Dominicæ dies valet appellari natiuitatis? quomodo dies Christi natiuitatis vocari potuit dies quo in gloriâ ingressus est? Dies namque generationis Divinæ fuit à diebus æternitatis, dies Christi temporalis natiuitatis triginta tribus annis diem præcesserat Ascensionis, quomodo ergo vere affirmari potuit de triumpo Ascensionis, quod fuerit dies generationis? *Ego hodie genui te.* D. Ambrosius reddit rationem, quia quamvis Christus die Ascensionis natus non fuerit quoad participationem Divinæ naturæ, natus est quoad ostensionem divinitatis; quoniam tunc ascendit illibata Christi innocentia à mundi sordibus præservata, Dominus enim (suppono impeccabilem, & moraliter loquor) triginta, & plus annis cum peccatoribus conversari constabat, & inuis-

se cum illis commercium, & societatem, sic autem visum est mirabile, & prodigiosum purum ex societate immundi intactum conservari, & illæsum, ut videatur tunc Divinitatem manifestasse, quando ejus humanitas ex societate cum peccatoribus ascendit à sordibus præservata: *Ego hodie genui te, scilicet generationis meæ privilegium in te recognosco, quem nulla macula potuit coinquinare peccati;* quasi sine privilegio Divinitatis videatur non posse inter impios mundus, purusque conservari: Fere namque impossibile est à contagio impiorum viros justos non fascinari.

De Hebræis inquit David, quod odium Domino excitante contra populum Ægyptum conceperint. *Convertite cor eorum, ut odirent populum ejus.* Quid Deus odium potuit seminare inter homines? quid odium cum proximi dilectione? deus potest conturbare amicitias? quid amplius diabolicus effecisset spiritus? Quare ergo Deus voluntatem populi excitat contra Ægyptios? Ratio est, quoniam ex amicitias, quas inerat populus cum Ægyptiis, frequens, mutuaque apud eos fuit conversatio, ex communi utriusque consortio processit æqualis in moribus participatio, religionisque corruptela, quid ergo, ut populus Israël respiscat, & à superstitione Ægypti recedat? in odium amicitia mutetur, ut mores abhorreat, rumpatur penitus mala concordia, ut à falsa religione recedant, quia si Ægyptiorum Hebræi amassent consortium, nunquam ab idololatria resilire contingeret, quia quando amor concors aliquibus fuit exilium, solum odio reparari potest integrum, sic autem, efficax est improborum commercium, quod vnius scelus omnes etiam contagiote serpet in sanctos, si habeatur amicus, & non illum odio infectentur veluti hostem. Vidit Dominus Judam sine remedio prævaricatum & inquit: *Quod facturus es, fac citius,* Quare Christus acceleravit Judam ad prodicionem? Quomodo videtur ad culpam stimulasse? Quare ergo inquit ad tradendum magistrum rumpere moras? quoniam Dominus à cænaculo cupiebat recedere pro discipulis oraturus in horto, ideo volens ne Judas cum discipulis aliquantulum moram fecisset, ut à condiscipulis recederet suavitatis quavis celerius ipsi mors immineret; quare noluit ipso à Collegio Apostolorum recedente

*Fere impossibile est sanctum conservari posse intactum à culpa, si inter impios commorari contingat.*

dente, quod Judas cum cæteris discipulis esset? quoniam Judas proditor erat infidelitatis morbo incurabili laborabat ideo timens ne reliqui contagio tabescerent Iudæ anxie sollicitavit in comitatu Apostol. non relinquere proditorē, inquit ergo, quod facturus es, fac citius ne periculo societatis fecisset præcipites alios, cum enim Judas à cæteris veluti condiscipulus amaretur, periculote possent ab ejus non fædari contagio, noluit ergo Christus concedere crucem, nisi prius Judam à Collegio separasset, ne à societate simulati amici alij prævaricarent.

Sic difficile est socium se aliquem improbis inhære, ut crediderit Plutarchus, & veluti prodigium narraverit de quodam strenuo duce Romano quod post varias peragratas provincias, non mutaverit mores, ideo, ut exitium encomium inquit: *Numquam novum*: ut Dominus cum velut cygnus dulcissime cecinisset mortis vicinus, signaque reddiderit in summum crelescentis amoris, vitæ innocentiam, & infinitam vellet morum puritatem ostendere, inquit ad Patrem vadere, sed à Deo missum: *A Deo exivit*: quare non inquit à Patre exivisse, sed à Deo missum? quoniam venerat conversari cum peccatoribus, & *habitavit in nobis*, tam difficile autem est inter peccatores impuros non sordescere sanctitatem, quod opus visum est Christo, ut de sanctitate vitæ non dubitarent se Deum esse, & à Deo specialiter missum, ut crederent non periclitatum ex consortio, peccatorumque societate.

Nescio an periculum hoc præviderit Patriarcha morti vicinus, cum in testamento Joseph imposuerit præceptū de ossibus ejus in terram Chanaan allportandis: *Tulitque Moyses ossa Joseph*. Quare fratribus intimavit præceptum, ut eruant ossa ex Ægypto? quoniam noluit permanere in Ægypto, nec Joseph visus esset requiescere, si cadaver ejus inter impios maneret; sic namque perniciofa est improborum societas, quod etiam piorum cadavera ex eorum consortio timuerint ruinam, alioque velint cineres suos transferri. Et quidem quamvis cum justis sit Deus, inter impios non videtur Deus velle cum illis immorari diutius, ideo voluit Joseph ossa transferri, juxta id quod Dominus dixit: *Eduxit eos de terra Ægypti, ut habi-*

*tarem in medio eorum*, quia justos cum impiis mistos celeriter quasi salutat, sed si separentur, cum illis inhabitat. *Quandiu inter immundos versantur impij*, inquit Oleaster, *quamvis cum eis Deus sit, non tamen moratur inter eos*. Postquam nunciatum est Jacob filios apud Pharaonem gratia valere, & saturitate bonorum jam abundare cœlitus dicitur: *Noli timere*: Quare nunc timet incolumitatem filiorum? antea quam pacifice tractaretur foret prudens utique timor, nunc autem non est viri vere constantis: utique Jacob prudenter expavit, cū saturitate bonorū filios abundare videret & inter idololatræ commorari, timuit prudenter ne à vero cultu, honestisque moribus liberi laberentur ex idololatræ consortio.

Ubi manifesta facta Lotho est per Angelos eversio regionis, pietate motus sanctus Loth generos monet, ut fugerent cladem; ubi autem civitatem ingreditur pietatem cum generis perfecturus sic immoratur, ut vi ab Angelis à civitate fuerit extractus: *Cumque esset mane cogebant Angeli eum*. Quid hoc? quare qui fugam cæteris suadet, cogitur ab Angelis fugam capere, & extra civitatem constitui? Hoc est periculum, cui exponitur consortium impiorum non vitans, qui enim pridie aliis fugere flammam imminentes suadebat, jam inter sodomitas jucunde moratur, ut non nisi urgentibus Angelis velit deserere civitatem, unde mane cogebant, Glossa notavit, *Mane cogebant, quia opus Divinae lucis est recedere à malis*.

Summa ingratitude populus subito laboravit dereliquit auctorem suum, à quo dirupta fuerunt vincula servitutis, nondum sanata fuerant vulnera flagellorum, & jam ipsi immemores beneficij fuerunt benefactoris obliti, unde hujusmodi ingrattissima oblivio? unde hæc in populo sancto deploranda trapedia?

Rab. Salomon apud Lyranum, populum non fuisse hujus tragediæ auctorem, sed dumtaxat Ægyptios, tradidit: de quibus dicitur, *Vulgus promissum innumerabile ascendit cum eis*. Ex quibus constat, quot damna ex pravorum hominum societate nascantur, & rerum temporalium, ac spiritualium calamitates. Vulgus enim illud promissum non semel Hebræos impulit in

*Malafacietatis incommoda.*

flagitium, atque supplicium. Hoc fuit quod vitulum efformavit, hoc desiderio flagravit, sedens, & flens, junctis sibi patris filii Israël, & ait. Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Periculum ergo est malos in societatem habere, cum causa sint, atque origo, ex qua omnia detrimenta proveniunt.

*Omnia vincit spes gloria.*

Quæcumque chara in mundo habebat Abraham jubetur relinquere, patriam, parentes, amicos, familiam patris, soli Deo impensè credendo adherere, inquit Lippomanus, ut dignus habeatur promissionibus Dei magnificis; sed quare tam facile deserit patriam, quæ sic amabilis est, ut dixerit Sertorius: *Malle se Roma ignobilissimum esse civem, quam exulem omnium aliarum civitatum Imperatorem nominari.* Quare oraculo audito non secus quam si è peregrinatione in domum visus esset redire iter acceleravit? Quoniam vicit difficultatem terra promissa, spesque præmij firmissima: *Faciam te in gentem magnam, magnificabo nomen tuum.* Quas ergo difficultates non vincit præmium pollicitum laboranti? Nil terret magnitudo laborum, qui præmij firma spe solidatur.

\*\*\*

### S. III.

*Premium ad meritum, & virtutem stimulus est.*

**A** est natura nobis (Cicero pro Aul. Cecin.) *insita, ut neque inter flagitiorum impunitates vivere, neque de Republica bene mereri possimus, nisi fructum aliquem speremus.* Unde illud Salustij: *Nemo gratis bonus est; & Ovidij.*

*Et gratis panitet esse probum.*

*Qui tollit, (inquit Enodius) sudoris premium, frangit studium dimicandi, tolle spem prædæ, tulisti vota certaminis, solatiū laboris Seneca appellavit spem præmij: Spes præmij solatiū est laboris: nisi solatiū accipias pro mercede, juxta tex. in l. Vend. 13. §. 1. D. comm. Præd. l. à tut. 33. §. fin. in fin. D. de adm. tut. l. si cum do. em. 22. §. fin. aut. 8. D. solut. matr. quoniam expectata ante oculos præmia alacrem faciant pugnatum, ad conspectum enim præmij quicquid difficultates tenat superare.*

Jonathas contra triginta millia eorum, & sex millia equitum præter reliquum vulgus Philistinorum se obtulit solo armigero comitatum temere pugnaturum, cunctos invasit, plures interfecit ex hostibus: *Itaque alij cadebant ante Jonatham, alios armiger eius interfecit sequens eum; Et facta est plaga prima.* Exercitum fortissimum & copiosum congregavit adversus Philistæos Saül, obrulit in montibus Gelboë hostibus pugnam. verum in prælio fugerunt viri Israël ante faciem Philistinum, Jonatham autem visis hostibus defecisse, tradidit D. August. Quare solus cum armigero Jonathas tot millia Philistinorum invadit, & in monte Gelboë tot milibus auxiliatus prosternitur animo? Quoniam in primo eventu pugnabat pro regno, cujus se hæredem existimabat, ideo ad conspectum præmij ne hostes formidat, nec consulit vitæ, sed tantum honori, Philistinos invasit, & rupit strenue inimicorum phalanges, in montibus autem Gelboë quando inter Israëlitas & Philistinos commissum est prælium præscierat Jonathas infallibiliter ad alium transferendum imperium, ideo animo prostratus defecit, fugit, & gladijs inimicorum occubuit, sublata namque spe præmij emarcuit robur præliandi, conspecto præmio difficultas quævis est superabilis, illud si collas etiam invicti animus succumbit cuivis labori: Optime Virg.

*— Lato complerant listora cætu*

*Visuri Æneadas, pars est certare parati  
Munera principio ante oculos, circoque  
locantur*

*In medio facti tripodes, viridesque  
corona,*

*Et palma præcium victoria.*

Quali spectata ante oculos præmia alacriorem faciant pugnaturum, ut ibi adverit Cerda, Corona namque vitæ pericula vincere, quasvisque facit superare difficultates; ideo inquit Tacitus lib. 4. Ann. quod ut incitaret Drusum dejanus ad interficiendum Neronem, spem coronæ proposuit. *Quis fratrem (ait) quoque Neronis Drusum traxit in partes spe objecta Principis loci.*

*Veni de libano sponsa mea Sponsus vocavit sponsam ut ad se veniret sed transitura per scopulos montes Amanas, per præfractas pardorum cavernas, per spelūcas belluarum plenas:*

Alia

Alia oportunitate pulsat ostium Sponsæ. *Aperi mihi Soror mea Sponsa*, & tamen ausa est excludere Iponsum postulantem hospitium, & frigore nocturno glaciatum. Quare Sponsa pulcherrima & delicata audacter conculcat itineris sylvestris spinas, nilque timet ut veniat ad Sponsum, neque rugientes leones formidat, nec pardos timet, nec tygres, & ipsa Sponsa excufationes quærit, & aditum denegavit Sponso rore, glacieque pleno: *Expoliavi me tunica, quomodo induar illa?* Ratio est, quoniam in secundo eventu intendit Sponsus compassione movere, repræsentat Sponsæ caput glacie, toreque plenum: *Caput meum plenum est rore*, ideo Sponsa aperire recusat, & deserere lectulum, quia non viso ad oculum præmio sic torpet, ut nesciat movere pedem, & quasi foret insuperabilis difficultas, non potest induere tunicam, aut surgere à lecto: *Quomodo induar illa?* ac si non posset; Primo autem eventu vocatur Sponsa, invitatur ad præmium, & ipsam Sponsus provocat ad coronam: *Veni coronaberis*. Ideo nec timet cavernas pardorum, nec tygres furentes, aut rugientium leonum speluncas formidat, spinas velut flores conculcat, & tanquam rosas ambulat per tribulos pedibus calcans, ad conspectum enim præmij, & coronæ quamvis sublimes appareant asperitatum difficultates, sed neutiquam insuperabiles, si tollas præmium superat vires Sponsæ à lecto surgere, vestireque tunicam: *Quomodo induar illa?* si proponas coronam, tribuli convertentur in rosas, & in agnos leones, & pardi: *Coronaberis de capite Hamana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum*, ut inquit enim Plutar. in Cæs. Spiritus militum, animique ardores dux ipse excitat, quando honores, & dona largiens ostendit: de Tiberio illo quem in collegam ascivit Mauritius ait Simocata lib. 3. c. 12. solitum facere suas distributione præmiorum animas suorum militum; & addit: *Reverentia præmiorum moriendi placitatem ab illis emens*. Ubi Cerda ad Virg. 9. *Æneid.* in ver. 163. Vere enim (inquit) animant alterius emit, qui dato præmio incitat ad periculum vitæ. Præmium ad virtutem accendit, acuit torpentem, aquila sine præmio non volat, viso præmio

etiam bos torpedine affectus elevabitur super ætera.

Cum in campo Senaar Deus mirabilem currum ostenderet, vidit Propheta ab aquila alarum ingentium trahi, à leone rege animalium, à robustissimo bove, & ab homine sublimis intelligentiæ: *Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bovis à sinistris ipsorum, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor*. Currus autem ille manifestabatur divinus, quia ipsa non quæ vis sed illa animalia trahebant; quæ apud omnes generosissima habentur, nullum enim est quod in aëre aquilam æquet, in silvis leonem; in agrorum cultura bovem; in mundoque hominem, cujus industria subjacent omnia, ut sic doceret Dominus Principes, tunc Republicam venerabilem esse, quando eam sustentant viri virtutibus & excelsis dotibus venerabiles: Verum adverto quod animalia, cum primum respexisset currum Propheta, ambulabant dumtaxa: *ibant cum ambularent, & non revertebantur*. Perspicacius attendit, vidit firmamentum, audivit sonum alarum, quasi sonum aquarum, & tandem eadem animalia cap. 10. Propheta Ezechiel, & inquit animalia cuncta volasse. *Et cum elevatis elevabantur, exaltata sunt à terra coram me*. Quare cap. 1. hæc animalia ambulabant licet celeri cursu in similitudinem fulgoris, & cap. 10. vidit super aëra fuisse elevata, & volasse: Quomodo bos deposito innato torpore potuit volare? Ratio est; quoniam cum primum currum respexit & animalia Propheta, non manifestabatur in curru Domini gloria, ideo non viso præmio etiam celeris volatu aquila torpescibat, *Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat*; Quando autem cap. 10. respexit Ezechiel animalia? Coram ipsis gloria Domini apparuit: *Et elevata est gloria Domini desuper. Et gloria Dei Israel erat super ea, ipsum est animal subter Deum Israel juxta fluvium Chobar*. Ideo visa gloria etiam bos tardus volavit, quoniam ad præmij conspectum torpescens animal convertit tarditatem in alas, & quod non viso præmio ambulabat dumtaxat, ad conspectum gloriæ volat celeriter, & super aëra exaltatur. *Exaltata sunt à terra coram me*.

Præmium ergo superabiles reddit difficultates, quæ impossibiles apparebant. D. Chrysof. in cap. 16. Matth. hom. 55. *Si vero tu difficilia putas, magnitudinem premiorum considera diligentius, & facillima reddentur.* Mortem inter belluas immanes Dominus Apostolis intimavit. *Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum.* & postquam violentam necem exposuit, præcepit illis non esse timendum: *Nolite timere pusillum grex.* Quomodo hæc? Si à lupis sunt devorandi quomodo foras mittent timorem? Quoniam coram oculis Apostolorum constituit præmium: *Complacuit Patri vestro dare vobis regnum,* & ad conspectum præmij nec mors ita ardua est, quod facile superari non posset. Vnde Ovid.

*Crescit & immensum gloriæ calcare habet.*

Xenophon. in Tyr. postquam pro-

Ex Genes. 13. *Omnem terram, quam conspicias, dabo tibi.*

**F**acilis est solutio. Distincte namque non vidit omnem terram Chanaan ab ejus posteris possidendam, sed confusè omnes illas spectavit secundum quatuor positiones cæli. Australè, ver-

Ex Genes. 13. *Omnem terram, quam conspicias, tibi dabo.*

**P**assim, ea quæ aliquibus promittuntur, in posteris eorum adimplentur Isaac benedicens Jacob, inquit: *Incurventur ante te filij matris tuæ.* Gen. 26. Quod impletum est in Idumæis posteris Esau, & servis Hebræorum posteris Jacob, non autem in ipso qui septies incurvatus adoravit Esau

Ex Genes. 13. *Omnem terram dabo tibi in sempiternum.*

**V**ariè sumitur vocula hebræa (*holam*) quæ correspondet voci in æternum. Quandoque significat veram æternitatem, durationem scilicet sine termino atque principio. Ut Ps. 89. *A sæculo, & usque in sæculum tu es,* Hebræice est *holam* Aliquando longissimum tempus, ut Gen. 6. & Psal. 76. Aliquando tempus universæ vitæ ho-

baverat ex uberrimis virtutis propositis præmijs plures animo contendere. Ut erga Rempublicam benemerentes sint; ait: *Atque ut sermonem in pauca conferam si cunctis esset perspicuum, non cariturum præmio, quisquis boni quippiam invexerit Republica, plurimos ea res excitaret ad studium, inveniendi quippiam boni:* Hæc ille:

————— *Egregios invitant præmia mores  
Jam prisca redeunt artes: felicibus inde,  
Ingenijs aperitur iter, despectaque Musa  
Culla levant.*

Nec in militia nec litterarum in arce ullus ferre vellet laborem, nisi futuræ gloriæ alteriusve præmij spe duceretur, inter laboresque alliceretur.

*Non poterat conspiceret omnem terram, quam ipsi ab Aquilone ad Meridiem, ab Oriente ad Occidentem concessit.*

sus Ægyptum, Aquilonarem versus Syriam, Orientalè, versus terram, quam postea possederunt Moabitæ, & Madianitæ, Occidentalem, versus mare Mediterraneum. Vide D. Aug. q. 28. sup. Genes.

Actorum cap. 7. *Dicitur quod non dedit hereditatem in ea, nec passum pedis.*

Genes. 33. Dividam eos (inquit scriptura de Simeone & Levi Gen. 49.) in Jacob, & dispergam eos in Israël, quod non in ipsis, sed eorum posteris verificatum est. Eris servus fratrum tuorum dicitur Genes. 9. de Chanaan, quod solum in Gabaoitis, qui de ejus stirpe procedebant, impletum est.

*A Messia occiso illam amiserunt, ut constat.*

minis significat, ut Psal. 88. misericordias Domini in æternum cantabo. Aliquando ponitur ad exprimendum tempus jubilæi, quinquagesimo anno celebrati, ut Exod. 21. Deut. 15.

Ex quibus colligo *holam* non semper significare veram in rigore æternitatem, unde frequenter apponi solet post vocem *holam* particula ultra, ut Exod. 15.

Exod. 13. Dominus regnavit in æternum, & ultra. De quo D. Thomas, 1 p. q. 10 art. 2. ad 1. & Jansenius in Cantic. Mosi. Dicimus ergo in præsentiarum, quod terra Chanaan indefinite promissa Hebræis ab illis possessa est per 1600. annos. & amplius, ideo in æternum possessa dicitur, sumpta voce ho-

lam prout longissimum tempus significat. Vide antilogiam primam in cap. 15. Genes. Lyranum c. 51. Exod. Thomam Anglicum, D. Aug. lib. contra Priscillian c. 5. & lib. 16. de Civit. Dei c. 21. & 1. quæst. in Genes. quæst. 31. Caiet. & Abul. c. 13. in Gen. & c. 17. in Gen. ubi nos de legis Mosi æternitate.

Ex Genes. 14. Percusserunt omnem regionem Amalecitarum.

Genes. 16. Non erat Amalec, qui fuit auctor gentium illarum, fuit nepos Esau. Genes. 26.

Amalecitas appellat per anticipationem, qui habitabant in Meridiana parte terræ promissionis, ut Num. 13. in Arabia non procul deserto Pharan.

Ex Genes. 14. Rex Sodoma in bello cecidit.

Eodem capite Sodomorum rex obviam occurrit Abraha victori.

Nugæ sunt Hebræorum ea, quæ hic referunt Rabbini, explicantes de lapsu in puteos bituminis, illud *cecidit*, inde tamen incolumem egressum. Vnde illud *cecidit* non ad reges Sodomæ, & Gomorrhæ refe-

rendum est, sed ad eorum exercitum, cujus magna & major pars illic cæsa est, unde non interiisse duos illos reges explicat Scriptura, cum inquit *ceciderunt*, sed caelum exercitus quinque regum.

Genes. 14. Persequutus est eos usque Dam.

D. Paulus Act. 22. Principibus inquit non maledicendum.

\*\*\*

§. I.

Proponitur prima expositio, David, Machabæorum, & Pauli Act. 22. facta expenduntur.

1. **A**MODUM credibile est. Inquit Thomas Anglicus, Regem Elamitarum, & ejus auxiliares Pentapolitas per vim, & tyrannice tributarios fecisse eos, quibus est auxiliarius Abrahamus, Principem autem, qui innocentem insultat, Principem ipsa actione esse cessare, defendit Vaz. lib 1. contra illu. 18. Tyrannum autem Principem interficere quemquam posse Buschanus, Junius Brutus sentiunt, D. Thomas in 2. dist. 44. quæst. 2. art. 2. sententiam Ciceronis, de ijs, qui conjurati Julium Cæsarem occiderunt, approbat, idque decere fortissimos viros, & nota nobilitatis insignes. Cum autem vicinus esset Pentapoli civitati Abrahamus, non tam Lochi sanguine juncti, quam Pentapolitarum vindicavit injurias, tanto enim honestius est alienas, quam suas vindicare inju-

rias, quanto in suis magis metuendum, ne quis doloris sui sensu, aut modum excedat, aut animum quidem inticiat. Ideo Hercules prædicatus est ab antiquis, quod Antæo Busfyride, Diomedæ, & similibus tyrannis liberavit terras, quas, ut Seneca loquitur, transiit non concupiscendo, sed vindicando, & injustos puniendo. Sic loquitur de eo Diodorus Siculus, homines injustos, & reges insolentes tollendo beatas reddebat civitates, laudatur similiter Thæseus, quod latrones insignes sustulerit. Sicut ergo de Persis, quia deterioribus, dixit Arist. naturale in eos esse bellum, sic de quolibet viro insigni virtuteque & robore illustri, qualis erat Abraham, in exitum Regum illorum qui Pentapolitarum regionem invaserant, intendere jure potuisse dicendum. Auctores, qui ita discurrunt contendunt, ut in populo contra Principem & potestatem supremam, aliquid juris constituant, quo, n aliquem reipublicæ virum insignem, refulso, ab illo Princeps multari possit, si rempublicam, & leges invadat.

Movet ipsos, quia ut Diodorus, & Xenophon jam notarunt, reges apud Persas,

Perfas, secundum leges imperaturos jurabant, & idem de regibus Ægyptiorum tradidit Diodorus lib. 17. quod si contra fecissent post obitum Regum, eorum accusabatur memoria & damnati solenni sepultura privabantur. Quotendit illud Trajani, cum Præfæto Prætorio pugionem tradidisset, dicentis. Hoc, pro me utere, si recte impeto, si male, contra me, ideo Pausaniam Lacedæmoniorum regem, quia in rempublicam, legesque deliquisset, non solum à regno repellere, sed morte puniri, liberrime arbitrati sunt. Apud Hebræos idem accidisse, neque apud populum omnimodam independen- tiam reges habuisse, constat, cum plura judicia penes 72. virorum Syne- drium, quod ad Herodis usque tem- pora perpetua coaptatione duravit, qualia de Pontifice & de Propheta, fuerint, ut patet ex Jeremia, quem cum proceres ad mortem deposcerent, respondit rex, ecce in potestate vestra est, nam contra vos rex nil potest. Jerem. 38. Imò & qui alia quavis causa apud Syndrium reus factus est, rex eorum judicio eximere non poterat. Ideo Hyrcanus judicium de Herode, cum impedire non posset arte elusit apud Josephum antiq. 14. David etiam, qui testimonium gerit ( aliqua si excipias à Deo expressè exprobrata ) vitæ secundum leges exactæ, armatos circum se quadringentos, ad vim arcendam, damnumque Saulo inferendum præparavit. Eodem respicit Machabæorum notissimum factum, qui arma adversus Antiochum sumpserunt. D. Paulus Acto. 22. Summo sacerdoti, à quo vexabatur, *Percutiat te Deus paries dealbate*, sic maledixit. Si ergo verbis ferire summam dignitatem non dedecet Paulum, armis licebit etiam percutere regem in populum grassante tyrānide.

•••••

### S. II.

*Impugnatur hujusmodi expositio, & expenditur quid populus in Regem, jure Gentium, Moysi & Evange- lico inspectis possit.*

• **E**o quid periculosius, ista expo- sitione doceri non video, domi- nia namque sicut & imperia delin-

quando non amittuntur, nisi lex id sta- tuat, quæ neque reperitur, neque cre- do repertum iri, summam namque con- fusionem induceret, si privata præ- sumptione, aliqui Summæ potestati attentarent necem, multis namque, in- quit D. Thomas de reg. Princip. solet esse grave dominium non minus re- gum, quam tyrannorum, quia secun- dum sententiam Salomonis dissipat im- pios rex sapiens. Magis igitur ex ejus- modi præsumptione reipublicæ toti de amissione justæ regis periculum im- mineret, quam remedium de substra- ctione tyranni. Bene Horatius, ¶ Re- gum timendorum in proprios greges, reges in ipsos imperium est Jovis. ¶

### *Quid de jure gentium.*

In regem etiam tyrannice gubernan- tem, nil juris accessisse populo, ipsa po- litica ratio convincit, quia fieri potest ut respublica malit invasorem in pos- sessione relinqui, quam occasionem præbere periculosæ & cruentis moti- bus, plerumque ex tyrannis interfe- ctis sequentis, & gravioribus quidem ipsa tyrannide. Florus de Sullæ actis ¶ Expediebat agræ quasi faucibusque rei- publicæ requiescere quomodo cūque, ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. ¶ Vnde tot oppressæ reipublicæ calamitatibus recurrendum est ad re- gem supremum, & Dominum regum, qui adiutor est in tribulatione, in cujus manu cor regum est, ipse enim miser- tus clamorem populi, Pharaonem cum exercitu suo projecit in mare, qui promittit per Isaiam se requiem daturum populo suo. Synodus Constant. sess. 15. articulum istum damnat, licere nempe cuilibet vasallo propria auctoritate ty- rannum interficere regem.

Id autem, quo se protegunt, apud populum supra Principem dominium manere, eo quod secundum leges promiserit gubernare, à simili patris fami- lias convincitur falsitatis, qui si quid familiæ promiserit, quod ad familiæ re- gimen pertineret, non eo in suam fami- liam jus summum amitteret, licet promissis non steterit ( illicitum fatetur actum. ) Neque aliquid dominij in re- gem inducit, quod acta quædam regis ipse noluerit fore rata, nisi à senatu, aut alio cœtu probentur. Rex erat, qui dir- cebat proceribus Persarum. ¶ Ne vi- deret

deret meo tantummodo usus auxilio, vos contraxi, ceterum memento, parendum vobis magis esse quam suadendum. ¶ Sic apud Iust. lib. 10. inter Persas autem rex prius jurabat, cum regnum adiret, & leges quadam forma latas mutare illi erat nefas. Ad illud de Traiano, ut ex Plinij Panegyrico apparet. Id unice curavit rex, ne quid regium ostenderet, sed principem verum gereret, qui proinde subesse senatus, populi que iudicio, quorum sententias exequi praefectus deberet etiam in Principem ipsum. Simile de Marco Antonio, qui publicam pecuniam attingere noluit nisi consulto senatu, sed inde sancta, & honesta principis, non absoluta potestas in populo licebit inferri. Neque juvat à Lacedaemonum populo suum interfectum regem apud Lacedaemonios namque tota consideratur potestas, nulla apud regem fere, solo tamen nomine reges erant, sicut in republica Aethaniensium post Lycurgum praecipue, Polybio & Plutarcho auctoribus. Quale olim Vandalorum regnum in Africa, & in Hispania Gothorum, cum pro libito populi deponi, & si displicerent, puniri possent. De his autem, qui potius auctoritate suadendi, quam summo imperio rempublicam regunt, his controverseretur otiose.

*Quid de jure Hebraeorum scripto.*

4 Quod autem populus supra regem nil habuerit dominij jure Hebraeorum scripto, extat in dictis Rabbini-  
 titulo de *judiciis*, haec sententia. Nulla creatura judicat regem, sed Deus benedictus. Samuel etiam lib. 1. Reg. jus regium exponens, satis ostendit adversus regis illas injurias, nullam in populo relictam potestatem, Sic explicat illud Psal. Hier. lib. 6. *Tibi soli peccavi*. Quod rex erat, & alium non timebat. Licet namque regi in eas leges, quae de officio regis scriptae extabant, peccanti, inflicta verbera essent secundum Hebraeos, sed illa apud reges infamia carebant, à regeque in signum poenitentiae sponte suscipiebantur, ideoque non àlictore, sed ab illo quem ipse elegisset, cadebatur libitu suo & arbitrio verberibus statuens modum. A poenis vero coactivis adeo liberi reges erant, ut etiam exalceationis lex, quippe cum ig nomina conjuncta, cessaret in ipsis.

Regiam etiam immunitatem comprobabat, quod in populo Hebraeo, ubi tot fuerunt divini nominis contemptores reges, numquam magistratus in quibus plures pij, fortisque viri fuerunt, id sibi juris appropriarunt, ut regibus vim ullam opponerent, nisi à Deo, cujus in reges summum jus est, mandatum speciale accepissent. Prophetas etiam Jeremiam, & Ezechielem, Israëlicas Babylonia captivitate afflictos, tyrannice dominantem Nabuchodonosorem occidere, nunquam vidimus consultuisse, sed potius orasse pro illo. Id denique Samuel ostendit, docens namque proceres quid facere deberent, illis, populoque spectante, Saulem perverse regnantem est solita prosequutus veneratione. Religionis status à rege, Synedrijque potestate ita pependit, ut ne simulacra quidem falsa Deorum, quae publice extabant, dejecta unquam legamus nisi jussu aut populi in libera republica, aut regum, cum hi gubernabant. Quod, si quid aliquando factum est contra reges in testimonium divinae providentiae id permittentis, non in facti humani approbationem narratur.

Neque exempla superius allata possunt ullatenus oppositum roborare: Quamvis enim David, adversus Saulem ad vim arcendam sumpserit arma, sed hoc non aliter nisi postquam Jonathis indicio Saulem vitae suae imminere comperisset, neque urbes invasit, nec pugnandi occasionem captavit, sed latebras modo in locis devijs, modo apud populos externos, hac religione, ut popularibus suis nunquam noceret, quaesivit. Machabaei etiam non eo titulo, ut oppugnarent Antiochum, usi sunt armis, quia non Rex, sed invasor ab illis sit judicatus, tota enim historia, Machabaei & ejus sequaces regis nomine compellabant. Et merito laeae, cum jam pridem Macedonum agnovissent imperia Judaei, in quorum jus successerat Antiochus. Judaei namque primo à Nabuchodonosore devicti jure belli successoribus Chaldaeorum Medis, & Persis paruerant, quorum totum imperium ad Macedones devenit, sub quorum ditione, sicut ante sub Darij, fuerunt. Non inquam titulo invadendi Antiochum arma sumpserunt, sed exemplo David, ut summum certissimumque vitarent periculum, quadiu scilicet  
 intra

intra sui defendendi terminos ita se continebant, ut in loca devia secederent, quærendæ securitatis causa, nec arma expeditent nisi oppugnanti. Licet autem hi qui se in societatem civilem uniantur summe pleneque regi subditi sint, jus habent se tuendi adversus immanem sævitiam. Hoc ipse Barclajus lib. 3. regij imperij fortissimus alleror, populo insignique ejus parti concessit. Neque licet lege teneamur non resistere principi, in gravissimo certissimoque vitæ periculo obligare, alicui erit dubium. Leges namque etiam Dei, quanquam generaliter prolatae, summæ necessitatis habent tacitam exceptionem. Quod de lege Sabbati Assamonæorum temporibus, suis à sapientibus definitum, inde celebre dictum, periculum animæ impellit Sabbatum. Et Judæus apud Synesum legis neglectæ de sabbato hanc reddit causam. In certissimum vitæ periculum adducti sumus. Quæ exceptio etiam ab ipso Christo probata est, ut & in lege altera de non edendis panibus propositionis, eo quod non credibile est leges ex tam rigida voluntate esse latis. Hæc namque lex de non resistendo, à voluntate eorum, qui se primum in societatem civilem consociaverunt, à quibus quidem jus ad imperantes transcendit pendere videtur, hi vero si interrogarentur, an velint omnibus hoc onus imponere, ut mori præoptent, quam ullo casu vim superiorum armis arce-re, credibile non est, velle se responsuros, nisi forte cum hoc addimento, si resisti nequeat nisi cum maxima republicæ perturbatione, aut plurimum innocentum exitio, quod & charitas commendat & in lege deduci posse cum tali circumstantia non dubito, sed non aliter, cum leges ferri ab hominibus soleant & debeant cum sensu humanæ imbecillitatis, unde personæ, quæ principalissima, & utilissima in republica esset, & majori populi parti in extremo vitæ discrimine constitutis, jus resistendi seu se defendendi in superiorem inesse non ibo inficias, dummodo cautio talis tenenda sit, etiam in ipso periculo personæ regis parcendum.

Imò suo se jugulari exoptat ista sententia, dum sub umbra facti David recumbere cogitat. Quoniam Davi-

dem poenitentia legimus tactum, eo quod vestem Saulis violaverit. ¶ Sed statim poenitudine ductus (inquit Josephus) injustum facinus esse dixit, dominum occidere suum, horrendum, regem quamvis malum interficere, poenam enim id facienti immittere ab eo, qui regem dedit, nec immerito, nam cum summum imperium, non possit non multis odijs patere, securitas fungentis peculiariter fuit munienda, quod etiam Romani in Tribunis plebis constituerunt, ut inviolabiles essent. Inter Esenorum dicta erat: reges sanctos esse habendos.

*De jure evangelico.*

6.

Imprimis autem illud Pauli pro nobis videtur quam in nos potius adductum, quia Apostolus cum de maledictione fuerit à circumstantibus increpatus, sic respondit. *Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum, sumptum est enim, principi populi tui non maledices.* Hoc contigit, quando per æternum, summumque sacerdotem Christum abolicum est Aaronicum sacerdotium, ut ad Hebr. 5. Illam autem nomine tenus dignitatem Paulus respiciens, maledicta suspendit, potiori ergo jure reverenti debet Princeps quamvis injustus post Evangelicam legem, quod pluribus alijs locis expressit Paulus ad Rom. 14. Qui obstitit (inquit) Dei ordinationi obstitit, tum vero qui obstitunt, sibi ipsis condemnationem accipient. Eadem pluries prædicaverat Petrus.

Nec ab hac lege Domini discedit Christianorum veterum consuetudo, optima legis interpret. Quanquam enim pessimi homines imperium Romanum sæpè tenuerint, nec, qui liberandæ reipublicæ prætextu seditiosè se opponerent illis, defuerint, nunquam eorum conatibus se immiscuere Christiani. Unde illud Tert. ad Scapulam. ¶ Circa majestatem (inquit) imperatoris infamamur, tamen nunquam Albiniani, vel Nigriani, vel Casiani, inveniri potuerunt Christiani. ¶ Casiani illi erant, qui Avidium Casium fuerant sequuti, qui in Syria sumptis armis jactabat rempublicam se ire restitutum, quam M. Antonij negligentia perdidit. Et ut alia omitteremus, Thebæa legio militibus constabat

constabat sex mille sexcentis sexaginta sex Christianis, quibus cum Maximianus Cæsar sacra Dijs falsis offerre compelleret renuentibus, & interfici iussis, sic Mauritius ejus legionis primicerius est alloquutus. ¶ Commilitones, quam timui, ne quisquam, quod armatis facile est, specie defensionis beatissimis funeribus manus obviam offerre tentaret? Jam mihi ad hujus rei interdictum Christi nostri parabat exemplum, qui exemplum vagina Apostoli gladium propriæ vocis jussione recondidit, docens, majorem armis omnibus Christianæ confidentiæ esse virtutem, ne quisquam mortali operi mortalibus dextris obstitere. ¶ Exuperius legionis signifer legitur etiam sic alloquutus. ¶ Tenere me (commilitones optimi) sæcularium quidem bellorum signa perspiciatis, sed non ad hæc arma provoco, non ad hæc bella animos vestros, virtutemque compello, aliud vobis genus eligendum est præliorum, non per hos gladios potestis ad regna cœlestia properare. Deinde imperatori hæc nunciari jubet, Non nos adversum te (imperator) armavit ipsa, quæ fortissima est in periculis, desperatio, tenemus, ecce, arma, & non resistimus, quia mori magis, quam vincere volumus, & innocentes intrare, quam noxij vivere, præoptamus, & postea tela projicimus, exarmatas quidem dexteras satelles tuus, sed armatum fide catholica pectus inveniet. ¶ Ecce, quamvis maxima multitudo, armis nunquam tutata est, à quibus adductum audivimus Christi exemplum nobis imitandum, cujus patientia ad mortem etiam se extendit.

☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞

S. III.

*Reducitur antilogia ad veram concordiam.*

7.



**A**T A apparet, non autem ideo periculo obnoxia, præsentis difficultati via. Erant tres illi principes summe pleni, id est alter alteri non subjectus, terræ totius, quæ pertinere

bat ad Judæ montana, absoluti domini, cujus civitas Hebron erat posita in monte, Mambre autem, justa cujus convallem habitabat Abraham, urbi vicina erat, quam dominabatur Mambre, ex tribus illis principibus unus. In montanis regionibus valles esse inclusas, nullus est qui nesciat, nec minus propterea totam regionem appellari Montanam, ut ex Josue 14: constat, ibi enim cum Caleb peteret civitatem Hebron, *Da mihi montem istum, (dixit), quem pollicitus est Dominus, &c. in quo Enanim sunt;* id est gigantes & urbes magnæ. Videntes ergo Principes isti Hebron, non multum distare à Pentapoli, quam sibi Codorlahomor subjugaverat vi & contra fas, veriti ergo summam illis imminere ruinam, Abrahamum virum, virtute & sapientia celebrem, & bello fortem, sibi tanquam propugnaculum aggregarunt, & ideo ab hac istorum quatuor societate nomen civitati datum, indicat nomen Hebron. Josue 14. dicitur antea dictam Cariatarbe, id est civitas quatuor virorum ab Abrahamo scilicet & tribus illis principibus, quidquid sit de commento, in Beresith Rabba Hebræorum apud Masium. Si rex ille Elamitarum regibus Pentapolitanis justum intulisset bellum, & Pentapolitæ, & Abraham injuste adversus illum belarent, credibile nimis est tyrannice in gentem Pentapolitanam dominatum vindicasse, unde sicut quilibet princeps se, populum & amicos, ab injuria lacessitus; defendere & vindicare potest, principes illi & Abrahamus bello uniformi, victores persequuti sunt Elamitas; & simul Lothum & ejus familiam redimere sunt conati. Abraham autem, si jure potuit, circa Lothum sic se gerere debuit, quoniam qui non repellit (inquit Tullius) injuriam à socio si potest, tam est in vitio, quam ille qui facit. Quod juri naturali, Mosi, & Evangelico non repugnat.

Σ EXPŁ

\*\*\*\*\*

EXPLICATUR

Gen. 14. in sensu morali.

S. I.

*Vana gloria tinea virtutum.*

8.

**D**ÆMONIS insidias in spolijs Abrahamæ promissis vanitatem nempe, gloriæque vanæ cupiditatem, qua diabolus bona opera nostra ambit callide deprædari, figurari arbitratus est Carthusianus; Figuratur, inquit, quod homini virtuoso frequenter se ingerit vanæ gloriæ, & elationis tentatio de opere notabiliter bono, ac arduo, cui vir respondere debet cum Abraham. *Non accipiam ex omnibus, quæ tua sunt, id est nullo tibi consentio.*

Vanam gloriam cunctis esse bonis operibus familiarem Divus Hieronymus ep. 22. ad Eustach. asseruit, lubricumque humanæ gloriæ appellavit morbum, nam velut umbra corpus, ita gloria sequitur ubique virtutem etiam in intimas solitudines, ut eam mactet, & perdat; in solitudine quoque cunctorum mortalium, ut inquit Cassianus, consortia gloriæ fugientem persequi non consilii, quantoque amplius universum quis vitaverit mundum, tanto eum acrius infestatur. Optime periculum hujus vitij describit Cassianus; Omnia namque vitia superata marcescunt, & devicta per singulos dies infirmiora redduntur, hoc vero detectum acrius convalescit; Cætera genera vitiorum eos tantum impugnare, solent, quos in certamine superarint, hoc vero suos victores acrius infestatur, quanto vehementius, victoriæ ipsius elatione gloriatur. Eleazarus cum super eminentem cæteris elephantem regia lorica vestitum advertisset, ut refert Ambrosius, arbitratus in eo esse regem, cursu concito in medium legionis prorumpens subjecto gladio interemit bestiam, Quis Eleazarum non declamaret victorem? Quis robore non commendaret strenuum? Sed infeliciter vicit, cum fuerit suo triumpho sepultus, suæque victoria interemptus; cadens enim bestia comprimens Eleazarum interfecit; Sic

*Vanitas ex bonis operibus generatur.*

contingere solet hominibus, qui de plurimis vitijs, reportantes victoriam, ipsâ comprimuntur victoriâ, inaniterque complacentes ipso triumpho tumulantur. Cui namque sub specie nitidæ vestis, inquit ille, cenodoxiam non potuit diabolus generare, pro squalida & inculta conatur inferere; Quem scientiæ & elocutionis ornatu nequivit extollere, gravitate taciturnitatis elidit. Si jejunet palam gloria vanitatis pulsatur, si illud contemnendæ gloriæ causa contexerit, eodem vitio elationis obtunditur.

Quis enim gravi tentatione pulsatum, si penitus illam repellat, non conclamaret victorem, & dæmonem debellatum? Verum vane complacens de victoriâ, ab ipso hoste insidiosè vulneratur; Postulabat precibus & gemitibus Propheta David divinum auxilium in spiritualibus pugnis. *Domine custodiat introitum, & exitum tuum.* Quare initio belli auxilium exposcit, & in exitu? Si victor egreditur, hostisque jacet victus, & debellatus, ad quid auxilium divinum? in congressu utique necessaria sunt arma, & auxiliariis, protector, sed post inimicum fortiter superatum superest solum spolia reportare, canereque victoriam; Ut quid ergo David post partam de inimico victoriam Deum innixè protectorem exposcit? Quoniam frequenter, qui in introitu pugnae de diabolo reportavit victoriam, in exitu vana gloria triumpho pulsatus egreditur à dæmone debellatus, ideo David insidias dæmonis apprimè experimento cognoscens, in egressu belli pari victoriâ protectionem divinam exorat; *introitum, & exitum.* Quia est infensissimus hostis, & ut inquit D. Basil. latro est vana gloria omnium spiritualium bonorum, tineaque deprædatur virtutes, & mortiferum hominum mentibus poculum porrigit, vitio enim hujusmodi se avidè ingurgitare solent mortales, dulce quid humana imperitis gloria est, quod nec fugit Horatium.

9.

*A vanitate superatur, qui tentationibus est in victus.*

*Laudis humanae tumes, sunt certa pericula, quæ te*

*Ter pure lecto poterunt recreare libello*

Cujus vitij partam victoriam exitum quid esse clamitant Sancti Patres, imo & Gentiles. Horat. lib. 2. ad Salust.

*Latius*

*Latus regnes avidum donando  
Spiritus, quam si Lybiam remotis  
Gadibus jungas, & uterque Pannus  
— Serviat uni.*

Difficile superatu vitium recognovit Cassianus; Pulchre, inquit seniores nostri naturam morbi hujus in modum cepæ, bulborumque describunt, quæ uno decorticata tegmine, alio rursus inveniuntur induta, totiesque reperiuntur obtecta, quoties fuerint exspolita: Ideo autem difficile superatur, quia non se; sicut cætera vitia patet exterius, solet enim nidum in interioribus collocare. Platonis domum intrasse Diogenem refert Rhodiginus libro decimo tertio lect. Ant. capite decimo tertio, qui ubi thoros non vulgari magnificentia vidit ornatos cepit pedibus procalcere dicens: *Calcio Platonis fastum.* Cui Plato. *Calcas quidem sed alio fastu,* Tumore namque vanitatis majori Diogenes intus, quam Plato exterius agitabatur. Tam superbia, quam modestia solent calcare mundum, primus contemptus oritur à vanitate; præ ambitione enim omnia reputat nihil, secundus à vera procedit humilitate, ideo philosophi contemnentes superba, vanitate existerant inflari. De Chamaleone inquit, Plinius; *Corvus occiso Chamaleone, qui etiam victori nocet, lauri infectum virus extinguit.* Sic pariter sicut corvus victor Chamaleonis existens, ab ejus veneno vinsitur, & extinguitur, qui Chamaleonem inflatum superbix vincit, ab ipsa venenatus vincitur præsumptione, pluries enim triumpho superbix sunt venenata præsumptionis spolia.

Nullus autem vanam gloriam credat se expugnasse, si moleste non ferat ab aliquo commendari, laus enim, ut inquit Divus Greg. 26. Mor. capite vigesimo tertio, justos cruciat; iniquos exultat, sed justos cum cruciat purgat, iniquos vero dum lætificat, reprobos monstrat; Ideo Divus August. sic caute se gerebat in laudibus, omninoque formidabat. *Castor,* dicebat Seraphicus August. *aliquando laudibus meis, cum vel ea laudantur in me, in quibus ipse mihi displiceo, vel etiam bona leviora*

*pluris æstimantur; quam æstimanda sunt.* Frequenter autem laudibus inhiantes, ut gloriam ventosam capienti desiderio fraudantur, & unde gloriam capessere curant, vilipendium incutunt, & à sapientibus parvi fiunt. Quæ ruina non illis minatur, qui mirabilia cogitant supra se? Quæ vesania, eos tenet, qui nil se credunt habere, nisi exterius apparuerit hominibus? Odium inanis hujusmodi gloriæ Petrus monstravit, cum propter valetudinem à Petro & Joanne claudo ad Salomonis templi portam speciosam mendicanti, mirabiliter restitutam, ipse Petrus allocutus est ad hominum cœtum ad plausus Apostolorum maxime inclinatum. *Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini?* Quasi diceret oculos à nobis amovere; date gloriam Deo, nos enim gloriam vestram minime ambimus, non theatrum amabant in mundo, sed spectatores desiderabant in cœlo. Verus enim humilis nil magis pertimescit quam laudes, æquo animo tolerabat calumniam, sed nunquam sine pavore contingeret laudes audire. *Samaritanus es tu* improperabant Dominum Pharisei, hujusmodi autem calumniæ nihil Christus respondit. Alia opportunitate, dæmon exclamat dicens: *Scio quia sis sanctus Dei.* Cui Dominus insolita asperitate respondit, & obmutescere jussit. *Obmutescere* Quare hoc? quoniam Pharisei calumniantur, diabolus vero laudabat, Dominus autem humilitatis præceptor patienter toleravit calumniam, sed laudes audivit iratus, ut nos doceret vero humili præstantius esse calumniam, quam commendationem audire, in offensa enim merito locus adest, sed periculo in laude. Humiles ergo veri hypocritarum sanctam amant, & semper apparere minores.

Duo sunt genera hypocritarum, alia enim hypocritarum divina, alia diabolica & humana, qui cum homo vitij nutritus est, & undique humanus cum sit, desiderat apparere divinus, & mirabilis in operibus, hypocrita est Deo hypocriti omnino falsi, qui cum re mirabilis est, & vult apparere humanus, hypocrita sanctus est divinus, qui coram Deo homo est, & decipit homines similitudinem

*Hypocritæ  
sancti.*

divinitatis ostentans , perniciosè fingit & falsus est , qui Deo mirabilis & hominibus apparet similis illis , est humillimus proficuaque fictione se simulat ; hanc hypocrisis Deus amat , hanc in iustis expolcit : *Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum.*

Per anthonomasiam Eucharistia mysterium vocatur fidei , inter cuncta mysteria videtur excelsum : *Mysterium fidei* : Sed cur inter fidei mysteria Eucharistia præclarior ? Nonne nobilior est Incarnatio , & Trinitatis mysterium ? Utique , quia in Eucharistia est corpus sub speciebus sacramentalibus definitiva , & accidentali præsentia , in Incarnatione autem humanitas est substantialiter unita divinitati Verbiq; divini personæ , ex cujus hypostatica unione homo Christus est Deus , ex cujus etiam mirabili unione idiomatum communicatio resultat ; Quid mirabilius quam Trinitatis mysterium ? in quo eadem est indivisa substantia in personis tribus distinctis , unus Deus in Trinitate , & Trinitas venerabilis in unitate ; Quare ergo inter recondita tot mysteria Eucharistia fidei mysterium dicitur singulariter ? Quoniam inter fidei mysteria sola Eucharistia retinet realitatem substantiæ unius , & conservat distinctæ rei similitudines apparentes , retinet Christi Dñi substantiam , & realitatem , sed conservat accidentia apparentia & similitudines panis , destructo pane apparet panis , est Christus , apparetque panis ; Hoc ergo maximum est mysterium conservare alienas similitudines in substantia realitateque aliena. In alijs mysterijs credimus quod non videmus , in Eucharistia credimus contra id quod videmus , vident oculi panem , & non esse panem credunt , aures audiunt hostiæ fractionem , & credimus nihil substantiale ibi dividi ; & frangi. *Non confractus non divisus* , sicque contingit in gustu , gustat panem , & credimus carnem manducare non panem. In Eucharistia realitas & substantia est Christi , similitudines & apparentiæ sunt rei alterius distinctæ nempe panis. In alijs mysterijs non est similitudo quæ non sit illiusmet realitatis

& veritatis , in Eucharistia similitudines quæ apparent non sunt similitudines realitatis , substantiæ , & veritatis quæ in illo realiter continetur ; Ideo singulariter dicitur fidei mysterium , per anthonomasiam excelsum : *Mysterium fidei* , quia in eo cum substantia Christi adest panis similitudo , & in realitate supremæ substantiæ conservat Eucharistia similitudinem apparentem realitatis infimæ nempe panis. Hoc in iustis debet fulgere , sic præcavere ne ab inani gloria vincantur ; conservare substantiam , & simul similitudines alterius retinere , quod sint divini in veritate per gratiam , sed dissimilis appareat in accidentibus , in veritate mirabilis & per gratiam divinus , sed exterius manifestare accidentia humanitatis , in realitate mirabiles , in similitudinibus apparentibus similes alijs hominibus. *Et vos similes hominibus.*

Tentavit Satanas primos parentes dicens : *Eritis sicut dij*. Sed nescio ubi fraus lateat serpentis ; Quinimo stultitia tentatio laborasse videtur , etenim Adam divinus erat , optime cognovit Adam fuisse veluti Deum , cum expressa fuerit factus similitudo , & imago *Creavit Deus ad imaginem , & similitudinem suam*. Quomodo ergo valuit Adam prudenter desiderare & appetere , quod habuerat ? Inscie ergo videbatur tentari. Neutiquam sed potius callide Adamus à Dæmone pulsabatur : Non enim dæmon substantia tentavit divinitatis , sed similitudine tantum *Eritis sicut dij* , non inquit primos parentes realitate divinitatis funduros , sed Deo apparentes futuros , Adam erat divinus , voluit videri & apparere divinus , ideo peccavit , quia appetijt videri quod erat , hic sistit tentatio , quia homo sublimi gratia exornatus periculosè ausus est cum substantia quam possidebat similitudines concordare , debuit enim esse divinus , sed similis hominibus apparere. Ideo ut Adam una ex divinis personis poenitentem esse affirmaret , inquit : *Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis*. Quali diceret jam Adam uni ex nobis similis factus est , idest in humanitate similis , si enim similitudinem in divinitate

11.

*Hominis divinitati terrent, solum divini humanitatem affabilem ostendentes animas aliorum laurantur.*

te intelligeret, diceret, *factus est sicut unus*, omnes enim personæ æqualiter sunt divinæ, erat ergo similis in humanitate; ut sic factus esset sicut unus ex tribus personis nempe Verbum, quod humanitatem assumpsit, ut ergo poenitentem demonstraret Deus Adam, inquit jam similitudinem obtinuisse realitatis & humanitatis ab uno ex nobis assumendæ, jam Adam homo apparet, ruit Adam & lapsus est quia similitudinem appetijt divinitatis: *eritis sicut dij*, & redijt ad sanitatem cum suscepit in se similitudinem hominis: *Factus est sicut unus ex nobis*.

11. Paulus, & Barnabas plura pararunt prodigia coram populis illis, quos convertere missi sunt, sic homines in stuporem rapti sunt, ut dixerint: *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos*. Parum Apostolos videtur populus commendasse, immo laudes encomiaque confudisse, oporteret dicere: Homines dijs similes descenderunt ad nos; & non dijs similes hominibus descenderunt; Optime Pauli & Barnabæ virtutem populus commendavit, homo enim qui similitudinem divinitatis affectat, optimus potest esse, sed frequenter hypocriti, & vanitate laborat, homo qui realitatem divinitatis per gratiam obtinuit, & similitudinem hominis diligenter ostentat, hinc perfectione gaudet suprema; quia sub tegmine humilitatis virtutem celat, & servat. Præterquam quod, qui virtutem eximiam habet, sed similis alijs, interius fit, ut nullus in virtutibus singularis, sed exterius sicut ceteri similis cunctis, hæc virtus est à vanitate secunda, hæc allicit spectatores ad pulchritudinem perfectionis, illa terret, dijs enim hominibus similes apertissimi sunt convertere peccatores, homines diviniza-

ti terrent; ut quis homines allicit conversatione, requiritur realitas divinitatis per gratiam, sed hominis exterior similitudo, homo perfectus descendere debet similis hominibus factus, quamvis interius sit totus divinus per gratiam, & admirabilis; *Dij similes facti hominibus*; sicut D. Franciscus Salesius cuius dulcedine spiritus quotquot tractabant in odorem currebant virtutum, interius patiebatur divina, eratque singularis, verum similis alijs hominibus factus. Ideo omnibus omnia factus tot peperit Christo, tot ad castra virtutis ejus dirigentibus montis transmigrarunt. *Dij similes facti hominibus*. Homines enim qui cum singulares fuerint, & mirabile: grava, fiunt exterius similes alijs, animas lucrifaciunt, sed qui exterius divinizantur, terrere cunctos formidareque faciunt.

Precibus Saül Pythonissa exorata Samuelem suscitavit Prophetam, ubi autem cepit moveri, & surgere Samuel, mulierem nimius pavor apprehendit. Exclamavit voce magna quasi in periculo constituta, querebaturque de rege: *Quare imposuisti mihi? Dixitque ei rex; Noli timere*. Sed quare pavore concutitur Pythonissa? Rationem ipsa reddidit regi interroganti respondens: *Quid vidiisti?* cui illa: *Deos vidi ascendentes*: ideo tremore concussa formidabat accedere; Vidit hominem divinizatum, vidit Samuelem, qui homo erat in veritate, sed in similitudine erat Deus, ideo maxime tremoit; quia homo divinizatus non attrahit ad se, sed recedere facit, non allicit voluptate, sed terret incutitque stuporem; solus qui per gratiam Deo unitus divinizatus exiit, & apparet humanus verbis mulcet, alloquijs attrahit, & conversationis vinculis dulcis cunctos catenat.

Ex Genes. 15. *Dicit Dominus Abrahamæ suspice caelum, & numera stellas.*

Job 4. *Aspexi Solem; cum splenderet. Quasi delictum esset, aspicere Solem.*

13. **V**idisse Solem, eo culti, quo tunc adorari solebat, negat Job cum se purgatum à culpis videri contendit, sic refert Hieron. in Ezech. cap. 8. locum illum, ad ritum quo gentiles in adorando dexteram ori admovebant, & Osæ cap. 13. Quo spectas

illud 4. Reg. cap. 19. *Genua que non sunt incurvata ante Baal, & omnes os quod non adoravit eum, osculans munus.* Apud veteres scriptores frequens fit hujus cultus mentio. Minutius Felix in Octav. ¶ Cecilius (inquit) simulacro Serapidis denota-

Vnde ori-  
tur consue-  
tudo oscu-  
landi ma-  
num.

to, ut vulgus superstitiosus solet, ma-  
num ori admovens osculum labijs im-  
posuit. ¶ Ex quo originem sumpsit,  
ut eodem cultu prosequerentur ho-  
minum illos, qui honore potentiave  
antecellerent alios, pares, ac tandem  
gliscente adulatione inferiores, hoc  
manu venerari dixit Tacitus. Manu  
salutare Martialis, apud nostros hinc  
illud aulicis *Osculor tibi manus, &*  
*pedes.*

14.

Osculandi verbum *Nasak*, idem  
quod *adoratio* significat, & sic ubi  
Hieron. Psal. 2. *Apprehendite discipli-  
nam*, legunt 70 *adorate* & alij *oscula-  
mini*. Osee 13. *Vitulos adorant*. Pagni-  
nus, Regia Tygurina *Osculantur vitu-  
los*. Aquila sic etiam vertit. Et Gen. 45.  
*Ad tui oris imperium cunctus popu-  
lus obediet*, legit Regia, *Super os tuum  
osculabitur omnis populus*. Varablius *Os  
tuum osculabitur omnis populus*, hoc  
nempe signo te illorum esse domi-  
num ostendentes. Sed unde osculan-  
di manum orta sit cæremonia, Hor-  
tibonus in Laërtij notis, ad quandam  
silentij venerationem pertinere, ut  
labijs manum admovent, quasi digi-  
to compescentes labellum, inquit,  
Paræmiacum enim illud est, Deum  
coli silentio. Sed illud multo verius,

Genes. 15. *Scito pranoscens quod peregrini-  
um futurum sit semen tuum, ita &  
affligent quadringentis annis.*

quod adorantes sæpè manus, genua,  
pedes, & ora, oculos aliorum suavita-  
rentur, cum verebantur ore profano  
Deos, vel principes tangere, emittis  
id facerent porrecta manu, statimque  
ad os relata. Cicero act. 5. in Verrem  
meminit simulachri Herculis, cujus  
mentum adorantium osculis attritum  
fuerat.

Alius erat ritus, quo solem adora-  
re solebant, erectum scilicet ori pol-  
licem admovebant, ut ex illo Appuleij  
in 4. Met. ¶ Et admoventes oribus  
suis dexteram primore digito in ere-  
ctum pollicem residente, ut ipsam  
prorsus Deam Venerem religiosis ad-  
orationibus venererent. ¶ Alius erat  
quo colentes si circumagebant Plaut.  
Curcul. act. 5. *Si Deos salutas, dex-  
trorsum censeo* sic Romani. Galli vero  
sinistrorsum. Vnde Plinius lib. 28. c. 2.  
In adorando dextrum ad osculum referi-  
mus, totum corpus circumagimus,  
quod in lævam fecisse Galliarum religio-  
sius tradunt. Vide Lipsium lib. c. 6. Ex  
quibus constat non prohibitum vide-  
re pulchritudinem cæli, sed videre, ut  
cultu religioso Sol & stellæ adorentur,  
nefas erat: à quo immunem se jactat  
patientissimus Job, cum dicit: *Si oscu-  
latus sum manum.*

Formula  
solem ado-  
randi.

Exod. 12. *Habitatio filiorum Israël fuit  
quadringentorum & triginta anno-  
rum.*

De Hac antilogia vide cap. 12. Exodi, ubi propria est ejus sedes.

Ex Genes. 15. *Generatione autem quar-  
ta revertentur huc, ubi 400. annos  
denotant ista generationes.*

Baruc cap. 5. *Eritis Babylone usque ad  
generationem septimam ubi fuerunt  
70. annis ex lere. c. 25.*

15.

Pro hujusmodi antilogiæ concor-  
dia, triplex acceptio hujus vo-  
cis *generatio* est recolenda memoriæ.  
Pro quodam genere hominum sumi-  
tur primo, ut Num. 12. Deum cir-  
cunduxisse populum per desertum 40.  
annis, donec consummaretur gene-  
ratio univèrsa, refertur, id est genus ho-  
minis, quod murmuraverat, per deser-  
tum, reversus exploratoribus Num. 14.  
& Psal. 94. & Prover. 30. Pro procrea-  
tione unius personæ ex alia secundo  
sumitur, sic accipitur in genealogia  
Christi secundum Matthæum. Apud  
Græcos generatio, idem est quod ætas,  
& progenies. Et quod Sacræ litteræ

Multifa-  
riam sumi-  
tur gene-  
ratio.

vocant generationem apud Eusebium  
lib. 10. de Præp. Evang. cap. ultim. po-  
nitur pro spatio 20. annorum. Herodo-  
tus 23. ei assignat, & libro secundo  
eam definit. 33. Diodorus libro 3. c. 13.  
Dionysius Alicarnassus lib. 1. Rom. ant.  
ad 100. extendit. Exiisse enim Me-  
dorum imperium ait prope quatuor  
generationes, id est ad 400. annos, jux-  
ta quod facilis esset antilogiæ concor-  
dia, idem enim est quarta genera-  
tione revertetur, ac post 400. annos  
peregrinabitur. Pro univèrsa ætate &  
vita hominis sumitur generatio, sic  
apud Isaiam 38. *Generatio mea abla-  
ta est, & convoluta est à me, quasi ta-  
bernaculum*

*bernaclum pastorum.* Aetas porro hominis definitur in Scriptura 100. annis sic Eccles. 18. legitur Numerus dierum hominum ut multum 100. anni. Cui consonat Psam. 89. *Dies annorum nostrorum in ipsis 70. anni*, ad tempora Moſis mensura relatâ. Juxta quod facilis est etiam concordia nostrâ antilogiâ: idem enim est quarta generatione reverti ac quarto sæculo, vel centenariio exacto redire. Quintam addit generationis acceptionem pro spacio scilicet decem annorum, Pererius probat ex capite 5. Baruc *Eritis Babylone annis plurimis usque ad generationes septem*, Ex Jeremia autem solum 70. annis captivitatem durasse constat.

16. Ex his constat ad antilogiam, Genes. namque 15. pro spacio 100. annorum sumitur generatio. Unde post quartam generationem, id est post

Genes. 17. *Circumcisio data fuit Abraha in fœdere sempiterno.*

Genes. 17. *Circumcisio data fuit Abraha in fœdere sempiterno.*

### §. I.

*Propōnitur Superbia Hebræorum in fœdere circumcissionis posita, & odium contra Christum, & Christianos, quia illam abolere conantur.*

17. *Odiū Hebræorum contra Christum, & Christianos.*

**P** RIMUM, quod populum Sanctum, & benedictum esse inter gentes præsumere fecit Judæos, fœdus est circumcissionis, quam à Deo pro signo acceperunt; quo à cæteris nationibus discernentur (inquit Buxtorfius in Synagoga) & impresso quasi sigillo, pro peculiari Dei populo obſignarentur. Hoc fuit scutum; quo se perpetuo contra prophetarum concionum & objurgationum ictus sumt tutati. Quotiescumque ab illis impietatis, infidelitatis & pertinaciæ redarguebantur, continuo illi suam circumcissionem objecerunt; ac si impossibile esset, ut populus ille, qui hoc divini fœderis signo est signatus; ullis peccatis contaminati, aut iterum ex Dei fœdere excideret & excindi posset. Incredible dictu est; quantopere circumcissionem hanc extollant; quanti arroganter passim eam jactent, & nos omnes incircumcisos contemnant &

400. annos reversi sunt. Generatio vero in Baruc (teste Cartusiano) eò sensu quo Augustin. eam expressit, pro ætate scilicet capaci prolis generationis quam esse 14. annorum hæsitabit nullus. Tribuamus ergo singulis generationibus 14. annos; dummodo generationes intermedias integras; & completas intelligamus, reliquas autem duas primam & ultimam inchoatas cognemus, & à temporis computatione exclusas, habebimus 70. annos. Apud Mathæum & Lucam reperitur exemplum. Primus de transfiguratione Christi scribit post sex dies esse factam, secundus post octo dies, quia hic usus est computatione primum, & ultimum excludente, vel dicendum septem idem esse ac plura ut Levit. septem plagis id est multis corripiam vos; dicitur. In Prover. Septies in die, id est, sæpè cadit justus.

Paul. ad Gal. 5. *Circumcisio nil prodest.*

condemnent. Inter infinita alia dicunt; circumcissionem causam esse, cur Deus preces ipsorum exaudiat, nostras vero tanquam incircumcisorum, surda aures prætereat, & negligat. De hoc legitur in lib. *Menoras Hamnor.* ¶ Tantum est meritum, tanta dignitas circumcissionis, ut propter eam Deus exaudiat præcationes omnis oris. Nequaquam vero exaudit os gentilium (Christianorum intelligunt) sed Israëlitarum, propter meritum circumcissionis. ¶ Qui scire avert, quomodo hoc, circumcissioni conveniat; noceat vocolam Hebræam *Pehos*, in Cabalistica ipsorum arithmetica in numeris continere 85. ac tantundem valet; *Milah* circumcisio 85. Deum ergo dicunt: quia exaudis orationem omnis *Pehoris*; perinde est ac dicere, omnis *Mahul* circumcisi. Quis non rideat, quam verissime, & appositissime: nam quam prompte preces eorum exaudierit Deus; dum per 1600. annos redemptionem ex captivitate hac accelerari; quotidianis precibus anxie petierunt, experientia restatur. In *Cad Hakkemach* legitur: ¶ Tanta est virtus circumcissionis, ut nullus circumcissus in gehennam; vel purgatorium descendat & contrariò omnes præputiati descendunt in gehennam. ¶ In Rabbi Bechar legitur:

*Varia Hebræorum de circumcissione fiducia.*

¶ Per signum hoc innotescit palam dignitas Israelitarum, qua ratione discernantur à cæteris nationibus incircuncisis corde & carne. Hæ enim sunt dotatæ dumtaxat signo *Schedim* Dæmonum vel diabolorum, sed Israelitæ signo *Schaddai* Dei omnipotentis.

¶ Hinc in precibus suis matutinis quotidie adhuc orant. Benedictus Deus, quod me non creavit Israelitam. Benedictus Deus, quod me non creavit Goy, hoc est ethnicum, Gentilem, vel Christianum.


Quia tamen Christiani; circumcisionem vel ( ut proprius cum Divo Paulo loquar, ) concisionem evellere conantur, superbe ab illis despiciuntur, nostramque religionem plusquam Vatiniano odio, blasphemis, diris, & execrationibus prosequuntur. Hoc autem odio ab ipso Christo, imò ab ejus præcuratore Joanne cœperunt, quia Mosaicam legem, & religionem non nil immutare, & loco circumcisionis carnalis baptismum introducere, Judæos redarguere, & ad pœnitentiam quæ vera circumcisio cordis & spiritualis est, reducere videretur. Miseri & obcæcati Judæi! an non Esau æque ac Jacob Isaacum circumcisum habuit patrem? æque ac Jacob ipse circumcisus est? sed quid hoc illi profuit, eo non obstante dixit Deus per Malachiam *Jacob dilexi, Esau autem odio habui.* Circumcisio carnis sine circumcisio cordis nil prodest, nam hanc potissimum ubique Deus urget Deut. 10. Jerem. 4. & 9. Act. 7. ad Rom. 2. 25.

\*\*\*

## S. II.

### Conciliatur antilogia.

18.

 his facile potest colligi, solum ignorantia, & cœcitate Judæos ductos, umbras amplecti veritatis, & illius radiis opponere tenebras. D. Thomas in comm. super epist. ad Gala. lect. 1. ¶ Nocivum quidem est (inquit) jugum legis, quia aufert Dominicæ passionis effectum, & ideo dicit nolite contineri jugo servitutis, quia ecce ego Paulus, qui, supple, voce autoritatis dico, & bene, quoniam si circumcidimini, Christus vobis nil proderit, id est fides Christi.

Sed contra Act. 16. dicitur, quod Paulus circumcidit Timotheum, ergo fecit quod Christus nihil prodesset ei, ergo

decepit eum. Respondeo, dicendum est secundum Hieronymum, quod Paulus non circumcidit eum, quasi legem servare intenderit, sed simulavit se circumcidere faciendo opus circumcisionis, nam secundum ipsum, Apostoli simulatorie servabant legalia ad vitandum scandalum fidelium, ex Judæis, faciebant autem actus legalium, non cum intentione servandi legalia, & sic non exibant à fide. Unde non decepit Timotheum. Secundum vero Augustinum, dicendum est, quod Apostoli secundum veritatem servabant legalia, & cum intentione eam servabant, quia secundum Apostolorum sententiam licebat fidelibus ex Judæis, illo tempore, scilicet ante gratiam divulgatam, ipsa servare. Et ideo quia Timotheus fuit ex matre Judæus circumcidit eum. Apostolus cum intentione servandi legalia, quia vero Galatæ ponebant spem in legalibus post gratiam divulgatam, quasi sine eis gratia non sufficeret ad salutem, & ideo ea servare volebant. Ideo dicit eis Apostolus, *si circumcidimini* sequebatur enim ex hoc, quod non reputarent Christum, in cujus signum data fuit circumcisio Genes. 17. ut sit in signum fœderis inter me, & vos.

Qui ergo circumcidebantur, credebant adhuc signum durare, & tunc signatum nondum venisse, & sic excidebant à Christo, sic ergo patet finis legis esse nocivum. ¶ Vide super hoc epist. Hieron. ad August. & Aug. ad Hieronym. Chrysostom. hom. 39. super hunc locum.

Respondet similiter. ¶ Dominus omnium, sciens ipsorum animi inconstantiam, hoc ab eis signum petere voluit, non ut semper maneat signum hoc, sed postquam signata finem acceperint, & signi ulus auferatur, sicut qui signum repetunt, & pignus accipere volunt, cum negotium perfectum fuerit, tunc & signum tollunt. ¶ Videatur Divus Thomas 1. 2. qu. 103. art. 3. & qu. 102. art. 5. Origenes hom. 3. in Genes. Joannes Ferus sup. Ep. Pauli ad Galat. Videamus ergo an cessasse legem probari possit?

Solutio D. Hieronymi.

D. Augustini responsio.

D. Chrysostomi responsio.

## §. III.

*Impugnatur ex Rabbiorum principis  
aeternitas legis Moſis.*

19. **A**NTEQUAM rationes, quibus aeternitas legis Moſis infringitur, recolamus, Rabbiniſ & Abarbaneli opponamus, quæ apud ſuos maximæ ſunt auctoritatis. Sic de nova lege per Meſſiam ferenda aiunt Rabbini (in Ialkath ad Eſai 2. ¶ Sanctus Benedictus conſiderat, atque expendit novam legem, quam daturus eſt per manum Meſſiæ. ¶ Idem ad Pſalm. 2. ubi de Meſſia ſermo. ¶ Dicitur eſt Deus aſcende, ut novum fœdus cum eo percutiam. ¶ Quibus indicant, aliud fœdus, aliamque legem Deum laturum tempore Meſſiæ. Distinguit namque Deus hoc fœdus ab illo, quod Deus pepigerat cum Iſraëlitis ex Ægypto eductis, uti, v. 32. liquido indicat. Quod expreſſe vaticinatus eſt Ierem. cap. 31. *Ecce dies venturi ſunt, quibus pangam cum domo Iſrael, & cum domo Iuda fœdus novum.*

Rabbi Manafſes, quæſt. 7. in Levit. ſic reſpondet ad locum Ierem 31. ¶ David Kimbi, & auctororum alij aiunt nequaquam hic promittere novum fœdus, aut legem novam: ſed illud velle temporibus Meſſiæ, eos non amplius irritam facturos legem. Eamque mentem eſſe verborum, illis diebus percutiam cum domo Iſraëlis, & cum domo Ichuda ( futurum eſt id, quando ex univerſali captivitate duodecim ſimul tribus colligentur, quod adhuc non accidit ) fœdus novum. Nec neceſſario ex mente fœderis novi ſequi, novam legem Dominum daturum, ſed priorem in animis eorum renovaturum, nam quidquid in principio non ſatis manifeſtum eſt, cum declaratur in S. Scriptura, novum dicitur, ſic Samuel. 2. cap. 14. ad Sal. *Agite enimus Gilgalem, ut ibi renovemus regnum hoc,* non tunc dedit regnum novum, ſed tantum confirmavit. Sic hic novum regnum denotat religioſam legis obſervationem; idque ſatis oſtendunt ſequentia, non quemadmodum illud fœdus, quod perculli cum patribus eorum, quando eduxi eos ex Ægypto: nam illi irritum fecerunt fœdus. Qui-

bus designat Iſraëlititas non ita irritum facturos fœdus, quemadmodum patres eorum fecerant, & ideo ſubiicit. Nam hoc illud fœdus, quod pangam cum domo Iſraëlis, indam legem meam menti eorum, & cordibus illorum ſcribam eam, eroque ipſis Deus, & ipſi erunt populus meus. Sed & alia ratione hæc loca conciliare poteris, nam fœdus non modo legem, ſed & fæpè in S. Scriptura reciprocum pactum, & ſocietatem à duobus inſitam denotat.

Licet concedamus Manafſe, novam legem non promiſſiſſe Deum, ſed gratiæ novum fœdus, quo per Spiritum Sanctum hominum cordibus obſervantia legis moraliſ eſſet inſculpta, ſicut ipſe defendit Deum diebus illis non novam legem laturum, ſed priorem renovandam in animis eorum, non ideo fœdus legale priſtinum duraturum comitantibus umbris cæremoniarum, quæ de primaria legiſlatoris vóluntate non dimanarunt, teſte Maimonide More Nevoc. part. 3. cap. 32. ſed fœdus gratiæ, quod in priori præcepta naturalia continente, comprehenditur, cenſemus. Neque Propheta intelligi poteſt de lege cæremoniali. Tum quia id Judæi roborant ſua præxi, dum quia extra Judæam nunc agunt præcipuam legum ſuarum partem tuto ſe omittere poſſe, defendunt. Meſſiæ autem advenſu ad quæſcunque gentes terminos ſuos extendere, ſententur Judæi Eccleſiam debere, in ejuſque communionem vocandi gentiles, ab iis ergo lex cæremonialiſ obſervari non poſſet, ex India enim, Europa, noſtris, vel aliis longe recedentibus regionibus, quo pacto, toties Jeruſolymam aſcendere poſſent, prout ſancitur à lege? quove modo, ad longinquas horas forte lepræ inſpiciendæ, ædiumve purgandarum gratia, poſſent progredi ſacerdotes? Meſſiæ ergo advenſu, in quo vocati ſunt gentes, quoad cæremonias mutatio eſt legis recognoſcenda. Tum, quia hoc indicat non obſcure Ieremias 3. *In diebus illis, inquit Dominus, non dicent ultra, arca teſtamenti Domini, nec aſcendet ſuper eos, neque recordabuntur illius, nec requirunt, nec ſacrificabitur ultra.* Iſaias 29. *Tempore illo erit Domini altare in media terra Ægypti, & monumentum juxta terminum ejus Domini.*

Explicat Manafſes in Levit. 7. Prophetas,

phetas, quasi verbis illis promittat, Deus, quantumcumque in dies crescat Israël, reliquas gentes non excitandas invidia, neque bella morturas, ita ut opus futurum non sit ad arcam confugere, neque illam eos in exercitu comitari, ut diebus Elizæ, quoties bellum ingruisset, solebant. Verum futilis esset oratio Prophetæ, si diceret, non fore memores arcæ ad bellum gerendum, ubi non erit bellum. Deinde, quoniam verus non esset propheta, si censu prædicto deberet intelligi, arca enim alios in fines fuit instituta, imò non primario, ut exercitum bello comitaretur. Nam quamvis primis temporibus, antequam certum quietis locum nancisceretur, ut bellatrix à populo circumduceretur, tempore tamen templi fieri non potuit, cum ad alios fines fixa oporteret esse. Si ergo tempore Messie non excura dicitur, abrogandas caeremonias fore, quatum arca erat centum, non est leve quidem inditium.

Addit Manasses, antea arcam receptaculum esse divinitatis, temporibus autem Messie non unum aliquem templi locum fore, divinitate repletum, sed hanc gloriam toti urbi Hierosolymæ datum iri, ut quicumque in ea sint, Propheticum spiritum habeant. Adducit pro hac expositione illud Prophetæ Isaiæ 11. *implebitur terra cognitione Domini.* Unde nominabunt arcam, quia solium Domini appellabunt civitatem. Sed hoc ruit ipso telo, quod passim jaciunt in nos, cum addere legi prohibitum censeant, & nunc tempore Messie extra templum fas fore sacrificare, concedant, quod lex reputavit nefas. Deinde, implebitur (dicit) cognitione Domini terra. Vaticinium quis non videt temporibus nostris impletum? cum ab adventu Domini nostri Jesu Christi, per totum orbem sit ejus cognitio diffusa, & sanctitas, quæ antea templo erat coarctata, & decem præcepta arcæ olim inclusa ab omnibus regionibus admilla, hodie observentur, & Deus, summusque legislator cognoscatur, adoretur & colatur.

## §. IV.

*Ex principiis Rabbiorum specialium præceptorum defenditur abrogatio tempore venturi Messie, jamque abolita esse, ex quo noster Messias venit.*

**Q**UOAD specialium præceptorum attinet abrogationem, de sacrificiis ipsi Rabbinii statuunt ea penitus esse abolenda, excepto Eucharistico tempore Messie, in hunc sensum aiunt in Sehebabor cap. 2. & Ialcuti ad finem Ezræ. ¶ Omnes oblationes cessabunt in futuro sæculo, confessio vero aut gratiarum actio, *vel Eucharisticum sacrificium* non cessabit. ¶ Quod manifestis istis opponi possit verbis non video? nisi quod generalis non sit Rabbiorum sententia. Huic alia possunt adjungi, quæ inter gregem ducit hoc ex Vaicra Rabbin. ¶ Omnia festa cessabunt, præter festum Purim, & diem expiationum.

¶ Respondet Abarbenel, lib. de capite fidei cap. 13, quod non est cessatio hæc everfio festorum, absit hoc, sed cessatio memoriæ istorum, quia omnia ista sunt recordatio exitus ex Ægypto. Sensus autem istius dicti est. Israëlitz tempore liberationis suæ non applicabunt animum ad recordationem prodigiorum, ac miraculorum, quæ pro illis paravit Deus Benedictus, cum educeret eos ex Ægypto, quia vidento eximia miracula, quæ coram illis Deus faciebat diebus Messie, priora tradent oblivioni. Verum exceptio hæc (inquit Vorstius) nimis frigida ac diluta est. Quid est aliud festum, quam solemnitas & celebratio memoriæ de re aliqua grata vel tristi? Cessante igitur memoria rei, cujus gratia festus dies institutus est, etiam festum abolitum merito censetur, cum præcipua ac essentialis pars festi ipsa sit recordatio, prout ipsi quoque inter requisita rite celebrandi festum primo loco ponant recordationem, atque recensio- nem factorum miraculorum, atque rerum, ob quas fuerunt ordinata. Videatur Maimonides Chamar. 2. Vemazach. cap. 7. p. 1. & recte: Nam ita indivulfe hæc se comitantur, ut unum absque

absque altero aut esse vel subsistere nequeat. Oblivio itaque miraculorum, istis diebus editorum satis arguit etiam festorum nullam habitum iri rationem.

Secundo præcluditur Rabbini iste: Cur potius festum Estheræ, atque Cipurim vigeat, quam alia? in iis non minus occurrunt miracula (ipso Abarbanele fatente) quam in aliis. Neque hæc fuerunt illustriora, quam in deserto aut Ægypto facta vel visa, imo minus angusta, ut potius inde colligendum esset, hac oblivione sepultum iri, atque penitus offuscaæ splendore miraculorum diebus Messiaæ edendorum. Et si memoria tristitiæ aut mæroris delenda est ex animis Judæorum, cur non etiam calamitatis atque afflictionis ab Hamano perpeßæ. Forsan dicet cum Auctore Thipheret Israël, 53. ideo non abolitum iri utriusque festi celebritatem, quia sunt (ut loquitur) propter ordinem mundi resurrectionis, ejusque veluti Typum gerunt. Uti enim resuscitatio homines in vitam revocabit, sic & in festo expiatorio peccator, antea factus quasi piacularis hostia, & mortis mancipium vitæ restituitur. Sic quoque in festo Purim, prius nil nisi patibulum, & gladium expectantes, præter, & contra omnem opinionem libertate ac vita donantur. Sed cur idem non obtinebit in Ægyptiaca liberatione? Sane hic multo illustrius argumentum se offert receptæ vitæ, quam in utroque istorum. Durissima enim, & diuturna servitus non tam vita quam mors appellanda est, imò deterior ipsa morte censeretur. Tum etiam revera ex ipsa morte non semel (ut factum in Hamani excidio) sed sæpius erepti fuerunt, ut ab exercitu Pharaonis inhærente ipsorum tergis, ab Amalecitis, aliisque gentibus. At vero Abarb. cum suis Rabbini, non commemoratum iri Messiaæ tempore, ne scilicet miseriæ atque afflictionis istius recordatio obnubilet solidam lætitiæ istius sæculi, ait.

Quis vero (ut eadem opera hoc dictum expendatur) hic non vidit manifestam præcepti abrogationem? Verba jubentis (ipsorum iudicio) sunt ut recorderis, vel commemores diem exitus tui ex Ægypto omnibus diebus vitæ, Deut. 16. Infulse autem hæc, om-

nibus diebus vitæ tuæ, extendunt, non nisi ad tempus usque Messiam.

Ineptior est à R. Bileel. in Thipheret Israël, producta hujus silentii ratio, quia non opus erit multiplicatione beneficiorum, aut recensione felicitatis alterius tempore, Messiaæ. Hac ratione omnia miracula, & beneficia Israëliti-co populo præstita, æternæ oblivioni dabuntur Messiaæ diebus. Adde, hac recensione, aut recordatione sublata etiam simul tolli præcepta huic annexa, uti demactatione agni Paschalis, de fermenti expurgatione, atque azymi esu, hæc enim cum recordatione connectuntur, ita ut hæc plene ac rite fieri nequeant, uno eorum sublato. Si ergo hæc omnia jure divino introducta cessabunt, festum Estheræ instituto solonixum humano, cur hoc æternitatis privilegio præ aliis gaudebit? Certe nihil occurrit cœlebritatis hujus divini institutæ in historia Estheris. Auctor enim hujus, & primus institutor traditur fuisse Mardochæus, vide Esth. cap. 9. imò tantum est ex ipsorum historia institutum scribarum. De quo Maim Megilah. cap. 1. & hoc pacto plus auctoritatis meretur hominis institutum, quam Dei præceptum. Tum quid opus erit festo Cipurim, jejuniis, atque mæroris signis, ubi cuncta gaudiis, & jubilationibus resonabunt? Denique quorsum peccatorum expiatio, divinæ iræ placatio, cum jam Deus se amicissimum Judææ genti exhibebit? Ubi nil impuri in Israëlè amplius habitabit, Deus insculpet legem suam ipsorum cordibus. Quorsum hic anniversaria expiatio? quæ cuncta satis arguunt quam futilis, atque fictitia sit hæc auctoris nostri responsio, utpote nulla vel rationis specie suffulta.

Ea sunt contra æternitatem legis quæ passim tradit Abarb. § Domus iudicij (inquit) habet potestatem illicitam faciendi rem licitam, ut enim faciat sepimentum ad legem, illicitum faciunt, quod non fuisset ventum ex lege. § Rab Meir in Avodat Kodesch part. 3. capite 34. ad locum Levit. *observeate observationem meam.* § Unde apparet (inquit) Deum dedisse ipsis (scilicet sapientibus) facultatem concedendi alia decreta, præter quam istud, quod constituit nobis verus iudex. § Unde quæso vel levissime de-

prehendi

prehenditur, verba hæc tantum Senatus Judaico esse dicta, non vero cunctis Israëlitis: si interdicta videantur de incestu, adulterio, vanaque libidine isto pertractata ca. nil insulsius erit, quam ad Israëliticam curiam hæc restringere. Tum quo pacto extunderur ex his verbis, observate observationem meam, facite observationem ad meam observationem? ac si hic plena facultas concedatur senatus præcepta divina mutandi, augendi derogandi, vel abrogandi. Hoc pacto licebit idem commentum sequi in eadem phrasi, ut Levit. 8. *Observate observationem Domini*. Ubi licet agitur de custodia templi à Levitis peragenda sic & illie de observatione casta, pudicaque vita. Unde manifesto liquet, quam rata sit hæc senatus potestas habenda, quæ adeo peregrinis, & abtonis suffulta est interpretamenti.

Aliter respondet, ¶ cum dicimus quod senatus possit aliquid extirpare è lege, non esse scopum sapientium, quod illorum sit eradicare aliquid ex lege, sed solum explanare, quia præter legem scriptam, extant alia in traditione præcepta. Unde æternitas legis intelligenda est de generalitate ejus hoc est de lege scripta cum expositione, prout etiam accepit Moses in Sinai, quam vocant legem scriptam, & oralem junctim sumptam, omnia prout comprehendit augmenta, determinationes, & glossemata supra, vel contra quam in lege extant. ¶ Sed quot verba tot sermo absurda hic profert, & ubique impingit in crassum paralogismum. Unde enim constat hanc perpetuitatem legi orali tribui? num ex lege scripta? at nil certius, quam alium ubique ea de re esse silentium, nec aliter fieri potest, cum nil de hac Moses in Sinai somniaverit, nec Israëlita tam nugax ab eo hauserint figmentum, ut passim ex cultu eorum observare licet. Quorsum enim ex *Vrim*, & *Thummim*, & cui usui repetita essent oracula, si jam omnes casus definitos, enumeratos, atque decisos Moses ex ipsius Dei percepisset institutione? Deinde, unde innouit ipsis, omnes expositiones interpretamenta, atque annotationes dictorum in legem scriptam, Mosi fuisse in Sinai propositas atque expositas? Ad has angustias redacti, perpetuo ad Thalmudicum confugiunt sub-

sidium. Misera sane respondendi est oratio, ubi circulatorum more, ad priores recurrendum est ineptias.

Tandem omnibus frustra conquisitis, in eo proram, & puppim solutionis ponit, quod additiones, & turpius, diminutiones etiam ex ipsa legis desumptæ sint substantia. At nil hoc efato turpius. Nam ( ut jam non examinem additamenta, ) si legem scriptam hic intelligit, ubi vel apex hujus indulti, ut postulante rei aut temporis necessitate sapiens præceptum mutet, vel derogat? Nec enim hoc indicat locus Deut. 17. ab ipso productus. Nam ibi non est sermo de expositionibus doctorum præter & contra legem factis, sed de sententia ex ipsa lege petita, ut proxime antecedentia aperte evincunt, ex præscripto legis quando *quarunt te*. Si vero non scriptam, nil pro ipso, quia de imminutione legis scriptæ, quaritur; an desumpta sit ex ejusdem substantia? Abarbanel autem ad traditiones refert, atque vltro etiam agnoscimus omnes doctorum imminutiones ex hac cœnosa exhaustas esse lacuna, & de eo nulla ipsi lis movetur, sed tantum de priore. Etiam ipsi largimur de legis scriptæ desumptas esse substantia, nam istud proprie est diminuere, cum mutilatur, ac truncatur integrum, & istud revera etiam de corpore legis hic arrogantes, & superciliosi machinantur Rabbini. Nec quidquam ponderis apud cordatiores obtinet, quod oralis traditio istam potestatem deferat magistris. Prius demonstrandum fuisset, jure, & recte hoc fieri, sed istud, nec in hoc, nec in futuro suo præstabit sæculo.

### §. V.

*Probatum ex inductione variabilem esse legem.*

¶ Sed ut paulo præstius agamus, nil vetare dicimus, quominus Deus totam etiam legem pro beneplacito immutare possit. Nam actus iste legislationis, utpote à libera ejus voluntate procedens, nil derogat sapientissimæ ejus providentiæ, postmodum effectui dandæ; sed mutatis rebus, hanc ita immutat, ut istam attemperet earum

earum rationi, prout ipse Albo, Adamo, Noacho, &c. datis illustrat. Eiusmodi itaque variatio actionum nullam arguit voluntatis divinæ vel instantiam, vel levitatem, aut naturæ aliquam imperfectionem. Constantis est persistere in animi proposito, nisi quid intervenerit, cuius ratio non immerito haberi possit, quodve in aliam sententiam fluctere voluntatem jure queat. Itaque cum mutat aliqua ratione sententiam, non mutat tamē eatenus, quatenus eam voluit esse mutabilem. Atque idem in legislatione novæ legis usu venisse, non tantum prophetarum suggestu significavit, sed, & propriis testarum fecit, vel mandatis, vel indultis. Unum alterumve ex rituum, & iudiciorum (de mutibus enim nullam iis movemus licentiam) cumulo prodeat indicium.

Interdictum erat Exod. 29. 33. Levit. 24. 9. Levit. 8. 31. &c. Num. 18. 9. ne quisquam vesceretur panibus Propositionis, nisi qui ex tribu Levi esset, aut Sacerdotali fungeretur munere, & nihilominus Davidi permissum fuit eos comedere; neque constat à Deo, vel à propheta factum hoc reprehensum fuisse. Novi quidem eos hic ad fictiones confugere; sed eas nullius ponderis esse illico manifestum fiet. Inter istas jure etiam recensetur, cum volunt facti hujus poenas dedisse sacerdotes, à Saule in excidio Nobi trucidatos, atque hac ratione neglectum divinum præceptum iusto Dei iudicio in iis vindicatum fuisse. At vero hoc est, culpam Davidis (si ita appellanda sit) in sacerdotes innoxios transferre; non horum, sed illius fuit hæc petitio. Deinde etiam posito Achimelechum salutem officij sui memorem non fuisse, quid hoc tum ad reliquos sacerdotes? Iniquum est culpa unius hominis innoxios omnes implicari. Sed & nulum hic Achimelechi crimen intervenisse, satis propria Davidis indicat confessio, dicentis Eleathari: ego in causa fui in omnem animam familiæ patris tui. Ubi omnem excidij hujus culpam sibi adscribit.

Nec quicquam causæ ipsorum proderit commentum de panibus confessionis, vel Eucharisticis, de quibus agi volunt, Levit. 7. 13. quorum esum extraneo etiam permissum volunt, siquidem inter sancta leviora reputantur. Sed ne jam examinem discrimen

de Sanctis Sanctorum, & levioribus, quod licet admitti possit tamen nihil cogit, ut panes hi inter leviora sancta recensentur, cum in loco Numer. 18. 9. Omnis *Korbân* vocetur Sanctum Sanctorum, cui etiam in Siphre annumerant panes facierum. Et unde; quæso, norunt hosce panes fuisse Eucharisticos, non propositionis? Contra potius versiculo 7. disertè vocatur panis facierum. Imò quis liquido monstrabit ejusmodi Eucharisticos panes unquam fuisse? Constat quidem, in sacrificio Eucharistico panem fermentatum cum collyridis fuisse adhibitum. ¶ Sed tunc non nisi respectu potioris partis vocabitur Eucharisticus panis. Et dato etiam, in Samuëlis loco sermonem esse de panibus Eucharisticis, nihilominus Davidi illicitum fuisset iis vesci ex vi legis Levit. 7. 14. ubi manifeste jubetur, ut panis iste sacerdotis sit. Quod vero alij tradunt, eos cessante thuris suffrago (de quo Levit. 24. 6.) communis usus esusque factos fuisse, atque, vel consecrationem tunc desisse, & Davidem iis vesci potuisse, cum post factam suffumigationem postulasset, eadem facilitate rejicitur, quæ asseritur; nec fidem merentur, nisi assertionis suæ proferant documentum. Tantum abest, ut hoc faciant, ut sole clarius contrarium Levit. 24. 9. doceatur. Ex quibus omnibus manifestum sit, nil fecisse, dum conantur opere distinctiunculæ elabi. Hisce etiam addi potest de Sabbathi violatione in expugnatione Hierochuntina prout communis tert magistrorum sententia. Vide R. Caijam in Josu. capite primo folio 48. Idem usu venisse aiunt in noviluniorum nuntiatione, si legati longius vrbe abessent, licebat iter ingredi, quo curiæ indicium fieret. Vide Roschafana capite 2 34. 5. & 9. Sic quoque ubicumque vitæ periculum evitari potest neglectu Sabbathi, permissum est ejus observationem seponere; ut ex Ioma, cap. 8. 96. aliisque infinitis constat locis 39.

Hac adstructa cæremonialis statuti violatione de iudiciorum transgressione, expendendum venit factum ab eodem Davide profectum, 2. Sam. 21. 9. ubi Gibeonitis concessit, ut septem viri mensibus suspensi manerent; si vè autem à 16. Nisam usque ad 17.

Marchefyan contra disertam legem Deuter. 21. 13. Hic ex ipsorum confessione legis violatio fuit : & tanquam confessum à R. Jesaja & Rachi admittitur. Quorum ille ad locum Deut. 31. respondet hoc factum fuisse ex mandato oraculi : ille consultum fuisse , ut eradicaretur. Littera ex lege nomenque Dei publice sanctificaretur. Cum itaque ipsi agnoscant divino vel jussu , vel permissu legem hanc judicariam pro tempore derogatam fuisse, nostram firmat de legis mutabilitate sententiam.

§. VI.

§. VI.

*Proponuntur Rabbiorum argumenta.*

24.

**A**D duo genera argumenta sua reducunt Hebræi. Primum est ex variis S. Scripturæ locis Exod. 31. & Deut. 29. ubi lex Mosaica dicitur duratura, quod sic exponit Maimon defund. legis c. 9. §. 1 Sic dictum est, Deut. 29. *Revelata sunt nobis, & filiis nostris ut semper faciamus verba legis huius.* Hinc etiam intelligis omnia verba legis præcepta nobis esse, ut semper ea faciamus. Et sic ipse ait : *Statutum æternum manebit apud vestras generationes.* Lev. 23. 14. & dicitur : *non est in cælis.* Deuteron. 30. 1. Commune hoc est & vulgare omnium Iudæorum argumentum. Menasse, Concil. in Levit. quæstion. 7. ¶ Superest nunc ( inquit ) postquam ratione id satis probavimus, ut etiam auctoritatem proferamus ; quia nihil Scripturæ Sacræ præcellit : quippe quæ errare nullo modo possit. Ait autem ea de agno Paschali. Exod. 12. 17. *statutum perpetuum tibi, ac filiis tuis, usque in æternum.* De circumcissione dixit Dominus Abrahamo. Genes. 17. 9. *tibi & semini tuo post te, omnis mas per vestras generationes, Sabbathum præcipiens ait, Exod. 31. 16. Et servabunt filij Israël Sabbathum, per generationes suas fœdere perpetuo.* Ideoque mandatum de Sabbatho colendo decem præceptis insertum est, quæ perpetua atque æterna sunt. Ex his tribus mandatis satis liquet, nunquam eorum observationem perituram ; & profecto nullus adhuc se Prophetam esse jactavit, qui quidquam contra illa præciperet. Idem & de tota lege statuendum esse docent verba Deut.

*Nobis & filiis nostris in perpetuum, ut faciamus omnia verba legis huius.* Et alibi, *Ibid. 31. 21. Et testificatur canticum hoc in faciem ejus, loco testis ; neque enim oblivioni tradendum est ex ore seminis eius.* Rursum in benedictione tribuum, *Ibid. 33. 4. Legem præcipit nobis Mosche hereditariam congregationi Jacobi.* Quemadmodum hæreditas, nunquam interrupta ferie, à parentibus ad liberos transmittitur, ita & legem non transmissum iri ait. Sed omnibus his multo clariora sunt verba Deut. 29. 14. *Neque vobiscum solis ego pango fœdus meum hoc, cum adjuratione hæc, sed cum eo, qui adstat hic nobiscum hodie, coram Domino Deo nostro ; & cum eo qui non est hic nobiscum hodie.* Manifeste videmus non modo cum præsentibus tunc Israëlitis, verum & posteris eorum hoc fœdus percussum. Qua de causa veterum sapientum illi, qui credebant, omnes simul animas principio mundi creatas esse, dicunt in eo pacto præsentibus fuisse omnes animas Israëlitis, quæ in mundum nunquam venturæ essent. Idem quoque ex Prophetis colligere est. David ait, *Ps. 19. 10. Timor Domini mundus, consistens in sempiternum.* Item *Ps. 119. 152. Prædictis tuis te in perpetuum fundasse ea.* Asaph. *Psal. 78. 5. Nam statuit testimonium in Iacobo, & legem posuit in Israël, quam præcepit majoribus nostris, ut sciret generatio postrema.* Ergo ad ultimam usque generationem observanda est lex. *Isai. inquit. 59. 21. Et verba mea, quæ posui in ore tuo non recedent ex ore tuo, aut ex ore seminis tui, ab hoc tempore usque in perpetuum.* Idem ( teste R. Mose in Directore, & Gaon R. Secidiah Emunot ) colligere est ex *Isaiæ c. 45. 14 ac Jeremiæ capite 31. 36. locis quæ dicitur, Si statuta, cæli, & terra cessent, etiam Israëllem cessaturum esse populum in conspectu Domini omnibus diebus suis.*

Respond. 1. *Holam* non semper significare æternitatem ipsi satis Iudæi norunt ( sic inquit HornbeeK ) his quoque locis non ita sumendam vocem æternum, sed tantummodo pro longa duratione R. Ioseph Albo, *Ikkarim. Ser. 3. capite decimo sexto.* ¶ Non illa docent legis æternitatem sed definitum tempus. ¶ Quod confirmat ex locis, *Proverb. 22. 25. Jerem. 2. 20. Mal. 3. 4. Ps. 61. 5. Isa. 45. 17. Eccl.*

25.

Eccles. 1. 10. Exod. 21. 4. 1. Sam. 1. 28. Num. 8. Isai. 32. 14. & 13. 6. ubi vox *Holam* æternum ita sumitur: & sic quoque Psalm. 68. 20. Menasse ben Israël Conc. in Levit. quæst. 7. pag. 194. ¶ Ait quidem R. Josephus Albus in Ikarim, ex locis supra allegatis, quibus vox *Holam* olim semper legitur, non posse certo evinci legis æternitatem; quatenus illud vocabulum etiam de certo tempore usurpatur; ut Exo. 21. 6. *Et serviet ei in perpetuum*; ubi *perpetuum* denotat tempus ad Jubilæum usque, & Sam. 1. 22. ubi ait. Hana de filio suo Samuele, se velle eum adducere in conspectum Domini, ut ibi permaneret in perpetuum, id est quinquaginta annos quo spatio serviebant levitæ; idque etiam hic dici posse existimat. Sed nequam ea, quæ parerat, reverentia, hanc materiam tractavit. Quamvis enim duobus his, quæ citat, locis, aliisque horum similibus, *Holam* non denotet æternam durationem, notare oportet, id solum dici posse, quando non subiicitur vox aliqua æternitatem & securam durationem significans; at minime hoc locum habet, ubi tale quid subditur, *in generationes vestras*; in mille generationes; usque ad ultimam generationem; tibi, ac semini tuo, post te; aut, nobis, ac filiis nostris in perpetuum; cujusmodi phrasibus, quæ allegavimus, Scripturæ locis usurpatur. Menasse in Gen. 9. 30. Quando sapiens ait, terram semper duraturam, negant *Holam* denotare æternam durationem, sed tempus limitatum. Uti cum de servo dicitur Exod. 21. 6. *Et serviet ei perpetuo*, & de Sam. dixit mater Sam. 1. 22. *Et manebit ibi in sæculum*. Quibus locis necessario dicendum est, tempus limitatum denotare nimirum usque ad Jubilæum, Sam. usque ad mortem suam mansurum, ut recte observatur à R. Josepho Albo in Ikarim. Quod verò David ait Ps. 104. 5. *Posuit terram supra fundamenta sua, non movebitur in sæculum*, ut supra ostendimus, æternam durationem nequaquam significat, sed limitatam: vel, ut R. Bahyc. Ps. 104. 5. inquit. ¶ Ostendit, ad eò firmam naturam iis à Deo datam esse, ut naturaliter nunquam ex loco suo moveri, aut finem habere possint, sed sola Dei voluntate. ¶ Eodem modo intelligenda hæc verba. Psalm. 143. 5. *Et stare fecit eam à sæculo in sæculum*. Neque advertatur, quod Sa-

Quomodo  
accipiat  
æternum.

piens Eccl. 3. 14. dicit: quidquid Deus fecit, semper mansurum; quando *Holam* quemadmodum jam probatum nobis non significat æternitatem. Quare satis ipse concedit *Holam* sæpè non denotare æternam durationem.

Deinde, quod ais, locis à te pro æternitate legis allegatis ita tamen sumendam, propter additam æternitatis notam, in generationes vestras, longè secus se habet, quia hæc non est nota æternitatis, sed finiti temporis, nempe quousque duratura est vestra Res. & politica, quoad distinetur, notæque erunt vestræ generationes, & vos eritis singularis Dei populus, quæ jam à mille & sexcentis annis non fuerunt. Præterea formam illam non designare æternitatem, discas ex Isai. 61. 4. ubi dicuntur ædificaturi desolationes antiquas, desolationes generationis & generationis, id est diuturnas, quidem non vero æternas, nam eas reædificarent.

Tert. varia loca à Menasse adducta, quasi pro æternitate legis cæremonialis non de hac loquuntur; sed de lege moralis; aut legis Mosaicæ Scriptura, de quibus non est quæstio. Atque ista passim in hac disputatione confundit. Unde hæc ejus ibidem verba: ¶ Neque Decalogus aliam ob causam tabulis è lapide inscriptus fuit, quam ut ostenderetur legem lapidis instar, in æternum mansuram. Atque idem est quod cæteri Prophetæ semper Mosis lege nituntur: nam, ut recte annotavit R. Josephus de Trana in bet Eloim capitul. 54. ab omnibus citatæ fuerunt Mosaicæ Prophetiæ, & Prophetarum ultimus Malac. 3. 2. his verbis vaticinia sua claudit: *Recordamini legis Mosis servi mei, cui præcepit in Horeb ad totum Israël, statuta & iura*. Quo loco de judicio extremo agens, suadet Israëlitis, ut legem Mosis observent, donec ille dies veniat; sed prius venturum Eliam, qui corda patrum in filios, filiorum in patres convertat, ut omnes perfecto corde ad Dominum revertantur. Atque hinc probatur; legem æternam esse. Augustinus quoque conficitur, leges quæcunque ab hominibus sanctæ ac utiles latæ sint, ex Mosaica desumptas esse, id est, ac velut exemplo omnium. Quod si huic soli omnes innituntur, sequitur perfectam esse; omniaque continere; quia data à Domino est ad consummandam hominum perfectionem

etiam sempiternam. Quae omnia & in confesso sunt de lege morum, & Decalogi, atque à nobis æque agnoscuntur uti patet quoque ex citato ab eo Augustino, ac Judæis. Sic & postea ibidem dicit: quid quod decem præcepta arcae olim inclusa, omnes hodieque nationes æterna habent, & conlunt? Verum est. Sed his caeremonialia comparari in sua vi ac duratione non posse, vel inde vides, quod nec in illam summam contracta, nec in arca olim reposita, nec ab alijs nationibus servata, uti illa decem, unquam fuerunt, pro quorum proinde pari firmitate ac perpetuitate, vel æquali cum moralibus jure, non nisi imprudenter & inique disputaveris.

Instantia 1. R. Manasse, quam refert & impugnat Horobek, quod si non ita se res habent, ut dixi, nescio cur Moses, ac reliqui Prophetæ, talibus verbis uti sunt: nisi forte eorum, ac Dei consilium fuerit, ponere offendiculum hominibus. Quanto satius fuisset, clare eos dicere, venturum aliquando tempus, quo lex non observaretur: Nam in re tanti momenti multo præstitisset clare atque aperte loqui, quam verba proferre, quæ contrarium habere sensum viderentur, & si illud verum, profecto non multum illi culpandi sunt, qui ipsis sacræ Scripturæ verbis adhærent.

Resp. Illud nobis multo justius dicere licebit, quando vobis proferimus S. Scripturæ loca, quæ adeo aperte ostendunt pluralitatem personarum in Deo, ubi non unam vocem, sed integras phrasas urgemus & locutiones. Verbum aliquod unum ex alijs pluribus, & integris locis exponi debet, præsertim ubi sæpius non eo sensu ponitur, in quem id trahere aliquibus locis conantur adversarij. Clare & aperte satis Scriptura ubique testata est, non esse parem rationem legum caeremonialium vel judicialium, quæ moralium, nec in ratione observantia, neque durationis: ut nec verbis, nec sensui Scripturæ ulla ratione adhæreant, qui contrarium sectantur. Denique nec doctrina nec praxis vestra probant perpetuam legis caeremonialis observantia intelligenda esse de æternitate omnimoda ad finem usque mundi, quia, ne dicam sæpissime, temporibus etiam pristinis, caeremonialia nec judicialia observata. Vide. 1. S.

21.6. & 2. Sam. 21.9.10. Jam multis sæculis ea neglecta à Judæis fuerunt; quin & multa, docent, non observanda fore temporibus Messia: ergo non præcise *Holam* in æternum hic significat.

Instantia 2. Judæus in Amica Disp. qu. 6. objicit aliqua Scripturæ loca pro observantia totius legis Mosaicæ in perpetuum, etiam diebus Messia: Deu. 30.1. Fietque cum super vos venerint omnia hæc verba, benedictio & maledictio quas dedi vobis & reversi fueritis ad Dominum Deum vestrum & audieritis vocem ejus, sicut omnia, quæ vobis hodie præcipio, vos, & liberi vestri ex toto corde vestro, totaque anima: & Dominus Deus vester converteret se ad captivitatem vestram, & miseretur vestri, & revertetur & congregabit vos ex omnibus gentibus, quo dispersit vos, &c. quando audieritis vocem Domini Dei vestri, & præcepta, ac ritus ejus, custodietis, quæ præcipio vobis, & in libro legis hujus scripta sũt, & quando ad Dominum Deum vestrum revertimini toto corde, totaque anima. Malach. ait. *Recordamini legis, Mossi servi mei, quam illi præcepi in Horeb ad totum Israël, cum ritibus & judiciis.* Denique Scriptura dicit: *Dilige Dominum Deum tuum, & serva præcepta eius ac ritus & judicia eius omnibus diebus.*

Respond. intelligenda illa loca de observantia legis moralis, saltem ejus præcipuè. Atque ubi adduntur leges etiam alia, intelligitur, servandas illas, quatenus in iis Deo obtemperarent, & auscultarent voci ejus, quod est legis moralis præceptum principale: ideoque illas non servarent aliter, quam quousque ipse Deus vellet eas servari, id est ad tempora Messia.

Obj. 3. sed Deus non mutatur, ergo neque ejus lex. Maimonides de fundamentis legis cap. 9. §. 2. Deus enim benedictus mandavit Mosi, ut ista lex nobis filiisque nostris esset sempiterna: non autem est homo Deus, ut mentitur. Abrabanel de cap. Fid. ca. 13. ¶ Atque ex hoc toto colligitur non posse legem mutari vel quoad totã, vel quoad partes, propter sapientiam dantis, atque potentiam Dei excelsi. Hoc intendit Propheta, cum ait: *Ego Dominus non mutator, & vos filij Israël non consumemini* Mal. 3.4.6. quod sit æterna sine variatione, ac populus æternus Judæus, in Amica disput. pag. 28. ¶ Quomodo Christiani

Christiani demonstrant legem Moſis ad certum tantummodo tempus datam eſſe, cum Deus non fit ſicut homo, qui mutatur, & poenitentia ducitur, cumque tam multis Scripturæ locis expreſſe dicatur legem eſſe æternam ? ¶

\*\*\*\*\*

### §. VII.

*Reſpondetur argumento, & concilian-  
tur textus contra veritatem  
adaucti.*

26.

**ES**P. Non ideo mutatur Deus, quod aliquid mutatur extra Deum. Mutatio hæc rerum, non Dei eſt. Imò immutabili Deus decreto voluit, ut lex ita mutaretur, & modus colendi Deum. Rerum extra Deum mutatio inferit mutationem in Deo: ergo quotieſcunque Deus modum religionis, jam aliter quam tum inſtitui voluit, & ſtatum populi variavit, dicitur mutatus: quando volet temporibus Meſſiæ exingui memoriam ſervitutis & liberationis Ægyptiacæ, ſecundum Judæos, quam tanta cum religione, & jam & ſemper celebrari voluit, mutabitur? Quando legem tulit certo tempore, loco, ſtatuque duraturum: quibus decurſis ceſſet, non interpretari debemus mutatam legiſlatoris voluntatem, deſinere lege, qui non alio animo. ſineque eam tulit, quam, ut ne diuſius vigeret: Medicus, qui viro ratione valetudinis (ſimilitudine uiciorum iſta R. Joſeph. Albo) parcam præſcripſit diætam, poſtea firmiorem, non mutari conſilio dicendus eſt, quando homo miſſa priori, fortiorem ſequitur, melioremque vivendi methodum. Si Deus non præſcripſit legum cæremonialium, ac judicialium obſervantiam diutius, quam ad Meſſiæ tempora, quo veniente, abrogata ſunt illa, haud cogitare debemus ideo mutatum Deum, cujus quidem immutabilitatem doctrina noſtra præ Judaica, certius adſtruit, & probat. Neutiquam enim hinc extundetur Deum ſibi ipſi juſu ademiffe mutandi, aut novam ferendi legem. Neque hoc repugnat ſapientiæ Dei, aut ejus immutabilitati, ſola enim opponeretur divinæ conſtantiæ mutatio legis, ſi in divina voluntate decretum abſolutum de non mutanda lege, convin-

ceret, aut Scriptura indicaret. Neque abſurdum haberi debet Deum non deſiſſe univerſalem pro omnibus hominibus, pro omnique ſæculo, regulam. Hoc enim perinde eſt, ac ſiquis interrogaret, cur Deus non creaverit homines æque juſtos ad illi ſerviendum cunctos, aut omnia videntia intellectu prædita. Cap. 14. probat R. Joſephus Albolib. Art. traët. 3. cap. 14. diverſorum inductione rituum legis, inquit ſubinde circa liciti, atque illiciti rationem variaſſe, & quæ aliis fuerunt indulta, aliis rurfus vetita fuiſſe, ſic Adamo dicit interdicitum fuiſſe eſum carniſium, ſeu animalium. Noacho vero donatum, Abrahamo datum circumciſionis præceptum, Moſi alia multa ſtatuta, quæ nullum habuerant in primo ſæculo locum. Noachida ſimiliter, ſi minutiffimum numulum, ſeu teruncium furto abſtuliffet, poenam capitis incuriebat, non ſic Iſrælitæ, illi etiam permiſſum erat patris ſororem in uxorem aſſumere, minime autem huic: Unde inferit legem divinam fuiſſe mutatam ex licito in vetitum, & e contra juxta temporum viciffitudines. Si ergo lex tempore Noachidarum, quæ erat, variabilis fuit, & alia ab illa, quæ à Numine in Sinai monte fuit promulgata Iſrælitæ, quare vetitum dicere nobis erit legem Moſis cæremonialem derogaffe Evangelium, novamve datam fuiſſe à Meſſia?

Dices Deut. 11. dicitur non licere legi aliquid addere, vel ſubtrahere. Et dicitur *non eſt in calis*, quali neque à celo minuenda, vel augenda, aut varianda ſit lex. R. Albo, (quem ipſi Divinum appellant Judæi) locum Deut. 12. interpretatur de idololatria, ne videlicet aliquid addatur, vel dematur modo: vel formæ colendi Deum, atque id recte colligi, ait, ex ipſo orationis nexu, ſi quidem in duobus præcedentibus verſiculis, populum ſuum à nefando gentium cultu, & à liberorum oblatione dehortatur, quibus mox dictam ſubiicit mentionem. Eandem R. Moſis Nachman facit expoſitionem, & ſub ſinem cap. 14. in lib. Art. tr. 3. ait, & recte adverſus Maimonidem urget, quod ſi vel maxime ſenſus locorum iſtorum eſſet, quem vult Maimonides, non tamen inde colligi in æternum immutatum iri, quia inquit. ¶ Scriptura non niſi nos admonet, ne addamus;

aut detrahamus aliquid præceptis pro nostro libito, vel arbitrio. Sed quid prohibet quominus ipse Benedictus addat, aut demat, prout sapientia ejus statuerit. ¶ Verba illa *neque è cælis*, non sunt, sicut intelligit Maimonides, accipienda. Cum enim in superioribus Moyses hortaretur populum ad legis observationem, simul ingerit obsequij istius facilitatem, videlicet in ore, ac animo Israëlitarum legis noticiam, ac memoriam circumferri, ut non opus sit eam è cælo, vel ultra mare, aut aliunde petere, quod merito à præscripta posset obedientia absterere.



## EXPLICATUR

*Gen. 15. in sensu morali.*

### §. I.

*Nihili bona temporalia præ spiritualibus estimari debent.*

27.

**U**YRANUS suspicere cælum inquit Abrahæ Dominum præcepisse, ut innuat bona, quæ temporalia promisit, non ut illis fruere- tur, sed ut manuductiva ad cælestia cõ- cessisse; Quicunque enim cælum, ut par est, contempletur cum D. Ignatio dicere valet: Heu quam sordet terra, cum cælum aspicio: ideo ne Abrahæ irritus temporalibus esset, præcepit respicere cælum.

Loquitur D. Paulus de Esau ad Hebræos 12. & inquit non accepisse benedictionem, quamvis effusus fuisset in lacrymas, precibus & suspiriis patrem exorans; sed quomodo hoc cum Genes. 27. dicatur accepisse benedictionem: In pinguedine terræ & in rore cœli? Quoniam non accepit benedictionem cœlestem, quamvis autem accepisset terrenam, hæc nihili sit apud Paulum, ideo absolute negat accepisse benedictionem, ut inquit Tertullianus lib. 5. adversus Marcionem, summa est inter utramque benedictionem distantia, ita ut præ cœlesti nulla sit terrena benedictio putanda.

*Bonum minus apparet possessum, quam fuerit in apprehensione.*

Quid namque bona terrena sunt, nisi umbra fallaces: *Mendaces filij hominum in stateris* inquit David; quoniam valorem in imaginatione concipiunt

in terrenis felicitatibus, in veritate tamen nil ponderis habent.

Jugiter pro filio Manue & sponsa ad Dominum exorabant, exaudivit Dominus petitionem justorum, & Angelum misit, ut annunciatet illis jam obtinuisse petitionis effectum, filiumque illis nasciturum, ubi autem Manue nuncium cœlestem audivit, lætitia perfusus in signa exultationis erupit, *Tulit itaque Manue hædam de capris, & libamenta, & posuit supra petram offerens Domino, qui facit mirabilia solus, & proni ceciderunt in terram.* Natus est autem Samson, & nullam refertur exultationem parentes manifestasse; Quare Angelo filij nativitatem nunciante Manue summam manifestavit lætitiã & implente cœlo promissa, nullum exhibuit signum exultationis? Quare Samsonem inter brachia sustentans non perfunditur gaudio, nec filio possesso parens gaudens exultat? Ratio est, quoniam cum filium possedit non invenit bonum, quod in apprehensione concepit, fallacem reperit stateram, summam felicitatem apprehendit, cum filium habiturum imaginavit, ubi autem Samsonem possedit, minus habere stateram invenit, nec reperit felicitatem, quam in filij possessione speravit; *Fallaces filij hominum in stateris.* Quod ponderis habet felicitas cujus ipsi incrementum est paratissima ruina? Numerum decem inquit D. Hieronymus felicitatem exprimere, numerum autem vigesimum cladem denotare; & miseriam. Quare hoc? Quoniam si numerus decimus est felicitas, vigesimus numerus erit duplicata prosperitas, ubi autem duplicentur fortunæ, tunc necesse est in infelicitatem conuere, augmentum enim felicitatis nil distat à ruina, & miseria. *In vicesimo numero* inquit D. Hieronymus, *qui ex duobus decadibus efficitur, austera & tristia nunciantur in decimo id est una decade meliora & prospera.* Nulla est in hoc mundo felicitas, ideo inquit Plinius contra naturam esse in pedes procedere nascentes, quo argumento eos appellaverit Agrippas, quasi ægre natos, qualiter Marcum Agrippam ferunt genitum. Quare hoc? Quoniam in pedes procedere nascentes est felicitatis inditium; ideo juxta Hispanismum qui felix in cunctis apparet dicitur *Natio de pies*, ideo

28.

ideo contra naturam est procedere in pedes nascentem, quia tam rara felicitas reperitur in mundo, ut contra naturam esse videatur, & sola sit naturalis adversitas; Quid enim constans est, & firmum inter mortales? Quis secure culmen obtinuit fortunæ, qui non expertus sit præcipitium? Sedem majestatis Leo in Apocalypsi occupavit, in Ezechiele non primū in throno, sed secundum locum obtinuit, in decimo ejusdem Prophetæ capite decidit ad inferiorem, & tertium, Quare hoc? quia gradibus nitetur fortunæ, quæ inconstantia, & vicissitudine est constans, ideo leo quia occupavit locum sublimem, illico decidit a celsitudine usque ad tertium locum præcipitatus à rota fortunæ. Hæ sunt felicitates humanæ, fallaces umbræ splendentes, quas si tangere velis, nil esse nisi ventum reperies.

Vidit in somnis Joseph adorari à cœlestibus astris; *Vidi per somnum stellæ undecim adorare me*; Post varios eventus in Ægypto fuit ad culmen fortunæ exaltatus, secundus à Rege factus & à fratribus adoratus, quare in somnis vidit se adorari à cœlestibus astris, & in Ægypto à pastoribus veneratur? Somnium illud fratrum non significavit adorationem? Quare ergo à pastoribus, & non ab astris cœlestibus adoratur? Quoniam felicitas erat humana, ideo fuit magna dumtaxat, cum Patriarcha somniabat, quia in spe & apprehensione videntur astra micantia, quæ possessa sunt vilissimæ palææ, stellæ splendentes sunt in hominum fallaci apprehensione, quæ in possessione rustici sunt pastores. Quid enim sunt bona cuncta terrena? quid idola quibus frequenter affectus sacrificamus? *foris aurum*, inquit D. Augustinus, *interius lutum*. Quid thesauri nisi terra ejusdem naturæ, cum vilissima illa, quam pedibus conculcamus? Quid dignitates? omnia vox sonans sine substantia; Quid pulchritudo? Quid venusti capilli? Fallax splendor, nam vel senectus aureos quos dicitis, converteret in argenteos deformiter, vel mors depascet eos, & in cineres commutabit. Etiam ipsa natura docet bona spernere terræ, auro namque & argento humiliorem nativitatem donavit, hæc enim metalla sub profundiori terra nascuntur inquit Seneca, ut ab

hominibus fuissent contemptui. *Pedibus aurum, & argentum natura subjecit calcandum*, sic natura divitias contempsit, cur ergo non erubescimus super capita collocare metalla, quæ natura pedibus nostris subjecit? *Non erubescimus*, prosequitur Seneca, *summa apud nos esse, quæ fuerunt ima terrarum*.

Refert Evangelista supremas omnium divitias in cœlo inveniri, cum civitatem respexit cœlestem; *Platea civitatis aurum mundum Duodecim porta duodecim margaritæ, Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata*. Sed hæc omnia non adorantur in cœlo, nec æstimari videntur, sed respiciuntur ut objectum contemptus, aurum enim in plateis calcatur; *Platea civitatis aurum mundum*. Margaritæ non inseruntur coronis, sed proijciuntur in portas. *Duodecim porta duodecim margaritæ*, lapides pretiosi rectorum non habitant eminentiam, sed in ima fundamenta reijciuntur murorum; *Fundamenta muri civitatis omni lapide pretioso ornata*. En quam viliter thesauri tractantur in cœlis, quos stultissima nostra cupiditas adorat in terris; Solum habentur thesauri, quando respiciuntur calcati? Apud sapientes ditior & felicitior fuit Diogenes Alexandro, trophæa namque Alexandri philosophi fuerunt repudia, mundus qui in manibus Alexandri idolum erat insatiatæ cupiditatis, & ambitionis, sub pedibus Diogenis erat victima generosa contemptus.

29.

*Theauri despicuntur in Cœlis.*

\*\*\*

## §. II.

*Humilitas exaltat.*

**N**IL magis à sanctis patribus decantatum, quam humilem, exaltari, est similis spiniole humilitas, de qua Plinius asserit utilissimam folijs plurimis, sed minutissimis, sic humilitas. Præcepit Deus Abrahamo suscipere cœlum, ut innumeret semen ejus multiplicandum; Sed quare Dominus inquit semen Abrahamæ multiplicandum velut stellas cœli, marisque arenas? *Faciamque semen tuum sicut pulverem terræ; numerum stellas si potes, sic erit semen tuum*. Quare stellis & pulveri suam comparavit progeniem? Quid pulvis cum stellis? Si semen Abrahamæ

30.  
*Abjectum exaltatur.*

*Natura ipsa divitiarum contemptum.*

velut astrum est micaturum, quare abijciendum ut pulvis? Optima ratio: Voluit Dominus descendentes à Patriarcha velut astra cœlestia micare, fulgere sicut stellas, & ut hujusmodi splendorem obtineant, se pulverem considerent humi, ubi se crediderint abjectissimam terram, exaltabuntur ad stellarum fulgorem; Qui namque se considerat stellam, in cinerem commutatur, sicut Nabuchodonosori contigit: *Redacta sunt quasi in favillam astra aurea*, qui autem cinis est, & pulvis consideratur, transmutatur in astrum, sicut accidit Abrahæ: *Numera stellas, sic erit sementium*, ideo Dominus, quia abjecto pulveri ejus comparaverat semen, merito comparat micantibus astris; ut inquit enim Hugo, ad stellas utque evehuntur, qui ita se abijciunt sicut pulvis, humilitas enim abjectum suprema conscendere facit: Vidit Joseph ab undecim stellis ipsi reddi venerationem. Undecim stellas adorare, ex quibus luminosum ejus exprimebatur imperium, & stabile regimen. Quare hoc? Quoniam prius paleis, & spicis figuraverat Deus, quia in spicarum humilitate prius jecerat fundamentum, credidit fore stabile, luminosum, & firmum, supra mutabilitatem ipsam humilitas firmat imperium, quia spicæ erant symbolum inconstantia, ideo manipulos in vexillis sigillabant Romani. Ovid.

*Persica suspensos portabat lingua manipulos.*

Numquam Daniel filius hominis appellatur nisi quando ei Angelus apparuisse refertur: *Intellige fili hominis*. Quare tam excelso appellatur cognomine? Hoc nomine pluries Dominus est nuncupatus, *Filius hominis tradetur*. Et alibi frequenter. Unde ergo Daniel tam eximium nominis meruit honorem? Cur tunc cum Gabriel Angelus visitavit? Quoniam numquam Daniel sic humiliatus fuerat, sicut in Gabrielis apparitione. *Pavens corruit in faciem meam supplex*, humi jacuit, corruitque in terram, ideo exinanitio profunda obtinuit nominis supremam exaltationem. *Fili hominis*.

31. Quo namque oculis nostris magis exanimamur, eo magis divinis oculis sublevamur. *Inter natos mulierum non surrexit major*, inquit Christus Domi-

nus de Baptista. Ut quid Dominus sic extollit Baptistam? Quando Christus creaturam sic commendavit? Ut quasi attraxit divinas laudes Baptista, inquit D. Chrysostomus, Quare quasi coëgit sui commendationem Baptista? Quoniam sic se ipsum exinanivit Baptista, ut nil minus se cogitaverit, vocem, quæ ventus dumtaxat erat, se existimavit. *Ego vox clamantis*, qui ergo existit ita in sua imaginatione pusillus, ad summam gloriam possibilem creaturæ fuit à Domino sublimatus, crevit ad supremum Baptista, qui pulvere & humo inferiorem se cogitabat; Hincque Baptistæ hominum provenit summa æstimatio, quem namque profundè abjectum, & exinanitum viderunt, Messiam esse crediderunt plures ex Pharisæis; sic namque humiliationem sequitur exaltatio, sicut umbra à corpore non separatur.

Vitæ auctore defuncto homines peccata percutiebant, & creaturæ etiam inanimatæ & insensibiles summa veneratione adorarunt, orbis contremiscit cunctis elementis turbatis, ipsumque mutis vocibus reverentur; Quare vivum non venerantur, & adorarunt defunctum? Rationem reddidit D. Leo, quoniam, *inclinato capite tradidit spiritum*. Ubi summè humiliatum viderunt, ad illius reverentiam se proclinarunt, caput erectum homines rationales despiciunt, caput vero profundè demissum adorant etiam inanimata elementa. *Ad tantam divina majestatis inclinationem, totius mundi compago conquassatur*.

Semel & iterum unxit Dominum Magdalena, & in domo Pharisæi, & in domo Simonis, primo pedes unxit: *Osculabatur pedes ejus & unguento ungebat*, in secunda unctio caput unxit Domini Magdalena: *Effudit super caput ipsum recumbentis*. Quare Dominus manus ungentes elevavit ad caput, quæ in prima unctio vix pedes tangere audebant? Quare repente à pedibus transit ad caput? Quoniam Magdalena nimis depressa est in prima opportunitate, fuit in secunda exaltata, sic abjectam & vilem se primum Magdalena concepit, ut se reputarit indignam etiam attingisse Dominicos pedes; *Stans retro secus pedes Domini*, ideo Dominus humiles illas manus sic exaltavit, ut collocaverit super caput; O quot reputant esse Cedros, qui vix sunt humiles

miles, abjectæque plantæ: quot ele-  
vantur ut montes, qui sunt pulvis ab-  
jectissimus vallis: quia propria imagina-  
tione mensurant auctoritatem, ideo  
tot statuz Nabuchodonosoris somniã-  
tur, quot sunt intellectus humani. Bal-  
samũ legitimum ab usuario Plinius di-  
stinguit, eo quod verum, *fundum petit*.  
Apparens alta petit. Solida virtus sem-  
per ima petit & occultari desiderat.

De agro illo quem Abraham emit in  
sepulturam, ubi vulgata nostra legit:  
*Confirmatus est ager*, vertitur in He-  
bræo, *Surrexit ager*, id est interpreta-  
tur Caietanus, *Elevatus est in meliorem  
conditionem*. Sed quare dicitur elevatus,  
& exaltatus ager ille? Quoniam ut in-  
quit Thomas Angelicus sepulchrum  
ignobile, impolitumque erat, & nimis  
informe, nullaque elaboratum indu-  
stria summam redolens humilitatem,  
quo ergo præ humilitate ignobiliorem  
Abraham locum in sepulturam elegit,  
eo nobilior effectus est, & in melio-  
rem conditionem est exaltatus, quia  
etiam inanimata, quæ humili deservie-  
runt, exaltationem recipere viã sunt.  
Quicumque namque abjectionem af-  
fectat & ambit ipso inscio, exaltatur.  
Athegientes adventanti Pompejo, di-  
vinosque honores recusanti, gratula-  
bundi scripsere.

*Quatenus te censes hominem, & cænas  
nobis es Deus.*

Ipsæ divinitatis contemptus majores  
Pompeio paravit honores. Optimè in-  
quit D. Ambrosius, Nil excelsius hu-  
militate, & D. Chrysostomus. Quod  
si veram elationem concupiscis, hic  
ego te viam docebo, non enim nosti.  
Qui præsentibus rebus tanquam ma-  
gnis inhiat, is vilis est, & abjecti animi,  
itaque nunquam humilitas est sine  
magnitudine animi, neque superbia si-  
ne humilitate.

12. Nil autem hominibus difficultus,  
quam huiusmodi abjectio. Ismenias  
Thebanus compulsus alloqui Artaxer-  
xem, ne coram ipso videretur genu-  
flecti, sinitur animum ad pedes regis  
occidisse, & ut levaret genuflectionem  
monstravit. Frequenter quidem mino-  
ribus dotibus præditus magis fugit hu-  
militatem. Dominum stantes homines  
adorare solebant: *Stantes erant pedes  
nostri. Locus in quo stas terra sancta est.*

Primum apud homines genuflectio  
est inventa, de Joseph. & Aman le-  
gitur suscepisse genuflectionem. Qua-  
re hoc? Quia homines nihil sunt, ut  
ergo alij majores cæteris sint, opus est  
quod cæteri minores appareant, ideo  
à genuflectis amant adorari, ut dimi-  
diati, & non integri homines apparen-  
tes, adoratum manifestent majorem.  
Vapores appellavit tumore superbiz  
inflatos Theodocion. *Vapores filij homi-  
num*, elevantur super terram: Unde  
elatio? quia infima origine nati, & à  
terra exalati. Cum Listriæ, & Lyconiz  
Paulum & Barnabam prædicantes vi-  
derent stupentes clamarunt. *Di similes  
facti hominibus descenderunt ad nos*. Sed  
quare Deos appellant, si velut homi-  
nes vident? Non est hoc contradicere  
verbis? Neutiquam: Quia similes vi-  
derunt hominibus, crediderunt divi-  
nos, etenim homines supra id quod  
revera sunt affectant cæteris apparere,  
cum ergo Paulus & Barnabas fulgori-  
bus cælestibus præfulgerent, & nihi-  
lominus præ humanitate descendebant  
ad illos humilitate, ac si cæteris similes  
forent, ideo Deos non homines credi-  
derunt, hi enim vento superbiz tu-  
mores non descendunt, sed semper  
vane conscendunt, & nihil cum sint,  
ambunt apparere divini.

In pœnam superbiz repotatus est  
Nabuchodonosor cum bestijs, & fer-  
ris, ut scenum comederet quasi bos:  
*Et ab hominibus ejicient te, & cum be-  
stijs & feris erit habitatio tua sanum  
quasi bos comedes*. Quare velut brutum  
punitur? Quia stultissimè deliquit, vo-  
lens enim populorum adorationem,  
non se rationalem, sed lignum adoran-  
dum proposuit, statuam rationis ex-  
pertem ambit coli veluti Deum, quid  
indignius veneratione quam inanimata  
lignæque statua? ideo Nabuchodono-  
lor stultissimè abjectum eligens adora-  
tionis, velut rationis incapax brutum  
inter feras habitare damnatur. Optimè  
Claud. Mar.

33.

*Pœna stu-  
perbi est  
abjectio.*

*Suasit adorari multo magis dignus  
adorari*

*Inque nefanda prior descendit crimi-  
na Nemros*

*Impietatis apex, Cham servus è semine  
natus*

*Molè, & Gente Gigas Babyloniz regem  
gubernans.*

Optimè

Optimè Theodoretus condignum Nabuchodonosoris explanavit supplicium, *Qui in celum ascendere se somniavit, illinc sententiam de se latam sensit, & qui celum rapere voluerat, de terra expellitur.* Qui Deus adorari volebat, despicitur ab hominibus velut fera. Verè enim in feram regem esse mutatum refert D. Epiphanius, sentiunt D. Gregorius, Hieronymus, & Augustinus. Quod incredibile immerito visum erit, qui auctores veteres legerit alias similes referentes transmutationes. Ovidius.


*Sunt, qui non corpora tantum  
Verum animos, etiam valent muta-  
re liquores.*

34. Dominum autem superbiæ crimini pœnam proportionare docet continua experientia, patibulum, quod erexit Aman, ut crucifigeret Mardochæum, seque exaltaret superbè, fuit instrumentum profundæ abjectionis; præterquam quod comprobatur Evangelista, referens enim dæmonem supersemioasse zizania inquit: *Inimicus homo hoc fecit* Quare dæmonem appellat hominem Evangelista, ut æquali plecteretur supplicio, & sceleri mensuraret? Dæmon enim cum Angelus esset tumore elatus super astra conscendens esse Deus impudenter appetijt. *Similis ero altissimo.* Spheram Angelicam transcendere voluit, ideo descendit in inferiorem spheram, & ab Angelis fuit minoratus, & similis hominibus factus, cognomen Angeli condignè perdidit, qui indigne Dei nomen ambire tentavit.

*Pœna sceleribus car-  
respondet.*

Hanc homines subeunt, qui crimen dæmonis imitantur, quo quis enim minus humilitatis habet, tanto apostatae Angelo conjunctior est, & qui ejus scelere irretitus est, etiam humiliatiōnis plectitur pœna. *Comparatus est jumentis, & similis factus est illis*, inquit de primo parente David; Quare ergo tanta ignominia plectitur homo? Quoniam cum in honore esset, non intellexit, non contentus honore imaginis Dei, prototypus esse appetijt, hincque Deus: *Eritis sicut dji*, ideo condigne in pœnam superbiæ honorem gratis à Deo donatum amisit, & ad ignobilitatem jumentis descendit, humana non contentus intelligentia, sed appe-

tens divinam sapientiam, incidit in soliditatem jumentis. Ideo Dominus venit in orbem, nec ab Herode quaesitus interfici voluit, sed mori appetijt patibulo affixus, ut ex hoc humilitatis suggestu traderet humilitatis præcepta: *Eru- besce*, inquit D. Bern. *superbe cinis, Deus se humiliat, & tu te exaltas? Deus se hominibus subdidit, & tu dominari gestiens hominibus tuo te præponis auctori? Quoties hominibus præesse desidero, toties Deum meum præire contendo. O miseros nos, & fatue superbos; Theatrum in cælo habemus, & spectantes diligimus in terra. Deus in humilem ubique benevolentissimos ostendit oculos.* Hæc Bernardus. Discant hinc vani veram quaerere scientiam; qua omnibus præfici amant, & à cunctis velut oracula venerari. Dominus pluries refertur sparsisse radios suæ doctrinæ, numquam tamen audientes in admirationem adduxit, quinimo aliquando lapidare tentarunt, frequenter ausi sunt calumniari; cum puer autem esset inventus in templo stuporem generavit indoctis. *Stupebant omnes super prudentia? Quare hoc? Quoniam scientiam infinitam videntes humiliatam pariter respiciebant, & infinite demissam; Audientem illos, & interrogantem, cum foret super omnes sapientia exaltatus, ignorantiam interrogando manifestabat, ideo stupebant omnes, Non tam admirantes sapientiam, quam scientiæ infinitam humilitatem.* Apud homines autem sicut non reperitur sine vanitate sapientia, sic sola inflata scientia æstimatur. *Mendaces filij hominum in stateris.* Deus queritur ore Prophetæ, Quare stateræ mendaces? Quia leve ascendit, plurisque fit quam solidum, vana sapientia quæ ventus est, quia levior ascendit, & solida descendit, apud Deum autem statera quæ vana est, quæ aëris magis levitatisque habet descendit, & sola quæ præ humilitate in imum declinat, ascendit ad culmen, & suprema conscendit.




§. III.

*Aequalibus medijs unus gratus, alius reddatur Deo invisus, nullus quamvis iustus vanè confidat.*

35.

**A**NTILOGIAE textus mystice verba Job exponuntur. Tempore Job pulchritudo stellarum, & cœli, quæ Dei gloriam narrare instituta sunt, periculo fuit fecidissimæ olim hominibus idololatriæ, ideo non aspexisse causa idolatræ Job patientissimus refert. Abraham autem, ut Dominum conditorem simul laudaret, & de seminis propagationis fideret promissione, aspicere cœlum præcipitur. Attende quoties ex æqualibus medijs unus Dominum laudet, & alius offendat, unus Domino gratus, alius invisus reddatur, experit pro nostræ volubilitate naturæ, & pro infirmitate arbitrij simus alluati. Ex decem illis virginibus, quinque clausis januis à nuptijs expulsæ sunt, & extra januas inventæ. Quo ergo pacto cum omnes lampades habeant? S. Bernardus: ego enim reor, inquit, minimè fuisse accensas, quæ in fatuis erant, lampades omnes accepisse refert Evangelista, sed ab omnibus non fuerunt accensæ. Ideo pulveri semen comparaverat Abraham, cum simile dixerit esse stellis, ut innueret parum prodesse nomen, si non micarent ut astra, ista enim minatus est sub pulvere fore.

Ex Genes. 17. *Infans octo dierum circumcidatur.*



§. I.

*Rabbinorum expositiones repelluntur.*

37. Nuge Hebraicum.

**R**ABBINI, Boream ventum esse observandum, ajunt, qui plagus medetur, ut circumcisio celebretur, hoc enim spirante salubris valde est omnis sanguinis missio, & illo non spirante valde periculosa, hinc medicum illud axioma ipsorum Talm. Jou. folio 72. diebus nubilosus, & qui Euro flantur non circumcidimus. Ejusmodi autem non spirasse per 40. illos annos ventum constat, quippe cum nubibus

*Iustorum anima in manu Dei sunt, & Iustus non septem in manu Dei vidit Joannes stel. sine præcipit tu cæcis.*  
 las, sed non longe gladium, Et in ore ejus gladius utraque parte acutus, ut illas præcipitaret, quarum ruina maxime periculosa, pluribus scandalum, & affert omnibus non leve damnum, Cecidit de cælo stella magna, inquit Joannes, sed præcipitium non fuit silentio obvolutum, quoniam tuba cecinit Angelus; Non sine tuba, & clamore iusti, & perfecti cadunt, neque aliorum ruina, sicut ex illis duabus stellis, quarum una cadens in mare aquas amaricavit, fumo solem obturavit altera, quæ cecidit super terram, Domino autem gravem dolorem infert, quod unus cœlum aspiciens à Conditore recedat, & creaturas adoret, quando alter ejus pulchritudinem contemplatus, laudes, & grates rependit, Job ex cœli consideratione Domini gloriam laudabat, quin hoc alios suo tempore moveret exemplum, ut ab idololatriæ fordibus revocaret. Hoc Dominus est offensus in eo, qui sine veste nuptiali convivas inter alios sedebat: quando sedebat tantum advertit Cyrillus fuisse reprehensum. Vidisti, inquit, splendida vestimenta discumbentium, non ne oportuit, vel in ijs, quæ cernebas discernere? Si extra illum consensum cernebat immundum, & sordidum, Dominus non sic redderetur offensus, verum auget malitiam, & provocat Deum ad iram, quod inter tot puros, & dealbatos convivas, sordescere homo ille non crebesceret.

Josue 5. *Per quadraginta annos populus non est circumcisus.*

fit inimicus, illa Sanctuario familiaris nubes dissiparetur, ideo Israëlitas à circumcissione abstinuisse.

Quod si dicat quis, cum continuo circumcidi nunc teneantur, qui Aquilonem expectare possunt? Respondent in Talmud. in Git. cap. 5. quatuor ventos singulis diebus stare, singulisque immixtum esse Aquilonem, aliquando etiam reliquos omnes superare, ac proinde singulis sine discrimine circumcissionem celebrari posse. Ventum autem Septentrionalem tum temporis non spirasse dicunt, quia serenitatem inducat, ut apud Job 37. Ventus transiens fugat nubes, ab Aquilone venit

aurum, idest suda, & serena tempestas instar auri radians, & refulgens, itaque si tum ventus iste increbuisse, nubem gloriæ, quæ populum Israëliticum comitabatur, dissiparet, unde magna accepisset incommoda populus, de quo plura in Talm. trac. Jebbamos, idest, de fratriis, seu fratris absque liberis defuncti uxore ducenda, cap. 8.

Alij ex Talmudicis aliter Josue locum exponunt, asserentes: in deserto Judæos celebrasse circumcisionem, sed quia licet à suis parentibus antea fuissent circumcisi, iterum repetere tenebantur circumcisionem, si sacrorum communione cæteris Judæis confociari vellent, qui immanitate servitutis Ægyptiæ oppressi, arte quadam medica subducta, atque distenta pellicula, novum sibi præputium comparaverant, glandemque eo iterum contexerant, scelera mutati Ægyptiorum, de quibus Jerem. *Ecce prope adsunt dies, cum animadvertam in omnes qui circumcisi sunt cum præputio*, & addit: *In Ægyptios, & in Judæos, in Edomitæ, & in Ammonitas, Moabitasque*, tales autem erant Ægyptij, qui postquam circumcisi essent, præputium attraxere, & à Jerem. appellantur circumcisi cum præputio, arte scilicet quæ abscissam antea repararet. Qualia fecere plures Hebræi, Romanique, qui vero jam portabantur in Judæa, injurijs exagitati, & postea Barchuzibæ jussu iterum sunt circumcisi, qui occupata Bitter. apud eas gentes dominabatur, & unus habetur de filijs iniquis Israël. Et ferunt (inquit) sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto. Licet D. Hieron. libro 4 Isai. c. 52. censcat eos de quibus hoc loco sermo est, fecisse sibi præputia non in suis corporibus, sed in nascentium filiorum, propter impossibilitatem præputij noviter adducendi. Quem sequutus est Rupertus lib. 9. de Vict. cap. 18. Possit autem fieri, ut præputia attractione quadam, & medicamentis reducantur, tenuit Celsus lib. 7. Epiphanius. At hoc (inquit) adhuc gravis est, quod etiam à circumcisione præputiati fiunt, arte quadam medica per instrumentum attractorium, spatuliferum appellatum, infirmam membrorum cuticulam attrahi sinentes, futuramque admittentes, & glutinatorijs circumdatis, præputium rursus superinducunt. Et paulo inferius, Hanc tra-

ditionem verò diabolici inventi Esau fratrem Jacobi reperisse ajunt ad abnegationem Dei, & ad deletionem characteris patrum ipsius. Quapropter ajunt, Deum dixisse: odio habeo ipsum Esau, Jacob vero dilexi. Hæc Epiphanius. Inde interpres apud Martialis lib. 7. epig. in Celiæ explicans illud. *Nec recutitorum fugis inguina Judæorum*, Judæos recutitos putavit, quoniam Judæis infantibus (inquit) cutis inguinis rescindebatur, postea cum cutis succresceret, dicebantur recutiti, quasi nova cute testi. Persius Satyr. 5. *recutita Sabbata*, hoc est Judaica facta, dicit, ubi interpres: Judæos (inquit) recutitos, quæ nova cute restituta est, licet aliàs appellet recutitos, hoc est, circumcisos.

Verum hæc expositio Rabbinorum quantumvis sic roborata subsistere requirit. Quoniam hic epirasmus, seu pelliculæ attractio, sicut circumcisio symbolum religionis, & illius professio, erat apostasiæ signum, ita ut qui hoc crimen perpetrassent, apostasiæ habendi essent, non ergo credibile est impune tam graviter deliquisse populum in deserto, & hoc crimen inultum relinqui, cum leviora tradiderint peccatores in ruinam.

Rabbi Eliezer cap. 29. & R. Salomon, ex his quæ in ritu circumcisionis celebrant, explicant secundam Josue circumcisionem. Primo enim, (ut inquit Buxtorfius in sua synagoga) particulam præputij, & quidem eo usque ut glans denudata appareat, abscindit. Secundo, ubi manans ex vulnere cruor paululum cohibitus est, unguibus resectam, seu obtusam penem intergentis cutis partem, in duo discerpens, retrorsum veluti decorticans convolvit, ita ut glans omnimode retegatur, & denudetur. Postremam hanc resectionem Priah appellant Judæi. Inquiunt ergo Israëlitas omnes, quoad sectionem præputij in deserto semper circumcisos fuisse, sed non quoad denudationem, & secundum istam à Josue circumcisos fuisse. Sed hoc difficile redditur creditu, quia Priah, seu denudatio illa, non circumcisio, sed actio est circumcisionem sequuta, non ergo ideo appellari debet secunda, nisi velint tertiam fieri ab alijs actionibus circumcisionem necessario & indispensabili lege comitantibus.

Minister namque, (ut inquit Buxtor- ubi supra) circumcisionis peractæ scypho accepto, vino, quantum ore contineri potest, ex parte puerulum aspergit, & sanguinem aliquatenus remouet, partem etiam in faciem expuit, si præsertim aliquid debilitatis agnoverit, postea vero ex mentula pueri, ore sanguinem, ut eo citius sistatur, probe sugit, & sanguine exucto, alterum è cyathis, vel etiam arenæ scutellam, irrorat. Hoc ter ad minimum facit, & Hebraicè *Mezizah* appellant. Quod sane non Mosis, sed Judæorum Rabinorum est præceptum. Quare ergo ab ijs actionibus tertiam, & quartam etiam non diceremus, si à denudatione liberum esset circumcisionem Josue appellare secundam. Neque denudatio negari deberet, cum primo facta fuit circumcisio, si substantialis esset in sacro circumcisionis ritu.

¶

§. II.

*Conciliatur antilogia ex Hieronymo.*

38.

**H**ivus, Hieronym. super Epistol. ad Galat. Paul. cap. 3 (idem sentit Theodoretus) ¶ Quia enim (inquit) ex semine erat Christus oriundus, in quo uniuersarum gentium fuerat benedictio repromissa, & ab Abraham usque ad Christum multa erant sæcula transitura, providens Deus ne soboles dilecta Abrahæ cæteris nationibus misceretur, & paulatim familia ejus fieret incerta, gregem Israëliticum quodam circumcisionis cauterio denotavit, ut viventes inter Aegyptios, inter Assyrios, Babylonios, atque Chaldæos, hoc signaculo distinguerentur. Denique per quadraginta annos in eremo nullus est circumcisus, soli quippe sine gentis alterius admixtione vivebant, statim ut Jordanis ripam transgressus est populus, & in Palestinæ terram, Judæum se examen infudit circumcisio necessaria futuro ex commixtione gentium providit errori. Solida quidem ratio; si circumcisio distinguere, & discernere selectum populum ab alijs gentibus tantum institueretur, verum simul naturæ ab originali culpa corruptæ fuit expiatio, sicut Sacramentum Baptismi apud Christianos. Hæc prima illius fuit institutio, ex consequenti, ut

Ratio legis Circumcisionis.

illo sacro cauterio populum denotaret. Antilogia sic concordari potest. Circumcisionem sine crimine differri ultra diem octavum potuisse, si infirmitatis, itinerisve necessitas impediret. Pascha namque & Phase severiori lege mandatum celebrari quotannis, inter proficiscendum ab Aegypto per desertum à die vigesimo mensis secundi anno, qui illis fuit à libertate secundus cessavit, quia in stationibus ad montem Sinai, in quibus diu immorandum erat, & Pascha & circumcisionem non celebrasse Judæos, in illis qui per 47. dies fuerunt editi in lucem, iudico esse verisimilius. Cum autem inter proficiscendum semper movenda essent castra, & ægrorum imbecilitas ex recenti vulnere moram deberet injicere profectio, quæ à Dei nutu, nubeque mota pendeat, ideo non ex contemptu vel negligentia, sed necessitate, à circumcisione excluderentur celebranda, cum primo opportune potuerint.

Neque contrarium evincit, quod Dominus Mosis necem minatus fuerit, eo quod filium non circumciderit per iter Dei ipsius jussu institutum. Quia Moyses antequam se cum uxore, & liberis in viam daret, poterat, & decebat circumcidere filium, maxime cum illi recens natus non esset, neque à Domino compelleretur, ut ante valetudinem consequutam arriperet iter, qui totius populi dux exempla religionis, & observantiæ, vulgaribus alijs hominibus, tenebatur præstare.

Sed, quare, dices, nullo modo præveniri poterat dies octavus circumcisionis? cum possit differri, cum æque opponatur præcepto præfixi temporis anticipatus, quæ proregarus dies. Omitterimus, quæ alijs de ætate octava ajunt, quæ vitæ æternæ reditura mortuos est, quia (inquit Cuneus) non inventionum acumen, sed rerum pondera amant ridebent. Rationem dedit prædictus autor. Quia cunctæ animantes, cum recēs nati sunt, quia brevem lucis usuram habuere, & incertum adhuc est, an vita illis vitalis sit, ante octavum diem vix incessu animantium destinantur, ad hoc, nondum spurcicies disfluxit, quæ vitro illis, atque ex partu credita est adhæretere. Ea solida causa est, cur ex hoc genere mactari victimas sibi venuerit Deus, cui ingratum est, quidquid semiparfectum aut impurum est *Levit. 22. Bos, Ovis, & Capra, cum genita fuerint*

39.  
Ratio quare die octava celebrata Circumcisio.

*septem diebus erunt sub ubere matris suæ, die autem octavo, & deinceps offerri poterunt Domino.* Igitur quoniam etiam circumcisio velut quoddam solenne sacrum fuit, per quod puerorum surgentem spem consecrabant numini, plane oportuit hic eandem oportuni temporis legem esse. Placuit autem octavus dies, non ob arcani vim, quæ in numero esset, sed quia nec ante peragi facer ille ritus potuit, & ut diutius differre-

tur haud necesse fuit nisi infirmitatis itineris causa.

Dicitur autem repetita circumcisio, quia renovatur mos, qui usurpatur olim in Ægypto, ac idem intermissus, postremo penitus abierat in desuetudinem. Plura eruditus Masius in Josue, cap. 5. necnon Serarius. Magni ponderis vere non sunt, quæ iste contra illum adducit. Videatur Augustinus. in quæst. super Josue.

Ex Genes. cap. 17. *Hoc est pactum meum, quod observabitis inter me & vos, & sementium post te*

Ex eodem Genes. cap. 17. *Tam vernaculus quam emptivus circumcidetur, & quicumque non fuerit de stirpe vestra.*

40.

**A**Bulensis, æqualiter teneri potesteros Abrahamæ & servos eorum lege circumcisionis, inde deducit, quod, Aristotele teste, servi aliquid Domini sunt, atque ejus jure & potestate devicti, sicut & filius, & sic quamvis invitum circumcisio subjecti esse debent. Verum licet servus aliquid Domini sit quoad corporalem Domini famulatum, in ijs autem quæ sunt animi, & quæ spectant ad virtutes & vitia, & religionis substantiam imperio Domini obnoxius non est.

*Servi Hebraei non tenebantur lege circumcisionis.*

Caetanus aliter exponit. Quæstionem generat (inquit) an servus invitus fuerit circumcidendus, & est ratio dubij, quia si servi requiritur voluntas, pari ratione dicendum erat de mercenario, ut circumcideretur, & sic comederet pascha. Solutio est, dupliciter nos posse loqui de circumcisio, vel ut erat præcisè signum distinctivum domus Abrahamæ, & succedentium ex mandato Dei, & sic proculdubio servus hominis Hebræi, poterat invitum à Domino circumcidi, quemadmodum poterat cauterio notari stigmate Domini sui in alijs partibus corporis, itaque eo ipso quod erat emptus ab Hebræo subditus erat legi circumcisionis, quam Deus promulgaverat Abrahamæ Gen. cap. 17.

Sin autem loquamur de circumcisione, ut fuit professio quædam, ac protestatio fidei, atque aliorum hujusmodi, sic non poterat servus invitum circumcidi, quia credere voluntarium esse debet, nec servitus humana subijcit homini hominem quoad fidem mysteriorum divinatorum. Sic Caetanus.

Verum, sicut nefas esset conferre homini invito baptismum quoad exteriorem locutionem & distinctionem aliquam Christiani nominis à non Christiano, non autem impendi quoad fidei professionem spirituales, quia utrumque inseparabiliter præbet baptismus, sic in circumcisio in qua dissociari nõ possunt corporale & spirituale, quæ continet.

Dicendum ergo est: servos non teneri lege circumcisionis, quasi invite ad illam fuerint cogendi, sed quod non sint excludendi ab illa si accipere velent, quasi non solum Hebræis datum fuerit circumcisionis Sacramentum. De alienigenis autem constat expressè Exod. 12. *Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum ejus, & tunc rite celebrabit, eritque sicut indigena terræ, id est si voluerit comedere, prius circumcidatur.*

Ex Genes. 17. *Hoc est pactum meum quod observabitis inter me & vos, & sementium post te.*

Jerem. cap. 9. *Eccè dies venient, dicit Dominus, & visitabo super omnem, qui circumcisum habet praputium super Ægyptum, & super Judam & super Edom, & super filios Ammon & Moab.*

41.

**H**æc verba Jeremiæ difficultatem accipiunt ab expositione He-

ronymi. Multarum (inquit) gentium, maxime vero quæ Judææ, Palestinaeque

næque confines sunt, usque hodie populi circumciduntur, & præcipue Ægyptij, & Idumæi, Moabitæ, & Ammonitæ, & omnis gens Saracænorum, quæ habitat in solitudine. Non igitur gloriari debet Juda, qui mixtus est cum supradictis gentibus, eo quod præputium non habeat, sed ex lege Dei circumcisus sit, cum & alij hoc faciant, qui legis mandata non servant. Hæc Hieronymus. Ex quibus constat circumcisionis fœdus & pactum non inter Deum, & Judæorum populum fuisse, sed alijs commune gentibus.

Dicendum nihilominus est, circumcisionem, qua Sacramentum est, fœdus fuisse Judaici populi & seminis ejus cum Domino, Abraham enim promissionem divinam accepit ex semine suo nascituri Messie Genes. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Gentes autem illæ, de quibus Jeremias, circumcisionem non quasi Sacramentum colebant, quod promissionem venturi Messie & professionem fidei, & peccati originalis expiationem clauderent, sed tanquam morem & ritum ad posteros transmissum & à majoribus diu servatum. Quia ratione Mahometes circumcisionem complexus est, & sectarijs suis observandam mandavit.

42. Sed non possum non advertere, falso Herodotum tradere lib. 21. Palæsti-

Ex Genes. 17. *Masculus, qui circumcisus non fuerit delebitur anima illius de populo suo.*

43. **K**ereth, sive excidium (idem valet atque delere) cujus hic fit mentio, varie apud Rabbinos intelligitur, sex refert, & simul refellit expositiones Abarbanel, & ipsi à Deo (ut vane inquit) veram monstratam exponit. Quæ cum alijs à Buxtorfio fideliter adducitur & omnes in falsitate & futilitate conveniunt, æqueque deficiunt à Philosophiæ principijs & Theologiæ; ut perinde fuerit audire, quam repellere illas. Ad Christianorum ergo expositiones, quorum nulla sic deviat à veritate, properemus:

nos circumcisionem à Colchis, Ægyptijs, & Æthiopicibus didicisse, cum ante circumcisionem Abraham datam in fœdus, nullibi fuerit in more ritus circumcisionis, sed ex Hebræis ad Ægyptios transmissus, cum per 200. annos in Ægypto captivus commoraretur.

*Requirit Herodotus ante Abraham circumcisionem recedens.*

Liberum ergo erat non solum servus sed alienigenis, relicta patrijs ritibus circumcisionem recipere, & profiteri Judaismum, & hi appellabantur Profelyti Justitiæ. Tria præcedebant initia, ut quis Justitiæ Profelytus haberetur, circumcisio nempe, baptismus, & tandem oblatio. De quibus sic Maimonides. ¶ Profelytus qui circumciditur, nec tamen baptizatur, aut qui baptizatur, nec tamen circumciditur, Profelytus neutiquam est habendus, antequam tam baptizetur quam circumcidatur, neque legitimus erat baptismus, nisi coram tribus viris perageretur, & cum actus sit forensis, ideo nec sabbatho baptismus rite satis adhibebatur, nec die festo nec noctu, quibus temporibus nihilominus si forte adhiberetur. Profelytus quidem is erat, qui sic baptizatus. ¶ Hæc Maimonides. Ante hujusmodi autem solennitatis professio integra & perfecta totius Judaismi præcedebat, nam si unicum aliquod servare & profiteri renueret fœdere sacro arcebat, & in Profelytum Justitiæ non ascendebat.

*Quæ præcesserint in Profelyto Justitiæ.*

Ezech. 18. *Anima, qua non peccaverit, ipsa punietur.*

§. I.

*Christianorum expositiones proponuntur.*



**A**IETANVS. ¶ Apposita hoc loco (inquit) pœna ad præsentem vitam spectat, nam apud Hebræos anima pro vita usurpatur, Hebraice vero pluraliter legitur de populis suis, quo significatur hujusmodi pœnam mortis corporalis non fuisse promulgatam pro tunc, sed pro futuro tempore quo semen Abraham in multos populos divisum foret, quod sane tunc accidit; cum in terra promissionis per varias civitates sparsi; constituerunt diversos populos, unius tamen populi totius partes. Ad illud itaque

tempus refertur hæc pœna, præcipiente Deo, ne tunc permittant ad ultimum quempiam esse incircumcisum: si quis autem non velit circumcidi, ut exterminetur vita ejus. ¶ Hugo de S. Victor. ¶ Delebitur (inquit) anima illa de populo suo, si veniens ad ætatem discretionis neglexerit circumcisionem, deleri autem è populo, est vel interfici, vel expelli à populo. ¶ Quod confirmant lectiones Chald. & Septuaginta, qui activè legunt: *qui non circumciderit carnem præputij sui delebitur*. Unde solos rationis compotes comprehendit pœna, quod tempus regulariter de anno ætatis decimo tertio impleto præter diem insuper unicum capiunt. Aben-Ezra, quando est filius (inquit) major ènis, si non circumciderit carnem præputij sui, impendit ei excisio. Quoniam præceptum quidem de parvulo datur patri, sed si patres eum non circumciderint, ipse se circumcidat. Idem sentit Lyranus, filium nempe adultum, si non circumcidatur, morte plectendū, ob circumcisionem tamè omisam pueri, plectendū sive parentem, sive tutorem quod manifestum facit quod legitur de Mose, cui mortem minatur ob circumcisionem prætermisam, sive Gersoni, sive Eleazari.

Verum reclamât schola integra, (ut apud Buxtorf. constat) unde prodijt Lyranus ex Judæo Christianus, nec in lacro sermone quid ejusmodi repertum, quod fatus tradidit Burgensis. Neque quod legitur de Mose oppositum suadet, non enim ab omnibus intelligitur comminatio illa velut ob circumcisionem prætermisam facta. Vide Abrahamum Hispanum, Musterum, & in Chaldaicâ loci Paraphrasim Fagium. Tum etiam quia in Arabica Saadix versione, & quæ in Jaranis Biblijs habetur locus ipse nõ de Mose, sed de filio ejus, utpote Eleazaro, diserte capitur. Sic enim ibi: *cumque esset in itinere in diversorio irruit in filium ejus Angelus Dei, voluitque occidere illum.*) Et Judæus Profelytus apud Tertullianum adv. Judæ. c. 3. Filius Mosis tum ab Angelo præfocatus fuisset, si non Sephora mater ejus calculo præputium infantis circumcidisset. Quod satis admittit Aug. in Exod. lib. 2. q. 11. & R. Simeon Ben Gamaliel Gem Babil ad tit. Nidar. c. 8. Tum quia licet uigeat (ut fas est) lectio Vulgatæ, res illa plane extraordinaria erat, neque ex circumcisionis lege antedata comminatio est in-

telligenda sed ex divino tunc placito. Sic Seldenus lib. 5. Syned. capit. sexto.

Paulus Burgensis etiam ex Judæo Christianus, moribus Hebræorum & varijs eorum institutis & traditionibus apprimè versatus, & fabulas, mendatiæque, ac illorum varia commenta despicens, sic textum antilogiæ nostræ, videlicet, parvulus, cujus præputium circumcisum non fuerit delebitur anima ejus, idest non salvabitur, exponit. ¶ Omittens circumcisionem (inquit) non erat morte corporali puniendus etiam secundum Hebræos. Non enim dicitur hic morte moriatur sicut in alijs criminibus, in quibus lex vetus mandabat puniri morte corporali. Sed dicitur hic delebitur anima ipsius, idest, non computabitur inter Sanctos secundum glossam, cujus ratio est: quia talis anima remanebat obligata originali peccato, in cujus remedium circumcisio fuit data. ¶ Ut in 4. distinct. 5.

Vel possumus intelligere excisionem illam de excommunicationis pœna, quasi idem sit delebitur anima ejus, excindetur, idest separabitur ex cœtu, universitate, Ecclesia, Synagoga & Republica, cujus pars nequit esse, qui circumcisionem præputij, signum fœderis, & professionis Judaismi in se non portaret. Adeoque ejusmodi infamiæ nota laborabat, usque dum pœnitentia ad bonam mentem rediens, absolveretur, restituereturque juri Hebraico. Pœna quidem excisionis durabat usque dum pœnitentiam egisset reus, & numini se reconciliaret, adeoque sic pœna se liberavit. Quod admittendum volunt Hebræi, si Seldeno credendum est. Superius, cum de fabulis, quas Rabini ex fœtidis suæ obstinatae præditionis lacunis, de secunda uxore nostri parentis Adami nomine commenti sunt, sermonem institueremus, promissus pariter, ubicumque postularet occasio, quæ erga singula dogmata, verbaque suæ legis ex cerebro, vel, ut ipsi dicunt, ex lege quam vocant orali, originata Sacræ Scripturæ miscuerunt, tradere. Consulto tamen promissis stare recuso, cum possem supersticiosam circumcisionis religionem prout nunc à Judæis servatam referre, timeo enim, ne quæ cordatis in nostræ forent religionis confirmationem, inscijs in seductionem deserviant, præcipuè qui ab Hebræis originem, & si remotissime ducunt.

Ex

*Quid sit deleri animam de populo.*

*Deletio idem ac excommunicatio.*

Ex Genes. 17. *Risit in corde suo, dicens Abraham putas ne centenario nasceretur filius? & Sara nonagenaria pariet?*

44. **C**Hrysoftom. & Hieronymus incredulitatis & infidelitatis arguunt Abrahamum, ille hom. 6. de poenit. hic lib. 3. dialog. advers. Pelag. verum huic opinioni contradicit Paulus expressè in secundo textu antilogiæ: Neque locus Pauli ad fidem Abraham; quam Deo promittenti, instar stellarum feminis multitudinem, exhibuit; est referendus, sed intelligi debet de fide promissionis divinæ ex Sara generando filio. Paulus namque fuisse centum annorum Abraham, tradidit illo loco cum risit: ac cum credidit Deo multitudinem feminis promittenti minor fuit 86. annorum, cum parum post id temporis duxerit uxorem Agar, & ex illa generasset Iſmaëlem cum 86. nactus fuisset annos Genes. 16. Neque credendum est Abraham diffidentis risum non fuisse à Deo increpandum, sicut Saræ increpavit Dominus Genes. 18. & Zacharias generationem Joannis non credens ab Angelo fuit correptione, & reprehensione correptus.

Joannes Arboreus, Abrahamum, statim cum Dei promissionem audivit, aliquantisper hæsiſſe, existimavit, ac divinis verbis erectum postea firmissime credidisse, de qua fide Paulus intelligi debet. Verum juxta istam expositionem Abraham non vindicatur à culpa, sed solum ab obstinatione in peccato, cum initio promissionis divinæ hæsitaverit.

Caietanus dubitationem non tamen vitiosam fatetur. ¶ Risus Abraham (inquit) non fuit irridentis verba divina, sed ea hilariter suscipientis in festivum nuncium, nesciendo tamen quid mysterij continerent. Non enim credidit tunc verba illa dici à Deo ad eum sensum, quem sonabant, sed ad aliquod mysterium lætum, & propterea hilariter suscipiendo risit. Et non credens ea dici secundum sensum, quem præferabant, contulit in corde suo rationes moventes ipsum ad interpretandum divina verba non secundum litteram, sed secundum my-

Paul. ad Rom. 14. *Et non infirmatus est in fide, nec consideravit corpus suum mortuum, cum jam fere centum esset annorum, neque mortuam vulvam Saræ, &c.*

sterium. Nec ob eas rationes putavit impossibile esse impleri ad litteram, quod dixerat Deus, sed difficile esse, & non esse intentum à Deo. Quapropter non assertive, sed interrogative eas contulit rationes in corde suo, & cum maxima réverentia adorans prostratus super faciem suam. Nec interpretatio hæc adversatur verbis Pauli affirmantis: Abraham non esse infirmatum fide; non est liquidem infirmatus in fide, sed fuit ambiguus de sensu verborum divinorum, an ea secundum litteram, an secundum mysterium aliquod dicerentur. At ubi Deus manifestavit ei sensum verborum suorum protinus credidit firmissime, non obstantibus naturalibus causis ex parte sui, & Saræ in contrarium. ¶

*Propositor vera expositio.*

Quamvis in Caietani sententiam propensus sim, Ambrosij & Ruperti non possum non referre, qui risum Abraham symbolum exultationis, & gaudij, audito promisso divino, arbitrantur. Symbolum esse annuentis habetur apud Homerum 118. Indicium spei ostendit risus Eccles. cap. 13. *Et subridens (inquit) spem dabit narrans tibi bona, & dicet, quid opus est tibi? Ecce risum symbolum bonæ spei, signum est etiam affabilitatis, benevolentiz, & comitatis apud Job. cap. 29. Cum ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram. Virg. Eglo. 4.*

*Incipe parve puer, cui non risere parentes.*

*Nec Deum hunc mensa, Dea nec dignata cubili est.*

Germanus Guellius, qui non risere parentes, legit, ac si diceret, hunc, ex ijs, O parentes, qui non risere, nec Deus mensa, nec Dea dignata cubili est, licet aliter Scaliger interpretatur, quasi poëta hortetur puerum, ut ad paren-

tum aspectum redeat. Quidquid de hoc sit, symbolum affabilitatis est risus, ut diximus. Ex quibus constat Abrahamum ridentem, bonæ spei plenum, lætatum, & promisso divino annuisse, & affabili animo audivisse. Audite Chrysoft. cui prior illa sententia displicuit. ¶ Cum nesciret quid diceret, ac nec discedere posset promittere Deo, vir nempe admodum religiosus, & divinis tum dictis credere, tum iussis obtemperare diu multumque assuetus, ad suam respiciens ætatem, ac sterilitatem Saræ, & tam excellentem Dei promissionem obstupescens, *Cecidit*, inquit Scriptura, *in faciem suam, & risit*. Simul & voluptate, gaudioque perfusus tantæ promissionis, simulque non comprehendens animo, quemadmodum illud Dei promissum tot tantisque naturæ objectis impedimentis, ad exitum effectumque producendum foret. ¶

Sed hinc oritur difficultas. Sara namque risit, eodem fere ac ipse Abraham verba dicens, & à Deo reprehensa, & incredulitatis censura notata est. Verum si Ambrosio ( ut par est ) fides exhibenda est, risus ille Saræ non modo à culpa fuit vacuus, verum etiam prophetiæ fuit plenus. Aliter autem Augustinus explicat. ¶ Quæritur ( inquit quæstion. trigesima sexta in gen. ) quare risum Saræ redarguit Dominus, cum & Abraham riserit, nec reprehensus fuerit? Nisi quia risus Abraham fuit admirationis, & lætitiæ, Saræ autem risus fuit dubitationis, id vero discerni, & dijudicari ab eo potuit, qui solus novit corda hominum. ¶ Idem in libr. decimo sexto, de civit. Dei capitul. trigesimo primo. ¶ Risit ( inquit ) Abraham admirans in gaudio, risit Sara dubitans in gaudio, nam ex Angelica exprobratione apparet, quod risus ille etiam si gaudij fuerit, plene tamen fidei non fuerit. Sed mox ab eodem Angelo Sara in fide confirmata est. ¶ Hac Augustinus.




## EXPLICATUR

Genesis cap. 17. in sensu  
moralis.



AM Caietanus quam etiam plures ex SS. Patribus dubitationis incredulitatis, & infidelitatis Abrahamum, & Saram arguere conantur, tam eximio namque favori, qualis erat filius promissus conjugibus, qui senes, & diu steriles fuerant, non crediderunt; ex eo autem judicant incredulitatem vitiosam, quia cum Abraham diu servitio divino deditus fuerat, non sine vitio de liberalitate divina contingeret hæsitare, Deum enim parum cognoscit, qui liberalitatem divinam taxare velit.



### §. I.

Explicatur beneficentia divina.

THEBIENSES religiosè quidem errarunt, de Deo dicentes ad benefaciendum, & miserendum dexteram solum habere, & cum viderent mundum pestibus, fame, aliisque flagellatum miseris, conditum à Deo negabant, incredibile existimantes conditorem Dominum esse mundi, & simul devastatorem. Tullius de dijs dicebat, si non pepercissent delictis, homines dicturos valete, hi enim infortunij oppressi Deum non colunt, quem in muneribus largiendis paralyticum esse respiciunt: *Si Deus*, inquit, *nulla hominum charitate teneatur, valeat! Quid ergo dicam? Propitius sit.* Hujusmodi autem intelligentia concors est conditioni, & summæ liberalitati Divinæ. Annos Abraham Moyses descripsit, cum Babylonios deseruit, & tradidit septuaginta fuisse duntaxat. *Septuaginta erat annorum, cum egrederetur de terra Hæram.* Verum centum, & triginta quinque annorum tunc fuisse Abraham vidimus suo loco, & constat aperte, Abraham enim anno natus, quo pater suus annos impleverat septuaginta: *Vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abraham. Thare autem mortuus*

46.  
Athēniensium error  
religiosus  
de Deo.

mortuus est cum ducentos, & quinque annos habuisset: *Facti sunt dies Thare ducentorum quinquaginta annorum, & mortuus est*, à natione ergo Abraham usque ad obitum Thare elapsi sunt centum, & triginta quinque anni; si ergo mortuo patre exiit Abraham de Babylonia, necessario dicendum est totidem annos complexisse Abraham cum egressus est de terra Haram: Quare ergo Moyses septuaginta demaxat annos ætatis numeravit Prophetæ illi habuit centum & triginta quinque? Quoniam Spiritus sanctus per penam Moysis solos septuaginta annos ex cunctis quos vixerat Patriarcha in Babylonia inter idololatrias, & scelera numeravit: Quare ergo tot alios annos abstulit ab ætate? Quoniam totidem annis nullum singularem favorem à Deo receperat Patriarcha, ideo apud Deum non reputati sunt anni, apud Deum suspensus est cursus vitæ in Abraham; quia ad favendum Abraham suspensum fuerat exercitium liberalitatis Divinæ, ideo solum ex tunc Abraham numerare coepit annos, ex quo exorsus est in ipsum effundere beneficia, apud Deum enim numerus non computatur annorum, quibus non se hominibus communicaverit beneficia elargiendo. *Abraham Babylónico vallatus incendio*, inquit D. Hieronymus, *quia illud adorare volebat, Dei est auxilio liberatus, & ex illo tempore ei dies vita, & tempus reputatur ætatis.*

47.

Sic magnificat Deus suam liberalitatem, seque beneficium hominibus exhibere. D. Gregorius Nazianzenus orat. 26. inquit: *Nihil esse Deo tam proprium, quam in omnes esse munificentissimè liberalem.* Et merito quidem, nam Dei natura bonitas est, quæ diffusiva est sui, nihil ergo erit convenientius, quam ut dominans se amplissime communiceet, & munera sua distribuat. Quis porius sic munificentissimus Deus ut metaphysice (ut Theologicè loquar) essentialiter sit liberalis, Magister sententiarum, (& cum illo optimi Theologi) asserit non solum intelligentia constitui Divinam essentiã, sed volitione, hæcque tribuere Deo perfectissimum, completissimum, & ultimum esse: *Eccœigitur Dei in voluntate sua per modum amoris non est esse accidentale, sed essentialè. Sed quare amor completi, & perficit nostra intelligendi crassitate*

esse divinum? Quare adæquate gradu intelligendi non constituitur, vel radice intellectiois, ut sentiunt cum eximio Præceptore meo Illustrissimo D. F. Petro de Godoy plures Thomistæ? Ratio est; Quoniam hoc interest inter voluntatem, & intellectum, quod hic omnia trahit ad se, omnia in specie, & in imagine recipit, omnia retinet, & conservat, summè avarus est intellectus; voluntas autem non solum retinet, verum omnia communicat, imò se totum dat, amans enim transfertur in amatum, & anima amans, inquit D. Augustinus, magis est ubi amat, quam ubi animat, intellectus avarus est, intellectus recipit; voluntas liberalissima est, & dat, ideo ergo ultimo constituit essentiã divinam voluntas, quia esse Dei perfectissimum est ipsa liberalitas, qua munera præstat, non enim concipi valet Deus, quin liberalis, & beneficus intelligatur, ut inquit D. Ambrosius, *Deus est opulenta largitatis, neque avaram munera, nec beneficij parcum, nec gratia angustum.* Conservantem hoc videtur perfectioni divinæ; si namque Cassiodorus l. 3. Epist. 111. inquit: *Quid tam regium quam fecisse felicem. Quid tam divinum potest excogitari, quam thesauros æternitatis hominibus elargiri, & munera sua donare, ut hominum inopiam sublevet, copiaque magna, abundantiaque repleat. Ideo manus ejus tornatiles plenæ hyacinthis, id est, muneribus, quibus nos libens exornat.*

Sic Dominus erga homines apparere desiderat liberalis, ut malit ex beneficiis cognosci, quæ confert, quam ex attributis quæ ostendat. *Si dixerint mihi, quod est nomen ejus, quid dicam eis,* interrogavit Dominum Moyses, cum ad Pharaonem mitteretur legatus, ut liberum dimitteret populum; cui Dominus: *Ego sum; sic dices filiis Israel qui est, misit me ad vos.* Cum autem Moyses jam Domino obtemperaturus discederet vocavit iterum Deus, & quasi mutans sententiã aliter de nomine instruxit, *Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob misit me ad vos.* Hoc nomen dices, hoc nomine volo in legatione tua cognosci. Sed miratur merito D. Aug. *Certe Domine, inquit, nomen illud tuum, ego sum, qui sum; unde modo nomen mutasti, ut diceret, Deus Abraham, & Deus Isaac?* Quare Deus nomen, quod pro-

*Movete  
Deus libe-  
ralis ex be-  
neficiis co-  
gnosci, quæ  
ex attribu-  
tis qua  
ostendat.*

*Dei essen-  
tia in libe-  
ralitate es-  
sentiali.*

prius maiestatem declarat, omittit, & mutat volens potius cognoscitur quam hominum Deus? Rationem reddit ipse D. Augustinus. *Nonne videtur respondere quod ego sum qui sum, pertinet ad me, quod autem Deus Abraham, & Deus Isaac pertinet ad te?* Nomine illo *Ego sum qui sum*, declarabat Deus maiestatem infinitam divinitatis, hoc autem in eius gloriosum splendorem maxime redundabat, *Ego sum qui sum pertinet ad me*. Hoc nomine Deus Abraham, Deus Isaac manifesta fieret divina erga homines liberalitas: *Deus Abraham, Deus Isaac pertinet ad te*, ideo illud deservit, hoc autem nomine voluit Deus vocari; omisit nomen, quod eius infinitam manifestabat essentiam, ut titulum acceptaret, qui cum erga homines exprimeret liberalem, pluris enim sit apud Deum ex magnitudine beneficiorum, quæ hominibus elargitur, cognosci, quam ex maiestate infinitæ, qua fungitur, excellentiæ: *Ego sum qui sum pertinet ad me*. Quinimo nomen essentiam Dei aliquoties explicans, est liberalitas: *Oleum effusum nomen eius*, inquit de Deo Salomon in mystico epithalamio, hoc est liberalis est nomen eius. Aristoteles enim liberalem *emissivum* vocavit, largum, & effusum in dando, ipse ergo Deus beneficentissima illa natura nihil est aliud, quam ipsa liberalitas, hoc eius nomen, hæc ipsa essentia est.

49.  
Gratius  
Deo bene-  
ficia con-  
ferre, quam  
recipere  
obsequia.

Sic Dominus liberalitatem magnificat, quod quamvis obsequia hominum illi gratissima fuerint, gratius illi fuerit liberalitatem manifestare, quam recipere obsequia. Si namque Socraticus Xenophon asseruit: *Regi esse honestius beneficiorum, quam trophæorum multitudinem relinquere*. Deus quot beneficia hominibus distribuit, tot trophæa benevolentiae suæ de ingratitude humana reportat; ideo ergo gloriosior Deus evadit, unde munerum dator, quam unde obsequiorum humanam religionem suscipiens. Præcepit Deus in templo erigi duo altaria, alterum sacrificiorum, & aromatatum aliud, & similiter mensam apponi: *Facies mensam, verum altaria non præcipit coronari, mensæ autem duplicari voluit coronas: Facies mensam, & facies illi labium aureum, & ipsi labio coronam, & super illam, alteram coro-*

*nam*. Quare ergo altari nullam, & mensæ duplicaram apponi voluit coronam? Ratio est, quoniam illi, quod Deo pluris fiebat, donari voluit coronam, ideo mensam, quam pluris altari faciebat, voluit Dominus coronari; sed quare mensam magis quam altare Deus habebat? Quoniam in altari recipit ab hominibus Deus, in mensa liberalitatem Deus exercet, & munera præstat, ideo mensam præcipit coronari; quia instrumentum liberalitatis divinæ fuerat, & non altare, ubi ab hominibus sacrificia, obsequiaque recipiebat, Deus enim magis æstimat liberalis haberi conferendo favores, quam recognosci Deus recipiendo ab hominibus sacrificia, & obsequia, ideo altare, ubi ab hominibus adorationes suscepit, non honoravit corona, & mensæ, ubi beneficia distribuit, diademata duplicavit.

Cum Dominus in castello Ematis recumberet cum discipulis mensæ, accepit panem, & nondum est cognitus ab eis, sed adhuc oculi fuerant clausi, ubi autem porrexit panem, cognoverunt eum. *Porregebat eis, & aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum*. Quare cum accipit panem non cognoscitur Christus, & noscitur cum porrexit panem? Quoniam accipiens panem, se veluti ceteri solent homines, Christus gerebat, quia proprium hominis est accipere dona, cum porregebant, liberalitatem Dominus exercebat, ideo Divinitatem ostendit, quia divinitas non sic splendet ab hominibus accipiendo, quam munera hominibus dando. Ideo, ut Hesiodus inquit, *Patres bonorum*, suos, quos magnos Deos vocabant, & non aliter cognoscebant.

Ex huiusmodi æstimatione, qua Deus liberalitatis manifestationem prosequitur, oritur nimis patientiam eius exacerbari, cum contingit à peccatoribus lacerari: Ad incrementum beneficiorum vires suscipiebat populi ingratitude; *Namquid*, clamabat incredulus, *post tot miracula visa, panem poterit dare, aut parare mensam populo suo*. Probavit, & exacerbavit divinam potentiam vecordia, & hominum barbara diffidentia; illico in populum exarsit iusta Divina vindicta. *Ignis accensus est in Iacob, & ira in Israel*. Alia opportunitate scelera majora, magisque impudentem irreverentiam Dominus

50.  
Major of-  
fensa, qua  
lucit libe-  
ralitatem  
divinam,  
quam qua  
vulnerat  
religionem.

minus toleravit patienter : idolatræ namque Baal omnia altaria vero Deo dicata sacrilege contaminarunt , araque subverterunt , quod zelum provocavit Eliæ. *Zelo zelatus sum , quia filij Israël altaria tua destruxerunt.* Et nihilominus ira divina quievit , dissimulavitque divina patientia ; Quare patienter tolerat aras subverti , cultumque divinum eradicari , & sic exarsit in populum detrahentem ? Nonne subversio ararum , contaminatioque altarium detractionem malitia non superabat ? sacrilegium non excedebat ? Quare ergo dissimulat impudentiam sacrilegam populi honorem divinum ejaculantis , & sic populo irascitur detrahenti in deserto ? Ratio est , quoniam Israëlitarum cultores Baal violabant religionem , & devastabant altaria , *Altaria tua destruxerunt.* Israëlitarum in deserto stolidæ liberalitatem offende- bant divinam ; negabant enim Dei beneficentissimam largitatem. *Nunquid panem poterit dare , aut parare mensam in deserto ?* ideo ergo illico plectitur populum in deserto , quia magis offenditur Deus à negantibus liberalitatis gemmâ pretiosam , qua textitur divinitatis corona , quam à violentibus religionem altaribus devastatis. Dei enim liberalitas in corona immortalitatis , quam sua sibi essentia ad decorem mirabilem texuit , est gemma una inter omnes , luce pretiosa rutilans , cujus amabili , & fulgore mirabili Dominus ornatur , & mirabiliter delectatur.

Et ratio hujus esse videtur , quoniam si liberalitas divina non fulgeret in Deo , nil magnopere splenderet in excellenti illa natura , quod mortales luminis limitati magis amarent , liberalitatem namque divinam ut quid jucundum mirantur , ut non tam Deum ex bonitate , quam ex muneribus noscant. Si namque manum regiam inquit Hildebertus Epist. 3. *Melius donativo splendere , quam sepevo* , manum divinam non tam gradibus perfectionum velut gemmis , quam largitibus , dominisque luminosam venerantur mortales ; ideo hanc ut inexplicabilem Numinis majestatem poneret ante oculos hominum , potentissimam manum simul , & munificentissimam explicavit quasi non tam homines Deum cognoscant ex dominatu sublimi imperatorum veterum more , inquit Gref. qui

terrarum globum , & mundi effigiem a vi- de manu rapiunt , & digitorum , ac nervorum omnium contentione tueri sibi , & servare conantur , sed ex munifici donatoris schemate.

Cum inter tot beneficia , quot Dominus locupletavit Abraham , ea , & præcipua fuerit fecunditas proles , filiorumque benedictio ; nunciantem Angelo filium risit Sarâ ; & quasi ludibrium credidit promissionem. Quare hoc in beneficij largitate Divina ? Quoniam per nonaginta annos postulaverat Sara fecunditatem , beneficium autem diu clarum videtur potius ludibrium , quam beneficium putasse , apud homines enim non habetur beneficium , quod precibus comparatur.

S. II.

*Beneficium æstimabilius , quod precibus non comparatur.*

**N**ON habetur beneficium , quod precibus comparatur , quia ubi præcessit petitio , non tam est donatum , quam emptum. *Civibus alimenta daturus* , dicit de suo Trajano Plinius , *hoc magnum præstitit ne rogarent.* In Eucharistia , inquit D. Augustinus , majora Christum signa dilectionis ostendere , quam in mysterio ineffabili Incarnationis , idem plures Sancti Patres tradiderunt illa verba Zachariæ exponentes : *Quid bonum ejus , aut quid pulchrum ejus , nisi frumentum electorum , & vinum germinans virgines ?* ideo huic beneficio majori teneri asserit homines gratitudine respondere : sed quare si idem utrobique donatur pignus , majori adstringimur debito & obligatione in Eucharistia ligamur ? Ratio est ; quoniam quamvis in Eucharistia , & Incarnatione idem pignus donetur , sed dispari modo ; Deus datus est nobis per Incarnationis mysterium , sed quasi suspiriis , & lacrymis emimus. *Rorate cali desuper. Emitte agnum Domine* , in Eucharistia sine precibus panis Angelicus fit panis hominum , nulla præcessit in homine ad tantum beneficium petitio , quo ergo magis nostra prævenit , eo excrevit beneficium æstimatione , & in hominibus obligatio.

Lazarum quatruiduanum defunctum.

& tumulatum Dominus suscitavit, & tamen non constat ex scriptura à circumstantibus laudis singularis vocem extollit, Filium viduæ Naim pariter suscitavit, hoc autem prodigium sic commendabilem fecit, ut Prophetam maximum prædicaverint: *Propheta magnus surrexit in nobis*. Utrobique Dominus non triumphavit de morte? Mirabilius non fuit fatentem, diuque tumulatum à mortis vinculis liberare, quam recens restituere vitæ defunctum? Quare ergo Christus ob resuscitatum adolescentem applauditur eximius Propheta, & in Lazari resurrectione Omnipotentia non commendatur? Quoniam Lazari resurrectione petitio, & preces præcessere sororum, in adolescentis miraculo præcessit petitione remedium, ibi Martha, & Maria precibus exorarunt. *Precibus exoratus*, canit Ecclesia, *Ecce quem amas, infirmatur*, inquit Evangelista; in adolescentis resurrectione mater pro filio nec petit, nec exoravit, ideo hoc beneficium, quia illustrius, comparavit Christo eximiam apud homines gloriam. *Propheta magnus surrexit in nobis*. Beneficium, enim quod prævenit preces, benefactorem magnificat, si vota forsitan præcedunt, offenditur liberalitas, & recipiens beneficium pariter injuriatur.

Censura inussit Chrysologus fidem Martæ cum credere dicit omnia Christum assecuturum à Patre: *Hæc mulier, inquit, non credit, sed credere conatur*: Quare non credit, cum dicat se scire omnia Patris in filij constituta potestate, voluntateque fuisse? *Scio quia quæcumque poposceris à Deo, dabit tibi Deus*. Ratio est quia Martha inquit filium petere, & concedere Patrem. *Quæcumque poposceris dabit tibi*: credere autem Patrem dare, quia postulat filius, minuit magnitudinem doni, & liberalitatem Parentis: *Nemo ergo filium sic minores precibus, nec Patrem circa salutem hominum sic minores*. Quoniam tam liberalitas dantis, quam muneris excellentia minuuntur, si præcesserint preces, sicut è contra, augeri munera censet Seneca, multiplicarique dona, si præoccupant petitionem. *Primum est*, inquit, *antecedere desiderium cujusque, proximum sequi, illud melius occupare, antequam rogemur, quia cum homini ad rogandum probo os concurrat, & suffundatur rubor, qui hoc*

*tormentum remittit, multiplicat munus suum.*

Et quidem statim munera dare, nec desiderantem dilatione torquere, multiplicat beneficia. Surdo, & muto Dominus restituit integre sanitatem: *Aperta sunt aures ejus, & solutum est vinculum linguæ ejus*. Ut autem turba miraculum expectavit, exclamavit dicens: *Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui*. Sed quomodo verum? Christus Dominus unius hominis vinculum linguæ solvit, unius surdi aures Christus aperuit; quare ergo asserit turba plures fecisse surdos audire, loquive mutos? si unicum paravit miraculum, quomodo inveniunt fuisse plura prodigia? Rationem reddit textus. *Et statim aperta sunt aures ejus*. Celeriter Christus miraculum operatur, statim fecit audire surdum, mutumque loqui, ideo turba unum prodigium plura miracula reputavit, quia celeriter beneficium collatum, ac si plurima forent, æstimatur, celeritas namque in donando non solum beneficio reddit valorem, sed multiplicat favorem, ut surdus, qui unus fuerat in patiendi miseriam, multiplex fieret in recipiendo multiplicatos favores: Apicem ergo perfectionis liberalitatis attingit Christus illico, mutum, & surdum sanando, quia celeriter opitulatur; ideo cum applauderet turba, inquit, *bene omnia fecit*, qui namque celerem fert inopi, indigentique opem, omnia rectè operatus creditur, nilque non rectè egisse videtur. E contra vero, qui post desideria dilata contulit beneficium, minuit munus, læditque recipientem, cum prius eculo cruciaverit desiderij, & ergastulo petitionis.

Angelus advertenter esse notatur, qui panem ad Eliam adduxit; homo fuit, & se velut hominem gessit, qui panes præstitit amico, quem refert Evangelista. *Quis vestrum habebit amicum*. Quare hoc? Quoniam ille prævenit petitionem Eliæ offerens panem, hic prius præcedentibus precibus, & quasi invitatus præstitit panes, ut liberaretur à petitionibus importunis: *Propter importunitatem*, liberalitas enim Angelica est, cum benefica manus præoccupat petitiones, & desideria. Cum Dominus eximiam dilectionem mundo exhibere vellet in Incarnationis mysterio, inquit Propheta Achaz, quod

tantæ

tantæ liberalitatis peteret signum; Cui Achaz: *Non petam, & non tentabo Dominum.* Cujus excusatione non fuit exacerbatus Propheta nec Deus offensus, quin potius adderet dicens Propheta. *Propter hoc dabit, id est, quia non petiit asserit beneficium elargiturum; Quare hoc? Quoniam si petiisset Princeps offenderet largitorem, & beneficium, quia beneficium non tam favor fuisset gratuitum, quam debiti extitisset solutio, ideo Achaz, qui optime Dei conditionem beneficam percaluerat, inquit, Non petam, & non tentabo Dominum, esset enim Dei tentare, & probare patientiam; præoccupare precibus beneficium, petitio namque præcedens favorem nimis liberalitatem debonestat.*

Non solum petitio debonestat liberalitatem donantis, quin præstat beneficium valore, si necessitatem præveniat. *Æternis laudibus unctionem Magdalenz secundam Christus extollit. Ubi cumque prædicatum fuerit Evangelium hoc, & quod fecit hæc mulier, narrabitur in memoriam eius.* Nicodemus fuit erga Christum Dominum in majorem liberalitatem effusus, illa enim libram unam unguenti tantum expendit, hic quasi centum, quare ergo Nicodemi unctio non commendatur, & laudibus extollitur illa? Ratio est, quoniam Nicodemus venit ad Christum conditum in sepulchro, distulit donum quousque necessitatem oculis intueretur, Magdalena prævenit sua liberalitate Christi indigentiam. *Prævenit ungere corpus meum* ideo non hic sed illa laudibus commendatur, quoniam tunc liberalitas est digna commendatione suprema, quando donum prævenit indigentiam. *Prævenit, &c.*

Benedictionibus, & beneficiis Dominus replevit Abraham, ut autem illi conferret, paciscitur prius: *Ego sum, & pactum meum tecum.* Quare ex pacto confert Abrahamo favores? ut ex justitia videretur beneficia conferre, & non tam beneficia, quam debita ex justitia crederentur, ideo ex pacto Abraham fecit, quæ ex religione facere tenebatur, dum autem Dei præcepto obedit ex pacto, Dominum videtur reddere debitorem, ut quæ Deus contulerit, non tam beneficia videantur, quam debita à Domino soluta ex justitia, liberalitas enim Divina ut illu-

stris appareat, non tam gratis donare affectavit, quam ut se occultet solvere debitum ex justitia.

\*\*\*

### §. III.

#### *Liberalitatem Deus simulat.*

**L**IBERALITAS benefica est virtus, sed non est undequaque grata, succurrit, & favor cum beneficium largitur, verum recipientem vinculis ligat, & obligationis compedibus vincit, illa ergo liberalitas est benigna, quæ communicans beneficium, manum liberalem occultat. Voluit Dominus turbam quinque mille hominum pascere, & eorum succurrere inopiæ, sed à puero quinque panes accepit, ut postea multiplicaret: *Est puer hic habens quinque panes cum accepisset panes.* Quare quinque panes accepit, ut tot millia hominum reficeret in deserto? si Christus Dominus miraculose refecit famelicas turbas, quare panes in minima quantitate recepit? ut magnificaret elargiendum favorem, prius panes recepit, si Dominus enim extremæ hominum necessitati succurreret parva panum non admissa contributione, turbam relinqueret beneficiis affectam, & pariter debito ad gratitudinem vincam, Deus ergo voluit beneficium communicare, & simul à debito obligationis homines liberare, ideo petit panes, quos possidebant. *Accepit panes, ut posset largiri pro eorum indigentia abundantiam, Distribuit discumbentibus;* ut liberalitatem enim Dominus occultaret, panes accepit, ut non tam liberalitas, quam contractus ejus beneficentia apparet, & venditio crederetur quod fuerat favor benignitatis divinæ, ut succurreret Deus humanæ miseræ, & simul homines obligationis vinculis non ligaret. *Sic pius Dominus, inquit D. Bernardus, tribuendo, quod gratis tribuit, facit ne gratis tribuat.* Ideo venale regnum cælorum appellavit D. Augustinus. *Venale est regnum cælorum, quia Dominus pro sua benignitate omnium beneficium supremum omnibus elargitur, & ne gratis videatur esse collatum, opus aliquod humanum exposcit, elemosynam nummi unius acceptæ, ut*

Eximia liberalitas beneficia celare.

homo

homo regnum cælorum emat, quod ponderavit in divina liberalitate Augustinus: *Da nummum, & accipe regnum.*

Cum fame vexati in Ægyptum fratres Joseph confugissent, triticum prorex dari præcepit fratribus suis acceptis prius pecuniis. Sed quare voluit Joseph fratres pro tritico reddere nummos? si decreverat triticum sine pretio, & gratis largiri, quare prius recepit pecunias? *Iussit ministris suis, ut implerent saccos eorum tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis.* Ratio est, quia voluit perfectam erga fratres liberalitatem manifestare, ideo sic beneficium elargitur, ut non gratuitum censeatur, recepit pecunias ut triticum non videretur gratis esse donatum, sed potius pretio altissimo venditum, pecunias ergo accepit pro pretio, & occulte in saccis reponit; ut censeretur venditum, quod re ipsa fuerat donatum. Accepit palam pecunias, ut interveniente nomine emptionis triticum pretio venditum videretur, præcepit tamen nummos in saccis reponi, ne Joseph liberalitatis eximie offenderet excellentiam. Contulit beneficium gratis, sed noluit videri gratuitum, in quo liberalitas perfectissima splendet.

Cum Elias accessisset fame oppressus ad sareptam, panis bucellam postulavit à vidua, postquam parvulum ex pugillo farinæ accepisset panem, famem viduæ miseræ temperavit, imo ad saturitatem fecit oleo, & pane abundare: *Hydris farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur.* Sed quare panem postulavit prius Elias? si replere venerat oleo, & farina, quare ex abundantia non saturatur etiam Elias? Cur farinam, qua ipse aleretur postulavit à vidua, Quoniam Elias voluit liberalitatem perfectissimam exercere, ideo farinæ paululum petit, ut in magna quantitate distribuat, ut non tam beneficium esse pareret, quam debiti solutionem, & farinæ à vidua prius postulata, & acceptæ remunerationem æqualem, quoniam perfectissima liberalitas non tam consistit in munere conferendo quam in beneficio celando.

*Liberalitas perfecta est liberalitas, inquit D. Ambrosius, ubi quis silentio tegit opus suum & necessitatibus singulorum oculis subveniunt.* Huiusmodi silentij tegmine

munificentissimus Dominus velare liberalitatem suam contendit. Præcepit Deus fabricare propitiatorium, quo exorare Dominum beneficia accepturus confugeret populus, verum præcepit duos Cherubin expansis alis propitiatorium velarent. *Cherubin extendent alas suas regentes propitiatorium.* Sed quare cortinis Deus velat propitiatorium, quo recurrere invitavit homines ad petendum? Velat propitiatorium, in quo assistit liberaliter ad favendum, ne oculis accipientium liberalitatis manus pateret, testes repellit, dum benefacere satagit, ne accipiens perfundatur rubore, & manus liberalitatis lædatur, dum enim liberalis munera coram omnibus præstat, non tam donat, quam vendit beneficium, cum vendat pretio accipientis ruboris. Cum Elias pallium traderet Elisæo, inquit textus *quod ceciderat ei.* Quare simulat cecidisse? ut liberalitatem Prophetæ Elias celaret, ut non tam videretur pallium Elisæo donasse, quam cecidisse. Magnanimus ergo est qui se auctorem munerum celat, dum enim munera evulgat, non benefacit, sed accipientem offendit. Optime Martial.

*Qua mihi præsiteris memini, semperque tenebo*

*Cur igitur taceo Posthume; tu loqueris? Incipio quoties alicui tua dona referre, Protinus exclamat, dixerat ille mihi. Non belle quadam faciunt duo, sufficit unus*

*Huic operi: si vis ut loquar, ipse tace. Crede mihi: quamvis ingentia Posthume dones,*

*Auctoris pereunt garrulitate sui.*

Eximium opus liberalitatis divinæ, & maximum omnium, inquit D. Thomas fuisse Eucharistiam, *Miraculorum ab ipso factorum maximum:* sed quare maximum liberalitatis prodigium? Quoniā usque ad consummationem sæculi adest Dominus nobiscum, beneficia liberaliter largiens sub accidentibus tamen occultis, spargit favores, sed tegit manum liberalitatis velamine ipso specierum. Hoc ergo liberalitatem extollit donantis, & beneficium commendat *Miraculorum ab ipso factorum maximum.* Qui namque beneficium evulgat, prius garrulitate offendit quam munere faveat. Ideo inter Divinas

*In Eucharistia liberalitas.*

nas personas Spiritui Sancto præcipue tribuitur liberalitatis magnificentia: *Veni dator munerum. Quare hoc? Quoniam Pater æternus verbum Divinum donavit, verum donat, & loquitur, & evulgar quod donavit, fecundè- que generavit: Eructavit cor meum Verbum.* Verbum divinum est ipsum Verbum, quod ex ore Altissimi prodiit. Solus Spiritus Sanctus donat, & tacet, beneficia confert, & silet, soli ergo illi antonomastice liberalitas attribuitur; quia solus liberalitate fulgere videtur, qui collatum beneficium velamine tegit. (Totum hoc dictum moralissime intel- lige, in Deo enim in liberalitate, nulloque alio attributo reperiri valet ulla inæqualitas, aut imperfectionis, nec umbra) Longe ergo vivunt à liberalitatis stemmate, qui munera evulgant, & in accipientis faciem ruborem emittunt; cum Agesilaus inopia potius laborantem, quam in firmitate Apellenti invisere dignaretur, copiam auri sub pulvinari nullo vidente clam collocavit, postquam autem recessisset Agelilaus, servus aurum reperisse Apelli indicavit, cui ille: *Hoc furtum regis est, hoc enim munere furatus est cor meum.* Beneficium autem in silentio collatum non solum indigentix occurrit, sed cor furatur recipientis, & obligationis vinculis ligat.

*Liberalis est qui non tam præstare, quam solvere affectat.*

Hinc oritur illum vere liberalem esse, qui munera ita largitur, ut non tam esse donum manifestet gratuitum, quam debitum, non tam præstare, quam solvere; hanc Christus Dominus liberalitatem docuit in cruce, vas aquæ in patibulo petiit, ut fontem aquæ salientis in vitam æternam sacramentorum ex latere Christi effluentem nobis communicaret, ut tam gratis donatam, quam ex debito justitiæ concessam esse monstraret, prius in cruce postulaverit potum, ut cum ex latere Christi exiret mirabiliter aqua, non donare, sed solvere videretur; cum namque Dominus sit perfectissime liberalis, semper affectat in beneficiendo silentium, & ut liberalitatem occultet, simulat beneficium, & non tam donare, quam debitum solvere manifestat, ut superius latè asseruimus, & tom. 2.

Summe perfectam libertatem Deus erga Patriarcham exercuit; quoniam integre felicitate replevit, non enim

tantum bona, divitias, & opes distribuere sed etiam posteritatem; hanc si tollas nihili æstimantur divitiæ, & cætera bona, ideo, ut se summe liberalem Dominus exhiberet, filios ex Sara pollicetur, Deus enim integre beneficia semper conferre consuevit.

\*\*\*

§. IV.

*Deus integre beneficia largitur desideria remunerat, & promissiones excedit.*

**M**AXIMA bonitas Dei in Saræ beneficio elucescit, & quidem, ut inquit D. Chrysostomus, beneficiis Dominus certat, neque unum contentus beneficium conferre, multiplicat alia, non solum terram promisit, sed semen dedit, liberos, qui deliciis potirentur, atque civitas Saræ concessit, & Abrahæ; nec omnia dona conjugibus sine liberis forent jucunda; ideo fecit Deus Saram fecundam, nescit enim Deus non integra beneficia conferre: à Domino quidam homo exoravit, ut arbiter vellet esse in dividenda hæreditate cum fratre. *Magister dixit fratri meo, ut dividat mecum hæreditatem.* Quid autem Christus respondit? *Aspere quidem: Quis me constituit iudicem, aut divisorem super vos?* Quare divisoris agere munus recusat, cum videamus toties Dominum dividentem? *Acceptit Iesus panem, benedixit, & fregit, deditque discipulis suis:* Quare Christus dedit discipulis panem divisum, & inter fratres dividere hæreditatem recusat? Nodum solvit difficultatis D. Ambrosius. Non enim iudex Dominus est, ut dividat, & partiatur, hæreditatis enim divisæ pars, quæ uni erogatur, necessario deberet alteri denegari, dedecrautem Christi maximam bonitatem, non integre bonum largiri, & communicare, ideo iudicem esse, & divisorem recusat. Non sic cum divisit discipulis panem, qui à sumente non conceisus, non contractus; non divisus integer accipitur; totus enim Christus existit in toto, & totus in qualibet parte accidentium factorum, ideo hic divisoris munus accepit, merito autè reprehenditur frater, qui dispensatorè cœlesti gestiebat corruptilibus occupare; cum pietas, liberalitasq; divina necessitate

35.

non integrè cuius beneficia largiri.

Intetrogavit Angelicus Præceptor 3. p. q. 44. quare Dominus erga bruta miracula non paraverit? Quare sicut Lazarum resurrexit, filiumque viduæ brutorum animal non suscitavit? Non æquè in irrationali omnipotentia splenderet divina, ac in resurrectione rationalis fulgebat? Quare ergo non ostentavit in brutis? Ratio est, quoniam cum hominem suscitavit, non solum corpori vitam præstabat, sed animæ etiam vitam gratiæ conferbat spiritualem, integrè beneficium donabat Domini liberalitas, si autem brutum contingeret suscitare, vitam sensitivam præberet, sed spiritualement vitam, cuius anima non intellectualis est incapax, non posset communicare, ideo ergo irrationalia non suscitavit, ne in donando cogitaretur Domini liberalitas, dum enim enim fuisse valde strictum, & limitatum, corpus dumtaxat vivificare, vitam animæ non collata; ideo Christus bruta non suscitavit, ne ejus liberalitas generosa cruciaretur parum donando; ideo valde diffusa est erga Abraham manus divina non solum divitiarum donando, sed etiam posteritatem dilatantem per orbem, ut sentiunt enim Cajetanus, & ceteri expositores decem regna ex Abraham originem duxerunt, potentissimeque floruerunt. Secunda ratio est. Dedit liberos Abrahæ, quia primum contulerat beneficium, liberalitas enim divina non limitatur unico beneficio, sed quia primum donavit repetit beneficium secundum. Gloriam sibi ex justitia reddendam asserit D. Paulus, *Quam reddet mihi Dominus in suis.* Quare ut à justo sperat gloriam à Deo reddendam, & non à Domino liberali? Quoniam primum à Deo receperat beneficium. *Raptus est usque ad tertium cælum,* ideo quasi ex justitia tenetur Deus repetere liberalitatem effuso beneficio secundo. *Quam reddet.*

Sed unde tam diffusa Domini liberalitas? Quoniam anxie posteritatem desideravit, ut ex ejus stirpe nasceretur Messias, hæc autem desideria sic Domino exorere gratissima, ut tot sollicitudibus remuneraverit Deus, qui etiam desideria nostra coronat.

Vix Deus in nobis respicit desideria virtutis, & illico voluntatem remunerat, ad præmium vocat sponsam, cum vidit erumpere desideria: *Flores apparuerunt in terra nostra.* Desiderantibus virtutem, atque justitiam Deus, promittit felicitatem æternam; *Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam.* Quare pro tantillo virtutis, quale est desiderium, cælum homini pollicetur? Quoniam hoc manifestat expressè, qualis Deus, atque fuerit hominis vilis conditio; homines namque sic sunt erga Dominum parci, quod vix offerunt desideria virtutis, sic Deus erga homines (si fas est dicere) prodigus, ut pro erumpentibus desideriis conferat regnum cælorum: *Beati qui esuriunt.* Ubi homo ille de quo Evangelista invenit in agro thesaurum, omnia sua vendidit, & ad pecuniam suppellectilia cuncta seduxit, ut agrum illum emisset; *Simile est regnum cælorum thesauro abscondito in agro, quem cum invenit homo, vendit, & vendidit omnia, quæ habet, & emit agrum illum.* Quid ager inappreciabilis ille? D. Gregorius inquit agrum illum intra se habuisse magnum desideriorum thesaurum: *Ager in quo thesaurus absconditur, est cælestis desiderij studium.* Quare ergo omnia vendidit homo, ut tanti emat agrum desideriorum? Quare pro illo cunctorum à se abdicavit celeritate prompta dominium? *Vendidit universa:* Quoniam apud Dominum summi valoris sunt desideria, experientia didicerat homo iste ad mensuram desideriorum Deum beneficia conferre, ideo voluit agro desideriorum ditari, ut divinis beneficiis posset locupletari, *ager est cælestis desiderij studium.* Sed quare Deus distulit Abrahæ desideriorum effectum, ut cresceret Abrahæ meritum, & augeretur corona.

Non solum liberalitatem Dominus manifestat, cum consequitur homo petitionis effectum, sed etiam cum morose solet differre, vult enim nostra crescere desideria: *Desideria dilatata crescunt.* Optime conditionem divinam penetravit David, cum inquit: *Cum invocarem, exaudivit me Deus iustitiarum mearum: in tribulatione dilatasti mihi.* Clamantem in tribulatione inquit David à Deo fuisse exaudicum, cum dilatavis


Desideria  
pluris sunt  
à Deo.

58.  
Differre  
Deus peti-  
tionem, ut  
desideria  
dilatata  
crescant.

si Dominus exaudivit, quomodo dilatavit; apud Deum exaudire est concedere petitionis effectum, si ergo David faceret Deum dilatasse orationis effectum. *dilatasti mihi* quomodo asseruit fuisse exauditum? *Exaudivit me.* Ratio est, quoniam petitionis dilatavit effectum, ut majorem recepisset favorem, in dilatione Divina fundata est maxima convenientia David, quia ex dilatato à Deo petitionis effectu, crevit in David desiderium, *Desideria dilatata crescunt*, & quia David penetraverat numquam in nobis crescere desideria, quin majores beneficiorum retributiones in Deo respondeant, inquit exauditum à Deo, cum dilatavit in David desideria, quia ad mensuram desideriorum confert Dominus beneficia, ideo cum dilatavit, non negavit petitionis effectum, sed ut augeret mensuram, distulit petitionem, ut crescentibus desideriis, majora Deus posset beneficia conferre, & singulares elargiri favores, *Cum invocarem, exaudivit me.*

Distulit ergo Dominus desideria, ut beneficiis Patriarcham replet, ideo plurima Deus Abraham promittit, quæ omnia fuerunt in posteris ejus impleta, imo & majora, in Deo enim beneficia divina, & ejus benefica liberalitas promissiones excedit, è contra in mundo. *Mundus fallax est in promissionibus ejus, cum plurima offerat, & parum vel nihil largiri sciat; Omnes opes Egypti vestra erunt*, nuncios qui Joseph fratribus dicerent misit rex Pharaon, promissionibus Principis filij Jacob credentes, patriam deserunt proficiscentes in terram Egypti. Sed quibus opibus fuerunt Israëlitarum ditati? quibus prosperati divitiis? Assueti sunt tantum paleas, ut lateres efficere possent, & adhuc paleas mortuo Pharaone illis negata; *Nequaquam ultra dabitur paleas populo ad conficiendos lateres.* Opulentissima mundus promittit, sed ad summum paleas largitur mundus. Oppositum contingit in liberalitate Divina; promittit Deus Josepho culmen fortunæ, ad quod exierat in Egypto, & ut certiore de exaltatione redderet ipsum, ostendit manipulum elevatum, quem ceteri manipuli cum summissione venerabantur, & adorabant; *Vidi manipulos in agro, adorare manipulum meum.* Pharaon promittit fratribus Joseph opes,

& donavit duntaxat paleas; Deus promittit paleas, easque illi manifestavit, donavit autem imperium, Pharaon montes pollicetur filiis Jacob, promissio autem mures parturit paleas vilis elargiens, Deus parum pollicetur Josepho, sed plurima confert. Hæc est divina, hæc est humana conditio, manus illius valde porrecta, istius autem manus nimis collecta est. Nisi dicamus voluisse Abraham desideria differre, ut magis splenderet Domini liberalitas, si namque Sara filium peperisset in iuventute, beneficium esset fecunditatis, sed non singulare, quia ex proportionato principio; concipere vero nonagenariam est beneficium penitus singulare, quia à principio valde improportionato dimanat.



§. V.

*Remedium, & beneficium eo estimabilius, quo principium à quo dimanat, magis est improportionatum; Deus multiplex videtur in donando.*

**I**N remedium hominum pœnarum, & in nostræ afflictionis solamen instituit Dominus Eucharistiam sic docuit Angelicus Doctor. *Pi de sum contristatis absentia remedium relinqueret singulare.* Sed ut solamen inferret afflictioni nostræ promissum, imaginem passionis reliquit: *Passionis suæ memoriale reliquit.* Sed quis consolandi instrumentum crederet esse pœnam? quis dolore temperavit dolorem? Nonne aptior gloria, quam pœna ad solandum afflictos? Quare ergo in Eucharistia gloriæ suæ, & non passionis memoriale reliquit, ut de sua contristatos absentia certius, & efficacius consolaretur? Quare memoriam pœnæ reliquit in remedium afflictis? *Passionis suæ memoriale reliquit.* Quoniam voluit Dominus tanto beneficio sibi subijcere mundum, & ejus undique obligationem concarnare inquit sanctus Eligius: *Sacramento Eucharistie totus mundus subjugatus est.* ideo non gloriæ, sed pœnas in Eucharistia in solamen nostrum reliquit, gloriæ namque remedium erat nostræ proportionatum, sicut pœna sine proportionato remedio beneficium est, quod agi-

*Eucharistia est beneficium estimabilius, quia à principio improportionato nobis in illa procedit medela.*

59. *Mundus fallax plurima promittit, & parum largitur.*

erat passim natura, sanare poenam ipsius poena, & improporionata medela est beneficium inuitatum in mundo, sanare afflictum modo saepe usitato beneficium est inducens aliqualem obligationem, mederi laboranti maerenti modo inaudito beneficium est ita in benefaciendo se excedens, ut concatenet gratitudinem recipientis, ideo Christus in Eucharistia poenis, & non gloria curavit afflictos, quia intendit hominum voluntates non aequaliter obligare, sed subjugare praemagnitudine beneficij, huiusmodi autem obligatione non adstringitur qui beneficium recipit instrumento proportionato, sed medio distanti, & opposito, subjugavit ergo homines Christus sacramento Eucharistiae, totus mundus subjugatus est; quia poena, & non gloria homines curavit afflictos, & infirmitati applicuit improporionatum remedium: *Passionis sua memoriale reliquit.*

Bis Dominum supplex Propheta exoravit, ut Dominus veniret in mundum homines redempturus: *Rorate caeli desuper & nubes pluant iustum.* Secundo sic orat: *Emitte agnum Dominum dominatorem terra de petra deserti.* In prima opportunitate Messiam iustum tantum appellat: *Pluant iustum.* In secunda quasi pollicetur Messiae totum subjugandum mundum: *Dominatorem terra.* Quare non promittit Verbo Divino Propheta Dominationem terrae, quando iustum de caelo exoptat venire. *Nubes pluant iustum,* & illam pollicetur dumtaxat quando agnum missum de petra exoravit? Ratio est quoniam venire Dominum iustum de caelo hoc erat advenire iustitiam ex ipso loco iustitiae, venire Dominum agnum, & mitem de petra, erat suavitatem descendere ex ipsa duritie, & asperitate, hoc autem ultimum, tam eximium est erga homines beneficium, quod credidit satis esse. Propheta ad subjugandum fortiter mundum; *Dominatorem terra,* quia quo beneficium magis erat improporionatum, eo reddit fortius vinculum obligationis, ideo non dominationem gentium pollicebatur Propheta, quando descendit de caelo iustus, quod est a proportionato principio processisse iustitiam. *Rorate caeli desuper & nubes pluant iustum,* sed quando de petra mittitur

agnus, quod est ab improporionato principio nempe petrae duritie agni suavitatem oriri: *Emitte agnum de petra deserti.* Dominus, qui cap. 17. alloquitur Patriarcham, apparuit similiter Abrahæ cap. 18. quasi multiplex autem apparuit: *tres vidit, & unum adoravit.* Quare hoc? Quoniam secundum fidem Deus unus est in essentia, sed sic liberalitate delectatur, quod videtur apparere multiplex in donando.

Pignus eximium amoris esse Eucharistiam affirmavit D. Augustinus, singularissimus namque fuit amoris excessus fieri cibis ab hominibus comedendus: *Caro mea vere est cibus.* Verum ex circumstantia crescit excessus amoris; quoniam in Sacramento Christus immensa divinae largitatis beneficentia manet in nobis, & nos in ipso manemus. *In me manet, & ego in illo,* unitur nobis amantissima identitate, quia ut recipiat est unus, *In me manet;* sed ut se donaverit nobis, multiplicari videtur, in corpore nobis datur, & in sanguine etiam quasi repetitur, donatio. Quare hoc? quare cum recipit nos, unus est, & apparet multiplex cum donatur? Quare in recipiendo minui videtur, & quasi duplicari cum datur? *Est cibus, est potus.* Quoniam cum semetipsum nobis commiscet, & ut nos enutriet donatur, est beneficium suae excellentissimae charitatis, recipere nos est solutio, quam homines pro tanto pignore reddunt, sic ergo flamma excrevit amoris, excrevit excessus, ut cum sit vnus in recipiendo solutiones à nobis *In me manet,* apparere voluerit multiplex in largitate donandi. *Est cibus, & potus.*

Lapis ille, quam in pulvillum capiti suo supposuit Jacob, inquit D. Hieronimus fuisse Christum: *Sub capite ipsius lapide erat Christus.* Sed audite quid referat Scriptura; Eo tempore, quo fratrem in Mesopotamiam Jacob fugiebat, pulvinar, ubi dormiret ex lapidibus fecit, *Cumque venisset ad quandam locum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo dormivit in eodem loco.* Postquam autem evigilavit Jacob lapidi illi duo obrulit gratitudinis ministeria, & erexit in titulum, & oleum super illum effudit: *Fundens oleum desuper;* sed quare, si plures lapides erant, quibus est soporatus Jacob; *Tu-*

51.  
In Eucharistia Christus multiplex ad donandum, unus est ut recipiat.

*lit de lapidibus*, scriptura unum duntaxat appellat: *sulit lapidem*. unum, & multiplex contradictorie non opponuntur? Amor impossibilitatem reddidit facilem; & multitudinem cum unione mirabiliter concordavit; Quando Jacob requiem sumere voluit, lapis ille, qui Christus erat multiplicatus, ut requiem suo servo minisset: *De lapidibus*. Quando autem Jacob voluit gratificari, factus est unus, gratitudinem receptorus, *sulit lapidem*, quando Jacob indigens quærebat lapidem Christum, lapis ille multiplex erat, quando lapidem gratus sollicitabat, unicus erat, quia favere, & succurrere est dilectionis inditium, oleum fundere erat obligationis solutio, maximum ergo exhibet amans dilectionis excessum, quando manuitur pro debito solutionem recipiens, & multiplicatur cum largiter beneficia sua impendit hominibus.

*Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus.* Vmbram Trinitatis recognovere D. Hieronymus, & Euthimius, D. Augustinus, & D. Hilarius hujusmodi locum de essentia divina explicarunt; sed quomodo hoc cum multiplex esse videatur? Quare multiplicatus, cum unicum in essentia credamus? Ratio est, quia in Hebræo non est *Jehovah*, sed *Elohim*, quod divinam significare solet essentiam communicabilem creaturis, beneficam, & erga homines liberalem, quatenus munera præstat, ideo ergo multiplex apparet in conferendo favores, quamvis unus sit in essentia, ideo repetit toties *Deus* quia explicat beneficia benedictionis: *Benedicat*. Dominus autem sic liberalitate complacet, & delectatur, quod amat apparere multiplex in donando, quamvis sit indivisus in veritate. In castra Philistinum ingressa est arca, & ubi illam viderunt, cum stupore, & timore Deum unum appellavere: *Venit Deus in castra*. Post paululum temporis visi sunt plures *dij*. *De manu Deorum istorum*. Quare hoc? Quoniam cum ingressa est arca, visus est Deus in veritate, quando egressa recognoverunt beneficam Israëlitis, illosque protegentem, ideo plures Deos esse clamarunt quia multiplex illis apparuit, Deus autem sic anxie

hominibus favet, quod multiplicari videtur, & multiplex apparere, cum beneficia distribuit.

Risit Sara, & reprehenditur: *Quæverisit Sara*; risit pariter Abraham, & tamen ab Angelo non fugillatur, ut vidimus namque risus Abraham dignus est laude, & commendatur à Patribus; Saræ risus dignus habetur, qui fugilletur ab Angelo: Ex quibus colligitur, quam temeraria hominum sint judicia, & erga hominum exteriora periculosa cogitationes.

§. VI.

*Cæca hominum erga homines sunt judicia.*

**Q**UÆRITUR quare istam redarguat Deus, (inquit Augustinus quæstion. 30. in Genes.) cum & Abraham riserit? nisi quia illius risus admirationis, & lætitiæ fuit, Saræ autem dubitationis, & ab illo dijudicari potuit, quia corda hominum novit. Ex quibus considerandum est, quam periculosa hominis sint judicia, quamque facile homini ferre de homine temerarium judicium, si enim quis de Sara, & Abraham ferret judicium in quibus signa eadem respiciebat, utrumque vel absolveret, vel damnet utrumque. O: quot cæca judicia in mundo feruntur. ¶ Maxima pars, inquit Augustinus, generis humani indiscreto judicio ad reprehendum prompta, & parata esse probatur; cum tamen ita se velit ab alijs judicari, quomodo vult alios judicare. ¶ A temporibus antiquioribus nostram naturam vitium hujusmodi irrepsit. Cain ab origine mundi male judicavit de Abel, Esau de Jacob, & per cunctas ætates usque ad Christum, ubi fuit consummata malicia, cum Phariseorum malicia Dei innocentiam fecerit ream.

Soli filio hominis, verbove divino judicium dedit de interioribus pater, sola enim Sapiencia divina occultum conspiciere potest, & nos temere arcanum Dei usurpamus judicium, & in tribunali fallaci mentis ex levi suspitione, ex falsa delatione non semel ferimus de proximis indig-

nam sententiã. Contra quos ait Paul. ad Rom. 2. *Tu quis es, qui iudicas alienum servum? Domino suo stas, vel cadit.* Hieronymus, inquit: ¶ Periculosum est de servo alterius iudicare, & non facilis venia, prava dixisse de re-ctis. Veniet illa dies, in qua mecum dolebis ardere non paucos. ¶ Cor nostrum multiplices & abditos recessus habet, quod difficile de interioribus hominum reddit iudicium. Quis enim in venustissimam fœminam compram, ut cum homine loqueretur, & ut ipsi pulchra appareret, ad omnem compositam elegantiam oculos direxisset, & non mollem ac lascivam arbitraretur mulierem? Quis fœminam post regias epulas solam cum Principe solo noctis silentio cubiculo clauso esse videret, & impudicam non iudicaret? Hoc est tuum de muliere iudicium; Hæc ergo signa respice in Iudith, quæ castissima semper stetit. Optime ergo August. *Multa facta, quæ hominibus improbanda testimonio tuo Domine approbata sunt, & multa laudata ab hominibus te teste damnantur, cum sapè se aliter habeat species facti, & aliter facientis animus.*

Vere justos, & sanctos homines illos habendos, quos vidit Dominus discumbentes credendum est, *Intravis autem Rex,* inquit, *Math. 22. Ut Videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.* Quare credendi sunt sancti? Paschasius lib. 10. in *Math.* malos in conscientia, inquit, intelligere non omnium est, ideo hunc malum solus Deus terribilis, & Rex magnus invenit, convivæ autem viderant veste non indutum nuptiali, regis non ignorabant mentem, & tamen illi iudicium reservarunt, flagitium iudicantes, quod à Regis non procederet legitima auctoritate. Hoc tulit de Apostolis, *Unus vestrum me traditurus est,* à Christo Domino audientibus, iudicium. D. Laurentius Justinianus ¶ Innocentes Apostoli cum essent, & sancti, nil mali de proditore cogitare sunt ausi, quod nefas à se alienum non ignorabant, hoc condiscipulo adscribere verrebantur. ¶ Pium ac bonæ indolis se ostendit Abimelech. *Gen. enim 27. Prospiciens Abimelech Rex Palæstinarum*

per fenestram vidit Isaac iocantem cum Rebecea uxore sua, & dixit pet-  
spicuum est, quod uxor tua sit, si in-  
pius esset lascivum cum lasciva iocari  
putasset.

Difficile est exteriora hominis iudi-  
care, quid difficultatis non erit in se-  
cretioribus discernendis? Septem elabi-  
diæ, ut sacerdos ferret de lepra iudi-  
cium, Dominus lege veteri præcipie-  
bat. Si ergo tempus intercedere debet,  
ut iudicium de infirmitate oculis pa-  
tente feratur, religiosum erit suspen-  
dere nostrum iudicium, nec sine fun-  
damento vehementi in mente nostra  
damnare. Priusquam in terra, voces  
construentium Babylonicam turrim  
confusæ auditæ fuerunt in cœlo, & ni-  
hilominus descendit Deus ut videret  
civitatem, & turrim, ut nos edoceret  
nec repente, nec inconsulte processu-  
ros esse ad iudicium.

Proclivitas proximi iudicandi oritur  
ex vitio quo quis laborat, dum quis  
enim, inquit, D. Thomas, ex se ipso  
malus est, talis faciliter de alijs malum  
opinatur, juxta illud *Eccles. 10. Stultus  
in via ambulans, cum ipse sit inspiens,  
omnes stultos æstimat.* Uti Solaris radius  
penetrans vitrum rubrum, aut flavum,  
rubrum recipit aut flavum colorem.  
Cognovit Adamus nuditatem, cum  
ad iudicium à Deo vocatur, quare non  
antea se respexerat nudum? quoniam  
nuditas effectus erat, & quasi echo  
peccati, cui non attendit cura innocens  
iudicium haberet ante peccatum, con-  
tinuo ac labe fuit delicti sceleratus, nu-  
ditatem cœpit erubescere tamquam  
malam.

Oritur secundo ex superbia, &  
propriæ infirmitatis defectu. Quis enim  
in alienam imperfectionem mentis di-  
rigeret oculos, si proprijs sceleribus  
confusus, & lachrymas profudisset,  
oculi deservirent dolori, nec mens  
posset esse rebus alienis intenta. Ideo  
Joab præcepit callide nuncio David  
victoriæ referenti jacturam, ut si-  
gna iræ forte in illo aperiret, con-  
tinuo mortem pronuntiaret Uria,  
proprii enim sceleris malitia occu-  
patum, negligentia ducis, bellie-  
que eventus speravi obliviosum red-  
ditum iri.

Difficili-  
mum cordis  
secreta, in-  
tentionis  
que abscon-  
dita judi-  
care.

Difficile  
exteriora  
hominis  
iudicare.

63.

Temere  
iudicare  
dicitur ex  
iudicantis  
notitia.

Ex Genes. 18. *Descendam, & videbo  
dicit de se Deus.*

Paul. ad Heb. *Omnia nuda, & aperta  
sunt oculis Domini.*

**A**ugust. tom. 4. l. 1. quæst. super  
Gen. quæst. 39. ¶ Mōre humano  
(inquit) Deus in scripturis ad homines  
loquitur, & ejus iram novērunt sine  
perturbatione ejus intelligere, qui no-  
vērunt. Solemus autem etiam sic mi-  
nacuer loqui. Videamus, si non illi  
facio, & si non potuero tibi facere,  
vel sciam, idest hoc ipsum experibor,  
utrum non possim, quod comminan-

do, non ignorando dicitur. Irati appa-  
ret effectus, sed perturbatio non cadit  
in Deum; mos autem humanæ lo-  
quutionis, & usitatus est ut humanæ  
infirmiati congruat, cui coaptat lo-  
quutionem suam. Vide Greg. 3. mor-  
cap. 7. Lyræ Chryf. hom. 7. tom. 4. hic  
D. Thom. 1. 3. super hoc cap. D. Hier.  
tom. 5. lib. 2. in c. 8. Zachar. Seraphinum  
Cumeranum hic.

Genes. 18. *Pueros culpa innocuos perdidit  
Deus.*

*Anima qua peccaverit ipsa punietur.*

Vide antilogiam jam conciliatam c. 9.

Ex Genes. 18. *Habeo duas filias abuti-  
mini eis, dummodo viris istis nil mali  
faciatis.*

Paul. ad Rom. 3. *Non sunt faciendâ ma-  
la ut eveniant bona.*

1. **A**mbros. libr. 1. de Abraham cap. 6.  
¶ Offerebat Sanctus Loth filiarum  
pudorem, nam & si illa quoque flagi-  
tiosa impunita erat, tamen minus erat  
secundum naturam coire, quam ad-  
versum naturam delinquere. Præfere-  
bat domus suæ verecunditæ hospita-  
lem gratiam, etiam apud barbaras gen-  
tes inviolabilem. Denique illic quoque  
offensa hospitalitas est, ubi nec germa-  
nitas satis tuta est. ¶ Accedit Divus  
Thomas in quæst. de Malo q. 1. art. 1. ad  
objectionem 14 sic respondet. Loth  
non prælegit culpam pœnæ, sed osten-  
dit ordinem esse servandum in fuga  
culparum, quia tolerabilis est, si quis  
committit minorem culpam quam  
majorem.

pulerit, id debemus resolvere, quod  
minori nexu noscitur obligari. ¶ Quid  
autem ex his levius, quidve sit gravius,  
pietatis acumine investigemus? Etenim  
dum perjurare compellimur, creato-  
rem quidem offendimus, sed nos tan-  
tummodo maculamus: cum vero no-  
xia promissa complemus, & Dñi iustitiam  
superbe contemnimus, & proximis  
impia crudelitate nocemus. Quamvis  
hujusmodi verba, non de minori pec-  
cato committendo propter gravius vi-  
tandum, sed de solutione minoris vin-  
culi, majori obligatione retenta intel-  
ligi debeant.

Chrysof. hom. 43. in Genes. virtu-  
tem fuisse facinus illud Loth, laudi-  
busque extollit. Augustini approbat  
factum libr. de mendacio cap. 7. licet  
cap. 5. propensior est, ut credat peccasse  
Loth. Alij laude dignum censent Lothi  
facinus, laudabile enim est volentem  
aliquod malum facere, suadere, ut illo  
omisso eligat minus perpetrandum,  
idest ut leviter inimicum percuriat,  
quam illum occidat. Comprobare vi-  
dentur hanc evasionem verba D. Gre-  
gorij cap. 40. in Job, & Chryf. hom. 27.  
ad populum Antiochenum: Immo &  
Concilium Toletanum octavum can. 2.  
¶ Ubi periculi (inquit) necessitas com-

Facilis esset textuum concordia, si  
Lothum defendendum suscipere non  
expediret, & ad id non cogeret D. Pe-  
tri justum illum appellantis auctoritas.  
Excusat illum Caiet. in Genes. cap. 15.  
Magna oritur quæstio (inquit) utrum  
Loth peccaverit offerendo filias suas  
libidini Sodomitarum ad evitandam in-  
juriam inferendam hospitiibus. Et ratio  
dubitandi: quia hinc apparet, peccatum  
esse; flagitio repensare flagitium, juxta  
doctrinam Pauli. *Non sunt faciendâ ma-  
la ut eveniant bona.* Ex altera parte fa-  
ctum Loth fuisse licitum probare vide-  
tur auctoritas B. Petri agentis; Loth  
justum oppressum & liberatum à Deo  
à nefandorum hominum injuria: Solu-  
tio hujus quæstionis est. Loth non ob-  
tulisse filias animo repensandi flagi-

tium flagitio, sed animo placandi furentem populum minime accepturum huiusmodi oblationem, sed fore potius, ut populus ille tanta ejus placatus submissione, ab incepto desisteret. Idque propterea verisimile erat, quod filia Loth primarijs Sodomæ civibus jam desponsata fuerant. Simile igitur est

quod de Loth dicimus, ut si placaturus quis alium à se magna læsum, & offensum injuria, nudum pugionem ei offerat dicens, interfice me, non eo sane animo ut ille occidat ipsum, sed ut tanta ejus submissione demitigatus, omnem ei remittat injuriam, & offensam. Hæc Caeteranus.

Genes. 18. v. 2. *Angelos adoravit Abraham, Loth Genes. 19. Josue cap. 5. Manue Judic. 13. Balam Num. 22.*

Matth. 4. & Deut. 6. v. 15. *Deum solum adorandum constat, & Paul. 5. ad Thim. 5. v. 17. Apoc. 19. Angelus recusat adorari.*

— — — — —

### §. I.

*Defenditur adoratio & Angelorum cultus explicatur.*

**A**NGELOS à nobis honorandos, & adorandos negat cum Gnosticis, Eunomio, Vigilantio, Mahometo, nostri temporis hæretici, Josephus Albus hanc hominibus antiquissimam fuisse idololatram tradit. Similem errorem sequitur Bossius pater, testimonijs Sacræ Scripturæ in antilogia superius relatis convictus, è contra catholici omnes ut videre est apud Bellar. tom. 2. contr. Angelos adorandos & colendos ab hominibus esse ex Gen. 18. & 19. & ex Ios 15. & Judic. 13. & Numer. 22. vere & religiosè defendunt.

Pro conciliatione antilogiæ in memoriam est revocandum, quod cum adoratio, cultus seu honoratio sit submitio sui erga alterum ex recognitione excellentiæ illius, pro ratione diversæ excellentiæ diversus cultus, & adoratio debetur, pro divina adoratio supremi ordinis, quam *latræiam* appellamus. Pro naturali seu politica, vel civili adoratio civilis & naturalis, sic qui de magistratu sunt, quique nobilitate, fortitudine, seu sapientia præcellunt, principes honoramus & adoramus. Pro supernaturali excellentiâ in gratia, & gloria supernaturalis cultus, quem appellamus *duliam*, inter civilem & adorationem latræiæ medius debetur. Adoratione *Latræiæ* solus Deus est adorandus, quæ soli summo rerum omnium debetur Domino, & de huiusmodi cultu loquitur Matth. cap. 4. & Deut. 6. Ex quibus non licet colligere Angelos cultu duliæ irreligiôsè adorari

propter excellentiam in gratia, & gloria, hunc cultum non alium textum pro prima parte antilogiæ convincunt.

In primis hoc testimonium hæreticis favere non potest, quia vel Joannes, cum ejus cultum Angelus recusavit, cum qui sibi apparuerat, Deum, aut Angelum judicavit, si Deum, reprehensus merito est, si Angelum, & nihilominus adoravit, cur nos reprehendimur Joannis vestigia imitari? sed ut quid recusavit? forte (ut sentit August. quæst. 65. in Gen.) quia Angelus sic apparuit, ut Christus potuerit existimari, dixerat enim cap. 5. *Ego sum primus, & novissimus, & fui mortuus, & ecce sum vivens*, itaque poterat existimari Christus, cujus personam gerebat, nisi se manifestaret, & ideo corrigendus fuit Joannes, non propter errorem cultus, sed propter errorem personæ.

Beda, Anselmus, Ricardus & Rupertus asserunt Joannem debitum cultum Angelo exhibuisse, sicut Loth & Abraham egerunt, verum Angelus propter reverentiam humanitatis Christi merito recusavit, quia ante Christi adventum Angeli ab hominibus coli patiebantur, sed postquam humanitatem in Christo adorare coeperunt, passi non sunt ab hominibus venerari. Vnde Angelus insigni modestia præditus recusat à Joanne adorari, dicens: *conservus sum, idest non sum dignitate superior, tu enim sicut ego, es propheta, es Apostolus, es prædicator verbi divini, es continuus martyr, assiduos pro Christo dolores ab amore sustinens, ideo superior Angelis merito, & gratia, & brevi eris etiam gloria superior in cælis, cur ergo me adoras?* Joannes ergo bene fecit adorans, & Angelus optimè recusavit, sicut Christus

3.

Aus Act. 10. explicat adorationem, qua Cornelius veneratus est Petrum. Quod Joannes cultum illum, postquam repulsum illicitum non judicaverit, constat ex cap. 22. quia rursus accedit Angelo ad gena, cum jam audivisset, *vide ne feceris*, ab Angelo sibi intimatum. Pucavit ergo & sibi licere cultum illum præstare, nisi vel obliuiofum, vel incorrigibilem Joannem esse dicamus.

Genuinus hujus loci & verissimus sensus lucem recipit ex ijs, quæ refert Severinus Binius in notis ad Epist. primam Pij Cerinchi, perniciosissimum dogma etiam tempore S. Joannis grassari inquit, adeo humiliter sentiens de Christo, ut omnem ab eo divinitatem auferret, & Angelos super eam extolleret. Vnde ad Cerinchi hæresim confutandam, non solum Paulus, & cæteri Apostoli immensos labores subierunt, sed sic Deo agente, & Angeli id sponte professi sunt, unde Joanni ad pedes ejus procedenti, *vide ne feceris*, inquit Angelus, non tantum ut Joannem in sui veritate confirmaret, sed in Joanne potius universam Ecclesiam adversus eosdem hæreticos commoneret. Huc spectat, quod ipse Joannes Ecclesiam Laodicentem ejusdem provincie metropolim monens, inquit, *Hæc dicit testis fidelis, & verus, qui est principium creatura Dei*, id est per quem omnes creaturæ sunt factæ, ut sic confutaret dogma Cerinchi, Angelos mundum creasse prædicantis. Et quod idem, ejusdem provincie præcipuos episcopos Angelos appelleret, plane significat instar hominum Angelos hominibus ministrare, nec tantæ esse excellentiæ, ut quæ divina sunt iisdem jure attribuantur.

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

### §. II.

#### *Explicatur synodus Laodicensis.*

**I**FFICILEM reddidisse veritatem catholicam de adoratione Angelorum synodum Laodicenam visum est Joanni Gerardo Bosio, quia hæresis tota moles ædificatur. Sic synodus Laodicena can. 35. *Non oportet Christianos derelicta Ecclesia abire, & ad Angelos idololatricæ abominandæ congregationes facere; quæ omnia interdicta sunt, quicumque autem invenius fuerit oc-*

*culte huic idololatricæ vacans, anathema sit, quoniam derelinquens Dominum Deum nostrum Jesum Christum accessit ad idola.* In primis, si bene legatur synodi locus, parum proficiet hæreticis, si quidem ( ut inquit Barth. Carranza ) ex ipsis canonis verbis constat non legendum *Angelos*, sed per *angulos*. Genios enim, prætextu Angelorum adorationis, colebant, domique servabant unde illud Satyr. Perlius.

#### *Funde meram Genio.*

Sicut & alia sacra privata, Larariaque sancta, de quibus Plautus in prol. aulular, quæ igne colebant ut Cicero. 4. in Verrem, Festus Pomp. Verb. Penetr. Virgil. Eglog. 5. Verum & si mendosa non sit, facilis est, & genuina synodi expositio, non damnat enim quamlibet adorationem, sed quæ incidit in idololatricam, quæ est adoratio latriæ præstita creaturæ, cum sola debeatur Deo. Ibi enim concilium hæreticis Angelicos damnat, sic dictos, quod testè Epiphanio hæres. 60. Angelos cultulatriæ adorandos esse docebant.

Baronius tom 5. ann. hoc canone interdictam esse Christianis religiosam venerationem falforum Deorum, quos idolatræ gentiles, & Magi colebant, sentit, sicut præcedenti can. 34. martyris cultus religiosus præcipitur, falforum vero martyrum superstitiosa veneratio prohibetur. Dum ergo sequenti canone additur decretum ad cultum Angelorum reformandum, constat synodum voluisse, ut veri Angeli, qui æternam salutem adepti sunt, sicut veri Martyres colantur, falforum autem Angelorum, sicut & Pseudomartyrum cultus vetetur. Si namque veris martyribus sancta synodus cultum decernit, & veneratur, cur Angelicæ creaturæ excellentiori, & sanctiori omnem honorem adimere posset? Fallos autem Angelos; quos gentiles & Magi colebant, Genios fuisse ait Baronius, quorum gratia ipsi ( ut ex Cens. de die natali, & Macrobius in Satur. ) diem natalitium celebrabant, & affines, atque amicos convocabant, & affines, atque amicos convocabant, & vocantur autem occultæ idolatræ cultores eorum, quia ad imposturas suas honesto nomine velandas profitebantur se Angelos invocare; tum demones ad imaginès suas perficiendas occulte vocarent; ut ait Tert. in Apo. cap. 23.

### §. III.

## S. III.

*Explicatur Paulus ad Collos. 2. & exponitur Theodoretus.*

6. **P**OSTOLI Pauli clypeo se protegunt, ut adorationem Angelorum evellant, hæretici. Ad Collos. 2. sic inquit, nemo vos seducat volens, in humilitate, & religione Angelorum. Ex quibus colligunt seductos haberi apud Paulum, qui Angelorum profitentur falsam religionem, & superstitiosam adorationem. Accedit Theodoretus qui explicans relatum Apostoli locum, sic inquit, qui legem defendebant, eos etiam ad Angelos colendos inducebant, dicentes legem per eos datam, mansit autem diu hoc vitium in Phrigia, & Pisidia, quocirca synodus quoque, quæ convenit Laodicæ, quæ est Phrigiæ metropolis, lege prohibuit, ne precaretur Angelos, & in hodiernum usque diem videre licet apud istos & horum finitimos oratoria S. Michaëlis: Illi ergo hoc consulebant utique humilitate utentes, dicentes: universorum Deum nec cerni nec comprehendere, nec ad eum posse perveniri, & oportere per Angelos divinam sibi benevolentiam conciliare. Hæc Theodoretus, & eadem repetit cap. 3.

7. Verum neque Paulus pro illis est, neque contra nos Theodoretus: Paulus illa epistola ad Colossenses hæresim Simonis Magi condemnat, qui Platonicos sequutus, quosdam Angelos adorandos quasi minores Deos, qui & mundum fabricarunt, nec summum Deum, qui invisibilis est, nisi per hos Angelos, posse ullum placare dicebat, de qua hæresi Tert. lib. de Præscript. & Irenæus lib. 5. cap. 20. De hac idololatria, seu magia, qua adorantur Angeli loco Dei, vel Christi exponunt hunc locum Chrysostr. hom. 7. in epist. ad Colos. & Theoph. Amb. in hunc locum putat eos notari qui adorant stellas, Hieron. quest. 10. ad Algariam docet reprehendi hic, eos qui sacrificabant Angelis. Quod Theodoretus tradidit de oratorijs D. Michaë-

lis duobus modis intelligi valet, primo quod hæretici consecrarent oratoria Michaëli, ut ibi secundum hæresim Simonis sacrificarent, secundo quod templa ab hæreticis erecta ut malis Angelis sacrificarent, in oratoria à catholicis S. Michaëlis sint conversa, ex quorum multitudine colligatur, quantum hæresis Simonis sit in grassata, sicut templum omnium Deorum Romæ conversum est in Basilicam omnium sanctorum.

Hoc confirmat quod (teste Seldeno lib. 3. Syned. cap. penultimo) refert Euty chius Patriarcha Alexandrinus, de Ecclesia Cæsarea, & de ejus monumentis admodum sedulus, & edoctus, ibi inquit ¶ à Gentibus idolum Michaëlem nomine cultum, templumque ipsum fuisse à Cleopatra Regina extractum nomini Saturni dictum. Et Alexandria, & Ægypti incolæ die duodecimo mensis Haturi, qui Tishrin posterior est, festum magnum huic idolo celebrabant, & sacrificabant ei sacrificia multa, deinde Alexander proximus Athanasij decessor, simul ac Patriarcha illic factus est, Christianismi, qui aliquatenus vigeat, gratia, voluit confringi idolum, & aboleri sacrificia cumque ei obsisterent Alexandrini, astutia ipsos aggressus, idolum, inquit, istud nulli omnino rei utile est; quod si festum illud Michaëli Archangelo celebraveritis, & sacrificia hæc ei feceritis, ipse pro vobis apud Deum intercedet, majorisque vobis boni causa, quam idolum istud futurus est. Illis annuencibus Alexan. idolum confregit, & crucem ex eo confecit, & nuncupavit templum Ecclesiam Michaëlis, quæ ipsa Ecclesia est, quæ Cæsaria dicta igne periit, cum Occidentales Alexandriam ingressi, eam devastarunt, & cedebant festum & sacrificia Michaëli Archangelo etiam, & adhuc Coptiæ in Mitzar, & in Alexandria festa illo die celebrant Michaëli Angelo. ¶ Quæ exornant expositionem, qua Theodoretum in verum sensum reducimus, qui lib. D. Decr. 5. Angelos non solum veneratur, sed etiam nostros apud Deum patronos, & intercessores conficitur. Vnde non contra sed pro veneratione Angelorum est.

*D. Michaëli antiquius oratoria consecrari ceperunt.*

Genes. 18. *Pueros culpa innoxios perdidit Deus.*

Deut. *Habeitur: Anima que peccaverit ipsa punietur.*

Vide antilogiam conciliatam cap. 9.

\*\*\*\*\*

**E X P O N I T V R**  
Genes. cap. 18. *in sensu morali.*

8. **P**LURES credunt exposito- res hujusmodi à Deo infli- ctum supplicium ex visceri- bus ortum misericordiz, cum crediderint plures pœnas æternas fugisse, ad conspectum enim ignis orta est lux animabus, ut pœnitentia tacti Sodomitæ lacrymis maculas absterfe- rint peccatorum, Deus enim semper clementia miscet rigorem, ut pietatem Principes doceat.

\*\*\*\*\*

§. I.

*Princeps sit lenis, & suavis in regimine suo.*

**N**IL est quod sic emolliat incom- positos mores, & animos effe- ratos cicuret, quam lenitas, & mansue- tudo rectoris, justitia nimia Principem facit exosum, atque terribilem, lenitas reddit amabilem, ideo gubernationi Reipublicæ securitati, & concordiz magis consulitur, quando Princeps amari eligit, non timeri; Tyranni nam- que vox illa est; *Oderint dum metuant,* nullum quidem tutius imperium est, quam illud quod amore, & charitate munitur, ut inquit enim Herodianus in vita Commodi, ij tuto imperant, qui non metunt ex crudelitate, sed amo- rem ex bonitate civium suorum animis instillant; Optime Pub. Cyr.

*Necesse est ut multas timeat, quem multi timeant.*

Constantinopolim Maximus Alexan- der armis expugnare decrevit, jam jam- que obsidenti sic unus ex circumstanti- bus est allocutus. *Si amor te compellit, non ense evaginato opus est, armis enim depone, & dulci tuo loquelo, ut pristina*

*tua beneficentia consuetudine pœna abs- que dubio eam expugnabis.* Consulenti imperator præbuit assensum; & illico civitas dedita est, & suavè Alexandri Magni recognovit imperium; nullus siquidem stabilis, & firmus imperium nisi lenitate, & benevolentia; natura ipsa sine aculeo rigoris Principes fore visa est docuisse mortales, sic Seneca animadvertit in apibus lib. 1. de Clem. cap. 19. *Rex ipse, inquit, sine aculeo est. Noluit illum natura nec seruum esse, nec ultionem magni constitutam petere, se- tumque detraxit, & iram ejus inermem reliquit; exemplar hoc magnis regibus ingens est.* Titus Vespasianus, Sucto- nio teste, dicebat non oportere quemquam à sermone Principis tri- stem discedere, & quia Pontificem de- cebat puras à sanguine ostendere ma- nus, nec unquam ipsi percutere licuit; Titus Pontificatum Maximum affe- ctavit, ideoque se professus accipere, ut puras à Romanorum cæde servaret manus, ut notavit Beroaldus.

Principem myrra voluit Deus vesti- ri, & sic indutum vidit illum, cui al- loquebatur David: *Myrra, & castia à vestimentis tuis.* Quare sic illum allerit Psalmista vestitum? quoniam inqueba- tur ut regem; *Dico ego opera mea Regi.* Ubi autem regem vocavit odorem sua- vitatis tradidit respirasse, *Myrra, & castia.* Cui consonat Masculus dicens: *Est totius almonectare desuis.* Dominus in parabola vineæ dicitur Homo, *Homo erat paterfamilias.* In parabola cœnz rex nuncupatur, & Dominus. *Simile est regnum calorum homini regi, qui fecit nuptias.* Quare hoc? Quoniam in vi- neæ parabola iminatur pœnas, & respi- rat rigores: *Et qui ceciderit super lapi- dem istum confringetur.* Ideo homo di- citur particularis. *Homo erat,* in parabola cœnz cunctis communicabat favo- res, benignitate splendebat humanus, atque mansuetus, ideo rex dicitur in parabola, nil enim proprius purpure congruit, quam benignitas majestatis. Prius homo deinde rex, *Homini, Regi,* in Rege enim præferenda est humani- tas majestati.

Cum

Indignus  
titulo regis  
in domi-  
narum un-  
della.

Cum interrogaret Saül, ex qua progenie foret David, appellatur *Rex*, & ait *Rex, cuius filius sis iste puer*, cum Ionatham interrogaret Saül cur non venisset ad convivium David, dicitur dimissit Saül; *Dixitque Saül ad Ionatham*. Quare hoc? quoniam cum Saül interrogaret Abner, ex qua progenie foret David, in eum amore fervebat, & ut benigne se haberet, & in aula regia maneret, stirpem ejus quærebat; ideo *Rex* appellatur, quia in illo benignitas resplendebat; *Et ait Rex*. Quando interrogavit, cur David non veniret ad mensam, ira inebriatus in illum excandescibat, ideo *Homo* particularis vocatur. *Iratus autem Saül*: quia indignus est titulo regis, cui in subditum dominatur vindicta.

Quærit Cluniacensis quare Matthæus referens tabernacula, quæ in monte Thabor Moyfi, & Eliæ fervidus optaverat Petrus, prius Moyfi, quam Eliæ tabernaculum assignavit; *Tibi unum, Moyfi unum, & Eliæ unum*. Tres Principum dignitates distribuere Petrus amavit, *primam Christo Domino optavit. Tibi unum*, sed quare secundum tabernaculum Moyfi, & non Eliæ adaptavit? Quoniam Elias rigidus erat, Moyses benignus, ideo ad solium, & principatum Moysen præferendum Eliæ Petrus est arbitratus. *Primo ponitur Moyses* (inquit Cluniacensis) *ut in Principe clementia primas habeat, semperque pietas majores vires obtineat*; Pietas enim, quæ homines comitari contingit, & in alterutrum homines exercent gratiosè, in Principe debet residere ex justitia.

Rex ex  
justitia  
pietatem  
exercet.

*Domine memento mei dum veneris in regnum tuum*, clamabat cruce pendens sceleratissimus latro; Quare latro qui dirissime cruciabatur, non petijt pro tempore præsentis levamen, sed differri voluit quando in solio sederit Christus. *Dum veneris in regnum tuum*, Quare quantocius refrigerari latro non postulat? postulet temperari dolores pro nunc temporis, non differat ad tempus solij regij, sceptrique possidendi. Quare ergo non ante, sed post coronam caput Christi cingentem? Rationem reddit D. Chrylost. (scilicet juniori Luciano, cuius est relata advertentia), quoniam pietas quam à Domino latro suppliciter exorabat, favor erat, sed conferendus gratiosè ante Christi Do-

mini regnum, sed post solium regium erat rigorosa justitia, latro ergo sic calide petijt ut preces, quas præsentabat misericordix fecerit ex justitia exaudiri, & non posse non consequi, quod petebat, pietas namque, quam latro exorabat in Christo jam rege erat rigorosa justitia, ideo quamvis cruciatum miseria, quam latro patiebatur in cruce, præsens foret, petijt post Christi regnum, non ante solium, quia ante regnum pietas in Christo voluntaria erat, post solium autem patienti misero debita, non mensuravit petitionem tempore, quo ipse experiebatur necessitatem in se, sed quo obligationem recognovit in Christo; *Cum veneris in regnum tuum*. Quasi diceret Dimas. Non exoro pietatem pro nunc, sed postea quando in solio sederis majestatis, quoniam & si nunc quia reus misericordiam non merear, tu postea largiri cogaris ex justitia, quia rex, ideo ergo Dominus illico precibus annuit, & statim impartitur pietatem. *Hodie mecum eris in paradiso*, Quia jam impetraverat regnum: *Regnavit à ligno Deus*, Dimas in futurum exorabat pietatem, quia nondum regem credebatur, Christus statim largitus est suam misericordiam, ut jam se regem esse monstraret, quasi diceret Christus; pietatem petis à me quando solium regium ascendam, ecce misericordiam exsolvo. *Hodie mecum*, quia rex cum sim in cruce, tibi misero debeo; pietas namque quæ hominibus particularibus est voluntati subiecta, in Principe est debita ex rigorosa justitia.

Cum Joseph indicia non levia in utero tumescere Mariæ scaturire videret, noluit ut adulteram coram iudicibus accusare, sed occultè dimittere illam. *Joseph autem cum esset vir justus, & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere*. Quoniam justus est noluit, traducere uxorem, quæ major excogitabilis implicatio? Lex præcipiebat, vel permettebat suspectam de crimine coram iudicibus denunciare, justitia ergo foret traducere Mariam, & non dimittere occultè; Præterea parcere non est actus justitiæ, sed potius solius pietatis, quare ergo Joseph Mariam. B. V. traducere nolens dicitur justus, & pius non appellatur? Quare Evangelista justum, cum ignoscit

noscit uxori, & non pium vocavit? Ratio est; Quoniam Iosephum dixerat esse filium David. *Ioseph filij David*, ex stirpe regia prognatum, qui autem regio sanguine fervet, non est pius, quando pietatem exercet, sed justus, quoniam pietas in hominibus particularibus est favor graciosus & voluntarius, in quibus regius sanguis splendet, est debita pietas ex rigorosa justitia, homo particularis negans pietatem est immisericors, sed regio sanguine fulgens est injustus si suspendat misericordiam. *Cum esset justus & nollet eam traducere.*

\*\*\*

§. II.

*Manfuetudo, & benignitas Principem reddunt gloriosum.*

11.

**C**LEMENTIAM & mansuetudinem Augustum reddidisse gloriosum late tradidit Seneca lib. I. de Clem. cap. 10. *Hac cum clementia*, inquit, *ad salutem, securitatemque perduxit, hac gratum, & favorabilem reddidit, quamvis nondum subactis Republica cervicibus manum imposuisset, hac hodieque prestat illi famam, qua vix vivis principibus servit.* Et quidem rigida majestatis severitas timorem, & non venerationem solet in subditis generare. Vidit Dominum Isaias Seraphim comitarum, verum animadvertit Seraphim stare, coram Deo non genuflexos; *Seraphim autem stabant.* Dominum vidit Joannes coram viginti quatuor senioribus esse, & in signum venerationis pedibus Domini provolutos. *Viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas.* Quare Dominum non sic Seraphim humiliter adorarunt, cum senes humi venerentur jacentes? Quoniam Seraphim Dominum in solio excelso intuebantur. *Vidi Dominum super solium excelsum, & elevatum majestatem dumtaxat manifestabat, ideo Seraphim stant coram Deo timentes, sed non humi jacent illum adoraturi, quia regius solus fastus timorem incutit, sed venerationem non gignit; seniores autem Dominum tanquam agnum viderunt; Ceciderunt coram agno ideo illico ejus pedibus provoluti Dominum adorarunt;*

benignitas namque & Principis mansuetudo amorem, & venerationem in inferioribus causant.

Apparuit Dominus Magdalene ploranti, ut temperaret dolorem, & offerret amanti solamen, & adhuc ignotum Christum ut Dominum colit: *Domine si tu sustulisti.* Angeli Magdalene pariter occurrerunt, & deserens illos nec alloquitur, nec veneratur, nec ulli *Domini* titulum, aut cognomen exhibuit, Quare hoc? Quoniam Christus familiariter alloquitur Magdalenam, facilem aditum praebeuit, patientissimas aures, vultum augusti decoris gravitate lenitate permixta manifestavit, ubi ergo comitatem affabilem Magdalena respexit in Christo quamvis pauperis specie representato; veluti Dominum venerata titulum excellentiae confessa est, *Domine* majori namque veneratione Christum affecit indutum benignitate, quam redimtum corona, aut purpura ornatum, Angeli autem aspectu terrebant, de altero ex illis sic loquitur Evangelista, *Erat autem aspectus ejus sicut fulgur facies angelica fulgura emittit, & fulmen jaculatur, & cunctos terrebat; Prae timore autem ejus exterriti sunt custodes.* Majestas ergo cum supercilio terrorem incutit inferioribus, sed non causat venerationem in subditis nec amorem; nec Principem facit gloriosum regia, & inaccessibleis pompa.

Velut aquila ad cedri, & divinitatis medullam Joannes Evangelista volavit, attributa Verbi divini etiam valde recondita penetravit, omnipotentiam, sapientiam, & ejus aeternitatem supra captum hominis declaravit, verum non manifestavit gloriam incomprehensibilem Verbi, quae tot ex perfectionibus ab aeterno emanavit; Addit Evangelista verbum divinum fuisse incarnatum, & illico respexit gloriosum. *Verbum caro factum est, & vidimus gloriam ejus.* Quare cum Joannes verbum divinum vidit omnipotentiae, sapientiae, & aeternitatis splendoribus fulgens non appellavit gloriosum, & cum caro fuit factum respexit splendescere gloria? Ratio est, quoniam quando Verbum divinum fuit caro factum induit humanitatem, & hominibus aspectum benignum exhibuit; ideo tradidit esse gloriosum, verbum di-

vinum omnipotentia præditum, & æterna sapientia Majestate gloriosa sibi fulgebat, sed hominibus inaccessibilis erat, & ejus conspectus lethalis, *Non videbit me homo, & vivet.* Ubi autem carnem verbum divinum assumpsit, habitavit in nobis, & hominibus factum est contrectabile, quando omnipotens verbum divinum inhabitabat inaccessibilem lucem, apud Patrem erat gloriosus, *Unigenitus, qui est in sinu Dei Patris,* sed solum gloriam manifestavit, quando visibilis factus fuit illis communicabilis, quoniam benignus apparuit; Principem enim humanitas affabilis facit gloriosum, & non regia, & inaccessibilis pompa.

\*\*\*

### S. III.

*Princeps quo benignior Dominum plus æmulatur.*

12.

**OPTIME** gentilis Plutarchus protulit assumptum in libello de Principe. Quemadmodum, inquit, Deus in cælo pulcherrimum sui ipsius simulachrum constituit Solem, & lunam, talis est in Republica imago, ac lumen Princeps, qui reverens Dei justitiam tuetur, hoc est Dei rationem gestat, nempe intellectum, non sceptrum, aut fulmen, aut tridentem, qua specie se ipsos nonnulli fingunt, ac pingunt stultitiam suam, quod videantur inaccessi, reddentes invidiosam. Offenditur enim Deus his, qui tonitrua, fulmina radiorum jaculationes imitantur; delectatur autem his, qui suam æmulantes virtutem semet in honestate, & humanitate ei reddunt adsimiles, atque hos in majus provehit. Hæc ille: Quasi nullus revera Princeps majestatem divinam plus æmuletur, quam qui humanitate benigna magis elucet. Propter hujusmodi causam Adriano imperatori fuisse divinitatem negatam retulit Dio Cass. *Ceterum Adrianus, inquit, quamquam humane, & moderate imperasset, tamen propter causas optimorum quorundam, quos in principio imperij, & antequam è vita decederet, interfici curaverat, multum calumniam etiam infamia subivit, quapropter minimo minus in Deos velatus non fuit.* Sic apud Romanos invaluit be-

nignitatem proprietatem esse divinam, ut nullum imperatorem vita defunctum (sicut eorum ferebat error) Deum facerent; aut consecrarent, qui non præfulgeret benignitate.

Præcepit Deus ad convincendum Pharaonem aquas Nili in sanguinem transmutari, verum hujusmodi plagam non Moyse, sed Aaroni Deus commisit. Quare hoc? Quoniam Mosem Pharaonis fecerat Deum: *Ecce constitui te Deum Pharaonis,* Qui ergo vices agebat Dei, & Princeps Deus constitutus Pharaonis non debet miscere sanguine virgam, nec Principem divinum decebat esse sanguinolentum aut percussorem, colorem enim rigoris decent Principem, qui æmulatur divinitatem. Optime Vulcarius loquitur de clementia; *Hæc Cæsarem Deum facit, hæc Augustum consecravit.* Ideo solem Principem velut inter astra divinum tot gentes, torque adorant nationes, ut inquit enim Draconius. *Flamma salutaris perfundit lumine mundum* Optime Claudianus nil superis suppare Principes efficere, quam clementiam celebri jam diu carmine pronuntiavit.

*Sis pius in primis nam cum vincamur in omni Munere, sola Deos aequat clementia nobis.*

Sic namque homines benignitate allucuntur, ut Deum negarent stulte, si non essent nimia charitate perfusi: *Si talis est Deus,* dicebat Tallius, *ut nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur; valeat; quid enim dicam propitius sit.* Cum Bethsami arcam viderent, gavisi illam recepere benigne, & sacrificia obtulerunt veluti divinitatis pretioso pignori, sequenti die à se abjicere decreverunt, *Quis poterit stare in conspectu Dei sancti hujus.* Quare arcam veluti Deum Bethsamitæ adorant, & sequenti die ferre non valent, & tanquam universalem inimicum rejiciunt, & exulem sacrilegi faciunt? Quoniam septuaginta ex nobilibus interfecerat arca, exulem fieri Bethsamitæ decernerunt, ubi ab arca recessit clementia, veneratio exulavit à Bethsaminis, ubi rigide sævientem arcam viderunt, sacrilege contempserunt, & recessit veneratio in hominibus, cum

in

in arca alex cessavit benignitatis, parum divinitatis Bethlamitæ crediderunt in arca, quam clementia deposita in homines desævire tam aperte fuerant experi.

\*\*\*

## §. IV.

*Princeps præcellat clementia, ut subditos lucrifaciat, & irahat.*

**Q**MITES atque contubernales justitiæ æquitatem, atque clementiam, sive ad ignoscendum propensionem Stobæus constituit ex Diotogene Pythagorico, quarum ista præscriptam poenæ duritiam emolliat, hæc delinquentibus veniam aliquatenus indulgeat, æquitati ergo non opponitur clementia, quin immo justitiam exornant; Audi Cassiodorum lib. 2. var. c. 9. *Benigni Principes est ad clementia commodum justitia terminos transilire; quando sola est misericordia, cui omnes virtutes cedere honorabiliter non recusant;* Debet ergo Princeps præcellere mansuetudine, ut sibi inferiores alliciat, nil enim est clementia violentius; Male vim suam potestas, dicebat, Plinius Junior, lib. 8. ep. ult. aliorum contumelijs experitur, male terrore veneratio acquiritur, longe valentior amor ad obtinendum quod velis, quam timor, nam timor abit si recedas, manet amor, ac sicut ille in odium, hic in reverentiam vertatur. Sic ille. Princeps ergo non feras, sed homines regit, illæ sævitæ verberum coguntur cervicem submittere jugo, hi blanditijs, & lenitate trahuntur, nec detrectant jugum imperij, illius quem spiritu dulcissimo, & leni respiciunt imbutum, qui in spiritu lenitatis peccantem instruit, & affectuosis visceribus sibi delinquentem inviscerat, donec pristinæ vitæ reddatur, hujusmodi clementia est suavis inferiorum magnes, & subditorum fortis, & vehemens allex.

*Eccē totus mundus post eum abis, contra Christum clamabat Pharisæorum calumnia, regemque fieri velle. Divus Athanasius exponens hujusmodi locum inquit maximo calumniam fundamento esse nisam, nec leviter ad id proferendum Judæos esse permotos sed quo fundamento? Gravissimo qui-*

dem, quoniam suavitatem opera Christi Domini redolebant, claudos sanando, possessos à Dæmonè liberando, & cunctis benefaciendo; hæc ergo communis beneficentia, & mansuetudo in omnes effusa sic populum alliciebat, ut jure dixerint Pharisæi; *Totus mundus post eum vadit;* Meritoque timuerint regem esse eligendum, benignitas enim, & mansuetudo magnes violentissima sunt, qua suaviter omnes trahuntur, & dulciter alliciuntur. Hac motus singulari ratione, inquit D. Cyrillus aquas, Jordanis æmulatione quadam in Christi baptismo agglomeratas velocius solito currere, ut Domini pedibus calcarentur. Alia oportunitate faciem Domini aquæ Jordanis fugerunt: *Quid est tibi mare quod fugisti? & tu Jordanis quia conversus es retrorsum.* Quare Jordanis aquæ Dominum timent, & pavidæ faciem ejus reverentur, & fugiunt, & in baptismo Christi anxè respicere illum, pedibusque cupiunt submittere; Ratio est quoniam tempore Moïsi ostentabat coram aquarum torrente rigidam Majestatem, Ægyptios submersit in mare, & in eisdem desævire aspero supercilio, ideo conversus est Jordanis retrorsum, & velociter aquæ fugerunt, Christus Dominus in baptismo circumfusus erat radijs benignitatis, & splendoribus lenitatis, ideo Jordanis Domini pedibus supponi totus desideravit, & avidius: unde à Domino appetierunt calcari; cum primum Dominus undas calcavit Jordanis factum inaccessibilem ostentabat, in baptismo benignitas, & humanitas Salvatoris nostri apparebat, ideo ad Christum Dominum aquæ Jordanis suaviter confluebant; & Deum per medium Jordanis populum transfretantem undæ pavidè, & reverenter fugerunt, benignitas enim in Principe alliciebat suavi violentia, supercilium, & rigor subditos formidant, & fugant:

Aquilæ pullos suos ferventi comparatur Domini regimen, & de populo Israëlita cura. *Sicut aquila provocans pullos suos, Leonis fortitudini in Apoc. assimilat Joannes; Vicit Leo.* Sed nec homines vidit Dominus appropinquasse, aut in illum pedem movisse; Vidit Joannes Dominum supra montem Sion centum quadraginta millibus hominum comitatum, ij autem quocumque ibat Dominum sequebantur; Quare Dominus velut aquila provocans, vel leo

vincens homines non alliciebat, nec ad illum currebant. & Dominum supra montem Sion collocatum certatim tot millia hominum sequebantur? Ratio est, quoniam licet vinceret Dominus vicit ut Leo. & ut aquila provocabat, hæc autem, & leo majestatem rigorosam ostentant, ideo Dominus cum speciem leonis præferebat, nullum ad se traxit de circumstantibus retulit Ioannes; in monte vero Sion collocatus induerat mansuetudinem agni, ideo illico ac agnus apparuit centum quadraginta quatuor millia hominum certatim accurrunt, trahuntur, & alliciuntur, & faciem ejus quocumque se verteret, sequebantur, ut inquit Apoc. 14. *Hi sequuntur agnum quocumque jerit; Hanc benignitatem, agni que mansuetudinem Iamblicus in epist. ad Agrippam in Principe postulabat; Si vero id quod grave, inquit, austerumque est in imperio, benignitate, ac humanitate temperetur, concinnum, mixtum, mansuetum, & ad amicum facile redditur, quale genus imperij in primis amant subditi.* Apud vulgus hominum quidem, eodem teste, imperij excellentia esse videtur exosa, ac subditis præstantia illius odiosa, unde si rigor, & asperitas comitentur, retrahit miseros inferiores.

Cum Dominus in monte Thabor transfigurati dignatus est, lux divinitatis splenduit, & humanitatem fulgentissimis divinæ claritatis radijs ornavit; *Et resplenduit facies ejus sicut Sol*, inquit autem Levinus Torrencius lucem Solis qua faciem suam reddidit Christus fulgentem, esse Solis in oriente, non in meridie; *Ast facies instar Solis cum mane recenti.* Quare hoc? quoniam orientem Solem visus etiam infirmus respicere audeat, Sol in meridie radijs, & fulgoribus ferit, Solis lux in oriente suavis oculis est, Solis lux in meridie molesta, & inaccessibilis est, Sol in oriente gratus aspicientibus est, Sol in meridie, ut inquit, *irratam jaculatur vertice lucem.* Sol in oriente spargit splendores benignos, Sol in meridie radijs moleste sagittat, ut inquit ille qui supra, *Radiorum ardente corona*, ideo facies Domini resplenduit sicut Sol in oriente, & non in meridie quoniam Pater constituit tunc filium hominum Principem, & prælatum, ideo resplenduit facies ejus

sicut Sol in oriente, ut benignitatem lucis suaviter cunctos attraheret, & non retraheret radiorum ardore ut Princeps namque subditos non retrahat, non emittat tonitrua, nec fulmina jaculetur, sed, ut inquit Sidonius Apollinaris lib. 7. ep. 4. fastigium comitate non frangat, sed flectat. Exemplar omnium se præbuit Christus transfiguratus resplendens sicut Sol in oriente docens Principes augusti decoris gravitatem lenitate, & benignitate debere miscere, ut in regia sublimitatis fastigio, fastu, & supercilio depositis, subditis se exhibeant humanos, ut ejus lux non sit radius jaculatus à sole in meridie spectantes ferrens, atque formidans, sed splendor benignus emissus à Sole in oriente cunctos alliciens. Sic Seneca Principem delineabat lib. 1. de Clem. cap. 13. *Sermone affabilis, accessuque facilis, vultu, qui maxime populos demeretur, amabilis.* Cui consonat Claudianus.

*Celsa potestatis species non voce feroci,  
Non alta simulata gradu, non improba gestu.*

Hujusmodi affabilitatem in suo Traiano Panegyrista Plinius non siluit dicens. *Tam optata totus videri, quam alteri recusabant.*

Hinc apparet antilogiæ inter Moysen, & Christi discipulos conciliatio. Anxie Moyses faciem Domini videre desiderabat, cum antea non potuisset oculis intendere in illum, apparuit Moysi Dominus, & inquit textus: *Abscondit Moyses faciem suam, non enim audebat aspicere contra Deum.* In Thabor Christus transfiguratur, & resplenduit facies ejus sicut Sol, & tamen discipuli faciem magistri respiciunt, contrectant, & alloquuntur, quinimmo, ut inquit D. Bonaventura, *Claritas discipulorum oculos confortabat.* Quare hoc? quoniam Dominus splendoribus fulgebat inter tribulos, & spinas, *in medio rubi.* Christus Dominus solaribus radijs affulgens splendorem lucis niveo, & suavi temperabat candore. *Vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix.* Ideo Moyses lucem divinam formidabat inter spinas, & Apostoli Christi fulgoribus recreati, oculos à facie Magistri non avertabant, Deus in rubo radios ardentes

ardentes vibrabat, ideo Moyses fugiebat, & obtenebratus aspicere non valebat. Christus Dominus Solis fulgentissimos radios nivis temperavit candore, ideo Moyse fuit inaccessibleis lux à vepribus rubi procedens, & claritas Christi transfigurati discipulorum oculos confortavit; Dominum in rubo timeret, & fugit Moyses: *Abcondit Moyses faciem suam*, & Christum Dominum discipuli familiariter tractant, quia Deus inaccessibleis, Christus affabilis & humanus apparuit; benignitas autem alluciat, severitas, & rigor subditos terrent, & fugant.

De petra illa quam fecit Deus in fontem aquarum, quæque populum sequebatur, *Consequente eos petra*, refert D. Isidorus nunc usque videri juxta sepulchrum Aaron; *Anno autem quadragesimo*, inquit, *egressionis filiorum Israel de terra Ægypti, cum esset, annorum centum viginti trium mortuus est juxta præceptum Domini in monte Hor quod est juxta petram insignem Arabia urbem, & nunc usque ostenditur rupes, qua percussa Moyses aquas sitienti populo præbuit*: Sed quare Moysen petra non quærit, sed sepulchrum Aaron? Si rupes capax foret intelligentiæ utique responderet, quoniam Moses silicem bis virga percussit, cum ipsa stagnum, & fontem libens dedisset aquarum, Moyses undas percussioibus petit, ideo Aaron sepulchrum quærens Moysen petra pavida fugit, Principem enim cui virga non directionis, sed baculus est percussiois etiam insensibiles petre licet defunctum timent, terrent, & pavide fugiunt.

Hinc deducitur ratio, quare Cherubim in Paradiso fugit Adamus, & duos Angelos in sepulchro tres illæ mulieres non fugiunt, Adamus qui Dominum alloquebatur, Cherubim supplex non ausus est exorare, nec loqui, sed pavidus fugit, quare ergo imbecilles mulieres duos Angelos in sepulchro non formidarunt? Ratio est, quoniam Angeli erant in albis vestimentorum candor illos affabiles exhibebat, ideo suavitas mulieres imbecilles traherebat, nec terrent foemineus sexus, Cherubim autem in paradiso gladium flammeum vibrabat, & severum ostentabat aspectum, ideo Adam qui Domino loqui non formi-

dabat, Cherubim horruit aspectum, cum foemina sine terrore Angelis confabularentur; Cherubim majestatis splendorem manifestabat, Angeli quasi blandientes suavitatem, & lenitatem præferebant, ideo ille terrent, ij vero foeminas voluptate traxerunt; quia rigor terret, suavitas amoris subditum, & inferiorem lucratur.

Supra sexcenta millia hominum ducebat per desertum columna, & ex his vix duo meruerunt terram promissionis intrare; Tres piissimos reges stella ducebat ad Deum, & quidem de longinquitate suæ regionis excitatos ad cognoscendum, & adorandum regem cœli, & terræ stella perduxit, nec ullus in viâ defecit, aut à proposito resiliit; Quare tot, quos regebat, & gubernabat columna, pereunt, & à desiderio fraudantur, terram promissam nondum ingressi, & nullus ex Magis, quos perducebat stella, Christi privatur contuitu fulgentissimo veritatis radio eorum corda perdocente? Quoniam Dominus in Columna gravi majestate ducebat, aspectu Columna formidabilis erat, difficilis visu, nec ad nutum populi mobilis, stella nutum sequebatur Magorum ut inquit D. Chrysol. si iter agebatur à regibus, familiari comitatu sequebatur stella, & si stabant sydus etiam sistebat, sic Magos stella ducebat, ut non tam dominari videretur quam famulari, ideo gravitas columnæ molesta vix duos perduxit ad terram promissam, & syderis ductus benignus prævio micantis luminis cursum tres omnes reges ad Salvatorem ingredi fecit, ut ardentiori fide adorarent quem claritas stellæ benigna manifestabat.

Princeps ergo qui solum majestatis fastum ostentat, non plures subditos lucrificiet, nec ad obedientiam reducet: *Cum discesseris à fratre* (monebat Diogenes Alexandrum) *Tunc eris rex non sermone, sed opere*. Non tam ex gemmis, & auro construui debet regia corona, quam ex benignitatis, & mansuetudinis pretiosis lapillis, ut subditos intra terminos obedientiæ fidelitatis fræno continëat. Tam in baptismo quam in Thabor Pater æternus suum filium manifestavit, & Christum Dominum clarificavit: *Hic est filius meus*

*meus dilectus*, sed in baptismo superiorem, cui obtemperarent, hominibus noluit indicere; In monte Thabor audita simili voce Christum Dominum Principem in theatro mundi hominibus obtemperandum Deus proposuit; *Ipsam audite*. Quare in baptismo non præcipit Christo Domino homines obedire, & dumtaxat in Thabor indicxit Principem recognoscere? Quoniam, inquit Albertus Magnus, vocem quæ in Thaboris monte est audita, vox dulcis erat & auribus grata ex nube terræ vicina procedens, vox in baptismo Christi exaudita persimilis erat illi, de qua Joannes tradit circumstantibus visam esse tonitruum, *Tonitruum esse factum*, ideo ergo quando luavi voce Principem Christum Pater æternus proclamat, obedientiam hominibus in Thaboris monte intimavit, quando vero auribus formidabili voce in baptismo filium annunciat tonitrua spiranti, fulmina que mittenti non ausus est Deus, ut sic loquar, homines sic terrere, ut præcipiat velut Principi Christi obedientiam præstare. Sane enim non terror, sed benignitas regentis exposcit, cui subditi securissime astipulantur.

Ut Christum velut regem adorent, & venerentur, potestatem majestatis exposcunt, & desiderabant Judæi. *Si rex Israël est, descendat de cruce & credemus ei*. Thomas ut fidelitatem Christo Domino humilis subditus reddat, fixuram desiderat videre clavorum. *Nisi videro fixuram clavorum*, verum Thomas visis vulneribus Christi præstitit Principi fidelissimam obedientiam; Judæos autem descensum de cruce postulasse per irrisionem nec credituros quamvis descenderet cum D. Ambrosio sentiunt ferè omnes Doctores, & Patres. Quare si sponsonem dedere se fidem, & obedientiam Christo veluti, Principi reddi-  
dituros, si Dominus descendisset de cruce, conditione à Domino impleta, Judæi Christo non obedirent, & Thomas illico ac vidit fixuram, fidelitatem, & obedientiam reddidit Christo? Ratio est, quoniam Judæi ut Christo obedirent signum potestatis videre desiderabant, & Majestatis splendorem postebant, ideo conditione adhuc impleta obstinati proditores manerent, nec obstricti fidelitate obedirent, majestatis

namque fulgores timorem excitant; sed ad obedientiam subditos non ita movent, Thomas insignia amoris videre in Christo cupiebat, respexit clavorum fixuram, cor Principis scrutatur apertum, & illico fidelem se exhibuit, & obedientem repetito clamore Dominum confitendo. *Dominus meus*.

Refert Prudentius, Cornelio à Lapide teste, utrumque Christi latus fuisse transfossum, quid si verum est, excitat non facile dubium, quare scilicet Christus resurgens vulnus lateris dextri, & non sinistri nec cicatricem servaverit? Si fixuram clavorum vidit in pedibus, & dextro latere Thomas, quare sinistram non respexit percussam? Quoniam latus sinistrum, inquit Prudentianus, aquam salis, & amarum emisit, ex dextro sanguis manavit; ideo in Christo jam suscitato latus sinistrum noluit ipse vulneratum patere, sed clausum; Quare hoc? Quoniam Christus Dominus tot oribus quot vulneribus expugnare decreverat Apostoli cor infidele, ut ipsi Principi vero subditus dederetur, & securam redderet obedientiam, ostendit ergo Thomæ fixuram clavorum, sed vulnus sinistri lateris non vidit apertum, quia os amaritudine scatens non decet ad cordis expugnationem, ideo omnipotentia vulnus, & cicatricem lateris sinistri mittentis amaritudinem aquæ dele-  
vit, & quinque vulnera amoris indicia reliquit, ut signis benignitatis, & mansuetudinis piissimæ visis subditi infidelitas exularet, & firmiter figeretur in corde erga Principem obedientiam.

Populo sibi favoribus juncto singulare reddit Deus dilectionis indicium, & illi dignatus est condere legem, verum præ timore exterriti sunt, & facti sunt velut mortui. *Loquere in nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur*. Legem Christicolis largitus est Deus, mittens Spiritum sanctum, qui cuncta doceret christianos, & tamen omnes vinculis charitatis uniuntur, & Dei magnalia loquuntur, tanti beneficii dulcedine liquefacti; Quare Deus populo lege intimata cunctos exterrit, & fugat, & quasi Dominum horrent, & legem gratiæ concedens obedientia christicolis vincit? Ratio est; quoniam cum legem  
Deus

Deus populo daret terribilem majestatem manifestabat, inquit enim textus, tunc audiri tonitrua, fulgura micare, & fulmina jaculari, montes nubibus densis opertos, & caligine valles incurere horrores spectantibus, & præ timore fere exanguibus, gratiæ veruntamen legem Dominus Christianis communicavit signis amoris legislatoris benignitatem non obscure indicantibus, in aura suavi missus est Spiritus Sanctus, *Sonus tanquam adveniens Spiritus*, in cordibus hominum imperium Deus scripsit litteris charitatis, amorisque flamma, ideo cæca obedientia deduntur & Principi Deo imperanti non recusant obtemperare, & in signum lætitiæ magnalia Dei loquebantur congregati fideles in unum; regia enim imperantis majestas solet subditos exterrere, si à supercilio, & fastu non sit immunis, & sola regentis benignitas attrahit suaviter inferiores, ut ei obtemperanter sint dediti, & obedientes fidelitate secura.

Centurio ille, cujus fidelitatem Dominus commendavit, ita obedientes se habere subditos jactat, ut nullus unquam non obtemperaverit imperanti: *Et dico huic vade, & vadit.* David præcipiens Joab recensum de populo facere, non sic in illo promptam obedientiam invenit: Regi imperanti resistit, & repugnavit Joab, & post varias disceptationes. *Sermo regis prevaluit*: inquit textus: . Par. 21. Quare regi non sic prompte subditus obtemperavit, & centurioni obediebant sine repugnantia sibi inferiores? Quoniam centurio sic benigne imperabat, ut in omnibus se hominem meminerit esse: *Nam ego homo sum sub potestate constitutus.* David præcipiens recensum humanitatis immemor majestate regia utebatur, ut nefas subditis imperareret. *Prævaluit sermo regis*, non tam præcepit ut homo, quam imperavit ut rex, ideo Centurio suavem reperit in subditis obedientiam, & repugnantem Princeps David, invenit, quia imperavit utens supercilio, regioque fastu; majestas enim præcipere valet, sed sola humanitas reddit subditum sine cunctatione obedientem.

## S. V.

*Princeps clementiæ miscet rigorem.*

**S**icut cytharædus, sic Chrystostomus loquebatur de Deo, neque nervum intendit, ut non abruptum, neque remittit ultra modum harmoniæ concentum lædat, sic Princeps nec grandine rigoris subditos semper exurat, nec pluvia semper suæ clementiæ faciat legniores, sed Dominum imitetur, qui *fulgura in pluviam fecit*, mittit fulmen in terrorem mortalium, ut ponderavit D. Theophilus, fulminisque fragorem coruscante fulgore prædicat, fulgoris è cælo descendens magnitudinem imbribus temperat, ne terram comburat, nam si suo arbitrio feratur, orbis concremaretur, non sic ignea immittit supplicia, ut non illa temperet imbre consolationis; sic Principes non jura infringant justitiæ, sed moderentur severitatem, mitigentque pietate, misericordiæ viscera non eruentes; Nec scilicet Princeps, qui separat à justitia clementiam; Nesciens dicitur Petrus tabernacula tria cupiens ædificare. *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unam; Moysi unum, & Eliæ unum.* Quare nesciens? Quoniam Christum Dominum Principem in folio Thabor constitutum, & inter Moysen Eliamque collocatum à zelo rigido Eliæ, & à Moysis clementia separare Petrus volebat, & pariter à Moysè dividere Eliam; existimavit posse Principem fore perfectum separatis à zelo justitiæ clementia; & misericordia, ideo merito dicitur *nesciens quid diceret* quia ignorabat non componi posse cum benignitate justitiæ, cum oppositum deceat optimum gubernantem, æquitas enim sine clementia sævitia est, sicut justitia sine pietate credulitas.

Hujusmodi clementiæ, & rigoris mixturam docere voluit Dominus sacerdotem, quem cum judicem, & præfectum populo constitueret, afflatu divino aspersit Moyses non sanguine tantum, sed oleo; ut sciret non solum effuso sanguine reum punire: sed misereri oleo consolationis, virga namque imperij subditis baculus esse debere. Principe sceptrum non solum

fit distinctio virgæ, qua feriat, sed consolatio baculi, quo sustentet: *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt* dicebat optimus Princeps David. Samaritanus non solum vinum adhibuit quo vulnera morderentur, sed oleum simul, quo possent fovèri; Princeps enim severitatem vini cum olei lenitate miscere debet, ut neque minima asperitate subditi exulcerentur, nec nuda benignitate solvantur, foris sit accensus zelo severitatis, sed intus ardeat amore.

Postquam in servum venditus est Joseph, & ab impura domina in adulterium pellectus, quia operi non acquievit nefario, in carcerem detrusus est, quem duo Pharaonis ministri interpretem fecere somniorum, quibus acquiescens somnia declaravit libenter, & per hujus expositionis ambages ad intimam pervénit Principis amicitiam; Sed quare providentiâ divina prius Josephum somnia in carcere declarare permisit, quam ad Pharaonis gratiam transferri? Satis non foret somniorum Pharaonis se interpretem exhibere? Neutiquam quidem somnia in carcere interpretata evexerunt Josephum ad felicitatis fastigium; Josephus enim à carceris arumnis ascendit ad principatum Ægypti, recogitet ergo prius, quid somnia illa in se continebant, etenim alterum mortem somniantis, alterum Pharaonis intus habebat clementiam, unus ex somniantibus capitis fuit damnatus, alius impetravit à Pharaone clementiam, ideo ergo Joseph prius recogitet somnia, in eisque velut speculo severitatem recolat mixtam clementia, & inde confendat ad solium, ut iis donibus Principem exornandum agnoscat in regimine subditorum, faciendumque ex lenitate mixta severitate temperamentum à gubernante, ut non deficiat illi in subditos amor, sed nō emolliens, rigor sed non exasperans, zelus sed non immoderate sæviens, pietas, sed non plusquam expedita parcens.

Descendit Spiritus sanctus in mundum & descendit velut columba, descendit pariter super capita Apostolorum, sed velut ignis. Quare hoc? Quoniam Apostolos Dominus Principes constituerat. *Constitues eos Principes super omnem terram*, venit ergo Spiritus sanctus ut in omnibus Ecclesiæ suæ

Principes erudiret. *Docebit vos omnia*, ideo ergo venit Spiritus sanctus primo ut columba, ut mansuetudine principaliter Apostolos debere fulgere ipso descensu candidissimæ avis doceret, sed simul descendit ut ignis ut scirent quandoque ufuros esse rigore: venit ergo Spiritus sanctus in mundum ut columba amaritudine carens, & ut ignis comburens, ut sciant Principes, quod circa subditos debent illis inesse & juste consolans misericordia, & piè disciplina defæviens, in pectore namque boni rectoris velut in arca veteris testamenti non solum debet esse virga distinctionis, sed etiam manna dulcedinis.

*Sanctum, & terribile nomen ejus* dicitur de nomine Christi, quare sanctitas, & horror in Jesu dulcissimo nomine? Quoniam *oleum effusum nomen tuum* venit Christus salvare mundum, hoc indicat nomen *Jesu*, venit de peccato mundum arguere, & veluti Princeps judicare, ideo olei proprietates nomen Christi usurpavit, fovet lucem, & vulnera sanat, quæ fovet delectat, & vulnera curat, mordet & acuit dolorem, ideo terribile quia putrida tangit, ideo quæ leniter fovet; *sanctum*, quæ rigidè putredines mundat: *terribile nomen ejus*.

Quando Dominus Petro Pontificatum promisit Ecclesiæ, non dixit: *pascce oves meas* quando examinato amore Petri erga Deum contulit possessionem principatus Ecclesiæ præcepit curam de ovibus *Pascce oves meas* Antea in præmium confessionis divinæ. *Et ego dico tibi quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam*. Nunc autem quando interrogatur Petrus de amore, gregem committit & ovium, agnorumque pastum *Pascce oves meas*. Quare hoc? Quia nunc jam regimen possidebat, & in omnibus Petrum Dominus instructum esse volebat; dixerat prius: *Quodcumque ligaveris super terram uti debere rigore, & in vincula aliquos conjecturum, sciat pariter debere subditos sustentare, non solum distincte sæviat vinculis ligans, sed præamet pascens sibi commissum gregem, in culpas zelo rectitudinis ardeat, sed reos visceribus amet pietatis, causam peccatorum apud Deum mediator admirabilis agat, sed causam Dei apud peccato*

peccatores non relinquat inultam, oves pascat, ciboque dulcissimo alar, sed vinculis liget errantes, ut Petrus nec mansuetudine foret despectus, nec rigore justitiæ terribilis videretur, ideo cum Pontificatum Petro promisit, vincula tradidit ad ligandum. *Quodcumque ligaveris, sed cum gubernare cœpisset super omnia intimavit Petro quod pasceret gregem. Pascite oves meas.* Hujusmodi politicata in mundi nascentis exordio exequitur Deus erga Adamam delinquentem, exulem fecit à paradiso, sed prius nudum vestivit, gubernans prius subditos consoletur, conferat prius cibum, & alimenta, deinde feriat rigore. *Qui delinquentium curam gerunt, inquit Theodoretus, nec vestimentis necessariis carere nudos permittant.* Princeps ergo sævire foris debet contra delictum, culpam feriendo consumat, sed intus diligit delinquentem, sic subditus rigore cadatur, quod attrahatur blanditiis, & mansuetudine sustentetur.

Quando Ezechielem Deus gentibus præficere voluit, *ut adamantem, inquit, & silicem dedi te.* Quare ut adamantem se exhibere præcepit Deus prophetæ? Quoniam Princeps gentibus à Domino fuit constitutus, oportuit proprietates æmulari adamantis, adamas namque rigidus est, & invictus in cussionibus ferri, sed emollescit sanguine agni, ut adamantem ergo faciem dedit Deus prophetæ, ut cum expediat delinquentes, & induratos adamantino robore prosternat & infectetur, sic tamen amet, quos viderit criminis pœnitere, ut benignissime consoletur.

•••••

### §. VI.

*Princeps quamvis severitatem admittat, sed magis ad benignitatem inclinet.*

25.

**S**icut Martem, qui terribilem habet influentiam in inferiores, inter Jovem, & Venerem Dominus collocavit, quorum benignis influxibus temperetur malevolus Martis, sic rigorem gemino septo benignitatis princeps includere debet, & non nisi coactus ferire, imitatus diviorum

tranquillitatem, Deus enim sagittas parat ut mittat in peccatores, gladium acuit, nubesque facit concipere fulmina. Quo tot apparatus vindictæ? *Evaginaverunt peccatores, nisi ipsi peccatores gladium evaginarent rigoris, non Deus ipse feriret, Princeps Dominum æmuletur, cum expedit non deficiat rigori, ut indomitos feriat, sed magis in benignitatem propendat, ut consoletur subditos quærat, ut feriat, peccatores ipsi sibi male conscij suis moribus ad virgam rigoris accedant.*

*Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, dextera tua inveniat omnes qui te oderunt, inquit David de Domino.* Principes erudientes in gubernando duas consideravit manus in Deo regnantis munus gerente, purpuratus Cajetanus, alteram reos quærentem & invenientem, & alteram quæsitam à peccatoribus, & inventam, quæ manus Domini sollicitatur à peccatoribus, dextera Dei homines quærit: Quare hoc? Quoniam lava est in Deo manus rigoris, ideo reprobos collocat ad sinistram Evangelista, dextera est manus amoris, & protectionis, ideo electos ad dexteram ponit, Dominus ergo cum officium Principis gerit, severitatis manum contra inemendabiles habet, sed hæc peccatores non quærit, sed reperitur ab ipsis sollicitata, *Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis.* Sed dextera, qua protegit gregem & qua oves ducit ad pascua, quærit anticipate, ut peccatores inveniat amando, & benigne fovendo. *Dextera tua inveniat omnes* occurrit delinquentibus manus amoris, nec sperat quærentes, *inveniat* benigne quærit amplecti non obstinatos, hoc enim læsisset justitiam, sed pœnitentes *qui oderunt te, ut in omnibus commendetur justitia.*

Decet Principem desævire, & contra iniquitatem irasci, ut inquit enim Arist. 4. Ethic. cap. 5. *Qui non irascuntur pro quibus oportet, & ubi oportet, fatui sunt, neque enim sentire, neque dolere videntur.* Verum sicut oportet rigore, ut non Princeps sed ministerium ipsum videatur aciem gladij vibrare, ut crimina compescantur. Agnum regem vidit aquila Joannes sanguinem pro peccatoribus effundentem: *Agnum tanquam occisum, & simul in rebelles fulgura, fulmina & tonitrua mitebat, sed*

26.

sed discrimen adverte, sanguis namque procedebat ab agno, sed fulmina à throno; Quare hoc? Quoniam quamvis Princeps benignitatem associatam debeat habere rigori, favor benignus à regia persona, fulmina rigoris à solo procedere oportet; desæviat in crimina thronus, sed faveat, protegat, & benigne foveat ipsa Principis manus, hæc pietatem exhalet, & sceptrum dumtaxat crimina compescat rigore, ut reus supplicium doleat, sed non mittat contra regentis manum quærelas: Hæc est ratio, quare Josué fuerit à subditis nimis amatus, cum rigide de sceleratis sumpserit pœnas? Quoniam, ut inquit D. Augustinus, Moyfes successorem relinqvens, deposuit in virga rigores, ideo populo fuit amabilis, quia Josué in sua persona pietate fulgebat, id innuit & nomen *Josua*, & virga sola dignitatis in obduratos vindictam lumbat, in regentis persona grati diligebant pietatem, & in virga dignitatis severitatem inferiores timebant, & Principem amabant grati, & venerabantur timentes.

Princeps ergo qui sic in delinquentes exardet, sic punit ut animum tranquillum conservet, ministerium enim sumit vindictam, & Principis persona non perturbatur, dignitas ferit, & serenus Princeps existens de percusso verbere dolet, quam compassionem Principis justitiam comitari oportere tradidit Seneca lib. 1. de Clem. *Patrem*, inquit, loquens de Principe, *quidem patria appellamus, ut sciret datam sibi potestatem, quæ est temperatissima liberis consulens, suaque post illos ponens. Tarde sibi pater membra sua abscondat, etiam cum absiderit, reponere cupiat, & in abscondendo gemat cunctatus multum diuque.* Hujusmodi autem suavem doctrinam visus est ebibisse Titus imperator Romanus, quem lacrymatum in devastatione Judæorum retulit Constantinus Manasses Chron. pag. 55. *Id deleturus flevit, quod videret se unicum à Deo puniendis Judæis designatum.* Virga justitiæ devastavit Judæos, sed imperatoris persona puncta dolore cordis compassiva est teneritudine lacrymata.

Princeps qui in supplicio subditis applicando ministerij & personæ conficit præcisionem, si quando punit perverfos, compassione turbatur, &

in prostratis Principis prostratur affectus sic temperate Princeps desævians miseratione in reos flagellum texit, ut sequatur delinquentis gratitudine duci *Præscindat* & non respondere quærelis. Plurima *inter personam & ministerium.* contulit Dominus Judaico populo beneficia, linguam muti solvit, & passus est presentium calumniam. *In Belzebub Principe demoniorum eiecit demonia,* idem contigit in Paralytici sanitate, illustrationeque cæci. Ejecit vendentes de templo, flagellavit severe, & nullus ausus est mustitare: *Cur judæi,* in terrogavit Chrysostom. *qui in collatis beneficiis Christum accusabant, cum credibile esset tam acri castigatione gravius excandescere, non adeo iniquo animo tulerunt?* Rationem reddidit sacer textus *Cum fecisset quasi flagellum,* sic miseratione fuit in sceleratos commotus, ut sic suave texerit flagellum, quasi sibi fecisset, flagellum autem quod subditi tanta miseratione à Prælato textum respiciunt, quasi sibi texuisset, tam longe abest inferioribus inferre dolorem, quin potius generat gratitudinem, ideo æquiori animo verbera tulerunt à Christo Domino quam beneficia judæi, flagellum namque Principis compassione contextum, & temperatum cordis miseratione in subditi dorsum immissum non provocat ad quærelas, sed mansuefacit incompósitos mores, & animos efferatos curat.

Ex opposito subditi irritatur patientia, si in supplicio non tam amoris spiritus pateat, quam virga terroris, si quem Princeps velut Elisæus suavis per lenem, & benignam compositionem, attemperationemque morum è morte resurgere posset, velit velut alter Giezi baculi suscitari rigore, tunc enim subditus assistentia divina eget ad tollerantiam. In solatium populi, fisticque refrigerium præcepit Deus Moyli rupem facere in fontes aquarum & inquit. *En ego stabo tibi coram te super petram.* Nilum etiam in sanguinem vertere jussit, & tamen ut fierent aquæ cruentæ super Nilum non astitit specialiter Deus: Quare ut petra largissimas dederit aquas opus fuit divina assistentia; & non astitit Nilo Deus, ut mutetur in sanguinem? Ratio est quoniam Nilus non aliter sanguinem daret nisi virgæ verbere flagellatus ideo, ut sic loquar, Nilus æquo animo

mo tulit virgæ flagellum, quia non aliter omnipotentia obediens, & meritis luens poenas non sic persensit baculi viros ictus, ut opus illi fuerit speciali favore divino, Petra autem sic erat Domino prompta, ut verbo unico Moysis audito daret longissimas aquas: *Loquimini ad petram & illa dabit aquas*, & tamen Princeps virgâ flagellat: *Percutiens bis filicem*, ideo Deus petrae assistentiam anticipatam promissit, quoniam etiam petra nimis persentit verberibus percuti, cum ad eam emolliendam sola sufficerent verba, sicque irritatur filicis insensibilis indurata patientia, ut quasi egeat ad tolerantiam speciali divina assistentia: *En ego stabo ibi*. Subditus indomitus, & incompositis moribus, quem non nisi verbera emollient, nil mirum quod flagellantis manum æquo animo terat, sed flagellare verberibus, quem suavemente unicum Principis verbum efficit in lacrymas totum effundi, sic subditi perturbat patientia, ut speciali assistentia divina opus illi fuerit ad tolerantiam, zelus namque flagellantis amarus animam in Principe indicat non corrigendi, sed ulciscendi, ultionem autem regentis subditus quamvis obediens nimis persentit, correctionem vero patienter fert subditus etiam indomitus; Huiusmodi putam Principis intentionem D. August. lib. 10. conf. cap. 4. desiderabat. *Amet in me fraternus animus quod amandum doces, & doleat in me, quod dolendum doces, animus ille hoc faciat fraternus, non extraneus, quia siue approbet me, siue improbet, diligit me, indicabo me talibus, respicient in bonis meis, suspirant in malis meis. Hi sunt servi tui, quos esse voluisti dominos meos, quibus iussisti ut serviam, si volo tecum de te vivere.* Dummodo visceribus fraternitatis Princeps vulneribus applicet medicinam, non irritabit infirmum an exasperans, an lenis & suave fuerit medicamentum.

Petro præcepit Deus mittere gladium in vaginam: Quare subditum obstinatum Petrum non permittit Christus ferire? Quoniam dederat Petro Pontificatum, & claves ut cœlum peccatoribus aperiret, & Principem, cui cœlum commisit, non decebat percutere gladio, tunc enim gladium Petrus vibravit, non ut corrigeret Malchum, sed ut caperet de impudente milite

ultionem, ideo, ut inquit Tertullianus non solum miles ægre percussione fererebat, sed patientia Domini vulnerata est in Malcho. *Dracones me mones*, ut inquit dulcissimus Bernard. lib. 4. de *Consid. pascere? Propter hoc inquam magis aggredere eos, sed verbo non ferios. Quid tu demum usurpare gladium sentes, quem semel iussus es ponere in vaginam.* Nō manus percutiens, sed intentio Principis movens flagellum subditum ferit. Panem & aquam Angelus ad Eliam portavit, corvus detulit carnes. Quare Angelus, & non corvus ad Eliam refert panem & aquam? Quoniam panis & aqua erat patientia alimentum, mortificationis fuit cibus, ideo ut æquo animo ferret Elias, Angelicus Spiritus ministravit, mortificatio namque ab Angelica intentione in Præfato procedens fit ita mitis, & suavis, ut delitiis præferat abstinentiam, ideo corvus non detulit panem doloris, sed carnes, quia subditum non tam flagellum afflictionis feriret, quam vexaret intentio corvina, & feralis.

Quando autem Princeps suavi contempto remedio applicat acrius subditi infirmitati, indicium haud leve est non se corrigere, sed tantum ferire velle; Cherubin ante paradisum Dominus collocavit, Angelus ex præcepto divino occurrit, & apparuit Agar, sed ille Adamo non est locutus nec verbum, hic longissimum tenuit cum muliere sermonem: *Vnde venis quo vadis?* Quare Cherubin sapientissimus non loquitur cum primo parente, & Angelus occurrens Agar miscuit longo tempore verba? Quoniam Cherubino solum commiserat Deus incendere appropinquantem Adamum & à paradiso exulare, ideo verbis non utitur ad corrigendum primum parentem, sed flammeo, & versatili gladio: *Gladium flammecum atque versatilem*, Angelus autem venerat corripere Agar, ideo verborum suavem applicuit medicam *Vnde venis?* qui namque sufficiens & suave medicamen relinquit, & mavult rigidum applicare, manifeste suadet subditum non se corrigere velle, sed tantum ferire desiderare.

Verum gladio ferire, non ut corrigat, sed ut subditum vexet alienum est à rege, & proprium duntaxat tyranni,

18.

*Perentia  
Princeps ut  
corrigit,  
non ut feriat.*

ranti, parum crescet sic gubernantis imperium, nimis decrecet exasperantis Majestas. Lapis ille, de quo Dan el. 5. superbam comminuit statuam, & tamen sine manibus lapillus abscissus crevit in montem; lapidis jactus prostravit gigantem à manu Davidis excussus, verum lapis eadem quantitate permansit; Quare irruens in statuam lapillus crevit in magnitudinem montis, & lapis jactus in ruinam gigantis nec in rupem transit, nec paululum incrementum recepit? Quoniam lapis Danielis non mittitur ut percuriat statuam, sed ut humiliet superbum, comminuit lapis statuam, & echo jactus Nabuchodonosorem sufficitavit collapsum, statuam lapis percussit, & regis cujus erat statua prostravit simul superbiam, ferit lapis statuam, ut regem, quem ipsa repræsentabat jacentem erigeret ad cœlestia, lapis ergo qui jacitur non ut feriat, sed ut semi mortuum vivificet, meruit augeri, & crescere in magnitudinem montis; lapis autem David mittitur dumtaxat ut feriat, jacitur in ruinam solum gigantis, ut perdat, non ut corripiat, non ut reducat ad Israël inimicum, sed tantum ut interficiat, ideo non transit lapis iste ad meliorem fortunam, sed lapis relinquitur parvus, nec crevit in montem; de illo namque Danielis lapidis jactu Drog. Hostiens. potiori jure dicere posset: *Iste est iactus tuus ô Domine* quoniam prostrare delictum ad lucrandum sceleratum provenire nequit nisi ab impulsu divino, aut à Principe qui regem regum sit æmulatus, & præcipue à Principe qui vere est petra & lapis Ecclesiæ, ferire autem subditum tantum ut viceratus existat, jactus est impulsus à manu solius tyranni, quoniam percutere gladio non ut subditum corrigat, sed ut feriat, alienum est à rege, & proprium dumtaxat tyranni. Flagellum quidem Principis vel suave remedium non tam perturbat subditum vel demulcet, quam vexat animus in Principe

subditum vicerandi, incendia Ethnæ Princeps commutabit in suavissimum rorem, si viscera charitatis conservet, dum cogitur subditum flagellare.

Josephum, quem livor fraternus interficere & delere de hominum memoria curavit, fratres adoraturi accesserunt? Quid ni fuisset Joseph in proditores delæxit? in fratricidas animo nocendi incitatur, aut odio in invidos excandescit? *Tanquam ad alienos durius loquebatur*: verba videbantur in fratres hostilia, sed viscera erant amore plena, verba extranea, sed præcordia Josephi fraterna, os erat extranei & in fratres exasperantis, sed cor erat amantis charitate fraterna, ideo dum verba in fratres proferbat amara, tritici alimenta communicabat, voces Josephi extraneæ, sed cor in eos pulsabat paternum, dure loquebatur tanquam si essent alieni, sed interius intente velut frater amabat; Hoc Principem Josephum reddidit commendabilem; hujusmodique proprietates coronavit Tabernaculi arcam. *Faciesque supra coronam auream per circuitum.* Quare hoc? Quoniam exterius asperitatem arca manifestabat; interius dulcedinem continebat, & auro charitatis erat ornata & *deaurabis eam auro mundissimo.* Princeps namque æmulari debet arcam redimitam corona, quæ quamvis exterius ostendat asperos pilos caprarum, manna dulcedinem recondit interius, & aurum purissimum charitatis, intronet aliquando Prælati inter monitionis fulgetra, sed interius ardeat subditorum amore, fulmina faciat fremere, dummodo crediderint inferiores ideo mittere minas quia Dei vultus obducitur nubibus, dextram armis cingat, sed non videant alio nisi zelo divino incitari, sonet, fulminet Princeps exterius si impetu amoris movetur, quia si viderint inferiores rugire Principem velut Leonem, sed zelo correctionis impulsus, ex illis jam emendatis non ultionis incendia, sed gratitudinis fluvij prorumpent.

Genes. cap. 20. *Cum sciret Abimelech Saram uxorem esse Abraham, exposulans ut quid simularet conjugium? sic responder: verè soror mea est filia patris mei; & non filia matris mea.*

Ex Levit. cap. 20. v. 17. *Qui acceperit sororem suam filiam patris sui, vel filiam matris sua, & viderit turpitudinem ejus &c. nefariam rem operati sunt. Quod non solum lege scripta, sed naturali prohibitum censent Patres.*

\*\*\*

§. I.

*Refertur prima expositio, & impugatur.*

i.  
Inter fra-  
tres probi-  
bita conju-  
gia nisi sub  
mundi nas-  
centis  
exordio.

**S**ARAM fuisse non Aranis, sed Tharæ filiam, ac sororem Abrahamæ, non quidem uterinam, censent Clemens Alexandrinus lib. Strom. & Saidus Barcides Patriarcha Alexandrinus ante annos 700. qui à rerum initijs ad sua usque tempora Annales Ecclesiasticos ex prisca Orientis monumentis contexit. Et cepit (verba sunt illius) Abraham conjugem suam Saram, que soror ei erat ex patre: etenim mortua Iona Abrahæ matre, duxit in uxorem Phara pater eius feminam aliam: atque inde est quod dixit Abraham, eam fuisse sororem suam, non quidem ex matre, sed ex patre. Mater autem Abrahamæ, seu uxor Tharæ, ex qua suscepit Abrahamum in veteribus Mahumedanorum monumentis *Ibistne* appellatur. Sic sentit Purpuratus Cæteranus: unde expressè fatetur hujusmodi conjugium tunc temporis licitum fuisse.

Verum prorsus esse detestandum hujusmodi connubium, nisi humani generis propagandi vrserit summa necessitas, ut contingit in primis parentibus docuit D. August. 15. de Civit. 16. *Cum non essent* (inquit) *vlli homines, nisi qui ex illis duobus nati fuissent, viri sorores suas conjuges acceperant: quod profecto quanto est antiquius compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius religione prohibente.* Sub ipsis adhuc rerum initijs, quando liberè sororibus fratres in matrimonium conjungebantur, apud nostrum primum parentem statutum est ita, ut qui in ipsis fratribus, & sororibus magis essent cæteris invicem natalibus separati, atque distantes, matrimonio copularentur: & quia conjunctiores erant gemelli, quam qui partu nascerentur diverso, ideo ge-

mellorum nuptias, initio etiã ipso mundi illicitas fuisse retulit Philo- Apud Saidum Barcidem omnes par-  
Apud Saidum Barcidem omnes par-  
tus Evæ fuerunt gemelli, & hinc origi-  
nem duxit peccatum Cain (inquit) ejus sunt verba. *Cum verò pueri adolescerent, præcepit Adam Evæ, ut Cainus*

*Aminam Abelis nempe gemelliam sibi conungeres: Abel itidem Azronam, qua Caini gemella soror erat, in uxorem duceret; sed matri sua Evæ dixit Cain, se ducturum sororem suam, & Abelis fore conjunctam suam sororem: etenim Azrona venustior erat Amna. Hoc cum audisset Adam valde conturbatus: at (inquit) nefas tibi est, uxorem accipere sororem tuam, qua tibi gemella. Unde ira commotus est Cainus in Abelem, atque indignatus illi invadebat. Itaque cum è monte descenderent involat in Abelem Cain, & caput ejus saxo percutiens occidit eum. Hæc ille. Quidquid sit de ejusmodi veritate, (sentio quidem cum D. Augustin. & cæteris. PP. Abel virginitatem primum servasse) Lucem augent hæc verba adhuc in ipso mundi primordio prohibitionis antiquitati connubij inter fratres. Id ipsa etiam lege Mosaicâ in memoriam adduci volunt Talmudici: ubi namque Vulgata Levit. 20. legit: *Vir, qui acceperit sororem suam, sive filiam patris sui, aut filiam matris sua, & viderit turpitudinem ejus, & ipsa viderit turpitudinem illius, rem nefariam sunt operati: Verunt ipsi: Indulgentia erat.* Postea verò tanquam quid in posterum servandum esset, subdit: *Exterminabuntur, &c.* Audiamus quid Gemara Hierosolymit. ad titulum Sanhed. cap. 16. fol. 20. col. 4 §. 1. ¶ Ubi in lege scripta vir qui acceperit, &c. Indulgentia erat, Id adicitur (inquit) ne obicias, ut Cainus sororem suam in uxorem duxit, ac Abel suam etiam in uxorem duxit sororem: atque intelligendum est, ac si interfertum fuisset: Indulgentia seu gratia usus sum erga homines*

Apud Sai-  
dum Bari-  
cidem om-  
nes Evæ  
partus fue-  
runt ge-  
melli.

primævos : quoniam ex eis mundus ædificatus est, dixit P. sal. 86. Indulgentia ædificavit mundum. ¶

¶

## S. II.

*Detestabile inter fratres connubium etiam Gentilitatis populi iudicantur.*

**M**ULTIPLICATO genere humano (inquit Epiphan. Hæref. 39.) cura de nuptiis honestis ampliata est, & ut restitit invaluit. De cætero non amplius in uxores sorores ducebant suas, sed juris vim obtinuit de matrimonio lex etiam ante conscriptam à Mose legem, & ex patruorum filiabus uxores sibi ducebant. Has fædas inter fratres mutuo mixtiones, primus est diabolus, qui ante ipsum Abrahamum instituit, & more sacravit. A tempore ipsius Nemrod, & ab ipso sumere originem restatur Saidus Barricides. ¶ Dicitur etiam (inquit) is primus (loquitur de Nemrod) qui ignem coluit, scilicet cum videret flammam à longinquo in Oriente ascendentes è terra, illac, ut penitus eas contueretur, descendit, atque eas adoravit: illic verò hominem constituit qui sacra ministraret igni, & in eum thura porrigeret: atque ab eo tempore cœperunt Magi ignem colere, atque adorare eum. Nomen autem hominis, quem Nemrod constituit sacrum ignis ministratorem, erat Andshan, cui diabolus è medio ignis hinc usus est verbis. Nemo hominum potens est rectè igni ministrare, nisi commisceatur cum matre sua, & sorore sua, & filia sua, fecit itaq; Andshan juxta quod dixerat ei diabolus, & ab eo tempore, qui sacerdotio apud Magos functi sunt, commisceri solebāt cum matribus, & sororibus suis, & filiabus suis, & Andshan hic primus erat, qui hunc morem incæpit. ¶ Hæc ille. Græci pariter exemplo suorum Deorum decepti, sicut illi, suas habuere sorores. Ovid. Metam. 9.

*Ut Saturnus Opim iuxtam sibi sanguine junxit.*

*Oceanus Thetym, Iuponem Rellon Olympi.*

Athenis germanas, sed non uterinas ex instituto Solonis, è contra Spartæ

uterinas, sed non germanas ex Lycurgi lege ducebant.

Sed quæ sanctimonia gaudeant hujusmodi leges? Perficus diabolus illarum conditor damnat. Cæteræ magnis in Occidente viris non modò magnopere displicuere, sed etiam tam rarò solitæ celebrari, ut pro illicitis potius ex ipsis Græciæ moribus à nonnullis æstimatètur, maximè Pythagoricis. Ex illa schola Occellus Leucanus tradidit de commoda sobolis propagatione, & sic inquit. ¶ Oportet etiam instituere hujusmodi mores, qui in Græcis civitatibus legitimi, ac receptissimi sunt: nimirum neuiquam cum matre, filia, aut sorore concumbere, nec in templis, nec in proparulo. ¶ Eadem in conjugia Athænis Sophocles, Romæ Seneca tanquam detestanda acriter invehuntur, & in ipsum etiam Jovem cum Deum matre & cum Proserpina ejus filia ex eadem prognata commixtum, sic Arnob. adversus Gentes l. 15. ¶ Neque illum sanctitas, aut reverentia genitricis, horror etiam pignoris ex se satis ab imagine potuit tam fædæ cogitationis abducere. ¶ Apud Mamedanos detestatas similes nuptias exprimit Alcoranus. ¶ Ne matrimonio jungamini sceminis, quibus parentes vestri conjuncti sunt, quod tamen olim permixtum est, sed turpitudine est, abominatio, atque mos nefarius: piaculum esto vobis ducere mares vestras, filias vestras, aut sorores, aut amicitas vestras. ¶

Quamvis autem mixtionum harum turpitudinem sic natura abhorre- re videatur, difficile erit assignare certam rationem, cur sint illicita talia connubia. Hugo Grotius ex Maimonide naturalem verecundiam quandam tradit prohibitionis rationem, quæ non sinit ortus auctores, aut in se ipsis, aut personas sanguine etiam, aut nuptiali sanguinis commixtione proximè coherentes misceri. Maritus namque, qui lege matrimonij est superior, nequit cum reverentia, quam præstari matri exigit ipsa natura, amoris societatem componere, quam inducit vinculum matrimonij, nisi rubor ingenitus à natura omnino radatur. ¶ Altera causa (inquit Maimonides) meo iudicio est, ut pudor, & verecundia commendetur, namq; impudètiæ summæ est opus illud inter radicè, & ramum, hoc est, in uxori em

uxorem ducere matrem & filiam : id circo prohibitum est matrimonium inter radicem, & ramum: neque est differentia, si vè radix ramum, aut ramus radicem ducat, si vè radix, & ramus in corporis tertij connubio conveniant, ut nempe aliquis corpus suum radici, & ramo detegat: ideo enim prohibitum est ducere mulierem, & filiam ejus item uxorem patris, & uxorem filij: quia ista sunt resectio nuditatis corporis unius nuditati radicis, & rami. Hæc ille. Ideo Paulus Iuriconsultus Leg. Adoptivi §. Servilis §. de Ritu Nuptiali: cum dixisset in contrahendis matrimoniis naturale jus, & pudorem esse, filiam suam uxorem ducere: quam rationem sicut in illis, qui recto sunt limite; ita in sanguinis gradu transverso- rum primo, convincere sentit Grotius lib. 2. de Jure belli. Ob recentem admodum parentum in liberis imaginem. Sumitur quippe hujusmodi ratio ab eo, quod natura, si non præcipit, certè dicit honestius, cujus generis multa divinarum, humanarumque legum materiam faciunt. Ideoque Hebræi in recto limite gradus etiam non nominatos à lege comprehendenti consent ob notissimam paritatis rationem: nempe avix, & proavix, pronovercæ, proneptis, proprivignæ, pronurus, profocrus, quia sub agnationis nomine comprehenditur similis cognatio.

Hæc autem pudoris ratio, in qua lex naturalis fundatur ut parentes cum liberis mutuo misceri vetuerit, cõvincit; non sic rubor iste vim habet inter fratres, inter quos facilius sanguinis rumpitur vinculum: non enim omne, quod vocat ruborem, per legem veritum est: cum Jacobi pieras post Liam ducere Rachelem non judicaverit nefas. Hæc respexerat ipse Augustinus, cum de parvulium, & consobrinorum conjugiiis inter Christianos loquutus est. ¶ Raro per mores fiebat, (inquit) quod fieri per leges licebat: quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana: Verum tamen factum etiam licitum propter vicinitatem horrebat ut illiciti, quasi ultra leges protenderentur ruboris, & verecundix fines. ¶ Quamvis ergo pudoris ratio inter parentes cum liberis tam ingens sit, ut legem naturalem fundare possit, quæ similia vitæ conjugia; non sic inter sorores, & fratres, ubi minor viget natu-

ræ rubor. Spectare illud Phædræ Hippolytum, cui miscbatur, sic alloquentis, quia illam matris nomine, reverentix causa compellarat.

*Matris superbum est nomen, & nimium potens.*

*Nostris humilium nomen affectus decet.*

*Me vel sororem Hippolyte, vel famulam voca. Senec. in Hip. Act. 2.*

En matris nomen inter impuros amores, non sic sororis abhorret: cum inter fratres eo minus ruboris intercesserit, quo magis fuerit æqualitatis.

\*\*\*

§. III.

*Proponitur ratio ante legem scriptam inter fratres connubia condemnans.*

**V**ER O longe similis videtur, legem inter fratres, & sorores mutua conjugia prohibentem in ipsis rerum initiis à Numine fuisse imperatam primo nostro parenti, sicut & cætera sex, quæ Noachidarum præcepta appellantur: quia post communem diluvij cladem Noë, & ipsius filiis restituta iterum data sunt. Illa deducit Rabbi Jehuda Ben Samuël ex 1. Gen. commate 16. Ubi textus Hebræus dicit: *Et præcepit Dominus Deus ipsi Adam dicens, de omni ligno horti comedendo comedes.* ¶ Signum est (verba sunt relati Rabbini) seu indicatio septem præceptorum, quæ Noachidis imperata sunt. *Et præcepit.* Sic denotat judicia, seu præceptum de iudiciis: quoniam in eis præceptum est, atque imperium. *Dominus* præceptum est de non male dicendo nomini, seu Numini Sanctissimo. *Deus* interdictum cultus extranei, seu idololatriz: *ipsi Ada, seu homini:* interdictum homicidij: *dicens* interdictum incestus: quia scilicet, *dicit Dominus* alibi (Ierem. 3.) increpationi de scortatione jungitur, de omni ligno horti *furtum:* quia bona quædam etiam vocabulis illis denotantur; *comedendo comedes:* membrum animalis viventis. ¶ Quidquid autem sit de hujus auctoris divinatoria illatione, de præceptis relatis sic legitur in Gemmarum Bab. ad titulum Sãhed. capit. 7. fol. 56.

¶ Traditur à Rabbiniis, septem præcepta imperata esse Noachidis, de iudiciis; de maledictione Numinis; de cultu extraneo; de revelatione turpitudinum; de sanguinis effusione; de rapina, seu de furto; de membro animalis viventis, etiam ex sententia Rabbi Chamna Ben Gamaliel de sanguine.

¶ Et in Beresit. Rabba parateh. 34.

¶ De septem rebus mandata acceptorunt Noachida: de cultu extraneo; de revelatione turpitudinum; de homicidio; de maledictione nominis divini, de iudicio, de rapina, seu furto; de membro animalis viventis. ¶ Unde infertur prohibitionem revelationis turpitudinis cadere sub præcepto: quod, si naturale purè non est, à Deo humano generi datum est in prima hominum constitutione, vel in ejus post diluvium pia reparatione. Quæ præcepta & legi, & à primis illis ante Mosem; Prophetis prædicari cunctis gentibus in schola, quæ Domus Iudicij, seu Præfectura juridica Eberi, Domus iudicij Methusala appellabatur, sensit Maimonides.

¶ Licet omnes (inquit) piæ memoriæ propheta essent, docebant homines concionatorum, Doctorum, & præceptorum more: nec tamen dixerunt. *Et Dominus Deus dixit ad me, loquere ad N.* Atque ita se res habuit ante Mosem, quasi dicerent non se habuisse sicut Mosem legis alicujus novæ, ac divinæ nuntios, sed ut naturalis, ac divini juris ante recepti interpretes, præceptores, & monitores. ¶ Ex quibus constat, turpitudinis revelationem, quæ tempore Mosi lege scripta prohibita fuit, ante ipsum primis temporibus in observantia inviolabili fuisse.

Ratio autem convincens præceptum de non relevanda turpitudine ante legem scriptam stetit, ea quidem est: quotiescumque enim præceptum legis scriptæ obligat tam Hebræos, quam alienigenas, argumentum est infallibile fuisse prius ante Mosem in rigorosa observantia: ut de Numinis divini nomine non blasphemando sentiunt communiter Expositores: lex autem de non relevanda turpitudine gradibus proximioribus tempore Mosi etiam gentes alienigenas comprehendere, probant, & suadent Rabbini, ex eo quod ubi Vulgata legit: *Omnis homo ad proximum sanguinis sui non accedet*: legit Hebræus codex: *Homo homo*. In Gemara Hier.

ad cit. Kidofchim c. 1. f. 58. sensus est huiusmodi (ejus sunt verba) ut homo homo dicatur ad Gentiles etiam comprehendendos: ut ubi deliquerint in leges suas de incestu, judicandi sint juxta iudicia Gétilibus propria. Sic plures Rabi. in tr. Sanhed. e. 7 f. 57. Eadem loquendi formula usurpatur eodem sensu Levit. 24. v. 15. *Homo homo, qui maledixerit Deo suo portabit peccatum suum*. Et Lev. 20. 20. *Homo homo, qui dederit ex semine suo Moloch: unde inferunt, comprehendi Gentiles, qui interdicto quidem tam de maledictione Numinis quam idololatria tenentur.*

Accedit alia nec contemnenda ratio ex D. Paulo ad Eph. 11. desumpta, & 7. ad Cor. 7. ubi Apostolus conjugium privigni cum noverca tam severè detestatur: cum tamen de eo nullum extet Christi præceptum: nec alio utitur argumento, quam quod talis commixtio impura etiam à profanis Gétilibus habeatur. Quod verum esse præter alias ostendunt Charondæ leges simile matrimonium inuentes infamia. Unde illud Cicer. pro A. Cluentio in causa non dissimili: nam cum socrum genero nupsisse narrasset. *O mulieris, inquit, seculi incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum*. Inde etiam ortum quod Seleucus Rex, cum uxorem suam Antiocho filio suo daret nuptiam, verebatur (sic Plutar.) ne ipsa offenderetur ut re illicita. Sic apud Virg.

*Thalamos ausum incestare noverca.*

Communis ergo existimatio, si à necessario dictamine aliquo non ducit originem, quod descendat ex veteri traditione, quæ à Divino aliquo præcepto emanaverit, est necessarium.

\*\*\*

#### §. IV.

*Exponitur locus ex 2. Reg. cap. 13.*

**D**IFFICILEM omnino reddit nostram sententiam textus ex 2. Reg. c. 13. ubi Amnon nimis ardore libidinis flagrans, in concubitum sororem suam sollicitavit: cui sic illa respondit: *Noli frater mi, noli, opprimere me, neque enim hoc fas est in Israel; noli facere substitutam hanc, &c. quin potius loquere ad Regem, & non negabit me tibi.* Ex quibus colligitur, saltem ex dispensatione, sororem fratri nubere posse; aliàs

aliàs non id puella speraret à patre.

Sanctius 2. Reg. c. 13. verba illa dicta fuisse à Thamar, eo quod ignoraret, quid lex, & natura præscriberent. Idem putat Abul. p. 4. & probat Philippus Henriq. Verùm hæc nimia foret ignorantia, si staret lex in contrarium, quam modò nullus rationis compos etiam puerilibus annis admitteat circa impossibilitatem connubij inter primis gradibus impeditos. Sapientissimus Andr. de la Madre de Dios ex Carmelitana Discalceatorum familia fausta proles, & Castellæ antiquæ nunc Provincialis minister. Supponit cum D. Tho. in 4. dist. 40. Cajet. Palao. Bas. Hurt. Cor. & pluribus aliis dicta conjugia inter fratres irrita non esse jure naturæ, & ideo quamvis illicita, posse aliquam urgentissimam causam in iis dispensari. Verum quavis faciamur conjugia inter fratres non esse prohibita jure naturæ, lege scripta illicita habita sunt, in quibus admitti nequit dispensatio, si ex aliquo Scripturæ testimonio non constet.

Ut aliam expositionem præcedenti textui offeramus, pulchra de Rabbini- ca eruditione exhaurienda sunt, & quidem non de foetidis eorum lacunis, non enim despiciendi sunt, in iis, quæ ad mores patrios spectant, ipsis percognita, & si nusquam audiendi, cum dogmata tractant. Primum ergo in memoriam revocandum est jus, quod Deut. 21. 9. concessit Dominus militibus populi Hebræi de ducenda uxore ex illis, quæ in bello viderint esse pulcherrimam. Legem sic explicant: quod Hebræo in bello foeliciter peracto feminam & si Gentilem, quam caperet miles ducere in domum liceret, & concumbere semel cum illa, ita tamen, ut sine nuptiis concubitus iterare sit nefas. Quod si post concubitum primum Iudaismum respueret, libera remanebat propter mixtionem cum homine Hebræo, sed illi nubere non expediebat, eo quod primo ita amara concubitu unico in futura sponsæ spem dehonestaretur; si autem Iudaismus placeret (qua de re ve interim deliberet, tempus à captivitate etiam annum præstituebatur) baptismo statim suscipiebatur, ut profelyta justitiæ foret, & tunc ducere in domum fas erat; sed non ante binos elapsos menses, quod adjectum est, ad distinguendum semen primum à semine secundo: ut sciretur ex tempore trime-

stri, utrum ex concubitu primo antequam profelyta foret, an post Iudaismi professionem gravida fuerat.

Ex his lucem recipit textus relatus: David namque bello adversus Tholomas Gessuris Regem gesto, Maacham formæ venustæ feminam cepit: ex cujus primo concubitu dum adhuc Gentilis esset, natam fuisse Thamar, judicant David Kimhi ad 2. Sam. 3. & 13. Maimonides halach Mehalin cap. 8. R. Becchai in Biur f. 222. col. 4. Gemmara Rab. ad tit. Sanhed. cap. 2. f. 21. Postquam autem ea profelyta justitiæ fuit facta, ducta fuit in uxorem à David, de qua tunc genitus est Absalon: Amnon autem primogenitus ipsius David de Achinoam Iezraëlitide, Proles autem, quæ concepta fuit de matre non sancta, id est antequam Iudaismum professa, sic consanguinitatis vinculo non est juncta jure Hebræorum civili cum prole concepta de matre sive profelyta justitiæ, sive origine, & professione Iudæa tempore, quo concepit. Unde homo natus de muliere, quæ tempore conceptionis erat Gentilis, potest ducere sororem suam, si quando hæc concepta fuit mater, sive eadem fratris sui, sive diversa jam erat profelyta justitiæ, sive Iudaismum profitebatur: quia fratres, si unus est conceptus de matre Gentili & alius de eadem, quando jam est profelyta justitiæ, sive Iudaismum profiteretur, jure civili Hebræorum consanguinei non reputantur. Est expressum in Misna labimoth c. 11. Maimonides halach Iebom Mechalitza c. 1. Aben Raæzer c. 157. §. 1. ibi: ¶ Ubi frater alter nõ concipiebatur in sanctitate, sed in sanctitate nascebatur; alter vero tam concipiebatur, quam nascebatur in sanctitate, fuerit invicem velut extranei. Quod idem dicendum de geminis in sanctitate natis: nam neque inter eos fraternitas habebatur, nisi tam conciperentur, quam nascerentur in sanctitate. ¶ Ex quibus liquido constat, inter Thamar, & Amnon nullam consanguinitatem recognosci debere jure civili Hebræorum, licet David utriusque parens reputaretur, & esset: cum cognatio fratrum ex amborum conceptu pendeat, & illa concepta fuerit, cum mater nondum profelyta foret, neque Iudaismum amplexa: unde licita utriusque mixtio; & mutuum connubium,

*Apud Hebræos ex eadem matre nati jure civili aliquando consanguinei non erant.*

Expenditur, & solidatur amplius doctrina, qua tota textus expositio fundatur. Maimonides inquit: per regenerationem, quando femina profelyta fit iustitiae, Judaismique amplectitur professionem, cognatio pristina ejus evanuit omnino. Quando Gentilis (sunt ejus verba) profelytus fiebat, aut servus libertinus, uterque instar infantis recens nati habebatur, & proximitas sanguinis qualiscumque sive hujus dum Gentilis erat, sive illius, dum servuserat, jam planè desijt esse: quin & si sive hic, sive ille in Judaismum esset coaptatus, simul cum proximis suis de sanguine illarum nomine incestus nullius tenebatur, nam ubi consanguinitas, aut cognatio nulla reperta est, incestus macula nullum conjugium vitari necesse est: quò nec matrem, nec sororem uterinam profelyto, seu liberto recens factò misceri prohibetur. Unde inter filios, quorum alter in sanctitate conceptus non est, idest, qui conceptus est antequam iustitiae profelyta fieret mater, licet in sanctitate sit natus, & alter tam conceptus, quam natus, postquam sancta profelytaque iustitiae insignita est, nulla interveniebat sanguinis relatio; licet parentibus attentis non idem servetur jus: sive namque ante, sive post sanctitatem concepta sit proles, dummodò tempore nativitatis parentes profelyti sint, ex ipso nascendi tempore sanguinis vinculo juncta suis parentibus erat: ideo namque proles nata post sanctitatem matris, licet ante professionem Judaismi concepta, maternae sanctitatis particeps misceretur, nec baptismo indigebat.

Sed adhuc scrupulus perseverat, quem offerunt illa verba: *Neque enim hoc fas est in Israël.* Quia & si Thamar, & Amnon nullo vinculo sanguinis juncti jure civili sint, fas similis concubitus foret. Verùm facilis exitus est, quia licet concubitus ille liceret, sed ipsa invitè nefas esset, ut patet in Dina Jacobi filia à Sichemo Principe violata; ideo namque Rabbini, de quo Isaac Abarbanel in Pirush. fol. 99. fratres Dinae Sichemum interfecisse asserunt: quia vi violata fuit, & tanquam prostibulum haberetur Levitis: cum tamen se non omnino sponte Sichemo permisisset: quia si ita se gereret, nihil contra jus Noachidarum perpetrasset Si-

chemus: cum innuptae concubitus spontaneum Noachidis licuisse, nisi ubi jus aliquod adversaretur civile, fateantur plures Rabbini. Et constat ex nostra Vulgata: *Dormivit cum ea vi opprimens virginem:* Ubi absolute Sacra pagina similem concubitus non spontaneum condemnat ibi: *Violata filia Jacob rem illicitam perpetravit.* Similis discursus, & quidem non violente verbis nostri textus valet adaptari.

Potest ergo aliter explicari: *nefas est in Israël:* quia licet inter Thamar, & Amnon nuptiae licerent; sed nefas tunc habebatur, sine parentis consensu celebrare conjugia: ex generatione namque in liberos parentibus jus acquiritur naturale. Unde ex veteri lege Thebanorum patri filium oppignorare, imò si necesse esset, etiam vendere licebat: similem autem Thebanorum legem ipsis emanasse ab Hebraeis docuit Grotius de Jure Belli l. 2. Hinc Num. 30. parenti Deus in filium jus dedit vota dissolvendi, unde ad Romanos videtur fluxisse, à quibus est constitutum, ut quaedam nuptiae, quia consensus patris defecit, irritae sint. Maximum ergo reverentiae colligi debet officium apud ipsos Hebraeos filiorum in proprios parentes. Quo pertinent illa, quae D. Paul. 1. Corinth. cap. 7. de elocanda virgine tradit: ubi hujusmodi nuptias auctoritatem parentum expectare debere, innuit clarè, licet matrimonium jam factum irritum non fuisset deficiente parentis consensu, nec jure sanguinis attento illicitum. Sicut Esau conjugium irritum non pronunciat, neque illegitimi liberi, quod sine tali auctoritate contraxerit nuptias. Speciale id erat apud Romanos non ex natura, sed ex juris conditorum voluntate: eodem quippe jure mater, cui naturaliter reverentiam exhibere liberi debent, suo dissensu non irritat matrimonium: imò si pater sit in patria potestate, tam ipse, quam avus debent in nuptias filij consensum praebere; in nuptiis verò filiae sufficit sola auctoritas patris, quae discrimina naturae incognita ex Jure Civili venerit. Quamvis ergo auctoritas parentis, si defecerit, non irritaret celebrata conjugia, nefas erat in Israël contra reverentiae simile naturae vinculum operari.

*Ad nuptias expectantur parentum consensus.*

## S. V.

*Explicatur Herodis Antipæ genus, & ejus origo: & exponitur Baptista acriter illum reprehendens.*

6. **A**D HUC pullulat difficultas expositionis nostræ: si quidem si proles, quæ in sanctitate non fuit concepta, est incapax cognationis, sequitur Herodem Antipam, atque Philippum nullo cognationis nexu futuros vincidos: Herodem namque virum obscuri generis; & Idumæum vocat Josephus, lib. 14. cap. 27. idest profelytum imperfectum: si ergo nullius cognationis cum Philippo fratre germano vinculo gavisus est, immeritò reprehendit illum Baptista, quod uxorem fratris ejus Philippi sibi raperet: cum nullum aliud delictum recognoverit in Herode Tertullianus, quam uxorem Philippi jam defuncti filiam superstitem relinquentis, duxisse: ducere autem uxorem fratris, cum qua vinculum affinitatis tam maximum est, nefas judicat: nisi ubi instat lex de semine suscitando fratris sine liberis decedentis. Hæc sunt illius verba. ¶ Joannes retundens Herodem, quod adversus legem uxorem fratris sui defuncti duxisset habentis filiam ex illa, (non alias hoc permittente, immò & præcipiente lege, quam si frater illiberis decesserit, ut à fratre ipsius, & ex costa ipsius supputeretur semen illi) conjectus in carcerem fuerat ab eodem Herode, postmodum & occisus. ¶ Hæc autem ratio nil roboris obtineret, neque Baptista justa reprehensio foret, si doctrina superius de cognatione tradita, vera esset: Si enim inter servos profelytos nulla vi gaudet cognatio, nullum peccatum esset, Herodi uxorem fratris cum liberis decedentis sibi miscere. Hujusmodi difficultas breviter evanesceret, si cum Josepho Scalligero, quam acriter in Serarium Casaubonus exere. in Bar. 1. §. 3. & 4. tueretur, Herodem magnum parentem Philippi, & Herodis Antipæ, origine, atque natione Judæum dicamus, & alienigenam, atque profelytum fuisse negemus.

Argumenti gratiâ licet Judæum concedamus Herodem magnum, de

quo, & non de filio Antipæ sermone instituit Josephus: nihilominus filium reum incestus justissimè damnavit Baptista. Demus libenter etiam sine liberis defuncto Philippo Herodem Herodiadem duxisse in uxorem, vel in concubitum sibi miscuisse. Pseudo Gorionides autem oppositum sensit ibi: Et ille uxorem Philippi fratris sui etiam superstitis cepit in uxorem. Quod si verum est, nulli dubium, ex capite illo à Baptista justissime fuisse reprehensum, cum ex lege interdictum expresse sit, uxorem alienam sibi miscere, ex capite autem cognationis nefas tale conjugium censetur. Etenim Herodes magnus (sic plures discurrunt) Antipæ Herodi, & Philippo cõmunis pater, tempore, quo illos progenuit, licet non esset perfectè justitia profelyti insignitus, hoc est, plena libertate caruerit, Antipæ, & Philippus jure cognationis gaudebant, eo quod Cleopatra Hierosolymitide, seu Israëlitide fuerit natus Philippus; Antipæ autem ex Malthaca Samaritide, quæ solemniter profelyta facta, & jam in universitatem Hebraicam admissa, Herodem concepit Antipam: & per consequens tam Herodes Antipæ, quam Philippus nati fuerunt perfectè profelyti, plenâ libertate gaudentes. Unde, licet parens utriusque communis imperfectè profelytus foret, ipsi profelytismi perfectò jure fungebantur, inter utrumque fraternitatis cognatione, & vinculum refundente. Quippe ut optime tradidit Maimonides Iuri B. c. 15. proles si vè è servo, si vè è pagano, si vè ex ancilla, si vè è pagana, nata ejusdem est cum matre conditionis, nec patris ratio omnino habetur, adeo ut ab Israëlitica proles suscepta ex ancilla, seu pagana, esset conditionis servilis, & paganicæ æquæ, ac si à servo, & pagano genita fuisset, è contra proles à pagano, seu servo suscepta ex Israëlitide uxore, non minus Israëlitica erit, ac si fuisset ab Israëlitica progenita: matris dumtaxat in hujusmodi mixtionibus habita ratione ex Iure Civili Hebræorum.

Nihilominus autem, nisi Herodem Magnum perfectè profelytum esse dicamus, tempore, quo Philippum, & Herodem Antipam genuit, difficile erit alieni vinculum cognationis inter utrumque invenire. Sic enim explicat

Maimonides regulam præcedentem novamque ex veterum mente in dignoscendis cognationibus statuit. Si Ammonia (inquit) duxerit Ægyptiam, proles eorum est Ammonitas; sed si Ægyptius duxerit Ammonitidem, proles est Ægyptiaca. Regula quidem est inter gentiles seu paganos, prolem sequi masculum, seu patrem; at verò inter profelytos sequi partem deteriorem, seu maculam, vitium, seu incommodum, quod inter eos reperitur deterius: verbi gratia Ægyptij, & Ammoniditis profelytorum proles, si est foemina, est Ægyptiaca, nam ejus conditio est deterior, quam si pro Ammonitica prole haberetur: quia Ammonitis qualiscumque profelyta ritè poterat conjungi Israëlita, non sic Ægyptiaca, nisi ante generationem tertiam; at si proles esset mascula, non Ægyptiaca, sed Ammonitica dici deberet: quia tunc illi, eiusque posteris perpetuo interdictum esset cum Israëlitis conjugium: Ægyptiacæ verò cum illis solum temporaneum foret interdictum, ac proinde deterioris tunc esset conditionis Ammonita. Ex quibus ad nostrum sermonem, si proles inter profelytos deteriorem sequitur conditionem, cum inter Herodem Magnum & quamlibet ejus uxorem perfectè justitiæ profelytam, deterioris conditionis esset ipse Herodes, utpote imperfectè profelytus, servus nondum plene in societatem Hebraicam admissus, ut originarij iure poterit plenissimè: atque adeo proles orta servilem patris conditionem sequi, & profelytismum imperfectum solum in nativitate nancisci, dicenda est. Unde Philippus, & Herodes Antipas nati non sunt perfectè profelyti, nec consanguinitatis iure gaudebunt.

Facilis est evasio, si, quod superius diximus percipiatur de profelytis domicilij dumtaxat, inter quos tenet regula tradita, quod proles sequitur partem deteriorem, & maculam, si tam vir, quam uxor profelytismo domicilij potiantur; si vero foemina sit vel profelyta justitiæ, vel professione Judæa, partus sequitur ventrem, & proles vel profelyta justitiæ, vel Judæa reputatur. Quo autem differant profelytus domicilij, & justitiæ profelytus alibi nos dicemus, sicut & de Herode plyra tradã Gen. c. 49, ubi proprius est illi sedes.

## §. VI.

*Conciliatur antilogia.*

T autem antilogia textuum concilietur, dicendum est cum Hier. August. Procopio, Lyran. Abulens. & aliis, Saram fuisse filiam Aram, sororem Loth, Abraham ex fratre neptem, ita ut avus Saræ fuerit Thare, parens Abrahæ. Sic habet Josephus l. 1. Antiq. cap. 6. Aram (ait) relicto filio Lotho, & filiabus Sarâ, & Melchâ in regione Chaldæorum est mortuus. Et paulo inferius. Neptes verò ex fratre duxerant conjuges, Melcham Nachor, Saram Abrahamus. Neque quod Abraham dixerat, convincit oppositum, *soror mea est*: verè enim Sara fuit soror Abrahæ sine mendaciò, eo sensu, quo consanguinei Hebræo idionismo fratres, & sorores nominantur. Audiamus August. lib. 22. contra Faustum cap. 25. ¶ Cum Abraham (inquit) eo tempore viveret in humanis, quo tempore jam fratres ex utroque, aut altero, alterave parentes natos neci conjugio non licebat; filios autem fratrum, aliosque longiore gradu generis consanguineos, nulla lege, nullâ potestate prohibita consuetudo jungebat, quid mirum, si sororem suam, idest ex patris sui sanguine procreatam habebat uxorem? nam hoc ipse reddenti sibi Regi dixit, de patre esse sororem, non de matre. Ubi certè ut sororem mentiretur nullo jam timore cogebatur, quando ille uxorem ejus esse didicerat, & eam divinitus teritus cum honore reddebat. Fratres autem, sive sorores generali nomine consanguineos, vel consanguineas solere apud veteres appellari Scriptura testatur. Nam & Tobias (cap. 8.) junior quam jaccipiebat uxorem, appellavit sororem, non quidem ejusdem patris, aut matris facti natam, sed ex eadem stirpe cognationis exortam. Loth Abrahæ frater dicitur, cujus tamen patrum fuisse Abrahamum Scriptura declarat. Similiter in Evangelio fratres Domini nominantur, non ejusdem matris filij. ¶ Hæc ille. Dicebat ergo Abraham Saram sororem suam ex patre, & non ex matre; quia Thare genuit Aranem, & Abrahamum, sed

non

*Abraham non fuit frater Sara sed consanguineus.*

non ex eadem conjugē; ideo appellā-  
bat eam generali nomine, sororem, hoc  
est consanguineam suam ex patre suo;  
qui erat avus Saræ, cujus avia non erat  
genitrix Abrahæ. Quo fiebat, ut more  
Scripturæ Sara diceretur filia Thare,  
eo sensu quo David dicitur pater Abiæ  
sui pronepotis, 3. Reg. 15. & Nabu-  
chodonosor dicitur Baltasaris pater,  
ut Daniel. 5. & ex Matth. 1. Jesu Chri-  
sti filij David, filij Abraham.



## EXPLICATIO Gen. 20. in sensu morali.

Opinioni consulendum est.

**M**INATUS Dominus Abimelec,  
quod ausus esset Abrahamo  
tollere Saram, continuo resti-  
tuit illam, Saræque dixit: *Eecce mille  
argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in-  
velamen oculorum, ad omnes qui tecum  
sunt: & quocumque perrexeris memento  
te deprehensam, Quare ergo in velamē,  
seu in operimentum?* ut legit Pagninus,  
& ut Paraphras. Chaldaic. legit. *Pro eo  
quod miserim tollere te.* Septuaginta:  
*Ha tibi erunt in pretium faciei tue.* Exi-  
stimo consuluisse, ut velamen oculis  
emat, mulier enim, quæ sub aliena fuit  
potestate, etsi delicti immunis, sic eru-  
bescere debet, ut non nisi velata ince-  
dere deceat, non enim culpæ dum-  
taxat, sed æque culpæ apparentes ca-  
vendæ sunt.

In hæreditatem Booz ingressa est,  
Ruth, ut eius subveniret necessitati, cui  
Booz: *Cave ne quis noverit, quod huc  
veneris, Quare id præcaverat Booz?*  
Non dixerat antea: *Scit omnis populus  
qui habitat intra portas urbis mee, mu-  
lierem te esse virtutis?* Booz similiter  
non bene apud omnes audierat? Quid  
ergo refert, quod ex domicilio illius  
viderint egredi Ruth? coram Domino  
parum intererat, quoniam veritatem  
cognoscit, non parum coram homini-  
bus qui non aliter ac suspicantur, judi-  
cant cuncta. *Cavendi sunt,* inquit Jole-  
phus, *tales rumores, maxime si de nobis  
nihil oriuntur.* De Lisandro refert Eras-  
mus militem, qui recesserat ab exerci-  
citu, præcepisse, ac judicasse ple-

gendum, eique se non recedere ut li-  
bere posset furari, defendenti, respon-  
disse: *Ne rapturi quidem speciem volo  
habere.* Non sufficit non agere male,  
sed requiritur etiam cohibere discursus  
humanos. Non satis, quod non  
convincaris de culpa, sed requiritur  
etiam, quod de delicto nullus te arguat  
ut convincaris, necesse est quod pro-  
betur scelus, ut arguaris quod appa-  
reat est satis, eodem modo excusat  
scandalum virtus ac vitium, si istius  
speciem induerit forsitan illa.

Refert Titus Livius Dec. 1. lib. 1.  
quosdam Lucretiam consolari volen-  
tes, dixisse mentem peccare, non cor-  
pus, & unde consiliū abfuerit, cul-  
pam abesse, ipsam autem respondisse:  
*Ego me esse peccato absolvo, supplicium  
non libero, nec ulla deinde impudica  
Lucretia exemplo vivet.* Sufficit enim  
irretitam apparere libidine & si revera  
pudicam, ut non absolvarur à peccato:  
*Invenerunt me custodes, qui circumstant  
civitatem, percusserunt me, & vulnera-  
verunt pallium meum mihi custodes ma-  
rorum;* querebatur sic sponsa Cantic.  
cap. 5. Cum autem occurrerent illi fi-  
liæ Jerusalem. *Adjuro vos, dicit, filia Je-  
rusalem, si inveneritis dilectum meum, ut  
nuncietis ei quia amore langueo.* Quare  
non petit injuriam à custodibus pas-  
sam suo dilecto filias Jerusalem annun-  
ciare? timuit iram sponsi, ideo noluit  
de injuria sponsum moneri, ne simul  
sciret nocte extra domum fuisse, custo-  
dibusque occurrisse. Esset enim con-  
tra opinionem etiam audacia custo-  
dum, & ejus famæ non parvum autuli-  
set dispendium.

Oportet autem opinioni bonæque  
consulere famæ: *Nec est negligenda,*  
inquit Philo, *bona fama, res in unius  
vita utilissima.* Non enim satis est ad  
æstimationem malum non esse, si fama  
te malum prædicat, hæc enim est quæ  
homines generoso continet fæno, ut  
libere viam latam vitiorum currant:  
Nonnulli credunt Heli filios satis re-  
prehendisse, acriterque singillasse ar-  
bitratum esse, ut à sceleribus cohibe-  
ret ad melioremque reciperet frugem.  
Quomodo hoc, eum à Domino luc-  
rit severe punitus; sed quod reprehensio-  
ne condigna non singlaverit? Ve-  
rum est, quod in reprehendendo He-  
li defecit sed credidit sufficienter filios  
objurga velle, dixerat enim: *Nolite filij  
mei*

Opinioni  
consulendum est.

*mei, non enim est bona fama, quam audio.* Obiecit illis famam eorum esse in suis operibus vulneraram, sic autem viris ingenis cruciat vulnerari opinio- nem, ut cum fundamento pater crediderit, hoc solum satis, ut ab improbitate liberi recessissent, lætio namque opinionis generosis animis satis est, ut nil absonum aggrediantur, & ardua vincere aspirant: Tercenti viri, quos elegit Gedcon innumeros Madianitas viriliter invaserunt, & expugnarunt; Unde robur eximium? Abulensis: *Tulerunt tubas pro numero, id est tot, quot ipsi erant.* Tuba enim symbolum est opinionis & famæ, ideo tercenti milites valde strenuum animum demonstrarunt, miles enim optima fama armatus, & excitatus, millibus robore præponderat, satis ergo fuisse tercenti milites amore famæ agitati inimicorum innumeras acies invadere, & expugnare.

*Præsulibus necessaria valde opinio de illis opinio.*

Quamvis autem bonæ opinionis gloria omnibus sit proficua, præcipue tamen Præsulibus est necessaria ad obtinendam venerationem à populis: omnis enim, qui Apostolice dominatur opinioni studere debet ab omnibus comparandæ: *Non despiciat, inquit D. Ambrosius, quid de se unusquisque, & maxime vir bonus sentiat, nam negligere honorum iudicia, vel arrogantia vel dissolutionis est.* Quoniam ut inquit

Ex Genes. 21. *Dicitur civitatem vocari Bersabee: quia Abraham, & Abimelech ibi inierunt fœdus, atque iuraverunt.*

**V**ox *Bersabee* constat ex *Ber* quod significat puteum, & ex *Sabe*, quod tam septem, quam iuramentum significare potest: & utrumque signare Genes. cap. 21. Etenim Abraham septem agnas electas ex omni grege dedit Abimelec: ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum, & ideo vocabatur puteus septem: quia vero adhibito iurejurando percusserrunt fœdus, appellatus puteus iuramenti.

Respondet, ut conciliet textus, R. Aben Ezra nomen civitati Bersabee appropriari diversis principijs; Abraham enim imposuit nomen, à iuramento, quod fecit Abimelec; Isaac autem nomen hoc imposuit, quia fuit septimus locus, ubi aquas invenit. In c. 21. est

Tertullianus, præsidibus Deus præcepit, ut probum suum coram hominibus appareat, quid est enim, *lucceant opera vestra?* Aut quid nos Dominus lumen terræ vocavit? Quid civitati supra montem constitutæ comparavit? Cum Moyses de monte descendisset in vallem, totus visus est resurgere, quasi in cœlestem virum se convertisset: *Cumque descenderes Moyses de monte Sinai ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio Domini:* Quare Moyses tunc lucis radios emittit, cum descendit de monte? Quare non resurget cum in sanguinem mutabat Nilum? Quare cum Oceanum exsiccabat? Quare cum terram, floribus, aëremque culicibus replevisset, vel primogenitos percussisset? Quare cum descendit? Quoniam descendenti de monte opus erat Moyse veneratione, optimaque fama apud homines. Quoniam venerat legem hominibus intimare, ideo oportuit tunc faciem ejus radiare, frontemque, luce effulgere, ideo non antea cum elementa transmutabat splenduit, sed cum ex munere legem venerat intimare descendit transfiguratus, ut apud homines summam compararet venerationem; Præfulem enim luce non radiantem bonæ opinionis nec valere legem intimare, nec improbos emendare compertum est experientiâ.

Genes. 26. v. 33. *Et nomen urbi impositum est Bersabee, usque in presentem diem a puteo invento.*

dictio *Saba* cum Kames quod iuramentum denotat; sed in secundo est cum Segol *Seba*, quod utrisque claudit, iuramentum scilicet, & septem.

Rabbi Moyses Ben Israël asserit, quod idem nomen impositum est civitati ab Abraham, & Isaac; sed nomen impositum ab Abraham, non radicitus perseveravit in civitate: quando autem iterum Abimelec fœdus iniit cum Isaac, instauratum est nomen Bersabee, & stabile semper mansit. Quod indicant verba Genes. cap. 26. *Usque in presentem diem.* Vel dici potest Abraham nomen imposuisse loco, ubi puteum invenit atque iuravit; Isaac autem omni civitati, quod constat ex Hebræo, quia in c. 11. ponitur, *Macon* id est locus: in c. 26. dicitur *Hair* id est Civitas.

Ex

Ex Genes. 21. *Abraham fœdus inijt cum Abimelech.*

Exodi 23. *Cum Gentilibus prohibitum est.*

Vide caput 26. Genes.

Genes. 21. *Dixitque Abraham ego iurabo.*

Matth. 5. *Prohibitum est iurare.*

Vide caput 26.

\*\*\*\*\*

**E X P L I C A T V R**  
*Genes. 21. in sensu morali.*  
*Declaratur religio iurisjurandi.*

**I**SUS est Abimelech, si iurisjurandi interponeretur religio, tranquillos fore servos utriusque, & contentionem litesque super puteo, quem abstulerant ei finiendas, sic habita est apud omnes juramenti religio, ut si se juramento adstrinxisset, etiam barbarus nullum Isaac metuendum esse iudicavit periculum. Non aliam reddit Epiphanius rationem, ut jus quo Hebræi à Chanaanais terras abstulerint bellum moventes, iustificaret & simul convinceret Manichæos ore blasphemio Dei iustitiæ crimen impingentes. Noë enim ab uno quoque filiorum per iusjurandum benevolentiam exegit, quod quidem, erepta per vim fratribus regione, Chanaanæ violaverunt, ideo Deus post multas postea generationes iustus existens, ulciscitur iurisjurandi transgressionem. Tanti habita semper fuit apud Deum antiqua juramenti religio. Ideo enim Saulem morte viros de filiis ejus septem cruce damnavit, quia Saül iusjurandum, olim inter filios Israël, & Gabaonitas pactum violaverat. Si ergo, inquit Chrys. Psal. 14 post sexcentos annos Deus iusjurandum vindicavit, & cum alij iurassent, alijque iusjurandum violaverant, poenas dederunt, quid patiemur qui pejeramus.

Advenæ vocem hebreæam *Nisbagli*, quod est iuravit, etiam denotaret septem, qui numerus denotat pluralitatem, ab hoc ergo numero deducitur iurare, ut doceamur iusjurandum fieri non debere, nisi septem, id est multis,

& gravibus causis, maximaque consideratione. Unde D. Cyril. statutum fuisse à Romanis, inquit, neminem perlanum iurasse, nisi præsentem senatum, ut sic homines retraherentur à iurejurando, & non nisi ex urgente causa iurarent. Similem aliam legem Romanorum refert in Problem. Plutarco. qua statutum erat, ut iurare per Cererem nullus auderet, nisi in templo clamide indutus, & cereum accensum manibus tenens, ut omnibus ceremonijs ijs excitatus, quid ageret, posset perpendere. In Capadociæ urbe Trana fontem fuisse Aristot. in Ethicis refert, cui si assisteret, qui pejerasset, protinus adversus eum, quasi indignatus commovebatur; & in vultum illius aqua profusillente, perjurium manifestabat.

Causam urgentem necessariam esse, ut quis iuret, inquit Theodoretus. Puto, inquit, divinam legem statuere, ne quis nomen Dei pronunciet sine aliqua ratione; & necessitate, ideo à juramento, qui decimum quartum non impleverint annum, jus excludit præsumens maturo carere iudicio. Quo respexit Cornelius Papa, cum decrevit neminem nisi jejunum iurare auctere, ne cibi vaporibus perturbaretur ratio. Non enim decebat juramenti Sacramentum aliter celebrari. Nisi dicamus visum esse necessarium ad iurandum, atque ad Eucharistiæ sumptionem. *Honestum videtur*, sancivit summus Pontifex, suo decreto. cap. *Honestum* 22. quæst. 5. *ut qui in sanctis audeat iurare, jejunus faciat cum omni honestate, & timore.* Sic apud omnes fuit iusjurandum venerationi, ut piaculum etiam Ethnici credant fidem juramenti violare.

Permisit Pharaó iustissimo & imperavit Josepho extra fines recedere Ægypti in terram Chanaan ut patrem suum tumulo daret; *Ascende, & sepeli patrem tuum.* Alius Pharaó prohibuit populi

*Nullum nisi jejunum posse iurare decrevit Cornelius Papa.*

ab Ægypto recessum, nec permittitur trium dierum iter ut Deo offerret sacrificia in deserto. Quare Pharaos Josepho præcepit exitum ab Ægypto, in terramque Chanaan voluit arripere iter, & Pharaos nec breviter populum egredi ab Ægypto permisit? Ratio est; quoniam populus veniam petijt, ut in deserto sacrificaret, motivum autem sacrificiorum Pharaos non credidit esse sufficiens ut pro brevissimo tempore populus egrederetur de Ægypto Josepho autem iter arripiebat, ut patrem funerali obsequio honoraret, cui non resistendum arbitratus est Pharaos; sed quare reluctatur populo Deo victimas immolare volenti, & non repugnat Josepho tumulato parentem? Rationem reddit textus: *Ascende & sepeli patrem tuum, sicut adjuraturus es.* Sciverat Pharaos Josephum juramento fuisse obstrictum parenti ad ipsius corpus extra fines Ægypti tumulo dandum, ita ergo maximum arbitratus est Pharaos vinculum juramenti, ut erubuerit etiam barbarus in causa esse juramenti violandi, ideo non solum facultatem noluit negare, verum Josepho præcepit ab Ægypto recedere de celebrandis exequijs acturo, juramentique fidem Deo & parenti religiosè observaturo, horruit enim Pharaos quamvis idolatra concurrisset ad perjurium; violatio namque juramenti scelus est etiam Ethnicis abominabile & grande. Optime Abulensis ad hunc locum: *Quia adjuratus es à patre tuo, quod non potes transgredi, permitto te ascendere, quia alias non permisisset te ascendere, cum sis valde necessarius pro negotijs regni.*

3.  
Injurandum religiosè mittitur.

Jusjurandum religiosè emittendum ad sunt justissimæ causæ comprobant sanctorum patrum exemplum, qui veritatem juramento firmarunt, sed æque religiosè ab illo abstinendum deficientibus justificatis motivis, unde severe sunt corripendi qui ex depravata consuetudine temere jurant nulla necessitate compulsi. *Qui ad paululum pecunia pejerat, num is videtur obligare Christum, si sola res periclitaretur, si concitetur infamia, carcer & mors?* Asserit D. Cyprian. veretur enim facilitimum ad fidem negandam, qui sine ulla necessitate nullum profert verbum nisi juratum; Proh dolor quam facile nomen JESU in falsum adducere so-

lent, Christiani, quoties jactant in minas, quod abhorrere tenentur qui religione nostra mediocriter sunt initiati, facile fidem Deo in juramento promissam improbi violant, justii autem observantissimi sunt. Postulavit pater senex Jacob à Joseph ut cadaver ex Ægypto delatum sepeliret in terra Chanaan, quamvis autem filius annueret, adhuc obstringit iureiurando: *Jura ergo mihi*; quasi promissionibus filij non credidisset, nisi adderet juramentum, fidemque Deo servandam. Sed quare non à cæteris servis juramentum exposcit Jacob, sed à Joseph extorsit dumtaxat? Quoniam solus Joseph purus, & innocens vira fuerat, ideo Joseph dumtaxat adjurat, minus namque fideret Jacob, de cæterorum iureiurando, quam de juramento Joseph, qui namque puritate vitæ non fulgent, sicut faciles sunt in iurando, faciliores se exhibent in iuramenti fide violanda, Joseph autem quia iustus sicut sine necessitate non contingeret ipsi iurare, sic nullo prætextu urgente causa deficeret à iuramenti impletione. Ideo ergo toties aliqui juramentum solent violare, Deique sacrosancto nomini iniuriam inferre, quia levi vel nulla ex causa ore immundo, audent nomen JESU proferre, cum etiam Ethnicis ab hoc scelere abstineant.

Improbi juramenti fidem facile violant.

Cum Dominus foret in patibulo affixus, causam eius pro libitu Judæorum Pilatus scripsit: *Quod scripsi, scripsi*: Sed illico difficultas se offert, quare Pilatus dignitate constitutus sublimi depressus est, ut titulum scriberet in patibulo? Non sat fuisset eorum cunctis proferre causam supplicij? Quare ergo manu titulum voluit scribere? Quoniam non ausus est ore proferre *Jesus Nazarenus rex Judæorum*, ideo calamo, manuque inscripsit. Quare manus Pilati nomen JESU audeat scribere, & os eius formidat sacrosanctum nomen proferre? Ratio est, quoniam Pilatus os habuerat immundum, cum iniustissimam protulisset sententiam, manus autem licet falso credidit Pilatus innoxias, lavit enim manus dicens; innocens ego sum, ideo ergo Pilatus nomen JESU in patibulo scripsit manu, quam credidit esse mundam, sed non est ausus ore proferre, quod esse pollutum viderat iniqua probata sententia;

tentia; etiam Ethnicus per os immundum ausus non est alludere nomen IESU, cum non decidat ab ore Christi.

Ex Gen. 22. *Tentavit Dominus Abraham.*

August. tom. 2. q. 77. super Gen. lib. 1. ait, locutione Scripturæ solent dici *tentat*, pro eo quod est *probat*. Tentatio vero illa, de qua Jacobus dicit, non intelligitur, nisi qua quisque peccato implicatur. Unde Apost. ad Thes. 3. dicit. Ne forte tentaverit vos, is qui tentat. Nam & alibi scriptum est, tentat vos Dominus Deus vester, ut sciat si diligitis Deum. Deut. 13. etiam hoc genere locutionis *sciat*, dictum est, ac si diceretur, *ut scire vos faciat*: quoniam vires dilectionis suæ hominem latent, nisi divino experimento etiam eidem innotescant. Idem ex Rabbini tradidere R. Moses in suo Directorio l. 3. c. 24. R. Aben Ezra, & Gerundensis.

Ex Genes. 22. *Postquam adoraverimus, revertetur ad vos.*

CANUS lib. 2. de locis Theologicis, inquit, sunt alij contra, quibus ego libenter assentior, qui admittunt quidem Abraham ea ratione fuisse mentitum, quod contra mentem dissimulandi causa locutus est, prophetae autem, quia dixit verum, quod tunc scilicet ignorabat.

Thomas Anglicus c. 22. in Gen. respondet, quod illud Abraham dictum potest verum esse ex conditione communiter subintelligenda, vel subintellecta, scilicet, si vita comēs fuerit, aut si Deus voluerit: Potest etiam dici Abraham non proprie, sed figuratè ita esse locutum, utendo scilicet plurali numero pro singulari, quod frequens est & in sacra, & profana loquendi consuetudine: Dixit itaque: *Revertetur pro Revertat*, ut ea verba servi proprie accipientes, nihil de eo, quod facere parabat, possent suspicari, verbaque ista dixisse captiosè, non mendaciter quod dixerat: D. Ambrosius sic interpretatur lib. 1. de Abraham cap. 8. D. Augustinus alias tradit expositiones, quas videre licet ser. 1. de Imm. Isaac, qui est 72. de Tempore, & Cajetanus similiter hic cap. 22.

stianorum nomine IESU, profertur execrationes, & minas, sacrilegæque ac fallæ mendaciæ.

Jacobi 1. *Deus neminem tentat.*

Sed his omissis, vide de Abraham tentatione D. August. lib. 16. de Civit. Dei c. 31. Ambr. l. 1. de Abraham c. 8. Pyram Chryso. Hom. 47. in Genes. Quis est (inquit) tentabat? Non quod ipse ignoraret, tentatione illam probavit, sed ut hi, qui tunc erant, & qui ab eo tempore usque ad præsens istud, ipsam Patriarchæ desiderium, & obedientiam in præceptis Dominicis præferre discant. Vide D. Bern. ser. in c. 19. Matth. Orig. Hom. 8. in c. 22. Gen. D. Thom. 1. p. q. 4. art. 2. D. Greg. tom. 1. l. 28. cap. 5. Ferunt hic: Ex quibus deduces, Deum tentare, & Diabolum etiam tentare, illum, ut hominem coronare possit; istum, ut subruat, evellat, & hominem deleat.

Ibidem: *Tolle filium tuum, &c. & offer cum in holocaustum.*

\*\*\*\*\*

EXPLICATUR  
Genes. 22. in sensu morali.

S. I. *Princeps omnibus sit æqualis.*

**T**si Deus cognovisset ex corde à Patriarcha Abraham fuisse dilectum, tentavit illum, ejusque probavit amorem, inquit Theodoretus, ut omnes ignorantes doceret, quam iusta de causa Dominus redamaverit eum, & juxta merita ad sublimem dignitatem evehcti Christi originis ex semine illius ducendæ fuisse exaltatum; ut sic homines, & Principes, præsertim doceret erga omnes vassallos æqualitatem servandam, & à meritis dumtaxat flectendos.

Hoc describere voluit Romani, cum cordi Principem comparabant, ut talis fieret vassallis, quale se exhibet corpori humano cor, unde sicut cor propè ventrem medio in corpore affidet, ut membris omnibus æquè sit Præsto; sic Princeps collocatus in medio, ut omnibus æqualiter sit auxilio. Interrogatus quidam Gymnosophista ab Alexandro; referi Diod. Sic. in vit. Alex. qui æquè possit imperium regere, bubalam, eamque aridam pellem

pellem posuit in medio, de superque obambulare cepisse scribitur. Cumque aliunde compressa, aliunde & is motus circumquaque fieri videretur, in ea tandem media fixisse pedes, unde & omnes extremarum partium partes quasi frangere restituisse firmas, ut admoneret imperij universi fines obsequentes habere mallet, imperij medium sibi tenendum, ut sicut à centro ad omnes circumferentia distantias æquales linea ducuntur, sic à Principe æqualis erga cunctos vassallos amor circumferatur.

Sed quid hæc? cum satis sit Christi Domini repetita institutio, semper enim medium Dominus affectavit; in medio Doctorum interrogavit, medius ad baptismum stetit; medius pendit in cruce, inter bonos, & malos, justos & peccatores semper est medius, ut ex positione corporis innuat æqualitatem affectuum, & Principes instruat, nec Princeps enim, nec respublica felicitate vigebit, si Principis vultus inæqualiter auendatur: unde de suo Joye Virg. lib. 10. *Æneid.*

*Rex Jupiter omnibus idem.*

*Frangit Princeps inæqualitatem extremam affertur.*

*Facta est autem contentio quis eorum videretur esse major, inquit de Apostolis Evangelista, id est, aprior ad præsidendum, exponit Lyra; ex quo colligitur singulos spe non caruisse ad Principatum Ecclesiæ: sed quo pacto? si Joannes præ omnibus erat dilectus, si præ omnibus Petrus commendabilis erat, quo potuit firmari spes cæterorum? Ratio est, quia Christus Dominus, Principum rectissima regula, sic Petrum & Joannem cautè prosequabatur amore, ut nullus crediderit minus amari, idèd æqualis in cunctis spes prælatuæ vigebar, quia æqualem in Principis beneficentiam recognoscebant: *Facet meliores, inquit Divus Bonavent. de sex alis capit. sexto, in affectu præferendi sunt minoribus, in actu tamen exhibitionis exterioris taliter se gerat ad omnes ut nullus se ab ea contentum præter alios suspicet.**

*Æqualis pauperibus & potentibus sit Princeps.*

In summi Sacerdotis rationali præloso præcepit Deus omnes tribus insculpas esse, vestem pariter, qua in Sancta Sanctorum semel licebat ingredi in anno, variegatam, & distin-

ctam varijs fore coloribus: sed quare hoc? Ut disceret Pontifex omnium æqualem esse parentem, idèd in corde & literis iisdem ultima tribus, ac prima erat insculpta, non solum filii liberae Lix, sed etiam liberi ancillæ Zelphæ; variegatam vestem induebat, non solum candidam, flavam, atque caruleam, qui quidem colores elementis tribus respondent, aëri, aquæ, & igni, sed etiam fuscam, cujus color humilem terram adumbrat, ut à coloribus Pontifex doceretur, eodem sibi reponendos non tantum potentes, qui instar ignis ascenduntur in pauperes, velut fulmina; divites, qui instar aëris inde variegantur prosperitatum; nobiles, qui instar maris ambarum producentis & margaritas, super astra exaltantur; sed etiam miseros, qui instar terræ tribulis, & spinis transfossa à serpentibus dilacerantur, à nobilibus nempe & potentibus mundi, omnes portare in corde Pontifex summus tenetur, ut eodem amore nobiles prosequeretur & pauperes, eadem dilectione respiceret nepotes Levi, & Juda; ac filios humilis Isachar, & pro cunctis æqualiter adleret incensum: *Justum erant, inquit Divus Hieronymus, ut Pontifex Dei creaturarum omnium typum portans in vestibus, non pro parentibus, & propinquis, sed pro cuncta creatura & voce, & habitu prædaretur: Discat Princeps, si ve quicumque in domo sua superior temperare, & vincere affectus constitutus in medio, sicut index in horologio, qui signat æqualiter horas, cunctisque est æquè vicinus, si nolit inter subditos seminare discordias, & pacem velit conservare in familia.*

In sole collocavit Deus tabernaculum suum; quare in sole? ut Principes æmulari solem, qui præfidet luci, doceret; cujus radij antipodis non negantur, quamvis subjiciantur sub pedibus nostris, nullus ab ejus calore se abscondit: Sol, inquit *Ægid. de reg. Prin.* imitandus à Principe, qui non semper in coeli apice super verticem hæret, sed inde ad occidentem se dimittit, ac radijs suis loca etiam abscondita introspicit, non solum regias domos illustrat sed humiliata tuguria, sic Princeps potentibus, & humilibus æqualiter favoris communicat radios.

2. *Rex justitia ignoret affectum.* Tres civitates distribuit Benjaminis Josue cap. 18. quarum una veritas appellatur, alia sapientia, & altera æqualitas; Quare hoc? Quia tribus Benjamin erat Principum tribus, qui autem nascitur Princeps sicut veritate, & sapientia debet æqualitate fulgere; & justitiæ pulchritudine allectus carnis & sanguinis vincere affectus: De Melchisedech inquit Divus Paulus fuisse, *sine patre & sine matre, & sine genealogia.* Quomodo hoc, si ut nonnulli credunt fuit Seth, cujus avorum seriem tradidit Scriptura? Quia non cognovit cognatorum amorem, ideo appellatur rex justitiæ, *Melchisedec rex justitiæ*, si autem cognosceret parentelam, non servaret æquitatem justitiæ, aut æqualitatem amoris, nec dignus tanto cognomine foret, justitia enim nec amat, nec odit, rex ergo justitiæ appellatur, quia amoris & odij ignoravit affectus.

S. II.

*Principis inæqualitas in subditis querelas doloremque parit.*

3. **Q**UANDO in Principe datur aliqua specialis affectio in unum magis quam in subditum alium propendens, rumpitur charitatis concordia, cum se videant alij apud Principem amore inferiores, quod nequit fieri sine eorum mutuo cruciatu; Dominus ideo singularitatem celare semper optavit; vocavit Moysen allocutus in monte, & inquit textus fuisse caligine operum: *Operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini super Sinai, regens illam nabe.* Quare regitur nube? quoniam favor, quo Moysen Deus prosequabatur, singularissimus erat, ne ergo ex singulari favore cæteri turbarentur, operuit nubes Moysen in monte, Principis enim erga aliquem singularitas tinea est, quæ charitatem communitatis corrodit, & corrumpit unitatem & pacem, nec est quod sic firmet, quam erga omnes æqualitas.

*Pacem firmas inter vassallos æqualitas Principis.*

Venit Christus Dominus consolaturus discipulos, qui nimia laborabant tristitia de morte Magistris acerba, & inquit Divus Joannes januis

clausis intrasse, & in medio omnium positum esse: *Venit JESUS januis clausis, & stetit in medio.* Quare Dominus non ad Joannem, quem diligebat, accessit? Cur non Petro magis propinquat, qui caput erat Ecclesiæ? Quare in medio? Quoniam venerat Christus perpetuam firmare pacem, & stabilire, in Ecclesia, ut inquit Dionysius Carthusianus, venit JESUS corda turbata discipulorum sedare, *Pax vobis*, ut autem pax vera sit, & non sicut mundus dat, falsa, stetit in medio discipulorum, ubi æquè à cunctis distaret, si namque amore pressus inclinaret magis in Joannem, aut Petri motus auctoritate in ipsum propenderet, non pacem introduceret, sed domesticum bellum, quævis enim exceptio collegij Apostolici communem turbaret pacem; ideo stetit in medio, ubi omnibus erat æqualis, solent enim Principum favores tincam alere invidiæ; unde Isaias quando dixit à Domino singulariter esse dilectum: *Dominus meus auxiliator meus*, statim subdit odium ortum esse, & adversus illum invidiam; *Eccæ omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedit eos*, ex singularitatis namque favore tinea generatur invidiæ, & in alijs dolor, & querimonia.

Apparuit undecim discipulis Dominus, donaque Spiritus Sancti donavit, dicens: *Insufflavit & dixit: Accipite Spiritum sanctum*; postea venit discipulus Thomas, cui cæteri Apostoli se vidisse Dominum tradunt: *Vidimus Dominum*; sed nil præterea dixerunt: Quare non dicunt sibi plura dona largitum? Quoniam fidelitate vacillare Thomam viderunt: *Nisi videro in manibus ejus fixuram clavorum non credam*: Timuerunt autem ultimam Thomæ desperationem, extremamque Apostoli ruinam, si assererent illis dona concessa, cum Thomas nec apparitionem Christi obtinuerit, quoniam se præpositum alijs in donis videri, seque fore apud Magistrum amore inferiorem, erat ad præcipitium Thomæ ultima, & proxima dispositio, quoniam inæqualitas favoris in Principem nequit esse sine subditi ruina, cui contingit minus favere.

Cum Debora reportasset de rege Chananzorum victoriam, in gratiarum

rum actionem canticum edidit pro victoria, ubi omnes tribus fortes in bello appellavit, & magnanimas commendavit incipiens à tribu Ephraim: *Ex Ephraim delevis eos, &c.* Sed quo pacto tribus alias Debora citra veritatem commendat? Cap. enim quarto Iud. traditur solas Zabulon & Nephthalim tribus auxiliare Debora fuisse, pugnasque in bello contra regem Chanaan, ibi: *Qui occis Zabulon, & Nephthali ascendit cum decem millibus pugnantium.* Quare ergo cæteras tribus fortes Debora appellat, quæ ad bellum minimè fuerunt egressæ? Quare has etiam encomijs extollit? Rationem reddidit Caietanus, quoniam Debora iudex erat, & Princeps cunctarum tribuum, idè non solum in prælio pugnantes, sed alias tribus commendat, ne duas laudans dumtaxat, in alijs generaret dolorem: Consentaneum fuit, inquit Caietanus, ut Debora iudex in publica laude illarum tribuum, quæ adfuerant, inseruerit pro bono pacis, solet enim in similibus eventibus quælibet exceptio acceptiove communem pacem turbare. Optima ergo gubernandi methodus eo sira est, ut Princeps æqualitatem dilectionis semper observet, & singularitatem pluribus velis occultet, aliter unitas pacis turbatur, Principis amor in vassallis minuitur, & communis æquitas laceratur.

Inter solis radios solum dicitur Deus locasse; *In sole posuit tabernaculum suum.* Quare in sole? Ut æmuletur solem Princeps, voluit Deus, cum munus apparuit exercere rectoris, collocare solum in sole, is enim cum æquali moderazione radios spargit, cuncta creata fovet; si vero radios adunat, orbem incendit, sol ergo debet Princeps in beneficentia apparere, inquit Philo de Creat. Principis; *Æqualitas, lumen clarissimum, sol, ut ita dicam, factitius:* Si namque æquali trutinæ favores in vassallos omnes distribuat, Respublica in dies florebit; si verò æqualitatem non servet, non calorem, quo vassalli foveantur, sed invidiæ ignem voracem, quo cuncti reducuntur usque ad favillas infelicitè dispensabit.

De Fratrum hostilitate querebatur sponsa; *Filij matris meæ pugnaverunt*

*contra me:* Ut quid hoc? quæ charitatis schola sicut domus sponsæ, ubi dumtaxat aderant fratres? Si credimus Quintiliano decl. 141. nulla amicitia potest esse tam foelix, ut imitetur fraternam, sic stricto amoris vinculo fratres inter se colligantur, ut *frater* idem sonet ac *ferè aliter:* *Quis amicitior,* inquit Sallustius in Iugurtha, *quàm frater fratri? aut quem alienum fidum invenies, si tuus hostis fuerit?* Quomodo ergo dolet anima sancta quod à fratribus oppugnetur? Unde inter fratres odium pullulavit & sæviit? *Posuerunt me custodem in vineis,* ubi anima sancta singulariter fuit ad regimen & favorem vocata in se unam fraternas commovit iras, & manus armavit, favoris singularitas, & sponsi inæqualitas commovit fraternum odium, incendium & pyram paravit, flammæque suscitavit, quo tota familia sponsam incendere vellet: *Pugnaverunt.*

In necem Joseph conspirarunt invidi fratres, miserunt autem tunicam innocentis sanguine plenam; Quare in Jacob tam crudeles? Quare post lumen ejus oculorum extinctum odio recrudescente tunicam coram eo reponunt, ut sit seni seminarium doloris? Ut causam exprimerent odij, fuit tunica polymita insignie specialis amoris in patre; *Fecitque ei tunicam polymitam,* Ut ergo instituerent parentem, ab ipso fuisse Joseph crudeli pietate interfectum, tunicam remisissent, manus enim quæ fecit tunicam polymitam, ut Joseph præferret alijs amore, ea fuit, quæ sanguine aspersit, & filij fuit homicida, & causa inter fratres discordiæ, ut communiter solet Ovid.

*Fratrum quoque gratia rara.*

Quare Christus cor non donavit in testamento, sicut legavit & alia? Matrem Joanni, hunc illi, Patri spiritum reliquit in testamento; quare non cor? quia Principis erat cor, *Regnavit à ligno,* & cor Principis cunctorum est æqualiter vassalorum.

## §. III.

*Principis erga unum singularis, & nimius amor ceteros cruciat ex supercilio dilecti.*

**M**INISTRI primi supercilium, & fastus superbus consistere nequit sine clamoribus vassallorum. Refert Seneca de Consol. ad Marc. capite vigesimo secundo, de Sejano quendam dixisse, *Sejanum in cervices nostras nec imponi quidem, sed ascendere.* Tantam tibi familiaris regius arrogavit auctoritatem, quod non ab Imperatore capitibus fuit suppositus, sed ipse ascendit; & tunc Respublica perit. *Decernebatur, inquit ibi Seneca, illi, (intellige Sejano) Statua in Pompeij theatro ponenda, quod exustum Caesar respiciebat, tunc verè theatrum perire.* Nil namque sic cruciat vassallos, quàm unum pluribus alijs æqualem Principis auctoritate æquaverit Majestatem. Audita est in Jordane vox Patris Christum Dominum Filium esse dicentis: *Hic est filius meus dilectus,* Nullus autem consternitur ex circumstantibus, additur eadem vox in monte Thabor: *Hic est filius meus dilectus;* & tamen discipuli prosternuntur, & quasi deficientes ceciderunt in facies: Quare in Jordane vox cœli delapsa circumstantes non terruit, & in Thabor Apostoli pariuntur deliquium? Quoniam in Jordane primum Christi ministrum Baptistam sine majestate intuebantur, recusantem baptizantis auctoritatem, idè adfuit Apostoli baptismo sine pavore; in Thabor Moysen & Eliam respiciunt æquales majestate cum Christo, *Visi in majestate,* idè discipuli ceciderunt in facies, passique fuere deliquium, nil namque sic subditos, vassallosque terret, quam nimia ministrorum majestas, & cum Principe auctoritatis æqualitas. *Timuerunt valde discipuli,* inquit Damascen. *Orat. de Transf. Majori timore obfessi sunt Salvatorem, ac Dominum cum Moysè, & Elià intra nubem conspicientes.*

Et quidem quamvis singularitas Principis dilectionis erga unum ceteros affligere soleat, sed æqualem con-

spicere ministrum Principis majestati cruciat & eviscerat cunctos vassallos. Tres Dominum Apostolos in montem Thabor assumptis cæteri perceperunt Apostoli: *Assumpsit Jesus Petrum Jacobum, & Joannem,* & tamen Scriptura non refert relictos Apostolos invidia tabuisse, aut manifestasse dolorem. Præcepit Christus Dominus Petro, ut pro se, & Christo daret didrachma, solveretque tributum: *Da eis pro me, & te,* ubi hoc cæteri discipuli audierunt, commoti sunt inter se æmulationis contentione subortas; *Quis eorum videretur esse major:* Quare cum singulariter ad Transfigurationis visionem tres elegit Apostolos Christus relictis alijs non concitatur seditio, & audita solutione tributi excitatur contentio? Quoniam tribus præ alijs Apostolis ad gloriam Transfigurationis assumptis erga tres Christus singularitatem exhibuit, sed in solutione tributi Petri æqualitatem cum Christo, quoniam sub eodem pretio cadebant, pretioque æstimabantur æquali minister & Princeps, ideo ceteros rebellavit, & seditione commovit, singularitatem dissimularunt, cum verò æqualitatem respiciunt, & æqualem cum Principe Petrum, & ad unum esse delatum honorem tunc nimium doluerunt, & proruperunt in contentionem: *Quis eorum videretur esse major:* nil enim sic cruciat vassallos, quàm videre ministrum æqualitatem affectare cum Principis majestate.

Sed quid esset, si majori quàm Princeps minister auctoritate fulgeret? Hoc nimium & undique terreret vassallum; Vidit Dominum D. Stephanus summo gaudio perfructus: *Ecce video caelos apertos, & Jesum.* Vidit Jacob Dominum in scala, sed nimio fuit favore perterritus: *Pavensque inquit, Quam terribilis est locus iste!* Quare Stephanus videns Christum gloriosum non cruciatur timore, & Jacob videns Deum pavore conterritus. Ratio est quoniam Stephanus Christum dumtaxat respexit gloriosum stantem à dextris virtutis Dei, Principis autem gloria non generat in vassallis pavorem, sed potius lætitiâ parit & gaudium, Jacob autem innixum Dominum vidit scala:

4  
Nimi mi-  
nistrum cum  
Principe  
auctoritas  
eviscerat  
cunctos  
vassallos.

Nimium  
alios terret,  
si unus vas-  
sallus Prin-  
cipem ex-  
cedat au-  
toritate.

*Dominum innixum scula, & Angelos ejus ministros in majestate gloriosos: Angelos autem Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scula, cum Angeli perambulabant gloriosi, Princeps fatigatus sustentabat scalam, ideò terret pauper Jacob, qui lapidis pulvinar tantum capiti supponebat, intruens ministros majori cum gloria, & Principis majestatem longissimè superantes, cum autem ministri Principis auctoritatem excedunt tyrannidem pauperes patiuntur vassalli, ideo conteruntur pavore, sicut Jacob respiciens scalam: pavensque inquit, Quam terribilis est locus iste! Et ratio est, quoniam non adest summa ministri unius majestas sine cæterorum cruore, & tyrannica fatigatione. Senatores Romanos Martialis momordit, quorum manus preciosis lapillis ornatae miseros atterebant vassallos.*

*Cujus & hinc lucet sardonychata manus.*

*Nimia unius majestatis cæterorum comparatur lauro.*

Et conqueritur Plinius lib. 2. cap. 63. dicens: *Quot manus atteruntur, & unus nitescat articulus: quot fatigantur querentes lapillos, quot nimio labore zelantes, & omnium horum sudore emittitur unius articuli splendor, sic pariter fulgor nimia majestatis ministri comparatur tyrannide miserorum, & ejus opulencia vassallorum inopia. Quando David in superbiae tumorem elatus numerare tentavit regni vassallos, in sceleris poenam pestem immisit; verum placato Domino nec tribus diebus duravit plaga; Populum Deus afflixit fame, verum tribus annis regnum vexavit: Quare sacrificijs David rescinditur pestis, & non extinguitur fames? Rabbi Salomon, & David Kimi asserunt non tam ex divino supplicio, quàm naturaliter ex Principis inordinato regimine provenisse; Quoniam David dabat omnia munera, inquit, sua uni solummodo Sacerdoti Hira lorathitha, qui vocabatur Sacerdos David, ideo fames tribus annis duravit, quia ministri unius summa opulencia nequit consistere sine vassallorum fame, & inopia. Hujusmodi damnium deploravit Salvanus libro quarto, de Prou. *Ut paucis, inquit, illustrentur mundus everti-**

*tur, unius honor orbis excidium est. Dum enim unum præ cæteris habet charum, & regi hic non temperat affectus exitium est, & ipsi, quem præ alijs dilexit, ruina.*

Asiatici animadvertentes, teste Plutarcho in Lys. Agesilaum vexisse Lysandrum ad regnum Spartanum, eoque familiarissimè usum esse, spreto rege ad Lysandrum confluxere: Idem continget Principibus cunctis, qui erga primum ministrum non frænaverint auctoritate dominationis excessum amoris, & singularitatem affectus: Mucrone diro lanceæ vulnerari voluit Christus Dominus latus, prævidit ictum, & liberè amavit, ut adhuc exanimis mereretur: *Lancea latus ejus aperuit.* Quare latus Christi fuit cuspidè punctum? Rationem reddidit sacer Textus, quia supra pectus Domini in Cœna Joannes recubuit, Joanni præ alijs pectus Domini singulares favores communicavit, lanceæ ergo percutiatur mucrone, quia latus Principis, (cujus munus Christus in crucis solio exercebat, *regnavit à ligno Deus*) quod deberet esse cunctis commune, fuit uni singulariter deputatum, ideo lanceæ patitur dirum mucronem, quia Principis cor solet lethaliter vulnerari, cum uni affectu ligatur. (Totum discursum intellige moralissimè dictum.)

*Princeps nullum elevet ad culmen honoris & amoris.*

Amor ex communicatione originem ducit, & progressum nanciscitur, sed solet quandoque generare despectum, ideo Princeps communicari debet vassallis, ut ametur, sed sic temperatè, ut non pariat communicatio contemptum, omnes alloqui majestatem non decet, & omnes tractare exposcit officium; ne ergo Princeps aut vassallos inaccessibilitate defraudet, aut majestati familiaritatis opponat despectum, oportet ministrum eligere; qui sit Principis viva vox, ne vox majestatis fiat vulgaris, & quia is lateri regis est immediatus, decet majorem à Principe honoris participare splendorem, & ab illo in cæteros redundare, sicut Sol in Lunam, stellas, & cætera astra refundit luminis radios, sed participatione inæquali, quia Luna immediate

*Minister Primus splendorem recognoscit à Principe participat. li.*

diare à sole, tanquam illius substituta primæva, & ab hac astra & stellæ, sic primus minister splendorem à Principe recipere debet, & ab hoc ceteri, sed omnes cum reflexione ad Principis majestatem.

*Primum  
ministrum  
Principis  
venerabile  
ceteris red-  
dat.*

Et quidem oportet Principem primum ministrum autem venerabilem reddere; ut regis præcepta ex instrumeto, & ministri voce, qua loquitur, non vilipendant. Inter omnes servos fidelissimos Dei solum Moysen opertum fulgoribus sacra pagina refert; *Cumque descenderet Moyses de monte Sinai, ignorabat, quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini.* Quare ergo non resplendet Elias, cum nubes clauderet, ne terræ dedissent imbres, regerque compecebat? Cur ergo Moyses solus est radiis solaribus redimitus? Ratio est; quoniam Moysen elegit Deus dumtaxat ut primum ministrum, quo cum loquebatur populo cuncto spectante, ut aliis promulgaret statuta divina, & intimaret resolutiones divinas, cum Moyse Deus conferebat decreta, ipse postea populo manifestabat, ideo quia Moysen ad familiaritatem elevaverat Deus, populo exhibuit radiantem, ut redderet venerabilem; primus enim minister est Principis viva representatio, ideo oportet ministrum fulgere, ne in ipso rex obscuratur, & maculam patiat in imagine sua; si namque Alexander dumtaxat voluit ab Appelle depingi, ne appareret deformatus in linteo, quomodo patietur in viva imagine sui animi turpiter obscurari? ideo Deus lumine Moysis faciem replevit, ut cunctis foret venerationi?

*Minister  
ne sibi ma-  
jorem quã  
Principis  
arrogat po-  
testatem.*

Verum Princeps oculatissimus sit, ut non totam sibi abroget potestatem, nec ampliori minister fungatur quam ipse. Cornelius Jansenius primum ministrum tradit loco sanguinis esse futurum, explicans illud Eccles. 33. *In sanguine anima comparasti illum.* Sicut enim nimia sanguinis copia infirmat corpus humanum, & sanguinis occidit inopia, sic in familiari regio nimia auctoritas infirmat, imo suffocat Principem, nulla si porciatur auctoritate enervat pariter Principis Majestatem, debet ergo fungi potestate minister, ut regem augeat, non ut se enutriet, sed corpus politicum, veluti sanguis Principis & Reipublicæ; periculosum qui-

dem Principi est ad summum honoris apicem elevare, extolleréque ministrum. Celsitudinis fuit effectus de stercore erigere pauperem, ut colloceat eum Principibus, quia excelsus Dominus crexit ad summum apicem principatus humilem arque pauperem: *Excelsus super omnes gentes Dominus;* sed ut hoc diceretur operatum prudenter, additur lynceis oculis respexisset, priusque penetrasse proprietates humilium: *Qui in altis habitat, & humilia respicit,* sola namque divina sapientia, quæ cunctos penetrat & comprehendit ad celsitudinem potest inopem suscitare sine periculo Majestatis; imo & ipse Deus, qui sic hominem magnificavit, visus est periculum incurrisse, cum dixerit: *Paritet me fecisse hominem.* Plerumque namque ad summum elevatus honoris evadere solet ingratus, & in Principem conspirare.

Ex dilectione Christi Domini nimia erga Joannem processit ipsum dormire, cum Christus Dominus sermonem instituit de proditore locutus: *Vnus ex vobis tradet me.* Sopori Joannes traditus erat, cum agebatur de traditione: *Erat recumbens unus ex discipulis eius.* Quare Dominus si non immisit, disposuit saltem Evangelistæ soporem; quoniam illum diligebat Jesus; voluitque excusare ruborem, quo perfundendus erat amicus, ubi enim discipuli audierunt unum ex illis proditorem futurum, in Joannem oculos conjecerunt: *Aspiciebant ergo ad invicem discipuli hasitantes, de quo diceret: sibi namque suaserunt ex omnibus dilectissimum traditorem esse futurum, ut ergo verecundiam Joanni vitaret, disposuit sermonis tempore soporari, frequenter namque qui experitur majorem Principis dilectionis humanitatem in ejus caput conspirare consuevit.*

*Nimis bonorans in  
Principem  
conspirare  
consuevit  
ingratus.*

Strictissimo vinculo amoris vincti sunt Jonathas & David; spoliavit se tunica Princeps, ut indueret vassallum David; usque arcum ipsum donavit, verum indignum consideratione non est, Jonatham non obulisse sagittas; quare arcum donavit & vestem, sed negavit amico sagittas? nonne amor prostrat coram amato sagittas? Allois:

*Factus amor socians largitus munera  
amanti,  
Vincitur illa inter gemmeus artus erat.*

*Mos in amore novus dat dono largior  
arcum.  
Spicula tantum olim qui dare novis  
amor.*

Quoniam timuit ingratitude David, & ejus (si dedisset) occumbere sagittarum rigori, dederat Jonathas vestem & arcum, donaverat quicquid habuerat; Princeps ergo, qui sic vassalli amore succenditur, quod spoliatur vestibus, quibus familiaris induatur, quid ab eo valet sperare prudenter, nisi vassalli in caput Principis conspirationem? ideo noluit Jonathas donare sagittas, ne forsitan haberet spicula, quibus ipsum feriret, familiaris enim ad summum elevatus honoris frequenter conjuratione in Principis vitam respondet; & erigitur contra ipsum ingratus. Unde spem dæmon elicit, ut in Deum primum hominem rebellaret? Unde credidit posse homini suadere divinitatem: *Eritis sicut dñj*. Quoniam vidit animam ex nihilo Deum creasse, & corpus ex pulvere condidisse, ideo firmiter speravit hominem ex tam vili confectum materia, & ad honorem divinæ similitudinis elevatum, sic evaluatum ingratum, ut præsumperit conspirare in divinitatem: *Eritis sicut dñj*; ex nimio namque favore Principis erga vassallum, sic is arroganter tumescit, ut in Principem fatua temeritate conjuret, vel saltem ad ejus æqualitatem aspiret.

*Minister  
primus æ-  
qualitatem  
Principis  
præsumere  
solet.*

Cum Pharaon remunerari vellet Joseph, somnique expositionem præmiare, inquit: *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: uno tantum regni solio te precedam*. Præ omnibus honoravit Pharaon Joseph, verum advertit fore sibi inferiorem, & solio inæqualem; inter me & te, domini & servi differentia servata. Verum cap. 45. Joseph se vassallum, & servuum esse Pharaonis non recordatur: *Deus fecit me dominum universa terra*. Quare si Pharaon præfectum & ministrum terræ Joseph dumtaxat elegit, ipse se dominum jactat? Quoniam Pharaon extulerat ad apicem summum honoris unius tantum solij distantia, ideo ipse metas servi transiliens arrogavit sibi nomen, & domini honorem, & Pharaonis æqualitatem: *Dominum universa terra*, quin potius negat majestatem recepisse à

Pharaone, oblitus enim Principis beneficentiæ, à solo Deo sibi honorem pervenire fateretur: *Deus fecit me dominum*; nunquam enim primus minister ad summum honorem assumptus ibi sistit, sed ad æqualitatem & ultra transcendit.

Postquam Daniel characteres cælitus in pariete conscriptos religiosa audacia explanavit, purpuram induit rex Balthasar, & in honorem tertium constituit à rege: *Tunc iubente rege induit est Daniel purpura, & circumdat æst torques aurea collo ejus, & prædicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno suo*. Quare Assuerus Aman fecit secundum à rege: *Et adoraretur ab omnibus post regem secundus*: Et Danielem Balthasar tertium constituit & non secundum? Quoniam Balthasar in Assuero periculum fecit, optimè novit primum ministrum non sistere gradu, quo à Principe constituitur & honoratur, Aman namque factus secundus à rege æqualitatem appetiit, fierique primus, quin potius in coronam Principis conspiravit, sic enim refert epistola regis exemplar, quod in Hebraico volumine non habetur; Aman filius Amadathi, & animo, & gente Macedo alienusque à Persarum sanguine, & pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est, & tantam in se expertus humanitatem, ut pater noster vocaretur, & adoraretur ab omnibus post regem secundus, qui in tantum arrogantia tumorem sublatus est, ut regno privare nos niteretur, & spiritu. Ideo ergo Balthazar tertium à rege fecit Danielem, quia si regium transiliret honorem, ut solent primi ministri, sisteret in secundo, nec tam citò transiret ad primum, & æqualitatem cum rege, sæpè namque primus minister honore ad quem Princeps assumit, non accingitur, sed ad æqualitatem cum rege, & ultra transcendit.

Si verò Princeps, quod absit, tantam in ministro permiserit potestatem, re-

*Ne exci-  
dat mini-  
stri aucto-  
ritas Prin-  
cipis ma-  
jestatem.*

defraudabit auctoritatem; obicit Jerusalem Nabuchodonosor rex Babylonis & postquam eam & Joachim regem debellavit, onustus spoliis ingressus est Babylonem, verum Scriptura non refert Principes regionum, præfectosque civitatis congregatos ad Principem excipiendum, & ipsi con-

gratu

gratulandum : Fecit Nabuchodonosor statuam excelsam , & tamen ex omnibus tribus civitatibus , & regionibus convenerunt in unum , ut adorarent statuam : *Cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adoraverunt statuam,* Quare ergo magis quam reges venerantur statuam ? Quoniam erga statuam rex signa nimis dilectionis ostendit , & aurum suum in statua reposuit : *Fecit statuam auream,* ubi ergo affectum regis, & amorem totum regnum in statua conspexit , venerationem , qua regem colebant , ad statuam illico converterunt , ubi enim vassalli ministrum respiciunt à rege nimis esse dilectum , & citra limitem honoratum , nec non muneribus divitiisque saturatum , paulatim à Principe reverentiam avertunt , & transferunt ad statuam ministri , ut dicant Principes ministros supra mensuram Majestatis regis honoratos esse ruinam , appetentesque æqualitatem magis , quam hostes lædere purpuræ auctoritatem.

Paulus inquit Christum Dominum velut hominem non commisisse rapinam ; quia in quantum homo non affectavit æqualitatem cum Deo : Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : quasi idem sit ministrum cum Principe æqualitatem appetere , & manifestum esse latronem.

Sed unde suboriri potest in ministro tanta temeritas , ut æqualitatem cum Principis majestate , & ultra præsumat ? Ex ambitione procedit tanta arrogantia tumor excecans ministri appetitum. *In cælum conscendam similis ero altissimo,* has voces superbus Lucifer arrogans proferebat , quibus æqualitatem & ultra cum divinitate sacrilegè ambiebat. Quomodo hujusmodi impossibile appetit ; qui præditus erat scientiarum fulgore ? non clarè Lucifer prævidebat æqualitatem cum Deo esse impossibilem creaturæ ? quare ergo ad æqualitatem conscendere tentat ? Erat Lucifer præ aliis perfectionibus à Domino decoratus , ad specialem amorem & gratiam Deus Luciferum elevavit signaculum erat similitudinis Dei , & speciali affectus benevolentia , hæc ergo sic tumidum excecavit , ut impossibilia desideraret , & sacrilega temeritate appetierit. *In cælum conscendam,* ideo elusus est ; & præcipitatus , & ex fastigio , & supremo apice benevolentia divinitæ detruditur in barathrum inferorum ; nunquam enim primus minister non transiit terminos benevolentia & modestia Pharao Joseph eligens in primum ministrum torquem auream imposuit collo : Quare hoc ? quoniam voluit conservari in Principis gratia , ideo torquem imponit auream , ut memor carceris vinculorum existens , se Joseph contineret intra leges moderationis , terminosque modestia.

Si velit ergo noscere Princeps , an sic sceleratus primus minister , signa dilectionis aequaliter temperet : in Pharaonem duo eunuchi commiserunt delictum , & illico ad aures regias sceleris pervenit notitia : *Ascidit ut peccarent duo eunuchi, pincernæ regis Ægypti, & pistor, ut quisque contra eos misit eos in carcerem.* Exiit edictum contra cunctos Hebræos in Ægypti imperio dispersos , & tamen Imperator dicitur ignorasse : *Quis est iste ut hæc audiat ?* Quare eunuchorum delictum tam citò notum est

7.  
Non tam  
læd : Prin-  
cipis ma-  
jestatem,  
qui hostili-  
ter insecta-  
tur, quam  
qui affectat  
æqualita-  
tem.  
Principem  
ministri a-  
gunt, ut ni-  
hil offeren-  
dit.

Ambitio  
appetit im-  
possibile.

8.  
Temperet  
Princeps  
dilectionis  
in se, ut  
noscat fide-  
litatem  
ministri.

Insensus Ecclesiæ hostis fuit Paulus Christi Domini declaratur : *Quid me persequeris,* queritur Christus ; quamvis autem à Domino fuisset precipitatus , cecidit hostis , & suscitatur amicus ad cælum tertium amicitia raptus ; Lucifer cecidit velut fulgor de cælo , sed in æternum demersus est in profundum ; quare Paulus qui Christum fuit hostiliter insectatus sic ad amicitiam cum Christo elevatur , quod tertium inhabitat cælum , & Lucifer , qui prælium cum aliis Angelis commisit in cælo , in barathrum decluditur in æternum ? Ratio est ; quoniam Saulus hostilitatem in Christum Dominum gessit , Lucifer , cum foret à Deo præ aliis amatus , signaculum perfectionis divina , & conspicuus mirabili pulchritudine præsumpsit temerè cum Domino æqualitatem : *Similis ero Deo, sedebam in lateribus Aquilonis,* magis autem offendit purpuræ Principis Majestatem ministrum , & familiarem conspirare ad regis æqualitatem , quam gerere inimicum in coronam exitalem hostilitatem ; ideo Saulus inimicus lætus amicus sydera scandit , & Lucifer ad gratiam Domini erectus , & qui mane oriebatur conspicuus , quia æqualitatem præsumpsit , cecidit in barathrum sempiternum. Opitæ D.

est regi, & edictum publicè in civitate præconizatum fuit ita occultum Assuetor: Quoniam delinquentes, eum uchi non fuerant à Pharaone speciali amore dilecti, ideo vix peccarunt à castro, & illico publicatum est crimen, & carcere fuerunt multati; minister autem Aman, qui immane contra Hebræos iniecit edictum singulari gratia apud Principem Assuetorum vigeat, specialibus signis amoris afficiebatur à rege, ideo mansit crimen Principi impone & occultum, & si à cunctis civibus publicè murmuratum, quia contra ministrum, qui gratiam Assueti obtinuerat, nullus ausus est scelera revelare.

Præterquam quod non solum scelera ministri facit celari favor Principis singularis, sed se Reipublicæ negat, ut committi possit ministro, quod ex parte istius est perniciosissimum furtum; cum sibi regem obstringat, qui publicæ incolumitati deberet esse communis, hæc offensa lædit regis sacratissimum majestatis, quæ in universalissima communicatione consistit; Tam Petrus, quam Thomas Christi Domini manifestarunt divinitatem, ille in Cæsarea, in cenaculo alter, & nihilominus D. Petri confessio fuit commendabilis Christo, meruitque à Magistro laudari: *Beatus es Simon Bar-Iona*, D. Thomæ autem divinitatis manifestatio reprehensibilis fuit, eumque Dominus fugillavit: *Quia vidisti me Thomas credidisti*. Quare Petrus & Thomas in merito confessionis æquales in præmij sunt inæquales; si idem confessus est Thomas quod Petrus, quare iste laudes, ille fugillationes audivit? Quoniam Petrus in confessione manifestavit se Christum velle in universi orbis utilitatem, & lucrum; *Tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti*. D. Thomas expressit se sibi soli totum Christum velle coarctare, *Dominus meus, & Deus meus*, ideo Petrum in sua confessione laudavit, & Thomam acriter fugillavit, quia nil magis offendit sacratissimum majestatis, quam velle ambitiosè ministrum sic ad se affectum Principis alienare, ut benignitatem, quæ debet esse cunctis universalis sibi dumtaxat appropriet, ut aliis reddat incommunicabilem largitatem; minister, ergo qui confitetur summifione affectata Principem Dominum

suum, non adorat, sed prehendit, non laudem meruit pro confessione, sed pro furto supplicium, quia furatur Principem vassallis, tollit namque aliis quod suum esse, nullus negabit, Princeps enim non tam suus est, quam omnium; ad quos se extendit imperium.

Furatur præterea Principi venerationem minister, cum sibi totum Principem volens tollit à cæteris; difficile namque majestas Principis veneratur, quem crederent vassalli ab alio fuisse sublatum: Plorans quærebat Dominum Magdalena, cum autem Hortulani specie occultatum invenisset mulier devota, & veller ad pedes Christi provolvi, passa est præter spem repulsam; *Noli me tangere, non enim ascendi ad Patrem*, verum non tam repulsam, quam singularem erga Magdalenam amorem indicare hujusmodi verba aliqui credunt: quasi diceret Christus: Tanti valoris est meritum tuæ devotissimæ inquisitionis, ut nullum reperiri possit præmium in mundo, quod longissime non excedat vis tuæ ardentissimæ dilectionis; specta ergo quod ascendam ad Patrem, ut ibi remuneretur: verum hinc oritur difficultas; quid hic peregit noviter Magdalena, quod alibi non perfecisset? ploravit etiam in domo Pharisei *lacrymis cepit rigare pedes*. Voluit provolvi ad Domini pedes? id pariter domi velata. *Stans retro secus pedes Domini*; assistit in sepulchro? pariter juxta crucem; *Erant autem ibi mulieres, inter quas erat Maria Magdalena*. Si ergo non defecere Christo Domino præmia, quibus hujusmodi dilectionis remuneraret extrema, quare meritum juxta sepulchrum à Magdalena operatum remisit remunerandum in cælo? *Nondum enim ascendi ad Patrem*: Rationem reddit Magdalena: *Tulerunt Dominum meum*: existimavit Christum ab uno fuisse furatum, & nihilominus Principem, & Dominum confitetur, hoc fuit eximium fidelitatis extremum, venerari velut Dominum, quem credebatur esse sublatum, tam eximia fidelitas fuit, ut nullum præmium arbitratu sit Christus in mundo satis forte ad illam remunerandam; *Noli me tangere*: sic repugnat namque Principis majestati permittere ferri, & furari à ministro, & per vim à cæteris tolli vassallis, ut non sine miraculo

miraculo sit conservari in aliquo fidelitatem; cum hoc sit ex d. c. i. auctoritatis, se namque subijcit illi, a quo permittit furari, & qui natus est Dominus, incipit esse servus. Propter hoc Themistoclem reprehendit Plurarchus, imo deridet dicentem: *Meam uxorem puer meus regit, uxor regit me, ego Athenas, ergo puer regit Athenas*: De quo Virgil. lib. 4. *Aeneid.*

*Egregiam vero laudem, & spolia ampla tulisti  
Tuque puerque tuus.*

Sed de hoc paragrapho sequenti tractandum.

\*\*\*

#### S. IV.

*Princeps non permittat gubernari a ministro.*

**S**EMIRAMIS à stulto Nino pro uno dumtaxat die regimen postulavit, illo vero die regem occidit, & coronam arripuit, merito rex scepro moriens privatur, cum à se licet uno die ablegaverit vivens, Hoc Principibus illis contingit, qui non recusant gubernari à ministris, quibus totum pondus regiminis nititur, ventosa sola nominis Principi auctoritate relicta; ij autem regia purpura sunt indigni. In iudicio, & sententia quam dixit Daniel & tulit inter Susannam & senes, acclamatus est magnus: *Daniel autem factus est magnus in conspectu populi*, & à Nabuchodonosore in Principem est sublimatus: *Constituit eum principem super omnes provincias Babylonis*. Pilatus præses erat, & Princeps Judææ, & tamen in sententia quam Dominum condemnavit, non dicitur Princeps, sed tantum appellatur Pilatus. Quare Princeps Judææ nominis privatur honore, & servus, qualis Daniel fuerat; condecoratur Principis gloria? Ratio est: quoniam Daniel veluti Princeps pro defendenda justitia, nulli assensit, voluntati nullius subjacuit, sed potius ad se cunctos traxit cum omnes delinquentes iudices defendissent contra pudicitiam Susannæ: *Credidit eis multitudo*, quorum contra vulgare iudicium tulit sententiam fortiter Daniel, Pilatus autem Christi Domini innocentiam comprehendit: *Non*

*invenio in eo culpam*, & nihilominus ductus & victus est à desiderio Hebræorum, ab eorum voluntate attractus & gubernatus. *Tradidit voluntati eorum*, ut populo placeret Hebræo, leges violavit justitiæ: *Et Pilatus iudicavit fieri petitionem eorum*, ideo appellatur Principis cognominè indignus, non meruit enim Princeps vocari, qui voluntati aliorum deseruit, ideo oportet Principem retinere auctoritatem ministri, qui temere ipsum præsumpserit gubernare.

Manifestavit Dominus Petro extremum amorem, quo erga homines, & mundum universum languebat, sicque flammam dilectionis crevisse, ut non aliter temperari, & refrigerari valeret, nisi paribulum ascendisset; ubi autem Petrus Christi mortem audivit scandalum passus clamavit: *Absit à te Domine*, Verum Christus severissimè Apostolum sugillavit: *Vade post me Satana*. In montem Thabor Petrus assumptus videns gloriosam Domini faciem, & terram undique repleri fulgoribus, in admirationem raptus clamavit, dicens: *Bonum est nos hic esse*; verum à Domino non fuit objurgatus. Quare in Thabor non reprehenditur Petrus? volens namque Dominum figere in Thabor tabernaculum, redemptionem generis humani Petrus prohibebat; quare ergo morti Christi Domini Petrus repugnans Satanàs appellatur, *Vade Satana*, & necem in monte Thabor impediens non sugillatur? Quoniã in Thabor proponit velut minister, & servus cum summissione: *Si vis faciamus hic tria tabernacula*, remittit totum negotium voluntati divinæ, Christianique arbitrio; alia opportunitate favore Christi Domini fretus, quo enuntiaverat beatum, *Beatus es Simon Bariona*, conspiravit, ut Dominum gubernaret, ideo resolutorie pronuntiat: *Absit à te Domine*, pro arbitrato suo decrevit, ideo à Domino sugillatur, tumentesque fluctus superciliosi fastigij Petri confregit; oportet enim sic ministri proponere regi, ut metam regis resolutionis præscribat, semperque meminerit esse ministri, & non tanquam supremam auctoritatem sic haerere. *Sit annulus tuus* (sic admonet Marc. Tullius Q. Fratrem Agriæ Proconsulem) *non ut vas aliquod, sed tanquam ipse tu, non minister aliena voluntatis;*

*Institis, sed testis tua.* Minister ergo juvare debet executionem, non tamen decernere absolutè resolutionem Permittatur Principi, quia humanus excedere affectu, nunquam tamen licet captivare dictamen. Omnia vulnera Thomæ Christus ostendit, non tamen caput. *Mitte manum in lacus manni* Quare hoc? Quia idæa Principum Christus erat, Princeps autem quamvis offerre possit cordis affectus ministro, sed debet capitis reservare sibi dictamen. Basiliscis veteres ornarunt diademata, ut refert Elianus ad firmandum imperium, sicut enim basiliscus ab alio vitus illico perit, sic ruit imperium, si Princeps non celaverit caput.

Ex latere Adami deduxit Dominus Evam, & costam in mulierem convertit: *Et edificavit Dominus Deus costam, quam tolerat de Adam, in mulierem.* Quare ex capite Adam non formavit mulierem? Quoniam Adam dederat Dominus principatum: *Dominamini*; ideo ex latere, & non ex capite deduxit Dominus Evam, quia cum Dominus ad Adam adduxisset Evam; *Hoc nunc es ex ossibus meis, & caro de carne mea*, carnem suam ipsiusque lateris appellavit; si ergo ex capite Deus deduceret Evam, partem capitis sui pariter vocaret Evam Adamus, ideo non ex capite formavit Deus mulierem, ne in capite Principis primi hominis aliquis partem haberet, Princeps namque potest amoris vinculo obstrictus cor & latus confidere amico, sed nequit sine optimi regiminis præjudicio alicui committere caput, hoc enim à ministro possessum, coepit esse inferiorum tyrannis.

In annalibus Evangelicis Christi Domini necis Annæ Pontificatus signatè notatur annus: *Pontifex anni illius.* Quare hoc? ut injustitiæ Pontifex argueretur, & innocentiam esse velut iniquitatem damnatam clarius cunctis pateret, plures namque historici sentiunt focerum dictamen Pontificis gubernare, hucque illuc capitis pro sui libito deflexisse decreta, quid ergo miri, quod innocentia damnaretur velut malitia, & sanctus in tribunali iniquissimo declararetur sceleratus? Hinc constat ordinatissimos esse motus coelorum, rectissimam in inferiores varietatem influxus, distributionem virtutis in plantas arbores, & me-

talla sine ulla terræ querela, unde hæc quoniam corpus, quod caelos cæteros movet, perfectum est, ab intelligentiaque motum, quando autem quis propria ductus intelligentia moveretur ad gubernandum, cuncta currunt recte recto, nullumque deviat perturbatione agitarum, è contra verò cum latus ascendit ad caput omnia perferunt dolorem, & pungi humoribus pugnantibus corpus politicum solet, spe perditâ convalescendi.

His autem inordinatis, & à recto fluctentibus mediis augmenta sibi parant ministri: Petrus cum cacumen occuparet Thaboris se magistro obtulit condere tabernacula: *Faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Elia unum.* Quare non sibi tabernaculum Petrus optavit propriæ commoditatis oblitus? Quoniam latus Principis Christi præstantius tabernaculo duxit, & latus Christi maluit præeligere tabernaculo, ut inquit Abulensis, quoniam tabernaculum, si Petro daretur optio, foret unum dumtaxat, verum latus occupans Christi omnia ipse Petrus tabernacula distribueret, longè autem ministro præstantius est, & utilius plura aliis donare; quàm sibi unicuique reservare; quo sita est universæ Reipublicæ ruina, & Principis ipsius contemptus.

*Distributio facta à ministro rarissime pura.*

## S. V.

*Nimius Principis amor erga primum ministrum ipsi periculosus.*

**N**IL æquè periculo expositum ac nimius Principis amor erga primum ministrum. Parum sumi gratiori vultu à Domino acceptum in sacrificio Abelis, quam in hostia Cain, sustulit de medio innocentem Abelem; si autem qui Domino dedit optimum, perit, quid continget illi, qui rapit optima regi; ut advertit vir recentior ex nostris eruditione, & acumine ingenij conspicuus: Hinc colligere licet rationem sugillationis Jacob, qua Joseph objurgavit somniantem supra fratres se sublevare. Quare se iratum exhibuit Jacob, cum potius hilari vultu audire oporteret fortunam Joseph? Quoniam somnium attentè confide-

rans, & afficiens doluit, & fleuit Joseph, ubi ad apicem fortunæ consideravit erectum, luxit præcipitatum, ideo non audivit hilari vultu somnium: Cum cognati & vicini in nativitate Joannis tot mirabilia conspiciunt, sciscitantur ad invicem; *Quis putas puer iste erit?* quis finis tantæ læticitatis? unusquisque autem, quamvis dono prophetiæ non vixens dicere affirmareque posset in vincula conjiciendum, ab illo amputandumque caput, ut revera contigit temporis lapsu; *Ioannes in vinculis.* Sed unde possent sic lethalem finem varicinari? quoniam illum viderant apud Principem speciali affectum favore, & singulariter ab eo dilectum: *Etenim manus Domini erat cum illo,* ubi viderunt manu dilectionis protectum, in vincula præviderunt conjectum, ideo non asserunt magnum coram hominibus fore, sed coram Deo præclarum esse futurum: *Hic erit magnus coram Domino;* nulla enim prosperitas apicem summi pertingit sine periculo præcipitij. Neque familiaris regius in gradu gratiæ summo consistere valet, quin ruina ipsi insidietur, sicut adnotavit Tacitus lib. 4. Ann. de Tiberio quo enim majus Siliij in eum officij studium, continentis intra obedientiam fidelitatis in seditionem plures duces prolapsos, eo velocius ab Imperatoris cogitur cadere gratia: *Silius, inquit, imminentem damnationem voluntario sine prævertit, sevitum tamen in bona.* Hæc autem pericula sic familiaria sunt prolequentibus Principum gratiam, ut prudenter consuluerit Synesius Principis fugam, *simul enim atque ob tyranni gratiam beatus aliquis predicari cepit, mox in ejusdem offensionem incurrens miseratione dignus existimatur.* Idem monebat Seneca in Thyeste:

*Stet quicumque valet potens  
Aula culmine lubrico;  
Me dulcis sæviret quietes,  
Obscuro positus loco,  
Leni perfruat otio.*

Præparavit regina Esther opiparum & opulentum convivium, cui cum Assuero & regina invitatus erat Aman, vocatus autem ad mensam Aman, ire recusat: *Et citò ad convivium, quod regina paraverat pergere compulerunt.* Quare Aman vi trahitur ad convivium? Nonne hic Principis favor nimius erat, ede-

re nempe cum rege & regina? Quare ergo pergere compulerunt? Quare non nisi compulsus venit ad mensam? Ratio est: quoniam mensæ accumbere cum rege & regina erat supremus & ultimus favor, quo poterat Princeps affectisse primum ministrum, cavir ergo, prudenterque timuit Aman lapsum & præcipitiū quoniam summus apud Principem favor ruinam semper parit ministro; plus namque periclitatur, gratiam nimiam Principis contecturus, quam illius oblivione sepultus; Aman enim a mensa discessit, ut patibuli ascenderet ignominiam, & Mardocheus ex oblivione Principis ad ejus gratiam ascendit, exaltatio illius suprema præcipitavit utque ad suspendium Aman, Mardocheus humili strato subjacens fastigium honoris scandit, oblitus enim aliquando meritis continuatis solet Principis pulsare memoriam, qui verò supremum implevit Principis voluntatis favorem nequit non labi, quoniam voluntas humana motus gaudet gyratione continua, & cum crescere nequit, tam violento motu declinat, quod brevi tempore usque ad præcipitium attingit; ideo nimius Principis favor periculum generat exitiale ministro. Optime Plinius de sui ævi Principibus in Paneg. *Erant sub oculis naufragia multorum, quos infidiosa tranquillitate provecos improvisus turbo perculerat, quod enim tam infidum mare, quam blanditiæ principum illorum, quibus tanta lenitas, tanta fraus, ut facilius esset iratos, quam propitios habere?* Familiaris ergo, qui Principi favori nimis accedit, quo magis in altum pedes ponit, eo magis vertigine laborat & æstuat, ut inquit Nazianz. Orat. 34. Unde consulebat Sid. Apollid. 3. l. p. 3. *Assiduitatem suam periculosa regum familiaritate celer exime, quorum consuetudinem spectatissimas quisque flammarum natura bene comparat, quasicut paululum à se remota illuminant, ita satis admoda sibi comburunt.* Quo tendit illud apud Vet. Epigrammat. lib. 1.

*Vive, & amicitias regum fuge, pauca monebat  
Maximus hic scopulus non tamen unus erat.  
Vive, & amicitias nimio splendore nitentes,  
Et quidquid colitur perspicuum, fugito.*

Ad conspectum Angeli nuntiantis Incarnationis mysterium Mariæ, dicitur Beatam Virginem tenuisse; quare B. Virgo Maria timeret Angeli aspectum? Quare turbatur assolata conversari cum Angelis, Cherubin, & Seraphin alloquitur quoniam, inquit, timori est, specialiter apud Principem esse adamatam, & gratiam invenisse apud eum: *Benedicta tu in mulieribus, Ave gratia plena.* Ubi audit ergo Maria sibi esse plenitudinem gratiæ, *Turbata est in sermone ejus*: Videns autem Angelus merito turbari Mariam, replevit tranquillitate dicens, gratiam, quam ipsa invenisset, nõ apud Principem fuisse mundi, sed apud Dominum cœli. *Invenisti gratiam apud Deum*, ideo ne timeas, non enim copia favoris, qua gaudeas, à regum mundi proficiscitur voluntate, sed à Divino Rege, ideo Mariæ restituta tranquillitate, redeunt pariter verba, quibus præ pavore fuerat orbata, aliter enim nec Angelus satis foret, ut ipsam redderet quietam, sic Principis gratia turbat eos, qui optimè penetrarunt Principis benevolentiam inconstantiam. Nil enim tam arduum, quam Principum gratiam sectari, nil tam anceps, quam ipsam conservare, nil ita lubricum quam in ipsa degere. Maximum in Pannegyr. exemplar regiæ fallaci gratiæ adducebat, ne sapientes offenderent, ubi hunc cecidisse viderunt, & ne tot cogitationum turbine plures jactati periculosam in experti Principum comparassent gratiam. Quisquis purpura, inquit, quandoque regali vestire humeros cogitabat, Maximus exutus occurrit; quisquis aurum, gemmasque privatis pedibus optabit, Maximus ei plantis nudus appareat; quisquis imponere capiti diadema meditabitur: avulsam humeris Maximi caput, & sine nomine corpus aspiciat. Infrænis enim est, ut inquit Cassiodorus, cui non incurritur timor alio pereunte, & nimium præceps, qui transire contendit, ubi conspexerit alium cecidisse. Optimè Laberius ex Sybilla.

*Summum ad gradum cum claritate veneris,*

*Consistes agrè, & quam descedas, decides,  
Cecidis ego, cader qui sequitur.*

Regum namque sic mobile ingenium est, ut cum quis putat se obsequiis & amore gratiam Principis obtinuisse, impetu violèto lugebit ab affectu Principis

cecidisse, & quo eum impensius visus est devinxisse longius recessisse experimèto comperiet, sicut de Hircano tradidit Angelippus l. 1. de Excid. c. 36. *Loquens igitur mortis Hircano conjugium neptis fuit, cuius gratia properavit ad Herodè nescius tutius apud hostes captivus degere, quam apud regem propinquus.* Principis inconstans voluntas, sed etiam cæterorum spectantium invidia expugnat fortunam fungentis favore & Principis gratia, cuncti namque contra illum conspirant.

Rexit Hebræorum Rempubl. Moyses summa prudentia, nõ minore vigilantia, & amore, & tamen multifariam fuit à Populo laceratus, non semel ejus detraxerunt honori, pluries exacerbaverunt ejus patientiam, & seditionem moverunt, ut tollerent Moysen de medio lapidibus impetum. Clavum Reipubl. Hebrææ tenuit Josuè; & tamen integro regiminis intervallo nullus conspiravit in vitam, aut Josuè aures exacerbavit querelis, nec irritavit injuriis, nec rebellionem movit in ducem. Quare Moyses, qui vincula dirupit Ægypti, quibus Israël tenebatur, qui de Republica sic benemeritus fuerat, ut confregerit Pharaonis cervicem, & populum duxerit per desertum, jã pavens, jã indulgens, & cū Domino reconciliat Hebræos, nullis incommodis parens, tot est expertus ingratiuitates populi, passusque seditiones in vitam & honorem Hebræorum jaculis impeditus, & Josuè non sic de Republica benemeritus nullam passus est ignominiam calumniam, aut in vitam conjurationem: Ratio est, quoniam Josuè, quavis prodigiis non excederet Moysen, nec prudentia regiminis superaret, non sic à Deo affectus est exteriori favore, dilectionisque visibilibus signis, ac verò Moysen cunctis spectantibus Deus in dilectionis, & gratiæ societatem admisit: *Loquebatur cum Moysè cernensibus universis.* ideo cū apud Deum sic singulari affectum favore viderent, illico odio insectati sunt Moysen detractionibus lacerantes, & mordentes ejus famam calumniis; homines enim nullum agrè non vident, quem vident à Principe bene visum. Optimè Seneca ep. 4. *Neminè,* inquit, *eo fortuna provexit, ut non tantum illi minaretur, quantum permiseras.* & ep. 79. *Volo tibi,* inquit, *hoc loco referre dictum Meccatis. Vera in ipso oculco docuit. Ipsa enim altitudo attonat summa.* Hoc voluit dicere: *Attonita habet summa.* Quæ omnia ostent

ostendunt anxietatem Principis gratia fungentis, apud vulgus enim beatus existimatur, verum ipse in suo invidioso fastigio tremens, & attonitus jacet, & quæ illum gravem aliis reddit, gravior ipsi felicitas incumbit.

Infelix quidem est qui gratiam Principis obtinet, & anxie nititur conservare; de iis enim inquit Seneca alloquens suum Polybium: Multa tibi non licent, quæ humillimis & in angulo jacentibus licent. Magna servitus est magna fortuna. Non licet tibi quidquam arbitrio tuo facere; audienda sunt tot hominum milia, tot disponendi libelli, tantus rerum ex toto orbe accurrentium congestus: quis enim detractionis & invidiæ non ferit administrum primum sagittis? Omne namque hominum genus illum arictat, & fortiter expugnat, præcipue si à gratia Principis viderint declinantem. Matris voce ad Christum Dominum petentes discipuli accedunt, ut ad latera reciperet ipsos: *Dic ut sedent hi duo filij mei unus ad dexteram & unus ad sinistram.* Et tamen cæteri Apostoli petitione ambitiosa exaudita nec ullum mulficarunt verbum nec protulerunt adversus ambientes querelam; postquam autem passi fuerunt repulsam & asperè Dominus est allocutus, tunc inquit textus, indignationem cæteros prorupisse: Indignati sunt decem. Quare illico ac petitionem exaudiunt, convitiis non contundunt ambientes, & in ipsos conspirant? quoniam exultabant duos illos discipulos supra fastigium Principis specialis amoris, atque favoris firmiter esse locatos, ideo timentes conceptum simularunt dolorem, ubi autem quasi à gratia cecidisse viderunt, Principem asperè alloquentem audientes. *Nescitis quid petatis:* tunc palam in eos manifestarunt indignationem: *Indignati sunt decem.* Primum enim ministrum nullus amat, nec veneratur ex corde, sed amico vultu propter dependentiam simulato & conficto ipsi in negotiis accurrunt; sed à gratia Principis declinantem hostili animo & rapaci aggrediuntur ad baratrum usque præcipitantes: Optimè Seneca Ep. 36. *Non est quod tibi isti persuadent, cum esse felicem, qui à multis obsidetur, sic ad illum, quem admodum ad lacum, concurritur, quem qui exhauriunt & turbant.* Cum enim administer serenum Principis vultum contigit experiri, ad eum officiosi confluent homines om-

nes, ut gratiam, pecuniam capiant, dignitates sumant & munera, quibus egent; verum prædam sequitur turba ista, non hominem, ideo cum paululum à gratia Principis recedere suspicantur, omnes hostiliter in eum conspirant, parantque ruinam, & ultimum præcipitum.

Quamvis enim florentem in gratia Principis administrum adoterent cuncti, venerabundique colant, si vero tantisper deflorere rimantur, in eum irruunt, tandem evertentes; ut inquit Chrysof. loquens de Eutropio familiari dilecto Imperatoris Arcadij: *Hostis est hodie ei, cujus die hesterno deosolabatur manum: quam obrem? quia ne heri quidem vere diligebat sed occasio obtulit, & personata larva sunt deprehensa.* Qui namque heri innumeras ordiebatur laudes, hodie infimulat crimina, quæ permiscet, heri laudator, hodie accusator, non aliâ ratione nisi quia à gratia Principis visus est declinasse, ideo nullum miser invenit amicum. Cum Dominus cū villico posuisset rationem, refert Evangelista, se solum consuluisse & non alium: *At autè villicus intra se, Quid faciam?* Et tamen prudentiam ejus Dominus commendavit: sed quæ prudentia est in vexatione & labore non quærere conciliarios? Prudentè Synesius commendat Principem, qui nil sine concilio decernit. Hunc igitur defectū supplens, inquit de rege prudente: *Amicos in ejusdem natura communionem adsciscit, vim quodammodo suam multiplicans: ira enim fiet, ut & omnium oculis videat, & omnium auribus audiat, omniumque animis unum consentientibus consiliū capiat.* Imprudentiæ enim nullus notam evadet, si se tantum, etiam si capacissimus, consultore fungatur, unde inquit Athalaricus meliores æstimari judicio valentes, si soli omnia non præsumant. Quare ergo prudentia villici commendatur alterius non excipientis consiliū? Quoniam villicus nullum obtinuit à quo capere posset consiliū, nullus ei fuerat amicus, sed quare, & unde repente obveniant villico hostes? Quoniam à gratia domini declinaverat, vocatus erat ab eo ut redderet de villicatione rationem, & ubi rimati sūt illū à gratia excidisse, impetu ingenti forsan in eū irruerant, ideo hujusmodi villicus timens hostes hodie, quos heri expertus fuerat laudatos amicos, intra se loquitur, se consulit solum nullique fidit: *Quærit intra se consiliū,* inquit D. Chrysof. ser. 125. ) *qui foris sibi jam succurrere non habebat.*

Aman apud Principem Assuetum omnia gubernabat, muniaque cuncta regni exercebat, plures tunc numerabat, amicos, omnes venerabundi colebant & adorabant. *Cunctique serui regis, qui in fortibus palatii versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman.* Post lapsum, & temporis partu ductus est ad patibulum, quod paraverat Mardocheo, & nullum habuit ex tot amicis patronum, velata facie & aperto ore tulerunt, ut suspenderetur patibulo, solus loquitur unus nomine Harbona de iis, qui parum ante colebant, & adorabant Aman, sed verba profert, ut ostenderet lignum suspendij: *En lignum.* Quare nullus adest qui se gerere velit patronum, qui succurrat Amā, cum tot antea videret genuflectentes? Ante a nimis Aman gratia apud Assuerum valebat, id eotot ipsum adorant, flectuntque genua; ubi autē indignationis regis scintilla se prodiit, ferociter omnes in illum irruerunt; *Nec dum verbum de ore regis exierat,* & jam omnes capitis condempnaverant, sat namque est vel levis animi regij mutatio, gratiæque declinatio, ut omnes rapiant ad furcam, quem parum ante venerabantur; ut constat in Harbona, qui immaniter lignum ad suspendium ostendit, cum is, teste Lya, fuerit, qui Aman parum ante ad regium convivium vocaverat.

Ingreditur Esther contra legem Persarum ad regem, qua statutum erat ingredientem ad eus præsentiam non vocatum, statim interficiendum: *Sive vir, sive mulier, non vocatus interius atrium regis intraverit absque ulla cunctatione statim interficiatur.* Recognovit Esther incurrere periculum mortis, cum decrevit ad Assuerum ingredi non vocata: *Et tunc ingrediar ad regem contra legem faciens, non vocata, tradensque me morti, & periculo.* & tamen nullus ex Principibus, quos semper Assuerus conciliarios habebat, contra Esther ingressum protulit verbum, aut mortis ream esse clamavit. Vocatur ad convivium regina Vasthi à Principe Assuero, noluit tamen ingredi ad regem vocata, sapientes vero, qui ex more regio semper Principi aderant, in vitam Vasthi conspirarunt, dicentes: *Si tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & scribatur juxta legem Persarum atque Medorum, quam prateriri illicitum est, ut nequaquam ultra Vasthi ingrediar ad regem, sed regnum illius altera, que melior est illa,*

*accipiat.* Quare Vasthi violans Persarum legem, renuens ingredi ad regem vocata, regno privatur cunctis conspirantibus in reginam, & Esther Persarum legem pariter violans, ingressa non vocata atrium regium, nullum experta est hostem & inimicum, nec ullus est, qui ream mortis declaret, aut conspiret in diadema, & illius coronam? Rationem reddit pagina sacra, quoniam cum Vasthi venire cõtempserit, Assueri ministri sapientes regem iratum, & fure re contra reginam succensum viderunt: *Iratus rex & nimio furore succensus: ideo ubi Vasthi excidisse à gratia Assueri cognoverunt, hostili impetu in illam ferociter irruerunt, & qui nec verbum contra Vasthi mustitare audebant exterior, visis in Principe signis indignationis, illico erupit aulicorum contra reginam venenum; Esther autem invenerat gratiam apud Assuerum, respiciebant regis administri nimis à rege adamari: Et adamavit eam rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam super omnes mulieres: ideo ingressam Esther contra legem Persarum non ausi sunt mortis ream damnare, quin potius Esther turbatam consolabantur: Et omnes ministri ejus consolabantur eam.* Vasthi ubi labi cœpit à gratia, amoréque regis, illico experta est ex pulvere terræ pullulare inimicos, cum Esther comprehensa crimine simili habuerit in turbatione ministros consolatores eo quod in gratia Principis florentem, & prævalentem vidissent: cum enim quis à Principis cadit amore, ejusque gratia languere & deflorescens aliis apparet, cunctis impetu hostili eum ardeant, & in illum immaniter irruunt, ut funditus, quem antea inviti venerabantur, evertant & perdant; Principis ergo gratia tam potens est, ut illa valentem etiam hostes adorent; verum lapsus ab illa illico non tantum recedentes amicos, sed hostes intensissimos experietur.

Sugillavit Dominus primum monstrum naturæ humanæ Cain, qui à nemine doctus fratris sanguinem fudit, & tanti sceleris in mundo reliquit exemplar. *Nunc igitur maledictus eris super terram, qua apernit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui.* Cain autem desperationis spiritu exagritus, hanc clamans & plorās intulit consequentiam: *Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me.* Quare mortem ab

ab omnibus timeret, cum Dominus interficienti minetur pœnas? Quem timeret si soli tunc parentes aderant in mundo? Omnia violator legum naturæ formidavit Cain, à parentibus, à feris, ab ipsa quam pedibus terra calcabat. cor trepidavit illius: Sed quare hoc? quoniam à gratia Divini Principis exciderat Cain homicida: *Ecce eiecisti me hodie à facie tua:* & ubi se vidit à gratia Dei excidisse, intulit belluas, parentes, terram, & totam naturam contra vitam ipsius conspiraturam; qui namq; à gratia Principis cecidit, in cunctis experitur hostilitatem; nullus est, qui non putet se obsequium præstare Deo, Reipublicæ, & religioni, ruinam ipsi parando, & usque ad intercessionem sectando. Optimè gratiæ Principis, quæ pluma est levior pericula demonstravit Plautus in milit. glorios.

*Non tu seisis, cum ex alto puteo sursum  
ad summum ascenderis,  
Maximum periculum inde ab summo  
ne cadas.*

Non minus anceps est, & periculis plenum gratiam Principis conservare, & eodem sistere gradu. Qui securius inhabitaret in Principis aula, & diu posset gratiam David sine periculo vicissitudinis conservare, quam Absalon filius ejus; & nihilominus à scœmina visus est dependere, ut de eo loqueretur coram Principe rectè; & omnibus primus minister eger, ut à fortuna non ruat, & tamen cunctos pedibus calcat.

Ubi tamen magis primo ministro timendum, & scopus præcipuè, cautiusque fugiendus est, sic dotibus intellectus, & varietate virtutum exterius micare, quod ab eo superari rex suspicetur, ut inquit enim Sallustius de conjuratione Catilinæ: Regibus boni, quam mali suspectiores sunt; semperque his aliena virtus formidolosa est. De Nerone inquit Suetonius quod tempore regnantis Neronis crimen erat publicum omnibus virtus: Seneca l. 2. de Benefic. c. 21. Græcimum inquit Julium Cæsar occidit, ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quemquam tyranno expediret. Postquam David generosè se vicit parens Saül, cum occidere posset, pœnituit Saül, quod infectatus fuisset David; pluramq; penitentiam manifestavit signa; tunc autem David majores timuit insidias, & in defensionem securiora loca selegit: *David, & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.* Quare hoc à quoniam dotibus, & virtutibus rex Saül manifestè cognovit excessum, & superari à David: *Iustior es quam ego;* ideo merito tunc magis timuit David, quia nunquam magis excrevit odium in rege, quam dum compulsum in alio fateretur excessum, antea iniequebatur David invidiosus, quia omnium David obtinuerat applausum, nunc recognovit dotum excessum, ideo David timuit magis hostilem, & ad majorem securitatem confugit. Optimè Tacitus in vita Agricolaë punit Domitianum; *Militaris gloria cupido ingrata temporibus quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex bona.*

*ascenderunt ad tutiora loca.* Quare hoc à quoniam dotibus, & virtutibus rex Saül manifestè cognovit excessum, & superari à David: *Iustior es quam ego;* ideo merito tunc magis timuit David, quia nunquam magis excrevit odium in rege, quam dum compulsum in alio fateretur excessum, antea iniequebatur David invidiosus, quia omnium David obtinuerat applausum, nunc recognovit dotum excessum, ideo David timuit magis hostilem, & ad majorem securitatem confugit. Optimè Tacitus in vita Agricolaë punit Domitianum; *Militaris gloria cupido ingrata temporibus quibus sinistra erga eminentes interpretatio, nec minus periculum ex magna fama, quam ex bona.*

\*\*\*

## §. VI.

*Principis gratia temperate utatur  
minister.*

**D**IGNA vera, dicebat Seneca, idem *endunt, idem parent, falsa multa habent vani, itaque speciosa & magna contra visentibus, cum ad pondus revocata sunt, fallunt.* Quid enim homines felicius, beatusque putant, quam regis etiam fastidioso sermone respersi, viderique propius? quibus enim ærumnis Principis gratia non emitur? verum quid hæc externa felicitatis species; quam conglutinatio spinarum; quibus qui gratiam obtinuit; frequenter est punctus sollicitudinibus cumulatius, molestis curarum fatigatus, & aculeis cogitationum non leviter laceratus, miserabilem vitam miserabiliore sine concludit. Præcipue autem angit primum ministrum qui Principis fungitur gratia auctorum necessaria invidentia: Stadius lib 6. Theb

*Ambitiosa pios collidat gloria fratres:* Optimè Valerius Maximus lib. 4. c. 7. *Nulla, inquit, tam modesta felicitas est, qua malignitatis dentes vitare possit?* Verum quamvis difficillima sit administri in gratia Principis consistentia; non impossibilis sit artificio juvetur; ut inquit etiam Calliodorus lib. epist. 23. *Arce placandis sunt; qui mores afferunt simillimos ventis; quorum nisi prius animi temperentur, in contempnuntur; et in ratione facilitate proficiunt.* Ergo familiaris regibus Principis gratiam conservet à fascinatione invidiosum

tium illatam, quo majorem benignitatem exceperit, submissius se cum æqualibus, & inferioribus gerat: Seraphinos evocavit Dominus ad culmen honoris & ad throni excelsi fastigium: *Seraphim stabant super illud*, sex pennæ singulis erant, verum advertit textus duabus dumtaxat alis volare; *Sex ala uni, & sex ala alteri, duabus volabant*. Quare Seraphin sex pennis cum fungerentur, dumtaxat duabus moventur & volat: Quoniam ministri erant Seraphin Domini fidelissimi, ideo quamvis Dominus sex cuius præstiterit alas favoris, duabus tantum modestissime utuntur, motumque temperant, ne forent cæteris offensionis; ut ideam se exhiberent prudentiæ mundi regum aulicis ministris, quibus ut in gratia Principis sistant, oportet uti modestia temperato favore, hæc enim sæpè paravit præcipitium familiaribus regis, sicut Sejanus, de quo Dio. lib. 57. *At Sejanus in dies major evadebat, omnibusque formidabilior, adeo ut & Senatus & reliqui Tiberio spreto ei tanquam Imperatori obtemperarent: Sejanus porro fastu, potentiaque adeo efferebatur jam, (ut quo paucis rem expediam) se se pro Imperatore, Tiberium pro insula rectore quodam haberet.*

Oportet ergo familiarem regium, qui aliis odij, æmulationis & invidiæ telis obnoxius est, scuto modestiæ defendi, celans, non affectans regium favorem: Vidit Dominum Joannes in medio candelabrorum aureorum septem, circumdatum majestate, & gravitate conspicuum, verum illico ac vidit Evangelista inquit textus provolutum ad pedes: *Cecidi ad pedes ejus*. Quare se misit Joânes Christi pedibus provolutum: Quoniam ad summum amoris culmen elevaverat Joannem, *Supra pectus Domini in Cama, recubuit*, ideo ut securè conservaret favorem, elegit sub pedibus esse, non enim tantus favor, qualis est cor Principis scrutari, diu posset durare, nisi amaret esse sub pedibus Principis provolutus, sola namque familiaris regij Principis gratia valentis moderatio, & modestia est magis inexpugnabilis, inconcussaque turris, ipsum inaccessum faciens & invictum, cunctis insidiis non aliter enim superari potest invidia, quam affectatione modestiæ. Et quidè Principis gratiam reddere visibilem aliis est ostentatio vanitatis, ut cæteri videant

se benè Principi visum, non est erga Principem amor, satisfactio firmissima amanti sinit in corde, & non alienis in oculis, gratiæ æstimatio, & amoris pretium oculis Principis patere debet, non consistit in admiratione vulgarium, ideo qui gratiam Principis amat, ut ab aliis videatur, non meruit esse à Principe bene visus, eo enim magis celare administrator debet favorem, quo fuerit à Principe benevolentius tractatus.

Divinam faciem sæpè in sacra pagina Angelos dicitur respexisse: *Angeli eorum semper vident faciem Patris, qui in caelis est: In quem desiderant Angeli prospicere*. Refert Propheta Isaias Dominum super solium excelsum vidisse Seraphin comitarum; verum non inquit Seraphicos spiritus divinam respicere faciem, sed potius vultus proprios velare: *Velabant faciem ejus*. Quare Angeli sic gloriam ostentant, ut passim cõclametur in Scriptura, & Seraphin sic celant faciem, ut à nullo velint Seraphini videri gloriosi? Quoniam Angelici spiritus in caelesti curia infimi erant ministri, ideo parum interest ab aliis videri gloriosos, ostentareque gloriam, & conclamari, Seraphin autem sunt amoris speciali favore à Domino affecti, ad dilectionis culmen evecti, illis namque Deus cor amicabilem ostendebat: cordisque abdita penetrabant, ideo gloriam velabant, & felicitatem pro viribus occultabant, (hoc moraliter dictum intellige, in patria enim pericula jam exularunt) documentum proficuum ministris, & familiaribus regis Principis gratia fungentibus relinquentes, quos oportet eo favorem magis celare quo à Principe fuerint benevolentius tractati: Opumè Horatius:

*Sed tacitus pasci si posset corvus, haberet*

*Plus dapis, & rixa multo minus, invidiæque.*

Melius autem Seneca sunt amicum instruere; Spem improborum vitabis, si nil habueris, quod cupiditate alienæ, & improbam irriter, si nil insignis possederis: concupiscuntur enim insignia. Præterea ut administrator regis in se non amet hostes cunctos vassallos, oportet sic temperatè procedere in gubernando, ut nil à se, sed ab arbitrato regis prodire quidquid ad

*Minister  
Principis  
favorem  
occultare*

12.  
*Quicquid  
minister  
agat, à  
Principe  
dimittere,  
suadeat.*

ad expeditionem negotiorum ipse decernit, signis exterioribus manifestet & innuat. Primum ministrum, Pharaonisque Deum Moysen constituit Dominus, & elegit: *Ecce constitui te Deum Pharaonis*; ut omnia disponeret pro libito Moyses, sive confundendo elementa, sive mutando totius universi naturas, quousque emolliret tyrannum, ut liberum dimitteret populum vinculis Aegyptiorum contractis; Tullit igitur Moyses virgam, quae versa in colubrum devoravit virgas incantatorum, verum indurato Pharaone non ad alias plagas processit, sed à Domino accepit, quid secundò deberet efficere, & post patratum secundum prodigium similiter expectavit divinum decretum, ut tertiam infligeret plagam; Sed quare opus est in singulis recurrere plagis ad voluntatem divinam, si Dominus dedit potestatem in virga, ut pro arbitrio velut Deus Pharaonis ipsum percuteret plagis, quousque populum dimisisset? Quoniam cautè Moyses processit, erat Domini primus minister, ideo quamvis plenipotentiam à Domino habuisset, illa noluit uti absolute, sed cum omnimoda à Principe dependentia, ut omnes scirent non Moysen pro libito, sed ex afflatu, & divino flagellare præcepto, Dominus quia supremus plenam potestatem donavit; sed Moyses velut prudens minister temperata utitur virtute, & potentia cum dependentia à suprema, ideò pro quavis plaga infligenda recurrit ad regem divinum, nolens Aegyptios punire nisi ex præcepto, nil enim ita odiosum reddit ministrum, quam pro arbitrio suo iudicio Principe flagellare, & punire. Hanc calamitatem lugebat Herodis tempore Roma, Helius enim quidam Cæsius sic dispoicè Reipublicæ clavum tenebat, *Ut ei liceret, inquit Xiphilius, & bona publicare, & in exilium mittere, & interficere antequam res ad Neronem deferretur: Habebat plebeios equestris & Senatorij ordinis hominibus pariter. Tunc Romanum imperium duobus dominis serviebat, Neroni, & isti Helio; inter nequior, incertum. Similia uterque faciebat.* Hæc est summa vassallorum miseria, qui forsitan à Principe abscedunt benignè accepti, gratiaque cunctati, & à primo ministro agrè admittuntur, & inurbanius excipiuntur; hic sine dubio minister foret cum-

is odiosus, & exitialis regni calamitas, quam vitare Princeps tenetur, ut subditorum deficiant ejulationes, vassallorumque questus.

Cum Petrus Christi amore ferveret satellitibus nefarijs restitit animosè, & extendens manum exemit gladium, & percuciens servum Principis sacerdotum amputavit auriculam ejus. Reprehendit Christus Dominus Petrum dicens: *Converte gladium tuum in locum suum, omnes enim qui acciperint gladium, gladio peribunt.* Quare Petrum Dominus sugillavit, quòd usus sit gladio, si præcepit emere tunica vendicentem? *Qui non habet, vendat tunicam, & emit gladium.* Quoniam pro arbitrio usus est potestate, propria auctoritate manum extendens: optime eximius Suarez tom. 2. in 3. p. disp. 34. sec. 3. *Quia ut tantum facinus aggrediretur virtute Christi fretus, debuisset illius verbum & præceptum expectare.* Ut enim rectè administer procedat, nec potestatem sibi commissam expedit exercere sine Principis dependentia, & prius accepto præcepto. D. Augustinus l. 22. contra Faustum cap. 70. idem credidit esse sugillationis Petri motivum: *Quia Dominus, inquit, jussit, ut ferrum discipuli ejus ferrent, sed non jussit, ut ferirent.* Hinc tanto habitus odio Regulus senator, qui auctoritate propria velut tigris immanis in cunctos desæviebat vassallos, cujus morte populus respitavit, ideo funus comitabatur; dicens: *Benefecit Regulus*; referentè Plinio illo sæculo, consule lib. 6. ep. 2. *quod mortuus est; melius, si antè nunc enim sanè poterat sine malo publico vivere sub eo Principe, sub quo nocere non poterat*: loquens de Trajano sub cujus imperio frænaretur perversissimi ministri auctoritas, & cohiberetur tyrannis.

*Nil agat nisi arbitrio Principis expectato.*

001 002 003 004 005 006 007 008 009 010 011 012 013 014 015 016 017 018 019 020 021 022 023 024 025 026 027 028 029 030 031 032 033 034 035 036 037 038 039 040 041 042 043 044 045 046 047 048 049 050 051 052 053 054 055 056 057 058 059 060 061 062 063 064 065 066 067 068 069 070 071 072 073 074 075 076 077 078 079 080 081 082 083 084 085 086 087 088 089 090 091 092 093 094 095 096 097 098 099 100

§. VII.

*Princeps non per ministros conferat beneficia.*

**S**icut præmium tribuere tenetur Princeps ex rigorosa distributiva justitia, sic beneficia ex liberalitate largitur. Quintilianus quem refert Lucas de Penn. in l. si quis i. 3. C. de

13:

*mirileg. lib. 11. Omnium beneficiorum, inquit, ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas. Sic autem decet Principem regalis magnificentia, ut nullis debeat arctari regulis liberalitas ejus. Nec intra regulas constitui potest magnificentia regalis arctari, inquit Cassiodorus lib. 2. ep. 30.*

Quamvis autem Princeps fere limites prodigalitatæ attingat, subditi conficiuntur inedia, si per manus ministri conferat beneficia: Audite Cassiod. lib. 12. Var. 11. Dona regum nulla debent pollutione fuscari: sed sicut ab ipso exeunt copiosa ita debent ad cives pervenire; mutant enim quamlibet largitatem ministrorum manus, & sicut fontis puritas per limosa corrumpitur: sic affluentia boni regis avaris distributionibus immutatur: Hæc ille: Difficile quidem est per manus ministri dona subditis communicari immutata; & non diminuta. Cum Christus Dominus tot millia hominum in deserto quinque panibus & duobus piscibus usque ad facietatem pavisset, priusquam pertractasset miraculum oculos in cælum levavit specialiter exorans auxilium: *Aspiciens in cælum*. Paralyticum sanavit, fluctus tumescantis maris pacavit, adolescentem Christus Dominus suscitavit, & in his mirabilibus non refertur in cælum oculos elevasse; Quare ergo ut tot homines alat Dominus & sustentet, cælum pulsat quasi opus foret illi potentia, & precibus non exorat ad resurrectionem mortuorum, maris sedationem tumoris, & paralytici sanitatem? Ratio est, quoniam ipse Christus forgeret fecit adolescentem, mari tranquillitatem restituit, & paralytico sanitatem & quamvis hæc mirabilia forent eximia, non respicit cælum, ut ostendat ejus auxilio non indigere, cum sibi sufficiat Omnipotentia divina: tot autem hominum millia per manus Apostolorum decreverat sustentare. *Dedit discipulis panes, discipuli autem turbis*, ideo respicit cælum, quasi cœlesti auxilio opus fuerit, ut quinque panes ministrorum manibus distributi ad turbas defraudati non pervenirent, ut panes sequentes Christi manibus largiti crescerent in quinque millia facile perperaret Omnipotentia divina, sed panes in ministrorum manibus constitutorum recipere augmentum sic difficile Christo Domino est visum, ut exora-

verit auxilium cœleste ad hoc mirabile hucusque numquam auditum. *Aspiciens in cælum*, quasi facilius foret succurrere defunctum, fluctus superbos maris confringere, & diu jacenti paralytico restituere salutem, quam dona per manus ministrorum largita non defraudari, aut diminutionem non pati: Nulla quidem satis est Principis magnificentia, ut subditis sit proficua, si per ministros perveniat ad inferiores, nec ulla erit liberalitas in Rege copiosa si regnat in distribuentium manibus avaritia; Quod si aliquis fuerit minister fidelis affluentiam regis avara distributione non mutans, tam difficile creditur ut opus sit testimonijs divinis.

Præcepit Christus Dominus Petro ut in aquam hamum injiceret arundine piscatoria extracturus piscem, qui primus incurrisset in ferrum, ut pro Christo & Petro solveret extracta ex ore piscis moneta Imperatori tributum. *Da eis pro me, & pro te*. Abulensis in Matthæum quæst. 183. inquit singulis annis Dominum solvisse tributum, quare ergo expressè non referunt Evangelistæ sed semel id traditur à D. Matthæo? Ratio est: Quoniam singulis annis Dominus ipse solvit Cæsari sua manu tributum, hac solum opportunitate Petri manu Imperatori solvit didrachma ex piscis ore extracto statere, tam difficile autem est id quod manu ministri donatur, non pervenire diminutum à creditore, quod ut credatur Petrum solvisse tributum, opus sit quod ab Evangelista asseratur, ideo quando Petro præcipit Christus Dominus dare pro se didrachma refertur ab Evangelista Matthæo, cum de singulis annis quibus manus Christi Domini solverat tributum Imperatori in textu non fiat mentio, sic enim difficilis in ministro fidelitas est, ut avara sua distributione Principis liberalitatem non minuat; quod opus sit ut credatur testimonio divino, rara enim ministri pura invenitur manus, rara quæ non cupiditate laboret, fere nullus communi consulit bono, sed utili proprio. Primum Pharisæo Josephum consecravit ministrum, verum abi ad cultum celsitudinis exalavit, advertebat textus nomen illi mutare. *Vertitque nomen ejus, & vocavit Salvatorem mundi*. Quare hoc? Quoniam Josephi idem significat atque augmentum, ideo no-

*Matth. 14.*

men Joseph mutavit in Salvatorem, sapienter enim existimavit, nullum esse posse ministrum, qui communi provideret velut Salvator utilitati, si proprio consulisset augmento.

\*\*\*

§. VIII.

*Princeps manu ministri debet exequi pœnas, sed per se ipsum communicare favores.*

14.

**Q**UONIAM unus ex præcipuis legis ac regis effectibus est præmia pro meritis unicuique tribuere, ideo punire potius quam præmiare legi tribuendum est: *L. legis virtus 7. D. de leg. de cuius conciliatione cum l. 1. §. 1. D. de just. & iur.* Osvaldus Hilliger. in notat. ad Donell. lib. 1. cap. 5. lit. C. *Addunt quidam aliam virtutem legis premio afficere per l. 1. §. 1. de 1. & 1. Sed punire proprium est legis, nec privatis commune ut præmia.* Numquam quidem credendum est Principem afficere pœna, sed hanc subire reos lege ministrante rigorem, ut sic & Princeps existat semper amabilis, & lex perseveret sine læsione.

Vitam æternam in pane cœlesti pollicetur Christus hominibus, *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* Sed quare Dominus indigne manducantibus mortem non minatur æternam, cum mensa illa miraculosa mors sit malis, vitæ bonis, & digne & indigne sumentis dispar sit exitus? Quoniam Dominus Principum & regum idæa instruere voluit Principes terræ cum exiniæ charitatis reliquit in mundo memoriale in hoc Sacramento perenne, ideo quamvis iste cœlestis cibus non solum vita sit bonis, sed mors exitialis malis Dominus vitam æternam annuntiat manducantibus digne, *qui manducat hunc panem, vivet in æternum*, ultionem autem quæ imminet criminis conscio, si hujus mensæ voluerit particeps fieri, minatur minister Christi & Apostolus fidelissimus Paulus. *Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne iudicium sibi manducat, & bibit.* Quoniam Princeps per se ipsum debet communicare favores, & per ministros


minas nunciare, & terrores, & incutere pœnas.

Mirabilia, quæ Dominus erga populum nec adhuc fascijs & cunis solutum operatus fuerat, memoriæ Moyses fidelissimus recolebat, sicut aquilam provocantem pullos ad volandum sic Deum quasi humeris Hebræam gentem portasse, & tandem cecinit Dominum illum unicum fuisse ducem: *Dominus solus dux ejus fuit.* Psalm. 77. David regius Propheta supplicia, quibus Deus populum flagellabat, refert & dicit. *Misit in iram, & indignationem per Angelos malos.* Quare Dominus per se ipsum populum gubernavit, & duxit, & ipse ingratos & sceleratos usque ad internecionem non punit? Ratio est: quoniam Deus se populo Principem, & regem exhibuit, nec alium gentis Hebrææ voluit Principem recognosci usque ad tempora Saulis, ideo questus est tunc temporis Deus dicens Samueli: *Non te abjecerunt sed me*, ut ergo Principes erudiret ipse Deus per se communicavit favores gubernando, & per desertum ducendo, jam pluens illis manna, jam rupes erumpens in fontes aquarum, sed supplicia nonnisi per ministros incussit, *Misit in iram, & indignationem per Angelos malos.*

Dominus Adamum in paradiso constituit, & Angelus exulare fecit ab illo hortu felicitatis: Extrema temporum die convocabit Deus prædestinatos, ut æterna beatitudine cumulet, sed id efficiet ministerio Angelorum. *Et mittet Angelos suos cum tuba & congregabunt electos ejus.* Quare ut Adamus voluptatis, & deliciarum paradiso fruatur ipse Dominus primum hominum collocavit, & non ipse sed per ministros congregabit prædestinatos ut faciat eos perfrui æterna felicitate? Ratio est, quoniam Adamum collocare intra septa felicitissima paradisi beneficium erat eximium nec ruinam continebat ullius; sed tuba convocare prædestinatos non purus favor sed erat supplicio mixtus, illa namque tuba erit gratissima electis, sed reprobis formidabilis, ideo ergo Dominus per se ipsum Adamum intra paradysum constituit, ubi totum visibile respirabat homini primo delicias; *Plantaverat autem Dominus Deus paradysum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat.* Sed

convoca

convocabit prædestinatos per suos ministros, quia vox illa sicut in electis ineffabilem generabit læticiam, sic innarrabilem pariet in præcisis mæsticiam, noluit autem Dominus ab ore divino prodire vocem, quæ homines terreat, & æternum minetur supplicium, hoc enim oportet intimari à ministris, & dumtaxat à Principe beneficia, cujus Deus similitudinem in parabola illa gerebat. Math. namque cap. 25. rex appellatur. *Tunc dicit rex:* Ideo introducitur ipse Deus seminare in hominibus beneficia, *Exijt qui seminavit seminare,* & per ministros exercere supplicia. *Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum.* Domini manus seminavit, sed messorum comburunt zizania. *Dicam messoribus; Colligite illa:* quia Princeps per se benefacere debet, sicut per ministros applicare supplicia.



## §. IX.

*Pœna à Principe influcta suavior ea, quæ à ministro procedit.*

15.

**N**AM Domini nostri actio, nostra est instructio, inquit textus in cap. significasti 3. de elect. ideo Dominum Principes imitari tenentur, qui per se favet, sed per ministros punire solet; hoc enim consentaneum esse videtur, ut Princeps reddatur amabilis, & subditis non formidabilis, quod valde necessarium est conservationi, & Principis auctoritati, amor enim subditorum, ut inquit Jacobus Middendorp. q. 23. firmissimum præsidium est dominorum, ita illorum odium præsentissimum est excidium, c. cum consuet. 9. de consuet. l. penult. D. de const. princip. l. pen. & fin. C. vect. nova iust. non. posse.

Quamvis autem hoc verum sit, ut à nobis suo loco traditum est, oportet Principem oculis perspicacibus uti ad examinandum, cui contulerit supplicij virgam, & directionis, frequenter enim magis quam Princeps solent desævire ministri, & dirius quam par est subditos non tam ferire quam lacerare supplicij: Post tumultum primum, bellumque civile quo duo illi velut exitiales comete Cæsar, & Pompejus

republicam incenderunt, contigit quod media ætate exorta est repentina tempestas, ut nullus esset qui fragorem non formidaret tonitruum, aut fulminum in Romam perniciem, querelis fixis in cælum Jovem clamabat Cæsar & Pompeio adunatum in exitialem populi cladem. Risit poëta nescio quis vulgi ignorantiam; majorem dicens esse calamitatem quam cogitassent; quoniam furie infernales vibrant sagittas, (dicebat) sed majus horum est, & magis auget stragem, quod Jupiter non solum non est auctor calamitatum, sed potius est stragis ignarus, quam amare vulgus lugebat. *Et tonat ignaro cælum Jove.* Ad summum enim calamitatis subditorum accessit miseria, si inter fulminum ferientium crepitus solus minister tonet, fulguret in inferiorum perniciem, & plane sit ignarus qui regit: *Et tonat ignaro cælum Jove;* Nulla quidem major cogitari valet subditorum perniciem, quam Principis otio consopiti ignorantia. Principem oportet scire, aliàs quando, & quomodo tonet cælum justissimum tribunalis, licebit impune ministris pro odij vel amoris affectu fulgura coruscare, tonare, immo & in miseros fulmen vibrare; excutiat ergo Princeps lethargum, sit velut animal Ezechielis oculis plenum, ut manus ministri respiciat, strepitum virgæ supplicij, ut sic quærimonia popularis justum videretur murmur; aliter enim inferiores sævitiaë ministrorum succumbent; Nullus enim reperitur minister, qui non excedat rigore.

Tres innocentes pueros rex impius in fornacem Babylonicam misit, verum dispositione divina ignis non consumebar, sed velut suavissima aura laudantes Dominum confortabat: *Et fecit medium fornacis quasi ventum voris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, nec contristavit, nec quidquam molestia intulit.* Hujusmodi locum D. Chrysoft. exponens inquit se temperatum gefsisse. *Ibat circa innocuos pedes novolibramine temperatus artifex ignis.* Sed ubi ignis temperantiam manifestavit? Nonne Chaldæos circumstantes fornaci incendit, ad cineres usque reducens? Quid ergo voracius? Maxime temperatus fuit Babylonicus ignis, prosequitur D. Chrysoft. tom. 1. Hom. de tribus pueris. *Circumvolans, inquit, passus sola vincula*

*vincula consumere laboravit, circa damnatos suos innocens flamma. Voracitatem ignis deposuit, cum circumvolans pueros reliquit intactos, & vincula sola dirupit. Sed si ex præcepto divino corpora reliquit puerorum intacta, quare ignis obediens non appellatur? quare Chrysostomus temperatum appellat? Quoniam ignis fuit minister divinæ justitiæ in Chaldæos, & pietatis in pueros, præcepit Deus vincula conlumere sola, & non incendere corpora, & tamen præscriptum ordinem ignis Babylonæ non excessit, in hoc ergo summa ignis temperantia refulsit, quoniam juxta afflatum divinum exercebat voracitatem minister ille justitiæ, sic enim difficile est ministrum in plectendo metas non transire rigoris, quod Babylonicus ignis circumvolans pueros, & sola vincula rumpens mensurata voracitate præcepto divino non sic appellatur obediens quam dicitur temperatus, *temperatus artifex ignis*, quia miraculum est ministrum justitiæ in puniendo præscriptum Principis ordinem non excedere.*

Propheta ille, cui Deus præcepit ne ederet, aut haberet toto illo tempore, quo Jeroboami provinciæ rebellis terram calcaret, oppugnatus fame à falso propheta deceptus est, comedit ergo panem in domo ejus, & bibit aquam, ut inquit textus, postquam autem prævaricator sumpto alimento se itineri dedit, ferox leo illum aggressus est & jumento excussum strangulavit, & immaniter interfecit; D. Chrysostomus hujusmodi locum exponens, inquit leonis miraculosam fuisse obedientiam in occidendo Prophetam; *Prophetam*, inquit, *qui prævaricatus fuerat occidit, & videre licebat de hoc triplicia miracula, jacebat propheta declarans inobedientiam, assidebat leo declarans obedientiam, adstabat asina neque leonis naturam timens, neque aliquid à leone patiens.* Sed in quo obedientia leonis miraculosa apparebat? Quid facilius leoni, quam hominem unguibus lacerare? Non occidit Prophetam esset in leonis naturali voracitate miraculum, sed quid illi jucundius quam dilaniare, & humanum sanguinem deglutire? Utrique miraculosa leonis fuit obedientia; leo namque minister fuit divinæ justitiæ, ut interficeret prævaricantem Prophetam, sed

ne dilaniaret cadaver, nec jumentum laderet aqualiter, in hoc ergo apparuit miraculosa obedientia, quod leo minister cum foret justitiæ præscriptum non excederet ordinem, solum interficiens prophetam; & inter ungues feroces non dilanians pariter asinam, quod leo intra metas præcepti contineret lævitiæ hominem interficiens, sed veneratus Prophetæ cadaver hoc in ministro justitiæ obedientiam ostendit miraculosam, citra miraculum enim nec cadaver relinquere-tur intactum, nec asina spectaculum sine timore videret; *Adstabat asina neque leonis naturam timens, neque aliquid à leone patiens.* Hoc enim est vitium ministris connaturale, nimis in subditos desævire, & magis quam Princeps supercilio suo terrere, præcipue si à superioribus non coercantur, sed omnino sint absoluti.

Nullus ex Evangelistis refert Pilatum damnasse Dominum nostrum ut coronæ spineæ subiret tormentum, & tamen immanitas tyrannorum caput sacratissimum Christi transfixerunt spinis; Sed quomodo contra Pileidis præscriptas, taxatasque pœnas ausi sunt crudeles ministri penetrare caput aculeis? Gregorius enim lib. 1. de Cruce inquit piaculum esse, pœnaque puniri ministros excedere à judice taxatum supplicium, quare ergo plectentes coronam spineam capiti Christi Domini imponunt? Ratio est; quoniam iniquissimus Præses eorum voluntati tradiderat innocentissimum agnum: *Tradidit voluntati eorum.* Ubi ergo ministri facti sunt absoluti, fuerunt excessive crudeles, transgressique sunt præordinatum superioris rigorem, excedentes taxatas à Præsede pœnas.

Hujusmodi deformitatem innatam ministris tenetur Princeps coercere, ne populus sub tantæ calamitatis onere gemat, linceis oculis Principes ministros respiciant, animadvertant, deponantque, si viderint labi in durissimos scopulos immanitatis, nec rigoris executionem committant nisi inter ceteros fidelissimo. Petro præcepit Christus quod piscaretur hamo: *Mitte hamum ceteris Apostolis præcepit mittere retia: Laxate retia vestra.* Quare Petrus solus piscatur hamo, & alijs retia permittuntur dumtaxat? Rationem reddit D. Amb. in Luc. 5. *Bene Aposto-*  
*lica*

*lica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non capros perimunt sed reservant, hamus non aliter piscem apprehendit nisi feriendo, rete capit piscem, sed non percutiendo, ideo Petro commisit hamum, ceteris autem rete quia Petrus à Christi latere Princeps futurus erat, ipsumque credidit mitius usutum hamo, quam alios, si namque aliquando opus est subito applicare rigorem, minister quærendus est qui lenius subditum, feriat, ideo piscis capiendus hami rigore committitur Petro cui magis Christus fidebat, ut cum Petrus Principem ageret, caute procederet in ministri electione, cui committeret virgam supplicij, qui talis oportet esse quod si non possit vitare rigorem, temperet lenitate quoad possit.*

\*\*\*

S. X.

*Nullus amat personam, sed utile,  
& lucrum.*

13. **I**VUS August. experimentum amoris Abrahamæ alijs manifestare voluisse, inquit, ut probaret an propter Isaac, terræque promissionem diligeret Deum, tam innatum enim est hominibus, propter bonum, quod possident, vel sperant, alium amare, ut nisi innotesceret experimento, de Abraham ita perfectè Deum amasse non crederent, probavit Abrahamæ erga Deum amorem eventus, filium enim suum gladio obtulit propter Deum, ideo meruit ejus amor à Domino commendari, *Quia fecisti rem hanc, Nullus enim major excessus amoris potuit excogitari, quam unigenitum immolare. Sed majus est parentes relinquere generosè quod efficit uxoratus. Propter hanc relinquet homo patrem & matrem. Quare ergo illa actio supra omnes generosa laudatur? Quoniam Abraham filio propter Deum privatur. Uxoratus autem propter se ipsum relinquit patrem, & matrem, quia propter uxorem renunciat, sponsa autem est medietas ipsius sponsi, ideo renunciatio Abrahamæ fuit excellentior, quia excedit motivo, quamvis superaret in qualitate, vix enim homo est purus in diligendo, quia videmus omnes propter lucrum amare.*

Vix Christus Dominus ascensum, in cœlum Apostolis intimavit, *quoniam tristitia implevit cor vestrum*, inquit lachrymas effundere non cessarunt Domini dolentes absentiam, D. Lucas loquens de ipsis, eum respicientes ascendere in Cœlum, & *regressi sunt*, inquit, *in Jerusalem gaudentes gaudio magno.* Quare ergo non mœstitiam, sed gaudium in cordibus Apostolorum excitavit Domini in cœlum ascensus? Si sermo dumtaxat qui teritur de Domini absentia illorum conterit corda, quare ipse visus, & expertus ascensus corda non punxit Apostolorum? Ratio sita est in natura nostra imperfecta, quoniam cum primum de ipsius ascensu Christus locutus est, expulsim iri de synagogis, & undequaque affligendos Apostolos revelavit, & tunc inter alia exilium prædicit, & ab hominibus vaticinatus est decessurum. Hoc ergo dolent, non quod ascendat in Cœlum, sed quod circumdatis undequaque tribulationibus Apostolis desit refugium, & fortitudo, quam sperabant ab humanitatis præsentia, nil quod absit Christus, sed quod inter tot pericula constitutos deserat, simulque cum ipso deficiat securitas, & scutum. Quando autem in Cœlum Christum ascendere vident, jam Paracliti acceperant promissionem. *Si ego non abiero, Paraclitus non veniet ad vos*, absentiamque Christi, ut Spiritus Sanctus in solatium omnium, communeque refrigerium veniret, crediderat deservire, ideo non tam Dominum, quam se diligentes, Christum ascendere concupiscunt, & in Jerusalem, ut inquit Lucas, sunt regressi gaudentes, nilque abesse Dominum dolent, modo in ejus scutum refugium, & fortitudinem descendat alia divina persona. Ideo non Dominum ascendentem, ipsosque fugientem, sed Cœlum dumtaxat respiciunt, à quo Spiritum Sanctum descensurum sperant: *Viri Galilæi, quid aspicitis in Cælum?* Cum Christus dominus descendisset de monte, inquit Lucas quod turba plurima sequebatur: Cum ascendit Calvaria locum, fugerunt omnes. Quare hoc? Quoniam cum descendit de mōre inquit textus, quod cunctis communicabat salutem. *Ut sanarentur à languoribus suis*, ideo cum properat moriturus omnes relicto eo fugerunt, & sequuntur ut recipiant salutem, quia in mundo

mundo nullus sequitur personam, sed omnes fortunam.

Quare Moyses, cum moritur, ab Israëlitis communi plangitur luctu, *Planxerunt triginta diebus*. Josue autem prudentem ducem, & militem in eorum defensionem strenuum, sepe-lierunt, sed lacrymas, & luctum retinet Sacer textus? Ratio habetur in Glossa: Cum functus est vita Josue, inter omnes tribus erat divisa terra, non ergo quid ab alio sperare potuissent, cogitabant, unde neque dolent quod absit, à quo lucri provenire nihil expectant. Moyses autem jubente Domino moritur, cum nondum terram promissam forent ingressi, ideo lugent non Moysem, sed quod ante terram possessam commune solverit debitum, planxerunt non Moysem, qua bonus in se, sed quia ipsis in periculis constitutis refugium, hostibus undequaque circumdatis fortitudo, & miles ad illos debellandos, & ut in Chanaan Israeliticum introduceret populum, diu jam exercitatus, & à Domino electus defecisset.

Hoc etiam Prophetæ Elisæo contigisse constat ex sacro textu. Cum enim illi indicatum esset, à Domino raptum iri Prophetam Eliam, quocumque tenderet comitabatur, *Vivit anima tua, quod non derelinquam te*. Accidit autem à conspectu hominum fuisse sublatum, sed non ideo in Elisæo lachrymis humectasse maxillas, aut aliquo signo vidimus manifestasse dolorem, aut cor Elisæi fuisse dira poena constrictum. Quare ergo absentia, qua prius pungebatur Prophetæ, nunc rapto Eliam rivos aquarum ab oculis non exposcit? Dolet Eliam abesse, sed non ideo amat, sed concupiscit, dolet absentiam, quia se diligebat, non propter ipsum Eliam. *Non derelinquam te*, Elisæus ajebat, timebat enim ne discederet, & non dimitteret pallium. Hinc orta sollicitudo. Cum autem Elias raptus est curru, pallium hæreditavit, & in eo spiritum duplicatum Elisæo reliquit. Quid ergo miri quod cessaverit anxia sollicitudo, nilque de Elia curaverit Elisæus post pallij & spiritus possessionem.

Nullus quidem personam amat; sed utile, & lucrum, qui supremam

dignitatem conscendit à pluribus adoratur, sed nullus, si decidat, perseverabit fidelis; Cum Dimas Christo Domino sociaretur in cruce, rapuit adhuc felicissimus latro regnum cæleste. *Domine memento mei, dum veneris in regnum, tuum*. Cui Christus: *Hodie mecum eris in paradiso*. Celerius assequitur quam petierit; Divus Chrysostomus assequutionis celeritatem miratur; *Attende*, inquit, *celeritatem à cruce in cælum, à Condemnatione in paradysum*. Merito quidem; si namque latro ille in finem mundi postulabat Christi memoriam, ut senuit Divus Augustinus, quare assequitur in illo die regnum, & paradysum? *Hodie mecum eris in paradiso*, curam, memoriamque petijt, & fungitur illico regno, ut Dominus erga Ultimam misericordiam, & gratitudinem exhiberet, non sat erat concedere petitionis effectum? Utrique quia non parva fuisset in Christo indulgentia, tam cito hominis recordari, cujus exercitia viventis latrocinia fuerant, & furta; Nec parum erat cælum in fine mundi homini scandaloso donare, qui non tam personæ, quam criminis nomine noscebatur. *Duo autem latrones*. Si ergo latro ille sero Domini recordatur, quare Christus exaudivit cito? si in finem mundi desiderat exaudiri, quare Dominus implevit velocissime petitionem? Quoniam ex justitia hæc omnia fides meruerat latronis; Quoniam latro ille cruci affixum Christum confessus est esse Dominum; *Domine*, Undique vulneribus vidit sauciatum, plagis undique vulneratum, sic inopem, ut nec vestimentum, quo cooperiretur, habuisset, & tamen Dominum confiteretur; hæc ergo fides ita est eximia, ut illico meruerit regnum; *Hodie mecum eris in paradiso*, quia extraordinaria fidelitas est dominum recognoscere, quem respicis constitutum in afflictione, & venerari quem vides esse despectum. *Magna fides*, inquit Divus August. *hinc fides, quid addi possit, ignoro*. Dominum recognovit Moyses; quid miri, si intuebatur inter rubi splendores: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam* Isaias Dominum confessus est, *Vidi Dominum*; sed quid miri si in solio excelso majestatem

statem respexit, cui Seraphim ministrabant? Ezechiel Dominum adoravit, sed quid miri; si inter Cherubin videbatur micare? Dimas autem nec thronos, nec Cherubin, nec Seraphim vidit, & tamen Dominum confiteretur, *Domine*, quando sic summe erat JESUS humiliatus, ut vix

homo visus est apparere; *Ego sum vermis, & non homo*, quando cruci affixus à cunctis erat despectus, & cognitus malefactor; *Si non esset hic malefactor*, tunc justum, & Dominum recognovit, *Magna fides*. Meruit ergo latro ob fidem eximiam assequi celeriter regnum; *Hodie mecum eris in paradiso*.

Ex Genes. 13. *Et adoravit populum.*

Deut. 6. *Dominum Deum solam esse adorandum.*

Vide Genes. cap. 18.

Ex Genes. 23. *Abraham emit ab Ephron filio Seor agrum, juxta urbem in sepulturam Sara.*

Act. Apost. cap. 7. *Descendit Jacob in Ægyptum, & defunctus est ipse, & patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham pretio argenti à filijs Hemor, filij Sichem.*

**V**ariæ sunt expositiones hujus difficilis Antilogiæ. Canus libro secundo, de locis Theologicis, capit. ultim. Hoc igitur loco, inquit, mihi Bedæ opinio placet, cui, & Rabbanus assensus est. Verba illius in hunc modum habent. Beatus Stephanus vulgo loquens vulgi magis indicendo sequitur opinionem: duas enim pariter narrationes conjungens non tam ordinem circumstantis historiæ, quam causam, de qua agebatur intendit. Eadem ferè Rabbanus. Quibus verbis verè quidem, ac modestè significarunt, Stephano, id, quod vulgo ferè solet, accidisse; ut in longa videlicet narratione, eademque præsertim subita, confuderit nonnulla, & miscuerit, in quibusdam etiam memoria lapsus fuerit, in his dumtaxat, quæ ad rem parum, aut nil omnino attinerent. Nam causæ, de qua potissimum agebatur, erat intentus. Lucas vero historiæ veritatem retinere volens, ne iota quidem immutavit, sed rem ut à Stephano narrata erat, exposuit. Nos autem non Stephanum ab omni lapsu, sed Evangelistam vindicare debemus: solis quippe Apostolis, Prophetis, & Evangelistis hunc honorem deferre, Catholica fide docente, didicimus, ut nullum eorum vel memoria lapsum credamus, nullum nec in magnis, nec in parvis errasse. At Stephanus plenus erat Spiritu Sancto, fateor. At spiritus loquebatur in eo: & id equeidem fateor; sed aliter in Christo

spiritus loquitur, aliter in Prophetis, & Apostolis, aliter in Stephano, & Ambrosio. At certè per hos omnes loquebatur. Per Concilium generale Deus Ecclesiæ loquitur: per Ecclesiæ pastores Deus Ecclesiæ loquitur: per veteres sanctos Deus Ecclesiæ loquitur. Et hi omnes tamen in parvis labi possunt, memoria, præsertim, ubi lapsus facilius est. Scriptorum ergo sacrorum hoc privilegium est, ut eorum nullus in scribendo erret: Apostolorum privilegium est, ut nullus eorum in docendo erret: Stephano privilegium hoc nec ratio concedit, nec auctoritas. Nec verò à sacris autoribus alienum est, errantium quoque verba referre. Sic enim Jephthe Judic. 11. trecentos annos possessionis prætendit, cum re vera trecenti non fuissent: & sacer tamen Historicus trecentos retulit. ¶

Verùm Cani eruditissimi expositioni arridebit nullus, qui tantum virum angelico splendore micantem, Spiritu Sancto afflatum, turpi memoriæ lapsui relictum, irrisioni Judæorum non constituerit obnoxium.

Quare alij mendosos reputant esse Codices. ¶ Quod si mihi (inquit Masius c. ult. in Josue) conjectura uti liceat in re tanta, dixerim, Stephanum illic de Josephi sepultura locutum esse: atque ad hunc modum emendari debere codices Græcos, ut pro Abraham scribatur Jacob, &c. Et cum dicitur Hemor filius Sichem pro *filij* ponendum est *patriis* inquit Lippo-

manus,

manus, & Eugubinus cap. 33. in Gen. ¶ Verum huiusmodi expositionē refutat acriter Canus, ubi superius: tum quoniā exēplaria tam Græca, quam Latina jam inde ab Apostolorum ætate fuisse corrupta, non verosimile quidem est: tum, quoniam non est probabile, Hieronymum, Rabbanum, Bedam, aliosq; item Ecclesiæ Auctores, qui in hunc locum, & quæstionem incidere, huiusmodi defensionis præsidium neglecturos, si vel tantillum probabilitatis in ea esse existimassent. nec viri prudentes, & graves difficultissimam quæstionem esse dixissent, quæ minimo quidem negotio, ut junioribus istis visum est, explicaretur, Quid? Quod in vocibus adeo dissimilibus nulla depravationis occasio erat: si enim librariorum pro *everrit* scribant *everrit*, pro *fortem fontem* vocum scilicet magna similitudine fallerentur; at pro *Jacob*, *Abraham*, pro *patris* scribere *filij*, in tanta nimirum nominum discrepantia, nullæ depravationis causæ fingi possunt, nisi librariorum aut ebrietas, aut amenia.

Vera autem expositio, vel saltem veritati proximior, est Lyrani, qui asserit, Mosem, & Stephanum locutos fuisse de sepulchro empto ab Abrahamo, & non à Jacobo: hic enim agrum emit in usum

Ex Genes. 23. *Sepulchrum Abrahæ in Hebron collocatum est.*

**N**on approbo, quod inquit Masius in c. ultim. Josue, funus scilicet Jacob tanquam in proprio loco celebratum esse in Sichem, postea vero in Hebronem ad patrium sepulchrum deductum esse. Gen. namque 50. narratur ad Aream Atad, quæ sita est trans Jordanem, ductum esse funus Jacob, & exequias celebratas: postea in Canaan in sepulchrum Abrahæ translatum.

Cum Stephanus *translati sunt in Sichem* inquit, ad filios Jacob disjunctim referri debere, & præcipuè ad Joseph, quem in Sichem sepultum tra-

Genes. cap. 23. *Abraham in Chanaan speluncam, & agrum constat emisse.*

**A**vgust quæst. 56. in Gen. ¶ Quod non dedit Deus illi, sed quod illam pretio suo comparaverit. ¶ ita Aug. Secundo dici potest, quod non possedit illam quasi hæreditatem, ut vivus tanquam prædio potiretur; sed ut mor-

prædij, non in sepulchro, ut Joann. c. 4. & non pretio argenti, sed centum magnis, ut Josue c. ult. & Gen 33. ¶ Possit dici (inquit Lyra) quod ille Hemor, de quo hic Lucas loquitur, fuerit idem cum Seor patre Ephronis, ut dicitur Gen. 23. fuit enim ille binominis, sicut in Scriptura multi leguntur binomines. Ergo Abrahæ emit à filijs Hemor, quia emit à Ephrone, qui unus erat de filijs Hemor, sive Seor. Hic autem Hemor, sive Seor habuit patrem nominatū Sichem. Ille porò Hemor, de quo fit mentio Gen. 33. habuit filium nomine Sichem. Nec est inconveniēs, si ponatur eadem nomina diversorum hominum hic, & illic: quia frequenter homines diversorum locorum, & temporum conveniunt in nominibus. Et secundum hanc expositionem Littera planior videtur. ¶ Hæc ille. Neque mirum, B. Stephanum commemorasse patrem, seu avum Seoris, dicens, Hemor, seu Seor filium fuisse Sichem cum illum tacuerit Moies: quia in rerū narrationibus solet, quod unus scriptor omisit, alius illo posterior supplere: sicut B. Paulus nomina Magorum expressit c. 3. ult. epist. ad Timoth. quos Moies sibi obtulisse coram Pharaone refert, eorum nomina tacens.

Acto. Apost. cap. 7. *Jacob, & filij ejus translati sunt in Sichem, & positi in sepulchro Abrahæ.*

dicitur Josue ult. iudicamus Et positi sunt in sepulchro, quod emit Abraham, solum Jacobum spectat. Sicut Matth. cap. vigesimo sexto, discipulos de Magdalenæ unctione inquit, murmurasse: cum Joan. 16. solus proditor Judas in Mariam sit indignatus: solet enim Scriptura plurali numero aliquid de multis, quod uni soli convenire potest, explicare. Vel dicendum, duodecim Patriarchas in Ægypto defunctos primo, inde translatos in Sichem, postea vero eorum ossa in Hebron, in sepulchro Abrahæ fuisse collocata.

Act. 7. *Dicitur: quod non dedit hæreditatem in ea, nec passum pedis.*

tuus quiesceret in sepulchro: hoc enim neque prædium, neque ager vivorum est, de cujus loci genere locutus erat Stephanus, sed subterranea mortuorum. Vide Cornel. & Lorin. in Act. Apost. cap. 7.



*Vanitas sepulchri damnatur.*

Constat ex Gen. 53. sepulchrum emisse Patriarcham Abraham, cui oppositi videretur, quod asseruit D. Stephanus dicens nec passum pedis Dominum illi dedisse in Chanaan; sed facile conciliatur. Sepulchrum non reputatur inter possessiones; quia ignobile erat, impolitum, & informe, nullaque elaboratum industria, ut damnet nostram superbiam, etenim gloriae etiam post mortem, vanique nominis cupidi, electa, pretiosaque; ambimus sepulchra in monumentum aeternitati elationis nostrae, & superbiae. Optime Drogo, in Alleg. Tilmann. Habet mundus electa sepulchra, illos utique quos elationis fastigium, vel superstitionis operositas perspicuos reddit, denique tot Aegyptus sepulchris plena est, neque enim erat domus, in qua non jaceret mortuus, illa sepulchra filii Israel cupierant in deserto, cum dicerent, *Forse deerunt nobis sepulchra in Aegypto* in talibus sepulchris noluit Abraham mortuum suum sepelire; Sed ubi in spelunca duplici, ubi spes honorum operum, & amore contemplativae devotionis requiescit, ut hominum damnaret vanitatem in quaerendis electis, & vanis sepulchris, cum parum de honestate fuerint solliciti. Superbia, qua homines ambiunt pretiosa sepulchra, virtutibus omnino contemptis, optime noster damnavit Hispanus irridens vanitati Cleopatrae.

*Flentibus Hiliandum guttis dum viperam serpit,*

*Fluxit in obstantem succina gema feram.  
Quae dum miratur pingui se rore teneri,  
Concreto riguit vincula repente gelu.*

*Ne tibi regali placeas Cleopatra sepulchro,*

*Vipera si tumulo nobilitati jacet*

Sed quo ipse ignobiliorum locum in sepulturam elegit ex sua devota pietate, eo nobilior effectus est. Unde ubi textus confirmatus est ager, in Hebraeo surrexit ager, id est, interpretatur Caeteranus, elevatus est in meliorem conditionem, per hoc, quod emptus est ab Abraham in sepulchrum, loco non a superbia aedificij, sed a sanctitate jacentis ibi advenit nobilitas vera. Moriturus Moyses Gad benedixit tribum, sic dicens, *Vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus, qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitiam Domini, & iudicium suum cum Israel.* Quare ergo tribus Gad principatum

dicitur habitura cum ignobilis sit, ex matre ancilla nempe Zelpha? Lyran. ad Deut. 33. Iste doctor, inquit, fuit Moyses sepultus in sorte Gad, & hoc cessit ad magnum honorem, & dignitatem illius. Dicitur ergo sorte Gad principatum habitura propter Moysen ibi sepultum, sepulchra namque non ex politis lapidibus, quos erigit in monumentum aeternitatis superbia, sed ex jacetis inibi sanctitate, nobilia, clarissimaque efficiuntur.

Hujus eximia humilitatis exemplum aedic summae aedificationis Princeps Belgarum Albertus Austriae, qui Caesareo stemmate praeditus nullum defunctum sibi Mausoleum extrui iussit, sed absque pompa exuvias corporis inferri tumulo in aede D. Gudolphi imperavit, reiiciens apud homines vanitatis fallaces honores. Simile factum Adriani Turnebi in academia Parisiensis celeberrimi doctoris, memorabile factum est, & merito celebratum.

*Venimus in lucem hanc fastu sine, sic sine fastu*

*Ad veram lucem quemque redire decet.*

*Hunc cinerem cineri mandate; At erudite mentem*

*Ad patrem lucis qui dedit ire Deum.*

Quo spectat, quod Jour. in Leone decimo lib. 7. de Laurentio Mediceo, qui in supremis vitae momentis cavuit, ne plusquam civili pompa funus ejus, offerretur, quibus exemplis praeclearis inanis Mausoleorum gloria damnatur. Huic funerali modestiae viri praecleari studuerunt: Praecipit, immo & juramento voluit confirmare Josephum eximium ejus parens Jacob, ne ipsum tumulasset in Aegypto; *Non sepelias me in Aegypto.* Quare praecavit Jacob, ne in Aegypto sepeliretur a filio? Quia humilitatem affectavit in tunere, cui semper studuerat Jacob, timuerat enim filium Proregem pro patris reverentia & amore, grande forsitan velle construere Aegyptiorum more Mausoleum erecto in tumulum obelisco, & in vanitatem pyramidum; ut ergo Jacob, qui numquam superbiae tumidus vixerat, arrogantiam Mausolei erigi sibi vitaret, extra Aegyptum postulat tumulari humili urna, qua cineres sancta & religiosa servarentur humilitate; justus enim testimonium desiderat tantum humilitatis perenne: Quid ambit qui obeliscos erigit vanitatis, stultissime honorat cadaver cito in cineres abiturum, in putredinem, in corruptionem

ruptionem & vermes. *Idem pulvis*, inquit Nazianzenus, *eadem ossa sunt Heros Agamemnon & tuus mendicus; Constantinus Imperator & farulus meus.* Quid enim prodest cadaveri putrido altissimus obeliscus? *Quæ utilitas in sanguine meo dum descendere in corruptionem?* Quid stemmata foris, si intus vermes ebulliant? Quid in epithaphio nisi mendacia vitæ, quid intus in urna, nisi mortis fœtida spolia?

Ethnicis fuit hæc cum aliqua excusatione superstitio usitata, magis namque de mortali, quam de cœlesti vita à pluribus ignorata superbissime fatagebant, ideo mausolæa superba erigebant, & in eis epithaphia commendatitia, sed mendacia incidebant. Platonem castum, divinumque vocaverunt, cuius tumulo hanc exaratam fuisse inscriptionem Plutarchus refert.

*Ante alios castus, iusti quoque amator amoris*

*Divus Aristochus occubuit hoc tumulo. Si cui de cunctis magna est sapientia laudi*

*Majorem hic habuit, nec comes invidia est.*

Gloriosior autem jacet iustus in humili solo sine titulo, quam inter miracula Memphis superbi reges Ægypti, Præclarior est in libro vitæ nomen inscribi, quam in saxis exarari, vel ære nomina Imperatorum. Mortuus est Moyse & ignoratur sepulchrum; moritur Jacob & humili tumulatur sepulchro; Quare præclarissimi viri tumulus ignoratur? *Mortuus est Moyse servus Domini, & non cognovit homo sepulchrum ejus.* Quare Jacob humiliter sepelitur? Quare in ejus sepulchro epithaphia non proclamant

Ex Genes. 24. *Ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias uxorem; id est in urbem Haram.*

1. **L**yranus natale solum Abrahæ fuisse urbem Haram sentit. Cui contradicunt textus Antilogiæ ex capit. Gen. 12. & 15. & ex Judith cap. 5. *Populus iste (ibi dicitur) ex progeme Chaldaorum est. Deserentes itaque ceremonias patrum suorum, quæ erant in multitudine Deorum, unum Deum Galii coluerunt: qui & præcepit eis, ut exirent inde, & habitarent in Charan. Act. Apost. capit. sexto, Tunc exijt (inquit Stepha-*

virii sanctissimi laudes? Quare in mare non insculpitur cum Angelo lucida? Cur in pyramide cœlestes non inciduntur visiones, quibus Cœlum ejus comprobavit virtutem? Quoniam Mausolæa necessaria sunt illis, quibus mores obscuri, ij enim à tumuli magnificentissima structura laudes mendicant, Moyse autem vita, & Jacob non indigent epithaphio, & elogio; Optime D. Ambrosius: *Sepulchrum Moysis nemo novit, quia vitam ejus omnes noverunt*, quod præclarior Mausolæum, quam Moyse vita miraculosa? Hoc illi satis pro tumulo, hoc pro pyramide; Quid opus Jacob epithaphio? Quid vana inscriptione? Probatissima vita fuit illi satis pro encomio, sanctissimi mores pro superbissimis obeliscis. Hæc ergo omnia redolent ventosam superbiam quam obscurat caligo, temporisque edacis consumit injuria.

Sed quare diu prolata fuit Abrahæ vita, tot vexata laboribus? Non citra privilegium diu vita Patriarchæ duravit; quoniam dotibus, & perfectionibus præditus est morti magis obnoxius. Cum nunciatum esset Pilato Christum obijisse, inquit textus miratum esse Pilatum. *Mirabatur si jam obijisset.* Ex summa ignorantia admiratio processit. Sed quare hoc? Porius rationalis admiratio apparebat, rationabiliter enim existimabat non moriturum; quem divinum suspicabatur. Verum crassa fuit ignorantia, cum non crediderit esse Deum, stulte namque celeritatem Christi mortis miratur, oppositum enim fuisset miraculum, hominem nempe tot dotibus naturæ & gratiæ fulgentem celeriter non obire, qui namque scientia, clementia & beneficentia acclamatur in vitam omnem lapidem mover.

Genes. 12. *Deus, qui eduxit me de terra nativitatis meæ, & c. 15. Qui eduxi te de Vr Chaldaorum, erat ergo Vr patria Abrahæ.*

nus) de terra Chaldaorum, & habitavit in Charan. Oppositum tradere videtur Lyrano. Deut. 24. Abulensis, terram vocare suam Haran, eo sensu credit, quia longissimo tempore ad mortem usque Thare permansit. Verum, præterquam quòd sibi contradicit Tostatus, qui super cap. 11. Genes. quæst. 3. & super 12. q. 19. asserit, peregrinum vixisse in Chanaam per sexaginta annos Abrahamum, vivente Thare in Haram

Haram, opponitur Scripturæ, quæ ejus profectum in Chanaan assignat cum Septuaginta quinque esset annorum: ex tunc enim exiit de Haram. Unde supervixit Thare annis sexaginta: cum in sententia Abulensis septuagenarius genuerit Abrahamum, & obierit anho ducentissimo quinto suæ ætatis ut Genes. 11. habetur.

Dicendum ergo est; regionem; quæ trans fluvium Euphratem est, comprehendens Mesopotamiam, &

Chaldæam, appellasse Abrahamum terram suam. Quare sub Mesopotamia comprehendit Stephanus Actor. Apostolorum 7. Chaldæam, cum inquit: Tunc exiit de terra Chaldæorum; Haram autem comprehendebatur sub Mesopotamia. Nisi dicere velimus *lyran* non ad terram, sed ad cognationem referendum. Vide D. Thom. super Epist. ad Heb. & August. in q. ad Genes. & quæ nos tradidimus in capit. Genes. 11.

Ex cap. 25. Genes. *Jacob vir simplex.*

Ex Genes. 27. *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem.*

2.

**H**Ac voce *simplex* significari idem, quod innocens, patet ex Gen. 20. Abimelech enim se excusans, in *simplicitate cordis recepisse Saram*, inquit. Item Matth. cap. 20. cum dicit: *Estote simplices, sicut columba*; innocentiam hortatur Apostolis Christus. Et Paul. ad Rom. 16. *Falo, vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.* Simplex ergo tunc erat Jacob: non enim præcelsa Primogenituræ contractus, neque benedictionis cauteiosa Jacobi acceptio. Verum licet consideretur fraudulenter benedictionem recipiens à patre, simplex erat Jacob. ¶ *Dictio rama* (inquit Lypomanus) inter cætera significat interdum decipere, unde *mirra* descendit, dolum, & fraudem significans. Recte igitur Latine reddi-

tum est *fraudulenter*, & à Septuaginta: *cum dolo*. Sed distinguere oportet triplicem fraudem, unam eruditionis, quæ Josephus Scyphum suum poni jussit in sacco Benjamin: alteram inspirationis divinæ, quæ filij Israël mutati sunt ab Ægyptijs vasa aurea, ac tali Jacob usus est cum patre suo Isaac: tertiam noxiæ deceptionis, quæ Propheta Bethel decepit virum de Juda, ut secum comederet: & hæc vitiosa est; non autem priores duæ. ¶ *Simulatio* autem quadruplex est: altera cauteiosa, quæ simulavit fugam Josuë; altera doctrinæ, quæ Christus coram discipulis finxit se longius ire; tertia significationis, de qua est hic sermo: quarta caliditatis, quæ se Satanus in Angelum lucis transfiguratur. Plura de hoc c. 27. Ge-

Genes. 25. *Dedit Abraham omnia, quæ possederat Isaac.*

Genes. 24. *Deditque illi omnia, quæ habuerat.*

**P**ER repetitionem, seu recapitulationem hic memorari, quod Abraham dederit omnia, quæ possederat;

existimat Cajetanus in c. 25. Gen. cum id ante conjugium Isaac cum Rebecca factum cap. 24. legatur.


Ex Genes. 25. *Aliam duxit uxorem nomine Ceturam.*

Ibidem. *Filiis autem concubinarum largitus est munera. Quasi Cetura concubina fuisset.*

**C**oncubinæ non aliæ habebantur à veris uxoribus, eo solo adhibito discrimine, quod uxorem ritus, patæque præcedebant dotalias; non sic in concubinato. Unde Guemara Babylonica tit. Sanhed fol. 21. Quid uxores? (inquit) Quid concubinæ? Ait Rab. Jehuda uxores fieri pactis dotalibus, ac ritibus nuptiarum; concubinæ neque

dos, neque illa adhibita. Cum vero quis eam, cum qua verum conjugium haberi non poterat ob natalium defectum, videlicet servitutem, dotalibus cum pactis in concubinatum acciperet, ea improprie uxor dicebatur, & concubina. Sic Rabboni in Cetura, quam eandem cum Agare reputant, discernunt. Unde vocatur uxor Cetu-

ra: quia non sine instrumentis dotalibus conjuncta est. Vide Buxtorfium de sponsalibus: & quæ nos Deo concedere ad cap. 9. Judic. dicemus: & Genes. 38. de Thamar.



## EXPLICATIO Gen. 25. in sensu morali.

*Invidia omnia interpretatur in malum.*

<sup>1.</sup>  
Splendores  
alieni in-  
vidis ful-  
mina appa-  
rent.

**S**PIRITUS Sanctus simplicem virumque justum Jacob appellavit, quomodo ergo supplantorem appellavit Esau? Rationem reddit Seraph. Porr. in suis verit. aur. super Gen. *Quia benefacta aliorum mali in malum interpretantur.* Invidus enim, qualis erat Esau, talpa est, ut in aliis, quæ sunt perfectionis advertat, Lynceos autem oculos habet, ut aliorum scrutetur defectus: Audita est vox Patris æterni filium clarificantis: *Clarificavi, & iteram clarificabo.* Audientes vero vocem illam cœlestem dicebant: *tonitruum esse factum* Quid hoc? Si vox illa, ut inquit D. Chrysostomus; aperta, & bene significativa erat, quomodo visa est turbæ tonitruum? Quid cum strepitu tonitruum vox illa cœlestis? Quid vox tonitruum, quod ex vaporibus generatur, quos emittunt putridæ, & immundæ lacunæ, cum voce suavissima cœli? tonitruum terret, & fulmen immittit in ruinam turrium, & combustionem plantarum, vox cœli blandè procedit in vigorem infirmi, in fortitudinem debilis, & in solatium afflicti; Quomodo ergo turba vocem cœlestem in vaporem transfiguravit? Quoniam populus Israëliticus laborabat invidia, ideo vox illa cœlestis visa est illis velut tonitruum; Vox illa cœlestis Christum clarificabat, & laudibus extollebat, ideo cœlum clarificans Dominum, & vocem commendantem emittens, visum est turbæ tonasse; *Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum* invido enim terribilius est vocem audire alium laudantem, quam vocem nubis fulmen mittentis, & cœli tonantis, lucēs enim alienæ fulgura sunt invidis & tonitrua.

Stellam cadentem de cœlo vidit Joannes in sua Apoc. ut incoleret ter-

ram. & quod mirabilius est, amaricasse advertit Evangelista, & nomen stella dicitur absynthium. Quis audivit dulcis & amari judicium ad visum & non ad gustum spectasse? quamvis in prima muliere fuerint ita confusi sensus, ut oculis, quibus viderit, gustare dicatur lignum. *Vidit mulier quod esset bonum lignum ad vescendum.* Verum si littera textus attentè legatur, non inquit, stellam ipsam amaricare, sed absynthij nomen stellæ impositum esse in terra, in cœlo vocatur stella, sed in terra absynthij & amaritudinis nomine nuncupatur, in cœlo ubi luces plures æquales sibi associabat, stella appellatur, sed in terra, ubi erat ejus lux singularis, vocatur absynthium, priusquam incoleret terram cum resedisset in cœlo, etiam à terra stella suo nomine non privatur, sed lucis conservavit cognomen, eo quod visa in cœlo ab incolentibus terram propter distantiam radiorum apparet inops, & comprehensibilis visu, cum autem videretur posita in terra, qua major à Mathematicis recognoscitur quævis stella, ibi tanta radiorum gaudebat copia, quod oculis incomprehensibilis esset. Quid ergo miri, quod amaricaret stella si lucem inaccessibilem ostendebat? Lucem attemperatam oculi invidi poterunt spectare, sed maximam claritatem, radiorumque copiam abhorrent. Sunt oculi invidi sicut & Sacerdotis Eli, de quo inquit Scriptura, non quod haberet oculos cœcos, sed quod non poterat videre *Lucernam antequam extingueretur.* Quando lucernæ lux minuebatur, videbat, quando plenè fulgebat, totumque reddebat lucidum templum, fulgorem percipere non valebat, copia visus infirmus allucinatus tabellebat oleo suffultæ, verum cum declinare lucernæ lux incipiebat, in illam oculos dirigebat, videbat, cum decreveret lucem, sed cum vigeret, non poterat videre lucernam. Oculi infirmi sine remedio, tenebras solum in sole palpantes de quibus, inquit Seneca Sol nisi cum deficit, spectatorem non habet, nullus lucis pulchritudinem intuetur, verum si fortè eclypsim contigerit pari, omnes oculos macula sua trahit.

Hoc autem vitium est innatum humanæ naturæ, prodigium quod stupente natura strenuus est operatus Iosue, textus sacer innuit opus hominis fuisse

*Lux cœca-  
dens ferit  
oculos in-  
vidi.*

fuisse obediēte Deo voci hominis, & D. Gregor. Miror quod auctor naturæ voce hominis à lege naturali discesserit. Hominem appellat, quem omnipotentem, divinumve esse opus mirabile prædicabat. Loquitur idem de miraculo Moſis, cum aërem replevit caligine ut tenebris occupati Ægyptij Hebræis exitum liberum reddidissent. *Facta sunt tenebræ horribiles in tota terrâ Ægypti tribus diebus.* De opere isto mirabili D. Gregor. suæ divinitatis magnitudinem Deum ostendisse demonstrat. Quare ergo solis lucem stare poteritiam hominis non excedit, & tenebris solem densissimis obscurare ostendit divinitatem? Audite quæ addit textus cum Moſes de opere suo loquitur. *Vbi cumque habitabant filij Israël lux erat.* Qui de tenebris fecit splendescere lucem in oculis filiorum Israël suæ divinitatis magnitudinem ostendens. Verum enim est, quod Sol stetit Joluë valida voce Quid ergo indè? ex suspensione luminis cursus, terræ, super quam radios, lucemque Sol effudisset, sub tenebris oppositum emispherium gemebat, absentiaque Solis plantæ, & flores luce diu viduatæ jam marcescebant. Radii ergo lucis non est insolitum imo homini inditum est; & innatum aliis effundere tenebras, ita ut lumen, quo splendescit unus, caligo sit; quam miserè alter cæcutiat. Verum deducere de tenebris splendorem; opus divinum est. Unde Ioannes Verbi divinitatem probavit, quia lux erat in tenebris lucens. Miraculum ergo, quod operatus est Moyses magnitudinem divinitatis ostendit, quia de tenebris lumen deduxit, tenebras autem illuminare est quid divinum, redolet autem conditionem humanam radiis luminosis caliginem effundere, & tenebras, quales solis stantis propter vocem Joluë luminis suspensio in opposito emispherio causavit.

Nil enim magis invidum cruciat; quam videre alium ipsum superare fulgore, aut superiori munere collocari. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me:* queritur anima sancta, sed quare in sponsam fratres acuerunt livorem? Quare in se unam fraternas iras commovit, manusque illorum armavit? Rationem reddit ipsa. *Posuerunt me custodem in vineis* vocata est ad prælaturam anima illa, illis superior est facta, ideo

ubi superiorem viderunt; *Posuerunt me custodem* contra illam pugnarunt, & hostiliter expugnarunt. *Filij matris meæ pugnaverunt contra me* qui enim altius emicat, fulmina in se concitabit; præcipue tamē infensissimos experieris propinquos; Præmium interfecturo gigantem designaverat Szül; quæsit autem David quodnam designatum præmium à rege, ubi autem frater ejus Eliab audivit quarentem in eum invehitur excandescens: *Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oves in deserto? Quare solus frater arrogantem appellat? Quoniam timuit, ne David frater minor de gigante triumpharet, ideo invidus quem antelatum timebat, arrogantem vocat, & odio insectatur, ut inquit enim D. Hieronymus. Difficile est facta gloria virtute superare, & ab his diligi, quos præcedas.* Iob significat idem quod dolens. Quare hoc? quia inter Orientales fuit magnus, idem ergo est alios excedere, & ab illis pati dolorem.

Ad eo invidi dolent alios ad sublimitia respicere evectos, ut libentius honoris ferant jacturam, quam ceterorum augmentum. Christi Domini Pharisæi miracula calumniantes, quærent in qua potestate effecisset prodigia? Quibus Christus respondit, & simul interrogavit: *Baptismus Ioannis unde erat? Et responderes Iesu dixerunt: Nescimus.* Quare Pharisæi scientiæ tumore inflati ignorantiam ludent? Quoniam in Christum, & Ioannem exardebant invidia, ne igitur baptismum Ioannis è cælo faterentur venire, se nescios faterentur, minus enim sentiant notam sustinere ignorantiam, quam Christi virtutem, baptismumque Ioannis è cælo fateri probatam: *Nescimus* invidus enim ne gloriam conferat aliis; propriam facile defraudabit, & lucrum proprium perdet libenter.

Iudas postquam proditoriam consummavit sacrilegam venditionem, pretiumque à sacerdotibus pro sapientiæ æternæ thesauris suscepti, poenitentia infructuosa agitur voluit restituere pecunias, rediit ad sacerdotes ut traderet, verum ipsi aures continuerunt ne audirent, nolentes suscipere nummos, *Tu videris.* Quare Pharisæi pecuniæ cupiditate irreciti, non alliciunt, & audiunt, ut pecunias recipiant iterumque ad eos pretium rediret?

Quare

*Invidus è-  
grius fere  
amuli aug-  
mentum,  
quam hono-  
ris proprii  
jacturam.*

*Invidus ne  
amuli lau-  
des audiat  
lucrum pro-  
prium a-  
mittet.*

Quare continent aures: Quoniam laudes Judas publicabar magiltri; *Peccavi tradens sanguinem iusti*, quamvis ergo Pharisei tenerentur auiditate pecuniæ, continent aures, & claudunt ne justum audiant, quem prosequerantur livore; invidus enim à lucro quod desiderat, mavult fraudari, ne alium audiverit commendari. Invidus ergo ut superius tradidimus, frequenterque inculcabitur tom. 2. prius viscera auctoris corrodit, percutitque mucrone, quam quem invidens insectatur. *Invidia*, inquit Idiota, *est gladius Golia*, qui proprium magistrum occidit, quia invidi antequam alios interficiant, invidia gladio torquentur, ut merito dicatur, *Gladius eorum intret in corda ipsorum*: Giganteus gladius invidia est, qui prius præcordia auctoris perforat. Patienter tamen invidi ferunt proprium incommodum, dummodo aliis paraverint ruinam; Puteos Isaac obtulerunt Palæstini implentes humo, Quare aqua puteorum, quam Palæstini bibebant, privantur? Quoniam invidi erant, ideo sibi libenter nocent, dummodo aliis auferrent subsidium. [Puteos, inquit Lippomanus, obstruunt utiles tam sibi, quam aliis: non curant cui nocent, tantum ut invidiæ zelo satisficiant] libenter suum tolerabant invidi Palæstini, dummodo siti Isaac, familia ejus & pecora cruciarentur.

*Invidus non tam injuria sibi illata cruciatur, quàm prosperitate offendit.*

Fera pessima est livor, & insanabilis morbus invidentem crudeliter discerpit, ut cruciat, minus enim dolet sibi injuriam inferri, quam in alio prosperitatem videre. Accusavit fratres Ioseph scelere pessimo, hincque concipere odium cœpere. Postea sub symbolo stellarum somniavit à fratribus adorari; Tunc autem Ioseph interficere decreverunt: *Ecce somniator venit; Venite occidamus eum*. Quare vitæ non insidiantur, cum fratres accusat, & morti tradidere cum somniat? Quare non ad invicem dicunt: *Ecce accusator venit, sed ecce somniator*: Nonne illis magis nocuit acculatio, & delatio, quam somnium, quod phantasticum erat: Quare ergo accusatori ignoscunt, & in somniatorem exardent, mortique tradunt? Quoniam accusatio ruinam illis apud patrem parabat, somnium felicitatem Ioseph licet phantasticam prænuntiabat, minus autem eos ruina, quam felicitas Iosephi somniata cru-

ciabat, ideo interficere conantur, non quia accusabat de crimine, sed quia felicitatem somniabat; quia invidus non tam injuria sibi illata cruciatur, quam offendit prosperitate.

Cum Aman flexo poplite à cunctis in aula regis adoraretur, à Mardocho despiciebatur, nec illum honorare potuit adduci; nimis cruciabat Aman Mardochoi contemptus, verum non sic doluit, ut prodiret in lachrymas. Edicto regio exaltatus est Mardocheus, & in modum triumphi ductus per Vrbem; Tunc autem Aman in lachrymas præ dolore est solutus; *Aman festinavit ire in domum suam lugens*. Quare despectus à Mardocho non flevit, & ad Mardochoi exaltationem lachrymas fundit, & in mœtorem convertitur? Ratio est, quoniam laborabat livore, ideo toleravit despectum, sed ægrè æmuli sui tulit applausum, nollet Mardocheum Aman adorare erat injuria sibi ab æmulo illata, exaltari Mardocheum inimici felicitas fuerat, ideo invidus Aman qui ad Mardochoi contemptum hilaritatem non perdidit, ad applausum Mardochoi, animum despondet & in lachrymas est effusus: *Festinavit ire in domum suam lugens*. Ideo inito contra Christum Dominum concilio, non allegant Sacerdotes ut morti innocentiam damnarent, dicta, quæ ipsi reputabant injurias: *Vos ex patre diabolo estis: Esti dixero, quia non scio eum, ero similis vobis mendax*, sed miracula memorant; *Quia hac homo multa signa facit*. Quare hoc? Quia minus ipsos cruciabant prodigia, quam contumeliæ, ideo ut morti damnarent non injurias, sed sola miracula allegant, quia non tam injuriæ quam æmuli plausus invidum torquet, & Phariseos cruciabat.

De se querulus clamabat David: *Factus sum sicut nicticorax in domicilio*: D. Hieronymus vertit. *Factus sum sicut bubo*. Quare odio habetur ab inimicis sicut bubo? Quid pati persecutionem ut bubo ad exagerandam hostilitatem? Quoniam bubo avis est, quæ lumina pulcherrima habet, ubi autem cætera volatilia ejus oculos vident, eruere molliuntur illos; quare ferire lumina tentant? Quoniam cunctas aves bubo oculorum pulchritudine excellit; ideo vellent cætera oculos ejus eruere; ut ergo David rationem traderet, quare cum

tum hostes insectarentur ad mortem, inquit quod factus est velut bubo, sicut enim hæc avis ab aliis afficitur odio, quia pulchritudine oculorum cunctas excedit, sic David quia dotibus naturæ cunctos præibat, ut hostem insectabantur: *Factus sum sicut bubo*. De Joseph dicitur: *Inviderunt illi habentes jacula*. Quare in Joseph fratres jacula

mittunt, & ut signum ad sagittas statuunt? *Quia filius accrescens, & decorus aspectu*, quia viderant supra fratres augeri, & speciositate fulgere velut inimicum insequi tentant, venustas ratio unica, ut Joseph signum ponerent ad sagittas: *habentes jacula*, invidia enim inlequitur virtutem, & dotibus præcellentem naturæ.

Ex cap. 26. Genes. *Iuraverunt sibi matuo.* & Ver. 23. *In amicus fœdus.*

Genes. cap. 24. *Filium meum tantum ne reducas illuc Quasi cum hominibus navitatis suæ solum commorari præciperet.*

**E**X duplici capite oritur Antilogiæ oppositio, & ex juramento mutuo, quod inter distinctæ religionis sectarios non licet; sed de hoc ad cap. 31. Genes. dicemus, & ex fœdere quod virum justum, & religiosum dedecet inire cum Idololatra, cujus amicitiam, ac societatem relegare semper desideravit Abraham in suo dilecto Isaac.

§ I.

*Proponitur, benefacere alienigenis semper licuisse: & quantum à luce natura derivaverim ipsi Iudei, & à mutua hominum charitate.*

**I**UDÆI tam perniciosam inter ipsos, & alterius Religionis sectarios judicant societatem, ut mutue charitatis leges, & officia naturæ non dubitent oppugnare. Apud Cornelium nomine omnium quidam Rabbinius ajebat: *Optimus, qui inter Gentes est, dignus est ut caput illi contrahatur tanquam serpenti*. Unde illud Juvenalis de illis. *Non monstrare vias, eadem nisi sacra colenti*. Eodem pertinet illud Taciti. Apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu; adversus omnes alios hostile odium. Ideo apud ipsos, si fides habenda est Maimonidi, si Israëlita interficeret proelytum domicilij, neutiquam erat morte prolyta a namque proximum esse nolunt

Sed hæc observantia quantum charitatem fraternam expugnet, cuius comperium erit: sicut & contradicere Domino, qui Levit. 19. speciali lege

imperavit benefacere popularibus. Apud Josephum Salomoni templum dedicanti, & oranti, ut Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiret, hæc tribuitur deprecatio. Non sumus inhumano ingenio, neque male affecti erga extraneos. Solum autem cavetur sic benefacere aliis, ut sibi non inferrent nocumentum in Religione. Ideo Christus Dominus exemplo suo docuit, sinistrè à Judæis intellectum divinum præceptum, & eorum traditionibus depravatum, cum à Samaritana aquam petere non recusavit: & Petrus vins ex circumcissione obijcientibus, *Quare introisti ad homines præputium habentes?* respondit: sed mihi ostendit Deus: neminem immundum dicendum hominem. Neque beneficentiam in homines extraneos à Religione liberam reliquit Dominus; sed sub præcepto imperavit Dei exemplo, qui bonis, & malis solem oriri facit, & pluviam utrosque humectare. Quando intra Israëlém (inquit Tertullianus) erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat; at ubi Christus dedit Gentes hæreditatem, & possessiones terminos terræ, & cœpit expungi, quod dictum est Osee: *Non populus meus populus meus: & non misericordiam consequuta, & misericordiam consequuta: scilicet exinde Christus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, neminem excludens in misericordiatione, sicut in vocatione; quæ accipi oportet salvâ gradus differentiam, ut in omnes simus benefici, præcipue tamen in Religionis consortes. Unde cum illis quidem, quorum peior causa est, & qui à disciplina Ecclesiastica deficiunt, non omne interdicitur commercium,*

mercium, sed familiare extra necessitatem, neque quod emendationis ipsorum præbet spem.

## S. II.

*Illicitum est fœdus cum alienigenis Religionis extraneæ, quando timetur propria detrimentum, & infidelitatis contagium.*

**F**œdus non nocendi causa cum alienis à Religione inire, jure veteri divino fas fuisse, patet ex Deuter. 23. ubi non abominari Idumæum, & Egyptios præcipitur. David, & Salomon cum Hiram Tyriorum Rege pactum inserunt, quod neque in David fuit reprehensum; imò à Salomone juxta sapientiam à Cælo inditam celebratur, atque laudatur Reg. 3.

In tutelam Judæorum esse videtur locus Exod. cap. 34. Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum. Septem int. lligè prohibitos populos. Ideo decrevere sapientes (inquit Maimonides) omnimodos Gentiles, tam masculos, quam fœminas, proceres, qui perpetuo sanguinis profluvio laborant, sive ea de re constet, sive non, habendos: quoties de munditia, & immunditia quæstio fit: id est ex eorum contactu contra immunditiam, ut facilius sic ab eorum consortio, quantum fieri posset arcerentur Judæi. Act. Apost. 11. viri aliquot ex circumcissione Petrum interrogarunt, male ferentes: quare introisti ad viros habentes præputium, & manducasti cum illis? Quæ omnia non leviter indicant inter Hebræos, & Gentiles esse societatem prohibitam: Comprobat idem Samaritides mulier: Quomodo tu, Judæus cum sis (inquit Christo) bibere à me petis? non enim conturuntur Judæi Samaritanis. In Guemara Babylonico ad tit. Jamibot. fol. 74. habetur: In more positum non erat admittere profelytos Davidis tempore, & Salomon. Si ergo justissimis Regibus non licebat societas cum profelytis, qui patriis dimissis ritibus Iudaismum profitebantur: potiori jure prohibita erit cum Idolorum cultoribus. Denique firmat Paulus, qui ad Thessal. inquit: Ne jugum ducite cum alienis à fide: quod

enim consortium est justitiæ cum iniquitate, aut quæ commixtio lucis cum tenebris, aut quæ concordia est Christo cum Sathana: aut quæ pars credenti cum non credente?

Hæc autem levis sunt armaturæ. Exod. namque 34. solum præcipitur Israëlitis cum septem populis nunquam inire fœdus, ut pote divinâ sententiâ damnatis, cujus executionis Israëlitas delegavit ministros. Imò quando expresse Deuter. 23. præcipitur populo, non quærere prosperitatem, nec bonum eorum, apud quosdam Hebræos (Grocio testante) pax ab illis peti vetatur; non tamen præcipitur respui, si ab eis offeratur. Neq; in Ammonitas movit arma Iephthe, nisi post aquæ pacis vias varias tentatas: neque David, nisi injuriis atrocibus lacessitus.

Duo alienigenarum pro luce expositionis sunt distinguenda genera: alterum eorum, qui in Hebræorum ritibus, relictis patriis, manebant, & juris Mosaici corpori nomina palam dabant: quos profelytos justitiæ nuncupabant: alterum est eorum, quibus sedes in ditione Israëlita permessa erat, sed Iudaismum non profitentibus: & hos profelytos domicilij vocabant, advenas etiam, & inquilinos. De illis nulli dubium: licere fœdus inire: de istis (inquit Maimonides) quoties Israëlita prævalebant (potissimum ante Babyloniam captivitatem) gentibus, illicitum erat nobis, permittere apud nos Gentilem idololatram, nec quidem ex accidenti illic agentem, aut mercaturæ gratia ad locum transeuntem, nequidem per terram nostram ei transeundum erat: nisi in se reciperet septem præcepta, quæ Noachidis sunt imperata secundum id quod dicitur: *Nec habitabunt, aut manebunt in terra tua*, nequidem ullam ob rationem: si vero præcepta illa septem se observatum profiteretur, profelytus deinceps domicilij erat. Ut inquit Manasses Ben-Israel in suo Conciliatore in Deuter. q. 163. septem præcepta sicut & Adæ imposita fuerunt Noë, & posteris ejus quæ, ut inquit Petrus Cunæus de Rep. Hebræor. l. 1. cap. 1. justitiæ regulas quasdam constituiebant: quare vis eorum tam latè ad omnes pertinuit, ut qui ea nescirent, hos interficere in bello, atque ex hominum communione tollere

*Alienigenarum duo genera.*

vollere jussi sunt Israëlita; & Gentilis, qui ea non reciperet, repertus in ditione Hebræorum ultimo supplicio afficiendus erat. Ejusmodi præcepta ea erant juxta Manassén Ben-Israel: Non Idola colere: Nomini Dei non maledicere: Non occidere hominem: Non adulterare; Non furari; Iudices instituere, quibus curæ sit has leges observari. Et carnem cum sanguine non comedere. Cum his ergo qui talia præcepta reciperent societatem mutuam licebat Judæis miscere, sicut cum ipsis Hebræis, & profelytis justitiæ. Cum aliis autem alienigenis septem illa præcepta respuentibus, dummodò extra ditionem Hebræam domicilium collocarent, fas erat inire amicitiam, & societatem, ut cum Ægyptiis. Majus enim periculum debet contagij Idololatriæ timeri, ubi major est, propinquiorque locorum vicinitas. Unde Gentibus Diis suis fictitiis non renuntiantibus non licet mutua cum Hebræis societas; & amicitia, si commorentur intrâ terminos Israëliticis; fas tamen est cum Gentibus deditis Idololatriæ, si aliqua non brevis sit locorum distantia. Post excidium Templi, & Babylonicam captivitatem, quo tempore cum Gentibus mixti, & per varias dispersi sunt terras, ex contactu Gentium immunditiam contrahendam Hebræis determinarunt; ut sic arctius illorum fugerent societatem, & Samaritanam gentem inuisissimam illis tunc temporis majori conatu: quo angustius erat vicinitatis periculum, eò efficacius quæreretur remedium. Ex quibus sola non licebat inter Hebræos, & Gentiles societas, quæ periculum pareret in utrisque Idololatriæ. Hanc autem prudentem cautelam, & sanctam suis traditionibus depravarunt, omni prorsus erga Gentes charitate extirpata, fugæ temperatæ præservativam medelam convertentes in odium lethale proximi sui, & ruinam capitis proprii: ut docuit exemplo suo Christus in Samaritana, & Petrus ab ipso eruditus respondit iis, qui malè ferebant introire ad homines præputium habentes.

Quod in Guemara Babylónico tempore Davidis, & Salomonis profelytos non admissos legatur, explicatur à Maimonide Halach Huribia capit. 12:

Quod qui è Gentilismorranit ob vanitatem sæculi, inter profelytos justitiæ non est connumerandus: mutationem vitæ, & Religionis inire debent ex amore sincero, & integro corde. Timoris namque causâ, sicut etiam honoris plures ex Gentibus Davidis tempore, quo Regnum opulentia vigebat, ad Judaismum migrare, non temere præsumebatur. Unde publicè in profelytismum non erat aditus, nisi ex sententia fori supremi, sive Synedrij constaret, an nomen Judaismo dedisset ultro, & ob legis purum amorem. Exemplum habetur illustre de totâ Idumæorum gente, quæ patriæ retinendæ causâ ex edicto Hircani in Judaismum ingressa, sub Circumcisionis jugo deinceps vixit. Quia tamen Davidis tempore aut nullus, aut pauci vitæ instituta deserebant ea puritate, quam necessariam censebant, ut amplecti Judaismum permitteretur, idè publicè in profelytorum centum admissi non sunt, nec Israëlitici juris fas illis fuit prærogativis uti. Sic explicant communiter locum istum Hebræi. Neque negare possunt ante Davidis tempora nullum ascendisse in profelytismum: quia de Jethro socero Moïsi in Demoth Rabba parash. 27 sic legitur ¶ Dum Gentilis, seu Paganus fuit juxta illud quod in sacro habetur sermone: *Et reversus est ad Iether socerum suum*: simulatione autem factus est profelytus; littera unica adjecta est illi, uti & olim Abraham, & vocatus est Iethro. ¶ Illud vero quod adducitur Pauli ad eos refertur, qui in idoliis convivabantur: in quo pervertendæ Religionis Christianæ majus erat periculum. In societate ergo Catholicorum cum Gentibus, nulla, quæ ex circumstantiis temporis, & loci non diminet, pravitas reperitur. Cavendum ergo est, ne familiaritas nimia contagium afferre possit infirmis: quare utile judicatum, sedes utrorumque distare; sicut Israëlitas seorsim ab Ægyptiis Idolis deditis habitasse, retulimus.

*Idonea  
gēs ex edicto  
Hircani  
in Judaismum  
ingressæ.*

## S. III.

*Fœdus licuisse inter illos, qui distant in Religione, utrumque Testamentum confirmat. Paralipom. locus exprimitur.*

**E**XPRÉSSE habetur in sacro textu mutuum de se iuvando inter illos, qui alienæ sunt Religionis, fœdus, & pactum: quamvis id male audiatur apud Nicolaum Veryuleum. Abraham namque impios Sodomitas in bello adivit Genes. 14. & ab aliis Regibus reportavit victoriam: cujus factum per Melchisedechum sacerdotem Deus probavit. Secundo D. Paulus monitus de insidiis Indæorum, Tribuno indicari voluit, & cum Tribunus milites in ejus præsidium addidisset, permisit, & ab infideli libenter recepit. Ubi Paulus, qui nullam edocendi officij occasionem aut dimisit ipse, aut ab aliis dimitti voluit, ut contra alios moverent arma, usus est infidelibus, alienæque Religionis præsiidiis. Denique fœdus prædictum laudabile reddunt Asmonæi legis periti, & admodum reverentes, qui cum Romanis, & Lacedæmoniis pepigere, approbantibus sacerdotibus, & populo: quin & pro eorum salute sacra fecerunt.

Varia sunt, quæ huic doctrinæ contradictionem inferre videntur. Paralipom. 2. reprehensus fuit Iosaphat à Propheta, quod impio præberet auxilium, & iis, qui oderant Deum amicitia vinculo jungeretur. Paral. etiam 2. capite 16. Propheta carpitur Afa; quod ad societatem Syri se contulisset. Denique Fulco Rhemensis Archiepiscopus olim Carolum Gallia Regem alloquebatur. *Quis non expavescat, se inimicorum Dei amicitiam velle, & in cladem, ruinamque Christiani nominis pagana arma, fœdera que detestanda suscipere: melius fuerat, se non nasci, quam regnare Damonis patrocinio velle, & illos iuvare, quos per omnia impugnare deberes.* Pius V. Pontifex Francorum cum Turcis societatem Franciæ labem appellavit. Ex quibus constat, fœdus superius relatum non licere inter professores Religionis extraneæ.

Verùm fœdera in argumento relata non intrinseca ex ratione ( ut sic loquar ) sunt prava. Iosaphat namque non ex causa fœderis; sed ex personæ qualitate fuit à Propheta correptus, eo quod societatem iniisset cum Ochozia Rege Israël similem ei, quam David, & Salomon iniverant cum Hiram: quos eo nomine partim non reprehensos partim laudatos superius indicavimus. Nam quod dicitur Ochoziam impiè egisse, ad totam ejus vitam est referendum, ob quam Deus ipsi, ejusque conatibus fuerat infensus. Afa fœdus similiter ob animi vitium, unde procedebat, culpâ notatur, eo quod ad societatem Syri se contulisset Deo diffusus; & ei mitteret res sacratas: sicut quod in medicis posuerit Spem. Sicut ergo ex hoc loco crasè inferretur, non licere consulere medicos: sic ex se malum non erat cum Syris societatem inire. Multa namque, quæ aliàs licent, vitiat animus pravus, ut censum David 2. Reg. 24. Thesaurorum ostensionem in Ezechia 4. Reg. 20. sic Isaïæ 31. fiducia posita in Ægypto reprehenditur, cum tamen Salomoni societatis cum Ægyptiis licuerit: quia licet fiducia reponenda sit in Deum, cujus est adjuvare, & in fugam convertere, non est intrinsece malum recurrere ad humana præsidia. Israëlita enim sub statu Veteris Legis disertas habuerant promissiones victoriæ, si legem observarent: nihilominus recurrere nefas illis non fuit ad humana auxilia.

Ad fœdus, quod cum Turcis Car. iniit fateor, societatem cum illo, qui distat à Religione, ut mutuo se fœderati iuvent non admittendam extra summam necessitatem, licet spes adsit maximi lucri. His qui insidiis ( inquit Thucydides ) imperuntur, ut nos ab Atheniensibus, invidia fieri non debet, si salutem quaerunt non Græcorum modo, sed & Barbarorum auxiliis. Nec enim jus quodlibet sufficit ad id committendum, quod Religioni, si non directe, indirecte tamen nocivum putetur. Quærendum enim est primo loco regnum cœlestis, idest propagatio Evangelij, in cujus ruinam auxilium evertit Carolus ille: ut ca. 6. historiæ suæ expresse declaratur. De quibus pactis audi Alexandrum: graviter, inquit, delinquere, qui adversus

adversus Græcos Barbaris militaret contra jura Græcorum. Et ratio, licet dispar à nostro instituto, ea est: quia omnes Christiani membra unius corporis sumus, qui jubemur alij perferre dolores aliorum: sicut autem id ad singulos ex charitate, ita ad populos, quia populi, & ad Reges, quia Reges sūt archissime spectat: neque enim pro se quisque tantum, sed & pro mandata sibi potestate servire Christo debes: hoc autem populi, & Reges non possunt grassantibus infidelibus armis: neque bellum ex fœdere aliquo iusto dimanans unquam potuit licere contra Principem unitum in Religione. Fuit enim Mosi cum Obab ejus cognato: fuit etiam Davidi cum Rege infideli; sed nullus in alios suæ Religionis confortes arma movit. Idem iudicium fieri potest de Machabæis, seu Asmonæis cum Romanis. Quod si id tantum desideraverit Nicolaus Vernoleus, inficias non ibimus.

Contra hoc stare videtur Illiberitanum Concilium can. 50. ubi sic dicitur. ¶ Si vero aliquis clericus, sive fidelis fuerit, qui cum Iudæis cibum sumpserit, placuit eum à communionem abstinere, ut debeat emendari. Idem decrevere Nicænum can. 50. Epauense can. 15. Aurelianense 3. ca. 13. Agathæca 40. Metense ca. 4. Meldense t. 23. Marisconense ca. Verum huiusmodi Concilia veritatem nostram confirmant: omnium enim prohibitionis ratio præcipua fuit, ne ex Iudæorum communionem varias præcipuè in delectu ciborum superstitiones transfuderint in Christianos: cū apud illos ciborum communionem usus non vigeat. Ubi autem subversionis periculum non timetur, non sic prohibetur mutua familiaritas, & societas, ut cū Paganis, quibuscum licet communio: cum in cibis delectum non habeant ep. ad mensam 11. q. 3. ep. in fid. 23. qu. 4.

\*\*\*

#### §. IV.

*Fidem promissam alicui esse servandam, ex jure tam naturali Gentium, quam Mosis scripto, & Christe Evangelico oriri.*

4. **P**LURÈS dum politici volunt haberi, Machiabellum, & ejus fallaces artes sequuti, omnem Religio-

nem oppugnant. Solà innocentia hodie vivere nimis esse periculosum, ideo cum Vulpibus Vulpandum; neque decipere pro moribus temporum turpes sed prudentiæ tantum experimentum esse, inquit Plinius. Nec satius decere verbis Principes alligare, quorum in manibus sunt arma. Ideo Mahometes secundus Turcarum Imperator fertur dixisse, præstare fidem mercatorum esse, non Principum, quod illi à fide, sicut ab armis pendant.

#### *Quid de iure veteri Gentium?*

Verum hæc fœdissima, pestilensque doctrina communem humanam vitam societatem eveilit, neque ullum sine fine stabile imperium ipse confessus est Machiabellus, probans. Numam Pompilium magis proficuum populo Romano, quam Romulum: quia jus iurandum infallibiliter docuit servare. Ut inquit namque Valerius Maximus tria dominari Romanos fecerunt: saluum consilium secreta tacendo, dictis suis pertinaciter inhaerendo, non frangendo fidem. Dedecorat ejusmodi Politica virum alias honestum: ideo Pausanias de Philippo Macedone: Eum bonum Imperatorem, inquit, nemo recte vocaverit, ut qui pro more habuerit iusiurandum contemnere, fidem quavis occasione violare, ita ut nulli homini vilior fides fuerit. Et quidem quamquam fides toto exularet orbe, Nobilibus autem, & Regibus præcipuè temper est retinenda, quorum verbis major deberet haberi fides, quam juramenti aliorum.

Neque, quamvis à Religione distantes publicè sint hostes habendi, ideo fœdus cum illis initum irritum debet esse, & violandum. Ex jure enim naturali oritur, quod pacta violari non possint, cujus juris capaces sunt cuncti homines, & si hostes. Aug. Cæsar cum publicâ præconis voce decies sex tertium milia nummorum pollicitus esset ei, qui sibi Crocotam traderet latrocinii insignem, ipsemet à se traditus Crocota pretium ab Augusto recepit, (refert Dio) Et ratio est: quia si eum hoste tanquam cum malefico actum est, & ipse fidem non violat, licet alàs invisus omnino sit, eo ipso simul de remittenda pœna, quoad hanc rem attinet, actum centeri debet. Optimè apud Livium.

Navis cum tyrannidem ipsi objiceret Quintus Flaminius : de nomine hoc respondere possum, ait, me, qualiscumque sum, eundem esse, qui fui, cum tu ipse mecum societatem pepigisti. Appianus de Lusitanis, quos nova pactione deceptos trucidaverat Servius Galba, sic inquit : perfidia perfidiam vltus contra Romanam dignitatem Barbaros imitabatur. Fidem ergo servare omnes natura docuit.

*Idem ostendit jus Mosis scriptum, & Evangelicum.*

Fœdus teneri homines erga Religionis etiam extraneos nunquam violare, utrumque indicat Testamentum. Vetus quidem, ubi Israëlitos Reges, qui cum Babylonis pepigerant societatem, sic Dominus est minatus : *Vivo ego, quoniam juramentum, quod sprevis, & fœdus, quod pravaricatus est, ponam in caput ejus.* Novum quidem idem confirmat. Certissimum namque est, Judæos tum Alexandri Magni successoribus variatim, tum Romanis, ex fœdere pependisse tributa, interea non defuisse, qui gentem suam injusto tributo, & armis oppressam decere redimere libertatem, acclamarent, quorum Judæus Galilæus fuit dux : de quo in Act. Apost. 5. Hinc suborta fuit controversia, in qua audierunt à Christo Domino : *Date qua sunt Cæsari Cæsari.* Id est sic judicasse, inquit Freherius apud Seldenum, Cæsarem petere, quod omnes Principes petunt, quod ante Ægyptij, quod Seleucus ; quod Pompejus ab eis petierant, quod ipsi Cæsari debetur ex lege fœderis tanquam victori. Ubi Cæsari, à quo in Religione longe distabant, tributum, quod ex fœdere solvere tenebantur, videmus non posse sine injustitia negari. Expressius id totum habetur in Act. Ap. Quia Gamaliel celeberrimus Iuriconsultus sermonem de Juda Galilæo nectens, qui libertatem hortabatur Judæis, & Cæsari negare tributum, eo quod scriptum esset : *Dominum Deum adorabis, & illi soli servies.* Deum solum, & non Cæsarem Dominum esse dicendum, ajebat. De Juda ergo isto sic inquit Gamaliel. *Post hunc exiit Judas Galilæus in diebus descriptionis, seu professionis (ut Vulgata) id est census, & auerit populum post se, & ipse*

*perit, & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt : & nunc itaque dico vobis, discedite ab hominibus istis, & finite illos : quoniam si est ex hominibus consilium hoc, aut opus dissolvetur, si verò ex Deo est, non poteritis dissolvere.* Palam igitur est seditionem Judæ ex tributo ab Augusto ex fœdere, & iure deditiois imposito, damnasse, veluti ex hominis turbulentioris commento, non ex Deo, id est ex jure quod à Deo Gentibus tunc datum est, orta m.

Duplex testimonium doctrinam nostram confirmat : primum est pactum, quod pepigit cum Gabaonitis Josué cap. 9. Ibi enim nullam aliam manifestant rationem, qua juratorum vim *Juravimus illis (inquit) in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere.* Et paulo inferius. *Ne contra nos ira Dei concitetur, si peccaverimus.* Inviolabile ergo iusjurandum, & fœdus existimantur, si semel fuerit inritum. Secundum est ex Reg. 2 ca. 21. Postquam enim Saül occidit Gabaonitas, fame Deus percussit Israël : cujus supplicij causam obrulit textus, eo quod filij Israël iurassent eis, Saül autem hanc illis violaverit fidem.

§. V.

### §. V.

*Proponitur : quid Concilia determinent Tridentinum, & Constantiense. Unde plura de salvo conductu : Hussique non esse violatam fidem.*

**B**ATAVUS Calvinista Catholicis perfidiam obiicit : quasi fidem hæreticis datam impunè violari posse, verbis, & opere testemur. ¶ Et adeo tamen ( hæc inquit de Tridentino ) locusta effrons es ( dirigit verborum tela in Becanum pium, & doctissimum virum ) ut illo salvo conductu per illos conjuratos Patres, quorum majori parti nulla erat fides, Evangelicis ( sic immeritò quidem hæreticos Calvinistas appellat ) quos tu hæreticos mentiris, fidem datam servandam esse, decretum fuisse, ostentare audeas, cum ne ulla quidem hæreticorum fiat in illo mentio ; sed è contra instinctu Pontificum, indefessoque

Cardinalium, & Episcoporum conatu, ne Regibus, & Principibus quidem, licet Catholicis-romanis, majestas, & fides integra servarentur: imò iidem ipsi, et omni alio bello suspecto, foedera inter se mutua ad extirpandos Evangelicos suaderentur, consiliarent.

¶ Verum omnia, quæ de salvo conductu, & publica fide, & securitate discrete habeantur tribus testimoniis, manifeste mendacem arguunt. Vide *ses. 13. in fine, & sess. 15. & 18.* quibus hæc duo statuuntur, & decernuntur. Ut omnibus Catholicis, & Hæreticis, cujuscumque sint conditionis, liceat publica fide, ac securitate ad civitatem Tridentinam venire, ibidem manere, proponere, ac disputare: & quod nullus audeat talem promissam fidem, ac publicam securitatem violare. Et si quis, sive Catholicus, sive Hæreticus illam violaverit, illas subeat poenas, quæ jure divino, & humano in violatores fidei sunt constitutæ.

Opponit secundo his verbis: Expressim, ut dictum est, ad Constantinensem Synagogam veniendi à Sigismundo Imperatore Salvus conductus Hussio datus est: & tamen ille, & Hieronymus Pragensis orthodoxias cauta juxta conjuratorum illorum Patrum sententiam vivi exusti fuerunt. Occinere tu fidem datam non violare appellas? Hæc sibilat illè.

Verum nil, quod Batavo patrocinari possit, in Constantiensi Concilio possumus reperire. Hæc sunt verba in *ses. 19.* ¶ Præsens sancta Synodus ex quovis salvo conductu per Imperatorem, Regem & alios sæculi Principes, Hæreticis, vel de hæresi diffamatis, concessio, nullum Fidei Catholicæ, vel jurisdictioni Ecclesiasticæ præjudicium generari, vel impedimentum præstari posse, seu debere, declarat, quominus, dicto salvo conductu non obstante, liceat judici competenti, & Ecclesiastico de hujusmodi personarum erroribus inquirere, & alias contra eas debite procedere, easdemque punire, quantum justitia suadebit, si suos errores revocare pertinaciter recusaverint: etiam si de salvo conductu confisi ad locum venerint iudicii, alias non venturi, nec sic promittentem, cum fecerit quod in ipso est, ex hoc in aliquo remansisse obligatum. Hæc Synodus:

Ex quibus duo decernuntur: & quod sæcularis potestas Ecclesiasticam impedire non possit ab exercitio legitimo suo: & consequenter si alicui Hæretico, salvo conductum dederit sæcularis Princeps, non obstare, quominus Ecclesiastico reum, liceat examinare, & procedere secundum allegata, & probata: antior enim Princeps, qualis est sæcularis, superiorem; qualis Ecclesiasticus est, ab executione suæ jurisdictionis impedire non potest. Unde securitas, quam ille promittit, ad tribunal superioris non extenditur: quia superior legibus, ac pactis inferioris non ligatur. *Cum inferior. Extra* de majoritate, & obedientia. Hoc ipsum docent passim Jurisconsulti. Everardus Specham iuris professor Helme-stadij centuria 1. quæst. Juris q. 1. Secundum, quod ex Concilij decreto inferitur, est, quod sæcularis Princeps, qui promittit alicui securitatem, cum fecerit quod in ipso est, non manet obligatus in aliquo. cum solum promittere præsumatur, quod valet præstare. Circa primum: quod Ecclesiasticus Princeps sit sæculari superior, quod Batavus pertinaciter negat, confitentur Pontifices, Episcopi, & etiam Imperatores. Gelasius I. epist. 10. ad Anatasium Imperatorem, Gregorius VII. lib. 8. epistol. 21. ad Hermanum Metentem Episcopum, Cyrillus Hierosolymitanus catech. 17. Gregorius Nazianzenus or. 17. quæ est ad Cives Nazianzenos, Chrysostom. Hom. 83. in Math. alloquens diaconum, Sanctus Igoarius Joannis Evangelistæ discipulus in epist. ad Smyrnenes, & epist. ad Philadelph. Hosius Episcopus epist. ad Constantium Imperatorem. Ambrosius epist. 32. ad Valentinianum Imperatorem. Basilius Imperator oratione, quam habuit in 7. Synode. Theodorus, & Valentinianus in epist. ad Synodum Ephesinam. Honorius in epist. ad Arcadium. Justinianus in Authent. const. 123. Et, quod magis Batavum urgebit, Calvinus ipse profiteretur lib. 4. institut. ca. 11. §. 4. ab illis verbis: *Magistratus, si pius est, non volet se extirpare.*

Circa secundum. Regula est, quam tradunt Jurisconsulti, quando datur alicui salvo conductus, vel securitas jure communi solum datur contra vim injustam, nõ tamen contra legis executionem

tionem. Idem fecerunt Patres Concilij Constantiensis sess. 6. Ad quod à violentia, iustitiâ semper salvâ, omnem saluum conductum nostrum, quantum in nobis est, præsentium tenore offerimus. Plura Everardus Spechan cent. 1. q. 1. §. 18. Mynsingerus observ. 82. Ex quibus constat, Principem secularem, cum promittere tantum valeat securitatem contra vim injustam salvâ semper iustitiâ, & juris exequutione, si efficit, ut is, cui securitatem promissit, non patiatur aliquam vim injustam, censeatur facere, quod in se est, & quod præstare tenetur, & valet.

5. Ex quibus colligo, Sigismundum Hussio præstitisse securitatem, quam ipse promissit, contra vim scilicet injustâ: Hussio enim passus est, sed non injuste. Imperator enim, cum daret illi saluum conductum sub pœna capitis fugam prohibuit quâ elapsus est contra præceptum: neque voluit retractus à fuga hæresim abjurare. Pœnam autem capitis in Hæreticos pertinaces leges imperatoris decernunt.

*Pœna contra hæreticos.*

*Hussio fides non est violata.*

L. Quicumque, C. de hæreticis. Fugam Hussi Campianus Martyr in Rationibus Academicis probat: item Nauclerus gener. 48. Cochæus l. 2. Historiæ Hussitarum. Ex Calvinistis Laurentius Humfredus lib. contra Campianum. Hussio non esse fidem violatam ex eo patet, quod cum ipse duceretur ad mortem, nec verbum de fide violata fecit, cum de aliis alia locutus sit: neque id unquam testatus est Hieronymus Pragensis. Denique Bohemi, qui Hussij dogmata tuebantur, cum ad Concilium Basiliense oblato salvo conductu vocarentur, missa insigni legatione comparuerunt: quod non fecissent, si de fide violata Catholici suspecti haberentur. Neque ipse Lutherus, qui Hussium speciali articulo laudat, quidquam de salvo conductu violato tergit.

De Hieronymo Pragensi, quem contra fidem datam, inquit fuisse combustum. In primis Cochæus l. 2. Hist. Hussit. Molanus lib. 3. de fide Hæreticis servanda. ca. 2. & alij, non accepisse Hieronymum saluum conductum ostendunt. Deinde citatus fuit à Concilio Constantiensi oblato salvo conductu cum: hac clausula, *Salva semper iustitia*, ut habetur Sess. 6. citatus, convictus, hæresisque abjurata ut sess. 17. in hæresim relapsus est, atque fugit, & re-

ductus combustus est, ut sess. 21. Ex quibus constat illi violatam fidem non fuisse. Primito quia datus est saluus conductus cum clausula *salva semper iustitia*, qui expiravit per fugam. Secundo, quia in hæresim, quam abjuraverat, relapsus est. Hæc omnia contra Batavum, & plura alia vide apud Becanum.



## EXPLICATIO Gen. 26. in sensu morali.

*Amor inimicorum suadet ur.*

6. **D**OE DUS iniisse, & convivium Isaac fecisse Abimelec, & Ochozath & Phicol constat ex textu, quod apparet prohibitum esse, sed supposita superius tradita in sensu literali concordia dicendum est cum Chrylostomo; convivio certa dedisse Isaac argumenta, se non fore memorem eorum, quæ in se commiserant, & non solum oblivisci, sed magna hospitalitate illos excepisse. Hoc autem inquit Oleaster, proprium sanctorum est pro malis scilicet bona reddere.

Panegyristæ munus in Saülis infausta morte David exercens, *Filia Israel super Saül flete*, inquit, *qui vestiebat Vos coccino in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro*. His quasi compendio laudes exornavit Saül. Sed quid hæc, ut tot Principis vitia posset celare? ad summum potest liberalis ostēdi, sed non perfectus omnino. Si, ut par est, regem laudibus extollere vellet David iustum commendet, quem non infregit amor paternus, ut filium capitis non damnaret suos laudet maximè diligentem, non ornatum purpuram induerem, sed ut pro Israëlitis hostium sanguine ostenderet tinctam. Hæ perfectiones sunt quibus vitia velare. Verum si in laudes, quibus Davidis triumphum de Philisteo filiz Jerusalem sustulere, oculos intendamus, summa & epilogus est perfectionum, sic enim canere filias Jerusalem inquit textus: *Saül percussit mille, & David decem milia*: Musica autem huiusmodi valdè fuit punctus Saül lapideoque illius in corde iræ resonaverat echo. *Iratus est autem Saül nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste*, invidiæ vocibus illis princeps incensus

incensus hæc exclamavit: *Quid ei superest nisi solum regnum?* Hinc, verbis Davidis eximia colligitur commendatio, excedit enim virtutem, superat laudes, quod filias Jerusalem, à quibus offensus, tam sensibiles ictus perpessus est, coccino vestierit, præbueritque purpuram cultui ijs, à quibus contemptus est, difficilissimum enim est vinci voluntatē valere, ut quē odio promerito deberet, prosequatur amore.

Quare Moses, quis posset interrogare, serpentem æneum levavit in altum? optimè namque populum cognoverat esse proclivem idololatriæ, quare ergo populum periculo exposuit, cuius ruinam non semel expertus est? Etli proum populum idololatriæ vidisset, serpenti æneo cultum non timuit offerri, neque unquam venerari posse ut idolum. Quare hoc? recolite quæ referuntur à Mose. Dixerat namque serpentes ignitos Dominum in populi misisse perniciem, peribat populus à serpentibus laceratus, ideo ergo credit Moyse ab Israelicis non adorandum æneum illum serpentem, quoniam serpens ille imago erat ignitorum serpentium, quos maximè populus oderat, quosque velut hostes habebat, ideo difficile eorum imaginem adorarent, quia amor adorationem præcedit. Jam difficile autem est amare inimicorum memoriam, quod credidit Moyse esse impossibile æneum serpentem populum adorare, qui ignitorum serpentium erat imago, & membra, ideo supremo pretio Israëlitarum salutem emerunt, quia non sanabantur nisi videntes serpentem, difficillimum namque est *poder ver al enemigo*, cuius æneus serpens erat imago, ideo alto pretio salutem emebant. Excessus autem amoris est pro odio rependere amorem, & excellentius quam vitam donare. Cum Dominus vitam pro nobis obtulit in patibulo, dicitur nos amare. *Dilexit nos, & lavit in sanguine suo.* Cum se sacramentavit in cœna duplicavit amorem, & manifestavit excessum. *Cum dilexisset, dilexit.* Quare hoc? Quoniam in patibulo vitam donabat, in cœna proditor beneficiebat, & pro odio, & traditione, quam complere intendebat, amorem rependit, & cor traditori sacrificabat ideo vitam tradere amor erat, sed duplicata dilectio pro odio rependere amorem.

Verum præterquam quod ignoscere inimicis animi virilis est, nihil periculosius quam nõ peperisse, qui namque inimico non parit, neci inevitabili exponitur: Audit Rebecca minas, quas in Jacob misit hostiliter Esau, & dolens sic exclamavit. *Utroque orbabor filio.* Quid hoc? Solut Jacob periclitabatur, in quem Esau parabantur infidæ, quare ergo solus Jacob interitum non timebat, sed pariter necem Esau? Utriusque filij mortem Rebecca non sine fundamento timebat; Jacob quem minabatur Esau, & ad interitionem quærebat, Esau, quoniam qui non ignoscit, venia indignus mortem infalibilibiter experietur: Unde Esau volentem occidere fratrem timuit iri occisum infalibilibiter mater: Thomas Anglicus inquit ideo utroque orbari timuisse Rebeccam filio, quia fraticida indignus est, qui reputetur Rebecce filius: *Si occiderit te, inquit non reputabo eum filium meum, & sic orbabor utroque.* Sicut autem amor vindictæ vindicanti ruinam parare solet, sic injuriarum oblivio parit incrementa plura parcenti.

In duobus liberis voluit Joseph gratitudinem exhibere, secundum enim filium vocavit Ephraim, quod significat *crescere me fecit Deus*, ut filij nominis repetitio in memoriam adduceret beneficia, quæ Deus contulerat Iherali beneficentia, *Ephraim vero vocavit secundum dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Sed inde Joseph tot incrementa, & ad sublimem culmen imperij exaltauo suprema? in nomine, quo primum Joseph appellaverat filium, manifestav rationem; *Vocavitque nomen pr moegeniti Manasses dicens: Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei.* Quia Joseph pressurarum, quas tribus suis auctoribus passus fuerat, fuit immemor, ad culmen imperij fuit exaltatus, ideo augmentum expertus, quia apud illum injuriæ fratrum abrasæ, ex oblivione injuriæ imperij felicitas est prognata; Cum exijt à cœna proditor traditurus magistrum, inquit Christus. *Nunc clarificatus est filius hominis.* Quare nuncqu a injuriam à discipulo accipiens non meminist de vindicta, ex oblivione vindictæ, & injuriæ resultavit Christo Domino claritas: *Unde patientia incipit,*

Qui non  
parit ex-  
ponitur  
merti.

Gen 27

2. 112

24

7.

joan 13. 23

Amer in-  
micor m  
premiat.

inquit D. Cyprianus, *inde claritas ejus, & dignitas caput sumit*: Bis Evangelista regem nuncupavit David. *Jesse autem genuit David regem, David autem rex*. Quare hoc? quia bis deprehenso Saül ejus hoste à vindicta se abstinuit immemor injuriæ, ideo tot principatus meruit David, quot injurias à Saül acceptas dedit in oblivionem. Regem latro Dominum recognovit. *Domine memento mei* quia *pater ignosce illis*, Christum dicentem audivit, ubi ignoscendum vidit, Principem recognovit prædo, *Patentia regem offendit*, inquit D. Leo.

Cum Heli sacerdos certior fuisset effectus Annam preces effundere coram Domino in templo, ut opprobrio sterilitatis sublato benedictionis susciperet prolem, inquit ipsi: *Vade in pace, & Deus Israel des tibi petitionem tuam*. In Hebræo habetur: *Heloim det tibi*, id est Deus judex det tibi; Quare Deum judicem invocat, ut Annam exaudiat? Quoniam credidit Heli ex justitia teneri Deum honorare feminam illam, jureque istam assecuturam petitionis effectum: Sed unde hoc? Quoniam ebriam incautus Heli vocavit feminam sanctam: *Usquequo ebria es?* ipsa vero immemor injuriæ Dominum vocavit & honoravit: *Domine*: videns ergo sacerdos feminam non iratam contra inferentem injurias, quinimo bonum pro malo reddentem pro contumelijs sacerdotis rependisse honorem; *Domine*, credidit ex justitia à Deo fuisse honorandam, obtinendumque à femina sancta petitionis effectum.

Dominatio ergo titulus cogens est ad clementiam, potestas ad condonandam facilius veniam debet deservire dumtaxat: Aufugiunt timidi in passione discipuli Christi, Dominus autem illis apparens, cum animadverteret plenos rubore, & timore, inquit: *Nolite timere, ut quid turbati estis*. Quasi diceret; noli timere, infidelitati vestræ peperci. Sed unde hoc credere possent? Unde confidere? Quoniam inquit: *Data est mihi omnis potestas in caelo, & in terra*, Ut depelleret timorem, eosque

redderet de venia securos inquit potestatem habere, qui namque generosus est, quo majori potestate gaudet; eo fortiori stimuletur calcari ad indulgentiam condonandam & veniam ipsa majestas, potestasque suprema fidejussor est ei ad veniam inimicis concedendam: Cum Dominus sciret à discipulo esse tradendum, & à ministris comprehendendum, & tandem interficiendum, tunc potestatis fecit Evangelista mentionem: *Sciens quia omnia dedit pater in manus*. Quare recolit potestatis memoriam? Quoniam reddere voluit rationem quare non destruxerit supplicioque affecerit inimicos; non illis ruinam paravit, *Quoniam etiam ipsos, à quibus tradebatur, teneret*, inquit D. Greg. ideo securi hostes Christi Domini erant, quia potestate eos delendi fulgebat, qui namque viribus valet, non utitur potentia ad ultionem, sed ad indulgentiam & veniam. Indignum ergo est Principi potestate fulgenti de inimicis sumere ultionem.

Semei contumelijs afficientem David voluit Joab nomine regis sumere de illo vindictam, noluit vero permittere ipse David. Alia opportunitate præcepit filio Salomoni, ut Semei non relinqueret inultam injuriam; Quare ergo David Semei manu Joab non punivit audaciam, si præcepit Salomonem plectere illius delictum? Ratio est, quoniam cum primum rogavit Joab ut per David liceret sumere de Semei impudentia vindictam, clavum regni tenebat adhuc David, cum vero Salomoni præcepit Semei punire delictum, regni sibi abdicaverat regimen, jam enim Salomon rex proclamatus fuerat pro patre. *Salomon sedit super solium regni*, ubi David clavum regni tenebat, erubuit vindictam sumere de hoste, ubi se principatu liberum confideravit, non erubuit sibi irrogata injuriæ filio commendare vindictam: *Deducesque canos ejus cum sanguine ad inferos*, cum regnum moderaretur, erubesceret David hostem ulcisci, ubi renunciavit sceptro cogitavit de ultione, alienum etenim est à majestate Principis procurare vindictam.

*Potestatem  
quæ  
sumere.*

*Indignum  
Principe  
ulcisci.*

3762

3762

Ex Genes. 27. *Ego sum Esau. Feci sicut praecepisti mihi. Comede de venatione mea. Vestibus Esau induit eum. Quae omnia mendacia sunt.*

Genes. 25. *Jacob virum simplicem fuisse constat, & post benedictionem ab Isaac Jacob oblatam, multisfarium illi Deum apparuisse constat.*

S. I.

*Reprobatur illorum judicium, qui Jacob mentitum fuisse fuerunt, & excusant à culpa quantumvis levi.*

**M**ENDACIUM aliquando laudabile censent Poetae. Inter cetera munera, quae Dij contulere Pandorae: sermones blandi, mendacia, corque dolosum ab Hesiodo numerantur. Aeschilus apud Thymentem Pythagoreum C. de iusto, & iniusto Mendaciorum tempus aliquando Deum honorare cecinit Plato lib. 2. de Repub. Mendacium, quod in verbis reperitur ad versus hostes, & amicos furiosos, velut medicinam, utilem esse, defendit.

Verum est contra Poetas, quos tanquam errorum magistros aibi eliminaverat Plato, dictum Pythagorae apud Aelianum: ¶ Duabus rebus hominem ad Deum proximè accedere: vera semper loquendo, & benefaciendo alijs. ¶ Apud Jamblichum veracitas dux dicitur ad omnia divina, humanaque bona Apud Tacitum laudatum reperimus; ¶ Non fraude, neque occultè, sed palam, & armatum populum Romanum hostes suos ulcisci. ¶ Plato etiam ipse lib. 2. de Repub. Nul- lum ( sic inquit ) tantum esse homini malem, quantum est falsa opinio: Verum illud, germanumque mendacium tum Dij, tum homines oderunt.

Ipsaque natura labem horret mendacij. Homo namque Arist. teste) animal est natura sua politicum appetens societatem, cujus vinculum mutuum est animorum consensus, qui conservari non potest, nisi homines alteri suas cogitationes, & sensus imperiant; istae urpote immanentes actiones tam altis in animo cogitantis infixae radicibus, ut à suo principio nec separari possint, neque in alterius animum propagari, nisi vocibus medijs, quae sunt sensuum interiorum nuntiae, & cogitationum interpretes. Ille igitur, qui fallacia, & mendacio orationem

suam adulterat, & celat cogitationes, naturae repugnat, & societatis humanae fundamenta subducit. Audite Marcum Antonium Imperatorem. ¶ Qui non dedit opera in quantum ab universa natura discrepat ( loquitur de mentiente ) & praeter decorum agit. ¶ Repugnat ergo universae naturae. Unde inquit Grotius: quod secundum communem hominum existimationem nulla videtur dari posse significatio mendacij praeter repugnantiam cum jure manente ejus, ad quem sermo, aut nota dirigitur. Id autem jus nil est aliud, quam judicandi libertas, quam homines colloquentes his, quibus colloquuntur, debere, quasi pacto quodam tacito intelliguntur. Haec, & non alia est obligatio, quam homines introduci voluerunt, simul atque sermone, notisque similibus uti instituerunt. Unde veriloquium ad justitiam refert post Simonidem Plato. Cicero ad justitiae fundamenta reducit quaestionem de veritate dicenda.

S. II.

*Explicantur varij Scripturae loci commendantes mendacium.*

**M**ENDACIUM aliquando laudabile esse plura Sacrae paginae comprobant testimonia. In primis, sciscitanti Pharaoni, cur obstetrices morti Hebraeorum pueros non obtulissent, responderunt: *Non sunt Hebraea, sicut Aegyptia mulieres: ipsae enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, parunt.* Hanc autem fallaciam Dei remunerantis videmus comprobata suffragio Exod. 1. ibi. *Bene ergo fecit Deus obstetricibus.* Si ergo Deus obstetrices commendat: quis est qui condemnet mendacium? Secundo Judith factum à Sanctis Patribus laudibus extollitur maximis; & tamen nullus à mendacio poterit liberare. Cum Eunuchò ad Holofernis thalamum invitanti. *Qua ego sum* (respondent)

rit ) ut contradicam Domino meo : omne quod erit ante oculos ejus bonum , & optimum , faciam : quidquid illi placuerit , hæc mihi optimum omnibus diebus vitæ mee Quibus verbis contra mentem Holoferni libidini morigeram esse promisit. Tertio Christus Dominus : Lazarus amicus noster dormit , inquit ; mortuus autem jam erat. Quis autem culpæ arguere poterit Dominum ? Denique Exod. 12. Vasa aurea , quibus Hebræi Ægyptios expoliare intendebant , ab ipsis commodata acceperunt. Hoc autem laudabile fuit Domino contulente Exod. cap. 3. sicut ut fugeret populus servitutem , finxit victimas in solitudine.

Hæc autem levis sunt armaturæ , ut commendabile probent mendacium. Obstetricum falsitatem Augustinus damnavit. Quod scriptum est ( inquit ) bene Deum fecisse cum Hebræis obstetricibus , non ideo factum est , quia mentitæ sunt ; sed quia in homines Dei misericordes fuerunt. Non est itaque in eis remunerata fallacia , sed benevolentia ; benignitas mentis ; non iniquitas mentientis , Nisi quis dicere velit ; illa verba : Edificavit eis domos : ad populum Israëliticum referri : quasi Hebræi suis obstetricibus domos munias extruxerunt , quibus illæ contra Pharaonem , cujus mandatum contempserunt , servarentur. Sunt , qui referant ad Pharaonem , quasi domos obstetricibus , quibus eas includeret , excitarit. Alij ad ipsas. Unde Septuaginta : *Fecerunt sibi ipsis domos*. Et licet hæc referamus ad Deum : nondum tamen liquet , quibus ille extruxerit domos. Cum enim in textu principali legatur. Et fecit *Lahen* eis domos , quod pronomen est generis masculini ; quidam interpretantur , quasi Deus non quidem obstetricibus , sed Israëlitis obstetricum beneficio domos ædificaverit , id est sobolem , ac familiam propagarit. De Judith D. Thom. 2. 2. quæst. 110. art. 3. ad 3. Dicendum ( inquit ) suscepisse Judith utilis , officiosique mendacij leviolem culpam : laudari nihilo secius , non quia mentita est Holoferni , sed propter effectum , quem habuit ad salutem populi. pro quo periculo ipsa se exposuit. Ad tertium : cum de simulatione verba faciemus.

Næque Deus ( ut sic Exod. 12. locus explicetur ) præcepit Judæis , ut cir-

cumvenirent Ægyptios ; sed solum quod peterent vasa aurea , & argentea , & jam accepta ulterius non redderent illis. Id Dominus fecit : tum quia omnium supremus Dominus est ; tum quia Hebræis oppressis operibus lateris , & luti , omnique famulatu , non reddiderant mercedem Ægyptij juxta illud Sapient. 10. *Reddit justis mercedem laborum suorum*. Tum quoniam in bello justo res hostium victoriæ jure valebant auferre. Quemadmodum Epiphanius in libr. ancoratus explicuit juxta illud Sap. 10. *Ideo justis rulerunt spolia impiorum* Ubi nulla fallacia. Quod enim Augustinus dixit , Israëlitæ justos esse hostem decipere , id ipse eodem profus loco , ac quæstione correxit. Nec mendacium loquutus est Moses cum , *Ibinus viam trium dierum in solitudine* , inquit Pharaoni : ab Ægypto enim , ut ait Aben Ezra superc. 5. Exod. usque ad montem Sinai , ubi tunc immolare intendebant , iter trium solum dierum , si recte perageretur , intercedebat. Quod si Pharaon non renuisset , rediret iterum Moses , tempus differret ulterius , nec sic Abul. Lyra , & prius Augustinus.

\*\*\*

### §. III.

*Eadem mendacij labe gaudere simulationem , comprobatur ratio , & aliqua testimonia Scripturæ.*

**U**M aliquis , si alijs non noceat , si ubi hilarem reddat fortunam censent Rabbini , licere simulationis mendacium. Quia , ut refert R. Josue ben-Sueb , præcepta Domini instituta sunt , ut illis homines vivant ; non ut perire faciant. Sic sentiunt Abarbanel , R. Nissim , R. Joel ben-Sueb. Verum eadem mendacij malitia est , & simulationis , eandemque irrogat naturæ injuriam. Audi Aquinatem 2. 2. q. 117. art. 1. Sicut veritati ( inquit ) opponitur : quod aliquis per verba exteriora aliud significet , quam quod habet apud se , quod ad mendacium pertinet ; ita etiam opponitur veritati , quod aliquis per aliqua signa factorum , vel rerum aliquid significet contrarium , ejus , quod in eo est , quod proprie simulatio dicitur. Unde simulatio proprie est mendacium

3.

*Eadem labe gaudet simulatio ac mendacium.*

cium quoddam in exteriorum signis factorum consistens. Hac etiam ratione repellitur simulatio. Socrates namque in Theæthero apud Platonem rationem signis exterioribus, arque oratione se exprimere dicit suas cogitationes eas auditoribus repræsentare, quasi facies in speculo, vel aqua, sic eleganter Mercurius ille ter maximus in Pimandro: Oratio est imago mentis, & mens Dei. Inficias ne ibit aliquis, imaginem, & speculum esse vitiosa, si imago ab exemplari, & speculum ab objecto dissentiant: Nullus quidem. Ut ergo speculum Hecubam pro Helena repræsentans dicitur vitiosum & pictor contra artem peccaret, qui leonis, vel equi pro bove delinearet imaginem: ita peccat contra naturam, qui veritatem factis, vel figmentis adulterat, vel potius spectandam exhibet pro corpore solam umbram. Hæc declaro: si perdicibus cor duplex inesse, monstrum putant contra naturam, si quis cor, animumque duplicatum haberet, is monstri loco sine controversia diceretur. Quid igitur illi, qui, cum unam à natura linguam, cor unum, unamque ab anima mentem acceperint, sibi duplicia fabricantur in cordibus. *Vana loquuti sunt* (inquit Psal. 11.) *unusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt.* Et sapiens Eccles. 2. *Ve duplici corde.* Quisquis ergo factis mentitur cogitationes duas, cor duplex habet, & animum duplicatum, unam cogitationem, unumque cor: unam, quam veram putat, & silentio, vel suspensione deprimit: alteram, quam falsam existimat, & signis exterioribus depromit.

Comprobat idem Machabæor. 2. cap. 6. Eleazarus comedere carnes recusans porcinas: quem, ut liberarent à morte, rogabant amici, simulare vesci porcinis, ipsi licitas apposituri. Maluit tamen Eleazarus mortem amplecti, quam simulationem. Quod si dixeris, non tam simulationem, quam scandalum vitare voluisse, & quantum adolescentibus, qui ipsum edere prohibitas carnes existimassent, quid respondere valebis ad illud Reg. 3. cap. 5. Naaman namque Princeps Regis Syriæ militiæ sanatus ab Eliseo, qua laboraverat, lepra: cum recognosceret verum Deum, timens, ne, cum comitaretur Regem in templo Renon, eo genuflectente;

genuflecteret ipse, rogavit Prophetam, ut pro ipso Deum oraret: genuflexio autem, in quam relabi timebar, non vera, sed solum esset simulata adoratio. Confirmat, quam defendimus veritatem, Illiberitanum Concilium can. 55. Sacerdotes (sic decernit) qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant, nec de suis sumptibus aliquid Idolis præstant, placuit, post biennium accipere communionem. Et can. 56. sic decrevit. Magistrate vero anno, quo agit Duumviratum prohibere placet, ut se ab Ecclesia cohabeat. Ecce Synodus Catholicos prohibet à communionem cælestis mensæ, & Ecclesia, qui ad Magistratum elevarentur, eo quod habitu Gentilium fides Christianorum simulabatur. Usurpabant enim in Deorum sacrificijs coronas. Ferunt namque, primum Liberum patrem capiti imposuisse coronam ex hedera, & hinc sacrificantes victimas coronabant.

¶

§. IV.

*Varia in oppositum testimonia Scripturæ explicantur, & simulatio Pauli in circumcissione Timothei, & Petri in observatione legalium declarantur.*

**P** R I M I S Christus Dominus fictionem suo exemplo coram Apostolis honoravit: illis enim in Castellum Emaus iter agentibus, finxit, se longius ire, cum Emaus suæ terminus esset viæ. Samuel 1. Reg. 16. ut David sine periculo proprii capitis tingeret in Regem, de grege hædum selegit, simulans, se Deo velle immolare. David 1. Reg. cap. 21. cum periculum sibi à Gethæis imminere videret, ut in tuto suam collocaret salutem, immutavit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum: hos ergo furiosi gestus exhibuit, non ut interitum infantiæ morbum, qui nullus erat, significaret: sed ut à periculo omnino liberaretur. Cujus simulatio laudatur à Salomone Eccles. 10. Fuit etiam consilium Catonis: stultitiam simulare loci prudentiæ est. Horatius lib. 4. Od. 12.

*Misce stultitiam consilij brevem.*

*Dulce est desipere in loco.*

Verum

Verum Christus Dominus numquam simulavit, aut finxit. Decreverat intrare castellum, si discipuli ejus rogassent secus longius duxisset iter: ideo licet non videretur velle in castello manere, intravit rogatus, sicut cogitaverat ipse. Duo similiter intendisse Samuelem, constat ex textu, & ungere in Regem David, & vitulum immolare: utrumque, sicut cogitaverat, fecit, unxit scilicet, & immolavit. Ad simulationem Davidis ex dicendis, nisi mendacij labe tabuisse, dicamus, constabit.

Manasses Ben Israël, & plurimi alij, simulationem licere, si cedat in bonum sui, vel alterius spirituale arbitrantur. Sicut simulatio, qua usus est Jacob, ut à fratre tolleret primogenituram, licuit: quia huic annexa erant spiritualia beneficia majora. Quis namque virginem Nicomediensem non laudat, cujus Cedrenus meminit in Annalibus? Eam, qua tempestate Diocletianus, & Maximianus lacerabant Ecclesiam cum impuro milite includi domo jusserunt, ut nisi Fidem abjurare vellet, pateretur stuprum. Tandem precibus, lachrymisque frustratis, se præstituram finxit medicamentum, quo perunctus vulnerari non posset, si ejus parceret pudicitia: ceram oleo permiscuit, quo cum cervicem suam unxisset, ut vim experiretur medicamenti, militem omni robore ipsam ferire rogavit. Miles admodum lætabundus venerandum virginis caput abscissum ad pedes suos statim provolvi, miratus est. Et hunc in modum (inquit Cedrenus) adversarij improbitate superata, martyrij coronam castitatis corona cumulavit. Ecce, qualiter simulatio, boni spiritualis capiendi gratia laudabilis est.

Paulus ipse simulationem suo exemplo commendat: cum Timotheum circumcideret, à Jacobo admonitus legitima cum alijs celebranda suscepit, ut hac falsa simulatione ad eorum sibi familiaritatem conciliandam in multorum salutem, & Fidei propagationem uteretur. Quo facto in multos propagata fuit fides. D. Petr. ad Gal. 2. Simulationi ejus consentirent cæteri Judæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in ejus simulationem. Quamvis autem reprehensus fuerit Petrus à Paulo, Patres communiter illum purgant à culpa: quia id gratia spiritualis lucri majoris in fidelium animas redundatis præstiterit.

Sed quantumcumque sublimis finis excogitetur, simulatio tamen commendabilis nunquam erit. In primis poteram inficiari, eam vere martyrem Christi fuisse: cum ejus acta non è publicis Ecclesiæ tabulis proferantur. Dicere etiam possem, non mendacio solum, sed etiam interitu sponte qua fito lethaliter deliquisse: cum ad facinoris hujus encomium nulla nos Ecclesiæ compellat auctoritas: nullis enim legibus mortem potius oppetere, quam stupri pati tenebatur violentiam, dum liberum voluntatis consensum à turpitudine poterat cohibere. Nisi dicamus, eam divino spiritu, divinoque impulsu fuisse, sicut Samson, excitatam, ut à suo corpore illius emissarij militis petulantiam, libidinemque contineret morte spontanea: vel ignorantia invincibili ductam, quâ salvat viâ Diana, & à desperationis liberat culpa mulierem rusticam vitandæ turpitudinis adolescentis gratia sponte præcipitatum. Singulis namque facti circumstantijs diligenter expensis, ignorantia excusante, melius mentiri, & mortem amplecti, quam libidinis flammis foedari potuit existimare. Hæc namque si sic contigerint Virgini, neque quidquam vel de præservatæ pudicitia laurea, vel martyrij decerptus flosculus erit.

Factum Pauli, & Petri diu, & nondum compositam inter Augustinum, & Hieronymum movit litem. Ex illis quidquid dixerò, depromam. Per aliquod ergo tempus Apostolis, primisque adeo Christianis cæremonias veteris legis, quamvis ad salutem minime necessarias, & velut mortuas, fas fuit usurpare, ne eas perinde, ac Idololatriam Gentium crederentur repudiare: Licet nunc quisque Christianorum (inquit Augustinus) quamvis sit ex Judæis, similiter ea celebrare voluerit, tanquam sepultos cineres eruens, non erit pius deductor, vel bajulus corporis, sed impius sepulturæ violator. Gentibus ad Fidem conversis quidam de sectis Phariseorum, qui Christiana sacra susceperant, illos non solum ad circumcisionem, sed etiam ad suillæ, cæterorumque Judæis interdictorum ciborum abstinentiam prædicabant teneri. Unde re diligenter expensa. Antiochenos Gentiles ab hoc onere relevaverunt, & cuilibet liberum esse, vel circumcisionem amplecti, aliasque cæ-

remonias legales, vel ab his omnino cessare, decreverunt. Ex quibus inferitur, Paulum sine legitima reprehensione, sicut quemlibet alium Apostolorum religiose citra fallaciam simulationis obire cæremonias legales licuisse, non quidem ut necessarias, sed ut nondum interdiktas. Ideo Timotheum circumcidit Paulus, ut societatem Judæis familiarem sibi strictiori vinculo conciliaret. Non sic tacile erit à simulatione culpabili Petrum Apostolum vindicare: Paulus enim inquit: *Restitit Petro, quia reprehensibilis erat*: quia Judaice vixit, ita cautè se cum Judæis gerens, ut justam daret causam Gentibus suspicandi, Judaïsmum esse ad salutem tam sibi, quàm alijs necessarium. Hæc imperfectio levis ex inconsideratione manavit: Petrus enim putabat, se Judæorum, quorum hætenus erat Doctor, offensionem præcavere debere potius, quàm Gentium: cum tamen omnium æque Pastor esset, & Rector. Sed vix potest humanæ mentis infirmitas omnes circumstantias librare, ut aliquândo in rebus perplexis non cæcutiat.

\*\*\*

S. V.

*Exponitur Sara simulatio, & à culpa liberatur.*

5. **M**ENTITAM Sarâm simulatione, innuit Gen. 20 Scriptura. Apparuit enim coram Abimelech sine oculorum velamine, ut videretur innupta. Solebant enim mulieres, cum nuptui dabantur, vel ob pudorem, vel ad significandam sui corporis potestatem, quam recognoscebant maritis, velo vel pallio obnubere caput. Rebecca sic fecit Gen. 24. Hinc Hymeneus Deus nuptiarum, croceo velatus amictu describitur à Nasone 10. Metamorph. Velum hoc flammeum, sive flammeolum vocabant. Lucanus 2. Pharsal.

*Non timidum nupta leviter, tectum-  
que pudorem  
Lutea demissos velarant flamma  
vultus.*

A colore videlicet luteo, & flammeo, sive ardenti. Quo sensu interpretari, potest *velamen oculorum*. Enaim namque non solum oculos, aut fontes sed colores interdum etiam significat, ut

Levit. 13. v. 55. liquet, & Abulenſis notavit. Romanis moris fuit (ait Plutarchus) mulieribus capite velato procedere, nec aliam forſan ob cauſam Venus Andromachæ velamen dediffe, dicitur ipſo die nuptiarum.

*Quidquid illi dono dederat Venus aurea velum.*

*Cum primum uxorem duxit fortiffimus Hector.*

Accedit, quod Genes. 24. ubi Rebecca dicitur pallium sustuliffe, quo, Isaac veniente, obnubere caput, Theristrum vertunt Septuaginta: quod (ut inquit Hieronymus de traditionibus Hebræis) pallium dicitur genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo illius Provinciae uxores velantur. Cum ergo obiecto velo Sara coram Abimelech apparuit, matrimonio solutam simulavit. Hoc innuit versio Septuaginta, ibi: *Hæc erunt tibi in honorem faciei tuæ, & omnibus, quæ tecum sunt* (mulierum scilicet, quas habebat in comitatu) *& in omnibus sectare veritatem*. Quali dicerent: Noli fratris nomine conjugium prætere; sed habitu, qui matronam deceat, & conjugatam, incede: palam esse te maritam declarata, ut verè es: cave deinceps in mendacio deprehendi. Ubi vocem illam *Veno Kabat* deflexisse videntur à *No: ab, coram, ante*. Ac si dicat Abimelech: palam omnibus profiteri, te esse conjugatam. Decepit ergo Geraræ Regem, velum matrimonij notam egerando. Hanc autem simulationem Sancti Patres commendant Chrysoſt. Ambros. lib. de Abram, cap. 2. Talmud. Hiero solymitanum laudibus etiam extollit.

Binam distinguere possumus simulationem cum Græcio: positivam aliam, quæ in rigore fictio est, quando per illam aliquid cogitationi, & animo hominis interioris oppositum declaratur: & hæc si verbis exprimitur, mendacium, si rebus, simulatio appellatur. Quam non licuisse, superius est demonstratum. Aliam negativam appello: quando quis ita cogitationis, & cordis intima celat, ut neque verbis, neque signis exterioribus oppositum veritati depromat. Hæc omnibus licet, illis præsertim, quibus est commissa Respublica. Præbet Jeremias exemplum c. 38. qui interrogatus à Rege de obsidionis eventu, ce-

lat prudenter, afferens aliam, nec falsam colloquij causam. In bello Romanorum panem de Capitolio in hostium stationes jecerunt, ne fame perire censerent. Ex quibus licuit simulata fuga Josue: ipsa enim fuga ex instituto nihil significat, quam vis in signum pavoris eam hostis acceperit, quod Josue cavere non tenebatur sua utens pro libito libertate, celerius, vel tardius huc, vel illuc cundo, hoc, vel illo gestu, vel habitu. Ad veram ergo rationem mendacij, vel simulationis, quæ rigorosa sit fictio, necessum est, ut quod scribitur, dicitur, vel indicatur, intelligi aliter nequeat, quam in eum sensum, qui distet à proferentis mente. Unde cum vox aliqua, aut sermonis complexio est, aut plures significationes admittit sive ex vulgi usu, sive artis consuetudine, vel figura aliqua intelligi: tunc si animi conceptus uni istarum significationum congruat, non admittit mendacium, licet alius qui audit in alterum putet sensum esse accipiendum. Christus Dominus vera loquutus est, cum *LAZARUS amicus noster dormit*, inquit. Solvite templum hoc, & in triduo excitabo illud: quamvis Apostoli, & Judæi diversis conceperint illa sensibus. Licet ergo ista negativa simulatio. Non hoc est occultare veritatem (inquit August.) quod est proferre mendacium: quamvis enim omnis, qui mentitur velit celare quod verum est; non tamen omnis, qui quod verum est, vult celare, mentitur: plerumque enim vera non mentiendo occultamus, sed tacendo. Ex quibus Saram simulasse fatemur in secunda acceptione simulationis. Aliud enim est matrimonium abjurare, aliud, matrimonium non fateri, nec publicare: aliud est Saram dicere non esse nuptam, aliud, non dicere esse nuptam. Sicut aliud est Fidem abjurare, aliud, illam non profiteri: primum fecit Petrus, & deliquit: secundum laudabiliter plurimi sancti. Sicut qui Bonziorum vestes induit in Japonia non simulat reprehensibili simulatione: cum non intendat abjurare Fidem Christianam, sed solum non apparere Christianam, quod aliquoties oportet. Audi Orig. Hom. 1. in Ezech. ¶ Confiteor libenter à sapienti fidei viro dictam sententiam, quam semper suspicor: De Deo

etiam vera dicere periculosum est: Neque enim tantum periculosa sunt, quæ de Deo falsa dicuntur; sed quæ vera sunt, & non oportune proferuntur, dicenti periculum creant. ¶ Nescio, an hoc moverit Illiberitani Concilij Patres, qui can. 60. sic decrevere. ¶ Si quis Idola fregerit, & ibidem fuerit occisus: quia in Evangelijs non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquã factum, placuit eum in numerum non recipi martyrum. ¶ Cum Justa, & Rufina Hispali non solum Deæ munus offerre recusarent, sed etiam summo Dei zelo motæ, idolum, quod plures Ethnicæ mulieres more suo circulatorio per forum circumferebant, fregerunt, quæ inclyta Fidei professio vehementer ad indignationem movit Diogenanum totius Bæticæ Præsidem, ideo Illiberitani Patres, ut decernerent in Concilio, nequis Fidei, & Dei zelo nimis impulsus Idola disturberet Gentilium, & ipsos concitaret, ut liberius in templa, & in personas grassarentur, & hos, qui sic imprudenter se profiterentur Christianos, in numerum martyrum non fore referendos, movit: illos enim vivos, & jam defunctos varijs privilegijs honorare solebant; per Diaconos sustentabant in carcere: cum vita excessissent, inter sanctos spiritus celebrabant singulis annis die sui martyrij. Istorum, & aliorum puniendos fore privatione, decrevit Illiberitanum, eos, qui in professione Fidei à prudentia deviant. Simili malo occurrere voluerunt Pontifices Maximi, præcipientes sub anathematis gravi censura sacerdotibus, & Hierosolymitanis monachis, ne verbum Domini publicè prædicarent. Quamvis namque Christianæ doctrinæ propagatio res sanctissima sit, ne tamen excitati Turcarum animi sævirent in Christianos crudelius, justissime interdicta est eis publica talis professio. Quæ omnia simulationem juxta dicta licuisse aperè comprobant.

Ad rem ergo de Sara, quod ejus simulatio nempe non præculerit aliquid oppositum veritati, constat. Quoniam licet apud Hebræos nuptæ incederent velamine ornata; inter Ægyptios, nec toto Abimelech regno legitur mulierum nuptarum peculiaris habitus esse, ita ut signum infallibile foret distinctionis à virgine, oculorum nuptæ velamen, cum nec apud Philonem

& Josephum aliquid horum legatur. Unde quod velamen expelleret Sara, nihil statui conjugali repugnans expressit, licet exponeret Abimelech periculo errandi, quod ipsa vitare non tenebatur.

\*\*\*

S. VI.

*Mendacij levis macula Jacob scedatus: neque id mirum, quamvis pius fuerit, & sanctus, & à Deo summe illustratus.*

6. **Q**UAMVIS à mendacio liberari posset Jacob illis verbis: *Ego sum primogenitus*: quia à fratre emerat primogenituræ jura: & illis: *Ego sum Esau* non quidem quantum ad substantiam personæ, sed prout dignitate primogenituræ gaudebat in ipsum jure electionis translata. Sicut Matth. 11. & 17. Joannem Baptistam appellavit Christus Eliam, non personam respiciens, sed quia in virtute, & spiritu venerit patris Eliaz. Usitatum enim est in Scriptura rem aliquam nomine

Ex Genesis 27. *In pinguedine terra, & in rore calis desuper erit benedictio tua, accipit ergo benedictionem.*

7. **Q**UOD dicitur Esau non invenisse locum pœnitentiæ cupiens hereditare benedictionem, intelligendum est de principali, & hæreditaria benedictione quæ juri, & primogenituræ dignitati annexa erat, quam dedit Jacob, & negavit Esau, quamvis cum lachrymis postulasset; & respectu hujus benedictionis, reprobarum appellat Paulus Esau, non comparatione ad vitam æternam facta. Sicut *pœnitentiæ* verbu non ad remissionem peccatorum, sed ad Isaac debet referri: quia neque lachrymis, neque precibus Esau potuit adduci ad reformandum, quod fecerat, & benedictionem Isaac rescindendam, ut Esau

alterius vocari. Raphaël Angelus apud Thobiam 5. interrogatus de genere, & parentibus suis, respondit: *Ego sum, Azarias Anania magni filius*: Thobias de viro apud Hebræos insigni intellexit: cum Raphaël figuratè loquutus fuisset. Quibus licet deceptus fuisset Thobias, Angelus non est mentitus, juxta ea, quæ de simulatione negativa tradidimus paulò superius. Similem etiam explicationem posset admittere, quod Jacob vestibus Esau indutus patrem Isaac deceperit. Non sic explicari possunt ea: *Comede de venatione mea*. Et illa: *Feci, sicut præcepit mihi*.

Quare dicendum est, usque adeo sollicitos esse nos non debere, ut omnia sanctorum facta à labe malitiæ venialis excusemus, cum id contextus Scripturæ non patitur, nisi contortè exponatur: quandoquidem certum sit, homines quantumvis sanctos, etiam Apostolos ipsos absque levibus his defectibus non vixisse. Unde nil miri, quod mendacij labe scedatus sit non perniciosi: cum ipsi Jacob debita sit primogenitura, & benedictio respondens.

Paulus ad Hebr. 12. *Nequis sit fornicator, sive prophanus, ut Esau, qui propter unam escam vendidit primitiva sua. Scitote enim, quoniam & postea cupiens hereditare benedictionem, reprobatus est: non enim invenit pœnitentiæ locum, quam cum lachrymis inquisisset eam. Ex quibus Paulus negat accepisse benedictionem, quam cum lachrymis postulabat ab Isaac.*

repeteretur mutatâ facti dispositione. Sic apud Hierem. c. 26. *Noli subtrahere ab illis verbum, si forte audiant, & convertantur à via sua mala, & pœnitent me mali, quod cogito facere*. Quod idem est, ac si diceret, si forte mutem affligere illos. Accipe circa hoc Theodororum q. 50. in Genes. Quomodo (inquit) pœnitentiæ cadit in Deum, qui sua præsentia regit universa? Sed pœnitentiæ Dei nihil est aliud, nisi mutatio dispositionis ejus. *Pœnitent me* inquit ipse 1. Reg. c. 15. *quod constituerim Saul Regem: pro eo quod est. Statui illum deponere, & alterum Regem creare. Et Pœnitent me fecisse hominẽ: hoc est. Decrevi*

perdere hominum genus. Hæc Theodoretus. Vox ergo *Pœnitentia* notio est mutationis. Unde, non invenisse Esau

Ex Genes. 27. *Fratri tui servies inquit Esau ad Jacob.*

**N**on sunt hæc intelligenda de Esau in se, sed in posteris ejus, & sic vera sunt. Quia, ut inquit Jacobus Bonfrerius, subacti sunt Idumæi primum à David 2. Reg. 8. v. 14. & 1. Paralip. 18. v. 13. Itemque apud Iosephum lib. Antiquit. 7 cap. 6. cujus debellationis circumstantia 3. Reg. 11.

Ex Genes. 27. *Tempusque veniet, cum exentias & solvas jugum ejus de cervicibus tuis.*

**S**ub Salomone (inquit Bonfrerius) Spoli admittum Idololatriæ peccatum ceperunt rebellare Idumæi 3. Reg. 11. & licet nõ videantur tunc plenè excussisse jugum: ut expressè habet Iosephus 8. Antiq. cap. 2. excusserunt postea sub Ioram 4. Reg. 8 & 2. Par. 21. apud Iosephum 9. Antiq. c. 2. sub finem usque ad Hircanum: quo tempore rursus, ut diximus, plenissimè subacti. Quod si respiciamus Herodem Ascalonitam oriundum ex Idumæis, qui cū sua posteritate Romanorum beneficio postremis temporibus annos circiter centum apud Judæos Regnū, vel Principatum obrinuerunt ad usque interuersionem Hierosolymæ. Judæaq; sub Vespasiano excidium: non solum jugum excussisse, sed ab Idumæis subactos fuisse Israëlitas, dicemus. Quod indicare videntur Hebræa, Idumæos scilicet dominaturos fore Israëlitis Jacobi posteris, & non tantum ab illis jugum esse excutiendum. Quamvis Hieronymus, & Septuaginta solum expresse- rint, tantum prevaluisse, ut Israëlitis non subicerentur.

\*\*\*\*\*

### EXPLICATVR

Gen. 27. in sensu morali.

8. **N**ON CONVENIENS non judicavi in sensu literali exposito textu primo Antilogia cum Seno in 1. dist. 38. dicere, quod mentitus fuerit Jacob officioso mendacioram vocem, quam similibus manus pilosas Esau, *pellentes*

locum pœnitentiæ apud Isaac, idem est ac nulla ratione illum inducere potuisse, ut mutaret benedictionem.

Genes. 32. *Servi tui Jacob: munera misit Domino suo Esau. Verba sunt, quæ loquutus est Jacob.*

habetur: qui cum rebellasset, magnas sæpè strages ab Amasia Rege passi sunt 4. Reg. ca. 14. à Machabæis 1. Machab. 5. Tandem plane attriti sunt ab Hircano filio Simonis Machabæi: ut scribit Iosephus 12. Antiquit. cap. 17. compulsi circumcisionem, Religionemque Judaicam amplecti.

*Nulli reperitur, posteros Esau jugum Israëlitarum soluisse.*

*hædorum eius manibus circumdedit, & colla nuda protexit Verum si hæc omnia divino spiritum egisse cum iis, qui oppositæ nomen dederunt sententiæ dicamus: aperte innuunt pœnis similibus peccatorem punitum iri. Jacob enim peccatorem repræsentat, qui fraude alienos honores invadit, sicut autem ipse hædinis pellibus partem decepit, à filiis sanguine hædino deceptus est, ut dicitur Gen. 37. Tulerunt tunicam eius, & in sanguine hædi auem occiderunt, sinxerunt, mittentes, qui ferrent ad patrem, ut qui fratrem emulare fecit gemitu maximo, & ipse miserabiliter deploraret, in eandem à filiis deceptionem inductus, in quam parentem induxerat. Semper enim peccata nostra à Deo exigunt meritas penas, nec unquam impunita relicta. Sed de hoc alibi latius.*

Sed circa deceptionem Isaac difficultas occurrit; Vox clare Isaac veritatem manifestabat, & tamen dumtaxat falliti credidit tactui Patriarcha, Quare non credidit voci, assensumque præstavit in-  
 stituit, quod sæpè hominibus accidit, vox enim nudam obulie veritatem, manus obrulerat hædos, manus gustui, vox loquebatur auditui; Homines ergo ita muneribus oblectantur, ut veritatem deserant, si utilitatem visæ non sint comparare. Sæpè deserunt solent docti si dictamen rigidum, & quidè reatū proferant, sed oppositum consuleris utilitati. Vix inter paradisi delicias primi nostri parentes sunt collocati, quando à serpente decepti, de arbore sibi vetita, edere non timerunt, tanquam iograti

Sciunt  
 repida de  
 ferunt.

exilio felicitatis à Domino sunt puniti, & positus Cherub in custodiam arboris vitæ. Quare ergo non custoditur scientiæ arboris lignum pulchrum, unica occasio peccandi? Nescio an quia custode opus illi non erat, sine folijs & fructibus parentes nostri arborem scientiæ considerabant, è contra coronatam fructibus, folijs vestitam respiciebant arborem vitæ. Custodiat ergo hanc arborem Cherub, illa enim si sit scientiæ non indigebat custodia, scientiam enim, ubi non reperitur utilitas, quilibet deseret. & naturaliter fugiet.

Miratus est Tertullianus quod inter alia animalia solum cum serpente loqui appetierit Eva, & ejus calliditati crediderit. Sed quid miri? si serpens offerebat divinitatem, appetitui adulatur, & relaxabat præceptum. Serpentem, inquit, Deum contemplatur, immo pro serpente Deum dereliquit, qui præceptum quod Deus posuerat à serpente callidè relaxavit. Non eligunt homines Deum intellectus lumine ducti, sed juxta appetitum blandientem. Hoc ideo mirabilium Domini populus Israëlitarum oblitus, *hi sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de Ægypto*, exclamavit. Quæ prodigia ab idolo factura manuum suarum celebrata cæci Israëlitarum viderunt, ut vitulum Deum confiterentur, qui vincula Israëlitarum rupisset? Quare Deum venerantur idolum? Quoniam appetitus gulæ tenebantur Hebræi, idolum *in similitudinem erat vituli comedentis farum*. Cum ergo vitium, quo ipsi jacebant illecti, in idolo respexissent *hi sunt dii tui*, clamavere, homines enim dumtaxat Deos appetunt adorare, in quibus vitia respiciunt, queis ipsi sunt irreciti.

\*\*\*

S. I.

*Facundus verborum, operibus est infacundus.*

**SECUNDA** ratio est, quia non tam verbis Isaac, quam manibus fidit, ut innueret prudentem minus de verbis, quam de operibus debere curare, quia loquacitas debilibus infirmitas est, sunt namque loquaces velut crystallus, quæ halitu artificis figuratur, primo spectantium intuitu splendorem ostentat, sed brevissimè frangitur, & nihil præhabet nisi visum; non sic adamas sym-

9.  
Loquaces  
comparan-  
tur crystal-  
lo, adaman-  
ti prudent-  
ter.

bolum nimij silētij, primo aspectu spectanti silicis apparet rude fragmentum, sed intrinsecus speciosum claudit fulgorem; sic prudentes tardè loquuntur, sed rosas emittunt, & fulgore operum tarditatem compensant. loquaces vero velut crystallus illico emittunt gratiles, sed ventosos tantum fulgores: sunt nimis loquaces in sicut maledictioni Domini obnoxia adumbrati, quam fructibus, inquit Augustinus, caruisse, quia folijs & floribus luxuriabat, folia verba intelligit, sicut & opera fructus: *Verba habebat, inquit, facta non habebat*, ideo maledictionem ficus audivit, quia Domino verba sola non placent nisi operibus comitata: Hæc omnia rex penitens optimè penetravit; cum enim Dominum canticis laudari desideraret addit cythara musicam simul offerri; *Cum cætico & cythara*, ad quid cytharæ musica: cæticus non erat satis? Neutiquam canticis Deo musica sola placeret, nisi citharæ harmonia adderetur; quoniam canticis musica sola lingua formatur, est vox dumtaxat vêtosa, cythara vero ut sonet manibus debet pulsari; ideo non solum in cantico, sed in cythara laudes Deus exposcit, quia non placet Deo lingua sola mirabiliter cantans, nisi manus pariter comitentur cytharam laboriosè pulsantes, & religiosè operantes: verba enim sola nil sunt nisi æris percussio: quo respexit illud Virgilij *Folij tantum* (id est verbis) *ne carmina manda*, loquaces enim pollent lingua ad loquendum, sed nulla vigent ad operandum virtute.

*Dominum non sola vox, sed manus etiã debet laudare.*

Inter omnes Christi Domini Apostolos Petrum, cui Magister præ cæteris singularia cõtulerat beneficia, cœli promiserat claves, & fundaverat super ipsum Ecclesiam, & Thomam præ cunctis referunt Evangelistæ infideles ille abjurata debita servitute apertè magistrum negavit, *Non novi hominem*. Thomas etiã audiens resurrectionem magistri incredulus mansit; *Nisi videro fixuram clavorum, &c.* Quid hos præ aliis Apostolos fascinavit, ut sic defecissent à fide? Ratio est, quoniam inter alios Petrum & Thomam referunt Evangelistæ aliis fuisse magis loquaces; annuntiat Dominus Petro ante lucis ortum fore ipsum ejuraturum; quo audito Petrus Domino affirmanti respondit neque Scribarum carenas, neque Præsidum minas, aut militum hastas posse ipsum à magistris latere separare. *Etiã si oportuerit memori*

*Qui verbis se vendit magis streptos, operibus testatur se esse magis ignos.*

*tecum, non te negabo*; Thomas pariter cum alij Christo suaderent ne in Judæam rediret, existimans condiscipulos timidos esse lepores, apparens ipse intrepidus leo exclamavit. *Eamus & nos, & moriamur cum illo*. Petrus ergo qui vitam pro Christo oblaturum asseverabat, mulierculæ ad statum sic cordis arteria fuit debili pulsu agitata, ut fidei moriens negaverit cum juramento magistrum; *Non novi hominem*, & Thomas qui sic arroganter cæteros timidiores habuerat, & plura de se loqueretur in fidei tepescens laboravit infirmitate, inimo penitus eius vacillavit constantia: *Nisi videro* quippe qui verbis se venditans magis strenuos, operibus se magis testatur ignavos, nil enim tam longè distat à viro, qui virtute præcellit in operando, quam qui abundat lingua ad loquendum.

Quatuor illa animalia, quæ currum Ezechielis vehebant, leo, bos, aquila, & homo tam Evangelistas, quam doctores ecclesiæ, principemvè celestem juxta tritam omnium expositionem adumbrant, & repræsentant; verum nec hos, nec aliud divinum mysterium in tota sacra scriptura videmus comparari elephanti; Quare ergo leo principem strenuum adumbrat, & elephas non repræsentat? si ferox elephas, non minus est dirus leo; Quare bos celestem principem repræsentat, & nequit elephas adumbrare? Si elephas stolidum animal est, quid stupidius est bove? Quare ergo sub ijs animalibus princeps celestis mysticè latet, & sub elephante non continetur? Nulla aptior excogitari potest solida ratio, quam torpede elephantis, tota namque speciositas hujusce animalis sistit in ore, ebur, in quo ejus sitæ sunt opes, in dentibus eminet solum, & se in faciem cum pompa gerit; Quid miri, quod torpedine manus, & pedes ejus laborent? Præter dentes, teste Plinio, nil ebur est, & in his quoque, quæ corpus intexit, vilitas ostea, nec cerebro ebur inest nec cordi, solum ebur est oris; animal ergo ore candido solo, necessario debuit manibus & pedibus esse torpedine laborantibus, & stolidum apparere, cui namque pulchrum dumtaxat est os, manus sunt ad operandum ineptæ; ideo elephas cujuspiam excelsi umbram & figuram nequit induere, cum id bovi rudi, nec leoni diris

negetur, ut jam namque dixi, nil tam longè distat à viro qui virtute præcellit in operando, quam qui abundat lingua ad loquendum: quo respicit Plinius asserens: *Avium loquaciores quæ minores*, addit ipse puerum, qui citius loquitur, cœpitque fari celerius, tardius ambulare cœpisse, & quidem frequenter qui verbis abundat, operibus solet pro opportunitate carere, & qui venditat se beneficum, solet proditor esse.

*Unus vestrum me tradet* inquit Dominus coram Apostolis, turbantur cuncti, singuli singulos respiciebant, ex facie existimantes posse noscere proditorem; D. Augustinus serm. 28. in Cœn. Dom. inquit fuisse omnium contra Petrum suspicionem formatam; Quare hoc? *quia plus, & plura* (inquit) *se facturum pro magistro pollicebatur ideo de illo potius suspicabantur existimantes quod ficto corde fictoties loqueretur*; quia largissimè promiserat Petrus, ideo cæteri condiscipuli longissimè futurum ab impletione existimarunt, inimo potius quia pro Christo se plura facturum dicebat, intulerunt proditio- nis magistrum percussurum pugione.

Merito quaeret aliquis; Quare Dominus vota David neutiquam accepit? quin potius ejus desideria, quibus in fabrica templi quætidie æstuabat, sunt defraudata? Quare David repulit tabernaculum, & à Salomone constructionem templi benignus recepit? Quoniam prævidit Deus David regem templum non constructurum, & solum implendum à Salomone Dominus speravit; Quare hoc? Quoniam David ferè in omnibus psalmis de templo sermonem instituit, pluries promittit, frequenter de templi constructione reddidit vota; *Si introiero in tabernaculum domus meæ; si dederò somnum oculis meis, &c. donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob*. Salomon autem silet, nec suis libris aliquid de templi fabrica fuit allocutus; ideo David semel & iterum tabernaculum Domino pollicentem facturum Deus non speravit, & Salomon templum perfecit, qui fabricam non promissit, nec unquam tabernaculum vocitavit; parum enim agit, qui plura dicit, & plura in omni materia operatur, qui silet, & tacet.

Ex quo Esau percepit benedictionem

Qui dicit quod agit, nunquam quod clamat efficit.

nem à fratre fuisse fraude sublatam, Jacobum infesto animo fuit insectatus, necemque anxius cupiebat inferre; & tamen tempore succedente videmus Esau extemplò fratrem fuisse amplezarum, & osculatum; quæ omnia fuisse dilectionis indicia Abulensis, & Lipomanus testantur; Opposita extrema refert sacra Pagina de Absalon; audivit iste Tamar à fratre fuisse violatam, & tamen Amnon advocati officium

proprijs vindictam; parum enim exequitur, qui loquitur multum, nec vult ulcisci; qui clamitat antea vindictam.

¶¶¶¶¶

§. II.

*Fœcundus operibus qui verbis sterilis est.*

*Non est timendus qui anticipat clamorē vindictam, sed qui silentio iram occultat.*

exercuit; sororem sic consolatur: *Frater tuus est, neque affligas cor tuum pro hac re;* & tamen Amnon securè inter convivas degentem legimus interfecisse Absalon; Quare Amnon in securitate perit, & Jacob fugitivus inter hostiles insidias, & odia amplexus, & oscula invenit? Quoniam Esau clamavit vindictam, & publicè fratri minatus est mortem: *Venient dies luctus patris mei, & occidam Jacob fratrem meum:* ideo tot minæ, totque irascentis clamores in amplexibus sistunt, & in dilectionis convertuntur indicia; Absalon autem cum incestuosum sororis audiret stuprum, siluit, & silentio decoxit offensam, nec accedere ad labia permisit; *Sed nunc tace, frater tuus est,* &c. porro non est locutus Absalon ad Amnon nec malum nec bonum, ideo dolor maturatus silentio erupit in crudelem vindictam; Nullus eadem ager, quod dicit, si priusquam effecerit, dicat.

Quis sic temperandam Domini in Sodomitas existimaret vindictam; ut ad præsentiam decem justorum, Abrahæ promitteret civitatibus remissurum? Unde oriri potuit Dominici declinatio furoris? Quoniam priusquam supplicium infligeret, Abrahæ propalavit vindictam, quia apertè manifestavit iram amico, flagellum redditum est imbecille, ideo civitatibus indulisset si decem justi reperirentur, & forsàn nisi loqui Deus cessaret penitus à supplicio desisteret ad præsentiam unius.

Quoties Dominus in populum Hebræum exarsit? Quoties ingratitude offensus decrevit deletionem illius? Quare iustitia illius in populum non exarsit, nec habitatores consumpsit? Quoniam dixerat prius, Moyse populi duci manifestavit querelas, & minas propalavit non semel, ideo supplicium numquam infixit, nec populus Hebræus passus est Domini iustum flagellum, nec de sceleribus

**V**IDI MUS fœcundiam verborum operum sterilitatem arguere, nunc è contra asserimus benè silentem plura solitum operari, minusque loquentem multa patrari velut oceanus, qui cum aquis redundet strepitu caret, non sic rivulus aquarum exiguus, qui decursu valdè perstrepat. Zachariam contemplabatur Chrisologus cum egrederetur de templo, & illico ac sine vocibus vidit intulit Elisabetham fœcundam, sterilitas in ore Zachariæ intulit sterilitatem uteri Elisabeth, quando Zacharias voces proferebat & verba, tunc Elisabeth uterus sterilis erat, sed ubi Zacharias laboravit sterilitate verborum, cœpit Elisabeth uterus fœcunditate tumescere, nullum fœlicius & certius fœcunditatis matris præsagium, quam in ore patris verborum sterilitatis indicium, fœtus enim miraculosus non nisi à silentio extraordinario procedere potuit; *Egreditur Pontifex* (inquit Chrisologus) *gestans in ore sterilitatis indicium, portans in pectore conceptionis figuram, ut cum mater pareret filium, daret filius vocem, tunc ubi pater ederet sacramentum.* Zacharias mirabiliter tacuit, ideo Elisabeth concepit & peperit prodigiosè, qui prodigia priusquam fiant loquitur, ventum contipit, & fœtum humi reptantem edit, qui autem tacens est, operatur prodigia, & verborum sterilitas, qua quis in operibus proprijs comprimitur, parit in alijs fœcundas laudes, quibus sic tacens commendabilis redditur, sicut contingit in Zacharia, qui integro tempore conceptionis Baptistæ tacens mansit, verum hoc silentium jam edico Joanne laudes excitavit in vicinis atque cognatis; congratulabantur vicini quis putas puer iste erit? & frequenter balbus in loquendo est prodigiosus in operando.

11. Sterilitas verborum, operum parit fœcunditatem.

*Balbus debet esse in loquendo, qui est futurus prodigiosus in operando.*

Encomion Moysis cum retulisset Stephanus, eruditum inquit & eloquentem *Eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorum & erat potens in verbis*: Gajetanus inquit. *Iuxta Hebraicum significat quod sit vir verborum.*

Alia opportunitate apparuit illi Deus in rubo præcipiens ire in Aegyptum, ut à Pharaonis imperio fidelem populum liberaret, ipseque reluctatur opponens non esse eloquentem, sed impedientioris tardiorisvè linguæ: *Impedientioris, tardiorisvè linguæ sum.* Quomodo hæc Stephanus Moysen eloquentem asserit esse, Moses se elinguem & balbum fatetur, numquid sacri vates sunt sibi ipsis contrarii? Potuitne Moses esse simul eloquens & elinguis? Minimè gentium Stephanus est Moysis verbis contrarius, inquit Lyra, Moses fuit eloquens, sed ex quo Dominum est allocutus, factus est elinguis & balbus: Postquam apparuisti mihi impedientioris linguæ factus sum ad loquendum, antea fuerat eloquens Moses, postquam alloquitur Dominum fit linguæ tardioris; sed Quare hoc? Ratio est, quoniam Moses in aula regia enutritus aulicus erat, & palatinus, qui nimis & dumtaxat student periodis perpolitus, verbis & frasibus pulchris abundant, ut unico verbo persolvam, Moses instar Palatinorum vox totus erat, præterea nihil, politiam habebat, & flosculos nonnullos verborum, sed tunc non legitur commendabilis factis, nec insignis operibus; cum vero Dominum alloqui cœpit, Pharaonis Deus constitutus est Moses, virgam à Domino accepit, & virtutem ut confunderet elementa, ex consortio Domini factus est Moses prodigiosus in operando, ideo ex tunc clamat linguæ factum esse tardioris; *Tardioris linguæ sum* ex quo fecit prodigia, cessavit à verbis, quia nimis verbis facundus nunquam est operibus prodigiosus, neque verborum eloquens parrator miraculorum; ubi manus Moysis miraculosa est effecta, lingua desijt esse diserta, & ubi potens admirabilia, fuit tardus ad eloquentiam, eodem jactu fuit manus soluta, & lingua impedita, ut qui ante consortium Domini fuerat eloquens, post ejus institutam sermonem, fieret miraculosus, & simul remaneret elinguis; *Non sum eloquens, &c. Tardioris linguæ sum.* Quoniam ut superius dixi,

*Aulici loquaces.*

balbus in loquendo solet esse prodigiosus in operando, linguoso quidem parum fidendum, nec aliquid agere speres eum, qui plura loquitur & promittit.

Liberalitas, munerumque largitio inter personas divinas Spiritui sancto appropriatur *Veni dator munerum* canit ecclesiastica; beneficia homini & totius naturæ communicata communia sunt Trinitati. Quare ergo veluti notio specialis Spiritui sancto munerum largitio adaptatur? Nonne Pater Aeternus sic mundum dilexit, ut filium suum unigenitum daret; Verbum divinum nonne mundum ita adamavit ut se ipsum pro hominum remedio tradiderit? Quare ergo non Patri & Verbo divino munerum distributio, donorumque largitio applicatur? Quare munera dare prædicatur tantum de Spiritu sancto? Ratio est documentum & hominum instructio proficua: Pater Aeternus ex excogitabilibus munus nobis optimum dedit, verum est persona producens, & loquens consubstantiale Verbum *semel locutus est Deus.* Filius infinitè similiter est liberalis, se ipsum pro hominibus tradens, sed est ipsum Verbum; Pater dat, sed loquitur, Filius datur hominibus, sed est Verbum locutionis paternæ, Spiritus sanctus munera præstat, & nullatenus verbum aliquod loquitur, ideo perfectio liberalitatis, munerumque largitio ipsi tribuitur, & non aliis personis divinis, ut homines instructi consistant, & discant largiri munera & loqui non esse sed videri (moralissimè loquor) incompatibilia ut verboso plura varieque promittenti, & loquenti non credant; in omni namque materia qui plura dicit nil agit, qui promittit non implet, qui asseverat te diligere, neutiquam amat, & magis amat qui silet & amat.

*Nil de ista quaci sperandum.*

Petrus ita fervidè Christum amabat, *Amor crevit silentio.* ut nulli parceret pro dilectione attendenda opportunitati; vitam non recusat offerre pro suo magistro, & tamen nec Christus pro amore præmium rependit, imo præfagit in imum negationis & infirmitatis baratrum prolabendum: *Ter me negabis,* in Tiberiadis litore quæsitivè à Petro Christus, an ipsum amaret *Petre amas me?* Cui respondentem *Tu scis Domine quia amo te* in præmium amoris obtulit totius Ecclesiæ

clesiæ Thiam *Pasce oves meas*. Nonne major fuerat dilectio animam offerre pro Christo, quam respondere se magistrum amare? Quare ergo cum vitam exponit edictis Pontificum anteponebat magistrum, Phariseorum calumniæ, & populi impudenti conjurationi; repulsam audivit Petrus & infidelitatis præfagium, & cum interroganti magistro responderet *Tu scis Domine quia amo te* regimen Ecclesiæ supremum in præmium recepit amoris? Ratio est; Quoniam prima opportunitate loquitur jactanter de amore necdum à magistro rogatus, in verba profusus plura promittit, & de suo amore magis quam par erat præfumat. Quid ergo miri quod à culmine amoris præsumpti in baratrum infirmitatis labatur, & à Domino non præmium, sed præfagium negationis recipiat *Ter me negabis*: Alia opportunitate cum Dominus à Petro quæsierit an plus aliis ipsum amaret, non solum recessit à præsumptione vana comparationis, verum penitus sibi diffusus totam sui amoris notitiam scientiæ magistri divini remittit, elingues voces ignorat quibus amoris valorem exponat *Tu scis Domine* Nunc ergo quando verba Petro deficient, crevit erga Deum Petri dilectio, & amoris flamma excessiva, quia solus ille amat, qui silens amat, solusque excedit in diligendo, qui amorem saragit ut occultet.

lit, ita maximum esse, quod si scriberetur in libris non caperet orbis, Christus enim cujus manu erat liber, qui suum continebat amorem, signatus sigillis septem, maximum erat amoris verum attento diligentis affectu, ita visus est minoratus, quod parvo contineretur libello, summè excessivus erat dilectionis affectus, verum ita amanti videbatur exinanitus, quod erubuerit ostendere librum amoris nisi septem sigillis signatum, velatum, & quoad fieri potuit voluit esse celatum; videns ergo linco intuitu Aquila Ioannes flammam infinitam amoris sic ab amante fuisse contractam, cinctam, velatam, & summa diligentia celatam extra se raptus sic flammam arbitratus est superasse Vesuvij, ut ejus excessus amoris, si scriberentur existimaverit totum non posse capere orbem, quo enim amor celatur, crescit, quo magis minoratur ab ejus auctore vires majores acquirit. Optimè ergo Christi Domini penetravit Ioannes amorem, & quia sub compendio vidit contentum, & sub velo occultatum, intulit excessum illimitatum & infinitum; solus enim excedit in diligendo, qui amorem saragit ut occultet; parum quidem amat, qui vocitat verbis amorem.

Sauciatus amore venit ad sponsam dilectus, suppliciter postulavit hospitium. *Aperi mibi soror mea quia caput meum plenum est rore*; Sed quid sponsa *Expoliavi me tunica quomodo induar illa*? sponsum excludit, & ita tepescit amore, quod nec compatiatur afflicto, nec frigore nocturno gratiarum velit intra tectum admittere; Quis talia audivit? Non cognovit esse dilectum qui ostium pulsabat sponsæ? Utique ipsa enim inquit: *Vox dilecti mei pulsantis*, si ergo vocem audit dilecti, quomodo repellit afflicto? si amore sponsæ affectus non excitatur, ad minus compassione glaciati quomodo non pulsantur præcordia? Ubi est dilectio? Ubi est amor? Unde sponsæ accidit charitatis deliquium? Ratio tepescens amoris ex ipsius loquacitate percipi potuit, sponsa enim quondam fuit in plura verba erga dilectum profusa, cum vellem amplexibus stringere sibi jactabat. *Tenui enim nec dimittam oris dulcedine perfrui osculetur me osculo oris sui*, amorem erga sponsum coram omnibus clamabat, *Fulcite me floribus, si-*

*Non nimis amat qui vocitat amore*

*Solus excedit in diligendo qui amorem saragit ut occultet.*

Vidit Ioannes omnia Christi erga homines facinora amoris, verum ita abbreviata ut parvo libello cuncta continerentur. *Et vidi in dextera sedentis supra thronum librum* Librum hujusmodi continere Domini omnes excessus amoris inquit Seraphinus Firmianus; Alia opportunitate amorem magistri contemplabatur discipulus ille, quem diligebat Jesus, & inquit opera dilectionis totum non posse capere mundum si litteris mandarentur: *Quæ si scriberentur per singula nec ipsum arbitror mundum capere posse qui scribendi sunt libros*. Quomodo si amorem magistri sic ad brevem summam redactum parvoque libello comprehensum vidit Evangelista, inquit quod si ejus opera scriberentur in libris tot fore quod orbis totus capere non valeret? Quoniam ex eo quod Ioannes sic, in manu sedentis cinctum in libro magistri respexit infinitum amorem, in-

*pate me malis quia amore langueo: Veniat dilectus meus, &c. Quis mihi det te fratrem meum?* Quid ergo miri quod sponsa tam garrula, & quæ sic amoris vociferabatur languorem, opportunitate afflictionis sponsi sic indurescat ad ejus conspectum, quod reſerata janua repellat, quæſita expoliationis tunicæ leviſſima, & frivola exculatione *expoliavi me tunica* facundia namque verborû gelu generavit amoris, nullus videret sponſam ſic garrulam, & loquacem, qui ingratham & ſibi inconstantem non judicaret, ſponſique amoris deſpectu fore reſponſuram atque dira repulſa, qui enim (tradidi ſupra) verbis ad loquendum abundat, operibus ſolet pro opportunitate carere, & quæ magis jaſtat amorem minori illius incenditur flamma. Ideo natura maximè docta cordi dedit alas, linguam vero in ore, veluti muro dentibus circumcinxit, quo magis ergo circumcingitur, minusque lingua movetur, eo magis cor volitat pennis amoris. Strenuus homo ille, quem Joannes vidiffe refert in Apoc. gladium habebat in ore. *Ex ore ejus gladius.* Quare gladius in ore? Quia ſtrenui linguæ loco debent habere gladium, non lingua ſed gladius debet ſtrenui & fortiſſimi viri facinora commendare.

Vix Chriſtus Dominus tres illos ſelegit Apoſtolos ſecum aſſociatos in horto, quando exiſtimavit amoris erga magiſtrum paſſuros eſſe deliquium; ſic evenit; Nam Chriſto pro illis in agnias profuſo, & inundato ſudore ſanguineo, diſcipuli ſomnio ſunt ſoporati; Unde in iis tanta potuit multo ante præſagiri temperies amoris: Quoniam Petrum vidimus plura pro ſuo amore jaſtantem, Jacobum, & Joannem etiam audivimus calicem Domino propinante acceptaſſe, poſſeque bibere amaritudinem poculi, vociferari. *Poteſtis bibere calicem quæ ego bibiturus ſum: dicunt ei poſſumus.* Si ergo huiuſmodi Apoſtoli ſic ſecurè de amore ſuo loquuntur quid miri quod Chriſto Domino inter agnias relicto, ipſi ſomno graventur, & eorum amor deſiciat, audiantque à ſuo magiſtro: *Non potuiſtis una hora vigilare mecum*; motus enim cordis torpeſcit ad motum linguæ velocem, & minus amat qui clamitat magis amorem, lingua nimis loquax languere facit manum in operando, ideo dicebat

Euripides in Menal. ſenes eſſe frequenter loquaces, ſeneſtus enim paralyſim manuum cauſat in operando, unde ſenes linguam acuunt & motitant ad loquendum, quorum manus non ſic aptæ ſunt ad agendum, quia qui loquitur plura, nihil agit, & parum illi fidentum. Ideo Chriſtus à Præſide interrogatus ſi eſſet Rex nihil reſpondit. Quare hoc? Quoniam ſi ſe diceret regem, forſan non ita regium ſplendorem probaret, ideo tacuit, ut opéra & non verba purpuram & coronam probarent, inquit D. Ambroſius. *Maluit ſe Regem probare, quam dicere.*

Ad Chriſtum Dominum acceſſit ſcriba demiffa corporis adorans inclinatione ſe volens inter diſcipulos alios adſcribi, verum illico paſſus eſt repulſam à Chriſto; venit Nicodemus & accurrit Chriſtum pro Meſſia veneraturus, & laudatur à Domino: inquit cum illo te monem, docet, illuſtrat, maxima erga eum utens benevolentia? Unde hæc ſcribam repellit, & allicit Nicodemum, quid deſperat illum, & huic ita maximè fidit? Ratio eſt: quoniam ſcriba plura unico verbo jaſtavit: *Magiſter ſequar te quocumque ieris* quaſi diceret; tecum Saducæorum ſaxis ſubijciar, tecum in horto madido ſanguine luctabor poſitus in agonia cum morte, te inter ſpinas ſequar, comitabor inter flagella, inter blaſphemias voces adorabo magiſtrum, & tecum cruci confixus Spiritum exalabo; *ſequar te quocumque ieris* vidit Dominus ſic Scribam loquacem, & plura pro illius amore jaſtantem, & illico repulit à ſua doctrina, & Schola, parum operibus fidens, cujus infinita erant verba; Nicodemus autem *venit noctu* parum virtuti propriæ fidebat, nil de ſe præſumpſit, nec de robore ſuo jaſtavit, ideo plurima ab eo Chriſtus Dominus ſperabat, à quo verbum nullum propriæ æſtimationis, aut vanæ promiſſionis audivit. Nicodemum ſilentem ſibi Chriſtus adiunxit, Scribam plura pollicentem, vanæque promittentem quaſi nil acturum à Schola ſua tanquam infructuoſum repellit; & quidem contingit loquacibus quod olim in ſubterraneo illo ædificio ſic fabricato, ut qui unam proferret vocem, eidem ſeptem reſponderent, & ideo appellabatur ſeptrivocum, græcè *Hepthiphon* ſic pariter in ore loquacium plurima facinora audiuntur

diuntur sic eorum vocibus aucta, ut magna videantur, in re tamen nullius ferè momenti reperies esse. Optimè penetravit Plutarchus verborum valorem in vita Phocionis, dum parum loqui solitum affirmasset: *Animadverti, inquit, idem orationi convenire, quod nummis, qui eo sunt præstantiores quo materia plus valoris, ac pretij amplectantur, sic optimum videtur orationis genus id, quo paucis multa sunt graviter, sapienter, acutè significata; ex quibus*

colligere erit, quid valoris, quid momenti operetur garrulus ille, cujus opera cuncta sistunt in verbis, cujus lingua magna per jactantiam exaltat, quam autem omnibus sit ineptus homo linguosus exprimit Sophocles in Phœd.

*Nunquam sanè tanta potest esse civitas  
In qua jus & modestia omnis  
Pedibus calcatur, & loquax aliquis  
Accipiens malignos manibus stimulos  
Regit civitatem.*

Ex Genes. 28. *Surgens Jacob manè tulit lapidem, quem supposuerat in titulum fundens oleum de super.*

Levitic. 26. *Nec titulos erigeris, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra.*

**P**Ræterquam quod titulus, quem perexit Jacob, legem præcessit, quæ ante sui promulgationem non obligat. Verum est, de erectione lapidum insigni esse intelligendum; qualis est lapis pulchrè dolatus, & arte politus; lapis autem erectus à Patriarcha infor-

mis, & rudis erat, & non adorandi causa, sed monumentum statuendi eorum, quæ sibi loco illo contigerant. Ad id enim duodecim illos perduros lapides de medio Jordanis erigendos præcepit Deus in memoriam miraculi transmissionis apud posteros conservandam.

Ex Genes. 28. *Appellavit nomen urbis Bethel, quæ prius Luzà vocabatur.*

Josue cap. 16. *Cecidit fors filiorum Joseph ab Jordane contra Iericho ad montem Bethel, & egreditur de Bethel Luzà.*

**V**ideretur esse distinctas vrbes Bethel, & Luzam, si ex una sit ad aliam egressio. Rabbi Isaias, & David Kimbi duas fuisse vrbes: unam in tribu Ephraim, de qua in cap. 16. Josue: alteram fuisse in tribu Benjamin, de qua Josue cap. 18. & utramque nominatam Bethel, posteriorem prius nominatam fuisse Luzam, & deinde Bethel à Jacob, tradiderunt. Verum id contrarium est Scripturæ, quæ Luzam postea cognominatam Bethel collocat extra terminos sortis Benjamin vicinam illi versus meridiem, ibi: Pertransiens juxta Luzam ad meridiem ipsa est Bethel Josue cap. 18. Videatur Hieronymus super Oseam c. 5.

Lyra duas fuisse distinctas civitates fentit Bethel, & Luzam, ambas inferiores numero civium, & valde vicinas: ex quibus una postea fuit facta, qualibet partium antiquum retinente nomen. Unde verificari potest, quod ab una fieret ad aliam egressio. Romæ

pars, quæ cis Tyberim est, propriè appellatur Roma; non sic TransTyberinas & hinc ire Romam dicuntur. Sic in Bethel, & Luzà: & idè aliquando eadem civitas, aliquando tanquam distincta loca appellantur, ut in Josue 18. Optima foret ista expositio, si aliquo fundamento Scripturæ, quod suaderet distincta pridem fuisse oppida, & in unum postea coaluisse, niteretur.

Quare dicendum arbitror, Bethel sumi pro loco, ubi vidit scalam: & sic sumitur c. 35. Hic autem locus non procul, sed erat juxta Luzam, ex cujus visione Luzà appellabatur Bethel. Ex quibus constat, aliquando nomen Bethel supponere: propriè pro illo loco, ubi contigit visio Jacob, qui locus, licet non longe distans erat à Luzà: & sic accipitur Josue 16: aliquando autem Bethel ponitur pro vrbe Luzà, à quâ propter vicinitatem, & admirabilem visionem Bethel nomen accepit Luzà. Vide Andream Masium in Josue ca. 16.

Ex Genes. 28. *Si hæc, & hæc fecerit mihi Dominus, erit mihi in Deum: quasi non sic, si non fecerit illa. Quod impium videtur.*

Daniel 3. *Deus potest eripere nos de camino ignis, quod si noluerit, Deos tuos non colimus.*

**F**acilis est expositio. Vovit namque Isaac, specialem cultum Domino fore oblaturum, si largiretur quæ postulabat: nempe locum visionis divinæ adorationi dicare. Sic innuit, cum dixit; *Lapis iste quem erexi in titulum vocabitur domus Dei.* Et decimas solve- re omnium, quæ possideret.

\*\*\*

S. I.

*Gloria præ omnibus querenda Christianis & comparanda laboribus.*

*Ac de*

**D**E Alexandro Magno refert Plutarchus, quod cum quidam ad missus Atheniensis legatus de Athenis amicabiliter loqueretur, amœnamque fortem pulchramque descripsisset, arreptoque carbone pinxisset, ejus pulchritudine imperator raptus hisce exclamavit verbis: *Hæc civitas amicitia, auro, & argento, sanguinè aut bello meretur.* Si gloriosum Principem civitas sic movit terrena, quanto zelo nos lice- ret impelli pro assequenda Jerusalem illa superna, cujus gloria omnium superat cogitatum? Quid non agendum pro illa sollicitate? Vilescunt animo omnia quæ cogitantur in terris; Quæ autem lingua dicere, vel quis intel- lere capere sufficit, illa supernæ civi- tatis, quanta sint gaudia, ut dicebat D. Gregorius; nihili præ illa obripenda martyrum habentur dura tormenta, nil sunt illorum certamina dura, nil mun- di deliciarum contemptus aut generosa voluptas oblivio. Hanc quære- rent Christiani, si in illam oculos consi- derationis fixissent. Anaxagoram refert Laërtius omnes opes dereliquisse, con- temptisque mundi deliciis mendicam vitam & miseram elegisse; mirantibus autem velut dementiam amicis sic re- pondisse: *Illam patria mea est, illa hereditas mea est, illam ego curo, non ea que sunt supra terram sicut vos, qui deorsum estis.* Oculos deorsum habemus, ideo vanam amplectimur gloriam, bonaque insectamur terrena, & pro vili pul-

mento velut alter Esau insensati cœ-lestia divendimus primogenita. Verum si mentem ad cœlestem, & supernam atcollas beatitudinem tormentis, crucia- tibus, & laboribus perferendis dignam existimabis. Priamus Trojæ miserabilis rex cum ex palatij sui turri extre- mata florentissimæ civitatis contem- plaretur devastationem, militumque Græcorum cerneret grassantem furo- rem, in lacrymas fuit effusus amaras, verum cū consolatura ascendisset He- lena mutato penitus animo clamasse fertur. *Iustum bellum, salis forma pluribus impensis dignissima est.* Quasi diceret in- cendia, strages pro nihilo habenda, dummodo frueretur Helena; Chri- stianus ergo qui gaudia contemplatur æterna exclamet cum Priamo. *Iustum,* melius cum Apostolo elamet: *Non sunt condigna passiones huius temporis ad futuram gloriam.*

D. Paulus invictus pugil ad immar-cescibilem coronam anhelans: *Bonum certamen certavi;* in Græco habetur: *Agonem illum pulchrum agonizavi.* Nul- la sine certamine fuit corona; Dentatus Romanus victricium legionum miles fortissimus viginti sex coronas sibi pe- perit, sed non sine innumerabilibus prius laboribus; Antiquæ superstitio- nis auctores in cæremoniis suis non si- ne labore ullum cingendum corona inuebant; nam in sacris Mithræ ini- tiando gladium simul & coronam pro- ponebant, manebantque Dei amicos ferri acie, & multiplicibus ærumnis pe- tere palmam, & coronam oportere; octoginta durissima prius tormenta subibant consecrati Mithræ, ut conscij arcanorum ficti illius Dei fierent. Po- tiori jure immarcescibilis gloriæ corona laborum comparabitur pretio: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum.* David dicebat cœli pulchri- tudinem contemplatus Psalm. 83. cui sic subscripsit. *Pro torcularibus:* Quare, inquit D. Augustinus. hujusmodi Psalmi subscriptio, ubi nec verbum de tor- culari refertur? Facilis est solutio; lo- quitur enim de gloria, & sic media re- fert, quibus ab hominibus comparatur.

sicut

sicut namque ut vinum redundet, necesse est racemum pessumdari in torculari, sic hominis antequam ad Dei servitutem fruendam, in hoc sæculo tanquam deliciosam libertatem, velut uvæ, aut olivæ pendentis, laboribus sunt pessundandi, accedens autem quisque ad servitutem Dei, ad torcularia se venisse cognoscat, contribulabitur, conteretur, comprimetur, non ut in hoc sæculo pereat, sed ut in apotheca Dei desinat pro torcularibus. Nullus enim gaudebit, qui prius non fuerit tribulatione contritus, & laboribus pessundatus; Christus enim Dominus favum mellis postquam resurrexit comedit, quia moriens in cruce amaritudinem fellis gustavit.

Voluit piissimus Deus quod gloria vnum exponeretur Christianis, laboribus autem emi docuit Dominus noster Jesus, nec aliter nisi sanguine comparari. Antiochus Epiphanes triginta duos elephantos ad bella eruditos habuit, his ostenderunt sanguinem vuvæ, & mori ad acuendos eos in prælio, quia non nisi sanguine etiam ab iis obtineatur victoria: Anno 1240. Pontifice Innocentio quarto in concilio Lugduni, senatoribus sacris Romanis Cardinalibus decreta est cum pileo rubro purpura, non tam ut pretioso ornarentur colore, quam ut monerentur pro assequenda gloriæ corona retenta illæta penitus fide sanguinem effundendum, & cruciatus patiendos pro gloria obtinenda; Melior namque vita est gloria ut corona certamine comparata, quam si gratiose foret collata; De Christo Domino inquit D. Paulus prælegisse patibulum crucis beatitudinis gaudio; *Proposito sibi gaudio sustinuit crucem*: De fide est Dominum à primo conceptionis instanti fructum fuisse visione beatifica, qua anima sine intermissione gaudebat, inquit autem Rupertus optionem gaudij Patrem Christo dedisse, an vellet hujusmodi gloriam corpore communicare, an labores, & crucem. *In primo incarnationis instanti proposuit illi optionem gaudij & crucis*. Idem Nazianzenus, cum ei liberum fuisset manere in gloria crucem sustinuit. Quare ergo crucem prælegit, beatitudinis gaudio? Quoniam meliorem partem elegit, præ-

clarior enim erat gloria certamine comparata, quam gloria liberaliter data, gloria ex unione Hipostatica ex anima resultans in corpus erat gloria gratiose communicata, sine merito (ut videtur) illi collata, erat per modum coronæ assequuta, ideo proposito sibi gaudio crucem elegit, ut non nisi sanguine emeret gloriæ coronam: *Nonne hæc oportuit pati, proposito sibi gaudio*. Luctandum ergo est, & sudandum, ut in cælum intretur.

Iram efferræ Esau fugiens Jacob, pernoctans vidit scalam, cujus cacumen cælum tangebatur, pavidus autem, & tremens exclamavit Jacob: *Terribilis est locus iste, non est hic aliud nisi Domus Dei, & porta cæli*, Quid animosiores aliàs Jacob nunc terruit, fortique ingessit horrorem? Dei domum agnoscit, & timet? in asylo est, & pavet? portam Cæli videt, quam tanquam fenestra cælestia arcana intueri donantur, & tunc pulsatur pavore? Alia opportunitate Moyles familiari Divina conversatione incitatus impavidus gloriam anhelat, increpidus Deum intueri poposcit: *Ostende mihi faciem tuam*. Quare Moyse placidus, & suavis est visus locus, & Jacobo pavendus? Ratio est; quoniam Jacob non affligitur à beatitudinis gloria, non contristatur felicitate hominum ineffabili, quam cuncti desiderant homines; & Moyse lacrymis appetierat, vidit utique cælum, verum quamvis aperta fuerit cæli fenestra, simul autem arduos scælæ gradus conspexit, per quos illis ascendendum in cælum, quo magis namque oblectabatur, & gloriæ amore magis afficiebatur, eo magis labores, quibus circumdata erat, innotescabant, ad hos subeundos pavebat, quia laborum intolerabilem magnitudinem respiciebat; quia

*Non è terra mollis ad astra via.*

Sudore, & sanguine immortalitatis purpura emenda est, sic petitur cælum; Oportet ergo ascendere per scælæ labores, ut cæli aperiat ostium. *Schala hæc*, inquit D. Bernardus, *est ascensus ad perfectionem, cælum est charitas, gradus sunt decem abrenunci-*

*Purpura Cardinales sunt decorati Innocentio quarto Pontifice, ut monerentur pro fide effundere sanguine.*

zionis gradus; Moyses autem appetiit gloriam allectus pulchritudine illius. ascensus vero gradibus inconsultis, nihilvè cogitans de laboribus, ideo anxie appetierat gloriam, responsum tamen à Deo audivit. *Non videbit me homo, & vivet*, idest non aliter cœlum conscendi, nisi sanguinis præcedente effusione, priusque illi morte spirituali frangendum, ut ad sanctorum sclicitatem, ad solemnitatem supernæ lætitiæ, & ad vitæ contemplativæ jucunditatem accedere posset in Dominique potentias intrare, illaque bonitatis Divinæ superabundantes divitias gustare, ut vacet, & videat, quam suavis est Dominus, quantaque dulcedinis magnitudo: *Non videbit me homo, & vivet*, idest, prius esse probandum, & tanquam aurum in fornace tribulationum purificandum, ut videat gloriæ decorem, sanctorum splendorem, & Regiæ potestatis honorem.

*Non nisi  
tribulationi-  
bus emi-  
tur cœlum.*

Vidit civitatem cœlestem Jerusalem Joannes Evangelista, & inter alias portas civitatis consideravit, & ex Margaritis tradidit mirabiliter esse ornatas *Duodecim margaritæ*; quare singulæ portæ componuntur ex margaritis? si sunt varietate diversæ quare pulchritudine lapidum non distinctæ? Quoniam quamvis portæ cœlorum fuerint diversæ pro statuum hominum varietate, omnes constari debent ex margaritis, nullus enim in natura nostra est status, cui ostium deficiat, ut intrare possit in cœlum; verum omnis porta cœlestis margaritis ornatur, quare? Quia apud Pierium margaritæ pro lacrymis poni solebant, ideo omnes portæ cœlestes sunt margaritæ, quia nullus nisi lacrymas fundat, intrabit in cœlum; nulli aditus cœlorum patebit, nisi laboribus contractus, & afflictione agitur, ex laboribus namque, & mortificatione frequenti cœlorum sternitur via; Adam inter delicias ostium clausit cœleste, Christus inter labores afflictionesque natus confregit seras portarum, ut nostros in cœlum dirigeret gressus, pedesque nostros in viam duceret pacis.

Videre faciem Dei Moyses desiderabat dicens: *Offende mihi faciem tuam, cui Dominus posteriora mea*

*videbis*. Quare Deus faciem abscondebatur amico & tantum posteriora offerebat? Nonne æque splendidissima, ac facies posteriora in Deo non sunt? quare ergo non faciem, sed posteriora tradit videnda? Optime Nyssenus [ qui sequitur, inquit, non faciem, sed tergum aspicit; docetur igitur Moyses desiderans Deum videre quomodo potest Deus videri, sequi enim Deum corde, ac animo semper quocumque id ipsum est Deum videre ] sed sequi Deum, tergumque videre non est se cum Moysse familiariter gerere, quid enim ira Dei, nisi ejus aversio? Quid ejus irasci, nisi vertere terga? inquit D. Augustinus; verum eximius fuit favor ostendere posteriora, quia tergum Dominus manifestans viam ostendit, qua igitur iter in cœlum, *Quoniam ego, inquit, in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper*: Moyses vero videre Deum desiderabat, ejusque pulcherrimam conspiceret faciem; Dominus autem viam ostendit sicut sclicitatem manisci posset, ideo dorsum flagellatum ostendit, quasi diceret, si vis faciem respicere meam, vis conscendere cœlum, dolores respice flagella, & labores, hæc via, hoc iter, quo assequitur cœlum.

*Ad perferendum labores manum Dei  
insipientis considerare; & cœlum,  
maxime invat.*

Panoplia est, inquit Drexelius, ad omnes injurias, laboresque perferendos, si omnium auctor credatur Deus qui in remedium nostram infundit quandoque calices amariore. Ubi David miserima fuga torrentem Cedron, & olivarum clivum transmississet, indeque ad Bathurim venisset, obviam habuit saluatorem inexpectatum notavit Drexelius ponderans patientiam David hominem sceleratissimum semel, qui suum regem, non convitiis solum, & maledictis atrocissimis excepit, sed & luto, ac lapidibus petivit. Quæ major audacia & injuria, quam regem, & fortissimum ducem in os audientem omni populo conviciis gravissimis onerare dicens: *Egredere vir sanguinum*, & tamen David non solum maledi

maledicta tulit patienter, sed etiam patrocinator Semei ostentavit facinus; *Dimitte eum, ut maledicant.* Demiratur D. Chrysostomus robustissimam David patientiam. Unde tolerantia prorsus est obstupescenda? Unde tam prodigiola Principis mansuetudo? Quia credidit omnia, Deo volente, evenire credidit manum Domini in exercitium patientiæ, & in criminis proprii supplicium jacula illa vibrasse: *Dimitte eum ut maledicant, Dominus enim præcepit ei ut malediceret David.* Ubi David divinæ voluntati suam integerrime conjunxit, suavissimè conviciis acquievit, eo quod Dei nutu, consilioque gestum scivit, suavissime toleravit labores, ubi calicem illum amarum existimavit ipsi à Domino propinari.

Inter labores fluctuans memoratus David clamabat quasi succumbens tribulationibus lacessitus: *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt me.* Alia opportunitate laboribus imperterritus provocabat tribulationes, quærebat, & sitienti ore desiderabat; *Tribulationem, & dolorem invenit,* quæ indicant sollicitasse labores; Quare in tribulationibus clamabat abjectus, nunc labores provocat imperterritus? quoniam nunc recordatur nominis Dei à cujus benignissima providentia omnes credidit evenire labores; *Et nomen Domini invocabo,* ideo alacriter pœnas quæsit, antea vero nominis Dei non recordatus manum Dei non respexerat amarum calicem propinantem, ideo dolores, & cruciatus circumdederunt eum, peneque submerferunt, quia labores amarissimi sunt, cum medici cœlestis obliviscitur præparantis antidotum ex laboribus manus, ideo clamans David afflictione queritur fatigatus, cum vero agnovit divinæ justitiæ in laboribus instrumentum, quæsit sitibundus pœnas David ipsi suavissimas visas. *Tribulationem, & dolorem invenit.* Quidquid igitur, & à quibuscumque patiamur, suspiciamus ad Deum labores, videntem, annuentem, volentem, & respicientem, & in illis requie, & tranquillitate fungemur, sive homo percutiat, sive frater decipiat, sive filius illudat,

sive conviciis te onerent cuncti, manum Domini respice, & cor tuum mirabiliter dilatabitur.

Omni orbem, cunctasque creaturas contra patientissimum Job Dæmon armavit, verum in nullo peccavit Job, nullius criminis fuisse reum asserit scriptura, ad omnes labores nullius impatientiæ levissimo lapsu fuit coinquinatus; Unde hoc? Rationem reddit textus, *Dominus dedit, Dominus abstulit,* quoniam à Domino credidit se percussum, & manum Dei vulnere recognovit auctorem: *Manus Domini tetigit me;* sed quomodo manum Dei appellavit, si infligens manus Dæmonis fuerat, in manu enim sua cuncta Job Dominus constituerat, *Ecce in manu tua est.* Quare ergo inquit à manu Domini tactum, & flagellatum? quia manum dæmonis instrumentum respiciebat Divinæ justitiæ, ideo calamitatem incusam refundit in Deum, *Manus Domini;* hinc orta est in Job ad patientiam constantia, hinc solamen in afflictione, quia in cunctis plagis quibus fuerat affectus, manum divinam respiciebat ad flagellandum extensam, cum diabolus vulnerabat, Domini humilis adorabat sagittas, ideo laudes divinas in tribulatione canebat. Si his oculis labores, & adversarios intueamur, si respiciamus velut divinæ justitiæ instrumenta, in tribulationibus respirabimus confidentes sic divinum medicum præscripsisse, & non aliter decrevisse nisi in infirmitatis nostræ remedium. Hoc Christus Dominus intuebatur, ut desiderio nimio mortem ambiret? *Calicem quem dedit mihi Pater,* non manum Judæ tradentis Christus Dominus respiciebat, sed manum Patris infinita præscientia & excessivo amore calicem propinantem, ideo calicem salutatis vocavit, & velut beneficium cum gratiarum actione suscepit.

Hinc oriuntur in hominibus afflictis querelæ, non enim manum sursum disponentem afflictionem considerant, ideo nimis in laboribus dolent, renuunt divinæ conformare voluntatem humanam, vellent in omnibus Deum suum beneplacitum sequi: Hinc error, hinc provenit illis turbatio; Cogitabat Christus Dominus ire Bethaniam

*Oportet conformari voluntati divina.*

niam Lazarum suscitaturus, obstreperunt discipuli dissuadentes duos durationis Judææ lapides opponentes: *Nunc querebant te lapidare.* Ad quos sic Dominus: *Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lucem hujusmodi videt, si autem ambulaverit in nocte offendit, quia lux non est in eo.* Si aliquibus cum Ruperto assentiamus, fatebimur Apostolus his verbis à Magistro auferri timorem, utpote qui sub ipso die sub ipso sole Christo tui debebant; bene est; sed quid in hanc rem duodecim illa horarum commemoratio? Plurimum quidem intererat, voluit namque Dominus cœlestem Apostolos suos politicam edocere, ut sic duodecim duodecim diurnis componerent, Quorsum id? Audiamus Rupertum. Quid mihi consilium datis? cum non vos me, sed ego vos elegerim duodecim, & sic debeatis sequi nutum Magistri, sicut sequuntur horæ motum solis; Apostoli vellent Dominum eorum beneplacitum sequi, ideo pavent, timentque lapidari in Samaria, Christus Dominus illos voluit docere in omnibus committendos esse voluntati Divinæ, ejusque magisterio, si velint tui manere, sicut horæ diei, motum solis sequuntur; O quam dissonum horologium sonaret, quo non solem horæ, sed horas sol sequeretur. Ubi cymbali pulsationes deliræ motui solis nollent attemperari, sed sol quasi in summo crepitu excitatus ad eandem moveretur arbitrium! Quare nostrum naturæ horologium male in laboribus sonat? quia in Emisphærio mentis supremæ ratio non sequitur solem, non respicit voluntatem Divinam, à qua electi sunt rationales, & ad finem gubernantur præintendunt à Divina præscientia, & benignissima providentia, ideo nimis affligimur in laboribus & instabiles in quacumque tribulatione turbamur: Optime Seneca scribebat Lucillo epist. 11. *Placent homini, quidquid Deus placet.*

*Gloria consideratio  
sincerum est  
ad perferendos labores.*

Scutum fortissimum aliud Deus dereliquit Christianis ad perferendos labores, præmij nempe cœlestis consideratio. Si consideremus namque fratres charissimi; inquit D. Gregorius, quæ & quanta sunt quæ nobis

promittuntur in cœlis, vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris: sed ad magna præmia perveniri non potest nisi per magnos labores, sed roborabitur animus ad tolerandum, si viva inhæserit homini contemplatio præmij cœlestis: Præcepit Deus fieri fenestram in arca, in qua voluit incolumem humanum genus servari, verum adverte in summitate aperientem: *In summitate arca fenestram facies, quam esse Christallinam tradit Lyranus. Fenestra erit Christallina.* Quare non in latere arce sine inundationis periculo? Quare in excelso? Quoniam arca carcer hominibus terris erat fetidus excrementis ferarum, injucundus ex societate animalium, & ex illorum strepitu, jam istius mugientis, jam rugientis illius, in feretro illo funebrem homines vitamque laboriosam debebant, quid ergo ut tantisper in tot calamitatibus pusillus hominum ille numerus respiraret? Aperiat in summitate arce clara, & Christallina fenestra, ut valeant respicere cœlum, intuitus autem patriæ cœlestis lumina convergentibus cœli erit in laboribus requies, in æstutemperies, in præssuris, & afflictione solamen, contemplatio namque gaudij cœlestis mollificat, levisque reddit labores. Sic inter undas fluctuans passionum, internis, & externis laborum fluctibus agitata confidens exclaimabit extra se, quasi raptus Augustinus: *Eccc video lumen cœli, interluet oculis mentis meæ radius desuper à facie luminis tui, & lætificat omnia ossa mea: O patria nostra, patria securæ, à longe te videmus ab hoc mari te laboramus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lætymis, si quomodo ad te perveniamus.* Omnia enim nihili fiunt, in cœlestis Hierusalem comparatur; regnum cœlorum assimilatur thesauro abscondito in agro, quem dicitur fuisse ab homine emptum. *Emis: sed quomodo emptus, si inquit Evangelista invenisset invenis. Quoniam sic excedebat pretium, quod fuerat ab homine emptus, quod non tam dicitur comparatus, quam inventus, invenis sic superat labores, & diligenter humanas, regnum cœlestis, quod tribulatione, laboribusque terrenis non existimet*

existimet operibus gloriam emisse; sed gratis donatam, & potius inventam.

Hæc dulcissima contemplatio naufragam præsentem vitam diligentes mirabiliter, & dulciter consolatur: In servitutem Babylonicam ducti & ferreis compediti catenis non exasperantur Hebræi, sed facti sunt quasi consolati; *Facti sumus sicut consolati*, cum educuntur de Ægypto in terram promissam proficiscentes seditiose conspirant in Moysen: *Cur eduxisti nos de terra Ægypti? utinam mortui essemus.* Quare de servitute educti, & ad terram lac; & mel fluentem translatis suspirant, & dolent, & cum deliciis patriæ relictis in servitutem missi non desperant, sed ferunt captivitatem constanter? Ratio est, quoniam non à patria in Babylonem Israëlitarum reducerentur captivi, in annulis figuram Jerusalem (referente Novarino) gestabant, ex conspectu autem Jerusalem animose provocabant labores, & captivitatem animo constanti ferebant; hæcque dulcissima contemplatio in captivitate refocillabat, & in laboribus recreabat; ac si dicerent, licet ingentibus calamitatibus opprimamur, licet exules relegemur à patria, animus non flectitur dummodo Jerusalem recorderemur: *Dum recordaremur tui Jerusalem;* Nil est nisi momentaneum, quod gravat, dum insculpta nobis Jerusalem præsentatur, suspiria ardentia convertuntur in gaudia, in delicias desideria vehementia dummodo pervenient in illam supernam civitatem civium coelestium, & Angelorum: Optime D. Bernardus ( Nil tamen in hac vita dulcius sentitur, nil avidius sumitur, nil ita mentem ab amore mundi separat, nil sic animum contra tentationes roborat, nihil hominem ita excitat, & adjuvat ad omne opus bonum, & omnem laborem, quam gratia contemplationis.

*Iustus laboribus est superior.*

7. *Amaritudo omnis*, inquit D. Augustinus, & *asperitas in regione Christi locum non habet.* Omnes namque tribulationes, & justorum labores Deus injustis dulcedine replet; sicut de pisce maris *Fassem* appellato, inquit Petrus Berchorius; *in cujus ore aqua maris dul-*

*cescit*, sic justis dulcescunt tribulationes, quia in quibus fervet divinus amor nihil apparere potest amarum, ut inquit D. Chrytologus. Serm. 40. *Nil amarum, nil grave, nil durum, nil lethale computat amor verus:* Hoc est privilegium justorum, sic bonis, & malis superiores manere, ut amaritudine mali non experiantur, nec notitiam illius percipiant. Præceptum sub pœna mortis Adæ Dominus intimavit, ne de arbore scientiæ boni, & mali comedere auderet: *De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas:* Quare de omni ligno permittitur edere, & arbor scientiæ vetatur? Si Princeps universi condebatur Adam, arborem scientiæ opportune comederet, ut inter bonum, & malum discernere posset: Quare ergo minatur mortis comedenti rigorem? Quoniam Adam innocens erat, & justus, quia tamen privilegium erat justorum malum penitus ignorare, ideo arbor, cujus fructus boni, & mali fuerat notitia, & scientia, pro privilegij immunitate prohibetur; si namque de fructu comederet arboris saporem mali gustaret, sapor autem illi innocentis privilegio contradicebat, ideo arbor fuit interdicta: *De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas.* Quoniam injustis, quibus cor amore succenditur, omnis amaritudo fit dulcis, & in Domini societate cuncti dulcescunt labores. Unde de quodam virtute magno refert Drexelius, ubi res in maxima esset difficultate solitum dicere: *Salve amaritudo amarissima omnis gratiæ, benedictionisque plena*, quod idem est ac cum socrate cicutam haurire ridendo.

Abrahæ Deus præcepit, ut patriam cognatos, & opes viriliter derelinquat: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Continuo Domino obtemperavit læta obedientia quia promissiones à Domino accepit: *Faciam te in gentem magnam* Apparuit Angelus dicens Josepho; *Surge, & accipe puerum;* Sed nil pollicitus est sanctissimo seni; Quare tot Abrahæ repromissiones sunt factæ, ut ad conspectum præmij dulcescerent itineris angustia, & labores, & Josepho nil promittitur pro toleranda tribulatione? Quoniam Josephus iter arripens nil passus est, quia secum Jesum in laboribus traxit in societate autem Jesu disparet omnis labor, ideo non indiget promissione, ut roboreretur

ad iter; ut inquit enim D. Anselmus inspiciens Jesum in nullo persentire amaritudinem valet: *Quid visu (Iesu) jucundius, quid delectabilius? Carne illum, qui immensus est, parvulis brachijs ad materna colla pendentem videre, & dicat felix sum, feliciorque dum illum video, quem reges optaverunt videre, & non viderunt. Dignus est visu, qui speciosus est præ filijs hominum.* In societate namque Domini disparet labor, probat, & examinat justum; sed non consumit. Ethnicus comprehendit hanc Philosophiam sacram, Seneca Lucilio scribens. Animus sit super omnia erectus ad Deum, à nutu, & voluntate divina sic pendens, ut illum nec extolant fortuita; nec frangant, & cui vera voluptas sit, voluptatum contemptio: Hunc animum ita liberum, ita interritum, ac stabilem extra turpem metum, extra cœcã libidinem, & fœdas cupiditates positum, cui unum bonum sit, Deus, & voluntas divina, unum malum aversio à Deo, & divina voluntate, hunc inquam animum non contristabit quidquid ei acciderit, hunc ita fundatum necesse est velit, nolit sequatur hilaritas continua, & lætitia alta, atque ex alto veniens.

A longè rubum viderat Moyses, & miratur visionem: *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Obstupuit videns, quod arderet, & non combureretur, propius accedente Moysè cessavit stupor, & admiratio; Quare nunc non miratur? quia penetravit mysterium, Dominum respexit in rubo, ideo ab igne non comburi non credidit esse mirabile: *Apparuitque Dominus in flamma ignis de medio rubi*: ideo non comburitur inter ignis voraces flammã, quia ubi Dominus est, nequit ignis exercere voracitatem; arbor namque, quæ Domini habitaculum fuerat, privilegio divinitus fungebatur, ut non combureretur à flamma. Sine Deo namque nullus adest inter felicitates securus, cum Deo nullus periclitatur: Quasi securus dormiebat somni blanditijs deditus inobediens Ionas Propheta; sed illico submersionem est passus. *Facta est tempestas magna*; Quis non crederet in favilla Danielem in fornace redactum? Verum ipsa flamma quasi ventus toris refrigerabat: *Fecit medium fornacis, quasi ventum toris flantem*, quia justis labor est re-

frigerium, & afflictio est solatium.

Cum in agonias Dominus in hortu fuisset effusus discipulos velut vigilans pastor quæsit, & à facie amoris anima liquefcento, sic est allocutus: *Dormite jam, & requiescite: Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur.* Difficilis verborum est antilogia, si Dominus discipulis soporem præcepit: *Dormite*: quare jubet quod surgant? *surgite*, si requiem commendat; *requiescite*: quare iter atripere intimat? *Eamus*: Drogo in hujusmodi verbis recognovit mysterium, somnum namque discipulis intimavit, invitans ad vigiliã: *Dormite, surgite*; requiem commendavit invitans ad laborem: *requiescite, eamus*, quia ut secum irent jubebat, *Eamus*, & in Dominica societate labor requies erat, & vigilia suavissimus somnus: *Dormite surgite requiescite eamus*: ideo cum pariebantur, requiem sumere visi sunt, & tunc suaviter soporari cum in societate Christi vigilijs dediti laborabant; *Qui enim*, inquit Drogo, *vigilat in te suaviter dormit, & stilet, & somno suo requiescit.* Iustorum enim, quorum animæ in manu Dei sunt, labores requies, & vigiliæ somnus suavissimus sunt. Cum Deo enim omnes tribulationes dulcescunt, sine Deo omnes voluptates replentur amaritudine, ut inquit D. Augustinus. *Va anima audaci, versa, & reversa, & intertergum, & in tera, & in dorsum, & dura sunt omnia, & tu solus requies.*

Hinc oritur illud Prover. 12. *Non contristabit justum quidquid ei acciderit*, qui namque justus est, erecto, ac hilari animo tribulationem suscipit, & ærumnam ut dicebat Apostolus: *Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione.* Quia justus omnibus est sublimior: Cœlum, dicebat Chrysostomus, altius est imbribus, ac pluvijs, Cœlum quidem cum nubibus obducitur, pati putatur, sed nil patitur, sic, & nos etiam putamur pati, nihil patimur, idest tristitia, quasi nubibus obduci putamur, sed non tristamur. Animus enim divinæ voluntati affixus nulla frangitur adversitate, sed sicut de mundi statu super Lunam: *Perpetuum nulla temeratur nube serenum*, Cœlum ruat, concutiatque terra cor justum Deo fixum non trepidabit; quod etiam Prisci recognovere in viro constanti: Horatius lib. 3. Carm. Ode. 3.

*Iustum est tenacem propositi virum,  
Non civium ardor prava jubentium,  
Non vultus instantis tyranni  
Mente quatit solida:  
Si fractus illabatur orbis  
Impavidum serient ruina.*

Quia tamen iustis convertuntur in gaudium tormenta, inquit Drexelius, ignem martyres ut plumam ridebant rotam ut culcitram amabant, bestias provocabant ut muscas, flammam calcabant ut rosas, ut de illis optime dici valeat quod Horatius.

*Latus in prasens animus, quod ultra est  
Oderit curare: & amara lato  
Temperet risa:*

9.  
Securitas  
conscientia  
nil formi-  
dat.

Quis enim dicere valet, & explicare solatia, quæ Dominus laboribus agitatæ largitur? si Deum comitem habeant, gaudeantque conscientia securo, labores non solum tolerantia suscipiunt, sed hilari vultu quasi favores admittunt; nec homines timent, nec iudicium Dei exhorrescunt. Infortunia demone auctore multiplicata, sibi que succendit constanti animo auditit Iob, & hilari vultu cum gratiarum actione suscepit: *Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum*; sic laboribus imperterritus, ut Dei tremendum iudicium non formidaverit; *si fuero iudicatus, scio quod iustus apparebo*. David varijs laboribus lacessitus, & quidem toleratis constanter, conspectum iudicis exhorrescit: *Non intres in iudicium cum servo tuo*. Quare David patientissimus, qui Semei provocabat maledictiones iudicari exhorrescit, & Iob quasi desiderat à Domino iudicari? Quondam Davidem arguebat de adulterio, & homicidio conscientia: Iob vero innocentis conscientia de crimine nullo incusabat: *Neque reprehendit me cor meum*; ideo David delinquens in divinum iudicium timeret incidere, & Iob innocens iudicari non formidavit; Quamvis ergo iustus fluctibus iactetur laborum, si securo conscientia non accusante Deum comitem habeat, nec homines timeret, nec videretur iudicium Dei formidare, labores, provocat, & tribulationes velut dulcedine plenas querit; Quo respexit, quod de Epi-

curo refert Seneca, aiebat enim. *Sapientem, si Phalaridis tauro provocatus exclamaturum: Dulce est, & ad me nihil pertinet*. Iusto potiori jure omnis amaritudo dulcescit.

Concepit Sara, & inter dolores, quibus cruciabatur in partu exclamavit, *Risum fecit mihi Deus*. Quomodo ridens inter dolores? quomodo cruciatus visus est Saræ risus? Quoniam à Domino erant dolores immissi; Angelo nunciante conceperat Sara, à Domino venit conceptus, & partus, ideo dolores libenti animo acceperat veluti risum. *Risum fecit mihi Deus*, quia intra viscera doloris clausum est gaudium. Jugum suave Dominus crucem appellavit laborum: *Jugum meum suave est, & onus meum leve*; Quomodo crux dicitur levis, quæ humeros etiam divinos gravavit sicque Christum oppressit, ut sub illa gemens non semel cadere fecit? Crux gravissima Christo, facta fuit hominibus levis; unde hoc? quia Christus Dominus viam primum stravit, & illum sequi nos invitavit: *Tollat crucem suam, & sequatur me*. Hoc ergo crucis pondus levissimum reddit; qui namque sequitur Christum, ibi figit pedem, ubi steterunt prius Christi Domini pedes: *Adoravimus in loco, ubi steterunt pedes ejus*. Hoc ergo satis ut tribuli laborum convertantur in flores, sicut de Venere cæca Gentilitas, finxit Ubi enim deitas falsa figebat pedem, ibi rosæ erumpebant: *Quidquid calcaverit hic, rosa fiet*. Qui ergo laboribus vexatus sequitur Christum, id est ad illum crexerit caput, pedem figens, ubi prius fuerit Christus transfixus, tribulationum tribuli rosæ fient, quia spinæ afflictionum à Domino prius calcatae factæ sunt hominibus tollentibus crucem, & sequentibus Christi vestigia odoriferæ rosæ inenarrabili suavitate repletæ, odoreque suavissimo plenæ.

Sic in laboribus iustus est voluprate perfusus, ut in afflictione tantum perferat, quod de voluntate perferendi jucunda pectus apud homines dubitari. Apostolum Paulum in custodia compedibus vincit Dominus liberum reddidit, & à vinculis absolutum, noluit tamen Paulus deserere custodiam, libertateque fungi, quinimo custodi volens se interimere dixit *Nisi tribumali feceris, universi enim hic sumus*, ut quid ergo Dominus portas aperuit, si Pau-

lum nolebat extra custodiam exire: Ut quid vincula Christus dirupit, si non licebat libertate Apostolum uti? Quoniam voluit Deus opem ferre afflictioni, qua cruciabatur Apostolus, ideo januam aperuit, & vincula fregit, custodia namque & vincula jucunda Apostolo fuerant, dumtaxat cruciabat animum imperterritum Pauli, quod coactum in laboribus Paulum credidisset Tyrannus, & quasi fugam timeret, custodiendum tradidisset custodibus, compedibusque vinciret, hoc Paulum vexabat, & hujusmodi afflictionem voluit Dominus temperare, ideo fregit custodiæ januam, vinculaque dirupit, ut videntes Paulum apertis januis, catenisque contractis intra custodiam adhuc manere, jucunde velut rosas pertractare vincula credidissent, nec ibi detineri coactum, Apostolus namque ardens charitatis amore vincula gloriam suam putabat, & in laboribus, & infirmitate gloriari non semel clamavit. *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis.* Quoniam gratia in rosas convertit spinas. In exitu Israël de Ægypto præcepit Deus, ut pedibus apponerent calceamenta. *Calceamenta habebitis in pedibus vestris.* Moyse ad rubum ubi adeerat Deus volenti temere accedere, iussit solvere calceamenta; *Solve Calceamenta.* Quare hoc? cum terra in quam Moyse appropinquare tentabat, tribulis erat septa, & in quam profectus populus floribus abundabat? *fluentem lac, & mel.* Quoniam ubi Deus adest, spinæ convertuntur in flores, non opus est pedibus calceamentis, *Solve.* Terram vero promissam Deus specialiter non habitabat, ideo viæ quamvis floridae, non tam planæ, & securæ, quod calceamentis non indiguerint.

9.  
Iustus gaudet in laboribus.

Iustus ergo in laboribus complacet, ideo Petrus liber à compedibus, & custodia existimabat se visum videre, quia iustus cum laboribus non opprimitur, somnare sibi videtur, & solum vigilare vinculis cum ligatur; Peccata exhorrent iusti, sed peccata amant, & querunt animo verè sitiendi, ideo labores amantibus Deum dulces, cum mundi amatoribus sunt amari. Latro ille, quem Christus habuit comitem in supplicio, humiliter exoravit, ut non oblivisceretur patientis, cum gaudens triumpharet in Cælo, cui Dominus: *Hodie mecum eris in paradiso:* Dubitant sancti

Patres quo sensu verbis suis potuit Christus stare? si Christus Dominus gloriam illo die non est ingressus, qua veritate dici potuit latronem intrasse? *Nihilominus implevit, quod spondit,* inquit D. Laurentius Justinianus, *nam sua divinitatis fecit eum esse participem.* Ad sui amicitiam per gratiam Christus latronem erexit, ideo paradysum intravit, quia, ut inquit D. Maximus, magna fides in illo latrone fuit, & sanctis Apostolis comparanda, si forte non præcesserit, fervida pariter charitate Christum amavit, ideo impletum est illico, quod Dominus promississet. Quid charitas & fides latronis intererant, ut dici possit tunc latro cælum intrasse? Ex tunc paradysum intravit sælicissimus, prædo; quia ante conversionem erat à latere Christi, post mirabilem confessionem fuit latro cum ipso Christo per amorem, & gratiam, antea erat juxta Christum latro, sed longè averfus ab illo per culpam, post conversionem latro erat per amorem magis in Christo, quam in se ipso, ideo ex tunc possidere cæperat paradysum, & in illo suaviter esse: *Hodie mecum eris in paradiso,* quia ante conversionem longissime distabat à Christo, ideo patibulum crux illi gravissima fuerat, post conversionem erat cum ipso Christo, ideo crux fuit illi in paradysum conversa; *Hodie eris:* Crux namque, quæ peccatori est cruciatus, amanti Deum est amenissimus paradysus, latroni, cum peccator induratus manebat, crux patibulum fuerat, prædoni converso, & amanti crux stetit solatium, & refrigerium. *Hodie mecum eris in paradiso. Implevit quod spondit.* Post mortem Lazari, inquit Pater Abraham diviti refrigerium linguæ poscenti: Lazarum in sinu suo gaudere. *Lazarus similiter mala, nunc autem consolatur.* Zacharias loquitur de unâ cum Abraham ejus habitantibus sinum, & inquit cunctos patres ibi detentos compedibus esse vincetos, & afflictione vexatos: *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vincetos tuos de lacu.* Quomodo inquit Abraham Lazarum consolatione, & peisfrui pariter gaudio, cum asserat Zacharias vinculis esse cum cæteris compeditum? Ratio est quoniam Lazarus erat cum Deo per amorem, & gratiam, ideo in vinculis gaudens & in compedibus lætitia perfusus, quia qui Deo adhaeret,

estque

estque per amorem uictus, congaudet in laboribus, & nimis in tribulatione complacet. *Nunc autem consolatur.*

In criminis poenam imposuit Deus Adam, quod sine sudore ultra non ederet panem, sed quod fatigaretur terram colendo: *In sudore uultus tui, uesceris pane.* Sed unde hæc poena? Si Adam non peccaret, etiam coleret terram, ad hoc enim condidit Deus, ut coleret, custodiretque paradysum. *Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum.* Si ergo ad laborem paradisi conditus erat, iustitia originali exornatus, quomodo potuit esse peccantis supplicium, & maledictio? Ratio est quoniam iustitia originali decoratus, humum intra paradysum colebat, gratia privatus damnatus est, ut extra paradysum terram operetur, colere terram in paradiso, erat homini suavissima recreatio, humum extra paradysum manibus operari, erat maledictio, & laboriosa occupatio. Quare hoc? quoniam in paradiso terræ colonus præditus erat originali iustitia, erat Deo conglutinatus amore, extra paradysum terræ operarius à Domino manebat aversus, ideo nimis fatigandus erat labore, insudans colendo terram si amet ardentem Deum, sudore non fatigatur, sed recreatur, operanti terram exuli, & relegato per culpam à Deo est intolerabilis labor; aliquibus namque, peccatoribus nempe sunt maledictiones labores, quibus sibi extremam comparant ruinam, sed amatibus Deum sunt benedictio labores, quibus, quasi refrigerantur amando. Quotquot amarum habitant mundum, tribulis laborum punguntur, sed amatoribus mundi labores amarissime eruciant, quot tumultuosis cogitationibus non punguntur? quot onerosis curis, & impertinentibus non gravantur? quando cor eorum non est sui desolatione amaricatum appetitum continuis provocatione? Quotidie quidem crescunt mala, subtrahunturque bona, & in ijs omnibus mundi amatores sibi ipsi sunt gravis sarcina; Quid non patitur mulier veneri consecrata? exors est, quia cor ejus vanum est, instabile, & vagum, divino caret consilio, ideo omni mobili mobilius perit

fiuta distrahitur, quibus curis non laboratur volens conjugere concupiscentiam honori? Quos lectus non patitur suspicionum modo ridens, cum desiderium fallaciter possidet, frequentius lugens cum defraudatur à desiderio, sæpissime in furem quasi declinans cum se considerat derelictam, & ab amasio contemptam; dumque per diversa requiem, gaudiumque quarit, in labore misera tandem vacua manet à requie. Hæc omnia cruciatus sunt, sed maledictionis labores; Quid non patitur cor divitis ambitiosum? Numquam in se consistere valet, numquam sibi concordat, ut inquit D. Bernardus, à se dissonat, à se resilit, voluntates alternat, consilia mutat, ædificat nova, destruit vetera, destructa reedificat, quia vult, & non vult, & numquam in eodem statu permanet; cogitationibus elatis irretitur, dignitatis imaginis inviscatur, si possideat, fastidium, cruciant desiderata, non obtenta tristat, etsi obtineantur molestiant, undique bella, undique tela, quocumque se verterit ambitiosus, sed ij labores sunt maledictionis labores, quia cor eorum longè est à Deo. Qui vero Deum ferventer amat, nil præter Deum desiderans, complacet in laboribus, in tribulatione congaudet, quia nectare gustato suavitatis amore illecebrosa mundi sentit amara, & prospera despicit ut adversa, nulla illius adversa formidat, sine Deo nil amari dulcescit, nil complacet, nil pretiosum, nil præter Deum aridet speciosum, vilescunt omnia, abs Deo universa sordescunt, solum beneplacitum Dei est iustorum indeficiens desiderium si Deus vult laboribus eos gravare, hujus voluntatis consideratio est consolatio laborum, & tribulationis refocillatio, gaudium, & desiderium, non per voluntatum summam conformitatem, hæc enim varia indicat beneplacita, sed per voluntatum transformationem, iustorum enim amore perfecto voluntas languens irvolendo eadem est, ac voluntas divina; idem otinatio vult, idem amat, gaudet cum illa; & non est factus à divina divina; ideo calicem laborum, quem Deus propinat gaudens accipit, & bibit sed cum lætitia; & cum B. Anna de vobis hocem, & sicuti ambo de vobis pascio; & hinc ita de vobis

*rata, etiam concupiscenti animo prap-  
rata, securus, & gaudens venia ad te. isa,*

*& tu exultans suscipias me discipulum  
ejus, qui pendit in te.*

Ex Genes. 29. *Imple hebdomadam, & c.  
& transacta Rachel duxit uxorem.*

Genesis 31. *Oppositum constat.*

1. **E**X primo textu constat post hebdomadam septem annorum duxisse Liam, illique promissam Rachel pro septem famularus annis, quorum hebdomada transacta ipsi tradita est Rachel ut ver. 28. Oppositum constat Genes. 31. Quia vel Rachel peperit Joseph ante quatuordecim annos: & hoc esse nequit, cum illam duxerit post duas septem annorum hebdomadas: vel non: & hoc falsum est; quia à 14. annis, usque ad 20. quibus sub potestate fœderi fuit, solum intercessere sex anni, quibus hæc omnia accidere non possent: quòd scilicet cognita sterilitate, & invidens forori suæ peteret Rachel filios, & nati essent duo ex ancilla oblata à Rachel: postque fœdus initum est de ovibus: à quo usque ad fugam ad minus fluxerunt sex anni. Ut ex Genes. 31. *Sicque per viginti annos in*

*domo tua servivi tibi 14. pro filiabus, sex pro gregibus tuis.*

Ex Antilogia ut superius proposita constat, hebdomadam non posse pro septem annis accipi, ut aliqui volunt, & expressè contradicit Hieronymus in trad. in Gen. & Aug. quæst. 89. Quare dicendum, durare apud illas gentes celebritatem nuptialem septem diebus, ut expressè indicatur Judic. cap. 14. Est igitur verborum hic sensus: Exple septem dies pro nuptijs prioris fororis, qua finita celebritate pro Lia, dabo tibi uxorem Rachelem sub promissione alterius septennij, quo mihi pro ea serviturus es: nam sequitur. *Et ingressus est ad Rachel, & dilexit Rachel magis, quam Liam, & servivit ei septem annis alijs.* Unde constat, Rachel traditam Jacob ante septem servitutis annos.

Ex Genes. cap. 31. *Ubi fœdus Jacob, & Laban injerunt medio utriusque juramento.*

Exod 23. *Nomen idolorum gentium non memorabitis. Idem peccat qui jurat, ac qui est in causa.*

2. **F**ŒDUS licere inter distinctæ Religionis sectarios superius latè tradidimus, non obstante in Religione distantia. Nunc non repugnare ex capite juramenti in fœdere necessarij disputabimus.

latrà societatem minime incas, ne forte inde cogatur ad jurandum per Deos suos, & sic in causa sis, ut velut Dij hi non solum memorentur, sed & habeantur. Ulterius ipse qui votum nomine Idoli concipit, & per illud jurat, vapulat: nam & lex sacra est. Et nomen aliorum Deorum non memorabitis. Neque diversa est ratio ejus, qui sibi sic juraverit, & qui Gentili, paulo post: In vetitis etiam haberetur in causa esse, ut quis alius, sive votum nomine Idoli concipiat, sive nomine ejus pactum confirmet, seu juret.

\*\*\*

### S. I.

*Maimonides sententia, & Baronij traditur.*

**L**LICITUM tale fœdus arbitrantur Rabbini, quia exposcere juramentum per falsos Deos, quali solo vinciti potuit Laban, nefas erat & jure naturali, & scripto Exod. 23. *ibi: Nomen Idolorum Gentium non memorabitis.* Hoc autem interdictum sacrum de non inguenda cum Idololatra societate exponit Maimonides: propter jusjurandum utriusque. Perinde est ac si dixisset (inquit) cum Gentili, seu Idolo-

Alij jusjurandū recipi ab Idololatra posse per falsos Deos, tradunt. Quo spectat locus Josephi, qui adversus Apionem lege Mosaica, ait, constitutum. Ne quis eos derideret, quos gentium aliarum opinio Deos confinxit, neve quisquam male illis diceret: saltem enim prodesse illis honorem tanti nominis debere. Idem sentit Abarbanel, & Simon Suzzato: qui illud Levit. 24. exponentes. *Quicumque male dixeris*

*dixerit Deo suo, porabit iniquitatem suam:* his verbis non solum interdictam Hebræis nominis sanctissimi maledictionem, verum etiam Gentibus suis falsis Dijs prohibitum maledicere, credunt. Philo etiam lib. 11. de Monarchia, Moſem, inquit, vetuisse convicium in Deos, quos alij existimaverint esse Deos, ne ipsi vicissim irritati prorumpant in voces nefarias. Inferius. Nomen enim illud, scilicet Dei, & invictissimum semper est, & summo amore prosequendum. In hanc intelligentiam forsân locus Exod. 22. illos movit. *Dj's non detrahes:* vel ut Hebræus: *Non execraberis Deos.* Eamdem amplectitur expositionem Baronius: & confirmat illud Alexandri de Apostolorum modestia in Actibus Apostolorum. *Adduxistis homines istos neque sacrilegos, neque blasphemantes Deam vestram.* Deos etiam falsos apud nos aliquo in honore futuros innuit Concilium Illiberitanum can. 60. Namque decrevere Sancti Patres, si quis Idola fregisset, & ibi fuisset occisus, hunc honoribus martyrum fore privandum.

Verum relatos Auctores loco Exodi judico allucinatos: inibi enim notio Deorum habetur, qualis in illo Psal. 81.

Ex Genesis 31. *Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac.*

*Deus stetit in Synagoga, Deorum in medio autem Deos dijudicat.* Hunc autem locum non de fictitijs Dijs, sed de Iudicibus, ac Principibus capiendum, judicat Origenes contra Celsum lib. 4. sacrosancti enim habendi sunt, qui in terris vice Numinis funguntur, & Dij dicebantur ex more patrio apud Judæos loquendo. Onkelos expressè ibi vertit. *Judicibus non maledices,* & Jonathanis paraphrasis, si vere est illius: sic pariter Hispanientes Judæi, Salomon Jarchi.

Exposcere jusjurandum ab eo, qui per falsos Deos juramentum est præstaturus, nullo jure prohibitum est, si cut neque in necessitate petere mutuum ab eo, quem non sine pacto usuræ præmisso scio daturum: petens namque mutuum, usuram tolerat solum, atque permittit. Ideò Norimbergenses perversitatem Judæorum olim intelligentes, nullamque sibi facere conscientiam perjurij, nisi manu imposita supra legis sue Synagogæ librum, qui præter divinam legem, varias, scdæque traditiones habebat, juraverint, ad nullum, nisi ad librum legis prius admota manu, compulerunt jusjurandum. Ad Concilium Illiberitanum patet ex Gen. cap. 27.

Matth. cap. 5. *Reprehensis Pharisæis prohibet formulam juramenti. Neque per Cælum, neque per templum, neque per caput tuum juraveris. Ibidem: sit autem vester sermo: est, est: non, non: quod autem abundantius est à malo est.* D. Jacobus Epist. cap. 5. *Nolite jurare neque per Cælum, neque per terram, neque aliud quodcumque juramentum. Deut. 6. Per nomen Dei jurabitis.*

§. I.

§. I.

*Juramentum per Deum verum non solum licuisse: verum quandoque perfectius esse illo comite proferre veritatem, quam simplicem loqui.*

**V**O decidi petit nostra Antilogia: an scilicet jusjurandum licuerit etiam Evangelica lege, & quid innovatum fuerit in formula juramenti.

Ad primum facile fiet satis ex ijs,

quæ Maimonides in suo Directorio de sacrificijs stabilivit. In lege Deut. 16. Deus unum permisit, & aliud expressè prohibuit: Olim enim, ut refert Euthymius super Psal. 62. mos fuit, ut jurarent per Regis salutem, & caput, ut Gen. 42. juravit Joseph Ægyptiorum morem sequutus. Hujus formula in Guemara Babylonico reperitur, in Mishna tit. Saphedrin cap. 3. ubi sunt illa Mahomæ sectarij legis Moſis imitatores. Sic constat ex Elnozino lib. 2. cap. 4. Avicena in Almahad. cap. 3. mores istos postea ad Græcos traductos, ut refert Horatius, nondum jurare paratos per caput

caput alterius. Quæ reperit Athenæus lib. 2. & August. Psal. 10. in Medras Kothelth cap. 18. jurabant per Cœlum, ut refertur in Talmud, & per Mosem, per vitamque Rabbiorum, ut in Pefachim fol. 113. Abusus iste tandiu observatus est ut dixerit Batricides l. 1. Annal. descendentes per Seth per sanguinem Abelis jurare solere. Refert Seldenus de Synedrijs lib. 2. cap. 11. n. 7. Novarinus lib. 8. Schediamatum cap. 6. num. 29. Quoniam autem mos est secunda natura, non omnino abolere eum Deus intendit; sed sua lege vertere in melius, judicans difficillimum fore jurandum extirpare, variavit illius materiam, ut non per Idola, vel creaturam, sed solum per nomen divinum jurarent. Unde per verum Deum, & non per falsos jurare, est præceptum, sed absolute jurare permissio. Josue 23. sic habetur: *Ne postquam intraveritis ad Gentes, qua inter vos futura sunt, juretis in nomine Deorum earum, & servietis eis, & adoretis illos; sed adherentis Domino Deo vestro.* Sic explicat Christianus Duchmarus sexti sæculi scriptor. Ne Judæi per Idolorum nomina jurarent, permisit eis Dominus jurare per nomen suum, nec nobis etiam inhibuit; sed perfectionem nos docuit, quod ea fides sit habenda inter Christianos, ut non sit necesse, testem nomen Domini interponere. Eandem doctrinam tradunt Basiliius Psal. 14. Chrysoft. Hom. 17. in Matth. Theoph. in cap. 5. Matth. Juxta quam exponendus Evangelista, Christum id, quod perfectissimum est, suadere; perfectius tamen esse veritatem simpliciter loqui, quam juramento firmare.

Verum contra hoc stare videtur Paulus, qui passim verba sua juramento firmavit ad Rom. cap. 1. & 9. Ad Phil. cap. 1. ad Gal. 1. ad Corinth. 2. cap. 1. Paulus autem non tam frequenter juramento uteretur, si non jurare foret perfectius, quam jurare. Secundo Hierem. cap. 4. Si abstuleris (inquit Deus) offendicula tua à facie mea non commoveberis, & jurabis: vivit Dominus in veritate, judicio, & justitia: & benedicent eum Gentes, ipsumque laudabunt. Quæ verba sonant absolute præceptum. Tertio, quia, ut inquit D. Thomas, jurare actus est Religionis ex origine, & sine: quoniam, qui invocat Dei majestatem, omnium

recognoscit habere infallibilem cognitionem, & summam, primamque conficitur veritatem. Ex sine etiam introductum est juramentum ad lites sedandas, ut ex Divo Paulo constat ad Hebræos 6. Unde Hieronymus inquit super Matth. qui jurat, aut veneratur, aut diligit eum, quem jurat. Ideò Arist. honorabilissimum juramentum appellat Isaïæ 49. *Mibi (dicitur) curvabitur omne genu, & omnis lingua jurabit.* Ubi idem est juramentum præstare, ac reddere cultum: ut expressè Paulus ad Rom. 14. & ad Philip. cap. 2. *Scriptum est enim, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur.* Cicero lib. 3. de Officijs: Affirmatio religiosa (inquit) est testimonium fidele, conscientia sigillum. Et ut diceret Luceium confæderatum esse cum Romanis, & juramento obstrictum, sic inquit: Luceius socius vestrae Religionis. De Publio Lentulo referens: ante susceptum gubernaculum præcessisse juramentum, Publius Lentulus (inquit) Provinciam, quam habebat interposita Religione deposuit. De quo Quintilianus lib. 12. cap. 2. Ex quibus constat, juramentum actum esse Religionis: hic autem cadit absolute sub præcepto divino.

Divus Augustinus sic Antilogiam conciliat. Juramentum enim non prohibetur, quia malum; sed ne jurando, ad facilitatem jurandi pervenerit quis, & ex facilitate ad consuetudinem, & in perjurium ex consuetudine decidatur. Quia, ut inquit Hieronymus, jurandum hos habet comites veritatem, judicium, atque justitiam: si ista defuerint, nequaquam erit juramentum, sed perjurium. Apostolus autem non nisi scribens jurare invenietur, ubi consideratio cautior linguam non habet præcipitem. Nec enim fidei signum est frequens, ut inquit Philo, juramenti usus, sed perfidia. Essenos numquam jurare refert Iosephus libro secundo, de bello Iudaico capite septimo, jam enim reum mendacij arbitrantur, cui sine Deo non creditur. Pulchra sunt, quæ refert Novarinus, verba libro primo, Sched. capite sexto, numero decimo tertio, *Ala* inquit, ut ait David Kimhi, & jurare significat, & plangere, ut recte moneamur, frequentia, & juramenta incauta lachrymis grævida, & lachrymas parturire. Hinc Arabes celebre

celebre formatum adagium, ut in Cent. 2. Prou. 38. & 40. *Esse sermo tuus etiam, vel non, ut sis verax apud omnes homines.*

— — — — —

§. II.

*Iuramentum solum per aliquod diuinum cognomen susceptum, inter Hebræos in forensibus vim habebat. Explicatur locus Martialis.*

4. **S**ECUNDUM, quod decidendum est; an iuramentum per id, quod Deus non esset, verè iusjurandum foret? Simul autem de iuramenti formulis apud Gentes videamus. Aben Ezra per timorem Isaac reuerentiam, atque timorem intelligit, quod Isaac Deū reueritus est, & pro filio suo supplices orationes fundebat. Hoc autem iuramentum non obligare, sentiunt communiter Rabbini, sicut, & quo obstringi solebant Sethiani per sanguinem Abelis: ut refert Euty chius Patriarcha Alexandrinus: & illo Uriæ David 2. Reg. cap. 11. Sic habetur in Misna tit. Shebot cap. 4. § Ubi ad iurat quis (ibi dicitur) alios per cælum, aut per terram, iuramento non obstringuntur: quod si id fecerit per Adonai, per Sadai, per Sabaoth, per gratiosum, per tardum ad iram, per optimum, seu per aliud quodcunque Numinis cognomen, obstringuntur. § Ideo Imperatores Christiani, ut Judæos iurejurando vincirent, hanc formulam desiderarunt: Jura tu per Deum Patrem Omnipotentem Sabaoth, vel per Deum, qui apparuit Mosi: vel per Adonai Patrem: vel per Deum Eloin: ut ex L. 15. C. de Judæis constat aperte, & ex dispositione Regis nostri Hispaniarum Alphonsi part. 3. tit. 11. l. 18. Leunclavius in iure Græco Rom. tom. 1. pag. 119. Idem reperit Maimonides tract. Shebooth c. 12. §. 3. & 4. Quo respicit etiam illud Vlpiani l. 33. D. tit. de Iurejurando. § Si quis (inquit) per salutem suam jurat, licet per Deum jurare videatur (respectu enim diuini Numinis jurat) atamen, si non ita specialiter ei iusjurandum delatum est, iurasse non videtur. Et ideo de integro solemniter iurandum est. §

Ex quibus Martialis lucem accipit Epig. 95. lib. 11.

*Illud me cruciat Solymis quod natus in ipsis  
Pædic. in puerum verpe poeta meum.  
Ecce negas, juraque mihi per templā  
Tenantis  
Non credo, jura verpe per Anchialum.*

Jurabat pluries Hebræus quidam Martiali per templum (non quidem Capitolinum, sed Hierosolymitanum: aliàs illicitum, irritumque foret jusjurandum) cui negare fidem asserit Martialis, nisi per Anchialum jureret: quem, ut inquit Stephanus Phrocatulus vulgò Romani sanctissimum Judæorum Numen existimabant. Quid autem hoc nomine exprimat, hucusque omnibus exponentibus Epigramma fuit martyrium. Scaligero duce in epist. ad Scriberium Anchialus æquivalet huic *Chi ala*, idest *vivit Deus*. Bosius uterque, pater in hist. Pelag. l. 1. part. 2. anth. 1. Dionysius ad Maim. de Idololat. capit. quinto, §. 13. Farnavius magis Martiali ad hærens legit. *Anchiala*, idest, *si vivit Deus*. Samuel Pethith l. 1. variaz lect. cap. decimo sexto, sic. *Anchi alion*. Idest, *Non, vivit, Excelsus, seu Deus*. Seldenus lib. de succel. pag. 6. corrigi versum, sic dicens. *Non credo, jura verpe iperanchiolam*: quod æquivalet *Ulciscatur Deus*, seu vindictam sumat is, qui vivit in æternum. Quæ expositio formula expressa videtur in Cant. Mo- sis, Deut. 32. *Levabo ad Cælum manum meam, & dicam: vivo ego in æternum*: & in Hebræo *Ego Chiolam* Unde *Iperan*, idest *ulciscatur*, & *Chiolam*, idest *Deus*. Vide Seldenum de succel. fol. 6. & lib. 2. Synedr. cap. 11. Ex quibus omnibus constat, iuramentum non obligare, nec apud Judæos in more esse, nisi cognomen Dei aliquod exprimat. Cujus formulam forensis apponit Maimonides ubi supra. Qui jurat (inquit) librum legis prehendit brachio suo, & stans jurat per nomen sanctissimum, aut cognomen, aut iuramentum, aut execrationem ex ipsis ore, aut ex iudicium, aut Synedrionum ore.

Aliter ex Euthymio potest conciliari Antilogia. Per cælum enim Deus, & per terram homines intelligi tradidit: per quæ jurate inconsiderate prohibuit Christus, ut sic in perjurium

non laberentur. Vide plura de hoc Deuteronom. 6. & 4. & Genes. 42.

\*\*\*

§. III.

*Exponitur, & conciliatur nostra Antilogiæ ex Maluenda.*

5. **M**ALUENDA pavorem, seu timorem Isaac Deum intelligit, quem timebat Isaac, & illum reverebatur: *Pachad* enim hic pavorem usurpari plures volunt pro vero Deo methonymicè, cui soli pavor, metus, & timor idest cultus, & reverentia debetur. Unde explicans Drusus Psalms. 110. illud: *Initium sapientia timor Domini*, asserit: unde & ipse Deus Rabbiniis *Jedan*, idest timor

Ex Genes. 32. *Vidi Dominum facie ad faciem.*

**Q**UOD ergo dicit Jacob (inquit D. Thomas 1. part. quæst. 12. art. 11. ad primum) *Vidi Deum facie ad faciem*, referendum est non ad ipsam divinam essentiam, sed ad figuram, in qua representabatur Deus. Et hoc ipsum ad quandam Prophetiæ eminentiam pertinet, ut videatur persona Dei loquentis, vel Deus ipse loquens, licet per imaginariam visionem, ut infra patebit, cum de gradibus Prophetiæ loquemur 2. 2. quæst. 174. Vel hoc dicit Jacob ad designandam quandam eminentiam intelligibilem contemplationis supra communem statum. § Sic S. Thomas. Vide Exod.

\*\*\*

**EXPLICATUR**  
*Gen. 32. in sensu morali.*

§. I.

*Vita activa comitetur contemplativam.*

1. **U**CTA hæc, orationem, quam coram Deo Jacob nocturno tempore fuderat, designat, muneri ergo Jacob Angelus consulere voluit; Paterfamilias enim cum esset, orandi, & contemplandi otio sacro tantum insistere non debebat; sed jam humanis negotiis vacare; dimittenda enim sunt

appellatur. Quod eò minus mirum tibi videbitur, si scias in textu Sacro Deum Isaaci, qui ab Isaaco metuebatur, vocari metum Isaac Genes. 31. *Nisi metus Isaac adfuisset mihi*: idest, Deus Isaac. Idem observavit in Gentilibus Festus. Deus dictus est, sive à Græcis Theos, quod significat metum, eo quod hominibus metus sit. Voceque metus expressere religionem Gentiles. Sic Virgil. 7. *Æneid.*

*Multosque metu servata per annos.*

Ubi Servius metum religionem, quæ nascitur per timorem intelligit, comprobatur etiam Petronius. Primos in Orbe Deos fecit timor (inquit) Ex quibus constat, idem esse jurare per timorem Isaac, ac per ipsum Deum jurare.

Exod. 33. *Faciem meam videre non poteris: non enim videbit me homo, & vivet.*

strictissima vincula cum Deo contemplationis, cum enim familiæ invigilare deberet, manibusque operari, non gratæ erant Deo crectæ, expansæque in oratione manus, nisi cum contemplativa unire vellet vitam activam. Quo respexere Martæ querelæ, *dic ut me adjuvet, reliquit me solam ministrare.* Laudabilis namque est vita activa Martæ nomine repræsentata, si à Maria, idest, contemplatione, seu attentione Dei, propter quem omnia opera debent fieri, non dissocietur. Verum non contemnenda opera, & exteriora negotia, quibus ex munere quis tenetur vacare, ut deditus sit orationi, semperque intendens contemplationi. Dimitte me, inquit, Dionysius Carthus. quasi dicat, hora jam imminet, in qua te oportet, circa temporalia occupari.

*Quid hic agis Elias?* Dominus sic reprehendit Eliam, quod in solitudine fuerit. Quare ergo Dominus hominem zelo incensum jejunijs, & contemplationi frequenti deditum arguit peccati? Elias Propheeta erat, publicusque minister ideo reprehenditur, quod habitaverit in solitudine, esse quidem in eremo, jejunijs, & abstinentijs se macerare mensoria esse apparebant, verum omittebat

tebat meliora, quæ agere deberet in civitate abominationibus plena; culpabile autem erat, quod intenderet animam suam salvam in eremo facere, cum tunc intra civitatem peribant, quarum saluti tenebatur ipse consulere. Aliquando ergo qui Paterfamilias est quomodolibetque superior relicta contemplativa, sequi tenetur vitam activam, vel isti, quod perfectorum est, conjungere illam, etsi possibile sit, eremum unire cum civitate, esse peregrinum per orbem, & simul in solitudine, & intra se totum esse. Peregrinum appellat Gregori. Nazian. Spiritum Sanctum, inter alias enim personas quiescit numquam; amor enim cum sit, vim, si quiesceret, pateretur. Quare ergo, inquit, super capita Apostolorum descendit ignitus, & super cor non quiescit? centrum enim amoris cor est. Quare super capita, ubi sedes est intellectus? Hoc ideo existimo contigisse, ut peregrinos Apostolos esse doceret, ideo super capita, ubi intellectus; non super cor, ubi sedem habet voluntas, descendit. Intellectus enim trahit res ad se, fertur ad illas voluntas, ille in se, & intra se manens omnia trahit ad se, voluntas autem exit à se, ut ad illas feratur; quæ amat, diffunditur, & effunditur, ut cætera quærat. Spiritus ergo Sanctus, etsi amor sit infinitus, & peregrinus, non supra cor Apostolorum, ubi est voluntas, sed super capita, ubi est intellectus, descendit, ut discerent eorum peregrina-

nationes intellectus peregrinationi similes esse debere, qui omnia lustrat, quæ sunt in orbe, sed in se manens, & à se non egrediens, ut cum vita activa unirent contemplativam.

Nullus autem cælestibus immisionibus erit aptus, si exterioribus haberet intellectum, & effundatur per sensus. Sancti appellantur panes propositionis, sed sanctitate communi funguntur, qua cætera vasa sanctuarij dicuntur sancta. Manna vero Angelorum vocatur panis, & mirabilis cunctis, etiam ipso nomine ostenditur admiratio. *Manna quid est hoc? Quare cum tam manna, quam panes propositionis fuerint symbolum Eucharistiae illud singularis est sanctitatis, illi autem vulgaris? Quoniam panes propositionis ab omnibus videbantur, cunctis exterius patebant, Panes super mensam panes propositionis in conspectu meo semper, Manna autem occultari voluit in arca, recondique in interioribus, ideo gaudet singulariter sanctitate, quo magis namque ab exterioribus recedebat, majori sanctitate, & veneratione crescebat; Nulla enim erit sanctitas admirabilis, si manibus contrectetur, pateatque oculorum conspectui; Manna ipsum si domi ultra diem coram oculis servaretur, erat vermibus corruptionique obnoxium, sed intra arcam testamenti reclusum à corruptione præservabatur. Nulla est virtus à tinea vanitatis secunda, si omnium oculis præsentetur.*

Ex Gen. 33. *Donec veniam ad Dominum meum in Seir, inquit Jacob.*

*Nullibi legitur venisse Jacob.*

**R**espondent aliqui teste Abulensi non esse mentitum Jacob, sed ab illo decretum iter, cum protulit verba, postea autem meliori capto consilio credens profectionem periculosam, à proposito resilivit. Falso tamen hinc inferunt D. Paulum promississe venire in Hispaniam, sed non implevisse. Sic

Gratianus in Decretis 22. questione secunda, falso, inquam, quia oppositum sentiunt gravissimi auctores. Hippolytus lib. de 72. discip. Athanasius ad Dracontium, Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 17. Epiphanius Hæresi 27. Chrylost. Homil. 77. & quam plurimi alij.

Ex Genes. 34. *Non possumus dare sororem nostram homini incircumciso, hoc enim illicitum est.*

Genes. 41. *Joseph uxorem Egyptianam, Moses uxorem Egyptianam, Jacob filiam Labam incircumcisi duxerunt.*

Vide Antilogiam expositam Exodi 34

Ex Genes. 34. *Si autem circumcidi nolueritis tollemus filiam nostram.*

**F**iliam nostram, idest filiam unicam, quæ est in domo patris nostri intelligo, vel dicendum, quod nomen patris, & matris, filix, sororis, & fratris late patent, unde nomen filix pro sorore accipien-

Ex Genes. 35. *Apparuit iterum Deus Jacob.*

**I**llud apparuit iterum referendum ad proximè antecedentem apparitio-

Ex Gen. 35. *Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum.*

**A**ntilogia consistit in hoc quoniam ante ferme decem annos mutatum fuit nomen ab Angelo Genes. 32. Verum facilis est concordia, si fateamur *Israelis* nominis hic non novam impositionem sed primæ capite trigesimo secundo, Genes. traditæ renovationem traditam esse, quo fides & fiducia iacob confirmaretur promissionis olim factæ memoria, sicut locum, in quo scalam vidit & appellavit Bethel, nunc cum sacrificaret, eodem nomine confirmavit. Promissiones etiã Abraham Genes. 12. factas pluries repetijt Deus ut Genes. 15. 17. & 22. & dedit eandem Isaac & iacob. Videantur Augustin. quæstion. centesima decima quarta, in Genes. & Rupertus, libro octavo, in Genes. capit. decimo quarto.

Nisi dicamus cum Oleastro & Thoma Anglico, quod Genes. 32. nomen *Israel* promissit, nunc autem dedit, sicut Petro nomen promissit Petri cum dixit, *Tu es Simon filius Iona, Tu vocaberis Cephæ*, quod interpretatur *Petrus*. Tunc autem dedit cum Math. capit. decimo sexto, inquit. *Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.* Idem sentit Caietanus, & in catena sua Lippomanus. Aliter explicat Tostatus distinctam nominis impositionem. Sed minus recte.

Secunda difficultas ea est, cum Ia-

Ex Genes. 14. *Egressa est Dina filia Lia. Unde soror filiorum Jacob.*

dum. Nisi dicere velis, filix nomen capi pro puella, sicut 5. Regum capite decimo tertio, *Filius unius anni erat Saül, cum regnare cepisset.* Id est sicut puer innocens anni unius erat Saül initio regni.

Ex Genes. 28. 30. 32. & 35. *Constat septimam fuisse istam apparitionem.*

nem, in qua sacrificatum iussit ire Bethel, ne cum illa eadem videretur ista.

Ex Genes. 35. v. 27. *Et alibi post hac vocatus est Jacob.*

cob ulterius appellandus sit Israel. quare frequentius vocetur iacob. Prima expositio est Divi Augustini quæstion. centesima decima quarta, in Genes. sed quia anagogica est, nobis est pro nunc omittenda. In idem fere Tostati & Lirani tendit sententia.

Caietanus & alij, sic exponunt. ¶ Iuxta Hebræum (inquit Caietanus) habetur. Nomen tuum iacob, subaudi, (est) non vocabitur nomen tuum adhuc iacob, subaudi (dumtaxat), non enim prohibet Deus vocari ipsum iacob, sed vult adijcere ei divini nominis insignia. ¶ Verum adverbium ultra negationem prioris nominis in posterum indicat. Improprum autem est adverbium *ultra* mutare in *solum*.

Breviter respondebo. Quod sicut Isaia 17. vulgo appellandum esse Messiam, dicitur, Emmanuelem, quin cognomine isto Dominus fuerit vocatus. Sic Iacobo Israel nomen imponitur, quamvis vulgo sic non appellatur. Solet enim Scriptura adaptare cognomen, non quod tali nomine quis fuerit vocandus, sed quia illi conveniat, quod per nomen significatur. Unde quia messia convenit, quod exprimit nomen Emmanuel, nempe *nobiscum Deus*, & iacob esse *fortem cum Deo*, ideo appellandum fore nomine *Emmanuelis* Messiam inquit, & iacob nomine *Israelis*. Cui namque Deus donavit fortitudinem tantam non *Iacob*, quo supplantator, &

& debilitas indicatur, sed *Israëlis* cognomen, quod certandi cum Deo, immo & prævalendi significat fortitudinem, debet aptari.



**E X P L I C A T V R**  
*Genes. 35. in sensu morali.*

§. I.

*Maxima persecutio, quæ oritur à justis.*

1. **R**OMISIT Angelus, & præcepit Jacob ex tunc vocandum esse *Israël*, & tamen vers. 27. ejusdem capituli trigésimi quinti, appellatur *Israël*. Quare hoc? Audite Lytanum in confirmationem eorum, quæ superius dedimus. Jacob, inquit, tanquam nomine principali appellari debebat *Israël*, non tamen excluditur, quia sic vocetur tanquam secundario: quia illa nominis mutatio facta est ad designandum transitum ipsius Jacob de vita activa ad contemplativam, quæ, scilicet activa, imperfectior est, prout disponit ad contemplativam, secundum quod dicit Gregorius in morali, qui contemplationis arcem tenere desiderant, necesse est ut prius in campo actionis se præbeant, scilicet pugnando contra rationem passiones perturbantes, & sic transit homo ad vitam contemplativam, quæ perfectior est tali actione, sicut finis respectu ejus, quod est ad finem; homo autem quando ex activa vitæ transit ad contemplativam, non deserit simpliciter ipsam vitam activam, sed necessarium est ipsum per activam vitam exerceri, ne per cessationes ab activa iterum insurgant passiones, rationem perturbantes, & ad hoc designandum postquam vocatus *Israël* nihilominus, cum hoc vocatus est aliquando Jacob.

*Quando à bonis oritur persecutio, maxime effugit, &*

Nisi dicamus ideo nomen mutatum, quoniam percussus erat ab Angelo Patriarcha Jacob, cujus decebat honorem à Domino appellari

*Israël*; quare ergo consulens opinionem Jacob, Deus nomen mutavit, cum Abrahamo litteram mutaverit tantum? Ratio est, quoniam, ut diximus, femur tetigerat Angelus; illumque percusserat; poruisset autem quis suspicari justè percussum, & propter peccata punitum, Dominus ergo volens immunem culpæ ab omnibus habitum iri, appellabit *Israël*, quod *videns Deum*, interpretatur, ut cunctis pateret non passum, quia peccatorem, alias enim cum minister ictus, quem patiebatur, Angelus esset, non sine fundamento poenam respondentem peccato quilibet posse existimare.

*nisi in civilis latione specialiter sit cum patientibus Domino, non virtus patris, sed reprehendi videtur cuius malitia.*

Ex ijs constat Christi verborum clara expositio, à sanguine Abel justè usque ad sanguinem Zacharia; nulla Prophetarum mors, inquit, remanebit inulta. Quare justum Abelum appellat; Zachariam non ita, cum fuerit similiter sanctus, si, ut quidam sentiunt, Zacharias fuit parens Baptistæ, qui occisus est pro virginitate defendenda Mariæ, sic placuit Origini, Basilio, & Euthymio, atque Theophylacto. Sanctus fuit, si ut sentit Strabo, unus fuit ex duodecim Prophetis minoribus. Sanctus fuit si Ioiada filius fuit, quem Barachiam vocarunt, à populo decreto Regis Ioas fuit lapidatus. Quare ergo titulum sancti negavit, & solum illo honoravit Abelum? Hujus rationem credo illam dumtaxat fuisse, quia à fratre fuerat occisus. Quis enim Abelum non suspicaretur reum, si mortem audiret inflictam ab eo, cui sanguinis vinculo junctus erat, si Dominus sanctum non appellasset? agebat Abel Domini canonizatione, ut suspicaretur nullus fratricidio causam dedisse, & interfectum quia iniquum.

Rogabit aliquis quare Pater Aternus in comitijs cœlestibus illis Tabor, quo Moyses Legissator antiquus defunctorum nomine venit, sicut pro vivis Elias legis divinæ zelator, vox audita est: *Hic est filius meus dilectus*? Nonne faciei splendor albaque vestimenta filium esse divinum non demonstrabant? Rationem dedit superius; Quid enim tribunali illo agebatur supremo? *Loquebantur de excessu, quem completurus esset Jerusalem*. Pro-

pheta, & lex quam Moyses representabat, sicut Propheta Elias, annunciarunt decretum Patris Aeterni, quo Christus pro toto genere humano morti damnatus est, ut qui peccatum non fecit, poenas tulisset peccati, & à Patre suo filius morti traditus est, damnavit amor, quo ipse mundum dilexit, flagellis Pater tradidit filium, maxima charitas, sic Deum diligere mundum, ut filium suum unigenitum daret, tradidit Judas, execrabilis culpa, eadem actio variato fine, & in patre eximius est amor, inquit August. & in Judà fuit exitialis traditio. Ex illo ergo tribunali amoris innocens existit damnatus pro peccatis alienis, & à Sanctissimis iudicibus fuit mortis intimata sententia. Audite Divum Hieronymum in Mattheum: *Apparuit illis Moyses, & Elias cum eo loquentes, & in alio refertur. Evangelio nunciasse ei, qua Ierosolymis passurus esset, lex ostenditur, & Propheta, qui & passionem Domini, & Resurrectionem crebris vocibus nuntiaverunt.* Idem observat Sanctus Augustinus serm. 69. de Diversis. Notificavit ergo decretum mortis à Patre Aeterno statutum. Quis autem Domino à Prophetis sanctis sententiam esse intimatam, si motiva ignoraret decreti, idque ab amore profectum propter sordes, & scelera mundi, audiret; qui peccatorem esse non existimaret damnatum, nisi corda eorum Pater illuminando diceret: *Hic est filius meus dilectus innocens, mundus, & purus?* Qui ergo consideraret à sanctis Prophetis intimatam fuisse mortis sententiam, & culpa crederet esse immunem? ideo opus fuit à voce illa confirmari Domini sanctitatem, quamvis jam innocentiam cognovissent, & Domini sanctitatem.

Nisi iterum asseramus Israël vocari idest *videns Deum*, non enim aliter istum Angeli tolerare potuisset, nisi visione confortatus caelesti, pati enim istum proveniente ab eo, quem amat, & complexibus unis, tibi que peccatis amicitia, nimis sensibile est. Dulces appellat Ecclesia clavos, qui crudeliter manus Domini perforarunt, præ doloris magnitudine, quem dirum ingussit lancea: *Dulces clavos, mucrone duro lancea*

*Dulce lignum.* Quare hoc? Quoniam ligno Dominus dorso vertebat, clavus ad summum obrulic manus, lancea autem cor donabat, & offerebat, ideo dirum lancea Ecclesia appellavit mucronem; quia ictus dirissimus est, qui ab eo procedit, cui cor fuit gratis donatum, & amor amicissimè oblatas, acerbus dolor ab ejus manu procedens, quæ credebatur favore, & ab illo conculcari, quem sperabas benignis nexibus amplexurum.

\*\*\*

### S. II.

#### *Pericula sensibilibus consolatio.*

**U**CTA illa Jacob, inquit Rupertus, luctam representat spirituum in oratione, sic enim Deus cum amicis luctatur, & quasi in arenam descendit amorum contentione animosa, ubi pluries orans sic consolatione perfunditur, ut cum Jacob dicere valeat, jam non Jacob sed Israël appellabor, nubila tamen post Phebun, post dulces namque amplexus, & largissimam benedictionem Deus percutit femur, idest anima sic à Deo variis adversitatum telis impetitur, ut quasi hostem sub infestis armis delitescentem perhorrescat, & merito exclamat. *Quare posuisti me contrarium tibi?* Rationem hujusmodi desolationis S. Patres pericula asserunt esse consolationum, à quibus Deus animam tribulatione præservat.

Ut Dominus incipientes ab amore sæculi abducat consolatione sensibili perfundere solet, & velut infantes, quibus lacte opus est, donec adolescent, sustentat. Verum in hujusmodi consolatione; ut advertit Eminentissimus Bona, ingentia pericula occurrere solent; quidam enim ea abutuntur ad inanem fiduciam, & jactantiam; unde fallax est, ut inquit Richardus in Cant. cap. 6. *Dulcis in Deum affectus quodammodo carnalis est, & fallax, & humanitatis interdum potius quam gratia cordis, quam spiritus, sensualitatis, quam rationis.* Quis namque nimis adhæret hujusmodi consolationi à virtutis proposito resiliens ad infana

insana mundi, carnisque solatia convertitur, ad mentionem crucis rædium concipit, horrorem ostendit; Cum à Domino recreantur huiusmodi spirituales existimati videntur nimis Deum amare, quia immoderata devotione agitantur. Quamvis autem huiusmodi consolatio à Deo procedat, non arguit perfectorum amorem, sed incipientium. De illis virginibus dicitur nimio amore sponsum amasse, & nihilominus non appellantur in perfectione provectæ, sed tantum adolescentulæ, *Adolescentulæ dilexerunt te nimis*. Sed si finis ultimus perfectionis est amor, quare adolescentulæ dicuntur in perfectione, quæ extremo succensæ fuerant amore? *dilexerunt te nimis*, Quoniam non tam Deum, & sponsum amabant, quam suavissimam consolationis unktionem. *In odorem unguentorum tuorum curramus*, ideo non pure amabant nimis, sed non diligebant cum puritate, amabant impetuosò fervore, ideo nimietate moderamine corrigenda, non ergo pure, quia in vero amore non datur nimium, cum etiam amoris extremum sit commendabile; Qui ergo ad præsentiam suavitatis exercitia amoris frequentant, secretissima subtilitate se, & proprium utile amant.

Quot ergo sunt qui tempore refectionis accedunt, currunt, & volant, sed non ad sponsum, sed in unguentorum odorem, ideo tempore tribulationis recedunt, credunt amare Deum, cum potius semagis ament, orationem & exercitia spiritualia prolongant, cum devotione sensibili jucundantur, verum ubi fervor ille incipientibus necessarius exulare contingit, ut ablati panem fortitudinis edant, & fortium esca roborentur virorum, illico ad illecebras convertuntur mundiales, & ab oratione, & Deo recedunt, corvum tempore diluvij æmulantur, qui cum campos perambularet, non inveniens, ubi requiesceret pes, iterum rediit ad arcam, ubi autem cadavera corruptionis obrinuit cælo sereno, quæ devoraret, oblitus hospitij sacri deseruit societatem iustorum; Hoc fecit corvus, idem efficere solent à sæculo segregatæ columbæ, rediit enim ad arcam illa, cum arbutta fere sub equore forènt, verum egressa secundo, cum jam arbutta florent, & arbores ger-

minarent, penitus elongavit ab arca; Similes iis spirituales apparent, qui si ad Deum proximè per orationem accedant, totisque viribus ejus beneplacito intendant, ideo contigit, quia jucunditate reficiuntur interna, & dulcedine vini sensibilis inebriantur, verum si serenitas cæli turbetur, nubibusque adducatur, illico ad insana mundi convertuntur solatia, & elongantes fugiunt à Deo.

In arbore Nabuchodonosoris, & in scala, quam in somnis vidit Patriarcha gradus orationis intelligunt S. Patres, quibus spirituales cælum & culmen perfectionis conscendunt, Proceritas contingens cælum erat arbori regis, non minus elababatur scala, ut inquit enim textus, *cacumen illius tangens cælum*; verum arbor præcipitium est passa: *Succidite arborem*, scala fungitur Domino protectori, *Dominum innixum scale*. Quare hoc? quoniam arbor fructibus erat onusta; *Fructus ejus nimis*, scala ex duobus consistit lignis sine floribus, foliis, & fructibus, & scalam componunt arida ligna, ideo Deum protectorem obtinuit; ideo & Angelici sunt, qui ambulant per scalam *Angelos ascendentes*, secure namque per illam ascendunt, cum nil quærant, quod gustent, nil nisi crucem requirant, ideo Dominum in ascendendo per gradus amoris, & descendendo per humilem abjectionem obtinent protectorem. Qui arborem autem conscendunt, cælo videntur propius accedere, verum timeri valet, non tam ascendere, ut Dominum quærant, quam ut fructus arboris edant, ideo arbor illa patitur miserabilem ruinam, & ascendentes similiter præcipitium. *Succidite arborem*. Non dissimilem valent timere ruinam, qui in oratione uberem anxie consolationis dulcedinem quærunt, ij enim non tam crucifixum amplectuntur, quam gustare intendunt arboris fructum; ideo devotionis sensibilis agitati fervore videntur currere, velociterque volare, sed tribulationis flante Aquilone pigritia laborant ad opera spiritualia, & somnolentia ad vigilias, qui inebriati fervore parum putabant prostrasse leonem, inopes devotionis formidant ad passionis formicam.

Quis non miratur fortitudinem Petri, & militis strenui invincibile robur?

*Præsentia  
Dei arma-  
tura ad de-  
bellandæ  
passiones.*

but? fortiter resistit militum arma-  
tæ cohorti, & vibrans gladium unum  
ex armatis percussit, & amputavit auri-  
culam: Alia opportunitate sic pavidus  
incedit, quod ad vocem trepidavit an-  
cillæ. *Non novi hominem.* Quare Petrus  
*exemit gladium, & strenue opponit*  
cohorti, & ad vocem femine trepida-  
vit: Quoniam Christi præsentia sensi-  
bili perfruebatur, ideo fortiter robo-  
ratus solus irruit velut leo rugiens in-  
cohortem; verum recedente Christi  
præsentia ad vocem femine formida-  
vit. Id contingit incipientibus virtutis  
conscendere viam; cum enim perfusi  
sunt sensibili divinæ præsentie fulgo-  
re, irruunt in passiones velut fortissimi  
leones, omnia stercora putant, ut Chri-  
stum Dominum lucri faciant, verum si  
parum desolatione tangantur, eos in-  
vadit animi langor, ita ut à qualibet  
passione vincantur, gulæ indulgeant,  
& linguæ, & ad iram præcipitentur;  
Ideo amor, qui tempore visitantis gra-  
tiæ à devotione; & sensibili jucundita-  
te procedit, non est virilis amor, nec  
ab eo opera, quæ procedunt, perfe-  
cti spiritus, sed incipientis, & imper-  
fecti.

Charitatem virginum, & amorem in  
lampadibus accensis recognoscunt  
communiter Patres. *Ornaverunt lam-  
pades suas:* Similem dilectionem in lu-  
cernis, quas servi præseferbant, pa-  
riter recognoscunt sancti Patres. *Et lu-  
cerne ardentes in manibus vestris;* sed  
cur illum sceminarum amorem, & tunc  
virilem appellant? Quare teneram vir-  
ginum dilectionem in lampadibus or-  
natis ardorem, & virilem in lucernis  
servorum recognoscunt amorem? Ra-  
tio est, quoniam virgines intraverunt  
cum eo ad nuptias, ornaverunt lam-  
pades dilectionis inter delicias nuptia-  
rum, amare autem inter voluptates  
sponsi amor est delicatus, & femine  
teneritudinis tantum, servi autem ex-  
pectaverant Dominum vigilantes  
etiam cum recessisset, & ab eis elongas-  
set: *Expectantibus Dominum suum,*  
*quando revertetur à nuptiis:* ideo vi-  
riliter dicuntur amasse, quoniam ac-  
cendere lampades Charitatis comi-  
tantes sponsum, & cum illo ad nuptias  
intransentes minus amoris manifestant,  
quam lucri, ideo veluti in amando im-  
perfectæ nulla ex virginibus elevatur  
ad talamum, nec titulo honoratur

sponsæ, quia amor lucro permixtus non  
est excessus amoris, quem velut ve-  
stem nuptialem induere debet sponsa.

Ut ergo Dominus purget ab im-  
perfectiōne hujusmodi sorem, in  
camino ignis ardentis construit amari-  
tes, ut flamma tribulationis probati,  
viriliter ament; Quin potius subtra-  
hit Deus radios consolationis, ut erga  
eos suum eximium exhibeat amorem,  
nunquam enim recedit, quin iterum  
ad animam veniat, & revertatur fu-  
sus illam visitaturus: *In inchoatione,*  
inquit D. Gregorius lib. 24. *Moral. in-  
veniunt blandimenta dulcedinis, in me-  
dio certamina tentationis, ad extremum  
perfectiōnem plenitudinis. Prius dulcia  
suscipiunt, quæ consolentur, postmodum  
amara, quod exerceant, & tunc de-  
mum suavita, atque sublimia, quæ confir-  
ment.* Nullus autem sublimior amoris  
excessus, quam post discessum iterum  
Dominum venire, & reverti. Cum  
Tertullianus lib. de Pœnit. cap. 8. pa-  
rabolam optimi pastoris attente legis-  
set miratur erga errantem ovem amo-  
rem cum illam præ nonaginta novem  
videretur Pastor divinus amare. *Grex  
una charior non erat.* Quare ergo sic er-  
rantem amavit, & præ illis locupleta-  
vit favore? Ratio est quoniam propter  
universum gregem semel venit, pro-  
pter ovem errantem venit, & rediit:  
*Vadit ad eam, quæ perierat;* ideo ma-  
jorem erga ovem errantem dilectio-  
nem ostendit, quia major est excessus  
amoris revertere ad effundendos fa-  
vores, quam semel venire ut commu-  
nicet beneficia. Quæ sivit sponsam ple-  
no capite rore Divinus sponsum, pul-  
sat, & querulus vocat; *Aperi mihi so-  
ror mea sponsa.* Verum solum dicitur  
semel pulsasse; Alia opportunitate fa-  
ciem sponsæ desideravit videre, *Rever-  
tere sumamitis.* Quare repetivit in-  
stantiam? Quare bis faciem sponsæ re-  
quirit, & semel ostium sponsæ aperiri  
rogavit? Ratio est, quoniam non tam  
reterari ostium sponsæ desideravit  
sponsum, quam ad eum sponsæ formo-  
sam faciem converti, ideo bis instat, ut  
revertatur, cum semel rogaverit ape-  
riri, quia major excessus amoris est, di-  
lectum absentem redire, quam initio  
amoris cordis reteratas fores habere.

*Contrahit  
Deus con-  
solationes,  
ut amorem  
ostendat.*

## S. III.

*Negat Deus consolationes in oratione,  
ut perficiat amorem.*

**O**PIAM consolationum, qua spiritualis solet perfundi, illarumque dulcedinem miram solus elargitor enarrare valebit; nihil enim est spiritualis consolatio, quam præ gustatio cœlestium donorum, vinum inebrians, & Spiritus sancti gaudium. Hac immisione cœlesti begninus Dominus afflictam refrigerat animam; Absque dubio, inquit Richardus de S. Victor. De grad. viol. char. amor Dei quanto plenius omnem affectum vincit, tanto uberius animum interna jucunditate reficit, sub hoc itaque statu mens fugit mel de petra, oleumque de saxo durissimo: sub hoc statu stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lac, & mel; sub hoc statu animam esurientem, & sitientem sæpè Dominus visitat, sæpe interna suavitate fatiat, spiritusque sui dulcedine inebriat. Hujusmodi consolatio quasi cœlum serenum, nulla nube obductum, nullo vento perturbatum, inquit Bona, ea pace, & tranquillitate animam replet, quam mundus dare non potest. Pignus est fœlicitatis æternæ mentem à sensibus abstractam in Deum transferens, omni gaudio terreno procul expulso. Non enim datur consolatio cœlestis admittentibus alienam, nec simul esse possunt deliciae, spirituales cum gaudio iniquitatis, & vanitatis. Mirabiles effectus parit hujusmodi consolatio. *Iste talis sic devotus*, inquit D. August. in Man. cap. 19. *ita cantat, ita legit, & in omnibus operibus sic est providus & circumspectus quasi Deus esset presens ante oculos ejus, sicut revera adest, ita orat, quasi sit assumptus, & presentatus ante faciem Majestatis in excelsis throno, ubi millia millium ministrant ei, & decies centena millia adsistunt ei.* Animam quam visitat amor, expergefacit dormientem, movet, & emolliceam, & vulnerat cor ejus. Tenebrosa illuminat, clausa referat, frigida inflammatur, mentem asperam, & irascibilem, & impatientem mitigat, vitia fugat, carnales affectus comprimit, mo-

res emendat, reformat, & innovat spiritum. Et inferius: Anima amans cunctis suis renunciat affectionibus, & tota soli incumbit amori. Et cum tota se effuderit in amorem, quantum est ad illud fontis perenne profluvium? vigiliis inducit amor (addit ille) amantis anxietas illum dormire non sinit: Amor de quiete ipsa redditur inquietior. Tunc magis vires exercet dulce incendium, & flamma vorax de latibus evadens vacuo liberius evagatur in animo, altius possidens, & avidus depascens, non parcit sibi, non corpori requiem, non somnum oculis, non præstat palpebris dormitionem. In sui latitudine corporis corporales quaerit latebras, fugit publicum, hominum confortia devitat, notorum facies declinat, ut licentius suspiriis, gemitibus inenarrabilibus, singultibus, & quibusdam amoris nutibus suum, quem diligit, valeat advocare dilectum.

Verum vertitur æstas in hyemem, (addit ille) & qui potabatur fonte voluptatis, repletur amaritudine, & fellis calicem amarissimum gustat. In parte superiori densissima caligine mens obscuratur, languet voluntas, nusquam inveniens consolationem nec in Deo, nec in creaturis: Omnis æstas amoris refrigerat, & quod gravissimum est tot tentationibus premittitur, ut sibi sæpius videatur dissidentia, blasphemias, ac desperationi consensum præbuisse. Hoc horribile tormentum poenis inferni assimilant, qui experti sūt, B. Angela de Fulgino omne genus martyrij subire maluisse, quam talem desolationem pati scripsit. Hoc camino tribulationis probata fuit B. Magdalena de Pazzis arida desolata, & ab omnibus derelicta, à dæmonibus flagellata, blasphemiarum tentationibus vexata, ac vsu rationis fere destituta.

Hujus horribilis martyrij imaginem umbrat descriptio, quam Tacitus delineavit, ut absentiam Dei demonstraret, horologium solis sine sole depinxit, in quo insculpi horas fecit à decima quarta usque ad vigesimam quartam, & indicem cum hoc lemmate *in umbra desino* quasi in absentia solis divini omnia turbata mancant, serenitasque rationis obnubilatur. Idem Busælius significare voluit, cum concham depinxit soli apertam, & rorem recipientem cum hoc lemmate *in perfusa*, quasi

*Describitur martyrium desolationis.*

quasi ex rore & sole venerit pretiositas margaritæ, iisque deficientibus arida viduataque maneat. Similiter anima rore cœlestis consolationis spoliata languet, mentis serenitas exulat, à Deo creaturisque penitus desolata.

4. In hac ergo animæ miserabili tempestate persuasissimum esse debet desolationes experimenta solidæ esse virtutis, & maximi amoris inditia, amat namque Deus spirituales vivere ex fide, qua regatur, & roboretur, ideo contrahit Deus radios consolationis, se seque subducit, ut probet amorem, ut inquit D. Bernardus. *In multis tentat te Dominus Deus tuus: Declinat sapius, avertit faciem, sed non in ira; probationis illud est, non reprobationis*: Sic contigit Angelæ de Fulgino, quæ pedem in inferno habere dicebat, sicque desolata dolebat, ut angores, & animi angustias alleviare cœlites crederet non valere. In hujusmodi nausea & fastidio plures annos D. Theresia transegit; Hujusmodi desolationis plures causas tradidit D. Bernardus; præcipua tamen ea est, ne consolationibus anima adhæreat, se suæ commoda veniat derelinquat, ut intime Deo valeat uniri, & amoris flamma magis augeatur, & ab imperfectionibus purificetur. Qui namque consolationibus hæret, non pure amat Deum, sed amat Deum, & dona, minus autem amat Dominum, qui cum Deo aliquid amat, & non nimis amat, qui propter donum datorem amat, *Si diligeretis me gauderetis utique* arguit Dominus Apostolos non amare, sed unde hoc cum dixisset, & appellasset amicos? *Iam non dicam vos servos, sed amicos*. Quare asserit non amare? Quoniam de ejus absentia tristantur; sed quid? non est iudicium amoris contristari de amati absentia, & ejus gaudere præsentia? Neutiquam amat qui præsentiam dilecti magis quam ipsum amat dilectum, qui sollicitè quærit præsentiam amati, quia ipsi est delectabilis, & jucunda magis seipsum amat, quam diligit objectum amoris, ideo reprehendit Christus Apostolos defecisse in amore, quia si vere diligerent, gauderent ejus absentia, *Quia vado ad Patrem; vadere ad Patrem utilitas erat Christi; cum Apostolis autem Dominum immorari voluptas erat Apostolis delectabilis, atque jucunda, contristari*

ergo in Domini absentia, non tam erat quærere gloriam amati, quam proprium commodum quærere, & sui sollicitate delectationem, amor enim non quærit quæ sua sunt, sed quæ Dei. Amor ergo Apostolorum uti imperfectus quærebat quod suum erat, non tam in Christum dirigebatur, quam cor alliciebat, afficiebaturque sensus Apostolorum, ideo in lacrymis illis non tam amor, quam proprium lucrum latebat.

Hujusmodi subtilitatem amoris optime penetravit sponsa, cum quadam die dulcedine amoris perfusa fugam desiderabat sponsi. *Fuge dilecte mi*, Sed quid? iudicium amoris quis unquam credidit esse desiderium in amate absentia, & fugæ dilecti? Nonne ipsa sponsa anxie sollicitabat sponsum dicens: *Tenui eum, nec dimittam*? Quis sponsam negavit amasse, cum anxie quæsitum sponsum, & brachiis tenuit & illaqueavit? Quare ergo nunc nimis amans desiderat fugam? Ratio est, quia cum ejus adhærebat sponso tenens eum, nec volens dimittere, initia dissectionis amoris, primordia gustaverat dilectionis, ideo non tam sponsum amabat quam ejus præsentia dulcedine oblectabatur, ideo gaudens exultabat sponsi præsentia, ubi se ipsam secrete quærebat, & subtilissime amabat dicens: *Tenui eum*. Nunc autem cum jam culmen attingisset perfectionis, ardentissimo flagrabat amore, ideo illius experimentum voluit manifestari ab sponsi præsentia se elongans, amare namque sponsum cum aderat, & cum ejus præsentia dulcedine impinguabatur, lucrum erat amantis, & non dilectionis excessus, parum enim est amorem vigere cum præsto est, quod amatur, vehementer flamma amoris succendit absente eo, quem amat, commendat amantem; Amor imperfectus impatientis est, nisi inveniat, quod desiderat nec accipit de dilatione solatium, verum amor jam purgatus, jam illuminatus, & elevatus, & fontani amoris radio indurus patiens est, & in absentia tranquillus, quia neque requirit præmium neque quærit lucrum, sed solum intendit amare propter amorem, proprium postponere, & solum amati beneplacitum anhelare, & in ejus voluntatem penitus transformari, ideo sponsa ut incendium purissimi amoris ostendat

ostenderet erga sponsum desiderat elongari. *Fuge dilectè.*

Quis non crederet Jacob deperisse Rachelem, & perfectissime amasse? Sacer textus commendat amorem: *Quam diligens Jacob*, verum quamvis amasset, non tamen amore puro, sed quomodo hoc, cum tot annis pro illius servierit amore? *Serviam tibi pro Rachel.* Quoniam quamvis servitorem subiret pro Rachel, voluit tamen servire præsente Rachel, ideo in domo Labam, hoc autem derogat amoris excessui, quia est cum solamine pati, major esset excessus amoris pati in absentia Rachel, quam amabat, nullam in amore satisfactionem requirens, Jacob voluit servire ductus amore apparenti, sed in domo Labam, ubi Rachel videret excessum, ostentare autem amorem, & velle videri ab amato, & recognosci servitia cadit à puritate in amando; non enim amorem commendat plurima patrare coram amato, sed pro dilecto multa operari. Eximium amorem erga Christum Apostoli in conspectu consilij exhibuerunt patientes pro nomine Jesu contumelias. *Ibant Apostoli gaudentes à conspectu Concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine IESV contumelias pati.* Majorem dilectionem Thomas ostendit cum fortitudine eximia se obrulit morti. *Eamus & nos & moriamur cum eo;* & tamen non commendatur tanquam eximius hujusmodi amor; Quare hoc? Non est major excessus mori, quam pati pro Christo? Utiq; quia majorem charitatem nemo habet, ut animam suam ponat pro alio; Quare ergo non Thomæ laudatur amor erga magistrum? Ratio est, quoniam Apostoli patiebantur *pro nomine IESV*, Thomas mori desiderabat cum Christo; *& moriamur cum eo.* Qui patitur pro alio facinus exhibet, quamvis à dilecto non visus, qui moritur cum alio ambit pati in præsencia dilecti, & ideo non sic amat, ac ille; Thomas vult mori cum Christo, ut coram magistro ostendet amorem, & aliqualem sibi satisfactionem recipiat, qui patitur in absentia pro amato, desiderat pro premio dumtaxat amorem, quia verus amor, ut inquit Idiota, non requirit premium, nisi tantum amorem; ideo

pati in præsencia dilecti, & coram ipso servire est infirmi amoris solamen.

Viri ergo spirituales generose Dominum amant, quantumvis evacuati consolationis mercede, satis est illis videri à Deo, quod non abscondit fidei perseverans in eis scintilla, quamvis Dei præsenciam non sentiant, in beneplacitum Dei penitus transformati. Hoc mirabiliter mellifluus D. Franciscus Salesius explicavit in statua, quam statuarius collocavit in domo regia, hæc si compos rationis esset, & de simili assistentia rogata, curque ibi foret, cum dominum suum non videret? responderet utique, sibi satis esse à domino suo videri, cujus voluntas est, quod ibi immobilis maneat, nec se aliud velle, nisi sic esse, sicut domino suo placuit. Hujusmodi ergo tranquillitas, qua nostra voluntas divino subijcitur beneplacito, nolens alia perfrui divina præsencia, caligine fidei obumbrata, neque aliquid ambiens præter voluntatem divinam, sibi reputans satis quod à suo Domino, & conditore videatur, est amoris extrema perfectio. Rogavit Dominus cæcum. *Quid tibi vis faciam?* & respondenti: *Domine ut videam,* lumen restituit, & illico vidit: *Reduxit ad fidem Saulum,* & oculos excecavit; *Apertis oculis nihil videbat.* Quare Dominus ut ad fidem converteret Paulum ejus oculos excecavit? Ratio est quoniam Christum de creverat exaltare, ideo lumen, ut videret restituit, quia exiguus amor non aliter perseverat nisi Christum videndo, sensibiliq; præsencia fruendo. Paulum autem ad culmen perfectionis elegit, *Vas electionis est mihi,* ad summam elevavit perfectionem amoris, ideo excecavit, quia qui ardentissimo flagrat amore, oculis non eget ut videat sed satis illi si à Domino suo videatur; Qui modica perfungitur perfectione non aliter illam servabit, nisi præsencia sensibili Domini consecretur, & recreetur, qui vero velut Paulus culmen perfectionis conscendit, sic generose Dominum amat, ut oculos respuat, ut videat, dumtaxat volens à suo domino videri, & in ejus beneplacitum transformatur. Sed de hoc plura in Josuè.

Genes. 36. v. 24. *Iste est Ana.*

Genes. 36. v. 2. & 14. *Ana mulier dicitur.*

**N**on satis est pro Antilogiæ conciliatione commune ad nomina effugium, quod scilicet ille differat ab hac, cum utriusque idem sit parens Sebeon appellatus, & utriusque Oolibama filia nominetur; iisdemque litteris in Hebræo scribantur, tam versu 2. quam 24. Oolibama, Ana, & Sebeon juxta septuaginta lectionem, neque apparens est Antilogia cum tam v. 2. & 14. quam 24. Ana virum, & Sebeonis filium, non filiam faciant. Hoc autem repugnat Hebræo textui, in quo

versibus illis, 2. & 14. habetur *hath, filia*, quem Chaldaea Paraphrasis & Hieronymus sequuntur, at ver. 24. Ana filius Sebeon statuitur. Rursum pronomen *iste* Hebraice *hu* masculinum est, item verbum *masfa*, invenit masculinum est. Dico ergo hunc Ana, de quo v. 24. diversum esse ab Ana v. 2. & 14. non tantum, quia ille vir, ista femina est, sed quia hic Ana, & pater ejus Sebeon ex Horraorum est gente, Ana vero ista patrem Sebeon habuit Hevæum, ex Chanaanorum gente oriūdū.

Ex Genes. 37. *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & stellas undecim adorare me. Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te? Quasi tunc vixisset Rachel.*

Ex iisdem verbis constat mortuam esse Rachelem. Ostemdit hoc similitudo 11. stellarum, ex qua Benjamin vixisse constat, in cujus epixu mortua est Rachel.

**A**d nodum autem somnij solvendum (inquit Cajetanus, perpendere oportet quod sive viva, sive mortua fuerit Rachel, nil refert hic ad verificationem somnij. Constat enim Rachelem nunquam fuisse veneratam Joseph, ut quæ non descenderit in Ægyptum. Quoad visionem autem somnij possumus suspicari, quod Rachel fuerit tunc gravida, & sic vidit patrem, & matrem, & fratres undecim adorare se. Si autem tunc Benjamin jam erat natus, & Rachel mortua, per Lunam non Rachel determinate, sed uxor patris in genere intelligenda vi-

detur ¶ Hæc Cajetanus.

Verum Rachelem mortuam esse antequam Jacob perveniret ad urbem Hebron constat ex Genes. capite 35. Hic autem erat Jacob, cum contigerant ista, hic enim capite trigesimo septimo missus de valle Hebron ad fratres suos dicitur Joseph. Unde illa verba. *Num ego, & mater tua adorabimus te?* In contemptum somnij dixit Jacob. Quasi diceret vanissimum esse somnium. Nam quis non judicet esse irrisorium, me, parentem tuum, & matrem tuam, quæ jam est mortua, adoraturus te.

Ex Genes. 37. *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & undecim stellas adorare me.*

Rachel cum mortua esset, nunquam adoravit Josephum.

**A**liqui Hebræi, in persona Josue, Solem & Lunam adorasse Joseph censent, quia illi de tribu fuit Ephraim. Verum Josue non adorasse, sed ejus obedisse voci, indicat Scriptura dumtaxat.

Quare dicendum est tunc Josephum adoratum à suo parente, quando per ejus fratres munera misit

& nomine suo eos revereri. Josephum præcepit. Verum quia non verificatur de Rachele, quæ nunquam adoravit Josephum, dicendum est cum Pererio: id somnio significari, Joseph ad tantum dignitatis evectum in fastigium, ut si convenissent parentes, ab illis sicut à fratribus adorabilis esset.

Ex Genes. 37. *Prætereuntibus Madianitis vendiderunt eum Israelitis. Madianita vendiderunt Ioseph Putiphari.*

Ex Genes. 39. *Emit eum Putiphar de manu Ismaelitarum.*

**D**icendum Scripturam his nominibus *Madianita*, & *Mohabita*, ad significandam eandem gentem sæpè uti, propter conjunctionem generis & stirpis, & propter vicinitatem habitationis, quia utraque ex Abraham per duos filios Ismaëlem, & Madian propagata est, regionemque Arabiæ habitabant, & domiciliis permixtis fungebantur. Comitatus ergo ille negotiatorum, quibus venditus

est Ioseph, ex Madianitis & Ismaëlitis, est mixtus, præcipue autem Ismaelitarum dictus, aut quia plures numero essent, aut quia merces opulentiores. Unde verisimile est non solum in emptione concurrisse utroque, verum etiam in venditione Ioseph, licet ergo Moses præcipue Ismaelitis attribuat emptionem & venditionem, utriusque fecit Madianitas participes.

Ex Genes. 37. *Vendiderunt Putiphari eunuchos.*

Ex Genes. 39. *Referuntur filij Putipharis.*

**D**icendum hæc vocem *Eunuchus* non solum significare eum, qui ob defectum virilium impotens est ad generandum, ut patet Isaïæ 56. v. 3. sed etiam, quia olim primum spadones ad securitatem præfecti fuerunt reginarum, & Heroinarum cubiculis, & inde admoti ad cætera publica & regia ministeria, ad eos postea, qui ad eadem regia officia essent assumpti, translatus est, etiam si spadones non essent, ut capite quadragesimo, duo illi, pincerna, & pistor regius, qui etiam eunuchi dicuntur. Quod suadet Scriptura, quæ lib. Reg. & Paral. penes Davidem, aliosque Judæorum reges, sæpè refert esse eunuchos. Quis autem credat Judæos filios suos evirasse, quibus nec domesticas animantes castrare licebat? ut refert Iosephus libro quarto antiquit. capite 8. & Deuteron. 23. vers. 5. vetitum est ne quis in Judæorum Ecclesiam admitteretur eunuchus. Chaldæus ea confirmat, qui vertit *Rabba* hoc est *Principem*, *Oleaster Saxis* quod custodem domus seu personæ significat.

de se somniantem, eaque ad fratres referentem increpuit vidimus cap. 2. 2. simili namque fugillatione voluit filium in humilitate, fratres in charitate, totam familiam in pace, concordiaque continere veritus ne unius ventosa, ut putabatur, jactantia, multa odiorum sulcicaret incendia, ut confirmavit eventus.

\*\*\*

§. I.

*Optima electio solum à cælo.*

**V**IDI per somnium, inquit Ioseph, & somniis repetitisque vaticiniis utitur Deus ut confirmet exaltationem Ioseph: Quare somnia, sol & astra cælestia Ioseph principatum acclamant? Ut honore dignum esse pateret non solum suffragium terræ; verum & cæli astirit electioni Ioseph, ut crederetur optimam solam esse electionem, quam approbat cælum.

*Errat*, inquit Seneca de Benefic. *Si quis existimat facilem rem esse donare*, & si hoc verum est in beneficiis, quid in præmiis ubi iustitia intercedit? Facile est eligere, sed difficile eligere bene. *Pompa meritorum*: de suo Theodorico dicebat Cassiodorus libro quarto epist. 4. *est regale iudicium*

\*\*\*\*\*  
**E X P L I C A T V R**  
*Gen. 37. in sensu morali.*

**O**PTIMUM Patrem familias hic egisse Jacob, cum Ioseph alta

dictum, quia nescimus ista nisi dignis impendere. & quamquam potestatis nostra, Deo favente, subjaceat omne, quod volumus, voluntatem tamen nostram de ratione metimur, & illud magis aestimamus elegisse, quod cunctos dignum est approbare. Verum hæc à pluribus in Theodorico varia reputata est præsumptio, cum à cælo tantum optima descendat electio.

Optima electio est à Deo.

Postquam Dominus resurrexit, misit Angelum, qui Apostolis solamen afferret de sua contristatis passione. *Nolite expavescere... surrexit non est.* Alia opportunitate ipse Christus apparuit, ut simul Ecclesiæ constitueret Principes, & prælatos: *Novissime recumbentibus illis undecim apparuit, & dixit eis. Euntes in mundum universum predicare Evangelium omni creatura.* Quare Dominus ut gloriam resurrectionis Apostolis annuntiaret, & in sua solaretur tristitia, Angelo utitur internuntio, & ut eos constitueret principes universi, uti spiritu noluit? Quare unus Angelus satis lachrymas abstergere Apostolorum, & instruere resurrectionis mysterium, & non committitur ipsi principatus electio? Nonne facilius non erat eligere, quam afflictioni applicare remedium? Quare ergo Christus Angelo munus consolandi commisit, & noluit eligendi confidere? Quoniam tam difficilis est prælatorum electio ut ex circumstantiis omnibus rectissima sit, quod solo præside præsentique Christo videatur evadere posse numeris omnibus absoluta, ideo Apostolos in afflictione solari spiritui commisit *surrexit*, sed neque Angelo sedit creare Apostolos Principes.

Fugit Elias ne incurreret in sævas Jesabel minas, seque in eremum dedit ad hospitiū juniperi accedens, compassiva Deus cœnitudinē morus Angelum misit, qui in fame convivaretur Eliam, & consolaretur in afflictione. *Ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi surge.* Inde profectus Elias, in spelunca montis Oreb se abscondit ab ira mulieris, quem ipse Deus dignatus est alloqui comitari, & pariter erudire. *Cumque venisset in montem Dei Oreb mansit in spelunca; & ecce sermo Domini ad eum: Quid hic agis Elias? Revertere in viam*

tuam in Damascum. Sed hinc oritur difficultas: Si Deus spiritu utitur, ut in eremo alloquatur Eliam, quare ore tam fidi legati non est alloquutus in monte? Quare Angeli sermo in deserto, & Deus ipse loquitur in Oreb? Ratio est; quoniam in eremo voluit Deus consolari Prophetam Jezabelis persecutione agitatum, cum jam jam mittere videretur spiritum. *Petivit anime sua ut moreretur.* In monte volebat suprema dignitate honorare Eliazum. *Elisæum filium Saphat unges Prophetam pro te.* Ideo Angeli providentiæ commisit Deus solatium amici, sed noluit prælati electionem; quando consolatur Deus amicum, Angelum paractum misit: *Ecce Angelus*, quando vero eligendus est Eliazus, non Angelus, sed ipse Deus dignatus est alloqui. *Ecce sermo Domini*, quasi ut rectiforet electio, fuerit simpliciter necessaria præsentia, & assistentia divina. Et merito quidem, quodammodo namque (si fas est dicere) facilius homini est mirabilia patrare, quam eligere bene.

Ex proditoris prævaricatione infelici orta est occasio electionis in Apostolorum Collegio, Joseph, & Mathiam Petrus eligendos Domino præsentavit; *Tu Domine, qui corda nostri omnium, ostende quem elegeris ex his duobus.* Sed quare hoc? Petrus Collegij Apostolici caput non erat, & Princeps Ecclesiæ? Nonne tam sanctus non erat dignus qui pedibus mare solide conculcarer, umbraque sua languentes sanaret? Quare ergo Petrus, non solum dignitate præluens, sed etiam micans virtute, non procedit ad electionem? Quare Deo munus electoris sibi disfidens commisit? *Ostende quem elegeris.* Quoniam credidit Petrus facilius esse mirabilia patrare, quam eligere recte, ideo ad miracula passim patrandæ, satis erat vox Petri, umbraque suppetebat; sed ad eligendum, nec tantæ dignitati confidit, nec privilegiis virtutis, ideo in negotio electionis, quod spheram humanam superare credebat, ad magnitudinem omnipotentia recurrit. *Ostende quem elegeris.* Et ratio est, quia ut quis sit in operando miraculosus, satis est fungi virtute infirmitatibus dominandi,

Facilius est homini mirabilia patrare, quam eligere bene.

ut sit tamen rectus in eligendo, necessarium est virtute gaudere scrutandi, & penetrandi corda, non sufficit personam agnoscere, sed cordis penetrare secreta. *Tu Domine, qui corda nosti omnium*, & quia hoc homini impossibile apparet, difficilis redditur optima electio. Ut Dominus efficeret cœlum fuit unicus digitus satis. *Opera digitorum sunt cali*. Ut formaret Baptistam manum penitus occupavit, *Etenim manus Domini*. Quare hoc? Quoniam sic difficile est creare ministrum, ut ad componendum cœlum quod est divinitatis palatium unus est digitus sat, cum ad eligendum optimum ministrum Baptistam tota manus omnipotentis sit necessaria.

Quamvis autem in omnibus electionibus sit necessaria assistentia divina, præcipue tamen in Episcopi creatione, quia eliguntur in successores Apostolorum. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij*, idest pro Apostolis Episcopi inquit D. Augustinus. Ut Dominus in sui absentia temperaret Apostolorum tristitiam, iterum visitaturum eos promisit. *Iterum videbo vos*. Quare iteratam pollicetur Christus præsentiam? Quoniam erant Apostoli eligendi, & Episcopi consecrandi. *Euntes in mundum universum*, erat Petrus Pontifex summus creandus, pastorque Ecclesiæ universæ. *Pasce oves meas*. Petrus futurus erat ipsius Christi successor, erat tanti pastoris successor. *Ego sum pastor bonus*. Ut ergo Petri fieret electio oportuit assistere ipsius filij divini præsentiam, quia successoris Pastoris Divini Christi, soli Domino, & tam sapienti iudicio committenda fuerat electio; hoc namque dignitatem prædecessoris decebat, si ergo episcopi sunt successores Apostolorum, à Deo singulariter eorum procedere debet, ut optima sit electio.

Ut Elisæus eligeretur propheta assistit ipse Deus. *Ecce sermo Domini... Elisæum filium Saphat unges prophetam*. Huiusmodi Dei assistentia Elisæo fuit honoris supremi, verum Elisæo visâ est non levis dedecoris; quoniam non committere Elisæi electionem Elisæo apparebat diffidentia justificationis tanti prophætæ. Quare ergo Deus electionem prophætæ non

commisit Elisæ, qui sanctissimus erat, & præ omnibus vir independens? Quare ipse Deus munus electoris exercet? Quoniam Deus Elisæo consulebat honori, ideo voluit Deus ipse assistere electioni Elisæi; eligendus erat propheta Elisæus successor Elisæ. *Unge prophetam pro te*. qui ergo tanto succedebat prophætæ, non alia nisi manu divina creandus erat. *Ecce sermo Domini*. Venit ipse Deus completere electionem, non tam ut virtutes eligendi magnificaret, quam ut sanctitatem commendaret Elisæ. Venit ergo personaliter Deus procedens ad electionem non quia diffideret Elisæo justitiæ, sed ut Elisæo dignum successorem crearet, quasi solus Deus posset tam eximij viri successorem coaptare, ut impleretur illud Ecclesiast. 3. *solum enim reliquit sibi post te*. Non enim modica vigilantia requiritur ad optimam electionem. Advertit singulariter Evangelista Matthæus Dominum quadam die juxta maris litora deambulasse, *Ambulans vidit*. Quare advertit tunc Christum vidisse? Quoniam decreverat eligere Petrum, & Andream Apostolos. *Faciam vos fieri pisces hominum*, ideo notatur tunc singulariter visus, quia non modica vigilantia opus est Principi, ut non deviet ministrorum à rectitudine electio.

Episcopus ergo cujus electio non procedit à Deo, elongabitur à munere dignitatis. Cherubim, quos Moses in tabernaculo collocavit, oculos inquit à propitiatorio non avertisse; *versis vultibus in propitiatorium*. Duos fuisse in templo magnifico Salomonis Cherubim speciosos refert Scriptura, sed portam exteriorem respicere. Quare Cherubim, quos consecerat Moyses, propitiatorium respiciunt, & Salomonis Cherubim portam? Ratio est, quia Moyses Cherubim collocavit in tabernaculo ex electione divina, jubente Domino, ideo Propitiatorium vultibus versis respiciunt, & oculos intendunt in Deum Cherubim Salomonis fuerunt collocati ex electione regis in templo, ideo muneris obligationis oblii portam exteriorem tantum respiciunt, ut singuli augere possint suam substantiam, auroque repleti

Episcopi  
electio sin-  
gulariter  
est à Deo.

Episcopus  
à Domino  
non electus  
munus non  
implet.

*Texit quoque Cherubim auro.* Cherubim, quos elevat electio divina, ut praesideant in templo, propitiatorium divinum tantum respiciunt, ut animas salvent ex olivis conduntur similes Cherubim Moyse, quia oliva scientiae, & misericordiae erga pauperes student florere, non auro discere veluti Cherubim Salomonis, oppositum experitur cum detrimento respublica, quando in electione Cherubim Ecclesiastici manus dumtaxat intercessit humana.

*Aliquando electionem Deus hominibus fidei.*

Quamvis autem tam arduum sit homini eligere bene, solet tamen quandoque regentibus communicare, & regiminis scientiam, & eligendi sapientiam; Moyse namque utrumque commisit, & praecipue electionem commendavit seniorum. *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu nosti, quod senes populi sint.* Sed quare munus electoris commisit Moyse? Quoniam Moysem cognovit Deum cum aemulaturum in eligendo, erat Moyse populi princeps, assuetus sermonibus Dei, in se prudentiam adunans & experientiam, sapientiae sanctitatem miro fœdere adjungens, tanto ergo viro secunda fiducia commisit Dominus electionem; quae licet fuerit Moyse manifestatione exteriori, fuit Domini approbatione.

<sup>3.</sup>  
*Ubi adest unio non adest Deus.*

Quando in mundo electio hominum de meritis venit odio postpositis & amore, est etiam electio divina, quia approbat Deus & in electos oculos figit, quando movetur affectu reprobat a Deo. Unde inquit Isai. 65. *Numerabo vos in gladio, & in cade corruetis, pro eo quod faciebatis malum in oculis meis, & quae nolui elegistis.* Sed unde cognosci potest, quibus Deus munus electorum committat? Quando eligendorum merita trutinantur, & insuper quando electores inter non adest unio, adest in electionibus assistentia divina. Domui Joseph singulariter Dominum assistisse refert Sancta Scriptura. *Domus Joseph ascendit in Bethel, fuitque Dominus cum illis.* Judic. 1. Ibi dem constat à domo Joseph Deum recedere, & Ephraim, & Manasse deseruisse, cum in bellis non reportassent de hostibus eorum victorias; *Ephraim non interfecit Chananaum, Manasses non delevit Betzani.* Si Deus

domui Joseph dicitur assistisse, quomodo traditur recessisse ab Ephraim, & Manasse filii Joseph, à quibus nominabatur domus Joseph? Rationem reddidit Cajetanus, quoniam tunc temporis Ephraim, & Manasses mutuo fuerunt divisi, & à domo Joseph adinvicem separati; ideo Deus traditur recessisse, cum sic fuerant inter se congregati, quod nec nomine fuerant divisi, sed omnes domus Joseph dicebantur, *Domus Joseph* perfrui meruerunt divina assistentia, *fuit Dominus cum illis.* cum autem orta inter se divisione alij appellati sunt Ephraimitae, alij Manasses, cum fuerunt inter se unus, & alter, defecit assistentia divina, ideo Ephraimitae fuerunt in bello infœlices, & Manasses passi sunt infortunia: *Ephraim non interfecit Chananaum, & Manasses non delevit Betzani.* Ubi adest unio electorum non adest assistentia divina: *fuit Dominus cum illis.* Ubi intercedit divisio, & una pars suffragiorum gaudet cognomine alio, quam altera pars eligentium, quando non omnes sub domo Joseph uniuntur, *domus Joseph*, sed alij Ephraimitae, alij Manasses dicuntur, recedit Deus ab electionibus, & ideo eventus sunt infœlices: *Ephraim non interfecit Chananaum.* His ergo polis firmatur electio quae dicitur per approbationem divina unione electorum & meritorum trutina, dexteritate nempe corda hominum conciliante, & integritate merita ponderante; his enim respublica floret, & conservatur. Fabio, & Valerio debitum est Romam floruisse inter orbis cunctas nationes, ideo ingratitude notam cognomine Maximus Romanus honoravit senatus. *Duos*, inquit Plutarchus, *cognominavit maximos populus Romanus, Fabium, & Valerium.* Quare Scipionibus, Emiliisve non contulit similem gloriam Senatus? *Valerium*, subdit, *quod patres à plebe dissidentes conciliavit, Fabium quod quosdam viros ex libertis genitos à Senatu amovit.* Valerium quia conciliavit unionem, & Fabium, quia indignos repellens, remuneravit digniores cognomine *Maximi* populus honoravit Romanus his, namque polis unionis, & meritorum aestimationis nititur respublica, ut florentissima conservetur.

O utinam sicut munus electoris à pluribus nimis appetitur, qualitates bene eligendi matura consideratione ponderarentur, sed nimia eligendi cupiditas longe distat à rectitudine eligendorum, Mortuo Romulo orra est inter Romanos, & Sabinos contentio de electione regis, qui optime gubernaret, hæc tamen fuit inter illos pactio, & conventio, quod ex Sabinis foret rex eligendus, & ex Romanis deducendi electores, maluerunt Romani munus electoris adscribi suæ nationi, quamvis naturales excluderentur à regno, sic quosdam tenet cupiditas eligendi. Nunc autem qualitates electionis, & electorum operæpretium est contemplari.

\*\*\*

§. 11.

*Electio indigni videtur sedare electorem.*



QUE execrabile ac frequens in Republica inordinata compositione malum plorari solet sicut lugebat sapiens. *Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis, stultum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsum, vidi servos in equis, & Principes ambulare super terram.* Deplo-randa est calamitas, & reipublicæ torius confusio stellas esse in terra jacentes, & in coelis animalia habitantia, mancipia equitantia, principes vero pedites, sine dignitate eruditos, & ad fastigium illos erectos; unde difficile munus est electoris, cujus arduitatem consilium Pythagoræ declarabat. *A fabis abstinet.* Alludit ad morem eorum, qui fabis albis, & nigris approbantes, vel reprobantes, electiones faciebant. Marcus Varro ut hujusmodi præceptum Pythagoræ exponat, inquit fabarum flores quibusdam maculis nigris tinctos esse Græcos characteres referentes, ex quibus hæc vox *luctus* coalescit, quasi dixisset Pythagoras *A fabis abstinet* munus fuge electoris, sub electoris namque munere floreque grato luctus lateret ingratus, si in eligendo elector à rectitudine deviet, electio namque indigni

commaculat electorem, quasi is reus fuerit omnium, quos committit piaculorum indignus, & ideo non tam de electo, quam electore solet Respublica queri.

*Deum Deum meum ut quid dereliquisti me?* Idea & exemplar patientiæ benignissimum Patrem, Christum que-rebatur in cruce, querelas mittebat Christus in Patrem, se videns solum, & derelictum in cruce; hujusmodi locum D. Paschasius exponens tradit Dominum memoriæ recoluisse fugam discipulorum, qui inter cruciatum afflictum dereliquerunt Magistrum. *Tunc discipuli omnes relicto eo fugerunt.* Sed quare dereliquisse queritur Patrem, si Apostoli piaculum commiserunt imbecilliter Christum fugientes, & deserentes? Ratio est, quoniam Joann. 17. dicitur Patrem Apostolos elegisse: *Tui erant, & mihi eos dedisti*, ideo Dominus considerans infidelitatem discipulorum, non tam eos fuga pavida derelinquentes Magistrum, quam Patrem queritur electorem Deus Deus meus ut quid dereliquisti me. (Adverte me moralissime loqui) Peccat Adamus, & cum Deus in judicium vocaret, excusationes in peccato quaesivit reatum imputans Evæ: *Mulier quam dedisti mihi.* Ad quid refert Dominum condidisse mulierem? satis non erat Evam affirmare in pomo ipsi prævaricationis occasionem præbuisse? Ad quid addit verba illa: *quam dedisti?* Quoniam non tam queritur uxorem, quam Deum ingratus homo, elegerat Deus mulierem in hominis adiutorium. *Faciamus ei adiutorium simile sibi*, ideo non uxori, sed illius electori Domino superbè & temeritate sacrilega ausus est imputare delictum; credidit enim non mulierem sed conditorem uxoris fuisse sceleris patrato-rem.

Hinc oritur electoris dementia, qui ad officia indignum promoveri præsumpsit, quam manifeste declarat Spiritus sanctus, *sicut mittit lapidem in acervum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.* Hebræi asserunt in originali Hebræo reperiri dictionem *Margema*, quæ licet acervum significet, etiam & purpuram denotat, ac si dixisset. Quemadmodum si quis lapidem purpura indueret, laboraret ma-

4.  
*Querela  
non tam in  
indignum,  
quam in  
electorem  
iaciuntur.*

*Dementia  
eligentis  
indignum.*

nifesta dementia, sic stultus foret, qui homini insipienti impertiretur Officia; ideo magis quam indignus erubescere tenetur elector. Ex afflato divino Propheta Samuël Saül elegit in regem. *Dic puero ut antecedit nos, & transseat: tu autem subsiste paulisper ut indicem tibi verbum Domini.* Ut ungeret regem Saül noluit Samuël palam fieri, sed nullo vidente. Præcepit Dominus pariter eidem Prophetae David eligere, & ungere regem, & nihilominus coram fratribus unxit. *Vnixit eum in medio fratrum suorum.* Quare clam Saül, & David palam, & coram fratribus unxit Propheta? Ratio est, quoniam priusquam Saül elegisset Propheta, prædixit jus regis imo potius quod à rege fuerat non sine violentia faciendum, nempe vi filios raptorum & filias, redacturum in servitutem, cum autem tam improbum videret futurum regem, erubuit Samuël, & clam voluit celebrari electionem. *Dic puero ut antecedit nos* etiam pueri erubescere conspectum: quando vero præcepit Deus Samuëli, quod ungeret David in regem, laudes ejus prius manifestavit, esseque juxta Domini cor. *Inveni David juxta cornu meum.* Ideo manifeste, & coram omnibus Samuël unxit, & elegit in regem. *In medio fratrum suorum,* quia se electorem, non solum erubescere coram omnibus apparere, quinimo publicam fieri electionem optabat; etenim rectitudo, vel deviatio electionis, electori ab omnibus imputatur.

Fugiebat tyrannidem reginæ Propheta, & zelator divini honoris Elias, cumque jam jam animi pateretur deliquium, membris fatigatis aliqualem requiem concessit, cum autem in solitudine illa, & in terra deserta somno deditus esset, omni subsidio humano negatus, venit Angelus illum confortaturus, notanter autem advertit textus, quod sub umbra juniperi, & in solitudine Eliam dormientem alloquutus est Angelus. *Obdormivit in umbra juniperi, & ecce Angelus Domini tetigit eum, & ait: Contigit autem ut alia opportunitate Dominus verba faceret cum Elia, verum non in latebris speluncae, sed patenter Deus alloquitur, nec aliter voluit Deus habere cum Propheta sermonem. Egredere, & sta in monte coram Domino.*

Quare Angelus antra deserti jam habitantem, ut loquatur, Eliam expectat, & Dominus publice, & egressum à latebris speluncae Prophetam alloquitur? Quoniam Angelus alloquebatur Eliam, ut cibo, potuque jam deficientem roboraret, & confortaret, ipsumque reficeret alimento, ad id autem parum referebat publice loqui, ideo quando magis erat defatigatus, tunc recepit solaminis refectionem. Dominus autem verba cum Elia faciebat, ut reges ungere & eligeret, ideo publice sermonem habere oportebat. *Unxit Hazael regem super Syriam, Iehu regem super Israel.* Consultavit Dominus honori Prophetae, & ideo palam ipsum alloquebatur, etenim improbum regem electurus erat Elias, nempe Iehu sceleratissimum ex hominibus, ne ergo hujusmodi electio nomen electoris scelerasset, & Eliæ sanctitatem pollueret, publice Deus alloquitur illum, ut qui improbi regis electionem mirerentur, monerentur non ex Eliæ arbitrio, sed ex præcepto divino fuisse profectam, aliter omnes indignarentur prophetam, cui imputarent electionis defectum, vitiaque electi.

Nullum enim velocius regis exitium, quam dignis præferre viros indignos, quod ab aula regia voluit piaculum relegare Athalaricus. *Exeunt à nobis, inquit Cassiodorus Var. 9. dignitates relucens, quasi à sole radij, ut in orbis nostri parte resplendat custodita insidia.* Imo non solum digni, sed eligendi digniores, ni velit Princeps experiri pericula repetita. Prodigium mirabile vidit in Apocalypsi Joannes. *Signum magnum apparuit in caelo, mulier amicta Sole, & in capite ejus corona stellarum duodecim.* Veram vix apparuit majestas, quando adfuit hostilitas persequentis, periculaque minantia: *Ecce draco magnus apparuit in caelo.* Sed quare hæc mulier, in potius coronata regina hostilem passa est draconis persequutionem? Quare vix regnavit, & illico experitur exilium: *Fugit in solitudinem?* Ratio est; quoniam illa regina soli præferrebat stellas lucem astrorum longissime solis luce inferiorem in capite collocavit, & solis planeta tenebat infimum locum: *Amicta Sole, & in capite eius corona stellarum.* Regina ergo, quæ superiores sedes luminaribus præstat inferioribus Princeps

*Electorem  
fœdas in-  
digni ele-  
ctio.*

*Peri regnum  
ubi  
confunditur  
premia.*

Princeps quæ stellas in capite locat, & solem sub pedibus stellarum, digna est quæ experiatur dracones in republica sua, & cui minentur pericula, ruinâque, & exilium patiatur: *Ecce draco: Fugit in solitudinem.* In republica ergo ubi confunduntur præmia, minantur pericula, oportet ergo dignitates luminaribus mensurari, nec stellas Solis locum inhabitare, nec à culmine cadere Solem, aliter universus ordo perturbaretur.

Prodigus ille adolescens, patris detestor, pietatis refuga, nobilis degener originis, suaque satis notus, atque notatus infamia, cum opes luxuriosè consumpsisset paternas, fame tabidus, solaque nuditate vestitus, in se reversus redire cupit ad patrem; *Surgam, inquit, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: peccavi in caelum, & coram te, jam non sum dignus vocari filius tuus.* Pensemus verba illa: *peccavi in caelum coram te*, potius dicendum illi: *peccavi in patrem coram Cælo*, non delinquimus in caelum, sed coram cælo, cur ergo non dicit: *peccavi in te coram cælo?* Quoniam prudens, consciusque sibi cognoverat noxam gravissimam prodigus ille sitam in eo, quod coram Deo offendisset caelum. Unde hoc? Quoniam honorem, & cultum, quibus Numen verum adorare debuerat, consecraverat astris, ipsa ergo latria, qua astra irreligiosè colebat, sacrilegus verè scædabat, caelumque profana religione turpabat, totaque siderum multitudo cultu confundebatur indebito, atque polluebatur honore. Dignitas ergo quæ alicui communicatur indebitè, potius quam honoret, dedecorat, sicut caelum ab adolescente prodigo fuerat opprobrijs affectum, cum latriæ indebito intendit prosequi honore, & decore. *Peccavit in caelum*, inquit Chrysologus, *dum in caelo solem, lunam, sidera Deos esse blasphemavit, & hac eadem profanat adorando.* Rationem hujus pulchrè tetigit magnus ille Boetius. Nam si eo abjectior est, inquit, quo magis à pluribus quisque contemnitur, cum reverendos facere nequeat, quos pluribus ostentat despectores, potius improbos dignitas facit. Verum non impunè reddunt namque improbi patrem dignitatibus vicem, quas sua contigione commaculant, imò destruunt.

Idem confirmat, quod D. Joannes

in suo refert Apocalypsi cap. 2. *Factum est prælium magnum*, inquit, *in caelo Michael, & Angeli ejus præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli ejus, & non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in caelo.* In caelo ne tumultus, prælium potest esse, aut seditio? Quærit ad hunc locum Rupertus: quibus aut qualibus armis acies dispositæ sunt? Pugnam illam nullus hæc sita fuisse mentalem ibi ratio pro armis, pro spiculis erant discursus. Ambitionis lingua caelum conscendere, & occupare thronum serpens vociferans affectabat. *In caelum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Similis ero Altissimo.* Ambiebat sic sacrilegus Draco: inquietus tot luminum lucifer splendore, caelo bellum ciet, & ipsum in Deum audeat: quanta sibi promittebat cæca cupiditas, & ambitiosa temeritas? Sed quo inconsultius volat, miserabilior ruit, imò indecorè projicitur. O: dignam ambitionis pœnam, omni loco expulsus exulat, qui omnes implere caelos exambit. Pulchrè Bernardus. *Non potest ergo in parte caeli sedere, cum ille totum elegerit sibi.* Ad rem. *Neque locus inventus est eorum amplius in caelo.* Quid ergo, fietne locus destructus? Scio Scripturæ phrasim. Sed hic non solum è caelo corruisse significatur Angelos, verum etiam eorum locum non apparuisse amplius. Quare hoc? Quoniam Draco superbus ille, sequacisque vanissimi illius, inique ambierant, & ambitiosè occuparant, atque locum retinere jam occupatum affectaverant seditiosè; ideo ergo perhibetur destructus, ideo nec ejus memoria in caelo relinquitur amplius, impij enim sola ipsorum possessione dignitates confundunt, thronumque scædissimè destruunt.

§. III.

*Princeps juxta merita præmiat.*

**E**MUNERATIONEM meritorum ad officium, & Principis manus, sic spectare tradunt communiter omnes Politici; ut regio muneribus & naturali, ac civili juri reges ipsi non satisfacerent, si in ejusmodi præmijs, &

remunerationibus præstandis, & hilariter exhibendis juxta merita laborum, & servitorum deficerent, & operam sedulam non navarent, ideo habetur apud Papinianum in l. Sejo amico 10. D. de annu. leg. ill. c. *Cum tam labor quam pecunia divisionem recipere: Nam cum labor, & præmium aequali lance coherere debeant, si labor diminuitur, & pecunia, quæ est laboris præmium diminuetur.* Hinc oritur conclusio juridica, præmium merito correspondere debet, l. 7 tit. 1. lib. 5 Recop. Gloss. in c. Dicat aliquis 23 q. 5 ubi Turrecrem. & in cap. jus militare 4. 1. dist. Tacitus lib. 14. Ann. *Ampla quidem, inquit, sed pro ingentibus meritis præmia accepturunt.* Cassiodorus lib. 11. epist. 4. *Crescit enim in isto meritum, cui majus datur officium.*

*Distributio  
justa præ-  
miorum, juxta  
naturale  
confirmat.*

Sic naturali juri consentaneum est correspondere merito præmium, ut in cunctis creaturis, id manifestet natura. Non præcedit (inquit Seneca) armenta degener taurus, sed qui toris cæteros mares vincit, Elephantorum gregem excellentissimus ducit, naturæ est potioribus deteriora submittere, ut pudeat hominem non imitari belluas, & pro dignitate meriti non conferre gubernaculi dignitate. Atalaricus var. 9. 22. se sic jactabat. *Electio nostra de meritis venit, & tanto quis regali animo proximatur, quanto bonis studijs societate conjungitur, non vereamini absentes, nec sitis de Principis ignoratione solliciti, te longissime constitutum mentis nostra oculus serenus inspexit, & vidit meritum.* Subditus in Republica fausta fatagat de illa bene mereri, & Princeps sollicitè quæret, ut irremuneratus non jaceat. Merita namque præmij vacua, genas Principis rubescere faciunt. De Marco Coriulano, refert Plutarchus, meritis plenum, & de Republica bene merentem, nec leve recepisse præmium, intravit autem Senatum, ibique corpus cicatricibus opertum ostendit, cujus merita admiratus Senatus erubuit, quasi ignominia confusus, & verecundia cunctis apparet Senatus declinasse in administratione distributionis præmiorum. Nihil enim tam erubescere purpuram debet, quam merentes sine præmij videre; Principem enim merentium remuneratio facit gloriosum.

Primum Christi Domini adventum

in mundum, omnes naturæ comitantur calamitates, jacuit inter animalia in præsepio, pannis involutus, & frigori subditus, visitant Pastores Dominum sine purpura, non venerantur in solo. Iterum venturus est Dominus, sed gloriosus, emittens splendores, & ostentans fulgores. *Filius enim hominis venturus est in gloria Patris.* Quare ignobilis Messia primus adventus apparet, & secundus gloriosus? Quare primus obscurus, & tam præfulgens secundus? Quoniam verbum divinum in primo adventu benignitatem ostendebat, & liberalitatis dona effundebat Gentili populo, qui toties divinitatem calcaverat illi saxa anteponebat misit benignam lucem stellæ, corda obdurata peccatoris emolliit: *Apparuit benignitas, & humanitas.* In secundo autem adventu veniet Messias juxta merita unumquemque remunerare. *Tunc reddet unicuique secundum opera ejus.* Ideo descendet gloriosus, & clarissimo comitatu hominibus apparebit, quia non tam Principem decorat benignitas, quam clarum reddat, atque gloriosum justa distributio præmiorum.

Ex hujusmodi justa remuneratione laborum oritur in subditis alacris obedientia, & animus incenditur spiritibus generosis. Livius lib. 4. Dec. 1. *Nil non aggressuri sunt homines, inquit, si magna conantibus magna præmia proponantur.* Voluptate juste præmiant subditi, & vassalli Principi obediunt, sin aliter purpura regia tinea detractionis corroditur, & regni est acceleratum excidium.

Postquam vidit Balthasar notas illas, quas Angelica manus in atrijs regij scripserat muro, accersit Danielem servum, & habitum pro mancipio, rogatus Propheta quid de illa inscriptione sentiret, Principi non solum regni jacturam, sed & vitæ amissionem renuntiat. *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis.* Sed quid tunc Rex mancipio qui tam protervè acerbè, & importunè regi suo fuerat loquutus? *Tunc jubente rege, indutus est Daniel purpura, & circumdatus est torques aurea collo ejus, & predicatum est de eo, quod haberet potestatem tertius in regno suo.* Quare tam illustri magnanimitate barbarus Princeps libertum honorat, qui libera contumacia in faciem restitit Domini, crimina objiciens, vates funestus suppli

*Ita distributio præmiorum magis quam benignitas Regem illustrat.*

8.  
*Præmiorum  
restituendo  
regnum  
conferuas.*

suppliciorum quæ regis perfidiæ imminebant? Quare Daniele non dat præcipitem è fenestris? Vel si varicinio Danielis reddidit fidem, Perisatque credidit insidiansi Babylonico imperio, quare acies non format, mœnia civitatis non munit, & exercitum militarem non armat, ut fortem se, & undequaque defensum obsidio inveniret Medorum? Quare Daniele purpuram induit, cum oporteret milites induere loricas? Quoniam Balthasar non concepit vitæ, & regni desperationem, ideo volens effugere vindictam divinam, & adversus hostes inexpugnabilis apparere, purpuram Daniele induit, prævidit fœdiorem maculam purpuræ fuisse injustam distributionem præmiorum, seque regni abjecta penitus cura optimos sepelisse sub cœno, Sarraparumque facem ad sublimia evehctos suavisse, ut libere, & dissolute sacra proculcassent in prophanos usus traducta, ut ergo se defenderet, & ab obsidione Medorum regnum suum liberaret, non militum cohortes armavit, sed Daniele abjectum inter maximos optimum, sed mancipium contemptum, pro ludibrioque habitum cœpit præmiare, purpuram induit, & super omnium capita collocavit, existimans non aliter posse regnum, & caput suum reparare, quam diadema pollutum, aliquantulum præmiando Daniele, lavare; nil enim ita purpuram fœdat, quam devia distributio præmiorum. Tempore Domitiani floruit præcipuè Romanum imperium, & tradit Bodinus rationem, quoniam nulli populi majora laudis, & gloriæ præmia proposuerunt, quam Romani, necesse erat, ut populos omnes illustrium virorum multitudine superarent.

Hinc discant Principes præmia cuiusvis partiri, dignos promovere, repellere indignos, non anteferant, qui ad ministerium accedunt ut famem expleant, sed qui cœlestis pane doctrinæ alios reficiant, repellant adulatores palatia sacratissima prophanantes, quarant prudentes viros, & de Republica bene merentes, præmium enim correlativum meriti debet esse, debent esse simul cognitione, & natura, sicut philosophus docuit, ibidemque præmium, & meritum esse. Abraham nominis non obtinuit augmentum addita littera nova, donec meruit circumcisionis cruo-

re. Thronus pulcherrimus Salomonis ascensum purpureum habebat, nullus enim thronum dignitatis scandet, nisi sanguine fuerit prius cruentatus, aut labore depressus. Magdalena duos Angelos vidit in sepulchro sedentes. *Vidit duos Angelos, unum ad caput, & unum ad pedes.* Quare Magdalena respexit duos Angelos secundum Joannem, & aliæ mulieres unicum respexerunt referentibus alijs Evangelistis Marco, & Marthæ? Quoniam pietatem erga caput Christi, & erga pedes Magdalena exercuerat, bis corpus Domini ugens semel ad pedes effudit unguentum, iterum pedes unxit & caput, ubi ergo exequitur cultum, ibi Magdalena reperit præmium visione recreata Angeli adstantis ad caput, & alterius spiritus existentis ad pedes.

Hinc patet, quare Angelus, quem vidisse mulieres testatur Divus Marcus Evangelista, supra lapidem sedit? Quoniam Angelus revolverat lapidem. *Et accedens revolvit lapidem, & sedebat super eum.* Angelus fatigatus est in lapide revolvendo: Ubi ergo meritum apparet laboris, ibi adesse oportebat requies, & præmium sudoris, ut Principes edoceret, præmium non separandum à merito. Optimè Cassiodorus lib. II. epist. 33. *Ut tunc habeatis (ait) commoda præmij, quando estis & sudoris terminum consequuti.* Non vos anxia mora suspendimus, nec cruciabili dilatione fatigamus. Unus sit finis sollicitudinis, & laboris: Nam differendum quis putet, si beneficia sua vendere non retractet. Sic ille; quasi ubi finis meriti fuerit, ibi fuerit initium præmij.

Vidit Dominum Joannes Evangelista Majestatem Principis ostentantem, se regem omnibus manifestantem, quia in fæmore legebatur regis inscriptio. *Et habebat in vestimento, & in fæmore suo scriptum rex regum.* Apocal. pariter cap. 4. respexerat Christum Dominum Joannes velut Principem collocatum in throno inter viginti quatuor Senatores eximios, verum tamen, nec regem appellat Evangelista, nec apparet titulus regis inscriptionis. Quare hoc? Quoniam titulum regis meritis comparaverat Christus, ideo legitur cap. 19. in fæmore Domini regis inscriptio, & sine titulo apparet cap. 4. Etenim hic non meritum manifestavit laboris, potius susceperat requiem.

9.  
Præmium,  
& meritum  
debent esse  
correlati-  
va.

quiem. *Et ecce sedes posita erat in caelo, & supra sedem sedens.* Disparet ergo præmium, & titulus regius, ubi non apparet sudoris, laborisque meritum; Verumtamen cap. 19. in fæmore inscribitur titulus regis in præmium Christo Domino correspondens, vaticinatus etenim fuerat David super famur esse accingendum gladium, ut potentissime pro nobis pugnaret. *Accingere gladio tuo super famur tuum.* Si ergo fuit in fæmore labor, & pugna, ibi debet adesse præmium, ideo non alibi scribitur titulus regis: *Et in fæmore suo scriptum rex regum* Quo alludit Isaias loquens de Christo Domino dicens: *Et factus est principatus super humerum ejus*: quare corona non collocatur in capite? Quia crucem humeris sacris pro nostra redemptione portavit, ideo ergo in humeris ponitur principatus, quia ubi meriti labor, ibi debet esse dignitatis splendor.

10.  
Injuste di-  
gno præ-  
mium dif-  
fertur.

Non solum autem meritum jus habet ad præmium, & injuste à mercede vacuatur, verum quævis dilatio in remunerante vim infert merenti, ideo Theod. Rex apud Aur. Cassiod. lib. 3. epist. 40. *Nec possumus, inquit, æstimare jucundum, quod ingrata fuerit dilatione suspensum.* Si namque ad honores prius pervenirent indigni, non solum præfocaretur in candidatis omne meriti desiderium, verum adhuc præmium adepti optimi, & digni pro larva togam haberent, quæ stultos regit, sicut & jurisperitos, & prius illos, quam istos. Unum ex famosis ducibus Græciæ Hector Trojanus in publicum provocabat certamen, cum autem novem certatim certamen desiderarent, opus fuit mittere sortem, ut in quem cecidisset descenderet in arenam, interim Deos exercitus deprecabatur, ut fors supra strenuissimum caderet. Utinam, clamabat, supra *Ajacem*, & si iste non fuerit sortitus, utinam supra filium *Fidei*, & si iste non, utinam supra Principem *Agamemnonem* invictum. Hujusmodi historiam Alexander in Homero legebat, & ira exardescens, sic exclamavit. *Occiderem illum, qui me tertium nominaret.* Quasi reputas ignominiam, electum esse post alios. Idem dicendum de ijs qui meritis pleni: posterius, quam plures indigni ascendunt ad præmium honoris. Unde sequitur, vel dignitates negligere, vel repudiare collatas. Vile-

scit enim præmium cum æquè, ac optimos honorat indignos, cum Cæsare vita contigerat fungi titulo honorabant Deorum, cum autem inter Deos Claudium collocare voluissent, exclamavit Senatus, ut inquit Seneca de bono regimine. *Olim magnum erat esse Deum, nunc autem minimum.* Præmij namque æstimatio decrescit, si conferatur indignis. Aurea sunt verba D. Euch. epist. 1. ad Val. In honoribus vere, quæ æstimari dignitas potest, cum ad hanc promiscuè cum bonis mali ambitiosè conscendant, & non unius meriti viros unus honor ambiat, dignosque, & indignos non jam discernat dignitas, sed confundat? Ita quæ meliores deterioribus præferre debebat, æquare cœpit. Hæc D. Euch.

Injuste di-  
gni, &  
indigni  
aquantur  
in præmie.

Si autem præmia pro meritis æqualiter conferantur, & semper melioribus optimi præferantur, æstimatio præmij, & honoris crescit, ideo tempore Domitiani expetebantur honores, non tam quia præmia, quam quia ab Imperatore æquissimo fuerant donata. Unde Martialis lib. 8. epigram. 51.

*Diligeris populo non propter præmia  
Cæsar,  
Propter te populus præmiis, Cæsar,  
amat.*

Unde Plinius in Paneg. ad Traian. *Laudandus quidem, ait, & ille, qui tertium consulatum meruit, sed magis sub quo meruit.* Tunc enim præmium designabat virtutem. Cassiodorus lib. 1. epist. 3. *Nec credi potest virtus, quæ sequestratur à præmio.*

Ex justa electione præmiorum præter commoda alia, quæ accrescunt Reipublicæ litium, & querelarum, inter competitores oritur etiam extinctio, quando namque dotibus sublimis eligitur, nullus allatrare ausus est, nullusque fremet, immo ambitione extincta venerari omnes incipiunt, sed nemo non indignatur, si dignitas deteriori donetur. Fratres Joseph caput ejus somniata corona redimitum videntur, & illico murmure excitato inter eos in vitam Josephi odio, insidijsque conspirarunt. *Ecce somniator venit, venite occidamus eum: : Oderunt eum.* Ex afflato divino venit Samuel ad domum parentis David, ut ungeret in regem, unum ex liberis ejus, reprobatis autem

Nec irre-  
muneratus  
queritur  
domi-  
gno præ-  
miam.

Eliab

Eliab statura majori, & Abinadab, & cæteris filijs Isai, Davidem minimum natu Samuel unxit in regem, non clam, sed coram fratribus. *Et unxit eum in medio fratrum.* Et tamen nullus fratrum fremet in electione, non excitantur murmura, nullus allatrare ausus est, nec auditur competitorum detractio, vel execratio. Quare corona etiam somniata Josephi, odia in fratribus concitavit; & verum diadema David faustas præcantium voces excitavit in fratribus: Quare Josepho insidiantur fratres ad necem ob solum regium imaginatum, & purpura verè impartita David, movet fratrum venerationem, & reverentiam? Ratio est. Quoniam Josephum fratres corona reputarunt indignum, puer erat delicijs domus paternæ nutritus, cujus tota cura, & industria eo sita erat, ut inter sinum parentis foveretur blanditijs, vestibusque ornaretur pretiosis. *Fecit ei tunicam polymitam.* David autem viribus strenuus de regalibus foris, non semel reportavit victoriam, ursum manibus dilaniabat, brachijs strictos discerpebat leones, ideo fratres contra coronam, & vitam Josephi conspirarunt reputantes purpura indignum, & David ejus fratres venerari cæperunt præcantium voce conclamantes, non in electum, & electorem latrantes. *Unxit eum in medio fratrum.* Quando namque omnium optimus, sit omnium maximus, extincta ambitione nullus queritur competitorum, immo detractioes convertuntur in laudes, verum si deterior optimis præferatur, concitat in se clamores, odia, & querelas, quando currus elephantum trahit, & Cicindela plapeas illuminat, tunc Cælum tonat, tunc trepidat terra. His Princeps attendat in promotione competitorum, quia loco præferre qui moribus deterimus est, est mundi ordinem totum invertere, terram in cælo locare, & terræ figere stellas.

Verum in Republica moribus omnino corrupta, ubi in magistratibus conferendis non meritum, sed affectus sola attenditur ratio, qui magis splendet non imponitur candelabro, sed Princeps ponit lucem sub modio, ex cujus confusione tot sunt in palatio fausta venustate splendentes, meritis tamen obscuro. Plures conjurationes passim refert Assuerus tam ab Eppuchis

Bagathan, & Thares, quam ab ingratiſſimo Aman, qui Mardocheum, *cum omnigena sua, novis quibusdam, atque inauditis machinis expetivit in mentem, hoc cogitans, ut illis interfectis insidieretur nostræ sollicitudini, & regnum Persarum transferret in Macedones.* Salomon nullam conspirationem, aut rebellionem est passus, sed pacificè extinctis rebellionibus gubernavit. *Salomon imperavit in diebus pacis, cui subjecit Deus omnes hostes.* Quare tot in Assuerum rebellant, qui Populum, & Principes convivari solebat, fovebat, neque unquam oppreſſit, & in Salomonem non conspirarunt, qui thronum regium Joab, Adonix, & Semei sanguine cruentavit? Ratio est. Quoniam Salomon cunctos præcallebat reges justitia, iniquos etiam potentissimos nece, multando, & optimos remunerando, cujus æquitatem in judicando omne regnum amavit, & timuit. *Auditur itaque omnis Israël judicium, quod judicasset rex, & timuerunt regem.* Ex justa distributione suppliciorum, & præmij, extincta est ambitionis vorago & frænata impudentia rebellium, & regnum Salomonis in pace fuit confirmatum. In palatio autem Assueri quando plures indigni epulabantur in regali convivio, unus Mardocheus fidelissimus inter omnes, qui insidias contra regem machinatas detexit, stabat ad fores palatij jejunos, & sine veste, Aman proditor immanissimus se se in mensa regia ingurgitabat delicijs, qui vitæ insidiabatur, & regis coronæ, cum Mardocheus inter cæteros fidelissimus, qui à morte liberaverat regem gelu urebatur & pruina aditu, & ingressu ad regem injuste interclusis. *Mardocheus ad regis januam morabatur.* Meritis conspicuum Mardocheum despiciabilem habuit, & Aman proditorem super omnes Principes exaltavit. *Post hæc rex Assuerus exaltavit Aman: & posuit solium ejus super omnes Principes.* Ex hujusmodi ergo inordinata distributione justitiæ, & administratione regiminis ortum duxit rebellium temeritas, & in regem conspiratorum audacia; quando namque in Republica digni paribulo videntur ab alijs conscendere solium, & throno digni sub cæno jacere, & de stercore non elevati, plurima prodeunt detrimenta lugenda, quo namque pacto corona in capite

*Pax Republice, ubi dignis præmij conferuntur.*

capite regis consistet, qui deserit obsequentes, & proditores exultat: scissuras circa dubium purpura regis patietur, tineaque lethali execrationis ab æmulis corrodebitur, si ad merum arbitrium honores, & pœnas distribuat, umbra erit si sceleratum fugientem beneficijs, & præmijs sequatur, & subditum meritis, & fidelitate insequentem fugiat contemptu. Cum autem Princeps bonos melioribus, optimisque meliores postponit, pacabit rebelles, domabit suaviter, & fortiter coercet effrenes, & secuta obedientia sibi subditos vinciet.

Comitia celebravit Dominus in vertice montis Thabor, quibus ipse veluti Princeps voluit præesse, veteris testamenti viventium nomine adit Elias, mortuorum vice Moyses advenit, vel corpore proprio, ut sentiunt Hieronymus, & Hilarius, vel alieno ut placet Angélico præceptori, adfuit Petrus nomine Ecclesiæ, sicut ex equitum cœtu D. Jacobus, & ex populi, & pauperum brachio Joannes Evægelista, & ut Christum Principem supremum cœli, terræ, & infernorum juraret, vox Patris audita est præcipientis: *Ipsum audite*. Ut autem manifestarent Apostoli esse Domini obsequio, veluti subditos fideles adstrictos, ceciderunt in facies, quasi dominium timore, & reverentia suppliciter profitentes: In baptismo pariter audita est vox Patris cœlestis dicentis: *Hic est filius meus dilectus*. Verum Principem obtemperandum Apostolis, & circumstantibus non proposuit. Quare in monte solo Thabor Princeps, cui omnes genuflectantur Christus Dominus coronatur? Quoniam in baptismo reis Dominus ignoscebat, remittebat peccata, verum in monte Thabor spectabant Dominum merita vasallorum remunerantem, etenim Moyses, & Elias induerant clarissimam Majestatem. *Visi in majestate*, libenter dominium Principis in Christo professi sunt, & prostrati præstiterunt obedientiam cum reverentia; spectabat attoniti Eliam irremuneratum (moralissime loquor) virum rãta fortitudine præditum, ut regem Achab expugnaret, filios, prophetaſq; suos fecerit interire, claves cœlestes habentem ad continendam, vel emittendam pluviam cœlestem. Moſem pariter sine præmio qui *Ægypti fluvios sanguine rubescere fecerat*, maris undas diviserat, & Pharaonis ætrem

incusserat, illi cum exercitu sub in mari submergens, hujusmodi autem servitia in monte Thabor Christus remuneravit, nec merita quia antiqua apud Dominum fuerunt oblivione sepulta: *Visi in majestate*. Ideo genuflexi obedientiam præstiterunt cum reverentia: *Ceciderunt in facies*. Nil enim magis in Principe subditorum obedientiam fortissima suavitate videtur trahere, quam meritorum remuneratione coram oculis constituta.

Et quidem in præmijs non fat quod eligendus sit dignus, sed dignior est præferendus, non merita sed majora trutinanda sunt merita. Post resurrectionem discipulos elegit Christus Dominus in episcopos. *Euntes in universum mundum*. Quare episcopos Christus consecravit post mortem? Quoniam nondum merita apta dignitati obtinuerant; meritis, vivente Domino, micabãt Apostoli, sed post mortem singuli addiderunt majora. Petrus merita sua planctu rigavit, quæ majores excreverunt in fructus; Joannem chariorem reddidit jugis in cruce assistentia, ceteros pœna, qua fuerint in passione cruciati, fecit longè, latèque digniores, ideo illis suscitatus post mortem contulit prælaturas, quia præmia non meritis, sed majoribus debent correspondere servitijs; non merentibus, sed meritis excedentibus; non dignis, sed qui fuerint alijs digniores, aliàs fors potius diceretur electio.

Loco Judæ, qui prævaricatus est in Apostolatam adscriptus est, & successit D. Mathias; forte tamen annumeratum Apostolis refert D. Lucas. *Cecidit fors super Mathiam, & annumeratus est cum ceteris Apostolis*. Quare forte, & non electione Mathias Apostolatam obtinuit? Quoniam dignitati Joseph, & Mathias à Petro propositi fuerant, de Joseph, inquit textus, meritis micasse: *Joseph, qui cognominatus est justus*. Mathiam vero non constabat illum meritis excessisse, neque esse justiore Lucas expressit, ideo fors Mathie appellata est electio: *Cecidit fors super Mathiam*, quia ubi non exprimitur electum magis bene meritum esse, fors, & non electio est habendus eventus, quia sola dicenda est electio; quæ majori nititur merito. Unde autem trutinari merita debeant, contemplari elector tenetur, sed prius discrimen inter præmium, & minus mature considerare.

Princeps  
juste remun-  
nerans, va-  
sallos red-  
dit faciles  
in obedien-  
do.

Non di-  
gnus, sed  
dignior  
præmiatur.

Electio non  
dignioris  
non est ele-  
ctio, sed  
fors.

§. IV.

*Munera cujusque capacitati à Principe aptentur.*

13. **L**ONGISSIME distant præmium, & munus, hoc capacitatem, idoneitatemque petit; illud merito correspondet, idoneus autem judicandus est, qui muneri, cui præficatur, aptus est: Ut enim inquit Bodinus lib. 5. de Repub. c. 4. Bellica imperia strenuissimis, quæsturæ, & æriarum curam minime omnium avaris, judicia justissimis, Censuram integerrimis, laborem robustissimis, gubernacula prudentissimis, Pontificatum religiosissimis oportet tribuere, quoniam ridiculum sit Pontifices imperatorio muneri milites innocentes conquirere, ac religionibus curandis adhibere. Hoc ergo oportet Principem specialiter prævidere, & attentius in regimine suo considerare, cum sit in his electionibus error omnium calamitatum origo. Cum Mathathias vitæ diem attigisset extremum, populi Hebræi Ducem, & gubernatorem elegit, & Judam filium ejus in fastigio hujus muneris collocavit, & ejus consiliarium nominavit Simonem, cui electioni sine seditione populus gaudens acquievit. Aaronem elegit ex afflatu divino Moyses, & in summa Pontificatus dignitate constituit, & cunctus populus conspiravit rebellis in electum, & electorem; nec sat fuit ut acquiescerent electioni, aut terra devorans rebellionis auctores, aut ignis cælestis decem, & quatuor hominum milia ad favillas reducens, quo usque virgam Aaronis floruisse viderunt. Quare electioni Mathathia omnes assentiunt, & Judæ veluti duci generali obedientiam præstarunt. Simonem veluti à latere consiliarium cœlentes, & electioni Aaron in summum Pontificatum fratres obstinate repugnant, & in electorem pertinaciter conjurarunt? Quare Simon Major natus, quam Judas non ambit ducatum? Quare Joannes cunctis fratribus Senior electioni Judæ, & Simonis non reluctatur, sed læti potius accinguntur sub Juda duce generali militiæ? *Surrexerunt Judæi, qui vocabantur Machabeus* :::: *& adjuvabant eum om-*

*nes fratres ejus.* Quare Aaron prodigijs illustris non assentiunt electioni supremi Pontificatus? *Cur elevamini super populum Domini?* Ratio est. Quoniam Aaronis genium credebant à munere Pontificatus longe distare, Summus namque Pontifex ex munere hostias placabiles Domino tenebatur offerre; mitem, & lenem oportebat Pontificem esse: Aaron autem virga percussit undas: quibus submersi tot milia Ægyptiorum sunt interempti, varijsque plagis flagellavit Ægyptum cooperans Moyse varia supplicia inferenti; ideo non sibi suasere Aaronis electionem esse divinam, donec considerarent virgæ miraculo confirmatam; *Surrexerunt contra Moysen.* Mathathias autem genia electorum munere institutis coaptavit, fortem viribus Ducem generalem Judam elegit. *Judas Machabeus fortis viribus à juventute sua sit urbis princeps militiae & ipse eger bellum populi* Simonem, scientia, & judicij maturitate polentem supremum consiliarium instituit. *Et ecce Simon frater vester scio quod vir concilij est, ipsum audite semper* ideo quia cujusque genium Mathathiam, munera distribuisse viderunt, illico electioni acquieverunt, & Judam militem fortissimum, & strenuum tantam militiæ Principem sunt venerati, & Simonem scientiam, & experientiam polentem, veluti patrem coluerunt. *Et adjuvabant eum omnes fratres ejus.* Nihil enim electionem esse justam magis declarat, quàm genio electi muneris occupationem proportionari, ideo *Germani* (inquit Tacitus de Moribus) *Reges ex nobilitate, Duces ex virtute sumunt.*

Et quidem nec nobilitatem sufficere innatam, sed necessarias esse dotes muneri, & officio proportionatas ipsa experientia frequenter docet. Tacitus electionem Vitellij irritis, quem Germaniæ regimini imparem gubernatorem tantæ provinciæ constituit Senatus, quia filius Vitellij Cenforis, & ter Consulis erat, non enim qui sanguine præclarus, sed qui ad munus speciali pollet talento eligendus est. Princeps ergo inferiorum recognoscat ad officia talenta, & illis juxta cujusque virtutem aperet, in curia quidem regali assistunt innumerabiles regi, sed paucis Ministerijs sunt apti. *Milia millium ministrabant ei, &*

*'Ambien-  
dum calen-  
ta ponde-  
ret prin-  
ceps ad  
munus.*

*decies millia centena millia assiste-  
bant ei : dicitur de Curia valesi , &  
tamen ex tot millibus tres solos vi-  
demus ad munera obeunda à Prin-  
cipe fuisse electos Michaëlem , Ga-  
brielem , & Raphaëlem , quamvis  
enim suprema Majestas plures sibi  
Ministrantes subditos habeat , sed  
non omnes selectos ad officia pu-  
blicæ causæ , ideo non qui ambie-  
rit , sed quem recognoverit mune-  
ri aptiorem Principem eligere oportet.  
*Bonum est nos hic esse* , dixit Pe-  
trus , sed Domini repulsam est pas-  
sus , *Nesciens quid diceret*. Precibus  
pendens in cruce Dimas ex cruce  
exorabat. *Domine memento mei* , &  
tamen paradisum obtinuit. *Hodie me-  
cum eris in paradiso*. Quare Petrus ,  
qui fervide Christum amabat , ob-  
jurgatus non obtinet preces , & la-  
tro qui paulo ante Domino impro-  
peraverat , consequitur suæ petitionis  
effectum ? Quoniam Petrus deter-  
minatam petijt status occupatio-  
nem , solitariam vitam agere in  
monte volebat , qui aptior erat ut  
Romæ gubernaret Ecclesiam , ideo  
postulabat ut nesciens , & passus est  
petitionis repulsam : *Nesciens*. Di-  
mas autem nil muneris postulavit ,  
in Principis manere memoria solum  
optavit , se offerens ministerio , cui  
Christus Dominus existimaverit ap-  
tum ; ideo etiam latronis imprope-  
rantis preces supplices non fuerunt  
vacuæ. *Hodie mecum*. Idem contigit  
in ijs qui speciale munus sedes  
nempe collaterales petierunt , ut ju-  
dicarent. *Dic ut sedcant* , quibus  
Christus. *Nescitis quid petatis*. Sub-  
ditus enim non debet eligere Mi-  
nisterium , sed in eo , cui præfici-  
tur ministrare. Oportet ergo Prin-  
cipem non ignorare , quos aptat oc-  
cupationi ministros , quando Chri-  
stus in Principem Apostolorum Pe-  
trum elegit , vocavit antiquo Simo-  
nis nomine. *Dicit Simoni*. Paulo  
ante dixerat Dominus Petro. *Te  
vocaberis Cephæ*. Quare ergo nunc  
non Cephæ , sed Simonem appel-  
lavit ? Quoniam tunc præficiēbat  
Petrum Ecclesiæ ; *Pasce oves meas*.  
Ut ergo innueret se quem elegerat  
non ignorare , nomine Simo-  
nis antiquo vocavit : *Dicit Simo-**

*Subditus  
non debet  
eligere  
Ministe-  
rium , sed  
in eo , cui  
præfici-  
tur  
Ministrare.*

*ni*. Oportebat enim in electione  
Pontificis universalis Ecclesiæ non  
solum cognoscere Petrum , dum in  
collegio Christi Apostolus fuerat , sed  
etiam cum Simon piscatoris vitam  
agebat , ut non Petro Ministerium  
maximum contraheret , sed potius  
occupationi dignissimum ministrum  
coaptasset.

Hæc electio Principibus est docu-  
mentum ut non quærant Ministris  
officia , quibus ipsi augeantur , &  
honorentur , sed muneribus & offi-  
cijs Ministros quærant expertos , qui  
consultant publicæ utilitati. Domum  
intravit loceri sui Patriarcha Jacob ,  
& tamen in nullo exerceri Ministe-  
rio Jacob permisit Laban , quousque,  
*impleti sunt dies mensis unius* , noluit  
officium domus committere , de quo  
non habuisset prius experimentum ;  
Princeps ergo expertum eligere debet,  
donibusque cunctis ornatum neces-  
sarijs ad ministerium , non enim  
sufficit fama literaturæ , Ut inquit  
enim Cicero libro tertio Reth. *In  
omni disciplina infirma est artis percep-  
tio sine assiduitate exercitationis*. Et  
ut ipse in S. Theor. multi nihil pro-  
desse philosophiam , plerique etiam  
obesse arbitrantur , aliud enim est  
apices intelligere juris , aliud homi-  
nes gubernari. Unde illud Aristot.  
*Æthic. 5. ad Nichom. Complures* ( in-  
quit ) *in proprijs uti virtute possunt , sed  
in ijs , qua sunt ad aliud nequeant , &  
propterea Biantis illa sententia bene se  
habet : Magistratus virum ostendit*.  
Quamvis ergo Ministerium sapientissi-  
mum esse oporteat , qui homines re-  
gere velit , sed præcipuè eget experi-  
mento prudentiæ , quo sensu intelligi  
oportet Tucydidis commune prolo-  
quium : *Hebetiores , quam acutiores , ut  
plurimum melius Rempublicam admini-  
strant*. Vicit dæmonem Michael , &  
exulem fecit à cælo. Pugnavit iterum  
cum dracone , & non est ausus dam-  
nare , & mittere iterum in infernum.  
*Non est ausus iudicium inferre*. Quare  
ut exulem faciat draconem à cælo eli-  
gitur Michaël minister , & non ut  
damnet in altercatione corporis Moy-  
sis. Quoniam Michaël dux erat militiæ  
cœlestis , ideo tanquam expertus mini-  
ster eligitur ad vincendum , ideo non  
damnat quia non erat ( ut ita loquar ) in  
judican

*Experi-  
mentum in  
electio.*

Judicando expertus. *Non est angus.* Deus autem ducem ad pugnam strenuum, non eligit judicem ad damnum.

Dominus cum adesset in folio vidit Propheta Isaias Seraphim ministrare. *Seraphim stabant super illud.* Dominus residebat in arca, & ibi ministerium Cherubim exercebant; *Duos quoque Cherubim.* Quare Dominus sicut in arca iater duos Cherubim residet, in folio Cherubim non ministrant, sed Seraphim tantum assistunt? Quoniam Ministerium, quo juxta arcam exercebantur Ministri, erat Ministerium sapientiae, per oraculum enim Dominus loquebatur, sacerdotique respondebat, ideo Cherubim ministros arcæ assistentes elegit, in quibus plenitudo scientiae fulgebat. In folio autem excelsio, in quo Dominum vidit Isaias sedentem, Mysteriorum celebrabatur amoris, & dilectionis decernebatur excessus, nempe Verbi divina Incarnatio, ut tener communis expositio apud Glosam, ideo non sapientes Ministros sibi assistentes adsciscit in folio, ubi sola flamma ardebat amoris, sed incensus amore, quali Seraphim ardent, optimus enim Princeps ministros debet eligere, qui occupationi fuerint aptiores. Primos ministros Christus elegit Andream, & Petrum dicens, *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Quare in piscatores hominum elegit, & non promisit judices esse futuros? Rationem reddit textus: *Erant enim piscatores,* quia industria piscandi fuerant experti; mensuravit munera Christus talentis, ideo qui fuerant in piscando versati munus piscatoris donavit.

*Ministri ad munera experti.*

Angelum, qui secundum tempus descendebat turbaturus aquam piscinae, sentiunt plures apud Sylu. fuisse Raphaëlem. Sed quare non Michaël, vel Gabriel, quamvis forent superiores quam Raphaël, descendunt sanaturi infirmos piscinae? Quoniam Michaël, vel Gabriel non erant æquè apti Ministerio piscinae, Michaël enim est Princeps militiae strenuus in bello, ideo electus est ut committeret prælium

in caelo; Raphaël autem est medicina Dei, illam applicuit Tobia; ut ipsius oculos illustraret, ideo non eligitur Michaël potens in bello ad curandas infirmitates piscinae, sed Raphaël medicinae peritus; Aliter in ruinam Republicae ministeria confunderentur, si Jurisconsultus dux generalis efficeretur in bello, & miles strenuus togam indueret, & judicaret litigia, unusquisque enim juxta genium, & facultatem, qua fuerit conspicuus debet ad Ministerium assumi. Quomodo enim exercitum gubernabit Minister, quamvis literis sit Papi-nianus, si belli nec tyrocinium gustavit, & alius in quo pulsat cor pavidum, & foemineum? Asserunt auctores nonnulli, in bello inter Sabinos, & Romanos inito castelli cujuidam custodiam adolescentulae nomine Tarpeiae à Romulo fuisse commissam, cum autem de ijs auctoribus Plutarchus ferret judicium inquit in Vit. Rom. *Stultum faciant Romulum.* Quid enim insipientius, quam Principem militum strenuum, & bellicosum foemineo robori arma bellica formidanti castellum committere defendendum? Cui consonat regis Teopompi responsum interrogantibus, quid de Urbe, quam ipsi monstaverat muris, & fossis fortissime undequaque munitam, imperator sentiret, inquit enim; *Optimam esse, nisi mulieris quidem sit.* Sic Plut. Apot. Princeps ergo ut consulat utilitati communi oportet non confundere ministeria, sed aptare juxta cujusque virtutem.

Docuit Dominus hujusmodi prudentem polyticam; Potestatem operandi prodigia commisit Moyse ut compesceret Pharaonis superbiam, & populi confringeret servitutis catenam. *Virgam quoque hanc sume in manu, in qua facturus es signa.* Aaronem autem Moyse Consiliarium fecit, & interpretem. *Ipse loquetur pro te.* Quare virgam non commisit Deus Aaroni? Ratio est, quoniam Moyses eximij roboris erat, coronam Pharaonis generosè contempsit. Aegyptium viriliter interemit, sed erat linguæ tardioris, Aaron autem eloquens erat.

sed pavidō corde, populo namque Deos, qui praeceſſerent poſtulant, non auſus eſt reſiſtenti, ideo ergo Aaronem pavidum, & imbecillum, ſed eloquentem interpretem Deus elegit, *Aaron frater tuus Levites, ſcio quod eloquens ſit, erit os tuum;* & Moylem robuſtum, viribuſque potentem, ſed linguae tardioris, dedit virtutem non diſerte loquendi, ſed operandi prodigia, ſupercilium Pharaonis donando virga rigoris, & vincula captivitatis rumpendo. *Virgam quoque hanc ſume:* Ad miniſteria ergo non optimus, ſed aptior aſſumi debet.

Conſilium ſupremum Dominus celebravit in cacumine montis Thabor, Moyleſ, & Elias vocantur, & Petrum, Jacobum, & Joannem Chriſtus aſſumpſit. *Et apparuerunt illis Moyleſ, & Elias loquentes cum Jeſu.* Sed quare non Angeli, non Cherubim, aut Seraphim vocantur ad ſacraſſimum coetum? Quoniam non erant apti miniſtri, Angelorum noluit Dominus aſſeſſe ſuffragia. Ratio eſt, quoniam ibi Chriſti Domini caeſtes decernebatur, ideo vocantur miniſtri mortis capaces, Moyleſ videlicet, qui jam diu deſunctus fuerat, Elias & Apoſtoli Domini, qui mortis anguſtias, & paſſionis calicem fuerant certiffime guſtaturi, Angeli vero mortis ſunt incapaces, ſentiendi, & patiendi expertes, non ergo vocentur Angeli ad coetum, ubi fit ſermo de exceſſu, quem paſſibiles non intelligunt, ſed ſolum homines natura ſua mortales, ad decernendam enim mortem pro mundi totius ſalute, non eligantur ſupremi Spiritus, quales ſunt Angeli, ſed mortales homines quamvis tam longe inferiores, quia materiae, quae illo conſilio agebatur, erant aptiores. *Loquebantur de exceſſu.*

Non qui eminent absolute aſſumendus eſt ad officia, ſed qui aptior eſt ad miniſterium determinatum; ut quis munus cathedratici exerceat non eligendus vitae puritate conſpicuus, ſupra ſydera contemplatione elevatus, ſi fuerit juris prudentiae ignarus, aut Theologiae penitus inſcius, ſicut nec la-

xans morum habenas quamvis doctiffimus eſt eligendus ad gubernanda vitae arctiffimae. *Magiſter bone,* dicit pedibus Domini ſubjacens adoleſcens, qui ſuae ſalutis cupiditate excitatus rogat quid facturus ut vitam obtineret aeternam, cui Dominus reſponſum aſperum dedit. *Quid me dicis bonum.* Alia opportunitate quidam tentantes accedunt dicentes: *Magiſter ſcimus quia verax es,* & non ſe exhibuit offenſum. Quare ergo ſugillat adoleſcentem humiliter exorantem, & a ſe cum confuſione non abiicit ipſum tentantem? Ratio eſt, quoniam adoleſcens Magiſtrum appellat, & ut ipſum commendaret, *bonum,* aſſumat, ideo docuit objurgans: *quid me dicis bonum?* Munus magiſtri eſt ex ſapientia, & veritate, quae dotes ſunt intellectus, ſumendum, & menſurandum, neque ad id conducere ſanctitatem, quae ſpectat ad voluntatem, qui vero acceſſerunt tentantes, Magiſtri non errarunt encomia: *Magiſter ſcimus quia verax es,* quia ex veritate, quae conſtruit perfectum Magiſtrum laudaverunt; quali diceret Chriſtus; tu me vocas Magiſtrum, quia bonus, ſum equidem magiſter, & bonus, ſed bonitas efficit ſanctum, & veritas ſola Magiſtrum. His principis attendere oportet, ut in electione Miniſtrorum non errent, & digniſſimis conferant digonitates, nulli negotium ut peragat miniſterium committant, niſi ponderata & iterum atque iterum menſurata electi capacitate, & virtute, hoc praeter alia vulgi cohibet amariffimas querimonias, immo & prudentium querelas.

Hinc oritur prius in munere inferiori experiendum miniſtrum, ut ſupremum conſcendat. Eligit Chriſtus Dominus primos miniſtros dicens: *Faciam vos fieri piſcatores hominum.* Sed ſi Principes erant hominum conſtituendi. *Conſtituet eos Principes ſuper omnem terram.* Quare ſolum ad piſcatores aſſumit? Quoniam muneribus proportionavit Chriſtus talenta, piſcatores piſcium unicum fecit accendere gradum nempe fieri hominum piſcatores,

tores, postquam autem experimento probavit fecisse huic muneri satis, ad supremum fecit conscendere, non aliter enim ad principatum fecit volare nisi postquam in piscandis hominibus sic puros & fideles invenit, ut non solum non auxerint propriam substantiam, sed reliquerint omnia. *Et ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.*

*Ministeria juxta virtutem, & talenta collata non excitant in alijs querelas.*

Invitavit Dominus vineæ cultores, & antequam eos in opus misisset ut laborarent, decrevit constituere mercedem. *Conventionione autem facta cum operarijs ex denario diurno, misit eos in vineam suam.* Omnibus procurator exolvit mercedem, & tamen amarissimas emittunt operarij querelas, & turpissimam detractionem. *Et accipientes murmurabant adversus Patrem familias.* In parabola regis distribuit servis Princeps talenta, alijs quinque, duo alteri, & uni unum, & tamen nullus adversus regem murmurat, vel inæqualitatem conqueritur, sed æquales reddidit grates, qui pauciora recepit talenta. Quare operarij, quibus nil est defraudatum mercedis detrahunt patrifamilias, & servi regi gratificantur, qui inæqualiter distribuit talenta? Ratio est, quoniam Princeps juxta cujusque capacitatem servis largitur talenta: *Unicuique secundum propriam virtutem.* Mensuravit virtuti talenta, & munera singulorum proportionavit capacitati, ideo qui duo recipit, non invidet cui data sunt quinque, nec queritur regem, quia quinque talenta consideravit alijs concedi, qui capacitatem obtinuit ut quinque, operarij autem vident æqualiter remuneratos, qui inæqualiter laborarunt, ideo detrahunt Patrifamilias, quasi inæqualibus meritis fuerit injusta retributio præmiorum æqualis, quamvis Princeps industriam occupationi, & ministerio promoveat non cohibebit & quidem prudentium querelas, optimum eligat non dico sanctiorem, sed qui perpensis ministerij rationibus fuerit bono publico magis conveniens, qui namque virtute fuerit sanctissimus, si indoctissimus sit, non eligatur ad prælatiam, qui peritissimus sit, etiam si non æque vitæ staret integritate, caritatem, & magi-

sterio adstringatur. Qui benemeritus de republica fuerit, remunerationem accipiat, sed non detur ministerium in præmium, cui reputatur ineptus, divitijs remugeret Princeps, sed ministerio indignum non præferat aptiori, & digniori, illiteratus enim qui deservit Reipublicæ, vel ejus antecessores, mercedem locupletatus accipiat, sed rogam à dignioribus non eripiat, homines non tam queruntur alijs postponi divitijs, quam non præferri præmijs honoris.

Præ cæteris filijs Jacob amavit Joseph, & in signum dilectionis majoris tunica polymita condecoravit. *Fecitque ei tunicam polymitam.* Hæc autem tunica fuit fratribus seminarium doloris odium adversus fratrem innocentem incendens; *Quod videntes fratres ejus oderant eum.* Jacob specialis favor, quo Patriarcha prosequabatur Josephum, tunica quam induit solus fratribus alijs negata intra fornacem cordis flammam excitavit ultionis. Post temporum nonnulla curricula elapsa solium Ægyptij regiminis scandens Joseph, & à fratribus adoratus non tam vindictæ, quam signa dilectionis ostendens munera inter illos distribuit, donavit quinque tunicas Benjamin, cæteris autem duas: *Singulis quoque proferri jussit binas stolas, Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis.* Et tamen nullus verbum aliquod mullitavit, aut proferri sibi Benjamin conqueruntur. Quare ergo tunica Iosepho donata tot in fratribus excitavit querelas, & tres stolas, quibus Iosepho fratres Benjamin postposuit, non concitarunt odia, vel querimonias contra fratrem minimum natu? Quare ob tres tunicas Benjamin donatas nullus irascitur fratrum, & ob polymitam delatam Iosepho furor, & malevolentia excandescunt? Ratio est, quoniam stola Benjamin donatæ ejusdem fuerant qualitatis cum fratrum stolis sola numeri differentia, stolas Benjamin erant plures, sed non erant tunicis fratrum meliores, Iosepho autem tunica polymita donata erat auctoritatis super fratres præminentiam ostendens,

<sup>17</sup>  
*Homines non tam queruntur alijs postponi divitijs, quam non præferri præmijs bonis.*

dens, Joseph miniano fratrum quinque donans stolas ditiores fratribus fecit, sed non superiorem; Jacob polymitam vestem induens Josephum, pra fratribus honoravit, Joseph datis quinque vestibus Benjaminino, & ceteris binas in numero discriminavit dumtaxat; Jacob veste polymita donata Joseph disparem fecit auctoritate, Joseph Benjaminino vestem donavit tunicis fratrum similem qualitate; Jacob dedit Iosepho togam, illumque constituit togatum ut inquit Rupertus. *Fecit tunicam polymitam, idest varietate distinctam, usque ad talos pertingentem*, ideo stola Jacob concessa Iosepho, odia in fratribus excitavit, & tunicam Benjaminino donatae vindictam non concitarunt, quippe qui meritis superant non tam sentiant alios sibi praeferti divitijs, quam se postponi praemijs auctoritatis; Sed quas querelas non mitterent meritis, & dotibus praecellentes brevi pallio induti, cum togam in ijs viderent, qui nullam rerum peritiam haberent solum nitentes gratia, & favore optimatum? Quid optimi non latrarent in eminentibus sed brutis regni spectantes, quos considerant postremos intelligentia, & quibus nec ulla ardet virtutis scintilla, cum ipsi confideant in infimis? ijs; quos amant Principes donent mercedem, sed non conferant Ministeria, conducenda offerant vestigalia, non praefecturas gerendas; togis indigni fungantur divitijs; si Principi placet, sed non infulis; pressiosus vestibus; sed non togis, liberalitas, & Principis amor gazas pro arbitrio largiantur, sed non nisi dignis sedes jurisdictionis; pignus amoris praestet dilecto, sed non imperantis occupationem.

Princeps pignus amoris praestet dilecto, sed non munus gubernatoris.

*Supra petrus Domini in terra recubuit* Ioannes Evangelista nullo examine praevio. Petrum optavit Dominus exaltate, sed prius scrutatus est intellectum, & voluntatem: *Tu autem quem me esse dicis; Petre nunc me? Quare hoc? Quoniam Petrus erat exaltandus ad tiam, muneris, cuius optima*

electio lucrum commune miscbat, ideo prius de scientia, & amore Petrum interrogavit, si ex ijs namque quavis deficeret qualitas rei sciendus foret veluti muneri ineptus. Ioannem elevabat ad cor, quod solum amoris est, amor autem, ut melliflue discurrebat Divus Bernardus nec habet, *quare, nec propter quid*. Niliter dumtaxat libero voluntatis affectu, ideo quia amavit; cor donaverat Iohanni, satis erat fuisse dilectum, *quem diligebat* JESUS. Ut eor Domini dulciter vulneraret, & ad se transferret, veluti dilectionis spolia, ideo non examinavit Ioannem, nec ad donationem cordis quaerit rationes, nec investigavit motiva, si namque praevium esset meritum examinem, non tam esset cor praeda amoris gratis donata, quam corona ex meritis, & iustitia collata. Petrum autem ad praeturae assumptum prius examinavit, quia nisi dotibus gauderet ad Pontificiam tiam in electione divina pateretur repulsam.

Cum ergo amor & non ratio electiones gubernat, est ruina electoris electus; Vitulum construxerunt Hebraei, ut illi ibus immolarent, Deum fabricate voluerant: *Fac nobis Deos*: verum tam longe ab idea prodijt factura, quod brutum apparuit, cum sperarent Deitatem: Vitulum adorantur sacrilega religione sed omnes electores illico in manibus gladij perierunt, Moyses in ore gladij interfecit viginti tria milia Hebraeorum: *Quare Moyses sic in fratres dasevit? Nonne mitissimus inter omnes? Quoniam meritis poenas dederunt Hebraei, Quoniam vitulus ille non rationis fuerat electio, sed vanae concupiscentiae fuerat factura; ideo cum ad Deitatem brutum exaltare voluissent, ipse vitulus ruinam est passus; & electoribus mortem paravit; elevatus ad aras usque ad cineres fuit confectus; & electores in poenam delirij ad interitum pervenerunt. Haec enim sunt damna praeva & caeca electionis.*

Ex Genes. 38 *Thamar duobus fratribus nupsit, quin & Sela promissa.*

Ex Levit. 18. & Deuteron. *prohibetur relevari turpitudinem uxoris fratris sui.*

1. **I**N Deut. cap. 25. habetur fratrem fratris absque liberis defuncti uxorem ducere debere, & semen fratri suo suscitare, ut familia, & nomen conseruetur, ne facultates in alienas manus deveniant. Sin autem noluerit illam accipere in uxorem à muliere coram maioribus natu, & senioribus accusandum esse, calcamentum illi de pede tollendum, ut quibus pacto fundorum fratrorum redimendorum jus amiserit: in faciem illi à muliere spuendum, & dicendum: sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.

testibus conspici possit, & ait, *sic fiet homini qui non ædificat domum fratris sui.* Tum iudices & circumstantes corona clamant, *Chaluz hanual: eductus est calcæus, & ita ab invicem separantur.*

Gravis in Talmude exsurgit questio (rogo tenere risum) si ejusmodi mulier dextra careret, qui calcæum solveret? quidam hoc casu dentibus uti concesserunt.

Si levir hanc ignominiam subire nolit, & vidua libens ad secundas nuptias convolaret, oportet illam sæpius leviro suo grandem pecuniam pendere, ut separationem hanc permittat. Quum levir in qua piam aliam alia civitate habitat, mulieri levir adeundus est, & de matrimonio interpellandus. Dandus etiam viduæ ejusmodi à leviro separationis, *libellus eductionis calcæi*, ut testimonium ejus rei habeat, & libere alij nubere possit. Formulam hujus libelli, qui avert legere, iterum Maimonidem consulat, in lib. lad. p. 2. in ritibus *Libellum Chaluzab* cap. 4.

Ex hoc more Sadducæi Christum interrogarunt, si septem fratres deinceps unam eandemque uxorem duxerint, in resurrectione cujus ex septem erit uxor? Unde videmus hinc, temporis adhuc fratrem fratrem duxisse.

\*\*\*

### §. I.

*Explicatur quot modis accipiatur calcæus esse nudatum.*

Verum sequentibus temporibus (inquit Buxtorfius in sua Synagoga) majoris honestatis, & verecundia gratia, decreverunt Rabbinii neminem amplius fratris mortui uxorem ducturum, sed separationem per calcæi extractionem, quæ ideo *Chaluz* dicitur, faciendam esse. Ita tota res transigitur. Mulier gravissimos testes quinque, & qui in neutram partem moveantur, ad summum Rabbinum convocabat, illucque etiam leviro suo diem dicit: hic Rabbinus interrogabat: An jam tres menses sint ipsi, à quo maritus ejus obiit? an ille fratrem cœlibem superstitem reliquerit? an qui adest frater sit germanus, & eodem prognatus patre? Item quot annos uterque natus sit? an liberis suscipiendis idonei sint, & mortuo fratri semen, & hæredem suscitare possint? postremo, an mulier adhuc jejuna sit? nam à cibo non licet in leviri faciem spueri. Virum postea interrogat: An mulier, quæ adest, fratris ejus uxor fuerit? num illam ducere velit, vel per calcæi extractionem ab illa separari, illo ducere recusante? Sic modo miseri observant Judæi affertur illi calcæus (auriculis, ligulis, fibulis peculiari modo compactus) hunc dextro pede nudo induit, & parieti acclivem mulier accedit, & ait, *hic meum levir fratri suo semen suscitare non vult, ideo non amplius levir meus appellabitur.* Deinde se inclinat, calcæum dextra manu solvit, & educit, in faciem illi tam vehementer spuit, ut spatium à quinque

**I**N primis factorum religio non abs re nudos pedes exigit, ut sic puritas animi terreni affectibus ex uti demonstratur. Vnde præceptum Domini ad Moysen, & Angeli ad Josuë *solve calcamentum de pedibus tuis, locus enim quo stas, terra sancta est.* Hunc ritum à Mose mutuari gentiles observat Justinus in quibusdam sacris, si quando Deorum statua per plateas, & vicos circumferentur, discalceatis, & nudis pedibus eas comitabantur. Prudentius

*Nudare plantas ane Carpentium scio.  
- Proceres togatos matris Idea sacris.*

Ita Matronæ Romanæ, ubi vota Deæ Vestæ concipienda, ejus ædes nudis pedibus adibant (inquit Ovid. libro 6. fast.) sic etiam bello Gallico, virginis ex sacerdotio vestæ, nudo pede fugientia sacra comitabantur, ait Florus. Idem passim observatum apud Romanos, quotiescumque stupente Cælo, & arente solo, pluvix publicis supplicationibus à Diis exposcebantur. Tertul. apolog. ca. 40. libro de jejun. ca. 6. ¶ Cum stupet Cælum, & aret annus nudipedalia denuntiantur. ¶ Ducta, ut credere par est, imitatione à sacris nudipedalibus, quæ quidem peragebant nudis pedibus sacco induti, & in pulvere volutati. Unde Joseph lib. 2. de bello Judæi. scribit. Berenicem Reginam, ut Deo vota solveret pro salute, Hierosolymas venisse, & pro more patrio hostiis cæsis, capillisque derasis, nudipedem ante tribunal stetit. Sicque ab Eusebio mandatum memorix est, apud Lacedæmonios sacra nudipedalia, primum orta cum Romæ regnaret Tullus Hostilius.

Hinc nudis etiam pedibus in solemnibus supplicationibus veteres Christianos processisse plerique testantur, Glicas, Theodosium juniorem, & Proclum Patriarcham Constantinopolitanum, discalceatos processisse tradit in processionibus, quæ Constantinopoli sunt institutæ, cum civitas gravi, & diuturno terræ motu conquateretur. Et concilium Moguntinum Christianis ita discalceatis procedendum significat his verbis. Placuit nobis, ut litanja major observanda sit à cunctis Christianis tribus diebus, sicut legendo reperimus, & sancti Patres nostri instituerunt, non equitando nec pretiosis vestibus induti, sed discalceati, cinereque & cilicio induti, nisi infirmitas impederit. ¶ Videatur etiam Tertul. lib. de pallio c. 3.

Quemadmodum vero religionis sic superstitionis ritibus obeundis, calceos positos observavit Sueton. in August. ¶ Reliquias legerunt primoris equestris ordinis tunicati, & discincti, pedibusque nudis, ac in Mausolæo condiderunt. ¶ Quæ spectant Ezechiel. verba capit. 24. ubi contra morem ju-

ber in funere uxoris. *Luctum non facies corona sua circumligata sit tibi, & calceamenta erant in pedibus suis. Incedebant enim in funebri luctu pedibus discalceatis. In sacris vero magicis, veneficæ unum tantum pedem exuebant. Virg. ubi Magæ habitum describit lib. 4. Ænci. Unum exuta pedem, vinculis in veste recincta, Horat. lib. Sat. 8.*

\*\*\*

## S. II.

*Calcei solutio servandæ fidei quandoque signum, cessionis iuris, & sapissime ignominiosa.*

**A**PUD Arabes calceum sibi detractum in alium jacere, non cessionis, sed potius servatæ, servandæque fidei pignus certissimum est. Cui rei firmandæ facit omnino quod, (referente Lipsio) de Raho quodam Benxamutio, viro inter Arabum duces insigni. Hic cum in Marochiensis agro, castra, & de more familiam haberet, contingit, ut irruentibus inopinanter Lusitanorum copiis, uxor ejus cum hominum, pecorumque turba raptim abduceretur, imparem autem cum se Rahu animadverteret, Lusitanis numero militum longe majore superantibus, dolens, mæstusque primum uxorem patiebatur abduci. Sed ecce: cum illa recedens ignaviam ejus exprimeret, irruit in hostes, & uxorem redemit, in illam prius jacto calceamento dicebat; Nec jure mihi aut ignaviæ, aut perfidiæ probrum putes comprehendere, ecce jam tibi meum trado calceum, fidei meæ pignus, sed statim recipiendum, cum te, fugatis hostibus, recepero. Quod nisi per me fiat, ignavum me, perfidum, & infamem habeto.

Sæpius autem nota ignominix fuit calceorum solutio. Apud Romanos, militibus, cum exautorarentur, ut militiæ privilegiis, & honore indigni, inter cætera calcei solebant detrahi. Tertul. militem exautoratum describens lib. de coron. mil. cap. 5. *speculatoriam* (inquit) *morosissimam pedibus absolvit.* Id est caligam militarem deponit. Idem etiam aliquando apud Anglos observatum testatur Valsinganus. Andreas Hercle (inquit) transfuga Anglus antequam

quam suspenderetur, degradatus est, securi amputatis ei ad talos calcariibus, mox distinctus balteo militari, & ablati calceis, & chirotecis, mox tractus, & suspensus, & in quatuor partes divisus. Ita Hebræis tollere calceamentum ignominia erat, & in judicialem infamiam domus ejus, domus discalceati vocari solebat. Signum etiam erat nudipedem incedere apud gentiles, captivitatis & servitutis. Ioven. sat. 7. ubi de Cappadocibus, & Bithynis Romanam venam traductis loquitur, inquit.

*Altera, quos nudos traducit Gallia talo.*

Hæc siquidem nota fuit venalitorum, ut excalceatis, nudisque pedibus essent, iisque creatis, seu gypsis, ut clare innunt Ovid eleg. 3. Tibullus eleg. 312. Propertius eleg. 5. 14. nec non Plinius 135 c. 17. Isai. cap. 10. jubetur tollere calceamenta, & sic incedere ad prædicendum servitutem, & captivitatem populo imminuentem. Unde tollendo calceum leviro, indicabat, esse dignum domo generali, & convicio, servitute, & luctu tantum dignum.

Solvebat denique calceamentum, ut ostenderet se jure suo cedere fundum sive possessionem, quam cum vidua erat aditurus, calcandi, calceamento enim dominium, sive jus in rem aliquam indicatur, cum calceus, ut incedentium usibus intervixit, terram sibi subjectam temper habere soleat. Quo spectat illud Psal. 59. *In idumæam exierunt calceamentum meum.* id est eam mihi subijciam, vel terram idumææ pedibus calcando, ut verum teneo, vel ut sentiunt alij, in urbem calceum projiciendo. Quod licet initio esset receptum, mox invaluisse, ut loco calcei pannum porrigerent inquit Elias Germanus in Tisbi. Quinquarboricus notis in Ruth vocem *nabal* apud Psalmistam chirothecam significare ait. Quidquid sit de hoc, juris cessio significatur in calceo & in calceamento. Unde ingeniosus expressit, quisquis amoris pinxit effigiem sinistra manu calceum gerentem, altera vero titulum hinc *Jus meum alteri trado.* Discalceare ergo præter quam quod levirum dehonestari, etiam cedere jus, quod in possessionem habebat vidua, & dominium in ipsam traditum indicatur.

§. III.

*Traditur expositio legis ex Deuter. cap 25.*

**H**ANC consuetudinem patriarcharum tempore inviolabiliter observatam, quam Deus ratam habuit, & confirmavit suo præcepto tempore Moïsi, sic explicat Abarbanel. ¶ De præcepto hoc observando, non teneri nisi fratres, non pater, non filius, nec alius propinquus ex debito, sicut dicitur *tum habitaverint fratres unâ*, hac de causa Moïsem dicere, *unâ simul*, quod scilicet esse debeant filij viri unius unâ habitantes, unâ hæredes; quales sunt fratres ex patre, non ex matre tantum, quia nomen, & definitio fratrum proprie non dicitur nisi de fratribus ex eodem patre. Secundo necesse esse, ut illi fratres unâ in vita sint, vel tuerint. sicut dicitur *fratres simul*, (scilicet existentes, & viventes) itaque ad fratrem natum demum post mortem fratris sine liberis excedentis non pertinet hoc præceptum: non enim æquum foret fratrem expectare, donec hic adolesceret sicut Noëmi dicit, *Nunquid eos expectabitis, donec adolescent?* Rut 5. si mortuus fuerit filius, aut filia ex alia etiam uxore, tum hoc jus locum non habere, quod dicitur simpliciter, *& filius non fuerit ei* & sic jam non amplius debebitur nomen ejus, ex Israël 4. Quod jus istud pertinuerit æque ad desponsatam ac ad maritaram, quia dicitur, *non erit uxor viri*, puella autem desponsata etiam vocatur uxor viri, juxta illud, *eo quod affixerit uxorem proximi sui*; quod si levir fuerit eunuchus, & ineptus ad generandum, lex hæc non obligabit, quia dicitur *levir eius ingredietur ad eam, & accipiet eam sibi in uxorem.* Unde concluditur eum tantum obligari ad hoc, qui est aptus ad generandum. Quod si mulier fuerit sterilis, & inepta ad concipiendum & liberos gignendos, quoecumque modo, jus leviratus non potest exigere. Finis enim hujus rei fuit generatio liberorum, quia dicitur, *& erit primogenitus, quem pariet.* Quod liberum fuerit, & arbitrio leviri, non fratris eam ducere, aut calcei aduisti sibi se submittere, quia dicitur,

dicitur, & erit sicut oluerit. v. 8. dicitur. *Et ascendet fratria, vel glos ejus.* Explicat etiam ritum extinctionis calcei, & ejusmodi, quod item non sanguinem, sed sputum clarum debuerit expuere in ejus faciem, quia dicitur, *& sputet in faciem ejus.* Quod si levir fuerit cæcus, aut pedem non habeat, adeum hoc jus non pertinet, quia dicitur *& exuet calceum de pede ipsius.*

¶ Quidquid sit de ejusmodi intelligentia Abarbanelis, quam dedimus, nos pro nunc reliquimus ad caput 25. Deut. & ad Ruth cap. 4.

## S. IV.

## Conciliatur antilogia.

5. **Q**UITTIMUS quæ aliqui contra Scripturam apud Buxtorfium lib. de sponsasserunt. Deut. 25. scilicet nomine fratris, non intelligendum fratres germanos, sed patruels, aliosve consanguineos, quorum conjugium non esset incestuosum cum fratrum

Ex Genes. 38. *Dixitque Judas. Producite cam ut comburatur.*

uxoribus viduis. Expresse illam expositionem respuit historia Ruth capite 5. vers. 2.

Legem Deuter. inquit Rabbini & ante Mosem quemlibet observatum morem in fratre sine liberis mortuo vim habuisse, vivente autem fratre, licet uxorem repudiaverit forsan, vel cum liberis mortuo nefas erat ejus ducere uxorem. Hinc Jonathan Levit. 18. v. 14. *Nuditatem fratris tui non retegat* explicat vivente fratre tuo, vel post ejus mortem, si liberos reliquerit. Ex vi hujus legis Joannes Herodem reprehendit ducentem Herodiadem uxorem Philippi fratris sui adhuc viventis. Cajetanus inquit: quod modica læsio honoris fratris mortui consistens in hoc, quod uxor ejus una cum ipso caro facta cognoscatur à fratre, vincitur à majori bono, & à beneficio in ipsum, vices namque illius gerere suscitando fratris semen, & nomen, beneficium erat. Nec opponuntur leges, quia ducere uxorem fratris, solum in unico eventu licebat, cum frater fratri suo officium præstabat.

*Ibidem instior me est. Et vers. 14. Mutato habitu sedit in bivio itineris, quasi meretrices essent permittæ. Nec simplex copula pœna speciali esset digna.*

## S. I.

*Simplicem concubitus contra Rabbinos nunquam licuisse demonstratur ex ipsorum Rabbimorum scriptis.*

6. **R**ENE omnes Rabbini à culpa Thamaris concubitus liberant. Audite Maimonidem. ¶ Ante legem datam occurrente in publico viro femina, si ita ex pacto convenirent, mercede data concubuit is cum ea, atque abiit, hæc autem dicta est meretrix, sive quæ pro libito sine nuptiis corporis sui copiam faceret. ¶ Eadem dicit in More Mevochim, p. 3. c. 49. Super illa Genes. 38. v. 23. *Accipiat sibi ne forte simus in contemptum* (licinquit) ¶ Quorum verborum declaratio est: quod coitus cum scorto ante datam legem fuerit, sicut coitus hominis cum uxore sua, hoc est, quod fuerit opus licitum.

Neque illud homo ullo pacto fugerit, & quod merces, quæ meretrici dabatur, fuerit sicut dos, quæ hodie datur uxori, cum dimittitur, ad cujus solutionem vir est obligatus. Quod autem, ait, *accipiat sibi, ne forte simus in contemptum*, docet nos de actionibus & negotiis copulationis carnalis etiam licitæ non posse loqui sine pudore, & conveniens esse, ut illam etiam cum facultatum nostrarum dispendio reticemus, & occultemus, sicut Judam hic fecisse videmus. Unde feminam, cui potestas erat sui, à nuptiis omnino solutam licite posse se tradidisse, seu cuivis locasse, ut pro breviusculo ejusmodi amplexum momento pignus aliquod recipiant, tradunt plures, nec huiusmodi locationem magis illicitam, quam mancipij quamlibet locationem. ¶ Alia adducit in huiusmodi confirmationem ex generis humani propagandi divino præcepto in Halach Hboth cap. 15. Maimonides. Et Rabbi Eliezer.

Eliezer in Guem Bab ad tit. Iabimoth capit. 6.

Imprimis huiusmodi concubitus non licuisse ante legem Scriptam, ex ipso, quo fundatur, principio convincitur. Etenim habenas laxare libidinis potius officit, quam propagationi proficiat. Accipe Salomonem iarchium ad Job 24. referentem Lamechi duas uxores. ¶ Ad hunc modum (inquit) se habuit mos sub diluvij tempora, ut alteram haberent uxorem prolis gratia, alteram vero ad concubitum, ea autem quæ ad concubitum dumtaxat ducebatur, sterilitatis gratia exhaurire solebat poculum, ut sterilis redderetur ornata etiam velut nova nupta latiores comedebat dapes, acerbius autem ac durius tractabatur socia eius seu altera, & lugebat velut vidua, atque hoc est quod intelligitur apud Job 24. Vbi ait *Provit sterilem, quæ non peperit, sed vidua bene non fecit*. ¶ Eadem pene in Bereſith Rabba tradit R. Vriah ex R. Juda bar Simon ibi paraſch. 23. Ex quibus constat non prolis, sed libidinis gratia plures introductas uxores. Quin potius publicæ meretrices raro propagationi deserviunt.

Quamvis autem ante legem publica scorta licuisse gratia propagationis præcepti daremus, (non autem concedimus.) id de hominibus solum non de fœminis verum esse juxta Rabbinicas traditiones. ¶ Præcepto (verba sunt Misnæ ad titul. Iabimoth) fructificandi & multiplicandi tenetur homo, non item fœmina. ¶ Salomon Iarchi explicans illud Genes. c. 2. ubi deficit littera *Vau* in Hebræo, seu pluralis numeri nota. Sic inquit. ¶ Deficit ibi *Vau* tum ut inde discas matculo subijciendam esse fœminam, ne extra limites suos vageretur. Tum ut ibidem discas, viro, cui proprium est subijciendi munus, imponi propagationis præceptum, non fœminæ, perinde ac si accepta fœmina virum dictum esset, jubeo: ut fructificetis, & impleatis terram, ita ut verba pluralia, *creſcite, & multiplicamini*, ideo adhiberentur, quoniam ad utrumque sexum præceptum, quæ præceptum, attingat, ideoque virum, qui quantum in se esset non obtemperaret, reum, non sic fœminam.

¶ Et quidem ipse sibi Maimonides est contrarius. Ita namque Deus aman-

tissimus fuit in suo populo pudicitia, ut omnes mixtiones venereas interdixerit propter hominem. ¶ Omnis itaque generis concubitum illicitorum prohibitio facta est (inquit in More Nebochin p. 3. c. 49.) ut libido hominis diminuatur, veneris castra fugiantur, nec nisi moderate, & parce utamur illa. ¶ Comprobat ipse in circumcissione. ¶ Porro circumcisio etiam (inquit) meo iudicio propter hanc rationem instituta est: ut libido hominum diminuatur, & membrum hoc, quantum fieri potest, ad actum istum debilitetur. ¶ Et inferius ¶ Præceptum namque illud non est datum ad suppleendum defectum creationis, sed ad corrigendum defectum morum. Damnum enim illud, quod membro isti inferitur, est illud ipsum, quod intenditur, quo nulla actio corrumpitur, in quo essentia viri consistit, neque etiam facultas generandi admittitur, sed superfluum tantum appetitus coeundi dimittitur. Quod autem circumcisio virtutem intensivam membri, illiusque voluptatem debilitet, id extra omnem dubitationem est. Nam cum membrum illud ita in ipsa nativitate sanguinem suum effundit, tegumentumque amittit, sine omni dubio exinde debilitatur. Hinc dixerunt sapientes nostri mulierem cum viro incircumciso matrimonio junctam, difficulter ab ipso posse abstrahi, atque hæc est principalis ratio meo iudicio in circumcissione. Quis autem alius, quam Abraham pater noster opus hoc incepit: de quo notum est, quantum peccatum peritimerit (hoc est quam pius, sanctus, castus fuerit) sicuti sapientes nostri commemorant, super illud, quod ait *Eccc nunc novi, quod mulier palchra aspectu sis* (ex hoc enim colligunt, Abrahamum tum primum cognovisse suam uxorem, Rabbini) Hæc ille. Ex quibus colligitur clare castitatis à Deo tam amantissimo in suo populo per totam nos ante legem scriptam non fuisse libidinis relaxatas habenas, sed solum cum uxoribus & concubinis (de quibus longè ac de meretricibus diversum est jus, ut inferius dicemus) permissum esse concubitum.

## S. II.

*Prohibita scorta post legem scriptam, Deum amantiſſimum fuiſſe caſtitatis, plura præcepta & varij loci Scripturæ explicantur.*

7.

**A**LIJ autem concubitum eum in innupta nulla lege prohibutum cenſent, ſed ſolum ex inſtitutis majorum, ideo corpore ipſo Talmudico legitur: interdictum Hebræis à conſiſtorio Aſmonæorum coitum clandestinum gentilis ſœminæ, ac proinde verberum pœna reum luendum. Hinc Moſes Corzenſis præcepto affirmativo 122. ¶ Ante conſiſtorij Haſmonæorum tempus (inquit) ethnica coitus clandestinus licitus erat. ¶ Exprefſe Deuter. lex erat. *Non erit meretrix de filiabus Iſraël, nec ſcortator de filiis Iſraël, non offeres mercedem proſtubuli, nam pretium carnis in domo Domini Dei.* Quam ita exponit Maimonides, ¶ Ideo prohibita (inquit) publica ſcorta, ut hoc pacto libido, & læcivia cohibeatur, nam per varietatem proſtubulorum illorum, non parum augetur libido hominis, nunquam enim tam vehementer accenditur homo erga corpus illud, cui eſt aſſuetus, ſicut accenditur erga corpora nova formis, & proprietatibus discrepantia.

¶ Huiusmodi ſcorta voluiſſe Deum populo prohibere ſolido fundamento præſumitur. Scopus namque præceptorum fere omnium eo tendunt, ut ſenſum tactus, qui ut inquit Ariſt. nobis opprobrio & delubro eſt, moderentur, inſtolidi namque homines voluptatem ſuam tanquam ſummum bonum & ultimum finem ſibi voluptatem proponunt. Huic ergo peſti maturo conſilio mederi Dominus volens, præcepta dedit, quæ cogitationes noſtras componerent. Inde Deuter. 22. præcipitur mulierem viri veſtem nunquam induere, quia ſcilicet actio iſta excitat concupiſcentiam, & ſcortationi occaſionem præbet, Eadem ratione Levit. 20. beſtia cum qua homo aliquis rem habuit, interficiebatur, ut videlicet dominus beſtiæ ea cura & diligentia illam cuſtodiat, qua reliquos ſuos domeſticos, neque facile eam ex oculis ſuis elabi ſinat. Hinc Levit. 19. Inſitio

arboris unius in aliam prohibetur, quia juxta ſententias, quas Zabij idololatræ reliquerunt, oportere dicebant, cum una ſpecies in aliam inferitur, ſurculum inferendum, cum manu ſua teneat puella formoſa, quam præternaturali ratione vir quidam corrumpat ipſaque congreſſus hujus tempore plantulam illam arbori inſigat. Hoc uſitatiffimum illis temporibus Maimonides cenſet. Quam exulare à populo ſuo ſœdiſſimam turpitudinem Dominus voluit præcepto. ¶ Hæc eadem ratio ſubefſe videtur (inquit Maimonides) in eo, quod Deus prohibeat diverſorum animalium ſpecies inter ſe commiſcere, certum enim eſt non appetere facile individuum ſpeciei unius coire cum individuo ſpeciei alterius, niſi manibus illi fuerit ſuperimpoſitum, ſicuti leviſſimi homines illi faciunt, qui generationem murum adjuvant & præmovent. Lex vero Dei noluit, ut vir aliquis ex Iſraële dignitatem & excellentiam ſuam ad opus iſtiusmodi deprimat, quia magna ineſt ei levitas, & inverecundia, & quia verſatur circa tales res, quæ lex noſtra non vult nominari, multo minus committere & perficere niſi tempore neceſſitatis, at nulla neceſſitas cogit iſta animalia diverſæ ſpeciei copulare. Quinimo nullam aliam ob cauſam prohibita mihi videtur eſſe lege divina diverſarum ſpecierum in quocunque opere conjunctio, quam ut hæc ratione impediatur quominus ſe ſe commiſceant Deuter. 22. Ut exempli gratia quando dicitur. *Non arabis bove & aſino ſimul,* nam ſi ita conjungerentur, contingere poſſet, ut quandoque unum commiſceretur cum altero. Probatio autem hujus rei eſt hæc, quod hoc judicium, præter bovem & aſinum quaſlibet alias duas ſpecies comprehendat, ſed loquuta eſt Scriptura de præſenti, eo quod illarum in quotidianis negotiis major ſit uſus, quod ſint frequentiores.

¶ Maimonides proſequitur eadem in More Nebochim. Inhoneſtatem (inquit) intendit Dominus vitare ira, ut etiam ipſius cogitationes prohibeantur tanquam ipſam tranſgreſſionem excedentes. Homo enim cum peccat hoc peccato intellige) peccat tantum (ex parte accidentium materiam conſequentium, id eſt per ſenſualitatem

licitatem suam, & ratione tactus in venerem inclinantis, quæ omnia ratione materiz homini competunt, cogitatio autem proprietas est à forma ut rationali pendens, ideo cum homo de hoc peccato cogitat, peccat contra præstantissimam partem duarum illarum ex quibus constat, non tam graviter peccat is, qui servum sibi reddit hominem stultum, & imperitum, atque is, qui mancipium sibi facit hominem ingenuum & liberalem, quia forma humana, ejusque proprietates, atque potentiz ad res ei convenientes sunt adhibendæ, ad res nempe excellentes atque sublimes, viles autem & sordidæ sunt fugiendæ.

Rabbini, qui licitum lege scripta censent scortum sic explicant Deut. legem. *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel, non offeres mercedem prostituta, nec pretium canis in domo Domini Dei.* Ibi solum turpitudines illas vitari, quæ in honorem Deorum gentilium exerceri mos erat, non vero publica scorta in Hebræo namque pro scortatione vox successit *Kadesh*, quod maculum scortum plerique vertunt. Ex Septuaginta interpretibus sic vertit Flaminius *Non erit ferens teletas de filiabus Israel, & non erit initiatus de filiis Israel.* Unde ne ad imitationem gentilium mos aliquis apud Israël subreperet & Hebræos, prohibetur, ne quemadmodum apud illos mulieres idolis ad quæstum meretricium cõsecratæ erant in honorem Veneris Deæ, cui viros admittentes initiabantur, sic similis initiatio in veri Dei honorem permitteretur. ¶ Omnibus mulieribus indigenis (inquit Herodotus l. 5 de Babiloniis) commune est semel in vita ad Veneris templum desiderantibus cum viris consuetudinem habere, cum semel illic confederint, nõ prius domum regrediuntur, quam hospitum aliquis pecuniam mulieri in sinu injecerit, & cum eadem à fano scorsum abducta rem habuerit. Hospitem autẽ illum, qui pecuniam obtulit, dicere oportet, *Tanti ego tibi Deam Mylittam imploro.* Mylittam enim Assyrii Venerẽ appellant. At vero pecuniam illam, quantumcumq; sit, non est fas rejicere, siquidem in sacrum convertitur usum, neque mulieri etiam permittitur hospitem aliquem repudiare, sed quicumque is est, qui pecuniam objecerit pri-

mum hunc illa sequitur citra delectum. ¶ Simile de Phænicibus scribit Aug. de civitate Dei lib. 4. c. 10 Tres (inquit) Veneres, una Virginum, quæ etiam Vesta est, alia Conjugatorum, alia Meretricum, cui etiam Phænicæ donum dabant de prostitutione filiarum, anicia quam eas jungerent viris.

Non solum autem mulieres, sed macula etiam scorta in idolorum honorem se prostituere, constat ex 4. Reg. 23 ubi de Josia dicitur. *Destruxit quoque edículas effeminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domiculas luct.* Hos appellat initiatos Montanus, quod scilicet impurissimi homunciones ibi prostituri essent, & quasi consecrati idolorum honori, avertæ servientes libidini, quo domus ex scortis erant cõfectæ, quas mulieres texebant. Ex quibus obiter licet, Barne difficili loco aperitur lux cap. 6. *Mulieres autem circumdant, inquit, funibus, in viis sedent succidentem ossa olivarum, cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo transeunte dormit cum eo proxima sua exprobat, quod ea non sit digna habitare sicut ipsa, neque funis eius disruptus sit.* Intelligitur locus iste, de iis, quas diximus, veneri consecratis. In signum namque talis initiationis, funiculo vel vinculo corpus vinciebant, quo soluto illis abutebantur amasi. Et quia magnum dedecus, si à transeuntibus negligerentur, sunt arbitrata, ideo magicis carminibus adhibitis allicere nitebantur, ossa olivarum comburentes, quibusdam additis verbis, quibus rogabant, sic ignem amoris amasios suos incedere, sicut ossa illa flagrabant. Neque novum mulieribus ad huiusmodi artes confugere, ut amatores ad se pelliceant. Id autem à Mose nomine canis intelligi, illam scilicet impudentem libidinem, quæ in propatulo fieret, censent. Inde namque Cynicos appellant philosophos, ob caninam hæc impudentiam, quoniam sentent, cum uxore congrui palam nullum debere pudere, canis enim pro impudentiz symbolo solet expingi. Unde pretium canis, id intelligunt; quod prostanti scorto in genulum sacris initiationibus, datur. Ex quibus inferunt Deuteron. lege non prohiberi foeminarum scorta, si alia maculæ circumstantia non videntur.

Verum quantumvis Deuter. legis  
P p genui

Venerem  
apud Assy-  
rii appel-  
latur My-  
litta.

genuina videatur, quam tradidimus, expositio, firmissime tenet, meretrices ibi prohiberi, quæ publicæ prostitutioni essent deditæ, nullo habito ad regionem seu initiationem respectu, nec de masculis intelligendam scortis. Tum quia diversis legibus meretrices mulieres, atque mascula sunt scorta prohibita, expresse Levitic. 18. vers. 21. *Cum masculo non commiscearis coitu famenco quia abominatio.* En ubi clare scorta mascula prohibet. Cap. 20. *Ne prostituas filiam tuam,* meretrices femineas intelligit. Tum, quia mulieres initiari in honorem Deorum apud Assyrios fuit mos, cum quibus tunc apud Hebræos nullum erat commercium, neque ab illis, cum data fuit lex, bibere pestilens illud possent venenum. Deus autem suis præceptis à populo suo exulare præcavit gentilicos mores, quos sumperant ab Ægyptiis. Prohibere namque, quæ nondum noverat populus, ansam esset præbere, ut committeret illa, in ea namque superstitionis genera, & idololatriæ lapsus solum non est quæ vel non cognoverat, vel quorum fuerat oblitus.

\*\*\*

### §. III.

*Proponuntur fundamenta eorum, qui licuisse meretrices lege jam data, arbitrantur. Explicatur locus Iudic. 9. & Levitic. 21.*

**M**ERETRICES non esse lege prohibitas, probant exemplo Iephte, qui filius fuit meretricis, & tamen interdictam injuste hæreditatem Sacra pagina innuit. Sunt ejus verba, quæ ipse injuriæ memor loquutus est. *Non ne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei?* Levit. 21. Ne sacerdos uxorem eligat meretricem caveretur. Quæ omnia, in populo fuisse, si non publica, clandestina tamen scorta, indicant, & solum ex majorum institutis legitimis de causis vetita.

Imprimis in illud Iudic. 9. de Iephte, Josephus nomine meretricis extraneam feminam intelligit, & Iephte cum non esset ex eadem matre natus sed materno genere peregrinus, quod

pater ardens amore eis superinduxerat, eiciebant, ac ob imbecillitatem despiciebant. Suidus Bætricides sic de Iephte. ¶ Et fuit filius mulieris Saracenæ, unde antea ejecerunt eum fratres sui, & aspernabantur eum, nec ad hæreditatem admittebant. ¶ Qui Israëlitarum sunt in Hebræo, *Arabes* dicuntur Onkelo & Pseudozielidi, atque in Targum Hierosolymitano *Saraceni*. Si autem extranea fuit Iephte natus ex jure optimo quidquid reclamet Josephus, ab hæreditate pulsus. Quoniam omnimodo alienarum feminarum concubitum gens etiam in libidinem projectissima illicitum habuit. Tacitus hist. 5. de Judæis. ¶ Adversus omnes alios hostile odium, separati epulis, discreti cubilibus, projectissima ad libidinem gens alienarum concubitu abstinent, inter se nihil illicitum, &c. *Aliena* ibi pro exteris non pro aliis nuptis manifeste sumenda.

Ad illud Levit. 21. inquit Seldenus lib. 2. de succ. c. 2. quod ex Hebræis Zona seu scortum memoratum in lege, femina, quæcunque non est ex Israëlitis intelligitur aut Israëlita, quacum concubuit vir, cujus nuptiæ, ei, interdicto omnium communi, interdicuntur, aut quacum concubuit proavus, etiam cujus nuptiæ ei essent permittæ, unde extera qualiscumque etiam profelyta & libertina scortum est. Omnes etiam Israëlitarum, quæ coitu aliquo nomine turpitudinis seu incestus inquinarentur, scorta appellari solent. Illa etiam, quæ cum eorum aliquo rem haberent, quorum nuptiæ Israëlitis veterantur, veluti cum manere, Ammonita, Moabitæ etiam profelyto facto, & aliis Deut. 23. prohibitis. Illud namque quod legitur. Non intrabit in cœtum, seu congregationem Domini, univ ersaliter omnes Rabbini recipiunt, pro eo, quod est, non ducat Israëlitem in uxorem, seu inter illos & Israëlitem non sint conjugia. Unde puella Israëlita trima præter diem unicum, aut majoris ætatis ex captivitate gentium redempta pro scorto habebatur, filiusque ex ea à sacerdote susceptus, habebatur profanus, quia post triennij ætatem, (qua viri potentem puellam semper existimabant) de gentilis alicujus, apud quem captiva servabatur, coitu præsumebatur, unde fiebat scortum, nisi testibus ab hac purgare

purgaretur labe. Sic Moses Maimonides Halachoth Issuri Bia cap. 18. ¶ Captiva redempta ( inquit ) quæ fuerit trium annorum præter diem unicum , aut majoris ætatis sacerdoti interdicebatur , quoniam dubium erat scortum , scilicet in dubio erat , utrum cum ea gentilis rem habuisset , cæterum si testem haberet , gentilem minime secum concubuisse , tunc generi sacerdotali uxor erat sacerdotis idonea. ¶ Hæc ille. Omnes relatæ foeminae sacerdoti prohibita , scorta habentur. Unde non intelligitur ibi meretrix in rigore. Foemina namque , quæ quovicumque sine discrimine rem haberet , si constaret nullum præter Israëlitas illacum coire , neque manzerem scilicet , neque proelytum , vel liberinum , illam unquam cognovisse , à conjugio sacerdotis arcenda non erat. Sic sentit Maimonides Hal Issuri Bia capite decimo octavo. Non ergo ex eo , quod Sacro textu meretrices nominatæ sint , inferitur licita fuisse prostibula publica , licet permissa. Aliud enim est meretrices in populo esse , aliud libere scortandi facultatem illis fuisse tributam , plures fuerunt meretrices in populo , sed nunquam liberae à pœna. Audite Maimonidem Halach Moth capite quinto. ¶ Post legem datam interdictus est id genus foeminarum usus , secundum id , quod habetur in lege. Non sit meretrix sive quæ pro libito corporis sui copiam faciat ex filiabus Israël. Unde fit ut si quis ut stuprator foeminam compresserit , ubi non intercesserint sponsalia , verberandus sit ex lege , ideo quod cum innupta , qualem diximus , coiverit. ¶

\*\*\*

§. IV.

*Aliorum expositio repellitur.*

**L** I Thamar em adulterij iudicant ream , eo quod futuris nuptiis Selæ sit destinata , imo & ipsi desponsata secundum illam legem , quæ Mosaica , & fuit postea firmata de suscitando semine fratris mortui sine liberis , ad instar scilicet matrimonij per verba de presenti rati sed nondum consummati , sic Lyra Abulensis & Thomas Anglicus.

Verum istam solutionem acriter impugnat Burgenis in addit. ad postillas Lyran cap. 28. Genes. Non videtur ( ait ille ) Thamar commississe adulterium , proprie dictum , neque ob id debuisse tali morte puniri , siquidem multoties , quæ erant alligatae fratribus , sive cognatis mariti sui defuncti , si alij copularentur , licet illicita fecissent , non tamen morte puniebantur secundum legem , alioquin Noëmi non consulisset nurui suæ Ruth : ut remaneret interra Moab , & ibidem cum alio contaheret ut dicitur in lib. Ruth , erat enim ligata ipsi Booz , vel alij cuiquam de cognatione mariti sui. Nec sane fuisset excusata Thamar ab occisione , si fuisset adultera , propter hoc quod non fuerat data in matrimonium Selæ , non enim propterea excusatur mulier ab adulterio , quod vir suus nolit ei reddere debitum. Et quamvis illa fuisset adultera non merebatur igne comburi , sed alia leviori pœna puniri : pœna enim combustionis in solas filias sacerdotum fornicantes , sive adulterantes constituta erat , ut Levit. 25. patet.

Præterea ante legem scriptam , sine concubitu nullum erat conjugium , quod ex illo Genes. 20. constat *Ecce morieris* ( inquit Dominus ad Achimelechum ) *propter mulierem , quam accepisti , nam concubuit cum ea maritus*. Sic Hebræus codex. Ac si diceret legitimam esse Abrahamæ uxorem Saram , quia concubitus præcessisset , sine quo nullum matrimonij vinculum esset , sic Glosa Talmudica ad tit. Sâhed. c. 7. f. 57. Non scriptum est , nam uxor viri est , seu viri alterius foemina , sed verba illa. *Ecce morieris* , pronuntiatur , eo quod maritus concubuerat cum ea , & non ratione sponsalium , aut deductionis in calamum. Unde apud Rabbinos matrimonium illius sæculi , non aliud est quam corporalis maris & foeminae , præeunte in vitæ communionē & lecti societatem consensu , coniunctio. Quin quidam legum conditores , quos Aegyptiorum plures sunt sequuti sine corporum coniunctione nuptias nō videri esse contractas , dixere , ut habetur in Zenonis constitutione lib. 8. cap. de incest. & inutilibus nuptiis. Unde Maimonides Hal Melach c. 9. sic de pro selytis. ¶ Si Noachides concubuerat cum uxore Israëlita , postquam coitus matrimonium sequutus esset , gladio

puniendus erat. Non item si id fecerit antequam maritus cum ipso coiverit. Unde sponsam, quæ nondum in talamum deducta est, fuisse illam, quæ à Christo Domino reprehensa, sed à poena lapidationis libera evasit Joan. 8. refert Seldenus de jure Hebræor. Vide Maim Melach. c. 9.

Dicendum ergo est ad antilogiam, à Juda tamquam à Principe familiæ (erat enim tunc consistorium, quod Sethi appellabant, & hujus caput Judas, de quo Maimon Melach c. 9. & Gue-mar Babyl. ad rit. Sanh cap. 7. fol. 56. R. Simeon Ben Jochai. Vide Seldenum lib. de Synedriis) nurus Thamaris qualitatem poenæ pendere, sive jure, sive pro ejus arbitrio, ipse autem vel infamiæ nota concitatus ad iram talia protulit, quæ postea sedatus redditus, credibilis est vitaturum. Ego autem, *combustus* id est ut frons inureretur, indicare, & Judam mandasse existimo. Signum enim, quo scortum esse cognoscerent omnes, hoc erat. Sic R. le-huda Hachis id apud Baal Haurim ad Genes. 38.

Neque contra superius stabilita, obstar, quod Judas dixit. *Iustior me est.* D. Hieronymus enim sic explicat, non quod iusta fuerit, sed comparatione illius minus male fecerit, nequaquam vaga ad turpitudinem, sed liberos requirendo. Vide D. Aug. lib. 22. contra Faustum c. 62.



## EXPLICATUR

*Gen. 38. in sensu morali.*

### S. I.

*Qui in se defectus non respicit, videt in aliis.*

**I**lvvs Ambr. libr. 2. de Poenit. instruere textum hic, inquit, homines, qui temere judicant alios, propria scelera considerare; Judas enim, cum se justum esse arbitratus, despexit Thamar fornicariam, & vivam comburere præcipere non recusavit, sed memoria sceleris proprii, ita iudicium mutavit, ut ex tunc Thamar se crederet esse justiore. Quotiescumque, inquit, peccatum alicujus lapsi exponitur, compatiar neque super-

be increpem, sed lugeam, & defleam, ne dum alium fleo, me ipsum defleam, dicens: justificata est magis Thamar, quam ego, fortasse adolescentula lapsa sit, occasionibus, quæ delictorum fomites sunt, decepta, ac præcipitata, peccamus, & seniores, repugnat in nobis lex hujus carnis legimentis nostræ, & captivos nos trahit in peccatum, ut faciamus, quod nolimus, illi de ætate suppetit excusatio, mihi jam nulla; illa enim debet discere, nos docere: ergo justificata est magis Thamar, quam ego; incusamus alicujus avaritiam, recordermur, si nihil ipsi avare fecimus; & si fecimus, quoniam radix est malorum avaritia, & jam sub terra, in nostro corpore serpit, dicamus singuli, justificata est magis Thamar, quam ego. Hoc remedium, ut alios nobis sanctiores habeamus.

Priusquam Judas (inquit Seraph.) se credidit innoxium à cognitione ipsius Thamar, ipsam ad mortem, & jure quidem damnavit, postea quando agnovit se cognovisse ipsam Thamar, & consequenter se eandem sententiam subiturum, si iuste procederetur, mutavit. Eadem culpa Judas, & Thamar sunt scædati, quando ream dumtaxat consideravit Thamar, ita culpa gravis apparuit, ut severus non timuerit damnationis proferre sententiam, cum autem crimen vidit esse commune, mitior, factus nurus Thamar justam esse judicavit. Comprobat hanc doctrinam David Psal. 50. Misericordiam lachrymis, & suspiriis à Domino pro culpis imprecabatur. *Dele iniquitatem meam, à peccato meo munda me, quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper.* Unum in singulari confitetur peccatum, unius dumtaxat facit memoriam delicti, cum inter alia duo graviora fuerint delicta, homicidij scelus, & adulterij. *Quare ergo à peccato meo munda me,* pro uno petit tantum misericordiam? præcipue cum paulo inferius voces mutaverit notabiliter, *In iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea, averte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.* Quare ergo multiplicat nunc scelera, cum iam duo, quæ gravissima sunt, unicum visa illi? Dicendum ergo est: verum esse duo fuisse homicidij, & adulterij in David

David gravissima scelera, sed aliter, & aliter uno, & altero tempore vidit, cum primum refert consideravit peccata, ut propria, & sic duo unicum visa sunt, sic unumquemque suus excæcat amor, ut quando peccatum, *meum* appellat, iniquitatemque meam, ut unum; non autem videantur ut duo, verum hæc eadem, quando iniquitatem respicit ut alijs communem, & originatam à prima culpa, non duo sed nimis apparent multiplicata, quoniam veluti aliena, & non respicit ita propria, ideo *in iniquitatibus*, inquit, *conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea*, quando vidit scelera prout aliena, plurima illi sunt visa, quando propria unicum

dumtaxat apparuit; loquitur quidem ut homo, cui cum nil scelera propria videantur, alienæ, etsi imperfectiones dumtaxat apparent gravissima scelera.

*Iustior me est*, iudicis, & superioris munus exercet Iudas, ideo cum scelere conscientiam comperit esse gravatam, non audet contra Thamar proferre sententiam, sicut homines illi, quibus Christus; cum adulteram accusarent; inquit, *qui sine peccato est mittat lapidem*. Nullus enim superior reprehendere audebit, subditumque sugillare nocentem, si scelere eodem se respiciat esse irretitum. Sed de hoc alibi plura.

Ex Genes. 42. *Exploratores estis.*

Ibidem refertur cognovisse illos, unde *mentitum esse videtur.*

**N**on satis erit dicere, peccasse mendacio jocosio, ut sentire videntur Lyra & Tostatus. Si semel namque mentitum fateamur, non facile à peccato pernicioso purgabunt Iosephum, cum ad infamiam fratrum & ejus tendat supplicium, immo & perjurium, ut v. 16.

R. Salomon, Iosephum ambigua loquutione, quam secundum alium sensum fratres capiebant, usum tradit, ipse enim exploratores esse intelligebat, quod exquisivissent tutiorem viam ex Chanaan in Ægyptum cundi emendii tritici causa, ipsi, pro eo qui hostili animo terram alienam speculatur. Verum ista expositio corrumpit immediate sequentibus verbis. *Ut videatis infirmiora terra venistis.*

Divus August. duplicem tradidit expositionem quæst. 145. in Gen. Iose-

phum per jocum loquutum. Mendacia enim (inquit) à mendacibus serio dicuntur non joco. Cum autem quæ non sunt, tanquam joco dicuntur, non reputantur mendacia. Et quæst. 139. Illud *exploratores estis, interpretatur, habemini & vulgo existimabimini*. Sicut 3. Reg. cap. 18. cum dixit Elias. *Qui exaudierit per ignem, ipse sit Deus*, id est habeatur Deus. Thomas Anglicus, potest dici, inquit, quod Ioseph in his & consimilibus non loquitur assertivè, sed solum tentativè, & probativè, ut sub tali modo tentativo occasiones accipiat capiendi eos, & veniendi ad eorum secreta; quasi ad sibi ignota. Talis vero modus loquendi potest aliquando ex rationabili causa assumi à sapiente, & præcipuè à iudice, potissimum autem à viro prophetico, qualis utique Ioseph erat.

Ex Genes. 42. *Per salutem Pharaonis.*

I Deut. 6. *Per nomen Dei jurabis.*

1. **M**aimonides trac Sheboth cap. 11. §. 1. Moses Kotzensis præc. affirm. 128. præceptum affirmativum esse, inquit, ut cuicumque præstandum fuerit in foro juramentum, is juret per nomen Dei. Et nefas est jurare per rem aliam cum nomine Dei, scilicet quisquis associaverit aliquam rem aliam in jurejurando cum nomine Sanctissimi illius & Benedicti, extirpatur è mundo. Neque enim nomen præter solum illum Benedictum habetur nomen quod dignum cui sit, commu-

nicetur gloria seu honos per illud jurandi.

Similem disciplinam Cartaginenses *Forme jurandi varia* receperunt in jurejurando. Polybius Historic. 7. retulit fœderis juramentum; quod præstitere Hannibal, & omnes Punici Senatores Xenophani Philippi regis Macedoniæ legato. ¶ Et coram Jove (inquit) & Iunone, & Apolline & Dæmone Carthagenensium, & Hercule, & Iolao, coram Marte Tritone, Neptuno, coram Dijs expeditionis Comitibus, & Sole & Luna, &

Tellure, &c. *S.* Sanctissimum etiam Romanis habitum est juramentum per Iovem, *Lapidem felicem tenebant juraturi per Jovem, hac verba dicentes, si sciens fallo, tum me Diepiter salva urbe arceque bonis eiciat, uti ego hunc lapidem.* Et simul lapidem manu eiciebant, de quo Polybius Hist. 3. & Plutarchus in Sylla, vide Brillontium Form. lib. 8.

Apud Mahomedanos, juxta versionem latinam Alcorani Retinensis, in Azor 12. pag. 38. legitur *sic Nullus nisi per Deum juret. sin autem injuriam efficit.* Primitivis Christianis per Genium aut fortunam Cæsaris interdictum jurare, ut tradunt Orig. contra Celsum lib. 8. Tertullianus Apolog. c. 32. Cassiodorus var. 8. form. 3.

Verum apud omnes gentes usitatum est creaturas adducere in juramento. Unde si per principem, ejusve Genium, salutem & caput pejerasset, nisi calore quodam, nec ex ledati animi sui sententia id fecisset, periculum corporis, aut majestatis crimen inferri placuit, inquit Alexander Severus l. 2. c. tit. de rebus creditis, & jure jur. de quo etiam Cujacius lib. 2. obser. c. 19.

Apud Mahomedanos obvia sunt juramenta quibus creaturæ inducuntur, neque verba, quæ Retinensis vertit & superius retulimus, in Arabico esse inquit Seldenus lib. 2. de Syned. cap. 11. Quoniam juxta disciplinam eorum tum per Deum tum per creaturas solitum est jurare, Mahomedes ipse, ut Azor 47. per Angelorum ordines per Alcoranum; per Ventos, per Nubes, per æquoris Naves, per Cælum, & per stellas, per Montem Sinai, Librumque lineariter in chartis subtilissimis scriptum, per Domum superne ædificatam. Vide Robertum Retinensem in vers. lat. Alcor. Philippum Guadagnolum Apolog. pro Christ. relig. tract. 2. cap. 4. Ex disciplina ergo Mahomedana, sicut per Deum & per tres creatas licuit jurare. Inde ad Iacobum Consiliarum, cum se occidisse Vlmeum affirmaret, Mahumed. Almabadi Chalifa, qui idem jusserat, inquit. Iura per caput meum, & ita juravit ille. Ita Abugia far Haron Rasijol Giasarem de statu Iahizæ custodiæ traditi respondentem adjurat, *An per vitam meam:* inquit. Cui Giasar. *Non per vitam tuam.*

Apud Iudæos non solum solitum ju-

rare per creaturas, quinimo Phil. lib. de Alleg. impios appellaverit homines, qui se ajunt per Deum jurare. Præstantandum (inquit) juramentum, per patris seu matris sanitatem, & senectutem felicem, si superstites sint, & si mortui fuerint per eorum memoriam: In Guemara Babyl. ad tit. Rosb Ashena cap. 1. fol. 17. *Per vitam Regis*, veluti familiaris formula jurandi occurrit. In Misn. tit. Sanhed. capit. tertio, Guem. Bab. fol. 24. reperitur, Iura mihi per vitam capitistui.

Apud Christianos, postquam Christo nomen dederant Cæsares juramentum instituerunt militare. Per Deum, & Christum & Spiritum Sanctum, & per Majestatem Imperatoris, quæ secundum Deum generi humano diligenda est, & colenda. Sic Veget. de milit. lib. 2. cap. 5. Solemne fuit principibus Christianis juramentum (inquit Seldenus) per vultum S. Lucæ, per pedem Christi, per sanctum hunc vel illum Cum Isabella Henrici Angliæ regis tertij soror Federico Cæsari secundo desponsanda erat, confirmarunt legati (inquit Math. Paris. anno Domini 1235.) matrimonium, in animam Imperatoris interposito juramento, offerentes ei ex parte ipsius Imperatoris annulum sponsalem.

Neque oppositum suadet, quod in Occidente circa annos ab hinc 850. non semel lege vetitum est. *Per vitam, regis, & filiorum ejus jurare Capitul. Carol. & Ludovici III. tit. 42. leg. Longobard. lib. 3. tit. 24.* non inquam obeft. Quoniam interdictum illud non de omnimoda juratione intelligendum, sed de juramento, quod oscitantius, petulantius, levius, morosius, temere in confabulationibus, pollicitationibus seu sermone familiari & vulgari male committi soleret, non quod circa res graviores sive publicas, sive forenses sive privatas etiam pro natura rei varia non adhiberetur, sicut de juramento quolibet etiam per Deum tradidit Augustinus in Epist. ad Gal. c. 5. & Cauf. 22. quæst. cap. 2. De quo vide Dionysium Prusæum orat. 68. sic à Seldeno interpretatur lib. 2. de Syned.

Ex quibus constat ad Antilogiam, & ex ijs, quæ tradidit D. Thomas: Juramentum enim sive per contestationem fuerit, sive per execrationem principaliter refertur ad Deum: Secundario

vero ad jurandum aliquibus utimur creaturis, in quantum in eis aliqua divina veritas explicatur. Ioseph autem, cum per salutem Pharaonis iuravit, sive per modum execrationis, quasi vitam Pharaonis obligaverit Deo, sive

per contestationem, quasi contestando veritatem divinæ justitiæ, cujus executioni principes terræ constituuntur ministri, retulit semper ad Deum, quin in creaturam refundatur reverentia divina Vide Deut. 4. & Gen. 31.

Ex Genes. 45. *Biberuntque & inebriati sunt.*

Paul. ad Ephes. 5. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.*

1. **I**nebriari aliquando pro vino in tantum repleri, ut perturbato cerebro animus in recto rationis usu depravetur, in Sacra pagina ponitur, & sic vitiū est homini detestabile. Sumitur quan-

doque, prout significat largè & copiosè & cum magna animi voluptate bibere, illæsa mentis & sensuum integritate, ut Aggæi 5 & Psal. 25. In hac secunda acceptione ponitur in præfenti.

Ex Genes. 44. *An ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia.*

*Prohibitum est augurari lege natura & scripta.*

2. **D**icendum est hæc à Ioseph dicta per jocum, unde nec illum mentitum, neque augurandi superstitioni deditum, tradit Moies, sic August. quæst. 145. in Genes. Vel dicendum ea Iosephum dixisse ex sententia aliorum, Ægyptij namque prædixisse futura videntes, augurandi scientiæ tribuebant, sicut & alij Ægyptiorum vates. Denique dicendum verbum augurandi non sumi pro ex observatione avium præfagire, sed pro eo quod prædicere & prævidere futura sive per divinum spiritum, sive diabolicum. Ioseph autem primus fuit in prædicendis futuris prophetico afflatus spiritu. Non enim inquit: similem nullum ipsi in augurando per scyphum, sed dumtaxat in augurando. Vide Theodoretum q. 104. in Genes. Rupertum lib. 9. in Gen. Abul. & Cajetan. atque Burgensem hic.

dam verba, quorum hæc est sententia. An ignoratis, quod homo mei similis facile posset per auguria talia scire? Et hoc videtur magis consonum rationi. Fratres enim Iosephi non habebant, unde scire deberent Ioseph esse maximum augurem, sed bene poterant existimare, cum ille tam potens esset, habere posse augures quoscumque vellet, quos de occultis consuleret, præsertim cum in Ægypto multi essent conjectores, & talium artium professores, ut ex multis Scripturæ locis perspici potest. Secundum vero Sanctum Augustinum, & Sanctum Thomam in 2. 2. quæst. 95. Ioseph istud dixit non serio, sed referens ad id, quod vulgus Ægyptiorum opinabatur de ipso, credens Ioseph talium artium esse peritissimum. Sic Burgenfis. Abulensis non timuit Iosephum fictionis insimulare, & mendaciæ damnare. Excusat tamen Ioseph Cajetanus à pernicioso mendacio, quia divinationes tunc temporis infames non erant, sed honorabiles.

Ex Genes. 46. *Inde adducam te revertentem, inquit Deus Jacob.*

Cap. 49. *dicitur quod Jacob moritur, in Ægypto.*

**R**Abbi Salomon de Iacob mortuo Dei promissum intelligit, ejus enim cadaver reportatum est in Chanaan, & juxta Hebron in sepulchro Abraham & Isaac conditum. Sed huic expositioni contradicunt verba Scripturæ, *adducam te revertentem. Reverti enim hominis vivi est.*

Abarbanel. Hoc referendum ad Hebræos, quos post 215. annos Deus ex Ægypto reduxit ad terram Chanaan. Sicut cum dixit Dominus. *Dabo tibi terram hanc, Abraham, Isaac, & Iacob, non in ipsis patriarchis impletum, sed post eorum mortem in posteris. Ita pariter.*

Genes. 46. *Filij Simeon, Ismael, & Jamin & Sobar, & Saül, filius Chananitidis. Sex nominantur.*

**H**eron, in traditionibus Hebraicis, in lib. Par. In libro ( inquit ) Genesi describuntur filij Simeon, hic autem sextus filius tollitur, eo quod nulla progenies de eo processerit, mutantur vero nomina quædam suis rationibus. In Genesi scribitur *Ismael*, quod interpretatur mare Dei, in Par. vocatur *Namael*, idest loquens cum Deo. Alius in Genesi dicitur *Ohad*, quod interpretatur, laudatio. in Par.

Genes. 46. *Duo filij Phares, Hefron, & Hamuel referuntur ingressi in Ægyptum.*

**V**enditus est Joseph, eodem anno quo Judas duxit uxorem, & genuit filios, primum Her, qui 17. annos natus duxit Thamar, anno post conjugium Judæ 18. & initio 19. successit in conjugium alter frater. Qui statim perijt, expectavit igitur quod de la adulesceret usque ad 22. à conjugio Judæ. Quæ sit deinde concubitus Judæ, ex quo ortus est Phares. Habemus 22. annos à conjugio Judæ, addamus 16. necessarios ut Phares generaret Hefron, & Hamuel, à conjugio ergo Judæ quod fuit post venditum Joseph currerunt 38. Cum ergo à venditione Joseph usque ad ingressum in Ægyptum fluxerint non plures 23. annis, nati sunt in Ægyptum Hefron, & Hamuel, ac proinde non ingressi. Quod vendito Josepho ad ingressum in Ægypto fluxerint soli 23. anni constat. Quia Joseph 16. annos natus, venditus est, ut Gen. 37. cum Iacob, ingressus est Ægyptum agebat Joseph 39. annum, quia ut ex cap. 41. & 45. constat, Joseph fuit 30. annorum cum præpositus est Ægypto. Sequuti sunt 14. anni partim fertilitatis, partim sterilitatis, secundo autem anno sterilitatis qui fuit 39. Joseph, vocatus est Iacob, & intrauit Ægyptum ut cap. 45.

Necessario dicendum est conjugium Judæ non incidere posse in annum 15. ante venditionem Joseph, cum coacti

1. Paral. cap. 4. *Sic legitur, Filij Simeon, Namael, & Jamin, & Farib, Ara, Saül, Quinque, & diversis nominibus referuntur.*

interpretatur *Farib*, idest litigans, quia de ejus progenie exivit *Zambri*, qui cum scorto Madianitide peccans, à Phinees peremptus est. in Genesi nominatur *Jachim*, id autem est præparatio, in Paral. appellatur *Zara*, id autem sonat idem quod ortus. Saül vero, qui eodem modo in utroque libro commemoratur, in hoc loco filius esse Chananitidis tacetur. Sic ille.

Genes. 38. *Constat oppositum.*

simus concedere uxorem duxisse Iudam, cum solum esset annorum quinque. Iudas namque major natus erat 4. annis Josepho, ut ex c. 29. & 30. Genes. constat. Ille enim natus est anno 11. professionis patris in Mesopotamiam. Ille anno 14. jam exacto, & post annos 16. ætatis suæ venditus fuit.

Facilis est textuum concordia. Quoniam Scriptura dum plures in unam summam aut catalogum colligit, solet quandoque de ijs ita loqui, ut id quod omnibus, & singulis quodammodo tribuere videretur, plerisque tantum conveniat, & aliqui è numero revera excipiendi sint. Sic Genes. 35. cum Moses filios Iacobi recensuisset, addit. *Hi sunt filij Iacob qui nati sunt.* In Mesopotamia Syriæ: excepto scilicet Beniamino, quem constat natum post Iacobi è Mesopotamia redditum in Chanaam. Eodem sensu intelligi possunt Hefron & Hamuel Ægyptum ingressi.

Dici potest etiam in Ægyptum ingressos, quatenus erant in lumbis, & virtute generativa parentum descendentium, quo sensu Levi dicitur Melchisedecho decimas dedisse ad Hebr. 7. vers. 9. Addunt alij ingressum in Ægyptum extendi ad annos 17. quos vixit Iacob, imò & usque ad obitum Josephi, eo quod procurante Josepho, Israël in Ægyptum descenderit.

Ex Genes. 46. *Omnēs animæ filiorum ejus & filiarum 33.*

Ibidem si numerentur Ruben, Simeon Levi, Judas, Issachar, & Zabulon cum filijs eorum reperientur 35. si demas Her, & Onam mortuos, sunt 32.

**C**Ajetanus hic sic explicat, occurrit (inquit) quæstio, quo pacto verificatur hic littera hæc dicens omnes animas filiorum & filiarum Lia esse 33. Nam supputando supra numeratos in littera, reperiuntur 34. comprehendendo duos defunctos filios Iudæ Her, & Onam, vel istis exclusis, tantum 32. Nec dici potest, non supputari Dinam: Tum quia expressè dicitur hic, *filiorum, & filiarum ejus*. Tum quia paulo inferius clare supputatur foemina nomine Sara inter filios Aser, sumendo animas sexde-

cim, ut patet supputando. Solutio est quædam verba ista Scripturæ, non sunt intelligenda sola ut sonant, sed ut pendent ex antecedentibus illis verbis. Hæc sunt nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt Ægyptum, Iacob, & filij ejus. Nam ex illo, qui ingressi sunt Ægyptum, excluduntur duo illi defuncti filij Iudæ, ex illo autem, Iacob & filij ejus, comprehendendus est Iacob in hac computatione, & sic optime subsistit illa summa 33. adjunctus enim Iacob 32. filijs vivis, & Lia efficit summam 33.

Ex Genes. 46. *Cunctæ animæ quæ ingressæ sunt in Ægyptum, & egressæ sunt de femore illius absque uxoris filiorum ejus sexaginta sex.*

Genes. 46. vers. 27. *Omnēs animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuerunt 70.*

**D**icendum est in hoc num. 66. non comprehenditur Iacobum, neque Iosephum & filios ejus, qui jam erant in Ægypto, sed solum posteros egressos de femore eius & ingressos in Ægyptum una cum illo, ipse autem Iacob non de sui femore egressus dici potest, unde in illis 63. non com-

prehenditur Iacob. Clauditur autem in numero trigesima tertia, filiorum Lia descendentium in Ægyptum ipse Iacob; quia ibi non notantur animæ egressæ de femore Iacob, sed ingressæ tantum in Ægyptum ex domo Iacob, cujus ipse erat caput.

Ex Genes. 46. *Omnēs animæ domus Jacob quæ ingressæ sunt in Ægyptum fuerunt 70.*

Act. 7. *Dicuntur 75.*

De hac antilogia vide dicenda Exodi cap. 5. ubi ad concordiam reducuntur textus isti.

✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽

**EXPLICATIO**  
*Gen. 46. in sensu morali.*

§. I.

*Deus in laboribus hominibus adest.*

**I**N sacra scriptura quandoque una pro altera persona supponit, sicut hic, reverti dicitur Iacob in posteris suis, suadet autem Dominus Iacob descendere in Ægyptum reformidantem dicens: *Ego descendam tecum*

*illuc, & ego inde adductam te revertentem.* Unde D. Ambrosius lib. 2. de Iacob, & vita beata cap. 9. ait *Quid igitur ei deerat, cui Deus aderat? qui ei profecturo dixerat. Descendam tecum in Ægyptum.* Ostendit nil ei deesse, cui adesset omnium plenitudo, impossibile enim est deesse commodum aliquod, ubi Deus adest, nec possibile deficere tribulatum, & laboribus agitarum, cui Deus adiutor addit; & protector: Hoc voluit Manilius significare, cum leonem pinxit manum iniicientem ad lauri coronam, inter quam, & leonem nabecula parva mediabat, & contra illam

illam aderat sol cum hoc lemme *Deo dante* quasi firmiter confidisset protegente sole Divino nubeculam dissipandam, & adepturum coronam, quia sol iustitiae eliminat nubes tribulationum, quibus iusti conturbati affliguntur.

*Calamitas iusti misericordia viscera pulsat.*

Cum omnia in pressuras innocentium turbantur, tunc iustus maiori opus est confidentia ferere, quam vivacius tunc micat patrocinium caeleste; Probatica Evangelij piscina languentes, & infirmos sanabat, sed quid praecedebat ad sanitatem? non aliter languens accipiebat salutem, nisi prius aqua turbata; *Ad motionem aqua*, tunc proxima est salus afflictis, cum omnia in iustum turbantur, ipsa namque calamitas, & afflictio pulsat viscera misericordiae divinae, & fortiter deprecatur. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* Si Dominus pulsanti se aperire promittit, quare non expectavit pulsantem? *Pulsate, & aperietur vobis.* Quare non immoratur, quousque repetitis vocibus homines deprecentur? Quoniam, ipsa calamitas clamat pro iusto, & precatur pro afflicto; *Hac enim (afflictio) potissimum Deum exorat. & ad sumendum supplicium movet. Tanti est, si qui injurijs afficitur fortiter ferat.* Ideo iustus tribulationibus saepe qualifatus, sed favores caelestes frequentius expertus provocat cruciatus; quia se conspicit divino patrono vallatum, nec furentis pelagi horret minas, tali perductus nauclero, sed reputat ipsa tribulatione clypeatum, & afflictione munitum, ut experimento doctus canebat, D. Bern. Psal. 90. (unde scimus, inquit, quod nobiscum sit Deus in tribulatione? Ex eo enim quod in ipsa tribulatione sumus; Felix o Domine, qui interim consolatorem, & adiutorem habet)

*Tribulatum anticipata fortitudine praevenit.*

Non solum autem adiutor est Dominus in laboribus, sed anticipata fortitudine praevenit iustum ad tolerantiam tribulationis: Praecipit Dominus Moyse, ut de saxo durissimo perduceret aquas, monet autem ibi Dominum fore. *En ego stabo super petram: Ut quid Deus sua praevenit silicem assistentia? Quoniam sciebat Dominus fore lapidem percutiendum, & percussionebus laessendum, ideo anticipare voluit suam Deus assistentiam ad tolerantiam:*

*Percutiens bis silicem*, priusquam Deus laborum immittat flagellum; suam anticipare dignatur misericorditer assistentiam; si Dominus sic erga lapidem insensibilem misericordem se gerit, quomodo viscera misericordiae erga homines obturabit? Quis nisi piissimus Deus ex persecutionibus Pharaonis reddidit Moysen victorem? Quis Susannam a senibus liberatam in exemplar pudicitiae, & castitatis constituit? Quis Danielem a la. u leonum incolumem, & a tyrannide Amani Mardochaeum nisi Dominus liberavit? Non enim deserit Deus ipsum amantem laboribus frangi, nec permittit fluctibus calamitatum submergi.

Jonam Prophetam permisit Deus a nautis proijci in mare, verum cete preparatum Dominus habuit, ut reciperet tribulatum, *Præparavit Dominus*; Quare textus inquit preparatum cete non satis esset in tribulatione piscem subvenisse Prophetae? Pietas manifestatur divina, & circa tribulatos singularis divina assistentia, praesciebat Dominus proijciendum Jonam in mare, & prius quam fel tribulationis gustaret, preparavit anticipare Dominus patrocinium; *Præparavit Dominus.* Quis non crederet a cete Jonam in mare projectum deglutendum, & dentibus devorandum? Verum Deus, qui cum ipso erat in tribulatione, preparavit adiutorium in afflictione, non fuit a casu, sed piscis tunc aderat a visceribus pietatis divinae misericorditer preparatus, aderat, non ut devoraret, sed ut custodiret illæsum; & quod cuncti stragem esse credebant, fuit beneficium anticipare a Domino preparatum: *Præparavit Dominus, ubi putabatur, inquit D. August interitus, ibi custodia sit, ut canere possint attribulati: Auxilium meum a Domino.*

Hinc oritur labores iustis spiritualia parere commoda, sicut peccatoribus damna; Arbor Nabucho falce putata patitur ruinam. *Succidite arborem.* Falx percudit vitem, & tamen ictibus crescit, & dilatatur in fructus; *Ut fructum plus afferat.* Quare hoc? quia palmites sunt iusti: *Ego sum vitis, vos palmises.* Arbor Nabucho peccatoris superbi symbolumerat, ideo succisio illius vergit in ruinam: *Succidite illam, & palmitis supputatio efficit frugiferam plantam; Purgabit eam, ut fructum plus*

2. *Iusti tribulationes proficiunt peccatores perdunt.*

# ex Genes. Cap. XXXVII. 455

Tribulationes, quae sunt exercitia virtutum hilarium animo iusti suscipiunt.

plus afferat; Ideo in laboribus, quibus Dominus iustos exercet, respirant at-  
tribulati, dummodo ab umbra culpae recedant: Scito praenoscent, quod peregrinum erit semen tuum. Minatur Dominus Abraham, & tamen nec animo Patriarcha defecit, nec exoravit pro femine: Ieremiae captivitatem populi Dominus revelavit, & tamen tabescit animo in lachrymas totus effusus: Qua-

re hoc? Quoniam labores Abraham intimati fore praevidebat exercitium iustorum, captivitas Babylonica supplicium criminum erat, ideo Ieremias populi captivitatem ploravit, & Abraham peregrinationem posteritatis audivit hilari animo, iusti enim ad labores, quos Deus immittit in scelerum poenam, formidant, sed laeti tribulationes suscipiunt, quae sunt exercitia virtutum.

Ex Genes. 47. *Joseph patri, & fratribus dedit possessionem in Aegypto in optima terra solo Ramesse, ut praeceperat Pharaon.*

Sed ibidem v. 7. *Præcepit Pharaon ut illis traderetur terra Gessen, Hanc ipsi fratres desiderarunt, & illis petiit Joseph ut ex Genes. 46. & 47. patet.*

Cajetanus, & Abulensis Ramesse fuisse partem terrae Gessen, & cæteris uberio-  
rem, sentiunt.

Ex Genes. 47. *Adoravit Israel Deum conversus ad lectuli caput.*

Paul. ad Heb. 11. *Adoravit fastigium virgæ ejus.*

**D**Ivus Paul. ad Heb. 11. legit sicut de septuaginta hic, Adoravit fastigium virgæ ejus. Utraque autem lectio vera est. Postquam enim Ioseph iusjurandi religione promississet corpus Iacob transferre in Chanaan accepit virgam de manu Ioseph, & simul conversâ facie ad lectuli caput, inclinavit se supra summitatem virgæ quam tenebat, & adoravit Deum, vel ipsum Iosephum propter summam dignitatem ejus in Aegypto, vel civili humili

adoratione gratias reddit suo filio propter promissionem de sui corporis translatione: Utrumque ergo fecit Iacob, & venit se ad caput lecti, & inclinavit super virgam Ioseph. Quod expresse tam Græca, quam versio Latina, quarum differentia orta est ex eo, quod eadem vox Hebræa diversis sub notata punctis diversa significat. Nam *Mittab* lectum significat, *Mittah* vero sciponem & virgam origine ducta à *Mattah*, quod est extendere.

Genes. 48. *Partem quam tulit de manu Amorrhæi in arcu & gladio.*

Genes. 33. vers. 19. *Et Iosue ultim. vers. 3. dicitur Iacob hanc partem agri emisse à filiis Hemor centum agnis.*

**M**Assius in Iosue cap. ultim. sic exponit. Existimandum est (inquit) Iacobum redemisse primum pretio ab Hemoris popularibus exiguum fundum, in quo cum suis manere posset, ut legitur Genes. 31. Deinde vero paulatim ex vicino agro pepulisse Amorrhæos, quem illi agrum non jure, sed armis eriperant Sichimitis, cum Iordanem transivissent populabundi. Neque enim Iacob ait se ab Hemor eum agrum arcu & gladio quæsisse,

sed ab Amorrhæis: Hemor autem, & Sichem fuisse Hevæos, sacris ipsis testatum est verbis supra initio cap. 34. Hæc Massius.

Salianus, agrum acquisitum de manu Amorrhæi appellat, quia ab illis ut bellicosis hominibus ereptus esset, nisi Iacobi armis id est precibus fracti fuissent, sicut Amalecitarum precibus, & extensione manuum Moysis. Quam expositionem iudicat germaniam & literalem.

Ex Genes. 49. *Non auferetur sceptrum de tribu Iuda, & dux de femore ejus donec veniat, qui mittendus est.*

Reg. 1. *Saul in Regem electus de tribu Benjamin primum; & post Sedeziam Assimonai, qui de tribu Levi erant.*

## VARIÆ LECTIONES.

Vulgata. *Non auferetur sceptrum de Tribu Iuda, & dux de famore ejus, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.*

Septuag. *Non deficiet Princeps ex Iuda, & dux de famoribus tuis, donec veniant, quæ reposita sunt ei, & ipse est expectatio gentium.*

Chald. *Non auferetur habens principatum à domo Iuda, neque scriba à filiis filiorum ejus, donec veniat Messias, cujus est regnum, & ei obediens populi.*

Onkelos. *Non auferetur, qui fecit potestatem de domo Iuda, & scriba de filiis filiorum usque in seculum donec veniat Messias.*

Jonat. *Non deficient Reges ex Iuda, & ipsi seruiunt universa regna terræ.*

## S. I.

*Rabbinorum expositiones refutantur.*

**S** VNT in primis aliqui, qui dictionem hanc *Silo* exponentes prout quandam missionem significat, vaticinium hoc de Nabuchodonosore intelligunt, qui propter populi peccata missus sit in totius regni universalem ruinam, interfecto Sedechia de tribu Iuda, & filiis ejus. Sic Iul. Apost. ut ex Cyrillo Alex. lib. 8. constat. Hujusmodi expositionis violentia omnibus pervia est. Tum, quia ille *Missus* prædicitur, qui futurus erat expectatio gentium, communeque desiderium. Tum, quia nomine *Silo* Messiam intelligit utraque Paraphrasis Hierosolymitana. ¶ Non deficient (legit) Reges de domo Iuda, neque Scribæ doctores legis de filiis filiorum Iudæ, usque ad tempus, quo veniat Rex Messias, cujus est regnum, & ei subijcientur tandem omnes Reges. ¶ Jonat. Non cessabunt Reges. & præfides ex domo Iuda, & Scribæ dicentes legem ex semine ejus usque ad tempus: quo veniet Messias. *Silo* namque si apud Manassem ben Israël aliqua est fides, à radice *Sala*, quod pax est Lam. 1. vers. 5. oritur, & idem. quod puer, & filius. Quæ omnia optimo jure adaptari Messias, qui Princeps pacis dicitur apud Isai. & Psalm. *Filius meus es tu, ego hodie genui te*, quis non videt? Tum, quia ut tradit R. Salomon hoc in loco regnum in domo Iuda per Babylonicam captivitatem non defecit, quia tunc non omnes parentes Synedrj, qui capita Iudæorum erant, à Nabuchodonosore interfecti fuerunt, plures enim ex illis in Babyloniâ descenderunt, ubi juxta eorum leges,

& mores ex Regis consensu causas Iudæorum decidebant, ut testatur Midras Sir. Hassirim. Inibi etiam Zorobabel Princeps stetit, & fuit de tribu Iuda, ut Zachar. capit. quarto, & Haggei, cap. 1.

Rabbi Bechai post R. Mosem Nachamanidem, regnum non perpetuo traslatum iri à tribu Iuda, licet ad tempus ex alijs possint assumi Reges, testatur. Promisit Deus (inquit) fore, ut quando Israëlitarum regnum habebunt, non aliunde, quam ex tribu Iuda habituri sint. Non est verò sensus Scripturæ, non ablatum iri regnum ex Iuda ab eo tempore, quo in ea tribu captum fuerit, plenum est enim de hoc Scripturæ testimonium Deu. 28. *Abducat te Dominus, & Regem tuum, quem statuas super te ad gentem quam non nosti.* Et nunc non habemus Regem. Quando Israëlitarum regnum habebunt fore illud penes tribum Iuda, quod si propter peccata Iuda, regnum eorum desinat, fore, ut restitatur. Porro, quia non est datum regnum, nisi tribui Iuda, ideo puniti sunt Reges, qui non erant de tribu Iuda, neque scilicet fuit eorum dominatio, sicut contigit Sauli primo Israëlitarum Regi, qui occisus est ipse, & filij ejus, neque stabile tuit regnum, sic accidit Asmonæis, quorum regnum periit, & pari mensura puniti sunt, quia ambierant regnare sine jure regni, subditi sunt servis ejus. Deus enim S. B. præfecit illis servos eorum, à quibus excisi sunt: Hæc ratio docet Asmonæos, non fuisse stirpis regis. Præterea est alia ratio, cur regnare non debuerant, quia nimirum erant sacerdotes, quibus imperatum est in lege Num. 18. *Custodieris sacerdotium vestrum in his omnibus, quæ pertinent ad altare, & intra velum.* Quæ cum ita sint, non eorum erat ambire regnum, sed obire tantum ministerium Dei,

Dei, ideò ejusmodi pœna affecti sunt. Sic dicunt in Talmude Hierosolymitano. Non unguunt sacerdotes in Reges. Addit R. Nachmanides. Quamobrem, & si Israëlita constituant sibi Reges è reliquis tribubus propter temporaneam necessitatem, non unguunt tamen eos, quia majestate non decorantur, sed sunt instar judicum, & præfectorum, §

Impugnatio.

Deinde Hæc expositio repellitur, quoniam ( Ut inquit Joannes Hoornbeek, qui ex professo Manasse m acriter, impugnavit ) temere Prophetia de sceptro & legillatore perpœcio apud Iudam, restringitur ad sceptrum regium: namque pœnes Iudam, vel Iudæos potestas, & regimen fuit, etiam quando non essent reges. Deinde textus non dicit, qualis ille rex, & ex qua tribu futurus esset, sed sceptrum semper futurum usque ad adventum Messie. nec prius auferendum. Tertio quod hic significatum est: quodcumque in Israël rex erit ex femine Israël, semper ille erit ex tribu Iudæ, falsum: nam reges decem tribuum in Israël non fuerunt ex tribu Iudæ. Quodque hic solum diceretur regnum non conferendum esse in aliam tribum, quam Iudæ, etiam falsum est. Non enim de sceptro transferendo sermo est, sed auferendo: & quod non intelligatur auferri sceptrum, nisi & alteri detur, tum rei natura, tum exempla affatum ostendunt satis temere dici. Deinde, quorsum dictum fuisset non transferendum in aliam tribum Iudæicum imperium donec veniret Messias? an ergo cum Messia id contingeret? non dicent. Denique, quid illud tanti fuerit, si memoremus quot reges ex tribu unquam fuerunt: hoc ne à Patriarcha tam ample prædici debuit, reges nonnullos populo Israëlita ex hac tribu obventuros? ejusmodi & alijs quoque prædicta, & prædici pluribus potuissent. Hodie quidem non in aliam tribum collatum Iudæici populi regimen, sed ablatum omnibus, extinctumque funditus est. Signum ergo conspicuum est, quod Messias venerit, magis quam quod ad ejus adventum usque sceptrum in aliam non sit transferendum tribum.

Alia expositio, ex illitque una, quas Manasses Ben Israël in suo conciliatore q. 55. in Gen. & ego referam prout ab Hoornbeek impugnatas, sic exponit

vaticinium Jacobi. § Nō auferetur virga à Iehuda, hoc est, Mar filius Amiel, qui Davidi, à filio suo Absalon fugienti, in itinere succurrit. Quibus verbis veteres sapientes significare volunt, fore ut non auferatur virga, sive baculus, aut scipio, fulcimentum Iehudæ, priusquam advenierit Siloh (filius ejus) per quem intelligitur Messias, filius Davidis, qui erit afflictio gentium, hoc est illis qui ex femine Iehudæ orti sunt, nunquam defuturum in captivitate sua subsidium, neque unquam ita eos oppressum iri, & si à rege aut natione aliqua dure habeantur, & ditione sua expellantur, quin alia gens eos complectatur, ac protegat. Et quemadmodum fugienti Davidi nō defuere, qui in via cum subsidijs occurrerent: sic Israëlita, ut prædicit Patriarcha, semper scipionem ac fulcimentum habebunt, & legillatores qui consulant eis, & cohortentur ad ferenda adversa. Atqui ex hac opinione verba sacra ita transferentur. Non auferetur baculus à Iehuda, aut legillator à pedibus ejus, & illi afflictio gentium. Hæc autem expositio, quantum à textu recedat, constat expressè. Quoniam si Iacob, quibuscumque afflictionibus fulcimentum nunquam defuturum Iudæis voluisset, non dixisset, non auferetur, sed potius semper ei fore illud suppeditandum, vel quomodocumque aliàs copiosius ac clarius expressisset. Deinde *Sebet* absolute positum nūspiam fulcimentum consolationis & auxiliij significat, licet in genere pro baculo supponat & virga, unde ex contextu pro quo accipi possit, debet constare, ut in Pl. 23. *Virga tua & baculus tuus*, supponunt pro fulcimento, quia vox expressa *consolabitur* significationem determinat. Hic potius oppositum indicat verbum quod sequitur, *legillator* nempe, in Hebræo. Deinde, Patriarcha non considerabat populi Iudæici afflictiones, adversitas quas promittat auxiliium & fulcimentum, sed felicitates Iudæ dumtaxat annuntiat, aliàs non Iudam solum, sed liberos alios alloqueretur de adversitatibus, & omnibus communi solatio. Denique nulla in sermone fuisset rerum convenientia prædicere auxilia à gentibus obventura Iudæis, & horum ducem futurum illis in pœnam & afflictionem. Quo sensu potius dictum fuisset *Es ipse afflictio gentium*.

Aliam adducit expositionem, qua *Sebet* accipi

accipitur pro virga iudicis, & *Meholek* pro scriba, hoc est, non auferetur iudex ex Iehuda, nec scriba de medio pedum ejus, donec veniat filius ejus, & illi afflictio gentium. Hoc est, quandiu Sanhedrim, aut senatus magnus in Israël erit, semper erit ex tribu Iuda, quæ ut moris est habebit scribas ad pedes suos. Quod verum esset comperimus, nam semper senatus magnus fuit ex prolapia Davidis sed hæc expositio oneri succumbit, quatenus tempus quoad usque duraverit senatus ac Synedrium usque ad Messiam, & non amplius protractum dicat Patriarcha, primum enim per Romanos vidimus attenuatum, deinde funditus Synedrij potestatem destructam. Messiam autem ante totale exterminium venturum dicit Patriarcha. Præterea falsum est, Synedriū fuisse ex tribu Iuda cum etiam ex tribubus plures in parentes confessus eligerentur, ut refert & crudite docet Seldenus, & nos dicemus etiam in Exod.

\*\*\*

## §. II.

*Ex libro Rabot aliam tradit expositionem.*

3. **N**ON auferetur sceptrum à Iehuda in æternum, quando veniet ille, cui regnum & congregatio populorum. Unde quando dicitur non auferetur sceptrum de Iuda, neque legislator de pedibus ejus in æternum, interpungendum est, tum additur fore illud cum veniet Messias, tunc congregandas omnes gentes, & ei se subiecturum, ut dicit Isaias, illum gentes requirent. Verum hæc expositio, quam plures probant Judæi, æqualiter recedit à vero. Credibile namque non est, universum illud tempus, quod à suo ad Messiam est, transilire voluisse, & ab isto demum tempore, quo Messias veniret, sceptrum in Iuda suo considerasse, cum antea illud etiam penes Iudam fuerit. Deinde quoniam si prophætiæ fuisset hic sensus, ubi veniet Messias, tum à Iuda non auferetur sceptrum in æternum, improprius esset, neque verè dici in æternum regnum futurum, juxta Manasses enim sententiam tempus Messia in ultimo mundi fine, cum erit resurrectio mortuorum, secundum alios tempus Messia erit 40. annorum. 70. secundum alios, vel 200. sed quid hoc, ut tempus

*Alia expositio ex libro Rabot.*

dicatur æternum? & tanto cum apparatu milienos ante nos prænuncietur à Patriarcha, quod paucillimum temporis dumtaxat est duraturum? In æternum sceptrum non amovendum dicitur, quod per 40. annos solum est duraturum? & in sententia Manasses brevius longe, cum tradat, forte eodem anno, ac die Messiam venturum, & fore resurrectionem mortuorum, Messiaque unum tantum, eumque supremum expectandum adventum. Quæ ergo æternitas sceptri penes Iehudam cum Messia remansuri?

4. *Alia expositio impugnatur.*  
 Quartam expositionem sic tradit Manasses: per *virgam* nempe hic *virgam* imperij designari putat Aben Ezra, & per *Silo* Davidem. Itaque exponit non auferetur virga à Iehuda, nec scriba è medio pedum ejus, donec veniat filius ejus, & illi congregatio populorum: nimirum Davidi. Quod eo confirmatur, quia vexillum Iehudæ semper primo movebatur. Unde cum defuncto Iehosuah quæreret Israëlita, quis primus adscensusus esset, responsum est, Iehuda. Davidem autem, ait, congregasse populos, propter quod multi sub illius imperiū venerunt. Verba vero illa, *Donec veniat David* non excludunt tempora postea secutura, nam David & successores ejus fuerunt ex tribu Iehuda, sed est gentis loquendi, cui simile hoc: Non deseram te, donec fecero, quod locutus sum tibi. Ubi manifeste videmus Deum non id velle se impletis promissis Iacobum esse derelicturum. Usitata hæc phrasus est, perinde ac si quis dicat, non deerit huic vel illi panis, quamdiu agrum & vineas habebunt. Idem sensit R. Levi ben Gerson.

Contra istam statim occurrit, quod per Silo non potest David intelligi. Imprimis enim dubium est, num ante Davidem fuerit sceptrū, quo hic innuitur à Patriarcha, saltem cum Davide, & scissis tribubus, quando populus de nomine hujus tribus Iudaicus appellari, & regimen Iehudæ peculiariter conscripsit, sceptrum & potestas imperij, penes tribum hanc magis conspicua, atque illustis fuit: ut ejus specimina jam ante in tribus hujus prærogativa in movendis castris, vexilloque ante alios data æstimare liceat. Quare non commode dici potuit, auferendum cum Davide sceptrum, quod vix, saltem minus, & tenuius ante eum, penes Iehudam fuit.

fuit. Deinde quia tum non ablatum, sed potius collatum Juda. Neque ex illo Gen. 28. *Quia non deferam te, donec fecero, quod locutus sum tibi*, licet firmam fateri relatiā expositionem. Nam ibi *Donec* non tempus designat, ut sensus sit usque ad hoc, vel illud tempus te non deferam, sed divinam actionem, significatque non te deferam, quin faciam, quod locutus sum tibi: atque tantumdem est, ac si Deus dixisset, ego nunquam te deferam, promiserat enim se ipsi, ejusque semini benedicturum. Hæc vero ad locum nostrum controversum de adventu Silo non faciunt, hic enim tempus venturum ex sorte exprimitur. Non enim potest hic sustineri sensus. Non auferetur sceptrum, quin veniet Silo, neque id verum esse dicit aliquis, sceptrum nunquam à Iuda auferendum esse, quia nimirum Silo venturus sit. Deinde phrasis, *Donec veniat Silo* longe alia est, quam si quis dicat alicui, panem, vinumque non defuturum, quandiu habiturus sit agrum & vineas. *Quandiu* enim sicut & verba quæ longum tempus significant, non eodem modo accipiuntur, ac *Donec* & *Olim* quæ actionem momentaneam innuunt, unde *Donec* venerit Silo, tempus denotat post adventum, non ita si quandiu venerit Messias dixisset. Denique nomine Silo intelligi nequit David, cum sit contra omnes versiones superius adductas.

Alia expositio est R. Bahic ad hunc locum & in opere suo Sulham Arba, per *Silo* intelligit Mosem (omitto Kabalistica, quibus hæc probat) itaque ait Jacobum vaticinatum de prima liberatione filiorum suorum ex Ægypto, ut sacra verba exponenda sint, non auferetur virga, sive imperium à Iehuda, donec venerit Silo, sive Moses, tunc enim ereptum Iehudæ imperium traderetur Mosi ex tribu Levi. De quo etiam dicitur. *Fuit enim in Iesurane rex*. Ad Mosen ergo inquit, congregabuntur populi, videlicet Israëlites, qui eodem nomine nuncupantur in Deut. *Etiā amans populos*. Certe valde verisimile est Patriarcham de proxima redemptione filiorum suorum locutum. Verum rejicitur similiter ab Hoorabeck. Tum quia *populi* hic laiori sensu hoc loci accipitur, quam pro Israëlítico populo, ut gentes nempe terræ universæ denotet, quomodo Iudæorum præcipui capiunt. Tum quia ante Mosem

apud populum quis recognovit imperium: non in Ægypto, ubi servi, non ante ingressum, septuaginta enim personæ qua proprietate possent populus appellari, neque penes Iudam dominatus fuit aliquando ante exitum Israël de populo barbaro. Neque Patriarcha de redemptione populi de Ægypto, sed de imperio vaticinatur, & ejus ablatione à Iudæis.

Aliam refert expositionem Manasses Ben Israël. Rabbi Ioan ben Sueb (inquit) per virgam intelligit virgam castigationis: unde Scripturam ita exponit. Non tollitur castigatio à Iehuda, idest ab Israëlitis, qui vocantur Iehudim, & legislator è medio pedum ejus, hoc est semper erunt quasi in portis eorum inimici, qui leges ijs præferbant, donec veniat Silo, hoc est, Messias, & illi obedient populi, quia totius mundi imperium obtinebit. Hanc interpretationem probat etiam Isaac in glossis suis supra Samuelem, nisi quod verba illa, & *legislator è medio pedum ejus* exponit, quamvis castigatio à Iehuda non auferatur, fore tamen ut legis non obliviscantur, sed in medio pedum ejus sint legislatores, quomodo ait Psalmographus, tractans de persecutionibus Israëlitis. *Totum hoc evenit nobis, nec tamen obliviscimur tui*. Neque movere debet, quod nonnulli dicunt, Jacobum in benedictione nil infausi dicturum fuisse, etenim tanquam Propheta, & bona & mala prædixit. Sic sane de Simeone & Levi dixisse eum videmus. *Maledicta ira eorum, quia vehemens*. Adde quod simul bona hic prædicat, eosque cohortatur, & confirmat ad ferendas fortiter ærumnas, quia non futurae sint perpetuæ, sed tantum duraturae usque ad Messie adventum, quo tempore omnes mundi nationes, etiam illæ à quibus ante vexati fuissent, eorum sub imperium venturi essent.

Verum, improprie *Sebet* secundum R. Davidi Kimhi nil aliud quam virgam significat, aut baculum norat. Aliud autem est, quod afflictionē significet virga, aliud quod adhibeatur ad afflictiones, ubi enim reperitur sola, non norat castigationē, sed additis alijs, sicut Ps. *Conteres eos virga ferrea* ratione vocis, *conteres* pro afflictione supponit, sed non significatur per *virgam*, sicut si diceretur. *Conteres eos ferro vel pal-*

5.  
Expositio  
Manasses  
Ben Israël  
impugnatur.

ma, non ideo ferrum, aut palma ex se castigationem notarent. Non ergo virga, sed materia, cui adhaeret, facit supponere pro afflictione, *Schebet* etiam pro pedo pastorali sumitur, (in genere enim virgam significat, quam Rex tenet, si ve quam pastor, vel quem scriptor stilum, aut virgam, qua numerantur, & censentur ordines, aut familiae) quo oves percipiuntur atque etiam ducuntur. Hinc ne ergo dixeris *Schebet pedum*, significare percussionem ac gubernationem, quamvis omnia ista eo fiant? Aliud est vocis sensus, aliud materiae ad quam adhibetur vox. Quod si Patriarcha hoc loco intenderet afflictionem, nunquam auferetur sceptrum afflictionis, & percussio à Jehuda, dixisset, non sceptrum absolute. Deinde: quia non promissio foelicitatis foret varicinium Jacobi, sed praedictio malorum Juda, quae non debent fateri, sicut Simeoni & Levi fuit facta, quorum respectu fuit iusta, & digna reprehensio, respectu Judae fuisset in totam posteritatem diuturnarum calamitatum praedictio, quae cum omnibus essent communes, & graviores alijs venturae, non est cur Judae potius addidisset, quam caeteris. Denique juxta hoc mala dixisset perpetua, illud *non auferetur*, cum ærumnas usque ad Messiae adventum duraturas praediceret, ab origine nempe pene nascentis populi finem usque mundi & in Rabbiorum sententia, ipsum diem, annumque universalis resurrectionis, vel ad annos 40. ante hoc tempus. Breve ne hoc tempus aestimari potest, & levis, nec diu duratura, vel non perpetua afflictio? valeat potius, & veniat nunquam ejusmodi Messias, cujus adventum tantis malis populus redimat. Quis credat, si Patriarcha saecula ista malorum animo suo usurpasset, quod hæc filijs, & Judae praedixisset, absque ulla animi sui consternatione, vel suspiratione, qualis, *verf. 18*, vel verborum emphasi, tanta & nunquam auferenda mala, nisi cum aliquo denique circa mundi finem accessuro Rege? Adde quod ibi legislator in bonam sumitur partem, non pro tyranno, peregrinarum legum auctore, & quia additur, *è medio pedum ejus*, Judaicus intelligitur legislator, & proprius, dictum alioqui esset, qui supra eos legislator esset, vel eos praemeret, atque infestaret.

Aliam expositionem suam tradidit Manasses Ben Israel, promissionem illam de scepro in tribu Juda conservando donec veniat Messias, conditionalem esse, si meritis suis dignitatem conservassent, propter peccata autem sua & regnum translatum est ad extraneos, & Messiae adventus longissimas moras passus est. Inde lib. 3. de Resurrect. cap. 3. ¶ Et profecto verissimum est, inquit Manasses, si Israelitae serio factorum suorum poenitentiam egissent, Messiae adventus non fuisset procrastinatus: at nunc, quia in profundum immeris jacent, hærentque defixi in vitijs, & peccatis suis, hinc est quod differatur beatitudo illa usque ad finem dierum, nam tum juxta Oseam c. 3. *Postea revertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & David regem suum, & pavebunt ad Dominum & ad bonum ejus in novissimo dierum.* Hac similiter evasione telum fugisse gloria tur Abarbanel, quod in Judæos immitti communiter solet ex Hillelis dicto, quod legitur in Sanhed. c. Kelek p. 98. *Non est Israelitis Messias, quia jam eo compositi sunt tempore Ezechia.* Ex quibus clare constat, Rabbinum hunc eximie apud eos auctoritatis omnino de adventu Messiae desperasse.

Contra istam expositionem statim ea, quae ipsi Judæi confessi sunt, & Iere. 31. continentur, & de tempore urgent Messiae adventus, se offerunt, ex quibus constat respiscenciam non solum adventui Messiae dedisse celeritatem, sed potius à depravatis Judæorum moribus illam oriri. Loco enim relato (ut inquit Borstius) se novum foedus cum populo Iudaico erecturum Deus promittit, eo quod in foedere ejus non persistissent, sed istud fecissent irritum. Quorsum diceret Deus: se quasi motum violatione foederis, ut istud vel mutaret, vel renovaret, si praevia respiscencia istud fuisset observatum? aut observandum ante Messiae adventum Deus praescivisset? ratio hæc impertinens fuisset, & solida illa sola, si rebelles Judæi permansissent stantur. Ut vero dicatur, novam legis suggestionem non arceere praecedentem respiscenciam, istud minime cadit in sapientem legislatorum. Cui enim usui inferviret ista foederis renovatio, aut suggestio? Nã jam antequam atque debite per se riam atque diuturnam, & non interruptam poenitentiam, satisfactum erat foederis

ris istius conditionibus. Sed aliter rem se habere indicat locus Ezechielis 11. 18. 19. 20. (hunc etiam Messiae accom- modant Rabbini saeculo) ubi Deus pol- licetur, se remoturum ab Israelitis om- nia detestabilia, atque abominations, cor lapideum ab ipsis ablaturum, atque ut in vijs ejus ambulent, facturum, quae mores Iudaeorum depravatos fore, eosque per Deum, vel Messiam corre- ctum iri, ut beneficiorum scilicet sensu ducti ad saniores revertantur men- tem, manifeste convincunt. Cum ergo haec conditio respicientiae ab ipso Deo, ejusve legato expedienda dicitur, non poterit Iudaeorum conversio eam ante- vertens hic locum habere. Hoc simili- ter innuere videtur Malachias cap. 4. cum inquit, Eliam conversurum cor patrum ad filios, & filiorum ad patres, ut nimirum induant indolem, mores- que Patriarcharum sanctorum, illisque similes innocentia reddantur. Prophe- tam ibi ad respicientiam, & morum im- mutationem respicere, verba subjuncta dilucide arguunt, cum ait. *Ne forte ve- niam & percussiam terram.* Quibus eos dignos extremo excidio indicatur. Non ergo respicientiae conditionem adven- tus Messiae respicit.

Quam vanum autem ad poeniten- tiae conditionem fuerit effugium, osten- dit manifeste Guillelmus Vorstius, cum Abarbanel, alijque ad hujus conditio- nis arcem fugientes fateantur, etiam non posita respicientiae venturum tem- pore determinato Messiam, quo ne- cessitas conditionis penitus evertitur. Aut enim volunt, conditione hac non praestita, Messiam non erecturum re- gnum Israel, aut ea deficiente, nihilomi- nus Iudaeos tempore constituto apud Deum in libertatem asserturum esse. Istud ipsimet negant, hoc itaque eor- um exprimit spem, sed tum conditio- nem hanc tollunt, nisi velint dicere non esse necessariam connexionem ejus cum adventu Messiae, sed esse minus principalem, qua etiam absente, quis ad finem perungere potest. Ad quamnam istae sunt conditiones primariae? a qui- bus, & quando implendae? Deinde: quoniam Abarbanel adventus Messiae tempus fixum, & determinatum agnos- cit, inquit enim comment. in Daniel p. 136. ¶ Liberatio nostra proculdubio futura est, cum fiet conjunctio efficax in piscibus anno 5224. a creatione: fa-

ciet ista veram demonstrationem de- liberatione nostra, de redemptione ani- marum nostrarum, & regno atque do- minio nostro in terra haereditatis no- strae. ¶ Ad hanc seriem reducenda sunt computa aliorum, ut de 85. jubileis juxta Eliae promissum, in cap. enim Chelek Sanh. ¶ Mundus non est minor, quam 85. jubileis, atque in ultimo ju- bileo (veniet) filius Davidis. ¶ Sic ha- betur. Quamvis cum animadverten- rent aliqui hujusmodi supputationibus eventum non respondere, ingenue falsi sunt, certi quid inde non posse colligi, alij vero in desperationem ar- repti sunt. Quidquid ergo sit de hoc, dubio absque ullo est Abarbanelum terminum, tempusque adventus Mes- siae praefixisse determinatum. Si pro- pter vitae poenitentiam foret anticipan- dum, non fixum esset, sed citius aut se- rius juxta mores honestos, vel depravatos. Et quidem si Deus peccata re- spiceret in adventus remotione, nunquam venisset, quando enim non peccatis fuerunt dediti, quando non erunt Judaei? Quo graviora ergo po- puli delicta, eo magis accelerare cum oportuit, uti probi medici est festi- nare, quo gravius aegri laborant, non potius differre. Sed de ijs infe- rius plura.

*Adventus  
Messiae sa-  
pius praefi-  
get Abar-  
banel.*

\*\*\*

§. III.

*Aliae evasiones Rabbinarum expendun- tur & pracluduntur. Ostenditur nullum apud eos aut fuisse, aut esse a temporibus Christi Domini prin- cipatum.*



LIAM ex R. Hizquiah Hiz- quani auctore refert Manasses expositionem. Per Silo Achiam Silonitam intelligit. Non auferetur sce- ptrum a Iuda, & scriba e medio pedum ejus, ut moris est, donec veniat Silo, idest, donec Abia Silonites vestem Ie- roboami in 12. partes rumpat. Tunc enim aliae tribus habebunt partem im- perij solū ante a Iehuda possessi. Quod accidisse certum est, cum Ieroboamus imperium accepit. Unde ad illum se congregaturum gentes, videlicet 11. tribus S. Scriptura ait. Verum quis tan- tus ille Abia, ut pra multo alijs, majori-

6.  
*Aliae He-  
braeorum  
evasiones.*

busque Prophetis, ejus adventus prædicetur? Potius autem Jeroboamum, quam obscure Silò appellavisset Jacobus, si intelligere illum amaret, illi enim, non Abiæ Silonitz, tribus adhæserunt decem. Denique tum temporis non fuit à Juda sceptrum sublatum, cum ab illo Iudæ nomine totus populus cæperit appellari, & Iuda sceptrum gerere. Ea similiter, quibus expositionem de Nabuchodonosore hoc vaticinium intelligentem repelli, hujusmodi aperte convincunt falsi.

Aham adducit vaticinij detortam intelligentiam Abarbanel. ¶ Virga (inquit Abarbanel) imperium aut jurisdictionem, quamvis exiguam notat, itaque vere Patriarcha prædixit eam à Iehuda nequaquam ablatum iri ante adventum Messiz. Nam semper Iehuda caput fratrum suorum fuit; ille, cum Iosephus venderetur, dixit, quid utilitatis, si occidamus fratrem nostrum? eique cæteri paruerunt. Ille perijt à Iacobo, ut mitteret secum Benjaminum, qui, quod postulanti Rubeno negaverat, illius precibus tribuit. Ille fuit qui appropinquavit Iosepho ad orandum: posteaque semper tribus Iuda primum habuit locum; & vexillum ejus primum omnium movebatur. In dedicatione aræ Nahson primam oblationem fecit pro tribu Iuda. Mortuo Iehosua primus Iuda ascendit in bellum. In divisione terrarum prima portio Iudæ assignata est. Saül populum recensens, separatim numeravit tribum Iuda, & regnante illo, semper nihilominus Iuda cæteris tribubus præminuit, multoque majus dominium habuit tempore Davidis, quin & in divisione regni tribus Iuda cum Davide mansit, & in captivitate Babylonica semper capita, & principes suos habuit ex semine Davidis. Postea quoque temporibus Hasmonæorum Princeps Iehudæ erat caput Senatus Israëliti, nuncupati Sanhedrin, ut affirmat Iosephus. Eodem modo in captivitate Hispaniæ, Galliæque, capita Israëlitis semper fuerunt ex stirpe, & domo Davidis, nimirum Abarbanel: etenim ut scribit R. Ishac ben Guiar, post destructionem templi secundi, duæ ex ea stirpe familiæ in has regiones migraverunt, quarum una Bene David filij David, altera Abarbanelum erat. Igitur hinc satis constat vera

Iacobum Patriarcham prædixisse.

Addere posses, quod R. Ishac Arama tradit, R. Benjaminum Tudelensem in suo libro Mashor. scribere, Bagdade se oculis suis vidisse magnum numerum Israëlitarum, qui certo tempore Principem, quem crederent ex stirpe Davidis esse, curru vectum prosequerentur, inter eundem acclamantes *fatis locum filio Davidis*. ¶ Etiam, teste Ishaco Abarbanel; inquit Manasses Aben Ezra affirmare, suo tempore Bagdade fuisse familiam ex stirpe Davidis, magnosque honores (ut in Sebet Iehuda dicitur) in Perfide quoque tribui principibus seminis Davidis: quod etiam Guedaliah Iahia in libro suo Silselera Cabala asserit. Atque adeo fieri potest, ut idem, hodieque observetur in regionibus quibusdam nobis incognitis. Ergo juxta hanc expositionem, verba *usque dum*, non præfiniunt tempus aliquod, quasi illud dominium duraturum sit ad Messiz adventum, nec ulterius, sed denotant dignitatem, ita ut Patriarcha ad ostendendam dignitatem Iehudæ, dicat duraturam eam usque ad Messiz adventum. Sane nunc quoque videmus multis in locis quandam jurisdictionem habere tribu Iehuda ortos, & capita reliquorum esse. Quod exiguum imperium usque ad tempora Messiz duraturum, tunc augebitur, nam illi parebunt nationes. ¶

Hæc explicatio quæ proximis menti verborum accedit, veritatem nostram, & vaticinium æque pro nobis stare non tollit contra Manassem. Jurisdictio namque, inquit Hornbeck, & si exigua, si tamen vera, & quæ sceptrum aut dominium contineat, populumque Iudaicum, suis, quantum potest, legibus regat, sicut comprehenditur vaticinio Iacobi, apud populum Iudaicum non residet neque fuit à tempore ultimæ desolationis. In captivitate Hispaniæ, Galliæque, capita Israëlitis semper fuerunt ex stirpe Davidis, nimirum Abarbanelis, inquit. Sed non quæro capita familiarum, sed dominium & populi principatum. Quod si ex statu Iudæorum in Hispania, Galliaque judicium sumamus, de illorum residua jurisdictione & imperio, confecta res est. Iudæi, nec imperari dici possunt in Hispania, qua ignobiles vilissimi habiti sunt, ab honoribus omnibus extorres omnino, ita ut qui gut-

ram sanguinis Hebraici habere, ab eis- que per remotam originem oriri probati sint, neque collegiorum, quæ in illa *Majora* dicuntur, neque ordinum militarium honorem prætere unquam ausint. Neque in Gallia neque alibi terrarum longius à nobis remotarum minima species Imperij Judaici conspicitur, nec esse credibile est, cum hic, ubi potissimæ & regis ( ut ipsi dicunt ) familiæ sunt, nullum splendorem, neque potestatem habeant. Nil hic regiminis nisi privatam, publicum nullum, non in gentem suam, non nomine Judaico, nec sceptri ullam formam habere permittuntur ad Rempublicam suo nomine, suis legibus moderandam. Familia Abarbanelis creditur esse ex stirpe regia Davidis, non idcirco hodie regiam obtinet potestatem. Sint superstites aliqui ex familia Alexandri, aut Cæsaris, quid tum? hoc non probat penes ipsos antiquum adhuc sceptrum esse, & imperium. Sed quis certo dicat, familiis Judæorum, & genealogus nunc omnibus confusis, constare tamen stirpem Davidicam, & illam esse Abarbanelum? quis non facilius credat Judæos libenter hujusmodi credere, ideoque & narrare? & de familia Abarbanelum, quis adeo miretur Manassem magnifice sentire? qui in suam quoque familiam istud nomen derivatum significat in fine libelli de termino vitæ ad Beverovicium, ubi ait uxorem suam Rachelem esse ex familia Abarbanelis, quam à Davide oriundam esse autumant Hebræi. Bene autumant, nam confirmare hoc ipsis impossibile est, turbans confusisque olim ipsorum factis & genealogiis atque in libro *Spes Israelis*, pag. 92. ¶ Ex illa autem Abarbanelis familia, quod obiter hic monere volui ( inquit Manasses ) procedunt filij mei à parte meæ uxoris. ¶ Quomodo autem cum ijs, quæ hic Abarbanel, de suorum majestate habet, convenit quod de populi Judaici calamitatibus, & oppressionibus exponit ipse Isai 53 ubi longe contrarium ejus, quod sceptri vel imperij videri possit, decernit.

Ad Benjaminis Tudelensis Itinerarium provocat cum R. Ishac Arama noster Manasses, sed qui Auctor fabularum & nugarum convictus à viris doctis, præcipue à Constantino Lempereur fidem jam pridem apud om-

nes viros doctos & cordatos decoxit.

Deinde: quis locus iste *Bagdad*, ubi principem suum augusto throno palam ostendunt Judæi? in Babylone, dices, nam in Babylone iste Bagdadensis Judæorum princeps, apud R. Benjaminum hortos & pomaria habere dicitur. Sed Prophetæ Babylonis ultimam cladem prædixerunt, & perpetuas desolationes, ita: nunquam habitaretur, Isaiæ 13. & 14. & 21. Ierem. 50. Docet nos Samuël Bochartus Geograp. lib. 5. cap. 8. Bagdad cum Babylone perperam confundi, idque ex situ ostendit, apud quem videtis erroris istius occasionem & indicia. Ubi- cunque terrarum sita sit, per continua nostrorum, aliorumque hominum cum universo orbe commercia & peregrinationes, non certius constaret ille Judæorum ibi tantusque principatus, quam ex relatione unius, aliusve Judæi? quis vel Orientem peragratus, vel Geographus, aut Historicus fidei, nominisque alicujus, præter hunc Judæum talia vidit auditit, vel retulit unquam? quotidie vel sæpius saltem, quam ut dubitari de re ejusmodi ultra deberet, hinc inde relationes haberi possunt, unde oporteret certiores nos reddi in tanti momenti negotio. Quin multi per omnes istas regiones, sæpius itant, & nihil tale de Judæorum statu & imperio, quod Bagdade, vel in Babylone exerceant, referunt. Totum ergo illud phantasticum, & fabulosum, ad perfidiam firmandam, suoque vanâ aurâ deludendos confictum merito habetur. Inter epist. Indicas anni sexquingulesimi & quinquagesimi, extat epistola Ormuntina Gaspari Selandi, qui quidem refert plures se Judæos, juxta, cum quarumcunque gentium hominibus, Bagdade reperisse, sed ex priore in Babylone captivitate reliquos & miseros sola pertinaci expectatione Messæ sui, nequiquam in aliqua dignitate, vel splendore ibi vivere. Neque ego credo, si tanta ibi populus Judaicus potiretur majestate & imperio, haud plures ibi Judæos victuros esse, quam ut refert iste Benjamin, ferme mille, cum apud alias nationes multo numerosiores sint, ubi nil jurisdictionis potestatisque publicæ habent. Vel sane: hoc si verum esset, quod aiunt, principem Judaici populi ex familia David, & sceptrum Jehu-

da, Bagdade hodieque superesse, quomodo Judæi reliqui, nullo erga suum illum principem capiuntur desiderio; videlicet eodem, quo erga suum, quem fingunt, Messiam, nempe Bagdadensium isti parem omnino, atque similem, id est utrumque fabulosum. Neque potest ibi locorum sceptrum Judaici populi esse, quod alligatum semper fuit terræ promissionis, adeo ut quamvis alibi frequentes, potentesque Judæi sint, quia Rempubicam tamen non habent propriam, neque habere suam in alienis regionibus possunt, sceptrum vel imperium Judaicum, & legislatorem in medio pedum suorum ultro habere dicendi non sunt.

Quid autem agit Bagdade ille? quamque jurisdictionem exercet? quâ mundo probet, penes se imperium antiquum reipublicæ Judaicæ reliquum esse? Benjamin ait, jus suis certo tempore dicere. Hoc totum. Nam pompam ejus, & fastum mirari, puerorum est. Verum id quando permittitur alicubi Judæis jus suis exponere, non ideo sceptrum dicit. Et in aliquibus regionibus tanta truantur licentia, ut inter suas leges suas explicent, observent, atque suis secundum eas (quousque non incurrunt in jura, Rempubicamque terræ, qua degunt) jus dicant, non tamen hinc populi istius sceptrum quis colliget. Christiani sub Turca, æque ac Judæi tolerantur, paribusque, si non aliquando majoribus, sæpè privilegiis gaudent, & quantum Judæis, tantum nostris quoque licet jura sua legesque Christianas interpretari, & sequi: non tamen ideo putabimus Christianos istis in regionibus, quamquam numero Judæos, adde, & ipsos alicubi Mahomedanos vincant, sceptro potiri. Videamus ergo quam dignitatem Manasses in isto deprædicat, ut Judaici populi sceptrum efficiat. Principem dicit, quem crederent ex stirpe Davidis esse. Sola ergo eorum credulitate, non certis documentis nititur totus hic principatus. Illi curru vecto inter eundem acclamatur: *facite locum filio Davidis*. Hactenus filium Davidis quidem audio, & ex ista profapia inter suos principem: At nondum populi Judaici sceptrum. Aliud longe est Davidis genere ortum esse, quales proculdubio aliqui sunt, quamvis ignoti, neque distincti ab aliis. Aliud talem,

esse principem, qui populi reipublicæque Judaicæ nomine imperium in gentem suam obtineat, atque exerceat: hoc non, quæritur illud. Adeo nil ad rem facit sive Aben Ezra affirmet, suo tempore Bagdade familiam fuisse extirpe David, sive (ut in Sebet Iehuda dicitur) magni honores in Perside tribuantur principibus seminis Davidis: nec necesse est in Persidem abire, cum ratione stirpis qui de David procederet etiam inter Christianos alicubi (excepta Hispania) tam pestilens habetur & Hebræorum vilipenditur (aliàs altum genus) honores promerebitur, non tamen ideo sceptrum, non gentis vel populi sui.

Denique concludit Manasses. *Atque adeo fieri potest, ut idem hodieque observetur in regionibus quibusdam nobis incognitis*. Atque adeo fieri potest ut hoc falsum sit: certe eatenus falsum est, quatenus sceptrum hinc colligere conatur. Nemo non suas nugas, & commenta in regiones incognitas ablegare potest, hoc si sufficiat; sed non aliter docet, quam factis incertis incertas quoque assignare sedes, & loca. Videmus, ait Manasses, multis in locis quandam jurisdictionem habere tribu Iehuda ortos, & capita reliquorum esse: Verum hic non quævis sed jurisdictionis imperialis quæritur. Ex horum enim expositione sceptrum jurisdictionem & imperium significat, ad imperium autem stabilendum non quævis satis est jurisdictionis, cum inter privatos hæc etiam in familiis habeatur, sed publica atque politica, & imperij, & quæ gentis est universæ, quæritur. Sceptrum namque, de quo vaticinium, ut inquit Petrus Cunæus, nil est aliud quam reipublica Iudæa, hoc est regnum illud sacerdotale cujus anima, & spiritus fuerunt illæ religiosæ ceremoniæ, quarum custos non omnis vrbs, sed prius Silò, mox Ierusalem fuit, in qua sanctuarium suam habebat sedem. Quod si aram templumve Iudæi aliis extruxere in terris, reipublicæ jura, atque inviolabiles leges temeravere. Extrat enim in historiaram monumentis epistola Oniæ ad Prolomæum, & Cleopatram, in qua ille populares accusat suos, quod sanctuaria in Phœnicum urbibus, atque alibi condidissent contra jus, non enim hoc salvis ceremoniis fieri potuit. Tradidit hoc ipse

Maimonides lib. 8. in Halacha Bjarh hamikdash cap. ult. ¶ Siquis (inquit) transgressus legem sit ædemque extruxerit aliam præter sanctuarium Hierosolymitanum, non est ea quidem idolorum ædes habenda, sed tamen sacerdos, qui illic sacris operatus fuerit, nunquam sacra facere in Dei sanctuario, quod Hierosolymæ est, poterit. Etiam vasa, queis usus ille est, nemo quisquam ad veri sanctuarij adhibebit ministeria, sed abscondenda erunt. ¶ Vltterius id manifestum reddit, quod ipse Moses de iudicij criminalibus tradit, hæc nempe nunquam à Babylonicis nusquam terrarum potuisse exerceri, quæ maximam legis occupant partem. Vidè Galat. lib. 4. c. 5 In Schebet Iudæi ducem sibi atque imperatorem constituere, illum mittere coacti fuere, unde subdit illius auctor. *Sed nullos in posterum sibi sumunt imperij fasces, nisi Deus ipse Hebraorum gentem ex alto miseratus ipsis ducem aliquem præferat.* Hist. Iudaic. pag. 308.

Dices in captivitate Babylonica nihilo plus habuerunt Judæi, ac hodie, & tamen ibi sceptrum Judaicum agnoscendum est, vel si non, illo iam tempore Messias venire debuisset. Dicendum: interruptum quidem captivitate Babylonica sceptrum fuisse, non uti hodie penitus ablatum, non ergo iam tum venire Messias debuit. Tum, quoniam semper isto, atque longo tempore post mansit distincta, & cætera Judææ tribus, & quam primum aliqua commixtione profanari cœpisset, mox in integrum restituta fuit. Daniel 1. edixerat Rex sibi deligi pueros ex semine regio Judæorum. Nehem 7. fit redueum ex Babylone Judæorum recensio secundum genus & familiam, quorum indiculus inscribitur, & vers. 64. de nonnullis addicunt. *Isti quaesuerunt quisque scripturam suam, qui genus suum predicaret, ac non reperiebatur: quapropter ut polluti absentis sunt à sacerdotio. Edixit enim regis legatus eis, ut non comederent de re sancta sanctorum, donec sacerdos cum primis & Tammis existeret.* Adeo ferè omnes genealogiam suam sanctam seruarant, atque docebant, & qui socordes hæc in re documenta sua amiserant, à reliquis seclusi, & impuri habiti sunt. Hodie vero Judæorum nemo, necdum omnes, vel præcipui stir-

pem & tribum suam certo norunt. Quique se regio semine ortos vitæ manent vidimus ex Manasse sola hominum opinione, & credulitate nituntur. Iudæi olim in captivitate Babylonica, veros & potestate in omnes Iudæos præditos habuerunt principes suos, quique suarum tribuum certa capita erant. Eisd. 1. v. 5. & 8. & 16. & c. 9. 1. principes dicuntur. Tum, quoniam in captivitate Babylonica apud se prophetis potiti sunt Ezechiele, Daniele, Esdra, & Nehemia, Malachia, qui populum consolarentur, & erudirent, atque pro populo suas jugiter preces Deo funderent. Hodie autem à multis sæculis Prophetam, nullum sacerdotem habent. Tum, quia iis Deus fecerat promissionem certi, cæterisque, post septuaginta annorum intervallum, reditus: quare non ablatum funditus sceptrum, sed pro tempore inermis fuit erat. Hodie promissionem nullam liberationis ad pristinum statum habent, potius autem prædictionem extremæ desolationis Dan. 9.

## §. III.

*Proponitur, & refellitur Burgenfis expositio, & Galatini.*

**S**CEPTRUM intelligunt Burgen-  
sis, & Galatinus ex Raimon-  
Mart. Synedrium magnum 71. viro-  
rum, penes quos summa residebat po-  
restas, in ea quæ spectabant ad legem,  
& iudicia in sacra simul, atque profana,  
in eiusmodi sceptrum solis eximia  
nobilitatis viris parebat aditus, ac pro-  
inde omnes de tribu Iuda genus du-  
cebant. Huiusmodi autem senatus us-  
que ad Herodem duravit, qui omnes  
(uno excepto) interfecit sunt. Ideo,  
ubi vulgata dicit, in Hebræo legitur  
*Mecbezek*, id est, *scriba*. Ubi quic-  
quid enim erat Synedrium, duo erant scribæ  
iudicum stantes ante illos, unus ad  
dexteram, ad sinistram alter: unus ver-  
ba condemnantium, alter absolvenda  
verba scribebat. sic Maimonides  
in Chazakah.

Firma huiusmodi expositionem, id  
quod legitur in Bereshit Rabba. Ibi  
¶ *non receperet sceptrum de Iuda. Istud  
est camera, vel consistorium dolatum,*

vel politum, quod datum est in parte Iudae, sicut dictum est Psalm. 78. *& repulit: habernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda, & montem Sion, quem dilexit, montem inquam speculatum per legem, & sic dicit Psal. 87. & diligit Dominus portas Sion, id est, portas speculativas in sententia. Et scriba de medio pedum eius.* Isti sunt sedentes, & dantes sententias in Israël in Sanhedrim magna, quae sedet *belsath haggazith*, id est, in consistorio, vel camera dolata seu polita in parte Iudaica. Et quid est non recedet sceptrum de Iuda, nonne jam recesserunt Sanhedrim de consistorio Gazith? Sed dicitur ibi, quod non fuit data potestas Sanhedrim, id est ipsi iudicibus ordinariis iudicandi animarum iudicia, nisi omni tempore quo erant sedentes in consistorio Gazith. Cum etenim ad alium locum migraverunt, deleta sunt animarum iudicia: sicut scriptum est, Deut. 17. *Et facies secundum verbum oris, quod nuntiabunt tibi de loco illo.* Hic docetur quod locus erat necessarius.

¶ Huiusmodi expositionem refutavit Pererius ex eo quod fictitium iudicat simile 72. virorum collegium. Sed (ut inquit Stephanus Menochius) immerito de re passim ab omnibus admiffa hazitavit. Magistratus enim ejus firmentio Par. 2. c. 19. quem restituisse videtur Rex Iosaphat. Illos etiam seniores, de quibus Ezech. cap. 8, thuribulum habentes in manu, de Synedrio Magno capit Hugo Grotius, Raimundus in pugione fidei, Bodinus de rep. l. 6. c. 8. Casaubonus exerc. 13. §. 5. & alij passim eruditionis Hebraicae mediocriter si sint conscij.

Inde, quidem puto ejusdem expositionem refelli debere, quatenus omnes Synedrij patres fuisse de tribu Iuda enunciat. Hoc falsum est, tam in principio selectionis senatus tempore Moysi, quam ejus continuatione aliis temporibus. In Gem. Bab. ad tit. Sanh. c. 1. fol. 17. habetur: ¶ Tempore, quo dixit D. O. M. Mosi congrega mihi 70. viros de presbiteris, aut senioribus Israël dixit sibi Moses, seu secum cogitavit, quomodo hoc faciam? si ex qualibet tribu selegero sex, numerum imperarum superabit is numerus binis (erunt enim 72.) ac si selegero ex qualibet tribu quinque, decrum numero impera-

to decem, & demum, si tribu altera quinos, atque ex altera senos selegero, inter tribus constabo invidiam. Quid igitur fecit? Selegit ex tribubus singulis sex, & adhibitis septuaginta duabus schedulis, in septuagenarum qualibet inscripsit *presbiter*, seu *senior* reliquis binis inscriptione ejusmodi carentibus haec commixtas in pixidem, seu urnam indidit, & tunc dixit illis: venite, & tollite schedulam sibi suam, qui manu sua extraxit schedulam scriptam nomine hoc, *presbiter*, ei dixit Moses, *Iam pridem sanctificavit te Deus.* Qui extraxit ita manu sua schedulam puram, & dixit, *Deus te non vult, quid faciam ego tibi:* simile factum est circa illud. *Et accipies quinque scelos pro unoquoque capite.* Dixit Moses, si cuiquam dixerò da pretium tuum, respondebit mihi, jam redemit me filius Levi. Quid igitur fecit Moses. Attulit 22000. Schedulas, quibus inscripsit *Filios Levi*, & super 273. (qui numerus illum Levitarum superabat) scripsit *quinque sceli*, haec confusas conjecit in pixidem: Tunc dixit, ut extraheret quisque schedulam suam, qui manu sua extraheret *filios Levi*, illi dixit Moses, redemit me filius Levi. Qui verò extraheret schedulam ibi *quinque sceli*, dixit ei. *Præputiū tuum solve.* ¶ Quod crebrò refertur à Rabbinis. Idem pro vario reipublicæ statu in Synedrio magno observatum tradit Maimonides ad tit. K. idoshim c. 4. fol. 76. ¶ Etiam in præcepto habetur (inquit) ut admittantur in Synedrium magnum sacerdotes, & Levitæ juxta id quod legitur Deut. 17. *Et accedes ad sacerdotes, & Levitas*, sed tamen ex illis nullus ibi fuerit, sed universi collegæ ex Israëlitis constarent reliquis, id satis legitimum habebatur) in Gem. Bab. ad tit. loma. cap. 2. fol. 26. legitur. Dixit Rabbana neutrquam reperiri sapientium alumnos, qui rebus decernendis idonei essent, nisi ex tribu Levi, aut ex tribu Isacar, quoniam scriptum est de Levi, Deut. 33. *docebunt iudicia tua Iacob:* & de Isacar Par. 5. cap. 12. *Habebant cognitionem, & intelligentiam temporum ad præcipiendum, quid faciendum esset Israël.* Ex quibus patet Synedrium ex omnium tribuum viris constare, solis autem profelytis justitiæ, & domicilij, profanis, Libertinis, servis, reliquisque horum sanguine inquinatis exclusis,

Synedrium  
ex omnibus  
tribubus  
componitur.

exclusis, ut legitur expresse in Misna tit. Sanhed. cap. 4. ¶ Cuncti iudicii capitalibus idonei non sunt, illi tantum idonei, qui sint sacerdotes, Levitæ, Israëlita, atque ex hisce, etiam hi qui adeo puro sint sanguine, ut nuptiis sacerdotalibus fuerint idonei. ¶ Malè ergo ij expositores cum Baronio à Cataubono refutato, Synedrium undequaque ex tribu Juda viris constari tradidere. De iis plura nos in Exod.


Princeps  
Synedrij  
non semper  
ex tribu  
Iuda.

Neque caput, & Princeps Synedrij (ut sic omninò præcludatur effugium) de iure eligi debuit semper de tribu Iuda. Quamvis enim in captivitate Babylonica Principem, sive ducem de tribu Iuda sint sibi proponere soliti, quem *Aichmalatorcam*, & in terra sancta *Nafs*, nominabant, verum hoc non semper contigit, quasi fuisset de iure. Imprimis in ipso Synedrij exordio Moses fuit primus, qui seniorum præfuit Collegio Princeps, & hic de tribu Levi, successit illi Iosue oriundus ex tribu Ephraim 1. Par. ca. 7. Iedcom, Samijel, & Saül, nullus de tribu Iuda. Esdras in secundo templo, & Simeon iustus Principes recognoscuntur Synedrij apud Maimonidem, & alios primæ authoritatis Rabbinos, plures alij apud Iosephum Boissim, quorum nullus de Iuda.

¶

#### §. IV.

*Deseritur Originis, Epiphaniij, Baronij, aliorumque expositio.*

7.  RIG. Epiphanius, Baronius, & alij Jacobi vaticinio Iudæis promitti sentiunt quandam perpetuam Regum ex eadem tribu, at per idem genus successiorem, usque ad tempora Messie.

Verum huic aperte contradicit pagina sacra, quæ nullum à morte Jacobi usque ad Davidem Regem refert; primus enim Saül de tribu fuit Benjamin. Tempore Iudicum, qui tot per tempora republicam Iudaicam gubernarunt, ille Leviticæ, iste vero Æphraimiticæ tribus fuerunt, & nullus præter Othonielem, & Abenalem ex tribu Iuda Imperium Iudicum tenuit. Regnum autem, ex quo David clavum republicæ tenuit, ad Ieconiam, & Se-

dechiam continuum duravit, sed in his vidisse finem Sacra pagina docuit. Uterque enim in Babylonem captivus abductus est, & tunc Hierosolyma cum templo diruta fuit, & à stirpe David recessit imperium, ut ex Ierem 22. ibi, *Non erit de semine ejus vir, qui sedent super domum David, & potestatem habeat ultra in Iuda.* Licet autem concedamus ultro in Zorobabele resurrexisse quodammodo, non Davidis quidem regnum, sed tribus Iudæ aliquam dignitatem, sed non mansisse in eodem statu, res ipsa arguit. Nam ab anno vigesimo Artaxerxis Mnemonis, ad adventum Alexandri Magni in Hierosolymam numerantur anni quinquaginta & tres; apparet autem ex Iosepho lib. 11. cap. 8. de Pontifice Maximo Iadua nomine, summam rerum jam illò tempore penes sacerdotium fuisse. Adde quod tribus Levi Pontifices Almonæ per ultima sæcula regimen obtinuerunt, non ergo stirps de tribu Iuda post captivitatem Babylonicam imperavit. Almonæos autem esse de tribu Levi ex 1. Machab. cap. 2. constat, ibi *In diebus illis surrexit Mathathias filius Ioannis, filij Simeonis, sacerdos ex filiis Ioarim, ex familia Ioarim, quæ inter viginti quatuor familias filiorum Aaron forte prima exiit, sic 1. Par. capite 14.*

Hæc omnia viderunt Lyra, Abulensis, Carbul, qui relatum superius expositionem tuerentur. Sed dicunt ad ea Almonæos paterno genere esse de tribu Levi, ideò Pontifices esse, sed maternum genus ducere de tribu Iuda, à qua uxores petere soliti, Aaron Ex. 6. filiam Aminadab, & Par. 2. Ioizdas filiam Ioram Regis Iuda, & ambas de tribu Iuda duxerunt uxores, unde inter tribules tribus Iudæ iure optimo recensentur Almonæi. Sed quis dicat Iudaicorum institutorum conscius, tunc temporis Pontifices maximos è tribu sua nunquam duxisse, sed ex alia, & eadè tribu semper Iuda? De aliquibus non difficile creditur, sed de omnibus id asserere sine valido testimonio turpe est. Favet huiusmodi rationi, quæ in Talmude passim occurrunt. Familia matris non vocatur familia, hoc est, genus maternum habetur pro nullo. Inde ortum vulgare proloquium, in eo genus esse consummatum, qui licet filias habuerit, masculam

culam autem prolem non habet.

Equidem si id aliter evenit, leviter D. Paulus in epist. ad Hebræos 7. argumentaretur, Christum sacerdotem non fuisse secundum ordinem Levi, quia fuit de tribu Juda, facile enim occurrere posset, fuisse quidem de tribu Juda per genus paternum, & de Levi per maternum, hincque cognata Elisabeth, ac proinde Christum in utraque tribu posse censeri. Vterius, quoniam si sufficeret id, ut sceptrum esset in tribu Juda, pariter satis foret, ut sacerdotium Aaron fuisset in eadem tribu, cum post redditum de Babylonis captivitate per annos plus quingentos Pontifices, qui erant de tribu Levi, summum obtinuerint imperium, & plurimi regali majestate simul cum Pontificia sint functi.

\*\*\*

### §. V.

*Expositio Melchioris Cani refellitur.*

8.

**M**ELCHIOR Canus omnis Litteraturæ eruditione eximius subtiliter (ut solet) libro secundo de locis theologicis vaticinium Jacobi exponit. Nos (inquit) quibus consilium est, alias expositiones non inimicè, aut insectari, aut repellere, facilius hunc nodum expediemus, si ex 1. Machab. populum Judæorum ducatum Machabæis tradidisse dicamus, non tanquam proprium, & hæreditarium, sed ad legem depositi conservandum, ut videlicet Israëliticam plebem interea tuerentur, donec surgeret propheta fidelis, qui eos instrueret, vel quem de tribu Juda venturum expectabant, qua ex re sceptrum de tribu Juda non auferbatur, & præsertim, quòd ipsa quoque tribus Juda in hoc populi conditum, & sententiam à principio saltem creditur consensisse. Hæc ille, quæ omnia patent ex Machab. capite 6. ibi *Congregati sunt omnes amici Juda, & dixerunt Ionata, nunc te hodie eligimus esse nobis in Principem, & ducem ad bellandum bellum nostrum.* Et in capite decimo quarto sic dicitur. *Judæi, & sacerdotes consenserunt, Simonem esse ducem suum; & summum sacerdotem in æternum, donec consurgat propheta fidelis.* Verum hæc expositio dif-

ficile evincet lapsum, quem præparat argumentis Christianis, & quo contumacia Hebræa reddatur vegetior, cum hoc vaticinium contra illos nullius roboris foret. Ejusmodi erat in ipsos argumentum Christianum. Jacob vaticinatus est principatum in tribu Juda duraturum, donec veniret Messias, defecit tempore Herodis, venit ergo. Ex Cani expositione facile Judæi eluderent syllogismum, dicerent enim, tunc defecisse, quantum ad usum, interim autem jus retinere, donec veniat propheta fidelis, cui restitueretur dominatio quantum ad usum.

\*\*\*

### §. VI.

*Expositio Eusebij, & aliorum repellitur.*



**U**SEBIUS libr. 8. demonstrat. Evan. demonstr. §. Jam inde à temporibus Mosis (inquit) duces quidem Israëlitici, si particularim eos intrucaris, ex diversis tribubus lecti imperarunt: at in universum toti genti præfuit Judæa. Exemplo facile percipies, quod diximus, quemadmodum enim in Romano Imperio gentium singularum moderatores, rectoresque, & præfides, castrorumque præfetti, quique hominibus omnibus illis majores sunt, Reges haud quidem omnes urbe Roma, neque Remi, Romulique satu, sed ex innumeris aliis aliunde gentibus orti sunt: & tamen tam Reges profecto cuncti, quam qui post illos sunt præfetti, ducesque appellati sunt Romani, visque & potestas Romanorum dicitur, atque ex hoc nomine pendet. Ita de Hebræorum rebus existimandum est, quasi una quidem tribus Judæa toti genti illustre suum impertiverit, particularim verò duces, ac Reges creati ex diversis tribubus sint, qui tamen ex communi illa Judæorum appellatione honorem acceperint.

¶ Verum hæc nullius roboris sunt. Respublica namque Hebræa de Judæa nomine dici non cœpit, nisi postquam secessionem major Israëlitarum pars Hieroboami fecit auspiciis, qui statim sibi regnum munivit cæremoniarum,

ac religionum mutatione. Israeliticas inter tribus Judæ appellationem tunc primum dicendum est (ut veri colorem habeat) incepisse, cum regiam potestatem, quam in Sedechia tribus Judæ amiserat, Pontifices maximi in se transmovissent. Hinc autem nomen accipere Israelitas difficile est, cum ex qua tempestate semel decem tribus abductæ à Salmanasare Assirio dispersæ per Colchos, Partos, Indos atque Æthiopes sunt, nunquam deinde in patriam solum redierunt, aut conjunctæ iterum Judæis sunt: Quo autem modo nominis honorem à Juda accipere potuerunt, qui in republica Judaica non fuerunt, sed in diverso orbe sibi sidera alia intuebantur? illos enim fluvius Euphrates, quem semel transierant, semper coercuit, neque Romanis paruerunt, cum tunc Imperium Romanum trans Eufratem terminos non transisset. Nomen quidem Judæi incipit in republica Hebræa, cum scissum, divisumque Israelitarum regnum fuit, duæ tribus Levitæ, & Benjaminitæ Judæis se sociare, id verissimum solum est, quia cum pauciores, tenuioresque essent, nisi accessio habitus sunt. De hoc §. sequenti.

¶

S. VII.

*Traditur genuina expositio, & conciliatur analogia.*

**V**ERIOR tamen solutio ea est; Quoniam vel respicitur republica Hebræa à Mosis tempore usque ad Roboam regnum, & sic non Iudæorum, sed duodecim tribuum erat, unde per ea tempora omnium Israelitarum fuit sceptrum, de quo diu duodecim tribubus communi non loquitur sacer vates in oraculo. Vel spectatur populus Hebræus, cum tribus Iuda scissa ab alijs suam sibi seorsum ab Israelitis Rempublicam habere cepit, quam dilexit Dominus, atque appellari de solo Iudæ nomine Iudaicam voluit. Sera, venturaque scicula spectavit Oraculum, & de populo, ut ab Israelitis scisso loquitur Patriarcha, & verissima profert. Quoniam ex quo tempore semel esse Iudæorum cepit sceptri majestas perpetuo mansit ad usque Messie ætatem, & si mutatus interdum eorum status sit, modo penes Reges, penes Pontifices modo. Quicumque autem populus, sua quadam republica, suisque legibus utitur, is rectè gloriari de imperio, deque scepro potest, Hierosolymæ autem tempore, non solum Regum, sed Pontificum, & Asmonæorum intervallo in medio magni Syhedrij sceptrum pendit. Quod signum fuit illius majestatis, quam Marcus Tullius in partorat. esse magnitudinem quamdam populi (ait) in ejus potestate, ac jure retinendo, quæ vertitur imperio, atque omni populi dignitate. Non Reges, non Principes rempublicam Romanam, sed Consules, atque senatus agitare, cum lex isthæc fæderis data Atolis est, quam Livius refert, uti majestatem populi Romani conservarent sine dolo malo. Atque hoc quidem omnibus fuisse liberis populis imperarum, qui fædere aliquo, sed haud æquo in amicitiam venirent Romanorum, testis est Proculus Iuriconsultus in lib. 7. ff. de captivitate & postlimine reversis. Ne illud quidem nostræ interesse arbitramur, quia de gente, aut tribu fuerint, qui Iudaicas res moderati sunt. Et si namque per annos sane multos regnum tenuerint Levitæ Asmonæi, fuit tamen nihilominus republica Iudæi populi. Neroni Cæsari Seneca libr. 1. de clement. dixit. ¶ Non rempublicam Principis esse, sed Principem reipublicæ. ¶ Neque profecto alia fuit sententia Ulpiani, is enim majestatis crimen esse ait: id quod adversus populum Romanum, vel adversus securitatem ejus committitur lib. 1. §. 1. ff. ad leg. Jul. majest. Utique vixit Ulpianus ijs temporibus, cum nec suffragia populi essent, sed imperium, atque rerum summam Cæsares tenerent: & tamen, qui accuratissime definite cuncta solet, majestatem esse populi ait.

Neque alicujus ponderis sunt rationes, quæ ejusmodi expositioni oppositæ apparent. Primum, quia omnibus tribubus aliquid eventurum singulis proprium protulit vaticinium, nihil autem speciale tribui Iuda concederet, si de populo Iudaico prophetaret. Secundum, quia

præcedentia verba vers. 9. de ipsa tribu intelligi debent, durum ergo est, ea quæ vers. 10. intermedio texuntur, capere de universo populo. Non inquam ponderis sunt, quoniam vaticinium Jacob plurima, & quidem singularia promissit tribui Juda, quamvis illud, *Non auferetur sceptrum* de universo populo Judaico, ut rescisso ab aliis Israëlitis (ut traditum est superius) intelligatur. Promittitur illi præcellentia supra cæteras tribus, & jura primogenituræ, quoad honorem Rubbeno adempta, *prior in donis, major in imperio*. Voluit namque ex obscuro emergere tribus, ex qua nasciturus erat Messias. Ideo Numer. capite 11. & 10. in castrametando præcelluit tribus Juda, ordine offerentium est prima capite decimo secundo. Josué capit. 14. inter sortes prima suam nanciscitur hæreditatem, mortuo Josué ab ipso Deo meruit ducere bellum. Quæ omnia præcedentiæ, & dignitatis sunt vera indicia.

Neque præmit secundum, quoniam indignum non est vaticinio, de persona ad personam, de loco ad locum, & de tempore ad tempus transire. Plura prophetavit Jacob, quæ tribum Juda solum spectare non possunt. Prædicit namque gentium vocationem, *expectatio gentium*, Messie adventum. *Domus veniat Silo*, sicut olim Abrahamo, & Isaac duos filios habentibus ex utro eorum venturus esset Messias prædixit, sic per Jacob liberis suis enunciat, ex quo eorum genus ducturus est Messias. Ideo à principio orditur à tribu Juda comparata simul cum universis tribubus, quia ex illa relictis aliis Christus erat venturus. Deinde temporis signum sui adventus relinquens, sceptrum (inquit) destructum iri de tribu Juda, id est, de republica Judæorum, cujus nomine populum, quem rescissum ab aliis Israëlitis componebant duæ dumtaxat tribus, spiritu prophetico cognoverat appellandum, Malchiaz enim 3. vers. 4. & libro 1. Machab. cap. 1. *Juda* pro omnibus in Judæa habitantibus sumitur: quia ut inquit Joseph libro 11. de antiq. cap. 5. post transmigracionem à tribu Juda, cui Levitæ, & Benjaminitæ se sociaverunt, nomen Judæi accepere,

## §. VIII.

*Non esse vaticinium impletum in Herode, quem alienigenam vocant refutantur Baronius, Serarius, & quotquot illos sequuntur.*

**H**ERODEM fuisse Principem alienigenam, qui suo sceptro Judæos subjecerit, & in quo impletum est vaticinium, apud omnium ferè ætatum eruditos, sine discrimine est sententiæ admittit. Iste enim factus est Judææ Rex, qui è tribu Iuda, neque origine Judæus erat, sed Ascalonita, & profelytus. Sed in primis falsum est (inquit Calaubonus exercit. contra Bar.) Herodem primum esse alienigenam Principem, cui subditi sunt Judæi. Quoniam cum regnum Herodi à Romano senatu est declarum, authoribus Antonio, & Augusto annus jam agebatur vicesimus octavus à capta urbe per Pompeium, tunc Judæis libertas erepta, facti tributarij, Asmonæi dejecti, eam semper subire personam, quam Romani imponerent coacti, Rex Aristobolus captus, filius Alexandri securi percussus, Hyrcanus honore nominis regij negato, Pontifex à Pompeio est creatus. Quando ergo hæc à Romanis patiebantur, subditi erant nec ne? Falsum ergo est alienigenæ imperium primum in Herode esse expertos, Romani enim penitus erant extranei, cur ergo de Romanis tacent, cum de Herode clamitant esse alienigenam? Fuit autem Romanorum astutia, quod subactis à se Regibus, administrationem regnorum amissorum permitterent, ut verè Tacitus in Agricolæ vita de parte Britanniz Cogiduno datæ, ut ibi regnaret (vetere ait, ac jam pridem, recepta populi Romani consuetudine, ut haberet instrumenta servitutis, & Reges,) hujusmodi autem Reges Romani, si ita erat libitum, instituebant, & eosdem pro sui etiam libito deponabant, ut in Archelao Herodis filio apparuit.

Ex his ergo licet concederemus Herodem alienigenam fuisse velut Romanos, solida non erit horum sententia, qui prophetiz eventum ad unum Herodem

Herodem peculiariter restringunt. Verum tamen falsum est Herodem alienigenam fuisse. Quia, ut ait Strabo l. 16. homo Judæorum popularis erat, Judæi namque sunt appellati, & qui verè ex semine Abrahæ nascebantur, & qui fiebant Iudæi, quos, cum ad sacrorum Iudæorum communionem admittebantur, appellabant Hellenistæ profelytos justitiæ, sicut modo Turcus postquam lavacro baptismatis tinctus est, vere & est, & dicitur Christianus, sic alienigenæ, postquam erant circumcisi, & aliis sacris initiati, Iudæi & erant, & dicebantur. Fateor alia Iudæorum origine, alia profelytorum fuisse jura, sicut apud Romanos alia Quiritum jura, ac Latinorum, sed cum, qui fuisset justitiæ profelytus, negare esse Iudæum, perinde est, ut si quis Æquos, & Vollos neget fuisse Romanos, quia extranei quondam Romanis fuerunt, & postea Latinitate sunt donati, non jure Quiritum. Si ergo id verum est in iis, qui ex aliis nationibus fiebant Iudæi, potiori jure in Idumæis de quibus extat Dei præceptum Deut. 23. Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, propago enim est Ismaëlis filij Abraham. Non ergo alienigena dici potest Herodes, qui patrem Antipatrum, & avum Antipam ex Idumæis in Iudaismum conversos habuit.

Neque obstat à pluribus peregrinitatem illi obiici, ut inquit Auctor cujus sententia est in Piræ Avotb. c. 5 sub finem. Hoc enim non tam ex jure legitimo, quod profelytos cæteris Iudæis in omnibus verè æquabat, sed ex malevolentia, & per contemptum solum. Athenis namque Romæ, & ubique locorum semper adscriptitij cives contempti eis fuerunt, qui origine primæva cives se jactant, sicut & Iudæos factos Christianos per contemptum Iudæos appellamus, non ideo tamen improprie appellamus Christianos. Idem jus in profelytis. Iudæi, namque appellatio, quando late accipitur, omnes complectitur ejusdem originis, & religionis societate junctos, Hierosolymitanos, Galilæos, Idumæos Alexandrinos, & omnes, qui ex dispersu dicuntur. Quando strictè hujusmodi nomen accipitur cives solos Hierosolymitanos amplectitur, illa decem Toparchas, quæ Plinio enumerantur lib. 2. c. 14. sic accipitur Iudæa in novo

testamento Lucæ 11. at ubi cap. 1. Herodes Rex appellatur Iudæa, lata capitur significatione. Simile est apud Paulum, qui conversos ad fidem Christi, & veros Christianos factos aliquando appellat gentes, ut ad Galat. 11. de Petro Apostolo, *Cum gentibus comedebant*, non quia essent gentes, sed quia fuerant. Hoc sensu intelligimus Herodem alienigenam, quasi sit ex Idumæis in Iudæos transcriptus, & sic ejus regnum appellabimus cum Rabbiniis regnum profelytorum, non ideo tamen censemus alienum fuisse à populo Iudaico, sicut & alij omnino extranei, quos Goim appellabant Rabbini.

Iosephus ait Herodem, à prima stirpe Idumæum fuisse, ejus autem majores factos esse Iudæos, quando Idumæa per Alexandrum Regem facta est pars Iudææ sæculo integro ferè ante regnum Herodis, quo tempore renunciantes Deo suo proprio, Coze, ab ipsis nominato, circumcisionem aliaque sacra Iudæorum admisere. de patre semper loquitur tanquam de Iudæo, lib. 14. cap. 14. scribit Iosephus, quando Iulius Cæsar in Ægypto periclitabatur tumultum fuisse exortum inter Iudæos Ægyptienses, & illos, qui è Iudæa suppetias Cæsari venerant, sed sedavit Antipater. Patatis (inquit) Iudæis Ægyptiensibus, quod ex eadem gente cum ipsis esset (si ergo pater Herodis Israëlita erat, quanto magis Herodes filius. Idem lib. 14. cap. 12. mala enumerans, quæ Iudæis evenerant, postquam Romanæ servitutis jugum subierant, illud præcipuum refert, quod regnum ipsorum transijt ad plebeios) transijt regnum ad Herodem Antipatri filium qui plebeie erat familiæ, & generis privati, & parentis regibus. Si Herodes quidem alienigena esset, quis censeat, isto loco remissurum silentio. Tristius namque, & indignius est alienigenæ parere, quam, qui fuerat aliquando privatus, & aliquando paruerat regibus. Quando Iulius Cæsar Rempublicam occupavit, minus quæri possent Romani parere ei, qui homo privatus superiorum temporum Consulibus antea parebat, nobilitate generis multis etiam inferior. Sed hoc quidem tolerabilius, quam subijci Annibali Pænio. Non ergo id taceret Iosephus. Neque inter opprobria, quæ lib. 15. refert Iosephus Mariammæ in genus mariti

effudisse inter iurgandum cum Salome Herodis sorore, peregrinitatē objecit.

## §. IX.

*Propōnitur in quo impletā sit Iacob  
Prophetia.*

22.



MPLEMENTUM, & veritas prophetiæ eo sita esse debent, ut non explicetur de articulo illo, quo à Romanis declaratus est Rex Iudæorum Herodes. Sicut namque in primo templo, non simul contigit tota captivitas Babylonica, sed primo Manasses est abductus, deinde Joachim, tertio Iechonias, ac tandem Sedechias, sic in destructione secundi templi contigit. Interitus ergo reipublicæ Hebræorum alio tempore cœpit, alio fuit promotus, alio autē consummatus. Cœpit calamitas Iudæorum anno ante natum Christum sexagesimum, quando populus, qui sui erat juris, servitutis iugum subire à Pompejo est coactus, & libertate adempta, eum accipere Regem, quem imposuere Romani tributis solutis, religione tandem violata, cum sancta sanctorum ipsa irruerit ipse Pompejus. Quam captivitatem Edom, hoc est, Romanorum vocant (quia Roma, ut volunt, respicit paradysum) Rabbini in Lucahim p. 1 §. Auxit unus quasi gradus anno post natum Christum circiter decimo, cum Archelao Viennam relegato, Iudæa in formam jam provinciæ est redacta, à quo tempore nullus fuit in Iudæa, neque Rex, neque Ethnarca, & proprio suo Regi desierunt esse subiecti, in eamque cœpit tunc procurator Cæsaris mitti, quia facta est per Quirinium census descriptio ad populi vexationem. Ultima fuit clades, urbe dirupta, destructoque templo ab incarnatione Domini anno 70. Qua tempestate miserabilior fuit eorum conditio, privilegijs imminutis, ut constitutiones imperatoris in ijs solis sine molestia eos esse iussere, per quæ cultus eorum inquirari videretur, *lib. 1 §. 6. ff. de excus.* Causum enim fuit, ne Synagogas novas extruere, aut cruces in celebri festo Purim extruere ad pœnæ quondam recordationem possent, *lib. ult. de Jud. & Cal. lib. 13. C. Eodem.* Addita denique sanctio est, ne morem suum in

conjunctionibus retinerent, neve iuxta legem suam nuptias fortirentur, aut in diversa sub uno tempore conjugia convenirent. Hoc denique tempore totum Iudæi amiserunt decus incenso templo, urbeque succensa, quando reipublicam habere suam, suisque Regibus gubernari desivere, quamvis autem diu è terra excesserunt. Christus, hæc autem contigisse ejus ætate constat, & ipse Messias significavit, cum inquit, de templo, urbisque excidio loquens, *Non transibit hæc ætas, priusquam facta sint hæc.*

## §. X.

*Traditur quid de Messia senserint antiqui Rabbini & Manasses impugnatur de Messia expositio, frustra expectandum ex Rabb. confessis convincitur.*

QUONIAM misterium præses lapis contradictionis est ipsis Rabbini, referam, quæ ipsi de Messia diu expectato credant, ut omnibus constet jure de illis loquutum Ierem. capit. 8. *Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti, attendi, & auscultavi, nemo quod rectum est loquitur.* Et nos ex tenebris, quas ipsi in meridie palpant, solis justitiæ lucem in dies magis, ac magis augeamus Deo ipso operante. Messiam Iudæis promissum esse omnes consentiunt, ideo in quotidianis precibus à Deo petunt, *ut citò, & in diebus suis veniat.* Sed quis, & quando venturus est, valdè apud illos est controversum.

Vulgò omnes credunt hominem vulgarem, & plebeium fore, qui tamen cæteros homines multiplici virtute longè superet: uxorem etiam ducturum, liberos procreaturum, qui illi in regno succedant.

Quia autem Sacra Scriptura duplici modo de Messia loquitur; interdum nempe tanquam de vili, paupere, & abjecto, qui & moriturus sit interitum, tamquam de magnifico, præpotente, & excelso, &c. ideo sibi duos quoque Messias finxerunt, alterum, quem Messiam filium Iosephi appellant, qui pauper erit, & vilis, vir tamen strenuus, & rei bellicæ peritissimus; alterum, quem Messiam filium Davidis

dis vocant, qui verus Messias, & Rex Israël erit, qui que eis in terra Canaan præerit.

Sed adventum ejus aliqua portenta antecedent, quibus ad adventum ejus animadvertendum singuli monebuntur, & excitabuntur.

Non enim tam vilis erit, & occultus illius adventus, atque Christus quando in mundum adveniet. Ego verò decem hæc prodigiosa signa enumerabo, pro ut in libello, qui *pultus aromatarius* dicitur scripta leguntur.

*Signa que pro adventu Messie In dei sperant ventura.*

Primum signum erit ( inquit ) quod Deus excitaturus, & producturus est tres Reges Apostatas, & à fide sua deficientes, in hominum tamen conspectu veri Dei cultum, quamvis animas longè alius ipsis sit futurus, præferentes, omnes enim homines seducent, illique imponent, ut à Deo, & fide sua deficient, ita, ut multi quoque peccatores inter Israëlitas liberationi suæ, & redemptioni sint desperaturi, Deum abnegaturi. De illis dicitur. *Isai. 59 defectu veritas, quid est defectu? Quicumque varietatem amant, cateruam aufugient, & in latibulis, & speluncis se se abscondent: fortes, verò, & tyranni omnes illos persequentur, & interficient. Tum nullus erit Rex in Israël, uti scribitur, Dies (Osce 3.) multos sedebunt filij Israël sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari. Nullus erit Academiæ Rector; nullus Synagogæ Princeps, decuplum illis tributum imperabunt. Accedent etiam ab extremis terræ partibus nigri, & deformes homines, quos qui intuebitur præ timore, & terrore morietur, singuli enim duo capita, & septem oculos flammicos, & igneos habebunt. Tum Israël clamabit, vix, vix nobis.*

Alterum signum sperant. Deus enim maximum in orbem calorem imittet, inde multi morbi & febres pestilentæ orientur, ex quibus mille hominum millia inter ethnicos, & impios Israëlitas, itaut inter ethnicos magnus ejulatus, & fletus: iustis vero inter Israël calor ille medicina erit, uti scribitur *Mala 4. Orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitia, & sanitas in pennis ejus.*

Tertium. Sanguineum rorem stillabit Deus in terram impijs, qui ex illo biberint venenum, iustis verò non nocerebit, *Daniel. 12. Qui sapientes*

*facturi fulgebunt, quasi splendor firmamenti.*

Et per triduum totus orbis sanguine scatebit, uti scribitur *Joël. 2. Et dabo prodigia in celo, & in terra, & sanguinem, & ignem, & vaporem fumi.*

Quartum, Deus solem in tenebras per triginta dies converteret, uti scribitur, *Sol converteretur in tenebras, & luna in sanguinem. Joël 2.* Et post illos dies in pristinum splendorem restituet *Isai 24.* Et congregabuntur instar victorum in carcere, & claudentur in ergastulo, deinde post multos dies visitabuntur. Et hoc stolidissime fieri, ut terrore Deus incuriat Christianis, dicunt.

Quintum. Deus impio imperio Idumæo ( sic vocant Romanum ) totius orbis regimen concedet, quidam verò inter ceteros Romæ exorietur, qui per novem menses universo terrarum orbi dominabitur, cujus furor in populum Israël exardebit, & arumnisque, & miseriis illos premet, quo tempore Israëlita valde imminuentur. Prænuñciavit *Isai. 59 Vidit quod non esset vir, & admiratus est, quod nemo esset, qui opem offerret.* Novem illis mensibus elapsis Dominus Messiam filium Josephi ( hoc est, dicunt tribu Josephi oriundum ) cui Nehemiæ filio Husielis nomen erit, mittet, qui cum tribu Ephraim, Manasse, Benjamin, & Gaditarum parte adveniet, & quamprimum ad illum omnes Israëlita cõvertentur, *Ier. 3. Convertimini filij rebelles, dicit Dominus, quia ego mariti ius in vos habeo, & assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.* Tunc Messias filius Josephi Regem Idumæum superabit ( idest Pontificem Maximum. )

Sextum. Aiunt lapidem marmoreum Romæ esse, qui formosæ virginis speciem referat, qui non humana dextra, sed divina virtute in illam formam exsus sit, ad illum convenient ex omnibus nationibus nebulones, & illius amore ardentis, nefandis illum prement concubitibus. Deus autem lapide diviso infantem educet, qui Armillus impius vocabitur, quem Christiani Antichristum appellant. Christianis, & Judæis coram se Deum esse profitebitur. Verum occurret Neomias filius Husielis, & verba illa legit *Ego sum Dominus Deus tuus, non habetis Deos alienos coram me.* Pugnabunt

uterque, & Angeli sancti Messiam in bello casum recondeunt cum cæteris Patriarchis.

Septimum. Surget Michaël, & ingens cornu ter instabit, & verus Messias atque Elias apparebunt piis Israëlitis in deserta dispersis Judææ, & Hierosolymam omnes confugient. Armilus autem cum Idumæorum, seu Christianorum omnium copiis illos debellare contendens ibi morietur, & illos Judæi viciscuntur, uti scribitur Abdiaz decimo octavo. *Et erit domus Jacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau, (hoc est Christianum imperium) stipula, & succendentur in eis, & devorabunt eos, & non erunt reliquia domus Esau.* Quum autem Michaël summo producto sono iterum clanget, omnia sepulchra Hierosolymis aperientur, & mortuos Deus vitæ restituet. Messias autem filius David, & Elias, Messiam filium Iosephi, qui sub porta asservabatur, è mortuis suscitabunt. Cum Michaël tertium clanget, omnes Israëlitas ad paradysum venient, quorum agmen Deus ipse præcedet, nihil, quo vivere possint habentibus gentibus, & Christianis. Hæc ex libello pulveris aromatarij. Ubi autem Israëlitas Messias ille congregaverit Regium celebrabit convivium. Hic ille horrendæ magnitudinis taurus. Hic apponenda avis illa, quæ *Barjuchne* dicitur, de qua in Talmude scribitur. *Quum aliquando è nido ovum decidisset, trecentas proceras cedros casu suo profstravisse.* Epulis hiæc peractis, Messias uxorem ducet, filiis & nepotibus augetur, ac tandem fato fungetur. Alia signa, si quia sunt digna omitto, satis erunt relata, ut videamus, & miremur Iudaicam fidem, quæ non in Mose, sed in mendaciis futilibus, traditionibus Rabbiorum, & seductorum fabulis sita est.

Hinc oritur de adventu Messie discordia. Prisci Judæi ad tempus natiuitatis Christi, sperabant Messiam, ut Simeon iustus, & Prophetissa Anna Lucæ 2. Verum, quia non venerat instar potentissimi Regis, neque ex Herodis tyrannide, Romanorum potestate liberaverat illos, pro vero Messia non admiserunt alij. Quum autem tempus Messie iam præterisset viderent Barcochabh arrogans quidem Judæus, publice Messiam se proclamabat, & Bithere

regiam sedem habuisset, verum ab Adriano interfecto, quadragies centum millia millium Judæorum seductos ab hæc stella recognoverunt, & mox Barcochabh, id est, mendacem Messiam appellaverunt.

Quum autem Christum repudiaverint, & nullus alius oriretur, illam Eliæ traditionem, quod post quatuor mille annos venturus esset Messias, adulerant, addentes, propter peccata sua proractum esse tempus, nec Messiam adhuc advenisse. Sed postquam nullum adventus terminum assequi potuerunt, diris execrationibus devoverunt eos, qui tempora adventus Messie supputarent, dicentes, *Rumpatur spiritus eorum, qui tempora (adventus nempe Messie) supputant.*

Nihilominus tamen multi animi conscientia impulsi tempora adventus Messie præterisse agnoverunt, ideoque scripserunt. Revera quidem natum esse, sed propter sua peccata, & vitam impoenitentem, nondum revelatum, idque à maxima parte etiamnum hodie creditur. Hinc scribit Rab. Salomon Jarchi majores existimasse, Messiam eo die natum, quo Hierosolyma ultimum desolata est, ubinam vero tam diu lateat, incertum habent. Sunt qui arbitrentur jacere in paradiso mulieris capillo alligatum, & sic Salomonis verba in Cant. Cant. detorquent. *Caput tuum (Cant. 7.) super te, ut Carmelus, & coma capitis tui est tanquam purpura, qua Rex alligatus est in ambulacris. Rex, nempe Messias, in ambulacris, nempe in paradiso: Hanc Rabbiorum expositionem respicit hic, R. Salomon. In Talmude, dicitur sedere ad portam urbis Romæ inter ægrotos, & leprosos ex illo Isai 53. Alij aliàs fabulas comminiscuntur.*

*Judæorum Emunat*, seu fides à Munstero edita, pag. 43. hæc inquit de Messia. ¶ Quando autem venerit Messias noster, ille reducet nos super terram nostram in manu potenti, qui & ante multos annos natus est juxta mentem traditionis, quæ dicit, quod Messias manebit Romæ, usque dum devastaverit Romam, haud secus quam invenimus in Mose præceptore nostro, qui est in pace, qui fuit nutritus in domo Pharaonis, donèc ultio fuit sumpta de eo, & submersit totum populum ejus in mari, sed non venit postquam na-

tus est, & redemit Israël, sed post aliquos annos ex præcepto Dei benedicti, dixitque ad Pharaonem: sic ait Dominus, *dimitte populum meum ut seruiat mihi*. Sic Messias, quando accesserit tempus determinatum, veniet ad Papam ex mandato Dei, & dicet illi. *Dimitte populum meum, ut seruiat mihi*, tunc ipse veniet & usque ad tempus illud non dicitur venisse. Unde in templo secundo ipse non venit, neque fuit Messias, sicut nec David rex eo die quo natus est; fuit rex, neque unctus, sed eo tempore quo unxit eum Samuel ex præcepto Dei, tunc factus est rex unctus. Sic quoque quando Elias unxerit Messiam ex præcepto Dei, tunc erit Messias, & veniet, etiam si jam natus sit ante multum tempus, nempe in die desolationis domus secundæ, & maneat in horto paradisi, quemadmodum dixerunt sapientes in libris traditionum. Alij tamen dicunt, quod Messias non sit nasciturus usque dum prope fuerit tempus sui adventus, quando nos est educturus de captivitate tunc subito veniet. ¶ Hæc ille.

Verum hæc inania signa: ubi namque, Messiam Romæ nasciturum, est prænunciatum, aut Romæ latitare? Neq; ad rem Davidis & Moïse exempla: aliquot enim abierunt anni, priusquam Moïses in ducem, vel David in regem à Deo vocatus fuerit, sed non zates, non sæcula, & ultra mille annos quod excurrit tempus, quemadmodum in hoc Romano Judæorum Messia. In Ægypto quidem detentus populus fuit sub tyrannide, ac nunc Judæi non à solo Papa, non sub ejus solius dominio, sed per universum orbem luunt. Non ergo Romæ, neque à solo Romano Pontifice postulari debet eorum redemptio, quam potius ab alijs. Denique, David nomen habuit proprium, quo nuncupabatur, & dignoscatur ante regnum, quo ergo nomine appellandus, qui nunc Romæ degit futurus Messias?

His milis ex ipsis Judæorum testimonijs prout referuntur, & à Joanne Hoornbeek impugnantur, constabit manifeste jam diu venisse Messiam. Primum sit Eliæ (non Tisbitis, sed alterius cujusdam) quod sic sonat in Talmude Cod. Sanh. cap. II. ¶ Traditio domus Eliæ, sex mille annis durabit

mundus, bis mille annis inanis & vastitas, bis mille annis dies Messia. ¶ Ibidem R. Kerina idem & Manasses ben Israël lib. 3. de Resurrect. cap. 3. Quamvis autem apud nos nullius rationis hæc sint, nullius enim finem mundi certum est assignare, sed contra Judæos fortissimum est, cum traditionem de mundi duratione per sex mille annos magni ipsi faciant. Et quidem mirabile est, Judaica illa rebus nostris convenire, suasque jugulare. Quare magnopere hæc suæ causæ eos reddunt sollicitos, & supra modum stringunt.

Hoc fundamentum sibi sic objicit Manasses. ¶ Simul etiam confirmatur Cabalistarum opinio, quæ maxime nititur verbis Eliahu, qui dicit mundum sex mille annis duraturum, & uno interiturum. Quod intelligendum est de septimo millenario, quo tempore omnia inferiora corrumpentur, & ad Chaos redibunt, ex quo facta sunt. Hoc ita supposito restat dubium aliquod non leve, quod nobis solvendum est. Id hoc est, si ista opinio vera est, quod erit tempus Messia, sive quis erit ille mundus Messia, quem Israël expectat; in quo promisso gaudio fruetur? Ratio dubitandi est. Cum enim Israël jam tot centenos annos tam graves calamitates passus sit, & adhuc patiatur, sola spe futuræ istius in diebus Messia felicitatis se sublevans, ac sustentans, profecto omnino par & æquum videtur; ut anni isti felices plures sint, longiusque durent. At vero cum jam agatur quinquies millesimus trecentissimus nonagesimus quintus annus à mundi creati initio, exiguum temporis restat ad finem sex istorum mille annorum, cumque ex Judæorum omnium sententia nondum venerit Messias, videtur sane nil, aut parum admodum temporis reliquum futurum Israël, quo feliciter vivat sub Messia suo, & sperata felicitate fruatur. Ad scriptam hujus (addit Manasses) dubij solutionem, longior prolixiorque tractatus requiritur, quam qui scripto huic nostro brevissimo convenit. Quare breviter tantum dico, opinionem illam de mundi corruptione, apud omnes Hebræos non esse communiter acceptam. R. Moïses ægyptius, alijsque multi existimant mundum fore æternum, omnia vero loca, quæ

Roma nasciturum Messiam fingunt.

videntur innuere contrarium, conciliarunt, quemadmodum in conciliat. meo videre licet. Id circo quidam hujus sæculi Cabalistar animadvertentes eam difficultatem, dissentiunt ab antiquis, & inquirunt in dicto Eliahu non intelligi mille annos, neque universalem destructionem, sed quod uno die, aut una hora listetur generatio, & corruptio cum omnibus cœlestibus motibus. Ad hæc multa alia dicunt, ut solvant illud dubium, & ostendant infinitos fore annos, quibus populus Israëliticus omnibus bonis sub Messia suo fruetur: usque adeo, ut tempus calamitatum, & miseriarum, sive iræ divinæ, sub qua fuit, & etiam nunc est, cum isto futuri istius sæculi tempore collatum secundum Isaiam, non nisi puncti aut momenti instar sit reputandum. Quidquid ea de re sit, id uni ac soli Deo benedicto constat. ¶ Hæc Manasses.

14.

Bene & ingenue, inquit Hoornbeek, primum faretur Manasses dubium istud non leve esse, cujus nempe explicandi adeo graves experitur difficultates, & angustias. Neque adeo distat numerus annorum mundi vulgaris noster à Judaico, non certe in millenarijs, sed centenarijs tantum supra millenarium, hodie enim utrique numeramus ultra quincum millenarium, in centenarijs discriminamus. Judæis annum numerantibus à creatione mundi 5404. nobis autem vulgo 5603. solo ducentorum annorum discrimine, quod ad controversiam nostram parum admodum est, & Judæis certe esse debet, quibus 14. nunc expirarunt sæcula à tempore, quo Messiam venturum ipsi scripserunt, residuis ad mundi finem, juxta ipsorum rationes, vix sexcentis annis. Atque à quinto millenario, quo, non nos, non Scriptura, sed Judæi dixerunt venturum Messiam, nos effluxisse dicimus annos 1603. non quod iustum nunc incamus calculum, & rationes Chronologicas, neque id hujus loci, sufficit vulgarem ponere impræsentiarum numerum, neque vel nostri vel Judaici examē instituere Chronologicum. Judæi autem annos dicunt à quinto millenario inchoante abijisse 1404. Satepm ergo supra mille annos est, quod ipsi farentur Messias venire debuit. Jam vero nec ipsi, nedum nos, præcisè voluerunt venturum Messiam ad primum quinti millenarij annum,

uti neque lex ad tertium millenarium data. Sed videre interim Judæi possunt, ac debent, quam proxime ad designatum ipsorum tempus venerit Messias noster, ut illa ipsorum sententia vi veritatis expressa, à qua non adeo late aberrat, cogere eos etiam debeat errorem hic agnoscere, ex proprijs suis, quas nobis suppeditant, hypothesebus & calculis. Si ad quintum mundi millenarium venire Messias debuit, quomodo nec dum venit jam post sextum, & quod excurrit?

Digna notatu est Manasses confessio, & anxietas. *Exiguum temporis* (inquit) *restare ad finem istorum sex mille annorum*, & Messia quidem videri; *sane nil, aut parum admodum temporis reliquum*. Unde quid aliud colligas, quam turbatas Judæorum rationes, & res omnes? Nota quod non erubuit scribere, *sane nihil* temporis videri Messia reliquum: correxitque frigide satis per *aut admodum parum*. Quid ergo se, nosque diutius fatigant Judæi adventu Messia; quem satis nullum putant, quando adeo *sane nihil, aut parum admodum* temporis ei de omni mundi tempore, & quidem juxta ipsos, superest? Vana ergo spes est, quidquid de ejus spe, & sperata felicitate Manasses adjungit, neque sibi opinor creditum, imo desperata revera est infelicitas, & sola, quæ eos tenet, animi pervicacia. Quid quæso Manasses solutionis ad suum hoc dubium adferat? Dico opinionem (verba sunt illius) illam de mundi corruptione, apud omnes Hebræos non esse communiter receptam, R. Moses Ægyptius, alijque multi existimarunt mundum fore æternum. ¶ Sed miser homo; non quaeritur quid alij, sed quid tu dicas, non quod alij male dicunt de mundi aternitate: hoc enim tute negas, & refellis haud uno loco, præsertim in tuo conciliatore Genes. quæst. 30. ubi contra Mosis Ægyptij aliorumque similiter sententium opinionem adfers ipsam illam Cabalistarum sententiam de mundo post sex mille annos interituro, eamque, utroque, quod dici solet, pollice probas. Quis obsecro iste agendi modus, respondere ad aliquod dubium grave, & difficile à te ipso motum, sententia aliorum, quam ipse eo, quem tu notas, loco rejicis & refutas? imò refellis per id, quod tibi nunc in præsentibus

Confessio  
Manasses  
notabilis

dubio

dubio discutiendum proposuisti, idest Cabalistarum de fine mundi sententiam? Verum non aliter agunt qui ad extrema redacti, quid aut quomodo dicant, respondeantve præ animi morbo, & mali dogmatis desperato patrocinio, non attendunt.

Denique demus per impossibile veram Moſis Aegyptij sententiam esse, quid inde? nedum solveris, quod juxta Cabalam Messias venire debuit ad quintum mundi millenarium. Neque hoc in membro solo redditur falsa sententia Eliæ, sed & tempus legis etiam non fruitur duobus millenarijs, atque ira nil verum relinquetur in illa agonia, quæ ad nostram solam sententiam stare, ac conciliari optime potest. Manasses ergo in re adeo desperata, animum plane despondens, satis habet, his verbis concludere. ¶ Quidquid sit, id uni ac soli benedicto Deo constat, ego ad summum numen finiam, qua Psalmita utitur: Errores quis intelligit? ab occultis libera me Domine. ¶ Ingenue errorem confessus est, dicam tamen, qua ratione adimendus, sit, & obventura illi, alijsque Judæis felicitas sub Messia infinitos in annos, nempe si deposita animi perverciâ, Messiam verum, qui eo tempore jam dudum venit, quo & illi venturum dixerunt, fide, atque cultu omni recipiant, qui animis suis conciliaturus est pacem, qua per Dei gratiam nos & jam fruimur, & perpetuo beatos fore confidimus.

Manasses libr. de Resurrect. 3. cap. 3. aliter difficultatis fugit angustias. Elapsam scilicet tempus esse ab Elia designatum, sed hoc propter populi peccata, ea causam esse retardati, præter tempus promissum adventus Messia, passim omnes Judæi dicunt. Quo & peccata olim ab Israëlitis commissa, quasi illa adhuc luertent, convocant. sicut & quodcumque peccatum, quod nunc inter ipsos committitur. Unde R. Moſes Gerundenſis inquit, non est tibi Israël ultio, in qua non sit unctia de iniquitate vituli. Theodorus Hackspan in annotationibus ad R. Lipmanum pag. 393. adducit ex libro Chasidim. ¶ Quisquis multos peccatorum involvit, is retardat adventum Messia. ¶ Præterea. ¶ Quisquis famellam parviam ducit uxorem, retardat Messiam, ¶ Kimbi ad Isai. 56. ¶ Ostendit hic extis, penitentiam impedire adventum

Messia. ¶ Idem Aben Ezra in Deo præc. 3. de temerario agens juramento, Manasses lib. 3. de Refur. c. 3. in Talm. Cod. Sabbath cap. 16. R. Jochanam nomine R. Simeon. Auctor Aukafrochel part. 2. Auctor Schebet Iehuda ex versione Gentij p. 388. & alij alibi passim.

Tria præcipue attendenda sunt ex auctore superius relato, quibus expositio ista, præter illa, quæ ejus in ruinam adducit Vorſtius, ab ipso impugnatur. Primum, tempus Messia, quo venire ipsum juxta prophetias oportuit, expirasse. Deinde differri, ac tardare ejus adventum præter omnem spem, ac expectationem. Denique causam hujus esse ipsorum peccata. Imprimis ergo Eliæ sententia frustra additur, *at propter peccata nostra*, neque hæc sunt illius verba, sed recentioris alicujus, qui postquam elapsas annorum Elianorum vidit periodos, & ex communi Iudzorum pertinacia, non crederet adventum Messia, ista addenda putavit. Nam quomodo Elias, si longe post constitutum Messia periodum hanc vixerit, dicere istud potuisset, atque effari quod falsum arguebat jam suum tempus; nam vel omisisset tempus Messia circumſcribere, vel alium posuisset calculum, quam quem jam ipsum tempus coarguebat. Tum in Cod. Abodazara traditio hæc traditur recitata cum alia additione. ¶ Propter peccata, scilicet, nostra, quæ multiplicata sunt, egressi sunt ex ijs septingenti anni & quatuordecim. ¶ Ita dum alibi nulli certi anni adduntur, alibi trecenti, hic septingenti, liquet satis non esse hæc Eliæ verba, sed aliorum, qui pro re nata hoc vel illud dicendum, addendumque ad Elianum dictum censuerunt. Denique & sermo coarguit, aliam esse hanc additionem, & alienam à sententia Eliæ; quoniam verba Eliæ Chaldaica sunt; Hebræa hæc. Adeo certum est, ab alijs, hanc qualemcumque glossam textui, & verbis Elianis suppositam esse ex ratione temporis præterlapsi, Messiam tamen venisse fateri noluerunt.

Vehementer quidem causam, fidemque nostram confirmat, quod saltem tempus adventus Messia præterisse fateri coguntur, quo venire debuerit, & de hoc impresentiarum disputamus. Neque solum tempus illud expirasse Iudzæ

Judæi hic concedunt, sed etiam illud incidere in nostram hoc ipsum, quo Christiani Messiam venisse credimus: nempe illud, quod tum sancti Dei vates in Dei verbo prædixerunt. Tum ipsi in suis scriptis veteres Rabbini, & probatissimi denotarunt. Iudicem nunc causæ nostræ non alium volumus, quam Judæos ipsos, ut ingenue pronuncient, an non nostræ partes hic viderentur longe potiores suis, qui religiosè stamus temporè à Dei prophetis, cui etiam doctores Talmudici fere conveniunt, præsignificato, quo venturum Messiam omnes illi dixerunt, à quo Judæi abeunt & recedunt, neque recedunt aliquantulum, vel exigui aut dubij temporis scrupulo, sed intervallo sex-quimille annorum, tempus longe majus, quam quo duraturum Messiaè regnum sibi vane pollicentur, postquam plus temporis neglexit Messias, quam scilicet unquam sit habiturus. Ostende rem ullam unquam à Deo promissam, quæ tandiu ultra præstiturum suum tempus fuerit protracta, & dilata. Sed impossibile est per immortam, & immutabilem Dei veritatem, ut quod prædixit, non eo, quo statuit tempore, certo præstet, omnis enim homo mendax, Dei autem verbum nunquam fallit, neque fallere etiam potest, Cœlum autem & terra interibunt, priusquam unius apex, vel punctulum legis intercidat Exod. 34. & Deut. 32. Pro Dei veritate facit tota S. Scriptura, & natura Dei, & experientia perpetua testis exhibitorum fideliter eorum, quæ ex Dei prædictionibus expectata unquam hominibus fuerunt. Neque prædictio simpliciter fuit hæc de adventu Messiaè, ut veritas Dei lædatur ex ejus neglectu, sed promissio, & ea quidem boni maximi, adeo ut Deibenevolentia hic expectari imprimis debeat, aut servata, aut omissa. In locis nominatis conjungitur cum Dei veritate ejus bonitas, quæ peccata liberaliter condonat, non ea, cum naturæ, bonitatis, gloriæque suæ præjudicio vindicat. Hinc in Scriptura frequens locutio, qua dicitur ex Dei promissionibus nihil excidere, nihil cadere in terram Ios. 21. & 23.

Deinde, quoniam Deus non promissit Messiam sub aliqua conditione probitatis aut respicientiæ, sed absolute, non magis olim, cum Deus con-

trarium dixit Deut. 9. *Non propter justitiam vestram.* Quod si vero condicio substernatur divinis promissionibus, quæ pendeat ex bonis nostris operibus, & meritis, quis unquam boni aliquid particeps evadet, ac divinarum promissionum hæret? vel quis eo nomine bona aliqua adeptus aut sibi, ut quæ virtuti acceptum illa ferre aulit? Ps. 115. *Non nobis Domine, non nobis.* Psal. 143. nullum coram Deo esse justum prædicatur. Ulterius, cum Dominus Messiam promissit, populi præscivit peccata, an non? si secundum non erit omnipotens, si sciverit, quomodo propter ea iam evenientia, promissiones olim factas rescindat, faciatque irritas? Denique: quæ illa hodiè Judæorum delicta, quæ sic Messiaè remorantur adventum? Manasses lib. de term. vitæ pag. 169. ¶ Purgabitur (inquit ab idololatria, homicidio, & adulterio, quæ sunt tria maxima peccata, & post peractam hanc mundationem sequetur tempus justitiæ. ¶ Messiam illo statuit venturum. Illa quidem peccata, olim & plusquam hodiè inter Israelitas viguerunt, singulariter ergo aliquid debet esse, quod ira extra ordinem & metam divinam ijs retardat promissa. Hodiè quidem non illa scæda, & gentilis idololatria apud Judæos, ac olim observata: neque crebra adeo homicidia, quibus in sanctissimos olim prophetas passim irruerant, forte nec adulteria. Quæ ergo illa hodiè peccata præ prioribus, quæ Dei promissiones, & hominum spem tantopere illudant? Semper quidem gravissimorum peccatorum reus fuit populus Dei, ob quæ iusta adversus eos ultio divina scanduit: at semper fidem ijs datam, & promissam servavit Deus, adeo, ut cum promissam patribus in terram à Deo duccendi essent, peccataque efficerent, ut quod iter aliquot diebus conficere Deo propitio potuissent in multos annos extenderetur, tamen fidem suam non ita multo plus liberavit Deus, atque in Chananzam illos introduxit.

Neque exemplum adferri potest dilatae promissionis ultra tempus prædictum, & tanto intervallo, vel neglectæ, ob peccata quavis gravissima, præcipue cum Ierem 29. in reddendis suis promissis Deus non respiciat nostra demerita, sed veritatem, bonitatemque propriam, ut in reductione populi

populi de captivitate Babylonica. Ieremias cap. 28. *Propheta ille* (sic loquitur ad pseudoprophetam Hananiam) *qui propheta pacem, quum evenit verbum ipsius propheta, cognoscitur ille propheta esse, quem misit Dominus vere.* Ex hac argumentatione convincitur, nisi, quæ bene prædixerunt prophetae omnes de tempore adventus Messia, omnino adimpleta sint, redarguentur non veri fuisse, nec à Deo missi prophetae omnes qui tam uniformiter de diebus illis vaticinati fuerunt. Manasses in Conc. ad Deut. quæst. 7. ex Maimonide adfert probari hinc prophetam, quod ejus bona prædictio semper impletur. ¶ Quando, inquit, vel homini, vel civitati alicui boni quidpiam annunciari Deus per Prophetam jubeat, nunquam illius pœnitentia duci, neque talem promissionem conditionalem esse. ¶ Vide Abarbancem in Ierem. Ex eventu ergo promissionis de Propheta judicium fertur, & nisi eventus omnino respondeat & in re, & in tempore falsi ille arguitur.

Denique, quoniam Deus per Messiam pollicitus est homines convertendos, ut Ierem. 31. Zach. 13. Malach. 4. non quod à peccatis ejus adventus suspenderet. In Talmude tempora mala & improba faciunt adventum Messiae æque ac bona, in Sanh. c. 11. ¶ Non veniet filius Davidis (inquit R. Joannes) nisi aut sæculo, quod omni vitio careat, vel quod universum culpæ succumbat, quoniam scriptum est Isai. 59. & vidit non esse virum. Et obstupuit non esse intercessorem. ¶ Idem, R. Jehuda, & R. Nehorai in Talmude, & Maimonides in epist. de Australi regione, qui omnes, tempore adventus Messiae spurcitijs, fraudibus, & nequitijs sæculum fore gravandum, sentiunt, quale tempus, hominumque modus vivendi fuit sub finem templi secundi, de quibus sic Josephus lib. 6. de Bello cap. 16. ¶ Non equidem recusabo dicere, quæ dolor jubet. Puto, si Romani contra noxios venire tardassent, aut jactu terræ devorandam esse civitatem, aut diluxio perjuram, aut fulmina, aut Sodoma incendia passuram, multo enim magis impiam progeniem tulit, quam quæ illam protulerat. ¶

Concedamus autem peccata populi adventum remorari Messia, neque credendum, quod Deus tanto tempore

differat supra mille nempe, & quod excurrit, annos, sua promissa, neque, si vera sunt, quæ de festo expiationis Judæi confingunt, quod meritis suis Messias missus non fuerit. Dicunt enim se in festo expiationis totos puros, & sanctos reddi, adeo ut ne quidem diabolus, tum valeat in eos insurgere, ut accuseret, vel aliquid carpat. Videatur R. Eliezer cap. 46. Quomodo ergo non tali aliquo tempore, aut die, Messias venit? Extra diem expiationis, piores suis majoribus Judæi hodie se faciunt, ut se persuadeant si in terra sua essent, inde non eiciendos propter tantam scilicet suorum probitatem. ¶ Et enim nos (inquit Manasses in Genes. quæst. 43. pag. 65.) qui nunc ex populo Israëlítico in captivitate sumus, nequaquam graviter adeo peccamus, quam fecerunt majores nostri, & fortassis, si adhuc in patria essemus, non eijceremur inde. Sed ad recuperandam ejus possessionem, ingentibus meritis, ac præparatione opus est, ita ut nos ob majorum nostrorum peccata nunc puniamur. ¶ Sed non solet Deus tali tantaque pœna involvere benemerentes liberos ob peccata dumtaxat majorum. Vel quid jam ultra requiritur, si quidem res stet ab eorum respicientia & probitate, quum parentum suorum vitam vincant excellenti ista probitate, quasi in terra sua loco majorum fuissent, vel adhuc essent, inde se non expellendos putant? Quorsum ergo ipsorum Messias moras hæcæ ulteriores, quo minus confestim adit? Deinde R. Jehosua in Sanhed. de Messia adventu inquit, ¶ si mereantur tempore suo. ¶ Jam neque imperentibus suo tempore, neque propter eorum merita ocys accedit. Desperata ergo res est. Quis propter peccata festinare cum oporteret adventum, missus enim est ad expiandam iniquitatem, hominum, que delicta:

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

§. VI.

*Proponuntur quæ ipsi Judæi contra Messiam nostram objiciant.*

¶ **R**IMUNT, quod nobis opponunt passim Judæi, sicut & Tryphon apud Iustinum, adventus est Eliaz, qui ex Malach. 4. præcursum dicitur Messia. Nondum ergo venit Messias, si quidem

iquidem nondum Elias est missus. Sic Eliæ adventum præcedere, judicant, debere Messiam, ut clamitare soleant: veniat Elias, veniat Elias cum Messia filio Davidis, circumcisorumque infantem, sedem Eliæ vacuum constituent, si forte tunc veniat actionis istius præses, quæstionesque difficiles ad Eliæ adventum reservent. Unde illud, *venies Elias & solvet*. Idque Samaritana observat in Evangelio Joann. 4. Scio Messiam venturum, qui Christus dicitur, is ubi venerit omnia nobis annuntiabit. Videatur Manasses lib. 2. de Refur. c. 3. Dicendum autem Eliam illum, quem Malachias præcessurum inquit Messiam, non esse Eliam Tisbitem in persona propria, sed mystice & per similitudinem, quemadmodum Messias sæpe David appellatur, non quod ipse David sit Salomonis parens, sed ob similitudinem, arctamque cum Davide conjunctionem, Jerem. 30. *Servient Domino Deo suo, & Davidi regi suo quem excitabo ipsis*, id est Messia, ut exponunt Targum, Kimhi, R. Jehuda in Talmude Sanh. Ab Ezech. similiter 13. & Osea. 3. David appellatur Messias, ut intelligunt Chaldaeus Paraphrastes, Aben Ezra in Ps. 45. & Kimh. Jehu. 4. Reg. 9. appellatur Zimri, non quod is esset, sed ob morum similitudinem & actionum. Ita quoque sui singulari vocatione ante Messia adventum præcursum, homines ad Messiam conversurus, appellatur Elias, ob spiritus & virtutis, qua olim Elias polluit, similitudinem, is fuit Joan. Baptist. Luc. 5. Angelus vocatur in virtute Eliæ rebellium corda ad prudentiam justorum convertens. Matth. 17. Elias jam venit. Idem, c. 11. Neque inter Judæos constans omnium opinio est de corporali Eliæ adventu. ¶ Sunt inter sapientes (inquit Maimon. halacha melachim c. 12. §. 2.) qui dicunt Eliam ante adventum Messia venturum, atque hæc omnia, & alia similia nemo novit quomodo futura sint, donec steterint. ¶ Quidquid sit, an venturus, vel non Elias, inquit Manaf. lib. 3. de refur. c. 7. veniet præcurfor aliquis qui animos hominum sedatae probe disponat, ne terra anathemate percuniat. ¶ Si post adventum Messia mittendus credatur Elias, fatentur etiam & nos in resurrectione mortuorum, quo, Messia secundus erit adventus, si præcedaneus fuerit adventus, optime de præcurfore aliquo, qui

animos hominum sedat, intelligit Manasses, quod egisse Baptistam tenemus.

Contra ipsos autem facile potest retorqueri Malac. cap. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præter viam ante me, & repente veniet in templum suum Dominus, quem vos quaritis, & Angelus faderis, quo vos delectamini. Ecce venturus est, ait Dominus exercituum, & c. 4. Ecce ego missurus sum vobis Eliam.* Ex quibus observandum est Malachiam prophetarum ultimum quasi digito demonstrasse Messiam, & præcurforis ejus adventum, *Ecce* inquit, in suum templum ocyus venturum, non, quod priores ante eum Prophetæ, venturum simpliciter Messiam dicit, neque ullum aliud signum ejus ponit seu ex pollicia, seu Ecclesia, seu alijs circumvicinis regnis, aut ad aliquam temporis periodum annos supputare nos præcipit, sed instare jam, & præ foribus adventum esse, & seipso brevi impleturum omnia, clare evangelizat, *Ecce*, inquit, quasi digito notat, & in via esse Messiam, quia de ea paranda loquitur, per illum, qui spiritu venturus erat Eliæ. Admirabilis conspiciunt divini sermonis structura, quo proprius ad tempora Messia eo clarior, magisque præsentanea est oratio. Per Isaiam 40. *Ego Dominus tempore suo accelerabo istud.* Per Daniel temporis præfinitur & annorum periodus, Zach. cap. 9. *Exultate valde filia Sion, clange filia Jerusalem, ecce Rex tuus venit*, quasi in proximo Messia adventum spectans, Malachias autem ita clare, ut in quo ipse definit, evangelium incipiat, isdemque fere verbis Lucas, & Marcus suum inchoent, quibus suas, & Veteris Testamenti prophetias obfignaverit scriptorum ultimus Malachias. Ut conexam, & colligatam eodem spiritu, spiritusque effato sciamus Scripturam utramque, neque aliud vetus testamentum esse, quam umbram futuri, & novum illius commentarium, & complementum. Sic animadvertit Joannes Hoornbeek.

Neque secundum quod urget, quoniam Herodes qui obiit 37. regni sui anno, jam diu regnaverat, inquit, cum venit Jesus in mundum, non ergo Jacobi vaticinium intelligi debet, sicut exponunt Christiani, aut illis prodere parum. Non inquam, roboris est, cum in concordia antilogia facti jam dictum sit, ex dictisque ab Hoornbeek amplius poterit

poterit confirmari, non enim, inquit, res agitur subtilis, dubijque examinis; quæ ab incerta Chronologia, vel temporis alicujus controverso articulo pendeat, non dies, non anni, sæcula sunt, ex quibus complementum accepit hujusmodi prophetia, & ablatum Judæis omne regimen fuit. Quare nec patiemur in angustias redigi, an in Herodis initio regni, an in Pompeio, Vespasianove sceptri Judaici ablatio collocetur. Non unius momenti opus illud fuit, nec uno tempore peractum, varijs vicibus concussa Respublica illa fuit, conquassata tandem pessumivit, quæ cuncta conjungi debent, eodemque tendunt. Profanatum ab alijs sceptrum, fractumque, Vespasianus demum totum sustulit, in destructione politia, & urbis Hierosolymitanæ ultimus occasus, & tota sceptri extinctio fuit, ab eoque tempore impleta hæc prophetia, ex quo deliit omnino populus esse suis legibus, imperioque constans. Valde attenuatum quidem ad id usque temporis regimen, attamen fuit aliquod, & mansit salva quamdiu, & incolumi sua urbe. Cum hujus vero excidio omnia interierunt, sacra & politica: atque funditus ablatum Judæis sceptrum, & legislator. Totalem sceptri ruinam, & privationem in animo patriarcha habuit, quando hæc diceret: nam hoc demum est auferri de medio filiorum, quippe non ait propheta, sceptrum nunquam concuetur apud Judæos: vel, non erit turbatum,

nisi venerit Messias: sed, non auferetur sceptrum à Judæis, donec Messias venerit. Nondum ablatum regimen à Judæis erat, quo tempore Messiam advenisse certo credimus; quamvis à Romanis multa parte occupata, in dies magis ac magis attereretur. Et tali imperij statu venire Messias debebat, sceptro nimirum in occasum vergente, & propediem auferendo, vel ut Isai. c. 11. è trunco succiso proditurus erat Messias, atque ea Judaici populi periodo, quum inclinata jam essent Judæorum res, Messiam enixis votis præstolabantur, eoque tempore venire ipsum juxta prophetias oportebat. Hoc ergo voluit Patriarcha sua prædictione à Judæis nempe regimen suum non auferendum funditus, nisi Messias advenerit. Sub cujus calamitate existere ipsi recognoscunt Judæi, David Chimbi in Hol. c. 3. dicente. ¶ Atque hi sunt dies exilij, in quo bodie sumus, nec regem habemus, nec principem ex Israël, in potestate siquidem gentium sumus, & in potestate regum, ac principum earum. ¶ Idem Abraban. c. 53. Isai. & Manass. in Cons. hic ipsiq; Judæi in Evangelio expressè confessi sunt, dicentes, *Non habemus regem nisi Cæsarem*, Ioan. 19. ex quo illos arguit D. August. in Præf. Psal. 75. Ergo defecit jam Princeps de Juda. Alia æque debilitatis argumenta, quæ opponunt, suis locis examinanda remittimus in Daniel. Malach. & Isaiam prophetas.

Gen. 49. *Non auferetur sceptrum de tribu Juda, donec veniat, qui mittendus est.*

Reg. 1. cap. 18. *Stulte egisti, inquit ad Saül Samuel, quod si non fecisses, jam nunc præparasset Deus regnum tuum in sempiternum.*

**A**perta est difficultas, quoniam si Gen. cap. 49. decrevit sceptrum stabile fore, donec veniret Messias, quo pacto Deus indere potuit reges de tribu Benjamin in solio conservare perpetuo?

Aliqui affirmant, si stulte non egisset Saül, duplex fore regnum in domo Jacob, in Benjamin alterum sub Saule & posteris ejus, alterum in Iuda sub David, ejusque successoribus, qua concordia duo illa conveniunt oracula, quin unius, alterum regum destruat. Sed hoc difficile creditur est, cum regnum Saulis in totum Israël duodecim cum tribubus extenderetur, tale enim

promissum erat, quale ipse tunc possidebat, unde locus non erat alteri qui dominari posset, neque in quos dominium exercere valeret, forent. Deinde, quoniam ex peccato Saulis, tanquam occasione translaturum in domum Davidis juxta cor Domini viri, sceptrum, & regnum oriundum indicat Samuel, 1. Reg. cap. 23. quasi si Saül non deliquisset, stabile in domo Saül regnum perseveraret, & à Davidis domo exularet.

Germana ergo concordia ea est, quam tradidit eximius Mendoza, & communiter etiam expositores, Deum, voluisse conferre domui Benjaminicæ

regnum in sempiternum decreto conditionato, si nimirum Saül divinam legem servasset, & quia prævidit eam conditionem defuturam. Saulemque divinæ legis transgressorem fore, propterea absolute decrevisse regnum ad tribum Juda transferre, perpetuo in ea usque ad Messiam duraturum. Sic Mendoza, simili concordia concilians duas illas Summi Sacerdotis promissiones, unam Phinez, alteram Heli enunciatas, ut prior absoluta posteriorem conditionatam non destruxerit, prævidente Deo hanc posteriorem defectu conditionis non implendam, & propterea priorem

absolute faciente. Solum autem pugnant hæc duæ promissiones, sicut & factæ Sauli, & tribui Juda, si ambæ absolute forent, & re ipsa implendæ. Quod si dicas; promissionem conditionalem posita conditione in absolutam transire, quod non contingeret in promissione facta Sauli, si quam rectissime viveret, cum repugnaret promissio facta tribui Juda de stabiliendo folio in æternum ipsius in domo. Non ergo conditionalis neque absoluta possibilis fuit Sauli. De hoc consulendi theologi in 1. p. D. Thomæ de futuris contingentiis controversia.

Ex Genes. 49. *Simeon & Levi vasa iniquitatis belluarum. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cæta illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Ex quibus ultionem de Sichimitis factam, cap. 34. à Mose narratam damnat, & facinus improbum atque crudele detestatur.*

Iudith. c. 9. *Deus Patris mei Simeon, qui dedisti illi gladium in defensionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione sua, & denudaverunt famam virginis in confusione, & filios illorum in captivitate, & omnem prædam in divisionem servis tuis, qui zelaverunt zelum tuum. Ex quibus constat facinus Sichimitarum zelum divini honoris esse Iudith arbitrata, & à Domino processisse.*

**N**ON aliam huiusmodi antilogiæ præstare possum concordiam, quàm à Thoma Anglico inter varias relatas expositiones indicatam. Prima opinio est (inquit ille) peccasse filios Iacob sic interficiendo Sichimitas. Primo quidem ratione immoderate iræ & furoris, quo usi sunt, secundo propter dolum, quo pactum fecerunt cum illis, qui dolus præterquàm quod in omni pacto & fœdere illicitus, & proditorius est, insuper fuit illis sacrilegus nempe ad eum celandum interposito circumcisionis Sacramento. Tertio, quia pœna excessit culpam, non tantum interficiendo illius stupri reum, sed alios etiam infantes, atque adeo omnem populum, atque in eo tempore quo maxime erant miserandi, videlicet cum ob recentis circumcisionis vulnus acriori dolore urgebantur. Ad illam vero auctoritatem Iudith responderetur, non quia Deus adjuvit illos in faciando cædem, ex eo sequitur eos non peccasse, quia Deus multis ex causis juvat temporaliter peccatores. Et zelus ille, quo optime moti, propter excessum modi vindicandi, in nimiam crudelitatem, viciatus & depravatus est.

Alterà opinio est, cædem illam sive crimine factam esse à filiis Iacob, nec

eos usos esse malo dolo, sed bona cautione, prudentique consilio, Sichimitæ namque illius parrati facinoris participes fuerant, ideoque digni supplicio. Non enim credibile sit filios Iacob, in universam plebem propter unius hominis crimen usque adeo iræ exarsisse, & tam atrociter vindicasse. Nam quod Sichem, & Sichimitæ consenserint accipere circumcisionem, potius id propter carnalem amorem puellæ, fecere, & ut gratificarentur principi, & Domino suo, quam propter amorem divini cultus, & religionis, & insuper èo adducti sunt studio avaritiæ, spe nimirum promissi eis lucri ex bonis Hebræorum ad ipsos devolvendis. Ad hæc si filij Iacob istud dolosè atque impie fecissent, fuissent utiq; apud Deum & homines maxima digni pœna, neque sufficiens fuisset increpatio eorum ob istud factum, qua usus est Iacob, dicens: *Turbastis me, & odiosum fecistis me Chanaanis.* Præterea hic dicitur post cædem filios Iacob deprædatos esse bona Sichimitarum, & mulieres earum duxisse captivas, hoc autem iniquissimum fuisset, si cædes illa fuisset injusta, & Iacob iussisset ea omnia restitui, quod tamen eum fecisse non legitur.

tur. Postremo infra c. 48. Jacob istum agrum Sichimitarum in hereditariam possessionem tradidit filio suo Joseph, quem ait quæsiuisse se in arcu & gladio, scilicet per filios suos. Jure igitur justitæ belli id factum est. Et hæc quidem opinio ducta videtur ex veteri quodam libro apocrypho, cui titulus erat Testamentum duodecim patriarcharum, ubi Simeon & Levi dicunt se fecisse id bono animo, nec de eo se accusant, sed commendant potius. Illam porro contra Simeon & Levi reprehensionem, & maledictionem Jacob censent fuisse Prophetiam de Christi morte, quæ procurarunt imprimis sacerdotes, qui erant ex tribu Levi, & Scribæ, quorum plurimi erant ex tribu Simeon. Hanc mortem Christi spiritu prophætico prævidens Jacob, sub nomine Simeonis & Levi posteros eorum Scribas, & sacerdotes præcipuos ejus mortis auctores accusat & damnat.


Tertia opinio inter duas superiores media, temperans est ac moderans utramque. Est autem Richardi, affirmantis filios Jacob primum à Deo fuisse motos in eadem, sed eos postea furioso quodam impetu zeli sui vindictæ modum excessisse. Illud sane dixerim, ait Richardus, flagitium illud merito displicuisse filiis Jacob, nec propter susceptam circumcissionem placari potuisse, ut quæ non propter Deum, sed propter Dinam facta fuisset. Culpabile tamen in illis fuit severitatis modum excessisse, & in ulciscenda injuria æquitatis mensuram non servasse. Merito igitur Jacob inconsultam eorum audaciam redarguit, severitatemque indiscretam reprehendit. Nec mirandum idem opus aliqua ex parte rectum, & ex zelo procedens esse, alia vero ex parte esse temperarium, inordinatum atque immoderatum: cum etiam dictum Caiphæ, qua fuit ab occulto Dei instinctu, prophæticum fuerit, qua vero à malo ejus animo & intentione processit, impium censeatur. Si autem quisquam obijciat, zelum illum filiorum Jacob bonum esse non potuisse, quippe qui impulerit eos ad faciendum dolose pactum, ipsumque violandum sub spe amicitie & religionis. Ad hoc responderi possit, quia Deus videbat cor Sichimitarum in eo pacto non esse rectum, sed pravum, & ad carnalem concupiscentiam, & temporalem avaritiam conversum, potius quam ad ipsius Dei cultum & religionem spectans, idcirco

non cessavit movere cor filiorum Jacob ad zelum ultionis. Quamquam quod inconsulto atque inscio patre fecerint, excusari à peccato non potest. Quod si quis dicat quemadmodum Judith divino instinctu juste potuit simulare, velle se uti matrimonium cum Holoferne, ut sic opportunitatem haberet cum occidendi, & sicut Hebræi petierunt mutuum ab Ægyptijs, quod non intendebant reddere ipsis, ita fieri potuisse in isto facto filiorum Jacob. Ego isti sententiæ non contradico, quævis non ita clara mihi sit in hoc casu sicut in illis. Hæc omnia ex Thoma Anglico. Vide Caiet. super Gen. c. 34. Carthusianum super Judith c. 9.



EXPONITVR  
Gen. 49. in sensu morali.

**Q**UM Jacob jam jam foret sub mortis jurisdictione cunctis filiis largissimas imprecatur benedictiones, tribui Iuda imperium inter fratres donavit. *Non auferetur sceptrum de tribu Iuda,* sed quare in familia Joseph noluit sceptrum stabilire? Quoniam diligebat Joseph, noluit ex ejus familia eligere regem, coronam namque Regi credit esse damnum. Publius Percinax imperator filium suum à Romæ finibus ablegatum rusticari jubebat, & conquerentibus senatoribus sic respondit. *Satis à me factum, qui Romanis vitam in discrimen dedi, filium reservare incolumem desidero.* Nulla namque dirior est crux, & labor quam Regi corona.



§. I.

*Hominum regimen durissima crux  
& labor.*

**V**ERISSIMA est Platonis sententia. *Si bonorum (inquit) virorum staret civitas, in ea haud aliter nõ imperandi gratia pugnaretur, quam nunc pugnatur imperandi cupiditate: Quare Crux dum (prosequitur) unusquisque qui non amens durissima dõsit, potius eliget aliam sibi prædesse, quam dum alijs ipse consulit, multis se negotijs implicare.* De locolta rege, cui nunciatum est, filium suum conspirasse in coronam, tradunt dixisse: *Relinquit, hæc est pars.* Ideo qui optime spinas penetrant imperij coronas fugiebant, & abhorrebant sceptrum.

Dux generalis institutus est Josue contra Amalecitas in bello & quamvis arduum undique foret, tam ex copia militum quam hostium robore, quo superabant Amalecitarum Israëlitis phalanges, non fertur aliquo quassatum esse pavore: Elegit Dominus Moyses successorem Josue, ut populum gubernaret, & illico exterritus est præ timore; sic autem illum immutaverat timor, ut bis opus fuerit à Domino roborari: *Noli metuere, noli timere.* Quare in bello difficillimo hostium pavorem non recognoscit, & gubernator electus Josue præ timore strenuus defecit? Quoniam in bello electus est ut cum hostibus dimicaret, in pace assumitur ut vassallis, & domesticis dominetur, magisque intolerandum visum est strenuo Josue regere amicos, quam debellare inimicos, ideo roboratus exiit ad pugnam, & Princeps populi electus præ timore defecit, divinoque robore eget. *Noli metuere* ut inquit enim Bern. ep. 12. Meditantibus quidem dominationis honores blandiuntur, sed onera pensantibus tædio sunt, atque formidini: ideo qui interiora penetrat dignitatis, non quærit sed fugit ejus majestatem fallacem.

Cum Judæi lapidare Christum Dominum sacrilege vellent, inquit textus quod *abscondit se*: Voluerunt rapere ut facerent turbæ Dominum regem, & inquit Joannes: *fugit iterum in montem*, quare solum se abscondit, quod parum timoris sonat cū lapidibus obruere Dominum tentant, & fugit, quod nimiam sollicitudinem, nec levem timorem innuit, cum ad regnum quærent, & ad coronam? Quia nimirum (inquit Guillelmus Hebroicensis serm. 35. tom. 5.) *plus horret honores quàm lapides*, plus coronam Christus Dominus timuit, quam mortem: quia dignitatis onera penetravit; Nec plures quidem tanta fiducia, & alacritate current ad imperia si onera scirent, gravari profecto metuerent, nec tam anxie dominationis insulas affectarent.

Postquam Saül cognovit David vitæ ejus magnanimè pepercisse, deposito odio David alloquitur, & tractat amabiliter, ipsique obulit vitæ securitatem; tunc autem magis formidans tutiora loca quæ sisse tradidit S. Pagina: *Ascendemus ad tutiora loca.* Quare cum Saül amabiliter tractat, quærit David tu-

tiorum locum in defensionem, quam cum ejus vitæ hostiles parabant insidias. Ratio est; quia antea Saül necem minabatur David, nunc coronam promittit. *Scio quod certissime regnabitur usque*, magis ergo timuit certitudinem regni, quam incertitudinem vitæ, & nocentis hostis insidias, ideo quærit defensionem tutiorem, *ad tutiora loca*, antea invidia Saulis fugiebat, nunc purpuram times; contra invidiam satis erat fuga per montes, ad imperium sublime montium ascendit ut periculum evadere posset, terribilius namque visum est illi dominari, quàm mori, habet quippe principatus exteriorem gloriam, sed interioris magnitudinem oneris, quia unde honor à rectore excipitur, inde illud suscipit quo gravetur, quod si Princeps honoratur à subditis, portat etiam eos, à quibus sublimatur, cum honoris ergo principio causa nascitur oneris inquit D. Gregor. lib. 4. in 1. Reg. c. 10. ideo non est principatus sine cruciatu, & dolore.

Ubi mirabilis mulier apparuit in cælo splendoribus astrorum, & solariibus radijs amicta, clamores, & suspiria fuerunt in terra exaudita; *Cruciabatur, ut pareret* persecutiones illico fuit experta: *Draco stetit ante mulierem.* Unde tot mulieri sic fulgenti insectationes venerunt? Unde dolores. Quia apparuit regina, corona stellarum duodecim redimita, ideo clamar insectata doloribus, & insectationibus lacerata; non enim est sine labore corona, purpura sine cruciatu, & dominatione sine curarum spinis, malæ causæ pejus patrocinium Martha quæ sivit dicens: *Dominæ non est tibi cura.* Cum Dominum vocet, & judicet sine curis, hæc enim non sunt separabiles à dominationis splendore, tantos enim sustinet homo in sublimi elevatus, quantos suppositos regit, merito ergo coronam fugit, qui pondus, & onus illius capit; Prudenter renuerunt ficus & oliva coronam accipere, & sceptrum quia illa noluit deserere suam substantiam, nec dulcedinem ista, prudenter enim existimarunt non posse substantiam & dulcedinem conservari cum regno.

Quærebat sponsum dilectissima sponsa, per calles & plateas, nil timeret, nil horret dummodo dilectum manibus teneat, & alia opportunitate non tantum quærit, verum his vocata non venit: *Veni de libano, Veni,* & tamen nec

venit

19.  
Darius de  
minori, qui  
mori.

venit nec vocationi sponsa respondit  
 Quare sponsa, quæ nec timuit civitatis  
 custodes, impeterrita vulneribus vi-  
 gilium, & spoliacioni custodum quæ-  
 rens per vicos & plateas sponsum, ab  
 ipso sollicitata, & vocibus repetitis vo-  
 cata nec respondit vocationis amor;  
 nec venit ad sponsum bis invitata: Ra-  
 tio est quia quærens per plateas spon-  
 sum vitam custodum vulneribus expo-  
 nebat, & hæc nihili duxit, dum dile-  
 ctum teneret, & brachijs amplexaretur;  
 quando autem ab sponso invitatur  
 quaritur ad coronam: *Veni coronam  
 haberi.* Prælegit ergo sponsum locietate  
 carere, quam caput redimere corona;  
 & quæ vulnera pro sponsum dilectione à  
 custodibus perpeti non recusat, ne su-  
 beat coronæ labores, fugit præsentiam  
 amati, & consortium vocantis sponsum,  
 malens montium habitare cavernas fe-  
 lis pardorum sociata, quam spinis dia-  
 dematis pungi, & purpura induta se-  
 dere super solium excellentum; Optime  
 nescio quæ regina:

*Fluctus varijs agor  
 Et cum hinc profundum ventus, hinc  
 actus rapit  
 Incerta dubitat unda, cui cedat malo.*

Et merito quidem, quia nulla est pœ-  
 na gravior dominatione; ideo in sup-  
 plicium sceleris commissi à Rubeno  
 cõtra parentis honorem, pollicitus fuit  
 illi super fratres suos dominationem,  
*prior in donis, major in imperio,* non  
 benedictio, sed fuit maledictio, & pœ-  
 na; Unde D Hieronymus in quæst Heb.  
 ubi *Major in imperio.* Legit; *Major ad  
 portandum,* & Græca lectio: *durus ad  
 ferendum* qui namque assignatus impe-  
 rio, durus & fortis oportet esse ad por-  
 tandum onus, & infinitos ferre labores  
 comitantes imperium, ideo in pœnam  
 Rubeno prædixit parens super alios  
 fratres dominationem, hæc enim ma-  
 xima secum fert onera, nec itiq; labores.

Vocari Danielelem Balchazar rex præ-  
 cepit, sibi que exponere ænigma mysti-  
 cis characteribus scriptum, & in pa-  
 rietibus regij atrij delineatum. Prophe-  
 ta autem obtemperavit dicens: illis  
 characteribus declarari ipsum regno  
 excidisse, eo quod profanaverit vasa,  
 Prophetas divexaverit, nomenque  
 sanctissimum Dei blasphemaverit; ubi  
 autem Balchazar expositionem, & simul  
 objurationem audivit, Daniel ex ejus

jussu purpuram induit, aureamque tor-  
 quem ex jussu regis. *Tunc jubente rege  
 indutus est Daniel purpura, & circumdatus  
 est torques aurea collo ejus.* Quid hæc è  
 quando reges veritatem dicentes re-  
 munerarunt? quando reges monentes  
 de noxis vincula nõ sunt experti? Quo-  
 modo ergo Danielelem acerbe objurgã-  
 rem, rex sigillatus purpura præmiat?  
 Non fuit remuneratio Regis Danielelem  
 purpura induere, sed rigor pœ vindiçtæ;  
 exacerbatus impius rex existerat audi-  
 ta Prophete sigillatione, interius con-  
 tra Danielelem ira exardebat audita cha-  
 racterum expositione funesta; cogitavit  
 secum sumere de Propheta vindiçtam;  
 & nil dirius illi existimavit evenire po-  
 tuisse, quã purpura regia vestiri, & cir-  
 cundari torque, ideo in pœnam moni-  
 tionis acerbe jubente rege, *indutus est  
 Daniel purpura,* existimavit namque nil  
 infelicius fore Danielelem, quã vestimẽ-  
 ta regalia, neq; gravius aliud onus quã  
 purpura & sceptrum. Nulla quidẽ tur-  
 pior servitus (inquit D. Bern. ad Eug. 1.  
 de Conf.) graviorq; quã dignitas prin-  
 cipatus: nulli tibi namque Princeps liber  
 est, numquã suus, ubique strepitus, ubi-  
 que tumultus, ubique jugum servitutis  
 Principem premit: Nullum est instans;  
 in quo cor à motu in corpore humano  
 cesset, continua pulsatione palpitat, quia  
 Princeps est in corpore humano, & quia  
 sine intermissione gubernat, vigilare &  
 palpitare non cessat. Ideo in pœnã ve-  
 ritatis regi libere dictæ & sententiæ acer-  
 be explanatæ purpura Danielelem induit, &  
 torquem inposuit signũ servitutis ex-  
 pressum; quia omnis principatus servi-  
 tus est rigorosa: ideo Propheta Domi-  
 num vocat Dominatorem terræ. *Emitte  
 agnum Domine dominatorem terræ,* & D.  
 Paulus servum appellat: *formam servus  
 accipiens,* quia idem est dominari ac ser-  
 vire, & qui pluribus præest, totidem vi-  
 detur servire, idem enim est imperij su-  
 mme possessionem, ac capisse servitutis  
 pati molestias: ideo in Christo Dom-  
 no pedes prius unxit pœnitens Magdale-  
 na, Luc. 7. deinde prope passionẽ super  
 caput unguenti alabastrũ effudit; quia  
 caput est dominationis potestas, & pe-  
 des instrumenta serviendi ideo prius  
 ad pedes, quam ad Caput Magdalena  
 pervenit, quia principalius in Christo  
 Principe perfectissimo arbitrata est,  
 serviendi promptitudinem esse, quam  
 dominandi potentiam.

20.  
Purpura  
parum di-  
stat à mor-  
te.

Non solum servitutem fert secum dominationis potentia, & dignitas principatus, sed etiam mortem; ideo salutis nostræ auctorem Magi colentes, & incunabulis venerati de thesauris suis mysticas ei munerum offerentes species illico ac in auro Regis consideraverunt potentiam, myrrham obtulerunt in Dominicam sepulturam, ubi namque regem viderunt, morti jam obnoxium consideraverunt, & condimento indigentem ad sepulturam: *Apertis thesauris suis obtulerunt ei munera aurum, & myrrham*: parum enim immo & nihil corona distat à sepultura. Vocatus Daniel, ut exponeret characteres scriptos in atrio regio, in ruinam regni, & impij Balthazaris regis declarat, dicens: certissime Principem moriturum; ubi sententiam rex barbarus exaudivit, exiit purpuram, & illa Danielem vestivit. *Indutus est Daniel purpura*. Quare tunc temporis remuneravit Prophetam? Non tam voluit Danielem induere, quam purpuram rex ipse exuere, sed ut quid Balthasar tunc temporis purpuram nudat: nudavit vestem pretiosam, ut forsitan fugeret mortem, necis audivit sententiam, & existimavit falce non tam in ipsum, qua sacrilegum, sed qua regem immutare mortem, nec in personam, sed in purpuram vibrare flagellum, ideo ut fugeret mortis rigorem, exiit vestem regiam, & illam induere fecit Danielem. *Indutus est Daniel purpura*, quia existimavit à morte parum distare regium decorem; nihilque à sepultura coronam, ideo ubi est unctus Saül, & à Samuele rex inauguratur, missus est ad sepulchrum Rachel: *Invenies duos viros juxta sepulchrum Rachel*, quasi idem foret præesse vassallis, ac opus illi esse signare sepulchrum, quia nil vicinius morti corona, nullaque præparatio, dispositiove major ad mortem, quam purpura regia.

Fugit Christus Dominus sceptrum cum regem turbæ rapere vellent: *Fugit in montem*. Hierosolymam ingressus fuit rex acclamatus, nec respuit regiam acclamationem: *Ecce rex tuus venit tibi mansuetus*. Quare hoc? Quoniam in deserto nondum venerat hora moriendi, ideo fugit coronam, est namque scepro mors ita vicina, ut si regnum Christus acciperet in deserto, mors properaret, ipsumque invaderet ante tempus prædefinitum, ideo fu-

git oblatam coronam, quando vero Hierosolymam intrat, tempus appropinquabat patiendi, ideo suscipit regiam acclamationem, quasi foret præparatio dispositiva ad passionem, & regiam non respuit pompam, quia tantum Christi Domini desiderium, quam tempus præfixum passioni ipsum accelerabant ad mortem; acclamatur ergo in Jerusalem Christus Dominus Rex, ut quantocius vocetur in patibulo sceleratus, & mortis succumbat imperio quia nil vicinius morti corona, nulla ve præparatio, dispositiove major ad mortem, quam purpura regia, & majestatis sceptrum. Optime exponit Maph. reg. in supplem. Virg. quot gladij, quot tela, quot hastæ undique, quot undique spicula regnantis verticis immineat.

— *O fragilis damnosa superbia sceptri  
Quot tecum insidijs quot mortes quan-  
ta malorum.*

*Magnorum tormenta geris quot tela,  
quot enses?*

*Ante oculos, si cernis habes? Heu sor-  
tis acerba*

*Et misera regale decus t*

Petilius libro Ezech. 2. regnum asserit comparari, qui quidem in ore dulcis veluti mel apparebat, in ventre autem jam devoratus quasi fel amaricatus, regnum igitur prima fronte & exterius plenum delicijs, & delectabile apparet, interius autem consideratum fastidijs sentitur onustura: Zachariæ cap. 3. dicitur. *Ponite eidarum mundam super caput ejus*. Hoc dicebat de Rege: sed quare fascia caput præcepit ligari regem? Quoniam qui ad sublimis fortunæ fastigium, & solium conscendit, vertiginem necessario persentiet, & infirmitate curarum & sollicitudinum stimulis vehementer pungitur caput. Optime Proculus orat. 6. de laud. Mar. *Purpura bellicis infecta sudoribus operosa regum conversationis, ac virtutis indicium est*.

Supremum adeptum imperium jactabat Nabuchodonosor, ut autem magnitudinem suæ gloriæ explicaret, sic inquit: Dicitque cogitationem suam in eo esse, ut omnem terram suo subjugaret imperio; Ubi id in conventu propositum est, exijt decretum: *Factum est verbum in domo Nabuchodonosor*

*nosor regis, ut defenderet se, Ad quid defensio regis, si suo totus orbis subjungendus erat imperio? quem timet, ut habeat à quo cogatur defendi? A sua majestate opus fuit illi defendi, quia quo majus fuerit imperium, eo majora pericula imminenti dominantem, ex visceribus celsitudinis hostes domestici oriuntur à quibus cogitur sublimitas præcaveri, variisque cogitationibus molestari ut tutus in medio fastigij & incolumis conservetur. Nil namque rex differt à crucifixo. Optime mulier illa, quæ solabatur afflictam, in regnum iturum affligentem dicebat, ut Seneca in Theb. 2.*

*Ne metue, pœnas & quidem solvit graves.*

*Regnabit. hac est pœna.*

Quando Dominus cruci affigi à Pilato damnatur, præcepit ut cum ipso titulus in cruce regis pariter figeretur: *Iesus Nazarenus rex Iudeorum.* Quis non videt inadvertentiam Pilati? etenim suppetebat Domino titulus regis, & deficiebat titulus crucifixi, iste namque titulus substituebat tunc præconi, qui pœnam & causam damnatorum publice declarabat, necessarius ergo erat titulus regis, quid namque cum paribulo sceptrum, aut cum convitiis majestas? Considerate etiam Dominum in sepulchro, quem devota sollicitudine, nec non teneritudine compassiva quærebant mulieres, obviæ factus Angelus inquit illis: *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum, surrexit.* Hic pariter titulos videtur confundi, unumque deficere, superflueque alium, defecit titulus regis post resurrectionem, namque decreverat Deus assumere sceptrum. *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra:* exivit ergo imperans de sepulchro; suppetebat pariter titulus crucifixi, in sepulchro namque Christus crucifixus non erat; Quare ergo in cruce ubi titulus crucem publicare deberet, sceptrum regni declarat & in sepulchro titulus publicaturus purpuram majestatis, crucem tantum manifestabat? Ratio est; Quoniam cum rex implet munera regis, tam synonyma sunt crux & sceptrum, ut existimaret Pilatus non aliter clarius dici valere Dominum crucifixum in paribulo mori, quam declarando ibi

pendere regem, & ut Angelus exponeret Christum resurrexisse Regem, nullis verbis manifestius aperuit, quam inquitens cruci affixum resurrexisse, ideo Pilatus ut omnibus exponeret Christum Dominum crucifixum, inquit, *rex Iudeorum* regem appellat, & ut Angelus deceat Dominum surrexisse cum scepro, crucifixum vocavit *Iesum Nazarenum crucifixum*, in Golgotha sceptrum crucem declarat & in sepulchro crux purpuram manifestat, quia parum aut nihil crux à purpura distat. Et ratio est, quia Principis vita in motu & fatigatione consistit, pro vassallis passim periculis exponenda, illam, si opus est, contempere, & commutare debet cum morte, ut illorum incolumitati consulere valeat, ut §. sequentibus longe dicendum.

§. II.

*Principis munus in motu & fatigatione consistit.*

**P**RINCIPIS corona non splendor est, ut à nonnullis putatur, sed pondus, & onus, non tam purpuram debet Princeps induere, quam tolerantiam, ideo dominus quando ingreditur Hierosolimam triumphans ut rex; *Ete rex tuus venit:* dicitur egressus à Bethphage, quia interpretatur *dominus patientia* ut sentit D. Pascaſius, debuit enim prius tolerantiam vestire, qui munus subibat regis, & non tam purpuram ad imperandum induere, quam ad sufferendum patientiam: Deus ipse regis opus exprimere intendens Nabuchodonosor ei nomen imposuit quod interpretatur *sedens in angustia.* Princeps enim dum majestatem ostentat, non tam in solio quam in angustijs sedere credendus est.

Moyſes, grege derelicto, ad radicem montis Orebi tetendit, ubi nec pascua virebant, nec segetis copia, ubi rubum vidit inter flammam ignis virentem, & ibi tanquam in solio Dominum residentem *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis.* Quare cedrum Dominus non elegit solium, platanos, vel abietes? quare non punicam majorem, quæ coronæ radiis adumbrat regnantem, vel palmam, qua coronantur in prælio viventes? Quoniam in ve-

preto inquit D. Clemens Alexandrinus negotia cum Moysæ veluti Princeps Deus tractabat, & illum instituebat gubernatorem, & sui substitutum imperij, ideo non quercum, unde triumphantium necebantur coronæ, non cedrum nobilitate elevatam, sed rubum elegit in solium, ut cognoverit Moyses tot circumcingendum spinis, quot subditis imperaverit, tot tribulis discerpendum, quot præfuerit tribunalibus, ideo solvi calcamenta præcepit, ut non aliter nisi pedibus cruentatis transitum faceret ad coronam; hancque intelligeret Moyses non tam fulgoribus, quam spinis esse contextam; Adamo lapsa, quem Deus instituit Principem omnium, terram assignavit in solium, & illico seminavit tribulis, & spinis, ut ab exordio adhuc nascentis orbis corona non tam spargeret fulgores, quibus Princeps splendeat, quam spinas quibus pungeret, germinaret, purpura namque non Principis majestatem, sed animi cruentatam sollicitudinem signat, qua frequenter dilaceratur animus regius: Præcepit Etai rex David ut habitaret cum Absalon; *Habita cum rege*: quare regem vocat, quem nondum cingebat corona, nec manu sceptrum tenuerat; Quoniam turbulentum Absalon consideravit David, curis, & sollicitudinibus inquietum, cogitationibus agitatum in persecutione parentis, ideo regem appellavit, ut diceret fatigatum, nil namque tam laboriosum quam esse regem cui nunquam expedit sumere requiem sine rubore. Cum refertur lectulus Salomonis privatur cognomine regis. *En lectulum Salomonis*. Cum currus exprimitur, titulo Principis decoratur. *Ferculum fecit Rex Salomon*. Quare hoc? quoniam lectulus destinatur ad requiem, currus autem ad motum ideo vocatur Salomon cum requiescit, *lectulum Salomonis*, & solum cum ad laborem movetur, honoratur titulo regis *Ferculum fecit rex Sifara*, Ithobeth Holofernes & Ioas regnare, vivereque desierunt, quia sopori dediti cessarunt invigilare.

Vidit Dominum Isaias, cui Seraphim assistebant, sed faciem duabus alis velabant; *Duabus velabant faciem eius*. Quare faciem Domini tegunt? forsitan quia Deus erubescerebat. Quoniam Propheta Deum respexit munus

regis gerentem, *super solium excelsum* & tamen sedens sumebat requiem. *sedentem* ideo quasi verecundia confusus faciem Seraphim alis velabat, solium enim sublimem Principem esse indicabat sedere autem requiem, & levamen sedentis manifestabat, ideo erubescens tegebat faciem, seque velabat, quasi requiem indignam Principe reputaret; quia Princeps qui in beneficium subditorum non fatigatur, non meruit Principis nomen; D. Thomas asserit solem fuisse formatum à Domino primo die, & tamen quarto die fecisse illum Deum asserit Moyses Genes. 1. Quare si ex primo die lux solis fuerat creata, usque ad quartum diem non dicitur facta? Ratio est, quia Sol usque ad quartum diem motum non habuit, thronus non currus erat tyrantis per orbem, sed solium requiescentis oriens; in quarto autem die acceperunt cæli (ut inquit Burgenfis, stellares motus in quos Sol Princeps astrorum influit, idcirco non meruit lux primo die formata cognomen Solis, donec fuit moribus fatigata in beneficium inferiorum, etenim expressam involuit contradictionem, principem esse, & requie gaudere.

Dominus constituit Apostolos Principes universi, & inquit cum ipso sedibus majestatis sessuros. *In regeneratione cum sederit filius hominis in sede majestatis sue sedebitis & vos*. Quare sedes distribuit ad judicandum non hoc sæculo jam venturo? si cunctis in Petro capite Apostolis intimatur ad absolvendum facultas: *Quodcumque solveris*: quare hic ad judicandum non conceditur sedes? Neutiquam solium Apostolis ad judicandum negatur, sed non conceditur ad requiescendum in hoc sæculo sedes, sed in regeneratione dumtaxat, etenim Apostolos Principes constituerat: *Constituit eos Principes super omnem terram*, ideo requie in hac vita negavit, & in futura tantum donavit fruitionem, & gaudij sedes. hic enim Principibus tantum pastorum conceduntur laboribus plena iuguria spinis & tribulis undique cincta. Agnus ille de quo Apoc. 5. habebat oculos septem, ad quid tot oculi in agno? quare septem, & non pauciores vel plures? Ratio est quia agnus ille Princeps erat, ante cujus thronum seniores coronas mittebant, septem habebat, *habentem*

*cornua septem, & oculos septem* ideo totidem oculos debuit habere, quodvis namque sceptrum oculatum, & vigilantem exposcit Principem, & in regimine deludantem.

Ab exordio Abimelech inaugurationis in Regem auspicia iniquitatis ostendit: *Abierunt, & constituerunt regem Abimelech juxta quercum.* Perpetuitatem Regni Salomonici ejus unctio manifestabat: *Adduxerunt eum in Gethon sumpsitque Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & unxit Salomonem.* Sed quare ex Salomonis unctio-  
ne perpetui regni manavit omen, & ex Abimelech inauguratione auspiciū gubernatoris iniqui? Ratio est; quoniam Abimelech juxta quercum Salomon autem juxta Gethon unctus, & coronatus est; ex locis enim regiminis auspicia sumi solebant, hæc autem est inter utriusque loci notabilis differentia, quercus namque juxta quam coronatur Abimelech arbor est, quæ ut fecundetur sterilem vicinam terram reddebat, immobilis manens frondes ut induat, & flores terræ totius bibit humorem, illam relinquens exhaustam, Princeps ergo qui proprietates arboris imitatus, est iniquus rex, & tyrannus, Gethon autem juxta quem Salomon ungebatur fluvius erat (D. Hieronymo teste de locis Heb.) cujus aquæ sine requie moventur fluxu continuo currunt in beneficium cunctorum, ut terram fecundent, sylvas ditescant arboribus, arboreque fructibus ornent, nunquam fluvius quiescit, & fluit semper continuoque motu, ideo optimi Principis fuit flumen omen, arbor enim tyranni, fluvius providi, & perfectissime gubernatoris regimen optime adumbrat, ideo Abimelech juxta quercum rex constitutus ab exordio unctio-  
nis tyrannus est reputatus, & pacificum creditum Salomonis imperium, Princeps enim insalutem reipublicæ non desudans, non pacifice gubernabit.

Ut rebelles in Moysem & conquiescerent & iterum in Pontificatum Israelitæ non conspiciant, præcepit Deus virgam Aaron in tabernaculo custodiri in æternum: *Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij.* Quare thuribulum non servatur, si de Pontificatu fuit exorta contentio? Ratio est quoniam id, quod asservaretur in

tabernaculo, adumbrabat Pontificis virtutes, & proprietates, ideo thuribulum asservatum in tabernaculo rebellionem populi non sedaret, idque effecisset virga dumtaxat; etenim thuribulum Pontificem adumbraret, holocausta gratissima Domino referentem, undique virtute conspicuum, virga autem in tabernaculo custodia fructibus in utilitatem aliorum erat onustas, ideo sola virga valuit seditionem pacificare, quia populus ægre acceptaret Pontificem sanctum, etiam si ad Dominum per extasim raptum, quod inqueret thuribulum in tabernaculo custoditum, solumque sedaretur rebellio virga floribus & fructibus simul onusta, quæ Pontificem designaret subditis utilem, beneficium & proficuum.

\*\*\*

### S. III.

*Princeps prius subditis consulat quam sibi.*

**R**EFERT Plutarch. eximium ducem Pelopidem mulieri suggerenti ut in pugna consulere sibi, sic respondisse *Id faminis sepe suggerendum est, Imperatoribus vero ut alios seruent.* Princeps enim non tam sibi quam subditis consulere debet. Opprobria adversus Jesum Judæi exardescens ira jaculabantur, ad quæ mansuetissimus Jesu velut ovis non resistit: *Prætereuntes blasphemabant ei.* Clamat ad Dominum felicissimus Dimas; *Domine memento mei;* & exoratus Dominus nulla interposita mora postulatum concedit, petitionique nimia benivolentia respondit: *Hodie mecum eris in paradiso:* Quare Dominus improperantibus nec ullum verbum respondit, & latroni consolatur in afflictione propriis cruciatibus nec attendens nec impeditus? Quare calumniantibus parit, nec defensionem apponit, & peccationem in favorem latronis decernit? Quoniam Christus Dominus munus regis gerebat: *regnavit à ligno Deus,* ideo oblitus sui propriæque defensionis, necessitati consuluit dumtaxat afflicti, ideo nil respondit improperantibus sed latroni tribulationes patienti, & inter angustias Domi

Dominum exoranti respondet, & petitioni benignissime annuit, rex enim prius aliis succurrere tenetur quam sibi. *Hodie non solum petenti subvenit sed illico petitioni respondit; differre namque petitionis decretum est subditum cruciare dicitur martyris. In orto non aderant clavi, nec crux, & tamen Christus fuit in agonias effusus. Quare hoc? Quia tribus horis erat exorans, & non fuerat Dominus exauditus (moraliter dico) differre autem petitionis decretum dirior est cruciatus quam clavorum & Christi tormentum. Minus vexat negare, quam petitionem differre. Promittit Dominus Saræ filium, & queritur sibi Dominum irridere. *Risum fecit mihi Dominus.* Negavit Dominus, & velut stultam respuit Christus Dominus petitionem Apostolorum. *Nescitis quid petatis,* & tamen non emittunt querelas. Quare hoc? Quoniam petitioni Apostolorum illico dedit repullam, Saræ autem post nonaginta annos precum donavit filium, ideo Sara velut injuriam beneficium suscepit, & velut favorem Apostoli sustinuerunt petitionis repullam.*

Joannem Dominus dereliquit in vinculis, *Ioannes in vinculis.* Petro victo catenis duabus Christus succurrit, mittens Angelum, qui Apostolum de manu tyranni regis liberaret: *Misit Dominus Angelum suum.* Quare amicitissimum Joannem inter vincula dereliquit, ut puella saltantis occumberet gladio, petentis caput Joannis in disco, & Petrum non permittit pari inter duos milites vinctum? Ratio est: quoniam si succurreret in vinculis Joanni, propriæ attenderet Christus utilitati, venit enim in virtute Elizæ Baptista, ut Dominum annunciaret: *ego vox: Ecce agnus Dei:* disruptio vinculorum Baptista in gloriam Christi Domini redundabat, ideo propriæ commoditatis, & utilitatis Christus oblitus Baptistam deserit, & vincula non dirumpit: *Ioannes in vinculis.* Petri autem libertas in utilitatem cedebat Ecclesiæ, & in commodum Christi Domini vassallorum: *Confirma fratres tuos.* Petrus necessarius erat Ecclesiæ ut reliquos confortaret, ideo Dominus suorum necessitate, & calamitate pulsatus misit Angelum, qui contractis Petri catenis ipsum educeret de custodia, & ab Herodis tyran-

nide liberaret. Joannem sibi proficuum in vinculis esse permittit, sed Petrum Christi subditis necessarium liberat ab Herode, quia Dominus idæa Principi perfectissima magis quam sibi consulit subditis suis: Princeps enim non tam sibi, quam suis nasci debet, sicut Philosophus asserbat *nascimur aliis.* De cunctis Christi Domini antecessoribus, & ascendentibus dicitur in genealogia Jesu *Genuit & genitos esse, David autem genuit Salomonem, Salomon autem genuit, &c.* De Christo Domino dicitur esse natum, non dicitur genitum: *De qua natus est IESUS.* Quare hoc? quia *genuit* factus dicit augmentum, hominis autem nativitas indicat expresse laborem: Homo nascitur ad laborem, & quia Dominus natus est verus Princeps, non genitus sed tantum dicitur natus, quia nascitur ad salvandum, *ipse salvum faciet populum,* ideo non dicitur genitus quia significatur augmentum, sed natus quo labor in subditorum utilitatem inquitur, Princeps enim aliis & non sibi nascitur: si satis efficere velit muneris principatus. Princeps enim optimus esse non habere videtur, nisi in beneficium suorum totus sit occupatus.

Sol quarto die dicitur à Domino factus *fecitque Deus duo luminaria magna — & factum est vespere & mane dies quartus.* D. Thomas tradit solem primo die conditum esse, si ergo à primo die Sol habuit esse quomodo quarto die recepisse, factumque esse tradidit S. Pagina? Quoniam Sol Princeps natus est luminarium, *ut præfesset diei,* verum nec communicavit influxum, nec in beneficium hominum cælum gyravit, donec fuit quarto die à Domino sublimatus, ideo non dicitur factus, quamvis à die primo ceperit esse, nisi cum motum primum incepit quarto die in beneficium mortalium, qui namque nascitur Princeps nondum vivit. si non operatur in commodum subditorum, non tempore vita Principis mensuratur, sed ministerij exercitio in publicam Reipublicæ utilitatem. *Heu sine luce sua sol,* (dicebat Poëta) *heu sine sole suo lux, lux sine sole parum est, sol sine luce nihil:* vita namque Principis non est vita nisi erga suos sit operosa, nec hæc patitur quidquam, nisi subditi fuerint cruciati.

27  
Princeps  
non habet  
esse nisi in  
beneficium  
fuerit vass  
fallorum  
impertuit

24.  
Solum pa-  
vitur quan-  
do subditos  
contingit  
cruciari.

Erat inter duos milites Petrus vin-  
ctus catenis duabus, & Angelus mil-  
litus est ad custodiam, ut de omni expe-  
ctatione Judæorum Apostolum libera-  
ret, sed advertit pagina Sacra ipsum  
latere percusso excitasse: *Percussoque  
latere Petri excitavit eum: pupugit et pe-  
ctus* vertit Arabicus. Quare non exci-  
tat Angelus Petrum manu percussa,  
vel brachio? quare latere puncto?  
Quoniam sic vinculis Petrus jucunda-  
batur, sic tyrannorum societate com-  
placebat immāni, ut nisi Angelus per-  
cuteret latus, forsā sui oblitus non  
responderet, aut in se reversus excita-  
retur; Quare hoc? quoniam Princeps  
Ecclesiæ Petrus Apostolus erat, sicau-  
tem fideles tradidit Beda Petrum amal-  
se, ut in corde benignissime custodiret,  
ut ergo Petrus reverteretur in se, non  
satis percutere manum, nisi cor Apo-  
stoli pupugisset, percussio namque  
manus afficiebat partem corporis Pe-  
tri, vulnus cordis subditos ibi existen-  
tes vexabat, ideo ad punctiōnem cor-  
dis, quæ subditos simul tangebatur ex-  
citarus Petrus respondet, qui lacera-  
tis cunctis, membris illius forsā in se  
non reverteretur, Princeps enim non  
sic patitur proprium, quam subdito-  
rum dolorem, nec ita suam quam suo-  
rum necessitatem.

Esuriebat Christus Dominus in  
deserto, & compassivam tenacitudi-  
nem diabolus fingens lapides obrulit  
Domino, & in panes convertere suā-  
lit: *Dic ut lapides panes fiant.* Respuit  
Dominus tentatorem, noluitque effi-  
tere de lapidibus panem: Defecit alia  
oportunitate in convivio nuptiarum  
vinum, & Dominus aquam in illud  
convertit; Quare Christus lapides non  
convertit in panem, & aquam in vi-  
num mutavit? Ratio est, quoniam in  
panem lapidum transmutatio in leva-  
men cederet propriæ necessitatis, aquæ  
vero, in vinum conversio in utilita-  
tem convivarum, & invitatorum ad  
mensam redundabat pro solemnitate  
nuptiarum, ideo ut propriæ subveniat  
Christus necessitati, noluit lapides  
convertere in panem, *Non in solo pane  
vivit homo*: sed sic suos amā ut pro-  
corum sublevanda afflictione non re-  
cuset Christus etiam patrare miracula;  
& rerum transmutare naturas in vi-  
num conversa mirabiliter aqua; Chri-  
stus enim sanctissimus Princeps non sic

suam patitur quam suorum miseriam,  
& subditorum labores: Unde inquit  
pulchre Lucanus in Phars. *Non sibi sed  
toti genitas* (Principes) *se credere mun-  
do.* Ideo non tam suis, quam suorum  
vexatur optimus Princeps injuriis.

Frequenter magnānimus erga Sau-  
lem apparuit Princeps David, semel  
& iterum in manibus posito nimis in-  
fensio inimico genere se pepercit; Na-  
bal, qui inurbane ipsi respondit, de-  
crevit David interficere gladio: Qua-  
re tot in vitam insidias Saülis interitū  
non vindicavit David, & sic rigore se  
punit Nabal urbanitatis defectum?  
Abulensis tradit rationem: *Motus fuit  
id quod, ad ultionem contra Nabal princi-  
paliter quia exprobraverat ei. Et servis  
suis.* Saül conspiravit in vitam David,  
Nabal non solum David, sed simul  
ejus impropertavit vassallis: *Hodie in-  
creverunt servi, qui fugiunt Dominos  
suos.* David autem quia rex non semel  
sua pepercit injuriæ, servans incolu-  
mem hostem, sed opprobrio subditos  
offendenti noluit ignoscere, nec per-  
misit suorum offensam manere impu-  
nitam, & contumeliam inultam, quia  
optimus Princeps non tam suis, quam  
suorum vexatur injuriis. Princeps  
enim non tam sibi quam suis consu-  
lere debuit; unde optime Marcus Tul-  
lius Orat. pro Flacco. *Non debuit* (in-  
quit) *cum prator esset suum negotium  
agere.*

Eadem erat persona nempe Chri-  
stus Dominus figuratus in parabola  
vineæ, & regis nuptiarum, & tamen  
cum introducit plantans vineam,  
dicitur homo particularis: *Homo erat  
pater familias.* Quando introducit  
celebrans nuptias rex appellatur: *Ho-  
mini regi.* Quare dicitur rex cum cele-  
brat nuptias, & dumtaxat homo voca-  
tur, cum vineam plantavit? Ratio est:  
quoniam in vinea totus erat intentus  
privatæ propriæque utilitati, opera-  
rios quærebatur lectulum deserebat, ma-  
ne illinc surgebat, plateas cursitabat;  
sed ut fructibus vineæ frueretur, sibi  
tactum, & ipsius solius consulens uti-  
litati, ideo homo appellatur quasi Prin-  
cipis cognomine indignus qui in alio-  
rum utilitatem non laborabat; quan-  
do vero celebrat nuptias totus invigi-  
lat commodis non suis sed alienis; misse  
servos suos vocare invitatos, ideo non  
homo solum, sed rex appellatur: *ho-*

*mini regi*: solus namque dignus est cognomine regio, qui oblitus commodi proprii aliis prodesse curat dumtaxat: *Perdivinum* Josuë Principem appellavit Theodoretus in Jos. 17. *quia cum aliis terram differtiret, sibi non distribuit aliquam portionem, qui namque subditis postponit suam utilitatem, non maximi meruit cognomen; sicut Ecclesiasticus. c. 46. attribuit Josuë, dicens; Qui fuit magnus secundum nomen suum, maximus in salutem electorum.*

Indignum quidem Principe reputavit Alexander gubernatores suæ utilitati studere, & non inferiorum, sic enim dicebat apud Plutar. *Odi hortulanum, qui ab radice olera abscindit*, nec non Cicero. lib. 2 ad Attic. ep. 2. *Ego odi Principem, qui pennas in incidit quod nequeat renasci.* Sic Cicero exponit, unde deducitur tyrannum esse non regem, qui pelles subditorum exornat, cum pastu privati opitatus Princeps deberet pro levandis vassallis, nec dignus principatu qui proprio commodo servit: cum D. Petrus Domino dixit faciamus hic tria tabernacula inquit Damasc. orat. de Transf. velut caput Ecclesiæ vaticinatum, ut tradit namque Beda de loc. sanctis c. 17. & Nicephorus lib. 8. cap. 30. tres ecclesiæ in Thabor fuerunt constructæ una Domino, Moyfi una, & Eliæ similiter alia, & quamvis velut Principes Apostolorum prædixerit Petrus futura, nesciens ab Evangelistis vocatus, *Nesciebat quid diceret*: De Caïpha in vitam Domini conspirante inquit Joannes velut Pontificem prophetasse: *Prophetavit.* Quare Petrus non dicitur Princeps prophetans, cum vaticinatus fuerit futura, & Caïphas Pontifex dictus est vaticinans? Quoniam Petrus vera dixit, sed non est allocutus ut Princeps, Caïphas sacrilegum enuntiavit in consilio suffragium, sed loquutus est vel. ut Pontifex; mortem Caïphas decernit Messia pro utilitate publici boni: *Expedit ut unus homo moriatur, ne tota gens pereat.* Petrus vera enunciat, sed privato sui bono attendebat; ideo Principis cognomen non meruit, sed nescientis notam audivit *Nesciebat*, quoniam qui sibi studet, & subditorum utilitati non servit principis vaticinantis cognomine reputatur indignus; solus enim Princeps appareret qui commodis suorum studeret.

Quamvis populus spiritum generosum spectaverit in David, & robur eximium, cum vrsum, & leonem interfecisset ab ore illius audierit, non aptum crediderunt esse corona, nec Saülis invidi oculi lincei signum vel indicium regni futuri in David à longe viderunt; ubi autem probatur ad singulare cum gigante certamen, & Goliath interfecit sic animum regium manifestavit, ut Saül arbitraretur concussus timore nil jam nisi regnum strenuo David defecisset. *Quid ei superest nisi solum regnum?* Quare intus rificiens vrsum, & leonem vultum regium non exhibuit David, & prostratis Goliath sic se Principem declaravit, ut regnum superesset dumtaxat, Saülque ex tunc crediderit regem futurum? Ratio est, quoniam vrsum, & leonem dilacerare animum robustissimum ostendebat, sed nondum regium manifestabat, quia in propriam utilitatem, & pro defensione sui gregis vitam periculis exponebat; Goliath interficere cessit in universi commodum populi, pro cunctorum salute opprobrio Israël totius sublato, ideo tunc exhibuit animum regium, dignumque corona populus reputavit, eisque cingendum diademate caput Saül invidus timuit, & ex tunc cavir, solus enim regio animo Princeps apparet, qui commodis suorum studet, & invigilat vassallorum levamini.

#### §. I V.

*Princeps pro suis vitam exponere debet.*

**D**IADEMA à verbo Græco, quod obvincire significat, originem ducit, idem est Principem caput redimere diademate, ac vinculis subjacere, in cujus signum Pompeius femoris vulnus diademate cinxit. Marcellinus refert militi torquem in bello abstulisse duces, ut Principem coronarent, ut intelligeret non tam coronam esse diadema, quam vinculum ligans. Optime Lucillus.

*Marmoreum collum torquis gemmas coronat.*

Quæ omnia indicant Regem servum Reipublicæ non dominum esse, vitamque Principis suorum esse & alienam,

nam, ideo pro vassallorum utilitate periculis exponendam. Hoc tibi signum, quia unxit te Deus in Principem inquit Samuel Sauli: quando elegit in regem. *Cum absteris hodie à me, invenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel.* Quare hoc, & non aliud signum imperij? est non ne quia tunc temperate imperabit, cum retinuerit memoriam mortalitatis? utique, sed quare magis ad sepulchrum mittit Rachelis? quare hoc expressius signum regnandi? Quoniam Rachel ut vitam dedisset filio, vivere desijt, ut filius viveret, ipsa decedit, ideo ergo in exordio regnantis misit ad sepulchrum Rachelis, ut in ipso velut speculo regij muneris contemplaretur obligationes, disceret Saul non coronari, ut viveret deliciis perfusus, sed ut vitam exponeret pro incolumitate suorum, & subditorum levamine Principis nãque munus eviscerari est (si necessitas postulaverit) pro vassallorum conservatione: Principem constituit Deus Adamum, & illico tulit unam de costis eius ut ex illa formarèt Evam, quare ex pulvere non condidit Dominus ejus uxorem? Quoniam Eva primus subditus Adami erat, ideo ex costa illius formavit ut sciret rex primus homo ex costis, & ex ipsa regis substantia subditos vivituros, vitamque Principis sibi futuram alienam, & inferioribus propriam, nec oportere vitam incolumem custodire, si morti exponere coegerit necessitas subditorum, unde corona non tam debet Principis cingere caput floribus, quam spinis contexta.

Ut incredulitatem Thomæ Dominus extirparet manus, & cordis vulnera ostendit: *infer digitum tuum.* — vide manus, sed capitis vulnera non demonstravit; sed quare manus perforatas ostendit, & caput spinis punctum non manifestat? Ratio est, quoniam ad se Thomam trahere voluit signis dumtaxat amoris, non tam sibi infidelem subjicere voluit potentia dominationis, quam ipsum prostrare funiculis dilectionis, ideo non vulnera capitis Thomæ monstravit, sed vlcera cordis, & manum dumtaxat, quoniam lateris vultus, & manus amor Christi Domini aperuit, capitis vero plagas munus regium, ipsaque corona caularunt, ideo punctiones capitis non ostendit, quas tenebatur tolerare ex justitia, & sola manifestavit vulnera, quæ ex amore ferebat

vulnera capitis regis obligationi debita erant, manum & lateris plagas ex amore libere est passus, ideo ut Thomam ad fidelitatem reduceret ostendit plagas, quibus amans cruciatur, non vulnera capitis, quæ ex justitia, & quia rex pro subditis fuerat passus; Princeps enim ex justitia cogitur caput redimere spinea corona, quæ pungit, non floribus contexta, quæ leniter ipsum demulceat, pro aliis eviscerari, non sibi professe, & augeri.

Cognomine honorifico lucis Apostolis Christus intimavit obligationem: *Vos estis lux mundi* quare lucem, & non appellavit Apostolos ignem? Rationem reddidit Augustinus, qui in elemento nobilissimo ignis vitium notavit Principe indignum, flamma namque punica malo, quercu, & aliis nobilissimis lignis nutritur, & tamen illas in cineres usque reducit, quercus quæ triumphantibus coronas præbebat, & vitæ jacturam patitur, ut ignem conservet, & alat vertitur ab illo in carbonem, & in suam substantiam convertit, lux autem inquit Chrysostomus in Joan. non sibi ipsi utilis est, sed in aliorum utilitatem, ut aliis luceat seipsum consumit, quod tendit in interitum lucis, auget splendorum aliis augmentum, ideo Ægyptios ut significarent optimum Principem refert Petrus pinxisse lucernam ardentem lemmate isto, *in mortem tendit ut proficit*: quo magis namque aliis splendet, eo magis consumitur ejus substantia, aliis fulgor, sibi sola existens favilla.

Purpura quidem regis non tam muricis, quam sanguine sui tincta Principe ornatur inter alia quibus Isaias Hebræorum cæcitatem confirmat, id est, quod regem elegerint, & ex veste probaverint, & optimum judicaverint; *vestimentum tibi est, et tuus Princeps noster*: à Lapide ibi: *Tu veftimentum habes pulchrum, & splendidum regum sis itaque Princeps noster* Quæ major dementia quam ex rogæ splendore Principem iudicare, cum ex cruore, & pro suis sanguinis effusione ferre deberent iudicium? non enim purpura, sed pro subditis vulnera accepta Principem ornant. Christus Dominus regnum in deserto à turbis oblatum fortiter fugit: *fugit iterum in montem*. Coram Pilato expresse se regem esse fateatur, interroganti namque: *Tu es rex Iudeorum?* constanter respondit: *Tu dicis*: Quare in deserto fugit coronam, & coram Præside regnum affectat? Ratio est, quoniam

26.

Principis  
ornamentum  
non purpura, sed effusio  
cruoris.

niam in deserto regias vestes nondum induerat, etenim tunc adorationem, & reverentiam subditi Christo exhibebat coram, & inde pro suis patiebatur offensas contumelias impropere, & alapis cæsus, ideo vera purpura vulnerum, & laborum indutus tunc se regem esse fateatur *in diebus*: quando majestatem solam induerat fugit coronatus videri, quando alapis cæsus atque pro suis subditis contumeliose conspicuus purpura cruentata vestitur, non tenuit rex apparere *in diebus*, quia vestis quæ regem demonstrat non est purpura majestatis, sed indumentum proprii cruoris, munus namque regis quod in vestimento regio splendere debet, non in auctoritate exteriori, sed in corde pro vassallis vulnerato consistit, cum ex justitia pro illis teneatur subire pericula.

Moyles fortissimus vir tyrannidem fugit Ægypti: *Qui fugiens de conspectu ejus moratus est in terra Madian.* Post non multum temporis fortiter ingredi audeat Ægyptum: *Vadam & revertar ad fratres meos in Ægyptum;* Quare qui periculum timens fugiebat, nunc quærit audacter? Quoniam antea homo particularis erat, ideo consulens vitam fugit Ægyptum, postea factus est totius Populi gubernator, ideo impeternitus parvi faciens vivere proprium arripit iter, ut alloquatur Pharaonem, quia ex munere tenebatur pro subditis exponere periculo vitam, antea vitam habebat, ideo consulit illi periculum fugiens, modo vita sua magis erat subditorum quam propria, ideo pro illis periculis exponere non recusat; *Vadam*, vita ergo Principis non est sua. Joannes 13. horam Christi noravit, quando appropinquabat spiritus exhalatio, *Venis hora ejus*, sola namque hora pro vassallis moriendi est Principis hora, horæ enim quibus agunt Principes vitam, sunt subditorum, & solum est Principum hora, qua pro subditis spirant toto tempore vitæ Principes suspirare pro subditis debent, quia tempus sui vivere est subditorum, horaque propria Principis est, non ipsi datur nisi ut pro vassallis spiret; Hoc Principem constituit, & non majestatis splendor.

Angelus ad B. V. missus inquit Dominum in domo Jacob regnaturum. *Et regnabit in domo Jacob.* quare non in domo alterius ex ascenditibus? Quoniam Jacob sanguine emic coronam, iustabatur ut posteris suis mereretur in-

carnationis favorem ut communiter tenent S. Patres, tetigit semur ideo in domo Jacob dicitur regnaturus Messias, quippe proprio crimine, sanguinisque pro subditis effusione cepit regnare ideo regnum Jacob veracius Messias principatū adumbrat, Messias enim qui Princeps futurus perfectissimus erat, non aliter acciperet sceptrum, nisi pro suis sanguinem offerendo; Nec nomen Principis meruit, qui pro suis subire periculum recusaret: Josuë appellatur cum iter arripit ut contra Amalecitas pugnaret, *Fecit Josuë — & pugnavit contra Amalec.* Numer. 13. ab exercitu recedens ad explorandam terram deposito Josuë nomine appellatur Osce: *Osce filium Numer.* Quare Exod. 17. appellatur Josuë & cum fortiter terram explorat vocatur Osce? Ratio est, quoniam Josuë dux erat militiæ Israël ad salvandum populum constitutus, id explicat nomen Josuë, id est Salvator, ideo quando periculo vitam exponit Malecitas expugnans, dicitur Josuë *Fecit Josuë*, quia prius se obtulit in certamine, quando terram explorat non primus sed quintus se obtulit discrimini vitæ, ordine namque refertur inter exploratores quintus, ideo Osce vocatur indignus nomine Josuë salvatoris & principis, quia qui primus periculis vitam non obijcit pro subditorum salute, non meruit Principis gloriosum cognomen, solus enim qui pro vassallis quasi consumitur & cui pro vassallis periclitari contigit dignus est principatu.

Quare femina, quæ etiam in eminentiam Dei conspiravit, non ambit in Adam principatum? dubitavit Barzepha de Paral. 1. p. & optimo jure, etenim ipsa non de terra formata est, sicut Adam de pulvere conditus fuerat, quare ergo non ambit sexus feminæ superbus Principi Adam imperare? Quoniam in ipsa formatione resplendit jus dominationis in primo parente, in nobilitate conditionis primæ, qua femina hominem excedebat, jus fundavit dominationis Adam; inquit Barzepha, etenim ut formaretur Eva, propriam consumpsit homo substantiam, costam amisit, ut viveret Eva, ex hoc ergo resultavit superioritas, & dominatio in Adamo, hæc enim non tam consistit in præcedentia temporis, & nobilitate principij, & originis excellentia, quam

in consumptione propria pro subditorum augmento, ideo ex substantia Adami formavit Evam ut illius dominatorem efficeret, dominatio namque crescit in Principe. Si minuitur pro subditorum augmento; ideo Deus formavit mulierem ex costa: ne (inquit Barzepha) *femina principatum affectaret qui viri est*, non enim dignitas principatus in scepro auro ornato consistit, sed in substantia pro subditis amittenda, & cum exigit eorum utilitas in fundendo pro illis cruore.

Loquitur Domino Moyses in rubo, & tamen splendere faciem nullus respexit; loquitur alia opportunitate Domino Moyses in monte Synai, & tamen ex consortio & sermone divino cepit facies radiare. *Ignorabat quod cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini*. Quare ex consortio sermonis Domini Moyses facies non fulget in rubo, & ex sermone Domini splendet in monte? Ratio est, quia constitutus Moyses Princeps à Deo vitam pro populo exponere recusabat; *Mitte quem missurus es*, quando vero alloquebatur Deum in monte, vitam & animam periculo objecit pro subditorum salute: *Aut dele me de libro vita*, ideo Moyses à colloquio divino in rubo obscuratus sicut accessit, recessit, & in monte à Deo discedens fulgens descendit, tot splendores mittens ut in faciem populus non valeret intendere: Principes enim solum fulgoribus nitent, cum pro suis vitam exponere non recusant, illamque saluti subditorum postponunt; Non fulget Princeps cum veste præcipitur aurea, sed quando gemmis sunt substituta carere, non cum serico ornatur lucetque bysso, sed quando artus pro inferioribus constringuntur cotapedibus. Audite D. Chryostomum epistol. 118. Episcopos, & Principes Ecclesiasticos alloquentem, nec non & illis congratulantem. *Carcerem incolitis, & catena vinciti estis, & cum sordidis inclusi. Et quid tandem beatius vobis fingi queat? Quid enim tale habeat corona aurea caput cingens, quale catena manum propter Deum circumdans? Quid tale splendida domus quales carcer? Hoc nimirum solum est, messum omni sermone sublimiorem pronuncians. Nil enim reputabat in Principibus Christianis Ecclesie D.*

Chryostomus splendidus, quam pro subditis suis ferreis manibus manus offerre, pro libertate Ecclesie pedes carere; nonne tempestate exorta in Ecclesia foret Principis Ecclesiastici gloria domum porticibus cæruleis & auro distinctis constructam, valdeque ornatum inhabitare cum subditi incolunt obscuras cavernas. Nonne Principis gloriosus appareret ornatus thiarâ auro contexta, & in digitis annuli, cum inferiores speluncas subterraneas inhabitant foetore, & araneis ornatas? Neutiquam inquit Chryostomus, non enim principatus in vana ostentatione consistit, sed in tolerantia incommodi, in vulneribus perferendis pro boni publici utilitate, aut subditorum consolatione. Nec malus Punica tymbolum regis purpuram vestit nisi cortice prius rupta, nec purpurascit donec pectus abrumpat. Nec ullus est Princeps, cui non opus sit tolerantia, & patientia. Tâ legis naturæ quam scriptæ, & Evangelicæ legis sub symbolis lapidum repræsentatur Jacob dicitur *lapis Israel*, Christus petra. *Petra autem erat Christus*. Petrus à lapide nomen sumpsit, *Tu es Petrus & super hanc petram*. Quare hoc? Quonia Principes, eo quod culmen caniscendunt ab omnibus vulnerantur, detractionibus percutiuntur, oportet ergo petram esse insensibilitate, & constantia, ut ictus cum tolerantia recipiat. Nisi dicamus Pontifices & Episcopos in suis electionibus petram futuros, ut ambitione pernicus careant, sicut petra humi naturaliter jacet, & in imum propendit ut ætrum, neque aliter sursum levatur, nisi violentiam sit passa, sic in culmen dignitatis Pontificis exaltandus, vim debet pati, & non sine lacrymis elevandus, quia velut petra ambire debet infimum locum. *Tu es Petrus*.

Principi  
opus est tolerantia.

Vi ascendendum ad  
dignitatem  
Episcopalem,

## §. V.

*Princeps iniquus qui tantum consulu sibi.*

**I**vus Bern lib. 2. de Conf. *Pascenda utique oves* (inquit) *non promendas suscepisti & lib. 3. Tu preas, ut providas, ut consulas, ut procures, ut serves, preas ut preas, ut des illis escam in tempore: Quæ omnia indicant optimi Principis proprietates, Princeps autem, qui more Bel sacerdotum*

dorum sub nomine Dei comedunt omnia, insuper & carnem ovium, pelles earum excoriantes, ossaque confringentes, non Principes sunt, sed immanes tyranni, quia dumtaxat suæ consulunt utilitati, ij enim principatu funguntur, ut deliciis, bonis temporalibus, & divitiis abutantur, rosas fragilis felicitatis desiderant coronari, & dum hæc arrideant, parum æstimant gemere vassallos, cum oppositum decens sit principatu: Omen infaustum habuit Zorastri Bactrianorum regis imperium ut probavit evêrus quia fertur natum esse ridentem, qui namque ad præsentiam ridet coronæ, nec sub purpura gemit non asportare sed onus excutere velle credendus est, Princeps enim qui reputat felicem coronam obligationem non respicit, sed utilitatem propriam dumtaxat. Faustum senatum reputabat Herodes, ideo diem celebravit natalem, sed nullus purpuram magis foedavit, quia convivio incestuosam libidinem miscuit, mentæque candida lineamenta Baptistæ sanguine polluit, nullus enim qui regit munus obligationis implevit, se reputavit felicem, qui vero fastam existimavit coronationem, & assumptionem ad regnum, non suorum utilitati, sed suæ exaltationi studebit, rationi ruendi status magis attēdet, quam protectioni, & vassallorum tutamini. Sexaginta fortes lectulum Salomonis defendisse retulit scriptura mille & ducentos vineam ejus quod est regnum custodisse? Quare? Quoniam vineæ & imperio invigilabat majori cura, quā levamini proprio, ideo pro lectulo custodiendo sexaginta dumtaxat, & pro regno defendēdo adscivit mille & ducētos.

Clamabat populus Ægyptiorum ad primum Pharaonem inedia confectus, ut eorum subveniret necessitati: *Clamavit populus alimenta petens*, exauditi sunt à Pharaone, & in tribulatione factus est illis adjutor; Tempore Moïsis virgis cœli, flagellatiq; plagis nec voces, quibus ad Pharaonem clamarent, mittere licuit; Quare nunc tēpore Moïsis, extrema tribulatione concussi non clamitant ad Pharaonem cum minori necessitate agitati tēpore Joseph suspiriis Regem pulsaverint? Ratio est; quoniam primus Pharao sic consulebat vassallis, quod etiam somno representata turbavit illum necessitas subditorum & fecit evigilare: *Evigilans*

*Pharao pavore perterritus* ideo tamquam ad parentem filiali confidentia ad Pharaonem in necessitate Ægyptij recurrunt; At vero Pharao tempore Moïsis rationi ruendi status tantum studebat, & propriæ consulebat conservationi dumtaxat, tradit Abulensis, *ne dimissis Hebrais diminueretur regni potestas*, ideo Ægypti deglurientes suspiria ad Pharaonem tot cœli plagis non clamant, quia non Principem sed tyrannum existimarunt, nil dolentem vassallorum infelicitis status, Princeps enim suæ tantum consulens conservationi non tam Princeps quam tyrannus est. De his Principibus loquitur Deus Baruch 6. quibus populum punit: *Nunc autem videbitis in Babylone Deos aureos, & argenteos in humeris portari ostentantes metum gentibus*, reges namque qui velut idola portantur cum alios portare deberent, onera imponunt, cum suos alleviare teneantur; deliciis, somnoque indulgent, & otio non sunt Principes sed tyranni.

Salomon gemere sub tributis populum fecit; & reddit rationem textus: *Reclinatorium fecit aureum*, currum quo requiescere fecit, omen ergo infaustum, Princeps enim qui tempus consumit cogitans, qualiter requiescere possit, inditium fortissimum est vassallorum ruinæ, & calamitatis, ideo ascensus ad reclinatorium purpureus erat, subditorum sanguine tinctus, *ascensum purpureum* numquam enim Principi contigit sumere requiem sine suorum cruore, aut utilitate subditorum non defraudata; quod perniciæ nō caret, Princeps namque si requiescere velit, æmuletur Domini requiem; *Requievit Deus die septimo*; sed quando? cum perfecti sunt cœli & terra; nec liceret quidem requiescere Deum, si aliquid deficeret perficiendum in universo. Sed quia Principi humano semper restat in regimine suo faciendum, ideo non est requies illi sine vassallorum cruore, cum rex debeat fundere sanguinem pro subditorum salute, corona enim non splendor est, sed dumtaxat est, labor.

Primus Rex à Domino electus fuit Saul, præcepit Samueli ut ungeret illū in regem, obtemperavit Samuel, sic disposita cæremonia; Assedit mensæ Saul, cui præcepit armum animalis ab ipso immolati singulariter afferri: *Levavit*

antem cocus armum, & posuit ante Saül, & ne ignoraret Saül id effectum sine mysterio inquit propheta armum de industria fuisse servatum: *Comede quia de industria servatum est tibi.* Sed quare magis armum, quam aliam animalis immolari portionem fecit observari Propheta si tanquam Principem, & Israël totius caput ungebat Saulem? Propheta, quare non caput animalis afferri Saüli præcepit, cum diceret majorem quam armus proportionem ad electionem, regiamque unctionem Saüli? Caput animalis nonne expressius supremam potestatem signabat, quæ conferebatur Saüli? Quare ergo armus & non Caput ponitur coram rege? Quoniam Saül primus erat, quem Deus elegit, & coronavit in mundo, sedes autem coronæ juxta institutionem divinam humerus est, non est caput, imponi humero voluit peus coronam, operi namque instituit, atque labori, homines autem detorserunt ad splendorem, & majestatem, & illa abutentes applicuerunt capitis ornamento, coronam capiti imponere, est extra propriam locare sedem, & ab usum hominum sequi, diadema vero humero imponere est collocare loco proprio, & connaturali, & operari juxta divinum dictamen, ideo quia non homines, sed Deus coronavit Saulem, non caput, sed humerum voluit redimiri corona, sicut & unigenitum suum: *Principatus ejus super humerum eius*, quia rex ad laborem pro subditis

perferendum coronatur, & non ad sui splendorem, ideo non caput sed armum afferri Saüli jussit Propheta, hic enim expressius minus regium manifestabat. *Cum armus* (inquit Autor Ant. cony. lib. 1. c. 33.) maxime valeat ad onera ferenda, Saül cogitaret se non ad jocum, ad lusum, ad voluptates, sed ad maxima onera ferenda, atque sustinenda vocari. Sic notissimus Luffe.

Apud Cælestes ubi omnia ponderantur vera trutina, non magni sit purpuræ splendor, aut cognomen excelsum, sed Principem patris subditorum minus implere, non fulgor majestatis, sed inferiorum esse solamen. *Ubi est qui natus est rex Iudaorum?* Magi quærebant. Angeli Dominum annunciant pastribus, & reticent titulum regis, & Salvatorem acclamant. *Natus est hodie Salvator.* Quare reges Christum regem appellant, & Angeli salvatorem? Quoniam Christus Dominus titulisungebatur salvatoris, & regis. Magi quia homines solum æstimabant superbum titulum regis, ideo de illo quærent, quod apud homines fuerat majoris æstimationis. *Ubi est, qui natus est rex.* Apud Christum autem plura fiebat quam Principis excelsum cognomen salvatoris, ideo Angeli juxta genium Christi loquentes titulum conclamant salvatoris, quod longioris erat valoris in Christi Domini principatu, & regis reticent nomen excelsum, quod apud Dominum parvi pendebat.

Ex Genes. 50. *In sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan.*

**D**icendum verbum *fodere* idem, ac *demere* valere, sic apud Oseam cap. 3. *Et fodi eam mihi quindecim argenteis* Deuter. capit. 2. *Aquam emptam haurietis, & bibetis* Hebræus legit,

Ex Genes. cap. 50. *Iacob plangitur Ioseph permittente pluribus diebus.*

**A**liqui Stoicæ disciplinæ sectarum luctum & lachrymas in calamitatibus damnant, indignasque reputant viri constantis. Alii extreme oppositi Horæchii vili sectarum in eventibus infelicibus nunquam continentur à lachrymis, seminum, præhumilitate.

Ex Genes. 49. *Præcepit sepeliri in spelunca duplici, quam emerat Abram.*

quas ab eis foditis argento. Unde Iacob emittit illud sepulchrum, quod emerat ejus avus Abraham, cujus ipse erat hæres, & in ipsum jure hæreditario potestatem habebat. Vide Lyranum.

Ezechiel 24. *Super mortuam luctum non facies.*

Pro veritate statuenda fugiendum nobis est ab extremis, viaque media incedendum. Luctus ergo immoderatus culpatus est, arguendum animi contumacia, & petens autem laudabilis est. Unde D. Paulus ad Thessalonic. c. 4. inquit. *Nolumus vos ignorare fratres de dormientibus, ut non contristamini,*

*Luctus immoderatus damnanus.*

sicut cæteris qui spem non habent. Non dixit non contristemini dumtaxat, sed addidit *et cæteri*. Non ergo prohibet mortuos lugere pietatis affectu, sed solum plangere immoderate, qualiter illi qui spem non habent. Eccles. cap. 22. & 38. habetur. *Super mortuum plora: defecit enim lux ejus*. Kurtius: *Fili in mortuum producit lachrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundum judicium contege corpus illius, & fac luctum secundum meritum illius*. Unde Jerem. *Morientur grandes, minatur pro dedecore improbis, & parvi in terra ista non sepeliuntur, neque plagentur, & non se incident, neque calvirium fiet pro eis, & non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis, ad consolandum super patre suo, & matre*.

Luctus laudabilitatem præter naturam, omniumvè consuetudinem gentium, ipsius naturæ Christus Dominus auctor sua auctoritate confirmat, Lazarum enim in suo funere flevit. Et c. 12. & Deut. ult. Mosem, & Aaron populus flevit impune, mors Iosæ deplorata est planctu diuturno, ut ex 2. Par. cap. 35 constat, super quam Jeremias edidit lamentationes similiter. Eodem luctu Judas & Jonathas sunt honorati, ut ex Machab. lib. 1. cap. 9. constat. David comprobat lachrymarum laudabilem esse effusionem, Absalonem, continuo ac esse defunctum cognovit, sic deploravit: *Fili mi Absalon, Absalon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te?* Unde infelicitati habitum est decedere sine planctu. Sic Ovidius in Pontum exulatus clamabat:

*Nec mandata dabo, nec cum clamore  
supremo.*

*Languentes oculos claudet amica man-*  
*us.*

Quod Jeremias minatus fuerat c. 22. Joachim moriturum sine solatio, & non conclamatum. *Non plangens eum vel frater, vel soror.*

Verum morem hujusmodi videtur Hieronymus improbare, qui Paulæ plurima exempla afferenti, quibus suas licet lachrymas effundere comprobaret, ut de Davide plangente filios amare, sic responderet. *¶ Nedum, inquit, paradisi Christus januam effregerat,*

ob id merito lugebat filium quem putabat occisum & ad inferos descensurum. *¶ Tertullianus de patientia cap. 9. similiter reprobatur hujusmodi planctum.* *¶ Cum constet, inquit, de resurrectione mortuorum vacat dolor mortis, vacat & impatientia doloris: Cur enim doleas, si perisisse non credis? Non videtur etiam credere præsentem vitam pelagum mille periculis miserisque plenam: per mortem ad Christum perveniri, patriamque peti, ubi summis gaudiis frui, summasque fruiciones possidere speramus, ac proinde vitam æternam conficentes, occasionem irridendi Gentilibus damus.* *¶ Occasionem enim, inquit pariter D. Cyprianus, per id Gentilibus damus, ut nos merito ac jure reprehendant, quod, quos vivere apud Deum dicimus, ut extinctos & perditos lugeamus, & fidem, quam sermone & voce deprecimimus, cordis & pectoris testimonio non probemus.* *¶ Idem Cyprianus de mort. cap. 5. frustra orare, nosque petere impingit, ut adveniat regnum Dei, cum hoc, non nisi terrenis nudata humana infirmitas consequi valeat. Adde similiter, si cæ, quod fiat divina voluntas, à Christianis exposci, cum in morte ejusque non obscure, exposita maneat.*

Nihilominus eximius Doctor D. Hieronymus luctum immoderatum tantummodo damnat, qualis ille fuerat, quo contrebatur jugiter Paula. Unde ipse doctor in eadem epist. ad Paul. *¶ Ignoscimus, inquit, matris lachrymis, sed modum querimus in dolore.* *¶ Temperatus planctus institutus est ab ipsa natura, tum ad testandum erga defunctum affectum, & manifestandum amorem, tum ad levandum mærorem, per oculos enim, quasi quædam spiramenta, dum ploramus, exæstuat.* Vnde Ovid. lib. 5. de Trist.

*Strangulat inclusus dolor, atque exæ-*  
*stuat intus.*

*Cogitur & vires multiplicare suas.*

Ideo David Psalm. 38. de dolore, quem tacitus absorbebat, cum loqueretur, ait: *Concealuit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis.* Veluti ignem, majorem fumere vires dolorem inquit, qui quo magis inclusus exardescit vehementius, ut autem ignis

ignis nactus exitum evaporat, sic dolor per oculos fluendo minuitur, eosque oppressione levat. Moderatus ergo facere non opponitur religioni.

¶

§. I.

*Conciliatur antilogia.*

2. **V**erum quoniam fleuit Jacobum Ægyptus septuaginta duobus diebus, videtur moderatum excedere planctum, quod non est facile credi consentiente Josepho, & Ezechielis testimonio in antilogia adducto contra moderatum fletum reclamante.

Quare memoriz recolere opus erit, quod Herodotus tradidit lib. 2. ¶ Defuncto, inquit, aliquo domestico & necessario, præsertim alicujus momenti, omnis muliebris sexus familia caput sibi, & vultus oblinunt luto. Deinde relicto domi cadavere, ipsæ per urbem vagantes se plangunt, succinctæ, nudatæque mammillis, altera ex parte viri & ipsi expectorati se verberant, lugentisque, civitatem quoad mortuus sepeliatur, circumveunt, interim neque lavantur, neque vinum, aut cibum, nisi vilem sumunt, neque vestibus utuntur splendidis. ¶ Quod superius fere tradidit Jeremias inter Hebræos tum observatum.

Ex quibus conciliatur antilogia. Luctus erat immoderatus, quo se super mortuum incidebant, imitati Gentilium superstitionem, qui in moribundos irruerant, existimantes per os animam egredi tanquam per januam, diutiusque in ore immorari, qua morula luctantis animæ pugna consistere judicabant, ideoque, quos feliciter mori significabant, in amplexibus amicorum expirare dicebant. Prohibitum autem fuit Levit. 19. & 28. *super mortuos non incidetis carnes vestras.* Quam superstitionem Hebræi à Gentilibus ehiberunt, sicut ab illis emanasse in Hispaniam, certissimum est, ut conspicitur Salmanticæ in veteri Ecclesia circa claustrum inclusis parieti sepulchris. Quæ prohibita esse videntur in lege duodecim tabularum, & etiam in nostris *part. 1. tit. 4. l. 44.* Morem istum, & immoderatum hujusmodi planctum damnat Ezech. loco in nostra antilogia relato. Planctus autem quo, Jose-

pho similiter consentiente, Jacobum fleuit Ægyptus, longe distat ab illo Rupert. lib. 9. com. in Gen. c. 41. ¶ Planctus autem, inquit, & fletus in hujusmodi non semper propriè dicitur, sunt namque & ludii funerei, qui planctus nomine significantur. Cæterum veri planctus, & veri fletus vitis dignis mediocriter exhiberi conceduntur. Unde & quidam sapiens dicit: Filij in mortuum produc lachrymas, & fac luctum secundum meritum ejus uno die, vel duobus. Nec mirum, Ægyptios adeo fleuisse planctu magno & vehementi, ut inde locus ille cognominatus fuerit *Planctus Ægypti.* Etenim verum est, quod dixit Horatius.

*At qui conducti plorant in funere, dicunt,*

*Et faciunt prope plura dolentibus ex animo, sic,*

*Derisor, vero plus laudatore, moventur.*

Hactenus Rupertus. Ex quibus constat non omnibus istis diebus defunctum solitum conclamari, lachrymasque super ipsum effudi, sed ludos funereos, pompam funeralem aliæque plura, quæ funus circa exhiberi solent, comprehendendi nomine planctus. Vel quod dies luctus fuerunt septuaginta duo, quia totidem funebri cultu, & habitu incesserunt amicti, ideo illis diebus planxisse dicuntur Ægyptum, sicut & nunc Christiani à morte propinquorum aliquandiu incedunt atrati & pullati.

Sic autem incedere antiquitas communi planctu demonstrat Hieronymus Magius. Varro enim de vita patrum, ut apud Nonium legitur, de muliere. ¶ Amiculo, inquit, nigello, capillo dimisso sequeretur luctum. ¶ Idem: ¶ Ut dum supra terram essent, vicinis lugerent, funere ipso pullis pallijs amictæ. ¶ Erat autem, Nonio teste, quod sua ætate masurtium dicebatur, palliolum femineum breve, cujus formam appingit ipsemet Varro lib. 4. de lingua Latina, Apuleius lib. 2. de Asino aureo. ¶ Umbrosum, inquit, demonstrat cubiculum, matronam flebilem, fusca veste contextam. ¶ Apud Græcos idem mos fuisse videtur, siquidem Iphigenia Euripidis, Clytemnestræ matri injungit, ne suam ob mortem comam laniet, idemque ut suis renunciet sororibus, scilicet ne quædo nigris vestibus mem-

*Superstitio plangendi vitæ in Hispania.*

bra contegam. Unde & Homerus Iliadi lib. 24. Thetis, futuram filij necem dolentem, velo nigro tectam Iovem adire facit. Niger enim color mortalis est, ut inquit Hipocrates, lib. de morbo facro, si illius est. Theocritus in Epitaphio Adonidis, Venerem cyanca stola indutam ad lugendum Adonidis mortem invitat, sic enim ait.

*Desse Adonem, perijt pulcher Adonis.  
Perijt pulcher Adonis, plorant insuper amores.*

*Non amplius purpureis in vestimentis  
O Venus dormi.*

*Excitare misera cyanca veste induta,  
& plange.*

*Pectora, & dic omnibus: perijt pulcher Adonis,*

Cyanicus enim color, & cæruleus puerorum adolescentiumque funeribus conveniebat. Quamobrem & Virgilius lib. 3. Æneid in funere, quod Polydoro instaurabatur, teneas cæruleas apposuit.

*Stant Manibus ara  
Ceruleis mæsta vitis, atraque cupressu.*

Ex quibus constat nigris vestibus indui solere plangentes. Sic Hieronymus Magius.

Contra hæc Plutarchi testimonium

esse videtur, quærit enim in Problematis: quid causæ esset, ut mulieres in luctu albis vestibus induerentur. Locus iste Plutarchi Blondo Foroliviensis occasione dedit errandi, qui lib. 2. Romæ triumphantis, in luctu antiquas mulieres, albas semper vestes existimat usurpasse. Quibus Herodianus videtur adstipulari, qui in Romanorum imperatorum apotheosi, funere magifico, matronas albis indutas adfuisse commemorat. Errant autem ij, etenim, ut vidimus, nigris vestibus usæ sunt in plactu mulieres, mox autem nigrarum vestium apud mulieres Romanas mos absolevit, quod comprobat testimonium Plutarchi, depravatis quippe moribus mulieres, & viros albas vestes in luctu usurpasse ex verbis Julij Pauli lib. 1. sentent. sub titulo de sepulchris, & lugendis possumus suspicari. ¶ Qui luget, inquit, abstinere debet à convivij, ornamentis, & alba veste. ¶ Julius autem Paulus floruit longo annorum spatio post Plutarchum, nam ex Lampridio constat, subdit Mægius, cum Papiniani, L. Septimi severi affinis, ac amici discipulum fuisse, Plutarchum vero Trajani præceptorem exciisse: Trajanus autem anno à Christo nato 100. Septimius vero Severus 196. regnare cepere. Hæc obiter sint dicta, ut plura, quæ de amictu funebri in Scriptura dicuntur, qualitatem vestis declarent.



# ANTILOGIÆ

## SACRÆ SCRIPTURÆ, QUÆ

### APPARENT IN LIBRO EXODI.

Exod. cap. 1. *Erant omnes animæ eorum, qui egressi sunt de fœnore Jacob septuaginta.*

Actuum Apost. cap. 7. *Accersit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus 75.*

**L**UCAS textum septuaginta interpretum sequutus est, à Vulgata tamen distare videtur, quare mendum aliqui librorum incuria in illis recognoscunt: ita ut ubi 75. legunt, pon deberent 65. & B. Lucam Hebræi inscium, quia profelytum, cum D. Hieronymo faciunt. Quæ indigna Divino spiritu illuminato quis non videt?

Quare audiendus est Aug. q. ult. in Genes. ¶ Si quisquam (inquit) exigit, quemadmodum etiam secundum historiam fidem verum sit Iacobum cum 75. animabus Ægyptum intrasse, dicemus, non uno illo die, quo Iacob venit in Ægyptum, ingressum eum intelligi oportere, sed quia in filiis suis plerumque appellatur Iacob, hoc est, in posteris suis, & per Ioseph constat eum intrasse in Ægyptum, introitus ejus accipiendus est, quamdiu vixit Ioseph,

per quem factum est, ut intraret ille, Toto quippe illo tempore nasci, & vivere potuerunt omnes qui hic commemorantur, ut 75. animæ compleantur usque ad nepotes Benjamin. Sic enim dicit Scriptura numerans omnes posteros Iacob ex Lia. *Hi sunt filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syria.* Inter quos tamen multi numerantur non ibi nati, sed quia illic parentes ipsorum nati fuerant, ibi eos perhibuit esse natos, quoniam causa, qua nascerentur, ibi nata est, id est parentes eorum, quos Lia ibi pepererat. Similiter igitur, quoniam causam intrandi Iacob in Ægyptum præbuit Ioseph, totum tempus, quo in Ægypto vixit Ioseph, ingressus erat Iacob in Ægyptum, per suam videlicet progeniem, quo illo vivo propagabatur, per quem factum est, ut ingrederetur. ¶ Hæc August. De Antilogia ista vide cap. 46. Genes.

Ex Exod. cap. 1. *Non fecerunt juxta præceptum regis. Et vers. 19. mentita sunt illi, vers. 20. Bene ergo fecit Dominus illis, & in præmium mendacij adificavit eis domos.*

Psal. 5. *Perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

Vide hujus antilogiæ concordiam in Genes. cap. 38.

Ex Exod. cap. 2. *Rachuel socer dicitur Moysi.*

Exod. 3. *Socer ejus dicitur Jethra.*

**F**ACILIS est solutio. Quod tribus istis nominibus vocabatur socer Moysi, Rachuel, Jethro, & Judic. 1. vers. 16. Cinzus vocatur. Rabbinum vocari similiter Hobab sentiunt; sed taluntur, cum Num. cap. 10. vers. 29,

Hobab, non Rachuel, sed filius ejus dicitur, æquivocatione orta ab Hebræa voce *Chotén*, quam aliqui *socerum* duntaxat significare volunt, Vulgatus autem noster, & *socerum*, & *cognatum* vertit.

Ex Exod. cap. 3. *In monte Dei Horeb Dominum Mosi apparuit.*

**U**Nus & idem mons est Horeb & Sina, & ejusdem montis duo iuga, quæ in radice cohærent. Dicitur autem mons Dei propter apparitionem Dei mirabilem in rubo, & legem ibi

Exodi cap. 3. *Jethro sacerdotis Mediam. Madianitam erga duxit uxorem Moses.*

**D**uplex antiquitus cognita fuit Æthiopia, Orientalis una Ægypto confinis: Occidentalis altera longe remota. Illa autem postea vocata est

Exod. 3. *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.*

**D**icendum tamen est in omnibus apparitionibus Mosi factis non Deum, sed Angelum in persona fuisse, Deum autem referentem, & typum ejus gerentem. Si namque Dei ibi præsentia fuisset, ipsius faciem videre Moses non ita anxie petiisset. Sicut loquente propheta Dominus dicit, & non ideo prophetam subtrahimus, sed quis per eum dicat, admonemur, sic oculis ho-

Exod. 3. *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob,*

**O**leaster hic respondet. Dixerat (inquit) nomen quo ab omnibus Dijs distinguebatur, & quasi peculiare sibi (cum dixit ego sum, qui sum) sed, quia Israëlitarum illud non noverant, ostendit nomen, quo ab eis facile cognosci posset, quod scilicet esset Deus, qui patribus eorum pollicitus fuerat redemptionem & terram Chanaan. Vide Hieron. epist. ad Marc

Exod. 3. *Spoliabitur Ægyptum.*

Vide Genes. cap. 26.

\*\*\*\*\*

**E X P L I C A T V R**

*Exod. 3. in sensu morali.*

§. I

*Amor divinus erga homines.*

**E**XPLICANS textum Antilogia superioris conciliatæ cap. 3. inquit Oleaster. Mira est dilectio, qua Deus

Act. 7. *Facta est apparitio in monte Sina.*

Mosi datam, Horeb autem propter ariditatem terræ. *Charab* enim ariditatem & desolari significat. Sinai autem dicitur à multitudine ruborum. *Sene* enim rubus est.

Num. 12. *Æthiopiissam duxisse constat, utraque prohibita illi erat. Vide antilogiam capit. 2. Exod.*

Arabia. De quo D. Aug. in lib. quæst. super Num. quæst. 29. Vide Hieronymum in Habacuc cap. 3. ubi id late innuit.

Act. 7. *Angelus apparuit Mosi in flamma ignis.*

minum corporalibus, si quando Deus vult apparere, non per se ipsum, sed per creaturam visibilem repræsentatur. Ideo modo Deus, modo Angelus diversis Scripturæ locis & legem datæ, & Mosi apparere, reperiuntur. Sic Dionys. c. 4. de Coelesti Hier. Hierony. in c. 3. ad Galat. Aug. lib. 3. contra Maximinum cap. 26. & Greg. præfat. in lib. Iob. Cyrillus & alij.

Ibidem *Ego sum, qui sum. Sic dices: Qui est, misit me ad vos.*

Amb. hic, Lyram. Aug. tom. 9. tract. 11. in Joannem, & tract. 12. & 38. eundem tom. 6. lib. 16. contra Faustum Gregor. tom. 1. lib. 18. cap. 27. in cap. 28. Iob. ac tandem D. Thomam 1. part. quæst. 13. art. 11. Ubi inquirat. Utrum hoc nomen, *qui est*, sit maxime nomen Dei proprium. Tetigit istam, quæ vere antilogia vocari nequit, Cumiranus Feltrensis.

Deut. 5. *Non furtum facies.*

justos diligit, ut summe delectetur vocari Deus illorum; & malit esse Deus paucorum bonorum, quam omnium malorum. Ut inquit enim Sap. *Melior est unus timens Deum, quam mille filij impij.* Unde qui omnium Deus est, trium justorum duntaxat Dominus appellabatur, quia apud Deum plures sunt tres, si sint viri sancti, quam totus populus, si fuerit sceleribus inquinatus. Idem, inquit D. Chryst. hom. 40.

ad popu. de fame, qua totus peribat populus. Elia à Domino providentià mirabili sustentato. Elia, inquit, unus erat, sed totus mundus non erat dignus, qui rependeretur ei; Et mundus quidem innumera millia sunt; sed non sunt millia, cum nec ad unius mensuram perveniat. Apud homines enim, ut inquit Philo, injusta multitudo pluris, quam unus justus æstimatur, apud Deum vero bonitas rara præfertur iniquis innumeris. Deus ergo tunc ante Messie adventum mirabilem aliquorum Deus appellabatur, cum autem Salvatoris apparuit benignitas, & humanitas, non Deus dumtaxat justorum, sed omnium vult nominari, & ideo vero Moyse, inquit, *Ego sum, qui sum*, quasi omnium, qui habent esse dicatur Deus. Sed de hoc alibi nos.

Postquam autem Dominus factus homo, sic omnium capitur dilectione, ut extrema exhibuerit signa erga cunctos amoris, cum Ecclesia loquitur, quando alloquitur dilectam sponsam, cujus amoris succeditur flamma, quærens fatigatus sponsam, & ejus cor sollicitans inquietà inquisitione, & activa; In rubo autem tribulis cuspidatus indicat amorem, quo spinis coronatus flagrat carnem assumens: sed quare ut se hominum Deum esse declaret, circumdatus spinis apparet? Quia compassione vult homines superare, ut sibi cor tradere velint; indicat fore in sanguinem popiosè mittendum spinis undique perforatum, ut in præmium tanti beneficii, & favoris cor humanum capere possit. Sed quare Dominus corda non tollit, cum cordibus dominetur? cor rogat, cum facilius esset jubere? Quoniam venit ut amans, ideo precibus corda præterdit, amor autem præceptis cogere nescit, & suspirijs tantum allicit amantem. Lacrymis ergo Deus cordis prædam capere intendit, quia amore hominis languet, & imaginis sue pulchritudine est illaqueatus, ideo quia sanguineo bello ante incarnationem Deus quasi visus est non valuisse cor humanum prædari, factus homo lacrymis, & amore armatus sollicitat prædam illius capere.

Refert de Alexandro Plutarchus, quod cum pro Republica Atheniensis ad eum missus fuisset legatus, interrogatus de opulentia, & pulchritudine civitatis, ipse non respondit, sed arrepto

carbone illam in pariete amaram horis, fortem menijs, & ædificijs amplissimis pulchram depinxit, cujus pulchritudine imperator allectus, fertur à Plutarcho dixisse: *Hæc civitas amicicia, auro, & argento, sanguine, aut bello mænerit.* Hoc quasi videtur Domino contigisse, tanta namque pulchritudine anima nostra gaudet, ut vehementi impulsu, ad illius prædam feratur, illam ante incarnationem bello, & sanguine, variisque expugnavit supplicijs, videns autem oleum, & operam perdidisse post incarnationem arma bellica mutavit in amoris sagittas, ideo lacrymis cor nostrum exposcit, muneribus amat prædari, amicitia, & amoris flamma succensus cor nostrum precibus Deus exposcit; cum posset præcipere velut Dominus; *Aperi mibi*, quia utitur amore, & uñ nescit imperio, suspirijs humana sollicitat corda, lacrymis exposcit, nosque rogamur, & invitamur, quasi non foret Deus offensus. Peccavit Adam, & illico quietem deserere Deus videtur, ut fatigatus quæreret hominem ad reductionem in lacrymas effusus invitavit Adâ, inquit D. Macharius, *Dic illa, quæ lapsus est Adam, accessit Deus, & lamentatus est, ut ita dicam, lamentatus est conspecto Adamo.* Quis hoc non miratur? si plorasset Adam, rationi consonum videretur, illius enim esset penitentia doloris, cujus criminis fuerat offensus, verum quod Adam commiseris scelus, & lacrymatuſ sit Deus, *lamentatus est*, hoc omnem admirationem excedit. Si Deus reducere voluit Adâ, robore utatur omnipotentia infinita, Ubi brachia omnipotentia infinita, quibus ex pulvere hominem suscitavit? Quare ergo lamentatur, ut reducere possit? Quoniam arbitratus est Deus (quasi videtur) majoris roboris esse lacrymas, quam fortitudinis brachium excelsum ad emolliendum cor Adam indurati, neque sic insensibilem fore, ut ad conspectum Domini lacrymantis non erumperet in signa doloris, se exhibuit Deus erga hominem amore ferventem, ideo, ut reduceret non est usus viribus dominantis, sed suspirijs amantis, amor enim nescit, nisi dulci violentia cor vincere humanum, ideo lacrymis cor sollicitabat sponsa: *Aperi mibi facis mea sponsa.*

Et ratio hujus est, quia amans triumphat,

Cor nostrum  
precibus  
Deum ex-  
plicit.

phat, quando prædam cordis libere capio, ideo non robore utitur ad vincendum, quia est victoria comparata violentia, sed lacrymis pugnat, ut libera cordis reportet spolia; Quare noluit Deus corda victimarum immolari in altari? Quæ gratior victima corde? Quare ergo noluit Dominus corda sacrificari? Ratio est, quoniam in sacrificijs mors non erat libera, sed violenta, non amoris sagitta, sed gladius immanis victimam trucidabat, sacerdos, quia rationis libere victimam offerebat, sed victima expertis rationis violenta offerebatur, & coacta; Ut Israëlita cor immolarent, opus erat vi sacerdotem cor de pectore extrahere, ideo noluit Deus sibi cor immolari, quia corda vi rapta non possent Deo placere, sed suavi libertate immolata, ideo quando amor Divinus triumphat, non viribus corda humana vult expugnare, sed lacrymis ad se allicere, ut libere devicta offerantur, non enim violentis delectatur spolijs, sed trophæo complacet voluntario; verum heu ingratitude nostræ voluntatis adamante durioris; Cor nostrum Deo negamus lacrymis ad beandum poscenti, & Demoni voluntariè immolamus ad internecionem querenti; Sanguine, lacrymis, & suspirijs humanum cor Dominus comparavit, & tamen futurè illius dominium transferimus nostro insensissimo hosti; Quo potuit nostra excrescere ingratitude? Quo magis divinus amor exardescere voluit? Quid enim acerbius Deo, quam lacrymas pro corde nostro laboresque pati, & hosti cordis nostri tradere amorem; O humanam clementiam?

Si non diligis, inquit D. Thomas de Villanova, quia Deum neque diligis, quia Dominum, dilige saltem, quia tuum. Quis enim propria sua non diligit? O homo diligis vestem tuam, diligis domum tuam, diligis arva tua, dilige quoque Deum, vel dilige quia tuum, nil enim tam tuum, sicut Deus tuus, qui tibi magis est tuus, quam tui. Si ergo tuus est Deus, quia tua omnia diligis; cur Deum quoque tuum ab hoc amore secerniscis Deum maxime, & supra omnia tuum à communi tuorum exceptas dilectione? Solus ne inter tua indignus à te judicatur amore: ut cum omnia tua diligas ipsum maxime tuum minime diligas. Nonne

indignabitur Deus super tam execranda contemptu? Quid dicam tibi o homo? Quid tibi miserrime dicam? Nonne super tanta iniquitate tuâ confunderis? Nonne de tanta ingratitude, & malitia erubescis? Pallium tuum diligis, caligas tuas diligis, & Deum tuum non diligis? Et perpetuam illam, & præclarissimam hæreditatem in æternum duraturam non concupiscis? Perdidisti pallium, & doles, perdidisti drachmam, & tristaris; perdidisti gloriam, & non sentis? Si amares quidem, & doleres; si diligeres, utique sentires, & ideo non sentis, quia non diligis.

Ratio secunda quare Deus corda nostra libere exposcit, inde sumitur, quia corda desiderat, ut favoribus impleat, & beneficijs cupiditatem humanam satiet, invito autem beneficium collatum desinit esse favor, ideo petit libere cor hominem aperire, ut libere acceptanti copiosè benefacere possit, ut inquit enim Cassiodorus: *Non est beneficium, quod promissitur invitis, nec cuiquam videtur utile, quod adversa voluntate conceditur.* Magnitudo ergo beneficij non tam à largitate dependet donantis, quam à recipientis voluntate jucunda. Liberalitatem summam erga Patriarcham Abraham Deus passim exercuit, benedictionibus cumulavit, divitem fecit, & honoribus illustravit, verum quasi nihil à Domino receperat, hujusmodi petitionem coram Domino præsentavit; *Domine Deus quid dabis mihi?* Mirabile quidem narratu! Quis ingratitudeinis Patriarcham non arguit? si tot à Domino receperat beneficia, quomodo immemor omnium petijt quasi nihil Dominus contulisset? Quid eximij viri cum ingratitude sanctitas? Verum absit, quod vir sanctus fuerit ingratus? Certum est, inquit Oleaster, singularibus Deum cumulasse Patriarcham favoribus, opibus, honoribus, & summa prosperitate; verum hæc omnia non reputavit Patriarcha esse beneficia, & favores, erat humilis corde, ideo spernebat honores, non desiderabat divitias, quoniam fuerat spiritu pauper, prolem dumtaxat siciebat. *Absque liberis me ipse fecisti*, liberos desiderabas ut Saræ sustulisset sterilitatis opprobrium, & domum suam prosperaret posteritate, ideo nihil se recepisse Abraham

*Invisibile beneficium, quod promissitur invitis, nec cuiquam videtur utile, quod adversa voluntate conceditur. Magnitudo ergo beneficij non tam à largitate dependet donantis, quam à recipientis voluntate jucunda. Liberalitatem summam erga Patriarcham Abraham Deus passim exercuit, benedictionibus cumulavit, divitem fecit, & honoribus illustravit, verum quasi nihil à Domino receperat, hujusmodi petitionem coram Domino præsentavit; Domine Deus quid dabis mihi? Mirabile quidem narratu! Quis ingratitudeinis Patriarcham non arguit? si tot à Domino receperat beneficia, quomodo immemor omnium petijt quasi nihil Dominus contulisset? Quid eximij viri cum ingratitude sanctitas? Verum absit, quod vir sanctus fuerit ingratus? Certum est, inquit Oleaster, singularibus Deum cumulasse Patriarcham favoribus, opibus, honoribus, & summa prosperitate; verum hæc omnia non reputavit Patriarcha esse beneficia, & favores, erat humilis corde, ideo spernebat honores, non desiderabat divitias, quoniam fuerat spiritu pauper, prolem dumtaxat siciebat. Absque liberis me ipse fecisti, liberos desiderabas ut Saræ sustulisset sterilitatis opprobrium, & domum suam prosperaret posteritate, ideo nihil se recepisse Abraham*


ham arbitratur, quia Dominus non contulerat, quod ipse desiderabat, ideo nullum se beneficium recepisse credebat, quia nullum a Deo donum juxta desiderium ejus fuerat collatum: *Domine Deus quid dabis mihi? Optime Oleaster; Est aliud*, inquit, *Quod hic advertas. Homines nihil faciunt, quacumque illis contuleris nisi qua cupiunt addideris.* Ideo ergo Dominus cor libere exposcit, ut homines cumulet beneficijs. Dei namque liberalitas non fatiatur, nisi repetat favores, & beneficia: Duæ in deserto petrae aquas populo sitienti debere, de posteriori autem asserit Paulus fuisse Christum. *Petra autem erat Christus.* Quare priori excellentiam negavit eximiam? quia prior fuit in aquas effusa, sed immobilis mansit, nec populum ut repeteret beneficia secuta, posterior autem, *Consequente eos petra*, sequitur, quærit, & fatigatur, ut populum consoletur in siti, & favoribus repleat; ideo appellatur divina; Deus enim cor hominis anxie quærit, & se inquisitione fatigat, ut favoribus, & benedictionibus repleat. Summa ingratitude est, quod Dominus totus sit nobis, nostrumque cor longè sit ab eo, quod Deus nihil desideret, præter cor hominis, & ingratiſſimus homo Creatorem spernat, ut creaturas adoret. Quis namque sine idolo est, cui quotidie victimas affectus nõ immolet venustati lascivæ? O cæcitas hominum, deploranda; Quod si dicas creaturas amare, sed non ideo spernere creatorem; inique respondes, cum Deus nolit divitas adorationis; *Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terra.* Abulensis hujusmodi locum exponens inquit cum Pelusiotæ præcepisse Dominum Angelis hominis corpus formare, sibi autem Deus cor condere reservavit. Quare Angelis non permisit cor hominis fabricare? si commisit celestibus spiritibus corpus humanum formare, quare cor non permisit creare? Quoniam si Angeli cor hominis condidissent, possent homines gratitudine moti cordis partem offerre, ne ergo aliquid cordis creaturis homines reservarent, sed totum Deo velut gratissimam victimam immolarent, non permisit Dominus ab alio cor humanum creari, quia

cor divisum est Domino ingratum, ideo totum exposcit: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.* Si ergo Deus neque Angelis permittit cordis partem aliquam homines immolare, quid non dolebit, si immundis offeramus idolis; si in eodem altari cordis Deum audeamus collocare cum creatura.

Philistiim Dagon idolum venerabantur, Deus autem patienter toleravit adorationem ipsi negari, & dæmonem adorari; Postquam autem Philistiim arcam reducerunt captivam, in signum venerationis supra solum collocarunt altaris, tunc autem Dominus ira exardescens Philistiim supplicio severissimo affectit, & idolum prostravit, & manus ejus confregit. *Ecce Dagon pronus in terra jacebat.* Quare Deus idolum super aram erectum tamdiu adorari permisit, & nunc crudeliter in idolum & sacerdotes desævit? Ratio est, quoniam prius homines ex toto corde Dagon adorabant, nil cordis Deo vero immolabant, hanc injuriam patienter Dominus tulit, nunc autem Philistiim adorationes temere diviserrunt inter idolum, & arcam, in eodem enim altari idolum collocarunt, & arcam, hanc injuriam non potuit divina tolerare patientia, magis namque offenditur Deus hominem cordis dividere adorationes inter Deum, & creaturas, quam si penitus Deum à corde rejiceremus. *Ecce Dagon pronus jacebat in terra.* O stultia hominum ignorantia cor alijs, & non Deo immolare; qui cum omnia nobis deficient, amici recesserint, oderintque propinqui, ille non derelinquet; sed in tribulatione hostibus agitatoſ tuebitur à rugientibus præparatis ad escam; Optime Divus Augustinus. O anima mea, devote exclamat, insignita Dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum Angelis, dilige illum, à quo tantum dilecta es. Intende illi, qui intendit tibi. Quare querentem te. Ama amatorem tui, à quo amaris, cujus amore præventa es, qui est causa amoris tui, ipse est meritum, ipse præmium, ipse fructus, ipse usus, ipse finis; Esto sollicita cum sollicito,

Deus divi-  
su respicit  
admiratio-  
nem.

cum vacante vacans, cum mundo munda, cum sancto sancta. Qualis apparueris Deo, talis oportet ut appareat tibi; Deus suavis, & mitis, & multæ misericordiæ, suaves, mitres, dulces, humiles, & misericordes requirit; Ama illum, qui eduxit te de lacu miserix, & de luto facis.



## S. II.

*Eximius amor pro dilecto querere penas, inexplicabilis est erga ingratos ejus excessus.*

**D**ESCENDIT Dominus in rubum, inquit Rupertus, ut compatiatur, & de laboribus populi doleat. *Fam qui spinarum thronum, ac sedem sumpserat, quasi aculeis cuspidatus futura carnis passibilitate de astante damno dolere cepit.* Eximius amor querere pœnas, & pro amato provocare labores: Nullius Christi martyrij expressius memoriam fecit Propheta, quam fellis: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Quare crucis non fecit memoriam, quæ inter tormenta acerbissimum fuit martyrium? Ratio est, quoniam quamvis patibulum crucis fuerit Christo Domino voluntarium, *Traditus est quia ipse voluit*, Nihilominus crux à Judæis fuit incussa, & cruci ab illis Christus affixus; fel autem tormentum fuit à Christo Domino postulatum. *Sitio* martyrij crucis fuit Dominus passus, fellis autem tormentum Christus Dominus provocavit, ideo ergo in testimonium amoris non repræsentat oculis gratitudinis acerbum crucis tormentum, quod Dominum quasi quæsisse videtur, sed fellis cruciatum, quem amor succensi cordis sollicitavit, eximius enim amor est non solum pati tormenta, sed provocare cruciatum: *Dederunt in escam meam fel*, quasi cæterorum oblitus.

Milibus Christi tollentes crucem

suam & divinum sequentibus ducem, ipse præmia pollicetur æterna. *Tollat crucem suam, & sequatur me.* Cyreneo autem, qui suam, immo & Christi Domini portavit crucem, nec præmium referitur aliquod respondisse labori, nec illius perfectio vitæ ab Evangelista notatur: Si Dominus præmia largitur æterna crucem suam tollenti, quare præmium Cyreneo negatur pondus gravissimum crucis Christi portanti? Ratio est, quia milibus, quibus promittitur præmium, erat crux voluntaria; *Si quis vult*, ipsi voluntariè crucem sollicitant, Cyreneus autem sequitur Christum, & humeris crucem imponit coactus, ab alijs fuit illi imposta crux: *Apprehenderunt Simonem*, fuit Cyreneus compulsus, atque comprehensus, ut crucem portaret, ideo Cyreneo nullum promittitur præmium, & milibus voluntariè tollentibus crucem præmia Deus pollicetur æterna, tollere namque crucem, quam sollicitat ipsa voluntas, est summa perfectio, meritumque sublimè; decidit autem à perfectione crucem portare, quam humeris alius imponit: *Apprehenderunt.*

Quoad effectus: Plures ex sanctis patribus majorem esse crediderunt amorem Christi Domini in Eucharistia, quam in patibulo crucis, sentiunt Divus Augustinus, & Divus Thomas. Sic expliçant illud Zachariæ. *Quid bonum ejus, aut quid pulchrum ejus nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines.* Sed quomodo hoc? nil enim Deus in Sacramento donavit, quod non contulerit nobis in patibulo crucis, si ergo beneficium est idem, quomodo amor in effectibus est inæquale? Ratio est, quoniam in cruce quoad nostrum oculorum exteriorem conspectum tormenta Christum quæsierant, in Eucharistia eo modo quo potest mortem provocavit, ut pateretur. *Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.* Hæc autem circumstantia sollicitandi cruciatum talis est, quod in eodem beneficio causat inæqualitatem amoris: Numquam Evangelistæ excessum amoris appellarunt Christi passionem nisi in Thabor. *Dicebant*

*Cruce vol-  
luntaria  
merit: &  
amoris arg-  
get ... or e*

6.

*Eximius  
amor pro-  
vocare tor-  
menta.*

*Dicebant excessum ejus, quem completurus eras in Jerusalem. Quare hoc? Quoniam in Thabor Christus existerat gloriosus, & tamen provocabat passionem, ut pro hominibus moreretur, hoc autem est extremus charitatis excessus: Dicebant excessum, esse nempe impassibilem, & gloriosum, & tamen pro hominibus poenas sollicitare, & labores. Hoc solido amore servebat Diva Catharina Senensis, cui duas offerens Deus coronas, alteram auream, spineam intextamque tribulis alteram, ut eligeret quam maluisset, spineam praelegisse refertur, & illam oscularam capiti atabitione sancta imposuisse, quia cum incendio succensa foret amoris, provocabat tormenta ad patiendum.*

In rubo, & inter flammam Deus apparuit, ut expressè se compassionem erga populum exhiberet, & ostenderet catenam velle rumpere servitutis, lux & ignis apparuit in rubo, sic cum illis agendum Dominus in deserto promisit, & opere implevit, per invia ducens, per diem in columna nubis, & in ignis columna per noctem, obedientibus lucem promittit, non obtemperantibus ignem minatur: Repraesentat pariter Deus in flamma rubi se ipsum populo Hebraeo incendium communicantem amoris, etiam animum ingratorum jugiter exhibenti; *Deus, inquit Chrysologus serm. 164. datusque legem ignem pramisit in rubo: sed divinum rubus portavit, non concepit incendium, jam tunc oculis manifestia plenum, & ingratorum cultura legis populum praefiguravit.* Apparuit in rubo, ut factus homo aperte ingratum monstraret non tam spinis propriis pungendum, quam tenera compassione ferendum tribulationum, ac laborum, quos homines patiebantur, ut inquit enim Plato. *Amans in proprio corpore mortuus est, vivit in alieno: Amans namque de suis parum laborans, amati incommoda solum perferunt.* Sic Arria moritura dixisse fertur non dolere vulnus, quod sibi adacto in pectus ferro intulerat, sed illud fore acerbum, quod sibi metum Pater conjux illaturus esset, sic refert Drexellius.

*Casti suo gladium non traderet Arria Pater  
Quem de visceribus traxerat ipsa suis,  
Et quae fides; vulnus, quod feci, non  
dolet, inquit,  
Sed quod tu facies, hoc mihi Pater  
dolet.*

Hæc vis est amoris, qui amantis sensus, & animum in illius, quem amat, transmittit corpus. Sic Christus Dominus inter spinas compunctus, non propria vulnera dolet, sed quæ patiuntur ingrati; magis quam rubus ardebat tunc Christus amoris incendio; Hujusmodi amorem nullus potuit hominum cogitare; unde curiositate Moyses pulsatus; *Vadam, & videbo visionem hanc magnam, inquit; Ubi autem propius accessit; tardioris linguæ fuisse confessus est: Tardioris lingua sum.* Unde hoc? Quia amoris excessus fecit Moysen clinguem, Vidit Moyses Deus pro hominibus spinis compunctum, tribulique percussum, & simul pravie ab hominibus despiciendum, flammam amoris intuebatur Prophetam, qua Deus rubum humanum succendere conabatur, & nihilominus homines rubum ingratisimum conservari, ab incendio incombustum, & pullulare virorem, & tribulis, & spinis in ignem amoris armari; Hujusmodi ergo excessus amoris in Deo, & summa in humano spinosoque rubo, & inexplicabilis, & feralis ingratitudo in admirationem raptum fecit Moysen elinguem Prophetam; *Tardioris lingua sunt,* quia nulla factis est lingua amoris Divini magnitudinem explicare, nec ingratisitudinem hominum juxta merita ponderare. In amoris divini expositione, inquit Divus Damianus; (elinguis fit lingua, immemor memoria insensibilis sensus: ) Omnis quidem sapientia facta est ignorantia, amor enim Divinus superexcedit intelligentiam creatam.

In throno illo elevato, & excelso, quo Deus humanitatem induens apparuit, Seraphim inquit Isaias assistere tantum, *Seraphim stabant.* Quare Seraphim assistebant, & non Cherubini? Quoniam in illo folio mysterium celebrabatur amoris, incarnatio-

7.  
*Amor divinus ad conspectum ingratisitudinis nostræ ineffabilis est.*

nis amorem, & mortis pro hominibus Dominus ostendebat, amor Divinus ad conspectum humanæ ingrati- tudinis apparebat; ideo non adsunt Cherubin, sed Seraphin assistebant; *Seraphin stabant*, Cherubin enim plenitudo sunt scientiæ, Seraphin sunt incendium amoris, recedant à throno Cherubin, & solio Seraphin ad- sint, quia ad intelligentiam divini amoris, & ingrati- tudinis hominis pa- rum, vel nihil potest creata deservire sapientia, quia amor Divinus ad in- crementum humanæ ingrati- tudinis crescens, sic intelligentiæ superex- cedit, quod solum attendi possunt Seraphin amantium affectus, amor enim Divinus non tam eloquentia po- rest enarrari à sapientibus, quam gra- titudine cordis ab amantibus admira- ri, sicut ingrati- tudo humana non tam valet convitijs, quam admiratione ex- probrari.

Descendit Deus ignitus in rubum, quia Dominus amans excessum ostendit amoris, cum in spinosos homines, & ingratos signa manifestat amoris, in rubum autem descendit, cum singulariter amat ingratum punctioni- bus peccatorum respondentem amo- ri, exitium extremum Divini amo- ris, cor nostrum flamma amoris suc- cendere velle, cum videat velut ru- bum ingratum tribulis, & spinis circumdatum, alienatum esse à nobis dæmoni traditum, & ab illo injustè possessum, huc pertingere potuit amoris excessus, quia amor de ingrati- tudine triumphans inferior est amore, qui triumphat de amu- latione.

Hujusmodi querelas Christus im- mittit, cum à Christianis contemni- tur, & despicitur, à quibus jure extorquet amorem; religio namque Christiana domus est Dominum di- ligentium, ideo dirior, quæ ab ijs procedit est pœna. Cum Dominus conscenderet cœlum interrogatus ab Angelis de vulneribus. *Quid sunt plaga ista in medio manuum tuarum?* respondit, *His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me.* Quando pla- gatus est Dominus, est in domo aman- tium, & diligentium? Ea vulnera, inquit Chrysologus, quæ manus in- fixit impia, devota dextera pupæ re-

fulcat, latus quod impia militis lan- cea patefecit, resodere manus nititur obsequentis. Sed quare Dominus pla- gas in cœnaculo à Thoma perpeffas ostendit, & non toleratas in cruce? Quia vulnera ostentare intendebat, quæ dirius dilacerarunt, ejusque pro- barunt patientiam, ideo ostendit pla- gas, quæ pertulit in cœnaculo, & occultavit quæ in cruce, in cœnacu- lo namque passus est ab eo, qui do- mum inhabitabat amantium; *In do- mo eorum, qui diligebant me*, in Cal- varie loco ab hostibus patiebatur, tanquam in loco destinato martyrijs, ideo refert plagas cœnaculi, quando intendit ponderare dolorem, quia pa- ti in diligentium habitaculo, & do- mo, ubi requiem, & delicias merito sperare deberet, est maximum om- nium tormentum, & omnibus dirius martyrium.

Hanc considerent dilectionem Chri- stiani, hujusmodi excessum amoris stupeant Domini sponsæ moniales, quæ domum inhabitant diligentium, execrabile enim est quod ubi tot Christi succendantur amore, forsitan aliqua reperiat, quæ Christo addat afflictionem afflicto; continget enim religiosissimæ domui, quod gratissi- mum sponso odorem emittat, & pa- titer exitiale venenum illi propinet, sicut de serpente nominato Ampisibena, qui biceps caput anterius & posterius refertur habere, & ex uno ore exitiale evomit venenum, & ex altero antidotum salutariferum, de quo Chesneau.

*Ampisibena biceps uno vomit ore ve-  
nenum*

*Excellentem alio suggerit antida-  
tum.*

*Una potest plagas infigere, ipsæ me-  
deri*

*Indubitata salus profuit, unde lues.*

Quod si obdurati & faxei cordis aliqua labore duritie, emolliat sodalium exemplum, deterreat amantis Christi sollicitudo corda sponsæ po- scientis, ut in illis commorans optatas obtineat delicias, & in illis squallore, sordibus & fæce mundanis, & splen- dida sanctitatis, & virtutis veste ador- natis mansionem jucundissimam col- locet;

locet ; Non solum erga virgines sed hanc frequenter exhibet Deus erga homines dilectionem , quærit enim & sollicitat , cordaque exposcit , cum noverit mundo , carni , & dæmoni nos tradidisse ; suum nobis immolat cor , cum cognoverit nostrum hosti dæmoni nos obrulisse , & sacrilege tradidisse. Nullus quidem major excessus , nullaque hominum vilior ingratitude ; Christus enim in lacrymas effunditur , ut collocet in corde nostro solum amoris , nos autem fœdera amoris universa violamus , cum oporteret cor immolare , & oculos avertere à quovis alliciente creato. *Quis non stupeat* , inquit D. Bernardus , *Charitatem Dei spre- ti , & revocantis*

Principem , quem ex bello redu- xerat Cyrus captivum , ipse interro- gavit , quid donaret pro libertate ux- oris , quæ pariter captivitati jacuerat ; cui Princeps captivus in lacrymas to- rus effusus. *Etiã vita redimerem il- lam*. Recedente Cyro Princeps ca- ptivus rogavit sponsam , ut diceret , quid ipsi foret rex Cyrus visus , uxor autem fertur acriter respondisse. *Quo- modo valui oculos avertere ab eo , qui me velle dixit vita redimere , & san- guine*. Quid me interrogas importu- ne , & simul arguis ingrati ? Ocu- los in alium convertere mihi licuisset , cum te audierim tanti velle meam emere libertatem ? O si hujusmodi verba memoriæ recolisset Christia- nus , si dæmoni turpibus voluptati- bus allicienti fortiter resisteret dicens : *Quomodo valui ? Quomodo oculos avertam à Deo , qui ut me à captivi- tate dæmonis liberaret , totus fuit in sanguinem missus ? Quomodo oculos in pulchritudinis idolum convertam , quæ temporis varietati est subjecta ? Si allicienti mundi apparenti , falla- cique gloria resisteret generosè di- cens : Quomodo valui oculos aver- tere ab eo , qui cor à me expo- scit lacrymis , & suspirijs ? Quomo- do in glorias fallaces oculos figam , quæ sunt dumtaxat inordinata pro- cessio per temporis vicis incedens , ubi fortunam singuli repræsentant , cujus repræsentatio desinit in tra- gœdiam.*

Crescit ex alia circumstantia divi- nus amor , quoniam majori fatigatur labore , ut de ingratitude trinn-

phet , quam , ut ipsum jam amanti respondeat. Quid erga Saulum non fecit sævissimum inimicum ? Cœlum deseruisse videtur , ut cor emolliret lapideum ; *Cur me persequeris ?* Majo- ra Deus operari videtur pro pecca- tore crudeliter persequente , quam pro ipsi gratitudine respondente : Vi- detur inquam , ut sic magis amoris divini elucescat excessus. *Benedices corona anni benignitatis tuæ* : inquit , Propheta rex Psalmo. 64. Hugo sic ex- plicat locum , *Intelligitur de populo peregrinante à Deo in hac valle mise- ria propter peccatum*. Sed quomodo valent uniri benedictiones divinæ cum hominum sceleribus ? Quid homi- num injuria cum Dei singulari fa- vore ? Deus justus non est ? uti- que , Quare ergo peccata præcis non multat , sed afficit potius favore ? *Rara misericordia* , inquit D. Chry- sostomus , *species , quia mens huma- na incumbit diligenter in mala opera , propter hoc non adducor inquit Deus , ut terra maledicam*.

Voluit Dominus exaltare benigni- tatem amoris , ideo ad incrementum populi delictorum benedictiones mul- tiplicavit , benedictiones divinæ , quæ meritis hominum correspondent , be- neficia sunt in quibus non tam beni- gnitatem Deus offendit , quam exhibet suam justitiam , verum multiplicare benedictiones , & illis communicare , qui multiplicarunt injurias , & incur- rerunt indignationes divinas , hoc est , beneficium ortum ex benignitate ex- cessus divini amoris : *Benedices corona anni benignitatis tuæ*. Huc peringere valet vis & amoris excessus quia ne- quit amoris dari major excessus : En Christi Domini amorem ; majora enim operari videtur propter Saulum persequentem , quam propter Pau- lum amantem , Cœlum deserit , ut Saulum reducat , panditque secreta cœlestia , Paulo vero poscenti , ut à se stimulus carnis discederet , noluit Chri- stus annuere ; Quid hæc ? Amoris di- vini excessum indicant & extremum. O quoties peccator aquis vitiorum im- mersus bellum indicit in Deum , quo- ties nec Dei nominis recordatur , & amor divinus cordis ad ostium pulsar , & favoribus quatit ; Quo nullus amo- ris potest excogitari singularior ex- cessus,

*Pro con- versione D. Pauli.*

10.

Singulariter Dominum dilexisse fortunatum prædonem passim ponderant Sancti Patres; *Domine memento mei*. Hic quidem lucet fides latronis, sed nulla splendet dilectio; Unde ergo amor erga Christum latronis ostenditur singularis? Quoniam, inquit, *Domine memento mei*, prædo supponebat esse à Domino oblitum, & nihilominus sic Christum amabat, ut memoriam Christi prælegerit levamini tormentorum, hic ergo fuit eximius amoris excessus, Dimas tradere cor, voluntatemque Christo, à cuius memoria exulem esse credebat, quia nullus amoris excogitari valet singularior excessus, quam se illius exhibere amatorem, à quo arbitratur oblitum, hæc fuit in Dimas exhibitio eminentioris amoris; singulare ergo frequensque ostendit Deus signum erga homines dilectionis, siquidem ferventius amat, quos sui magis recognoscit immemores, ut unde crescit in homine ingratitude, inde amoris oriatur major splendor, inde valentior resurgens, unde merito deberet extingui.

Eximius amor cum diligere, quem tui esse credis oblitum.

\*\*\*

### §. III.

*Affectuum mortificatio facilis, si consideretur Domini passio.*

11.



Q U O Q V I T V R Moyſi Deus in rubo, ut exueret faciliter calceamenta; affectus enim, & appetitus in calceamentis repræſentantur: Quasi diceret Dominus, ut nudis pedibus super spinas incedas, me respice spinis punctum, ut discas cupiditates fugere, & voluptates longissime eliminare, nullus enim Dei memoriam recollit patientis, qui ambitiosos non rescindat affectus, & reflexos, deviosque non dirigat gressus. Petrus primo, & secundo Dominum negans quasi indueret viscera ænea insensibilis mansit, tertio autem Christum negavit, & illico sceleris recordatus in lacrymas mirabiliter prodijt: *Flevit amare*. Quare Petrus in ultima negatione flevit amare, & non in prima, nec in secunda? Nulla quidem tanti lu-

Memoria Christi patientis efficacax ad mortificationem affectuum.

tus causa fuit alia, nisi horti memoria, ubi redemptor pro peccatoribus sanguinem fudit, inquit D. Basilius; Cum primo, & secundo Petrus negavit Christum, interrogatus est an foret discipulus Christi? cum autem magistrum tertio confessus non est, sic fuerat interrogatus: *Nonne & tu cum Jesu in horto eras?* Tunc ergo audito horto, recordatus est Petrus ibi Dominum fuisse lacrymas, & sanguinem factum in agonias; ibique laboriosè pro ipso rogasse, horti ergo mentio maximique beneficii memoria in Petri pectore congelato liquere in lacrymas fecit, flevitque negationem amare, erubescens quod tormenta fugisset, & occasionem patienti, cum Christum vidisset patientem, maxima namque ingratitude est, quod quis memor Christi humilitatis, atque passionis excusetur à mortificatione patienti; Hoc in Dionysio miratus est Seneca: *Dionysius libertatis, justitia, legum exitum, dominationis cupidus etiam post Platonem*. Crevisse credidit ambitionis Dionysij malitiam, quoniam regnare appetijt viso Platone Philosopho stoico, qui omnia contemplerat quasi vilia. Quid ergo diceret de Christianis, qui ambitionis vinculis sunt irretiti etiam post Christum Dominum crucifixum.

Exempla illustrium virorum inquit Drexellius summi momenti sunt, ut inferiores sequantur, & imitentur; Cato milites suos ad omnia fecit promptissimos, quia illos præcessit per confragosa, & ardua, per rupes, saxaque incedens.

*Ipse manu, sua pila gerens præcessit  
anheli  
Militis ora pedes, monstrat tolerare  
labores  
Non jubet;*

Si ergo Catonis afflicti exemplum milites promptos effecit ad perferendos labores, quare Christianis, subdit ille, potentissima non sit ratio, hæcque panoplia impenetrabilis, cum blanditur caro, cum sævit diabolus in vetitum impulsurus, cum quis se cognoverit in laboribus esse abjectum, videre Dominum inter spinas, & flagra in cruce nudum, vulneratum doloribus exhaustum

stum cernere? ut inquit enim Bernardus: Quid magis indignum, quid detestandum amplius, quid gravius puniendum, quam ut videns Deum cœli ludibriis afflictum, vellet inter delicias jocari? Quid deformius, quam vitiis fervire, qui Deum respiciat undique in sanguinem missum? Postquam fluvium mutavit Moyses in sanguinem, desperavit cor Pharaonis posse emollire, actum ergo fuit de Pharaonis imperio. Quare ergo qui cæteris plagis fuit induratus, miratur Moyses fluvij percussione non emollium? Quoniam Nilus Deus erat Ægypti, Nilum veluti Deum colebant, qui ergo Deum suum videt sanguine cruentatum, & non respiscit, neque comp. sione emollitur sine spe dicitur induratus; Quis ergo effusum Christum in sanguinem videat, qui non deponat malinam? quis sanguine cruentatum agnum immaculatum respiciat, & obstinatus nihilominus perseveret? Saxis quidem erit, & lapidibus durior.

12. Omnis creatura armata est contra Pharaonis durtiem, verum ejus durties æqualis impietati tyrannicæ superavit supplicia, prodigijs fatalibus imperterrita; *Induratum est cor Pharaonis*, cor ejus factum est adamantium durties. Paulus etiam fuit contra Ecclesiam secundus, sed impietate non inferior Pharaone tyrannus, verum unico Christi Domini verbo fuit emollitus, sicut cera liquefcens de lupo est mutatus in agnum. *Domine quid me vis facere?* Quare hoc? Quoniam Paulus Christum vidit afflictum representatus fuit illi tribulatione, & persecutione vexatus; *Saule, saule quid me persequeris?* Ubi ergo Deum suum persecutione vidit afflictum illico cor illius fuit emollitum, & in lachrymas compunctionis effusum, *Domine quid me vis facere.* Quia contemplatio Domini afflicti saxeum pectus nescit non emollire, serino namque animo foret, qui in flagella paratum, & plagis innumeris vulneribus penè confectum non persentiret? Quis adamas pectora ligaret humana, si tam acerbam hominis sortem non condoleret; ideo Paulus ad conspectum Christi Domini cecidit equi pedibus conculcandus, indignum esset Paulum equitare arroganter Dominum videns patientem, & affectum persecutione.

12. Nullus non ambitione deponet, videns Dominum afflictione humiliatim.

Vidit Joannes viginti quatuor seniores majestate conspicuos, & dignitate præstantes, quorum capita erant redimita coronis; *viginti quatuor seniores sedentes, circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum corona aurea;* Iterum vidit viginti quatuor seniores, & inquit cecidisse humi prostratos, & abjecisse coronas: *Prosidebant viginti quatuor seniores — & mittebant coronas suas.* Quare viginti quatuor illi seniores purpuram regiam ostentant diademate coronati, & post pusillum pedibus humiliter provolvuntur longe majestate rejecta? Quoniam primum illi seniores coram sedente in throno majestatis adstabant, Christum Dominum respiciebant splendorem regum coram omnibus ostentantem, ideo capitibus diademata imponunt, & auctoritatem pariter conservarunt, postea vero Christum intuebantur patientem agnum immaculatum; *Agnum tanquam occisum.* Ubi ergo Christum seniores afflictum, & cruentatum considerarunt, illico ceciderunt humiliter humi prostrati, & coronas pariter objecerunt, quia indignum esset seniores diademate capita coronare, cum Christum occisus, & cruentatus jaceret; Sed heu quam pauci ducem, & Principem contemplantur afflictum! quam pauci mente volunt passionem! O hominum ingrata conditio! Dominus pro nobis pari non recusavit, & renuit homo meditari passionem? Similis est Agar, cujus filius mori incipiebat, quid tunc? *Abjecit puerum subter unam arborem, qua ibi erat, & abiit, seditque è regione procul;* Quare hoc? *Dixit enim; Non videbo morientem puerum.* O crudelis mater ne te gladius afflictionis pertranseat, rejicis crudeliter puerum; Agarenam imitantur sævitiam quotquot ne parum meditatione Christi affligantur à memoria rejiciunt patientem; Non videbo morientem puerum; Summa quidem ingratitude Christianis, pbigeniam tota Græcia recolebat memoriz ejusque corpus visebat, ne ingratitude notaretur, quia seipsam credebant sacrificasse pro totius Græciæ salute: *Et hoc ecce corpus,* verba sunt Euripidis, *pro salute patriæ, proque universa Græcia tracto volens, ut immolaram hinc ad dicatas numinis ducaris aras, quando divina oracula, isa canunt,*

Quare Christum Dominum divinis actis pro salute humana immolatum non contemlabimur, ut imitemur, ne oblivio tanti beneficii ingratitude damnet.

\*\*\*

§. I V.

*Conspectus afflictionis Christi solatur afflictos.*

13.

**I**E Alexandro Magno refert Plutarchus robur in pugna militibus intulisse, ita ut ipso presente, *nec arma, ne hostes timebant*. Si ergo Alexandri presentia militibus vires augebat, & temperabat labores, quanto magis Christi representati presentia armabit laborantium constantiam, & afferet in labore solamen. Præsuram extremam populus patiebatur à serpentibus ignitis percussus, ad cœlum manibus elevatis clamabat, Dominus autem illius misertus præcepit Moyse serpentem affigere cruci: *Fac serpentem aneum, & pones eum pro signo, qui percussus aspexerit, vivet*. Præcepit & serpentem figere cruci, & quod lapari volens illum aspigeret; Quare Deus respicere iussit serpentem, ut populi temperaretur afflictio? Quoniam serpens cruci affixus est Christi crucifixi representatio: *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis*. Sed quamvis fuerit Domini cruce pendentis serpens ille representatio, quare necesse est, quod in illum populus dirigat visum? Quare non satis quod serpens ille cruci affigatur? ut populum, & pariter cunctos edoceret Christianos, in oculis nostræ afflictionis suam esse medicinam, quia nullum est efficacius nostræ afflictionis remedium, quam respicere Dominum crucifixum, sicut enim nulla nostra afflictio illam potest æquare, nulla pariter est, quæ non possit ab illa sanari: *Qui percussus aspexerit*.

*Amans si* Extrema afflictione laborabat Propheta, clamavit, & continuo volavit Seraphin afferens afflicto solamen; *Volavit ad me unus de Seraphin*. Quare non alius Angelus velociter currens, quare volans? Quare Seraphin, & Seraphin volans applicuit Prophætæ remedium? Quoniam Seraphin amor

est ardens, Seraphin volans est Seraphin crucifixus, idem enim erat volando extendere alas, ac Seraphin cruci affigi; *Singula alarum dispositio extrinseca cruce constabat*, ut ex D. Machario retulimus, quis ergo posset cor afflictum solari, nisi cruci affixus amor, ideo Seraphin volans & crucifixus dumtaxat, fuit ad medendum satis; Nil enim Prophetam posset in afflictione juvare, nisi intueri pro se crucifixum amorem: In sacramento Eucharistiæ quodammodo crucifixus voluit Christus relinquere; Passionis suæ memoriale perenne. Quare voluit Christus ponas in sacramento representare? Quare non glorias? Quia voluit nos in afflictione solari; *Ut de sua contristatis absentia remedium relinqueret singulare*. Ideo representatur ut patiens in sacramento; quia non sic ad solamen aptus esse videtur consolator gloriosus, sicut consolator crucifixus, ideo memoriale passionis videndum dereliquit in sacramento, ut posset consolari homines contristatos: Ideo Dominus cum posset mittere solamen de cœlo descendit ad rubum, ut afflictionem populi consolaretur: *Sciens, inquit, dolorem eorum descendit, ut liberem eum de manibus Ægyptiorum*, [Gaudet enim Dominus, inquit Oleaster, ut leviora faciat, quæ sancti patiuntur mala, se se illis adjungere.]

Et ratio est nil tam potest temperare afflictionem, quam qui majori vexatur; Ab impudentibus militibus fuit Dominus in horto comprehensus, & sui penitus quasi oblivio discipulorum incolumitati consuluit: *Si ergo me quaeritis, finite hos abire*. Quare comites non suscepit in morte, quos Christus associari voluit in vita? Quare renuit assistentiam illorum, cum ad summum crescebat afflictio? Quia nullius societatis illi posset esse levamen, quia nullus poena poterat Christum æquare, ideo nullus consolari valeret, quia solus qui æquali afflictione tenetur, aliter potest afflictionem levare. Solus ergo Christus Dominus consolator est optimus,

## §. V.

*Qui Christi meditari passionem, perferet proprios tolerabilius labores.*

14. **D**ivus Amb. Non pater in robo, non pater in eremo, sed filius Moysi locutus est. ¶ Rupert. ¶ Jam, qui spinarum thronum, ac sedem sumpserat, quasi aculeis cuspidatus futura carnis passibilitate, de astante damno dolere cœpit. In medio spinarum apparet, ut doceat tolerare labores, & Dei exemplo reddat in patiando fortiores. Quis enim, si in Christum patientem intenderit oculos, audeat proprios labores queri? Consideratis loram, Regeque Edon, & Josaphat, contra Mahobitarum Regem, postquam obsidione cinxerant civitatem, varièque expugnatam tradendam jam sperassent, ex templo facta est, indignatio in Israël, ita ut continuo verteret exercitus terga, jacentemque fugissent Mohabitam. Quare ergo? Quoniam in bello Mohabitas considerans Princeps eorum ignavos, & roborare volens in bello, & hostibus reddere formidabiles, filium suum super murum coram omnibus collocatum gladio interfecit, diisque obtulit pro Mohabitis in victimam, & holocaustum, ut sic erga eos amorem simul, & in hostes fortitudinem manifestaret, ut qui pepercit proprio filio, flocci vitam propriam habere credendus esset, & fulmen futurum in hostium, Israëlitarumve ruinam. Timor ergo Israëlitas apprehendit, & fugam capere cogit, milites enim, quorum princeps ita amore erga subditos victus est, sic roboratos spectaculo illo timebant, ut fore crederent prædam illorum, si prius transfugas non eligerent esse. Accidit Principi Mohabitarum, quod ferunt de Catharina, qui milites sine robore videns, rupit pugione venas, ut intelligerent in sui defensionem, si occiso tulerit, exhaustiendas, quo viso formidabiles cõmilitones visi sunt inimicis. Quis non contra Dæmonem animum exerceret hostilem, si amoris, quo Pater Aternus ita dilexit mundum, ut filium suum unigenitum mortui victimam daret, non esset oblitus?

Quis non redderet terga deliciis, ac voluptatibus sensibilibus?

Quis ergo, *Coronemus nos floribus*, dicit, si Principem suum videat scriptum spinis? Refert Tertullianus militem inter alios, qui florum coronis habebant capita redimta, coronam floribus etiam contextam in manibus sustentasse, interrogatum autem à Marco Aurelio, quare singulariter ipse caput corona non redimisset? respondisse: *Cum audierimus Dominum coronatum spinis, non licet Christianis habere capita floribus redimta*. Quis erga non perferet patienter labores, si terrenis aquis immersus paululum crexerit caput, ut respiciat Dominum, ducem, atque pastorem prius, & maxime afflictum? Quis aliquid pro Domino existimaverit pati, si ipsum tot injuriis lacesitum, & opprobriis contemptum pie, & devotè sit meditatus? De illo admirabili exemplo obedientiæ, & prototypo fidelitatis Abraham, qui omnibus, ad quæ propendebat naturalis filij unigeniti amor, divino præcepto posthabitis, in Isaac vitam jam, & tenerè voluntatem astantem decrevit sacrificare, & si superiori voce non suspenderentur gladius, & actio jugularet utrumque. *Et nihil de opere jactatustus*, inquit Lypomanus, *arbitratur se fecisse, quod debebat Deo tamquam servus inutilis*. Quare ergo de opere eximio, cujus panegyrista Dominus voluit esse nihil Patriarcha jactavit, aut ullius reputavit valoris? Ratio est, quoniam Dominus representavit, revelavitque incarnationis mysterium, Viditque post tergum arietem inter vepres hærentem, idest, Dominum vepribus, spinisque coronatum, & sub afflictione representatum. Maximam ergo Domini dilectionem miratus nil se fecisse arbitratus est, nec de opere, quamvis eximio jactavit.

## §. VI.

*Patrocinium Mariæ quantum interfit.*

**U**busille symbolum erat B. Virginis: *Rubum, quem viderat Moyses incensum, conservatam agnovimus tuam laudabilem virginitatem*. Quousque ergo in ulnis rubi B. V. re-

*Per Mariam  
Deus  
solatia mis-  
ero commu-  
nicavit.*

presentantis fuit Deus, videtur nondum Deus ad misericordiam populi fuisse commotus; per Mariam enim voluit hominibus solatia, & beneficia communicare; sic valet apud Deum Mariæ protectio, quod si Maria hominibus faveat, facili negotio ad nos beneficiorum descendit largitas: Ut Jacob benedictionem assequi posset à Deo tota nocte viriliter est luctatus: *Ecce vir luctabatur cum eo usque mane, non dimittam te, nisi benedixeris mihi.* Plures alibi recepit à Deo singulares favores, sic Dominus erga Jacob viscera dilectionis exhibuit, ut meruerit illum videre, & perfrui protectione divina: *Vidi Dominum: Ego ero custos tuus:* hæc omnia prævia nulla diligentia, & sine precibus assequutus est Patriarcha, in somnis erat; & surrexit felicitatibus tot ditatus; Quare Jacob benedictionem non nisi luctamine comparavit, & protectionem divinam sine precibus est assecutus? Quare lachrymis, & istibus benedictionem emit divinam, & Dei protectionem recepit gratis, liberaliterque donatam? Quia Jacob quando benedictionem ambibat, lapidem in sui adiutorium non habuit, qui B. V. adumbrabat, ut inquit Guarricus. *Petra sancta, & immaculata proferat Virginitas,* quando visione Dei perfruebatur Jacob, petram habuit in protectionem illam capiti superponens *Tulit de lapidibus, & dormivit,* ideo sic difficilis fuit benedictio, quod lachrymis emerit, precibus, & rigoro luctamine, & visio divina custodia liberaliter fuerit donata, quia sine lapide Maria sanctissima beneficium difficiliter comparatur, si in adiutorium sit sacratissimus iste lapis, omnia quasi gratis facili negotio, & sine pretio donantur.

Huic ergo misericordix reginx misericordias debemus, quas Dominus in filios adoptionis effudit, inquit D. Bern. *Tu es, regina misericordia, & qui sunt misericordia subditi, nisi miseri: huic debetur: ut quisvis enormis peccator non pereat, cui sancta sanctorum patrocinii sui suffragia prestat.* Stabilitum est apud Theologos, & sanctissimos Patres B. V. matrem Dei dici in veritatis rigore, sicut est certum non posse matrem Deitatis vocari: Quare hoc? Quare dicitur mater Dei in concreto, & nequit mater appellari Deitatis? Ra-

tio est quoniam si Deitatis mater diceretur in abstracto, sicut Dei dicitur in concreto, sequeretur Mariam Christo tribuisse divinitatem, quod fidei nostræ repugnat; Hinc sumit vires nostri assumpti argumentum; si namque mater diceretur Deitatis sequeretur à matre filium Divinitatem habuisse, ab eaque in ipsum effluere; sed B. V. dicitur mater misericordix in abstracto *Mater Misericordix,* & non solum misericordix, ergo à B. V. participavit Deus misericordiam, quod licet falsum sit, si intelligatur de attributo pietatis essentialiter; & ab æterno inseparabilè à Deo, verum erit de exercitio misericordix, quasi V. B. homines recognoscere debeant, quod matre divinæ pietatis misericorditer ad cunctos descendat. Ut in B. V. patrocinio nostra confidentia nitatur, nostraque spes roboretur; ut in ejus laudem, & gratiarum actionem cantemus.

*In freta dum fluxij current, dum motibus umbra*

*Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet*

*Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt,*

*Spes mea Virgo pia, Virgo sacra, Virgo Maria.*

Patrocinium B. V. sic præpotens est apud Deum, ut ad invocationem Matris nil negaverit Deus: Numquama mundus sceleribus sic Deum exacerbaverat, sicut tempore Dominici adventus: *Numquam mundus immundior fuit, quam cum Verbum caro factum est,* inquit D. August. & nihilominus ad preces Isaïæ Messiam pro mundi remedio exorantis, illico fit in curia cœlesti conventus, & decernitur Verbi Divini in mundum adventus, Ubi sic Propheta exoravit: *Emitte agnum Domine de petra deserti;* statim & absque motula agitur de adventu Messix. *Evocatur statim,* inquit D. Petr. Damian. *cœlestis ille conventus, & juxta prophetam inquit Deus consilium, & statim de thesaurio divinitatis Maria nomen evolvitur.* Quare nunc Propheta tam feliciter exoravit, quod exaudiri meruerit? Pluries antea Isaïas ante tribunal Deitatis repetitas non detulerat preces? *Reverte calis desuper, & nubes pluviam jstum.* Quare tunc non exaudiuntur suspiria,

spira, & nunc respexit. Isaias suæ petitionis effectum? Quoniam in petitione tantum secunda petrae invocaverat nomen *Emitte agnum Domine de petra deserti*, quando primum Propheta preces effudit, petrae siluerat nomen, *Rorate cæli de super* ideo non fuit exauditus, ubi autem nomen petrae, quæ adumbravit Mariam SS. auditum est in curia cœlesti, illico assecutus est Propheta suæ petitionis effectum; *Evocatur statim cœlestis ille conventus*, quia ad invocationem Mariæ nescit Deus aliquid mundo negare: *Emitte agnum Domine*, inquit Guarricus Abbas *de petra deserti, idest absconde petram de petra, sanctum & immaculatum sancta & immaculata proferat virginitas.*

\*\*\*

### §. VII.

*Principis felicitas, vel infelicitas ex vassallorum felicitate vel infelicitate dependet.*

16.

**F**ELICITAS Principis sic nexa est Republicæ statui felici, ut promiscue separari non possit: *Olim* (dicebat Seneca) *ita se indicit Republica Cæsar, ut deduci alteram non possit sine utriusque pernicie*: Et lib. 1. de Clem. cap. 4. inquit, *Animus Republicæ est Princeps, illa corpus*. Sicut ergo per consensum animus infirmitatem corporis sensit, sic Princeps Republicæ afflicta debet participare dolorem, nec decet purpuram Principis intactam videri, quando Respublica scissa laboribus jacet, nec manere ejus integram gloriam, quando premit vassallos adversitas, & cruciat infelix fortuna. Ideo in medio rubi inter spinas Deus apparuit, ut sic exhiberet dolentem, quia populus, cujus Dominus erat moderator, & rector, erat laboribus agitur. Non se beatum Princeps putare debet gentium plurimis tributariis, aut quod provinciis pluribus dominetur, aut quod divitiis, & opibus affluat, si subditi, qui in provinciis amplissimis suæ ditionis agunt vi sunt oppressi, aut patrimonio spoliati, aut à potentibus cruciantur angoribus, debet gemere in vassallorum doloribus, nec ad coronæ suæ lucem lætetur, cujus subditi barbara inhumanitate tractantur. Nec gaudere licet

Principem, cujus vassalli tristitia vexati sunt.

Ad castellum Ematus arripuerunt duo discipuli nec, quibus se interferit Christus Dominus dicens: *Qui sunt y sermões, quos confertis ad invicem?* ante omnia satagit Apostolos consolari; *Quare ergo eorum incredulitatem non suggillavit?* Cur ante omnia profert verba consolationis? Quoniam Christus Dominus quasi violenter fruebatur gloria, quia inconsequens erat caput Ecclesiæ gloria perfunsum esse, & mæstitia membra illius prosternti, Christum inenarrabili gaudere læticia, cum Apostoli immeriti forent in profundum tristitiæ, & quia hæc quasi minuebat Domini gaudium, voluit Christus Dominus in Apostolis repellere cunctam tristitiam. Princeps enim affici debet qualitatibus vassallorum, nec potest nisi improprie gaudere, quando subditi laboribus perturbantur. Ideo Principes (ut inquit Rosinus de Ant. Rom.) juxta aquas coronari solebant: sicut enim aqua colorem vilius non habet nisi participatum à terra, qua fluit; sic Princeps affectus vassallorum oportet in se transformare, palleat, si laborum pallore subditos contigerit laborare, purpureat, si tyrannorum opprimuntur violentia; imitetur cor, quod cæteris membris sanguinem pro necessitate distribuit: cuius juxta tribulationem impartiens, ideo constitutum in medio ab auctore naturæ pulset in latus sinistrum, quia infirmius, si membra corporis infirmantur, tabescit, lætatur si gaudeant prosperitate, sic Princeps affectus debet vassallorum induere. Hoc præceptum fertur dedisse consulem eruditum Quinto fratri in Asiam misso Prætori: *Mihi videntur* (inquit) *huc omnia esse referenda iis, qui præsumunt aliis ut hi qui in imperio eorum sunt, sine quam beatissimi*: quoniam regiminis finis situs sit in eorum, qui reguntur, pace, consolatione, abundantia, & felicitate, & ex iis resultat prosperitas in regente, nec felix iste, si non fuissent illi beati.

Quare Christus Dominus ante ascensionem suam visitat Abrabæ, ibique sanctorum Patrum animas depositas, & detentas, quia de morula illa, quam triduo Dominus occupavit in Patribus visitandis intelligitur illud:

*Modicum*

*Modicum & non videbitis me, & iterum modicum, & videbitis me;* Quare ergo carceres hos subterraneave Dominus visitavit, priusquam ascenderet caelos? Non ne inde claritate suavissima gloriae posset consolari captivos? Ratio est, quoniam ascendit tanquam rex gloriae: *Quis est iste rex gloriae? & non sibi perfecte videretur beatus, si suos captivitate relinqueret pressos, aut custodia subterranea detentos, quoniam namque modo diceretur rex gloriae, si non dedisset gementibus subditis levamentum, aut miseris vassallis fidelissimis felicitatis statum, cum omnis Principis beatitudo manare, resultare. Que debeat ex subditorum prosperitate, ideo ut Principes felicissimi sint, satagant, ut domino suo subiecti praeter omnium opinionem sint fortunati: ideo inquit Deus inter Prophetas nullum Moysae surrexisse majorem, quia noluit esse in Domini gratia, nisi populus, cui ipse praerat, ab illa non esset exclusus, Aut desit me de libro vita, aut dimittite eis hanc noxam;* non enim beatum se reputaret, si dominio suo subiecti fortunati non forent.

Christus Dominus Principum perfectissima idae tyrannidem fugit Herodis, sed noluit in aliam, quam in Aegypti confugere terram, quare una cum Magis non arripuit in Persidem iter? Quoniam in Belem pueros ab Herode trucidandos reliquit, ideo noluit aliam, quam Aegypti peragraré provinciam, ubi graves pati cogentur miseriae, quando subditi occubuerant gladiis tyranni: Regem enim Magi acclamant: *Vbi est qui natus est rex:* in Persidem Christus confugiens à Magis adoraretur, nullumque non ipsi pararent commodum dignum, alienumque Rege putavit se indulgere deliciis, quando sub tyranno vassalli gemebant, & vitam sacrificabant, quomodo namque Princeps felicitatem libaret, voluptates, & obsequia gustaret, qui subditos calamitosos in Belem deserebat? Id optime penetraverat Alexander, qui cum hyeme frigidissima militem vultu pallido asperitate frigoris male affectum videret, è throno ubi sedebat luculento igne calefaciens artus gelatos exiliens ad eum amovit, & in solio repositum fovit, & calefecit, indignum existimans se igne delitiose fovit, cum miles gregarius fremitu

dentium, pedum & manuum tremore sistebat quasi cadaver: *Quo viso (inquit Quintus Curt. lib. 8. tom. 2.) rex quamquam ipse tum maxime igne admoto, refovebat artus, ex sella sua exiit, torpentemque militem, & visum compotem mentis demptis armis, in sua sede jussit considerare.* Princeps ergo, si optimus sit, non debet reputari sanus, si subditus percussus fuerit infirmitate, nec capere in lecto soporem, si vassallo deficiat hospitium, aut mensae indulgere, si fame perire contingat subditis.

Accessit Angelus confortaturus Eliam, & panem ministravit, & aquam: *Et ecce ad caput suum succinericus panis.* Quare non attulit carnes? Quoniam tunc temporis populus siti, & inedia confectus erat, ideo mortificationis Angelus paravit cibum, non carniarum delicatas delicias, Elias enim Propheta, Princeps populi in spiritualibus erat, & alio delicatiori non uteretur cibo, ideo non carnes Angelus attulit ad Eliam Principem mortificatum, incongrue enim delicijs indulgeret ciborum, cum tot miseri subditi conficerentur inedia, indignus enim Praefulis foret cognomine, qui ingurgitaret se voluptatibus, subditis percussis laboribus, & miserijs, Optime de se dicebat Gregorius Nazianzenus: *Absit hoc à me, ut vel opibus abundem, his inopia laborantibus, vel commoda valetudine fruatur, nisi horum vulneribus opem feram, ac sub testis excipiam.* Praeterquam quod Principes si id egerint, munus implent regentium, conciliant subditorum amorem, quis enim sanguinem non dedisset pro Principe, si experiretur in ipso viscera misericordiae, aut benignitatis insignia, sicut visum est in militibus Magni Alexandri, qui imperatorem Patrem in cunctis experti non dubitabant praleari in Persarum myriades, urbes inexpugnabiles expugnare, inaccessos montes pervadere, ignotas penetrare regiones, labores subire, arumnas, atque pericula pro Principe sic de commodis vassallorum sollicito, consulentique utilitati.

## §. VIII.

*Princeps Labore vexatus temperat  
subditorum miseras.*

17.

**G**LORIA Principis optimi non sunt coronæ, aut frondibus textæ, aut gemmis splendentes, sed eo sita est, ut pro subditis, non sicut Daniel inter leones pascatur, sed velut Ignatius Princeps discerparur à belluis, qui non tam meminit regnare inter aulicos adoratores, & iniquos adultores, quam optaverit pari cum subditis laborantibus miseria, aut conquassatis tribulatione, hæc compassio si effulgeat in dominantibus conciliat subditorum amorem, & cor Principis pulsat, ut subditis afflictis subveniat. Quod si Principem ipsum videant labore vexatum, tolerabilius perferent, & jucundius suas calamitates vassalli. Onus quærebatur Moyses, quod ipsi Deus imposuit, ejus pectus infinita multitudine gravans, & aggravans: *Cur affixisti servum tuum? & cur imposuisti pondus universi populi hujus super me?* Petrus Ecclesia Dominus gravat, humeris ejus onus imponens: *Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam, & tamen non recusat laborem, aut immittit in Christum querelas.* Quare Moyses populi unius pondere fatigatur, & Petrus non succubuit universi oneri orbis? Ratio est, quia vidit Petrus Christum sibi prius superimposuisse hujusmodi molem, *Fundamentum quod est Christus Jesus*, inquit dicitur Paulus, ideo Petrus non recusavit tot oves humeris sustentare, quia prius Christus ove humeros suos gravavit, & totius Ecclesie oneri veluti fundamentalis petra subjacuit; Petrus ergo levissimum pondus existimavit, quia illo prius oppressum viderat Christum; & Principis visum gravamen leve efficit pondus etiam gravissimum inferioris.

Apparuit Dominus Moysi cum eo negotia magni ponderis tractaturus, sed inquit textus, quod Deus elegit rubum in solium; *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Quare in thronum rubum elegit, quercum relinquens celebrem in Antiqui-

tate? quare non palmam; cedrum excelsum, frondosamve platanos? quare in egrepto Deus contedit? Quoniam intimaturus Deus erat Moysi præceptum de calcamentis solvendis *Solve calcamenta tua*: iussit Moysi quod terram spinis, & tribulis terminatam pedibus nudis calcaret, ut ergo minus spinarum perferiret punctiones, voluit Deus inter spinas, in rubo videri, jucundius ergo toleraret spinas, videns Dominum præcipientem rigorem prius esse punctum tribulorum aculeis, simulque Moysen erudiebat ad regimen populi, quem ipsi tradebat, monens ipsam non versari debere in deliciis, nec voluptati tradendum, quando subditis imposuisset rigorem, ut ipsis onus portatum impossibile non appareat.

De Phariseis, & Scribis inquit Christus Dominus humeris miserorum imponere onera importabilia: *Alligant enim onera gravia, & importabilia*, sed quomodo importabilia, etenim legis præcepta non sunt homini impossibilia? Præcepta legis erant, sed subditis impossibilia apparebant; Quare hoc? Quoniam Pharisei, & Scribæ hujusmodi onera humeris hominum imponebant, sed ipsi nec digito illa tangebant: *Digito suo nolunt ea movere*: ideo visum est subditis onus formidabile; quod Pharisei imponebant, quia præceptum impositum inferiori, si is non videat superiorem similiter humeros onerare, impossibile, & importabile apparet, non tam pondus aggravat inferiorem, quam humerus superioris sine onere visus, cum namque Principem vident inferiores invigilare, & desudare labore gravissimum onus illis efficitur leve.

Facta est fames magna in Samaria, & tandiu obsessa est, donec vendaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoreis columbarum quinque argenteis: sic refert textus 4 Reg. cap. 6 inter hujusmodi calamitates constituta, & extrema inedia mulier quædam confecta exclamavit ad Regem: *Salva me domine mi rex*, & ut ipsam paulisper levaret, scidit vestimenta sua: *Quod cum audisset rex scidit vestimenta sua.* Quare vestimenta rex rupit? alimenta præ-

stet fame pereunti mulieri, quid famelicam saturabit vestimentorum scissio? Maxime quidem temperavit calamitatem mulieris, & totius populi miseram cladem rex, purpuram rumpens, Quare? quoniam vestimentis scissis cilicio se esse cruciatum Princeps populo ostendit, *Viditque omnis populus cilicium, quo erat indutus ad carnem inferius, hoc autem non leve inter tot afflictiones populo constituto dedit solamen, cum viderit Principem carnes suas cilicio dilacerare, cum subditi fame vexantur, prosternebatur populus sine dubio dolore purpura majestatis considerans regem gloriosum, cum vassalli usque ad necem laborarent inedia, ubi autem Principem vidit interius esse cruciatum, quamvis exterius purpura regia vestitum, temperavit mulier querelas, & populus cunctus in calamitate dolorem. Nil namque subditos oppressos calamitatibus magis levat, quam Principem socium habere laborum: socium enim calamitatis superiorem considerare est afflictorum maximum inferiorum levamen.*

Formavit tota Trinitas primum mortalium, & ut inquit Tertullianus totus Deus se exhibuit in hominis conditione occupatum *Considera totum Deum occupatum.* Formata est lux reptilia & aves, nec non & terra flores germinavit, & fructus unico, & solo Divino verbo; Quare Deus formavit hominem, & omnia creata suo condita fuerunt imperio? Quæstionem D. Gregorius proposuit: *De solo igitur homine dictum est faciamus, cum de aliis creaturis legatur dixisse Deum, ut fierent, & facta sunt.* Ratio est: quoniam homini dumtaxat præcipiendum erat à Domino, quod laboraret, & efficeret opus, *ut operaretur, & custodiret,* ideo cæteris creaturis ad operandum non conditis satis est, quod Deus ore dicat, & voce præcipiat, ut fiat? ut autem homini ad laborem creato facilis esset pressura operandi, opus fuit quod Dominum prius viderit in sui conditione occupatum, & prius in sui fabrica laborasse? est namque inferioris laborantis levamen, si viderit Principem præcipientem laborem, pariter desudare; ægre enim rigor recipitur à manu labori nunquam

intenta, nec aliquo gravamine fatigata.

Angelus Eliæ sub junipero fere spiritum exhalanti obtulit panem, & aquam; *Et ecce ad caput succinricius panis.* Corvus alia opportunitate carnes attulit ad Eliam; Quare corvus non panem, & aquam Prophetæ? Ratio est quia panis, & aqua cibis erat doloris, & afflictionis, ut ergo libenter reciperet mortificationis alimentum Propheta portavit Angelus, à corvo namque forsân Elias reciperet ægre, intolerabile namque foret avem voracem carnium, imponere velle abstinentiam, aut pœnitentiæ ad Eliam cibos afferre, ideo Angelus panem dedit, & aquam, qui delicias ciborum numquam gustavit, durum enim est ab aliquo affligi, qui inter delicias versatur, nec est quod magis vassallorum levet calamitates, quam socium Principem habere pœnantem. Cum Cato inaquosa Africæ penetraret deserta præ siti fere ipse cum exercitu deficiebat, quidam strenuus miles parum aquæ attulit, quo dux refrigerare posset; cui Cato iratus fertur objurgans dixisse: *Me degener miles unum in hæc turba sine virtute putasti? Excussit galeam, suffecitque omnibus unda aqua,* quam noluit Cato gustare, fuit militibus siti:ntibus refrigerium; sic refert Lucanus & eleganter Emmanuel Thesaurus.

*Africa belligero amburit arena Qui-rites,  
Nullaque jam querula subvenit unda siti,  
Forte breves galea legit udo è pumice lymphas,  
Demeruitque levi munere Lixa duccè;  
Delicias oculo spectant sitiente phalanges  
De nihilo Princeps invidiosus erat.  
At Cato defectis quamquam trahit illa venis,  
Attonito intactas agmine spargit aquas:  
Principis exemplo dolet agrum mitius agmen  
Nulla sitim culpata nulla querela duccè.  
Angebat spectata sitim procul omnibus unda  
Iam sparsa excussit omnibus unda sitim.*

## S. IX.

*Princeps qui expertus est aliquando  
miserias, & facilius succurrit,  
& mitius imperat.*

18. **Q**UIMUS præceptor adcommiserendum inferioribus tribulatis est in Principe experientia miseriarum, ideo ubi primam Christus Dominus lucem vidit, inscribi voluit tributa exsolventium catalogo, cum natus esset Dominus omnium oneri, tributique jugo, & servituti Augusti voluit submitti, ut jam expertus miseriarum omnium calamitatibus condoleret: Nullus sic vassallis compassus est quam David, nullum ab illis tributum exegit; Salomon & Roboam tyrannice gubernarunt, populam excessivis opprimentes tributis: Quoniam David profugus per invidia, & deserta frequenter deficientibus illi alimentis expertus calamitates, & populo miseris jugum tributorum non posuit, Salomon autem & Roboam in deliciis, & opulentia fuerunt nutriti, ideo afflictis subditis addiderunt exsolvendorum tributorum calamitatem, quia sicut expertus miseriam levat aliorum labores, sic Princeps in deliciis nutritus induit viscera ferrea.

*Index, si molestias tribunalium experiretur, reorum miserere.*

Joann. 5 dicitur quod Christo Domino data est potestas, & principatus super homines cunctos, non qua Deus, sed qua homo erat: *Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est*: Quare in quantum homo, & non qua Deus fungitur Christus Dominus potestate, & imperio? interrogavit D. August. traç. 19. ut facilius in iudicio commiseretur hominibus, etenim Christus ut homo tribunalia frequentavit Herodis, & Pilati ministrorum molestias; ideo qui perpessus est vexationes tribunalium, & ministrorum optimus iudex existet, ut cõpatiatur reorum oppressiõibus, & molestiis, qui namque ad tribunal semel accessit, & procerum clausa pulsavit ostia, optime penetrabit innumerabiles, quas rei patiuntur vexationes, & benignissime compatietur, quoties namque oppressi accurrunt, ut impetrent misericordiam in vim per quam undique exagitantur & repelluntur rei

vel litem agentes à ministris cum confusione, quoties magis dilatione, quam sententia cruciantur: quoties miseriam suam coram iudice volentes declarare causæ iustitiam, illum experiuntur non sine nimio dolore habitare lucem inaccessiblei, cuius nunquam viderunt supplicantiõibus parere, applicare aures, ut ergo (moraliter loquor) reis compatiatur, & molestiis, quibus cruciantur, quotquot ad tribunal accedunt commiseretur, non Deo, qua Deus committitur iudicandi potestas, sed Christus, qua homo tribunalium molestiis vexatus, & vexationibus ministrorum experimentaliter percussus factus est iudex; facile namque patienti calamitatem compatitur qui eandem miseriam expertus fuit.

Nulla interposita mora omnes leprosos Christus reddidit sanitati, ubi ipsi sunt presentati; Cæcum Jerico elatis clamoribus opem Domini interpellantem non illico illuminavit Luc. 18. Quare hoc? Quoniam Isa. 53. visus est Christus sub forma *leprosi? Et nos putavimus eum quasi compatiatur. Qui non patitur, non leprosum*, ideo commiseretur leprosis nulla interposita mora, quoniam sub umbra expertus lepræ calamitatem pulsatus est stimulo misericordiæ subvenire leprosis, non sic accinctus est opitulari homini cæco, quia nec sub umbra cecitatem est passus, qui namque laborem expertus est, celeritate movetur ad subveniendum ei, qui eodem labore vexatur, & infirmatur. *Multis expertus* (inquit Tullius) *maxime refugit, ut sui penuria afficiantur*: Vidit Jacob Angelos, qui fuerant obviam, & tamen non asserit textus illis Jacob ministrasse, vidit alia opportunitate tres Angelos Abraham, & illico *cucurrit in occursum eorum, ac celerato cursu properans ad eos*: Quare Jacob sub specie virorum Angelos intuens benigne non suscipit, & Abraham ubi vidit intra Domum recepit, cibos ministrans? Ratio est quoniam Jacob tunc peregre profectus non est, nec itineris passus molestias. Abraham autem toto tempore vitæ egerat peregrinum, perpessus peregrinationis incommoda, ideo ubi habitu spectavit Angelos peregrinos, illico cõpassus est, & commiseratus itineris fatigationibus agitatis: *Peregrinus ipse* (inquit Chry-

sologus *ingitex laboravit, ne peregrinus peregrinum se esse sentiret*, qui namque peregrinationis labores non tulit, nescit quot afferat peregrinatio molestias, ideo Jacob benignum erga Angelos non se gerere vilus est, & Abraham tam celeri motu illis occurrit, ut in eis exerceret hospitalitatis officia, non parum enim conducit experientia laborum ad opem celeriter laborantibus offerendam.

*Ecce quem amas infirmatur* dixerunt sorores Lazari Christo Domino, & tamen triduo distulit opem, & amicum mori, sororesque lachrymis passus est esse perfunctus, tribus diebus plangentes, & ejulantes sine solamine. Petit à Domino sceleratissimus latro, & illico adeptus est petitionis effectum; *Hodie mecum eris in paradiso*. Quare tanta pigrizia (ut sic loquar) ut opem amico ferat Christus Dominus laboravit, & ut subveniret latroni tanta celeritate? Quare permittit mortem amici, & petitionem latronis, qui parum ante improperaverat illi tam celeriter exaudivit? Ratio est; quoniam afflictionem, qua sorores Lazari tenebantur, Dominum necdum expertus erat, ideo distulit illis levamen, at vero in petitione latronis nullam passus est moram, quia crucifixus à crucifixo petebat, erat crucifixi ad crucifixum petitio, ideo etiam si latro fuit celeriter exauditus, erat rex veluti subditus petens, *ut quid dereliquisti me?* pendebat rex in patibulo, sicut & ipse vassallus, ideo non distulit petitionis effectum, sed illico tulit opem, quia ipse experiebatur dolorem: *Hodie mecum*, si namque rex laboribus subditi agitur esset, cum miser emittit suspiria, nequam negaret remedium, aut pareretur differri solatium, sed quia frequenter deliciis Princeps indulget, cum subditi sub onere gemunt laborum, ideo, & renuunt petitionem audire, vel exaudiam deserunt proceres vacuum remedio; vel in dies ita procrastinatur, ut cum accedit jam Lazarum inveniat defunctum, & lachrymis effusis à sororibus tumulatum, & inaccessibilem prælatore, & horrore.

Prudentissima fuit Oliva, cum imperium arborum respuit dicens: *Numquid possum deserere pinguedinem meam, & venire, ut inter ligna promovear;*

Sed quare retenta pinguedine sua oliva regere non valebat? Quoniam cæteræ arbores steriles erant, fructibus undequaque carebant, si autem oliva pinguedinem retineret, sterilitati non commiseretur alienæ, Princeps enim, qui pinguedini deliciarum indulget, erga subditos indigentes nutrit viscera ferrea, ideo oliva se credidit incapacem imperij, si inter infructiferas arbores, & silvestres, ipsa suorum fructuum impinguaretur dulcedine. *Numquid possum?*

\*\*\*

## S. X.

*Princeps populi debet esse tutamen, & tribulatis auxilium.*



T Principem Ruscelius optimum demonstraret, apem descripsit flores rostris marini carpentem, cum lemmate isto *ut prosum* innuens Principem oportere pro subditis, & vassallis viscera exuere, similiter ad idem assumptum cygnum mori vicinum depinxit cum hoc lemmate: *Divina sibi canit, & orbi*. Princeps enim subditis totus posteritati vivit dum moritur; Saturnum senem veteres cum falce pinxerunt, qua tempus significabant, ut innuerent Saturnum non esse temporis imperio subjectum, ut inquit enim Justinus lib. 43. Saturnus filius Noe sic vassallos dilexit, ut eorum sui bona Princeps efficeret propria, ideo Principem subditis summe beneficium existimavit æternum.

Et quidem Principem totum effundi debere in commodum subditorum etiam gentilitas recognovit, cum Athlantem Principem eximium finxit transformatum in montem, ex quo rivus, fluminaque manabant, ut refert D. August. lib. 18. de Civit. Dei, ut innuerent ex Principe, sicut ex Athlante Nilus, & alia flumina oriuntur in vassalium fecunditatem, plantarum virtutem, & pulchritudinem florum, nasci debere beneficentiam, & beneficiorum influxum erga subditos omnes, & ad id teneri non ex liberalitate, sed ex iustitia.

Querelas ex cordis visceribus Moyses mittebat in cælum, Dominumque

Quæstio  
vassallorum  
in afflictio-  
ne sunt in  
Regem mis-  
sa sagitta.

que exorabat, ut populi regimen alij committere dignaretur, quando Hebræi carnes poscentes ad vincula Ægypti redire desiderabant; *Quis dabit nobis carnes ad vescendum?* Sed quare sic Moyses tristatur? Rationem reddidit textus facer: *Fleat contra me dicentes: da nobis carnes*, sed ex quo Moyses collegit Hebræos contra ipsum lugere? Quoniam populum videbat tribulationem extremam patientem, seque teneri afflictionem levare, ideo visum est illi suspiria non tam esse indicia lugentis, quam jacula Principem populi percutientis, Moyses enim cum Hebræorum Princeps existeret, se reum existimavit afflictionis, quam populus patiebatur, cum ipse tribulato non subveniret, ideo inquit *fleat contra me*, quia lachrymæ subditorum, qui sub laboribus gemunt, & à Principe non sublevantur, jacula sunt & sagittæ contra ipsum Principem missæ, cum teneatur vassalli esse tutamen, illorumque pondus levare.

Jam jam morti vicinus Jacob inter filios suos benedictiones est impartitus, & bona juxta cujuscumque merita, & virtutem distribuit, Josepho autem, quem nimis dilexit, sichimam dedit: *Ego autem do tibi sichimam præcipuam super fratres suos.* Quare sichimam dilectissimo dedit? Quoniam sichima idem est ac humerus testibus D. Hieronymo in quæstion. Hebr. & Nilo Abbate in Ascetia. ideo sichimam donavit Josepho, qui totius Ægypti clavum tenebat, Principi enim nil est magis opus, quam humero, ut asportet opera subditorum. Ideo Petro & non alijs Christus Dominus solvere tributum præcepit: *Da eis pro me, & te*, tributum namque onuserat, quo vassalli gravantur, ideo Petrus Collegij Apostolici Princeps pro subditis solvere debuit, ut illos levaret, etenim super humeros Principis merito imponuntur onera subditorum, non Principem componit majestas, quæ fulget auctoritate, sed humerus oneri subditorum impositus, tyrannus dominium, & auctoritatem affectat, verus Princeps vassallorum solam utilitatem, *Si pastoralibus visceribus præditi sumus* (D. Augustin. clamabat lib. de gestis cum Euc.) *per sepes, & spinas nos contritare debemus:*

*Membris laceratis ovem queramus, & pastori, Principique omnium cum lætitia reportemus.* Non in capite splendidum diadema, aut in manibus gemmæ lucentes Principem efficiunt florere, sed lacerata membra, cruorque effusus pro ovibus defendendis, pascendis, & hostibus gregis arcendis.

Referens Nathan Propheta beneficia, quibus David Dominus illustrarat, effecisseque regem sic inquit: *Ego tuli te de pascuis sequentem greges, ut esses dux super populum meum Israël.*

Nathan idem loquens de Saül dominum vocat, *Ego erui te de manu Saül, & dedi tibi domum domini tui.* Quare Saül dominum vocat, cum regem appellat, *domum domini tui*, & David ut regem indicet *sequentem gregem* vocavit? Ratio est, quoniam Saül tyrannus erat, ideo dominium affectabat dumtaxat, & auctoritatem imperij; David Princeps eximius obligationem solum manifestabat, & præ majestate æstimabat, Nathan autem de Saül solam dominationem commemoravit, ut ostendisset esse tyrannum; *domini tui*, & de David *sequentem gregem*, ut verum esse Principem manifestaret, cum munus regium impleret, hoc enim non tam in dominatione vana consistit, & majestate, quam in protectione gregis lupos arcendo, & oves pascendo, earum utilitati nimis invigilando; Nec Princeps qui optimus fuerit reputabitur beatus, si fuerit aliter operatus, cum gloria, & corona illius sit subditorum levamen.

Principatum factum esse super humerum Messie regnantis tradit Isaias. *Factus est principatus super humerum eius*, & tamen Christus verus Messias principatum non recusavit; Christus Dominus in patibulo crucis pendens cum super caput suum titulum crucis collocatum videret, recessit ab illo, & inclinato capite quoad potuit separare curavit; *Inclinato capite.* Quare principatum admittit, & renuit coronam? Recessit caput à titulo crucis, quia coronare illud videbatur regis inscriptio, sed inclinavit, quia sedes coronæ non erat caput, imponit humerum principatum, quia corona humeris debebatur; *Et cur* (inquit Terrullianus) *non aut capite diadema?*

Dominatio  
in prote-  
ctione vas-  
salli con-  
sistit.

Humerus  
subditum  
sustentans  
locus coro-  
næ.

*aut manu sceptrum?* Nonne exprimeretur magis Majestas capite redimito corona, vel manu tenente sceptrum? Neutiquam capiti, sed humeris corona imponi oportebat, quoniam principatus non est honor, sed onus, humeris quem aberratantem, & subditos cæteros portaturus erat Messias, ideo non debet capiti imponi propter auctoritatem corona, sed humeris, ut pondus vassallorum sustentet, non enim Principem decorat purpura Majestatis, sed subditorum levamen, ideo Christus humeros honorat principatus dominatione; *Factus est principatus super humerum ejus*, & caput fugit à regia corona; *Inclinata capite*: dignitas enim regis non est honor, quo Princeps splendeat, sed ut leve subditorum laborem, ideo id coronari in Principe debet, quod oneri principalis succumbit, & assistit tutamini subditorum.

*Rex non diu durabit, si non sit vassallorum tutamen.*

Vidit Principem Joannes Apocap. 19. & inquit femur habuisse honoratum titulo regis: *Et habebat in vestimento & in femore suo scriptum; rex regum* Quare in femore regis inscriptio? Quoniam in femore gladium habebat in vassallorum tutamen, ut defenderet ab inimicorum

incurso, *Accingere gladio tuo super femur tuum*. Ubi ergo est defensio, & vassallorum tutamen, ubi est Principis indefessa subditorum cura, & sollicitudo, ibi regis honor debet fulgere, *rex regum*, titulus namque regis non tam habentem honorat, quam sollicitudinibus angit, ut vassallis præster tutamen, atque ab insidiis hostium defendat: Rex autem qui coronam in levamen vassallorum non cingit, non diu subsistet in solio. Regni durationem perpetuam Dominus promisit cum juramento David: *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam*. Præcepit Deus unctio-nem regis Iehu, sed parum duravit: Quare? quia David coronam in populi tutamen, & salutem accepit; *In manu servi mei David salvabo populum meum Israël*. Jehu autem sceptrum accepit, ut destrueret domum Achab: *Vixi te in regem super populum Israël, & percussisti domum Achab*, ideo David in salutem populi coronatus semen longævum habuit in regno, & Iehu in ruinam aliorum electus parum duravit, Princeps enim coronam non cingens in subditorum tutamen, non diu in regio solio subsistet.

Exod. 4. *Moslem secum adduxisse Sephoram, & filios.*

Exod. 18. *Iethro Sephoram & filios Moyses tulit.*

**M**Anasses Ben Israel inquit, quod cum Mosi occurrisset Aaron consuluit illi, uxore & filij comitantibus, quod remitteret illos, ne eorum ingressu & multiplicarentur captivi, & ipse non sic liber ageret cum Pharaone. Quod placuit R. Salomoni, & Aben Ezra. Verum hoc voluntarie excogitatur cum non constet ex textu.

Alij ut Lyranus atque Rupertus. Ubi dicitur *Dimisit eum* intelligunt de Sephora, quæ indignata ab illo recessit.

Exod. 4. *Ego indurabo cor Pharaonis.*

fit. Verum in Hebræo habetur *Vajireph* verbum masculini generis. Quare intelligendum est de Angelo, qui circumciso filio, illum dimisit, quem persequabatur, ut explicant septuaginta in Complutensibus, & Regiis Bibliis.

Quare dicendum est, Moslem uxorem, & filios ad patrem suum remisisse ante exitum de Ægypto. Constat expressè ex Num. cap. 18. Exodi. ibi: *Sephoram uxorem Moysi, quam remiserat.*

Exod. 8. *In gravatum est cor Pharaonis.*

**O**leaster sic inquit: Dupliciter potest Deus indurare cor alicujus, uno modo ponendo ei aliquid in corde, quod sit causa duritiei ejus, alio modo occultando in se aliquid, quod est occasio, quod res non cedat tangen-

ti, ut patet in illis, qui ibant in Castellum ematis, de quibus Lucas dicit, quod oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, non quod Christus aliquid poneret in oculis eorum, sed quia in se occultabat aliquid, quo eum agnoscerent.

possent. Sic Deus non immittebat duritiem in cor Pharaonis, sed occultabat, ne insignis eum cognosceret superiorem se, cum similia facere magos videret. Unde durities erat à Deo tanquam permittente, à Pharaone tanquam positive male operante. Sic debent tenere omnes Scholastici contra

Calvinum. Vide Augustinum hic Greg. Nissenum hic, Lyranum, Augustinum etiam ser. 88. de tempore. Hieronymum in tom. 4. lib. 7. in Isaiam c. 63. & D. Thomam 1. 2. q. 79. art. 3. & 5. p. q. 23. art. 3. & q. 48. art. 6. & q. 49. ar. 2. & Cumitanum Feltensem, qui similem antilogiam conciliat.

Exodi 4. Circumcidit praputium filij sui, qua denotant infantilem etatem habere: cum severe octavo die circumcidendum praeceperit Deus puerum cuiuscumque Hebraei. Incredibile autem est, Mosem Dei timoratum per quadraginta annos circumcisionem filij distulisse, & tanto tempore à Domino impositam, & toleratum fuisse.

Ex Act. 7. Constat fuisse 40. annorum. Cum impleteretur (ibi sic dicitur) ei 40. annorum tempus, ascendit in cor ejus visitare fratres, isa tunc percutit Ægyptum. Post alia. Fugit Moyses & fuit advena in terra Madian, ubi generavit filios duos, & expletis annis 40. apparuit illi in deserto montis Sinai Angelus. Ex quibus constat, cum accidit circumcisio filij, fuisse octogenerarium, ut Exod. 7. ac proinde filium ejus fore 40. annorum.

**P**ropter rationes, quas continet textus secundus antilogiae, iudico Mosem, non statim post initum conjugium generasse filios, sed postquam venerat in terram Madian, paulo ante

regressum ejus in Ægyptum fuisse natos. Hoc etiam innuit quod pedibus agere iter non posse filios, & ideo alino impositos referatur Exod. capit. quarto.

Exod. 4. Deus Moysis filium occidere voluit.

Ezech. 18. Anima, qua peccaverit, ipsa punietur.

Vide conciliatam Antilogiam. Gen. 17.

100 100 100 100 100 100 100 100 100 100 100 100 100 100 100

§. I.

Amor parentum in filios explicatur.

1. **S**ed E n quomodo justus Dominus, cujus iudicium rectum, æquitasque divina iudicia, poena puerum plectit, quæ parentum responderet delicto? Negligentia unius alteri nocere non debet, ut habetur, *l. iniqui ff. de jure, & fact. ign. l. non debet, ff. de regulis juris.* Quare ergo pro negligentia patris luit poenas innocens filius? Quoniam in morte filij acerbissime pater punitur, quia levius parentes sibi vitam auferri, quam dilectis filiis tolerarent, necem inferri, nihil enim æquæ parentum viscera torquet, atque filij interitus, cujus poenas ut proprias amarè dolent, ideo ergo plectitur in morte filij incircumcisi negligentia parentis, quæ magis ipsum cruciat, quam si in propria pareretur persona; pluris enim parens filij vitam, quam suam diligit

vitam: Tobias senior ut filium suum tradidisset Raphaëli, plurima prius interrogavit, quis scilicet, ex quaque tribu foret, quæsit; *De qua domo, & de qua tribus tu?* Redijt Tobias junior, fel piscis ex consilio Angeli oculis parentis applicuit, & tamen nihil de medicaminis utilitate quæsit, aut de ejus occulta, vel experta virtute; Quare prius medicaminis non examinavit virtutem, ne in excidium converteretur remedium? Quare qui sic genus, domum, & tribum trutinavit Raphaëlis, non scrutatur medicamento qualitates, & proprietates? Ratio est, quia Raphaëli filium tradebat, in quo si comes secleratus foret, filij exponeret periculo vitam, ideo de qualitate, patria, & tribu Raphaëlis quæsit; sollicitus, priusquam custodiendum committeret filium, in medicamine autem vita Tobie senioris periculo exponebatur, ideo parum de efficacia remedij curavit, quia Parens plures vitam filij, quam suam facere solet; hinc oritur acerbior

*Pluris fit parentibus filij, quam propria vita.*

*Acorbins  
in filijs  
torquentur  
parentes.*

in filio, quam in se torqueri parentes: Ideo excogitasse Caligulam immane tormentum refert Suetonius, cogebat enim parentes presentes fore tormentis; quibus filios cruciabat, quod parentibus nullum dirius martyrium; gravius enim est affligi in anima, quam in corpore torqueri, quando parentes sunt tormentis obnoxij, eorum vident affici filios supplicij, patitur anima ipsorum; Ideo noluit Sedeciam Nabuchodonosor interficere, sed ante parentis oculos iussit filios jugulare, ut magis in parentem sciviret. De Duce exitio Pericle refert Plutarchus ferreum ad lachrymas fuisse, in morte autem filij in torrentem lachrymarum effusum; *Mortuo filio stetit, quod nunquam fecerat in adversis*, præcordia namque parentis transigit obitus filij, quia, ut inquit Hugo Victor. quanto profundior est amor, tanto altius tangit dolor,

Cum explicaret Cajetanus Pharaonis, dixit in Hebræos scivire, inquit, duas elegisse obstetrices, ut Hebræos extingueret: *adversus nobiles, & urbanos Hebræos excogitavit extinctionem per istas obstetrices.* Sed quomodo hæc? obstetrices rex tyrannus elegit, ut filios suffocassent Hebræorum, non ergo mulieres istæ adinventæ ad extinguendos Hebræos, sed filios perimendos dumtaxat? Ad parentes prius respexit immanitas regis, quam filios, præcepit namque filios coram parentibus suffocandos, cum primam lucem viderent, arbitratus parentes subito esse extinguendos, quia ferrea foret pietas parentum, si ad conspectum crudelitatis in filios vitam propriam conservaret incolumem, ipsosque superstites reliquisset; Sic accidit Autolix, quæ audio nuncio de filij obitu Ulyssis potius materno amore, quam suæ collum stringente animam exhalavit; sicut & Blayus qui moriens mortuum, lectus est charissimum filium. Adeo namque vehemens parentum erga filios est amor, ut impensius quam se diligant ipsos: *Quis enim,* inquit Tertullianus, *non magis filiorum salutem, quam suam, querit;* Imo, & honorem. Publius Lycinius cum Tribunicia dignitate honoraretur, petijt à Romanis, ut potius illi, quam sibi præstare dignaretur. *Datumque id parenti*

*patri,* inquit Lucius lib 5. Dec. 1. quia, ut inquit imperator Theodosius apud Pacatum in panegyri; *instituentem naturam plus fere filios, quam nosmetipsos, diligimus.*

Plurima continet, benedictio, quam Abraham Dominus impertivit post unigeniti sacrificium: *Quia fecisti rem hanc — benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terra:* Sed quæ hæc benedictio? cum hæc eadem beneficia fuerit Deus antea pollicitus? ibi: *Faciámque te in gentem magnam, & benedicam tibi — in te benedicentur universæ cognationes.* Unde excessus favoris in benedictione secunda? Quoniam in prima omnia bona promittuntur Abraham, ipsiusque attingebant personam: *Faciámque te, benedicentur in te,* in secunda autem benedictione, in filijs promissiones sunt factæ, *in semine tuo,* ideo pluri fit à Patriarcha benedictio secunda, quia majus illi fuit beneficium filios magnificatos videre, quam clarificari nomen illius. Optime advertit Cajetanus: *quia ibi dicitur; & benedicentur in te: hic explicatur in semine tuo.*

Punitur ergo negligentia parentis in filio, ut afflictio filij augeat dolorem parentis. Merito filij rami in stirpe vocantur, & arbor parentes, quia qui ramos amputat, arborem ferit; *Cum malorum filij tolluntur,* inquit D. Greg. hom. 20. in Evang. *quid aliud, quam rami infructuosa arboris absciuntur, cum vero tot a progenies cum parente tollitur, infructuosa arbor à radice abscessa est, nec jam remaneat unde tam prava illorum soboles increfcat.* Unde cum Apostoli cæcum à nativitate vidissent, interrogarunt à Domino: *Quis peccavit hic, aut parentes ejus, ut cæcus nasceretur?* credentes peccata parentum cæcum filium luere: Dolent namque nimis parentes, si filios videant amaras haurire potiones. D. Mathæus in generatione Christi Domini tres prætermisit reges. Ochoziam, Joas, & Amasias; Quare hi arboris Christi honore privantur? D. Hieronymus hanc tradit rationem: Quia Joram, inquit, generi se immiscuerat impiissimæ Jezabelis, idcirco usque ad tertiam generationem ejus tollitur memoria, ne in sanctæ nativitate ordine poneretur. (Tolluntur scilicet ejus filij usque ad tertiam generationem

rationem juxta hanc Domini sententiam: Ego Dominus Zelotes vindicans iniquitatem in filios in tertiam, & quartam usque generationem: Sed quare Deus parentes usque ad quartam punit generationem? Quia ad summum istam videre solent parentes; ideo ad quartam usque generationem plechitur Deus; quia non tam filios; quam parentes affligere intendit, ideo solos, quos parentes afflicto, & cruciatos respicere valent, filios solet Deus vexare, ut discant quanta diligentia à vitijs cavere debeant: Hinc habetur ratio legis, ut inquit Goffred. *in sum. tit. de fil. pres. l. quisque C. ad l. Jul. Mai.* Sacerdotum nempe filios non admitte-ndos ad sacros ordines, & dignitates ecclesiasticas ob detestationem criminis paterni, quod plerumque detestatur in filijs, & punitur temporaliter, nullus enim parentibus acerbior cruciatus inferri potest, quam se in filijs, quos impense diligunt, videre cruciatos.

*Abjecit te Dominus, ne sis Rex*, inquit Samuel Sauli inobedienti Dei mandatis; Deus sustulisse à Saule sceptrum inquit Propheta: Sed quomodo verè? Usque ad mortem enim clavum Reipublicæ tenuit; si rex Israël erit, quomodo reprobatur Saül, ne sit rex? Rationem reddidit Abulensis; quia semen illius privavit regno, filium suum reproboavit, ne cingeret sibi coronam, ideo dicitur Saül abjectus à regno, quia pœnam filij amplius, quam Jonathas ipse pater perferent, adeo pater vivit, & torquetur in filijs, quod liberis exclusis à regno, pater Saül reputetur ejectus: *Abjecit te Dominus*, ut sciant scelerati parentes miseram hæreditatem relinquere filijs; ideo Jonathas periit coram oculis Saulis, septemque illius nepotes in patibulo pendent; ut luere filij, quod Saül deliquit: Studeant ergo parentes, sic mores disponere, ut filijs relinquunt patrimonium virtutis: Optime Tullius lib. de domo sua *Liberis autem nostris satis amplam patrimonium paterni nominis relinquimus*, ne ipsi parentes in filijs sceleratis punitis acerbissime torqueri contingat, nimis enim illos filiorum dolor affligit: Hinc intelligendus venit D. Cyprianus, qui Abraham, Job, & Isaac clare martyres appellavit: *Quis ausit*, inquit, *vel Abraham Patriarcham,*

*vel ejus filium Isaac, vel beatum Job eximere è martyrum numero?* Sed unde martyres Patriarchæ? Quia Abraham filij pœna fatiavit, Jobm transfixit incertis liberorum, Isaac labores Jacob; Abraham levans gladium in Isaac agonizabat in filio, quem suis manibus occidebat, Job ad perniciem filiorum non tam vestimenta, quam viscera paterna scindebat, ideo merito martyres nuncupantur, cum liberorum morte cruciantur, cordaque præ dolore transfiguntur: *Quenam carnificina*, prosequitur D. Cyprianus, *gravius extorserunt corpus, quam Patriarcha mentem torquebat natura affectus.*

Alij asserunt voluisse Dominum occidere Moysen propter filij incircumcisionem, ex quo colligitur filios viam doloribus in parentibus sternere, Nati mihi sunt filij, inquit Patriarcha, geminatum malum, pondusque domesticum. Ideo cum refert Agar cum puero è domo Abraham relegatam, septuaginta legunt. *Aqua utrem, & puerum imposuit super humerum ejus.* Ut discant parentes filios non tam honori, quam oneri futuros, ideo de Ruben inquit Jacob: *Ruben primogenitus meus principium doloris mei.* Septuaginta vertunt: *Ruben principium filiorum.* Quid principium filiorum cum initio doloris? Quoniam idem est parentibus cæpisse filios habere, ac pati labores; & solitudinibus angi, & cum filio, quem parentes exceperere gaudentes, exordiantur dolores, & ubi sperabant levamen, solitudinem, & pondus inveniunt. Rachelem prolis desiderium discruciat, & reperit mortem in filio, ignorant enim parentes, quibus malis subjaceant, cum desiderijs liberorum exardent: *Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*, asserit D. Paulus, quare spiritum ingemiscentem Apostolus vocat? Qui plorat, aliquid desiderat, quo nondum gaudet, cui aliquid deficit non est integre beatus, si ergo Spiritus S. infinita beatitudine gaudet, felicitateque summa. quomodo lugere dicendus est? Quoniam matrem appellat Evangelista, inquit enim D. Hieronymus ad cap. 4. Isa. In evangelio juxta Hebræos scripto sic solitos dicere Nazaræos: *Modo me tulit mater mea Spiritus S.* Ubi ergo mater appellatur Spiritus Sanctus, introducitur ingemiscens; filius namque vix lucem aspicit

1.  
Filij parentibus sunt seminarietas dulcoris.

aspicit solis, & parentibus parat angustias; Unde Petrarcha dial. 70. *Habes filium? habes unde vivens doleas; mortuus agnoscaris, habes, & unde sapius mori possis; O patres miseri. De ore ejus gladius utraque parte acutus: dicitur de Patre æterno Apoc. 1. Quare ex ore gladius? quia ex ore natus est filius: Ego ex ore altissimi prodivi. Humanam tunc repræsentabat Deus naturam, ut ergo doceat filios generare parentes, qui gladio eorum transigant præcordia, gladium gerit in ore ex utraque parte acutum, quia ibi gladius, quo Pater feriatur apparet, ubi generatio filij formatur; quia tunc exordiantur dolores; cum filij generari cæperunt.*

Unus filius satis, ut Moyfi mortem pararet, quid si plures? Nil gravius parentibus, quam multitudine premi filiorum. Gaudet Pater æternus, cum verbi generatio narratur; *Eruclavit cor meum verbum bonum; verum ubi plures filios adoptivos enumeravit prorumpit in querelas nimio dolore vexatus: Filios enutrivit — & exaltavit, ipsi autem spreverunt me. Quia unde filij ibi multiplicantur dolores. Prudenter ergo Rachel post editum Joseph non plures, sed alium filium petijt dumtaxat.*

*Copia filiorum est abundantia dolorum.*

*Addat mihi Dominus filium alterum: In dolore paries, inquit Dominus Evæ minatus pro crimine pœnas, sed quomodo fecunditatem, & non sterilitatem Deus mulieri minatur? Sterilitas non erat foeminarum opprobrium? Abstulit mihi Dominus opprobrium. Quomodo fecunditas imponi potuit ut pœna, quam tot sanctæ mulieres anxie ut beneficium poscebant? Da mihi liberos, alioquin moriar, doloribus partus emere filios desiderabat Rachel; Quare ergo fecunditas pœna imponitur pro peccato? Ratio est, quia fecunditas non infligitur pœna, sed multiplicatio conceptuum, in pœnam enim minatur Deus multiplicandos conceptus, indeque duplicandas ærumnas: *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, ærumnas pro peccato minatur, quia minatur multiplicandos conceptus, nulla autem acerbior pœna valet excogitari, quam multiplicatio filiorum, qui plures namque liberos concipit, plures auget causas doloris.**

Aliter explicat D. August. hujusmodi antilogiæ locum, inquit serm. 86. de temp. Ex hoc loco, inquit, possumus

intelligere, quod displicuerit Deo, quod Moyses tanta facturus mirabilia uxoris impedimentum secum ducere voluerit in Ægyptum. Unde Angelus non minatus est mortem, quod filius fuerit incircumcisus in eximij hujus doctoris sententia, sed quia tulerit impedimentum uxoris; Sed cur Angelus comitatur Tobiam, & gladium contra Moysen distingit? Nulla alia videtur ratio, nisi quod Moyses divina præcipitur agere ministeria, & ideo longe relegare tenebatur uxorem. Postquam prophetavit Moyses, inquit D. Epiphanius lib. 3. adversus hæres. cap. 78. non amplius uxori conjunctus est, habebat enim vitam Domino vacantem. Quomodo enim potuisset in monte Sinai quadraginta noctes, ac quadraginta dies degere, si nuptijs additus fuisset? aut quomodo posset quadraginta annos in deserto ad dispositionem Dei paratus esse, & sacerdotio vacare, & quomodo mysteria explicare, & colloquia perficere, si nuptijs conjunctus fuisset? & copulatus uxori.

## S. II.

*Prædicator purus ab omni macula debet esse.*

**CC**IDERAT Moyses Ægyptium, ideo legatione judicatur indignus. Prædicator enim, ut faciat muneris satis, debet purus sine macula esse. Cum Apostolis in mare retia mittentibus Dominus apparuisset, Dominus est, Joannes nunciavit Petro. Chrysol. huc accedens exclamat. *Qua res illam sic Petri tardaverat mentem, ut ab alio audiret Dominum, qui ceteris consueverat predicare? Petrus, tu es Christus filius Dei vivi. Domino interrogante non affirmavit? Quare ergo Apostoli vox obmutescit? Facile solvitur difficultas, quando filium Dei vivi Christum Dominum prædicavit, amore divino languebat. Tu scis Domine quia amo te, confidenter respondit, quando autem rete mittentibus Apostolis Dominus apparuerat, culpa præcesserat negationis. Hinc ergo silentij Petri dignoscitur causa, silet Petrus, cum macula culpæ se contaminatum cognovit, & prædicare erubescit, cum autem amoris*

*Prædicator purus esse debet.*

ris divini fervet ardore, divinitatem Christi publice prædicavit, omnino autem obmutescit post maculam culpæ indecens existimans esse, ut lingua quæ in caute negaverat Dominum auderet prædicare magistrum. Si ergo culpa delera tot lachrymis prædicatione Apostolum effecit indignum. Væ illis quorum delicta non sunt extincta, quid sperant audire? nisi quod Dominus dixerat per prophetam David, *Quare tu enarras justitias meas?*

*Vi prædicatori fides non negetur vocibus manibus correspondant.*

Parum fudit Moyses de sua eloquentia, à Pharaone, & aulicis reliquis timet non fore audiendum, *non audient vocem meam*. Optime dubitat, prædicator enim, cujus vocibus manus non correspondent, merito timet illi negandam fidem. Missus est à Domino quidam propheta, ut Jeroboam Regis reprehenderet tyrannidem, & peccata, monitus alius propheta falsus redeunt, & legatione finita occurrit, anxie ut ederet postulavit, comedit verus propheta, sed nondum deglutiverat escam, & jam exhalaverat animam; Quid falsum prophetam movere quivit, ut verum invitatum ad escam sic toxicaret? ut falsitatis argueret verum prophetam, communiter respondent expositores, & fides ei à Jeroboam negaretur: dixerat enim propheta missus à Deo. *Sic enim mandatum est mihi*: etiam Propheta ergo falsus ut ederet tentans rogavit judicans falsum à rege habitum iri, & omnium, quæ prædicaverat, fidem fore negandam, si despiceret Dominum esum prohibentem, & escam contra præceptum gustasset, non enim princeps vera fuisse, quæ audierat, sibi suadere posset; si ab illo præceptum de non edendo non tam facile fuisse violatum recognovisset. Parum ergo referunt voces, si illis oratoris opera non respondeant. *In insellectibus manuum suarum deduxit eos*, inquit David? Quomodo in manibus? quoniam caput discurret, manus autem operantur, ideo in manibus intellectum David collocavit, quia verus intellectus non tam agnoscitur in subtilitate conceptuum, quam in rectitudine actionum, parum proficiet audientibus mirabiles oratorem formare de Virginitate conceptus si ejus actiones contingat respirare lasciviam. Quare, quærit Lactantius Firmianus, Verbum divinum carnem as-

sumpsit? cum similitudine aliqua si apparuisset in mundo satis esset, ut homines redimere posset? sic responder. Ipse certe Deus virtutem docere non posset, quia expers corporis non faciet, quæ docebit, ac per hoc doctrina ejus (rudi nostro intelligendi modo) perfecta non erit, homines enim exemplo potius quam verbis licet erudire, unde semper Christus Dominus dicitur fecisse, deinde docere, ut apud Matth. & apud Lucam in actib. Apost. *Quare capit Iesus facere, & docere.*

Apud homines legati ad homines eliguntur eloquentes, atque facundi; verum apud Deum ille verbi sacri eligitur legatus, & prædicator, qui non tam linguam, quam manus movere assuescat, *Prophetam in gentibus dedi te*, inquit Deus Jeremiæ, prædicatorem elegit, sed qualis erat orator? *A. A. Domine nescio loqui*, veluti infans balbutit, elinguis non valet verba formare, verum opera, meritaque probarunt. Moyses prece, prædicator, & magni Dei eligitur ad Pharaonem legatus; verum nulla facundia, nulla eloquentia præditus est. *Obsecro Domine* (inquit Exod. 4.) *non sum eloquens ab heri, & nudius tertius: & ex quo locutus es ad servum tuum impeditioris, & tardioris lingue ego sum* Hunc elegit nihilominus Deus, hic enim non elegantiam sermonis, sicut homines solent, Dominus attendebat; sed manum, quæ in Moyses impedita non erat, licet lingua fuisset præpedita, manus prodigia fecit inter Ægyptios, plagas excitans, tyrannumque opprimens, & quando illam extendebat, vincebat populus.

Puritas prædicatoris in veritatis maximam laudem cedit: Librum tradidit Angelus Joanni, sed ut veritatibus illius negare non posset fidem, notat textus splendoribus spiritum esse vestitum, *facies eius erat sicut sol*, si enim in Angelo umbra etiam culpæ appareret, veritatis fides periculo exponeretur. Quare de Moyses dicitur lucidam habuisse faciem, non velatam cum coram populo sermonem institueret, & impletis sermonibus super faciem suam velamen imposuisse? Ratio se offert, quoniam cum populo prædicabat, nisi facies effunderet splendorem indicantem animi puritatem, posset contemnere populus veritatem, pro  
humi

*4. Puritas veritatis eximium prædicatoris encomium, & veritatis.*

humilitate radios velamine celet, verum cum munus docendi gerit, lucem, & splendorem ostendat.

Facta dictis quanto antecedant, ut quis veritatem suadeat, inquit D. Prosper. l. Epig. n. 7.

*Non prodest cuiquam solis bona dicere verbis;*

*Ut pia mens habent, quod bene lingua sonat.*

*Nam sacri recte miserum est, & vivere grave.*

*Damnat nota malum regula iustitia.*

Vox quidem sine operibus pectoris est vacui, & oris sonus effusus, vacua magis sonant, concrepant magis ventosa sine soliditate virtutes, quæ verbis, non viribus, voce, sed non opere in Dæmonem conclamant bellum, morem tibicinum imitantur, qui tubam in ore habent, ut alios ad prælium vocent, sed manus continent à conflictu. Talem contra Ajaxem pro armis Achilles se præbuit Ulysses, cuius jactantiam sic Ajax repellit. Ut Ovid. libro decimo tertio, meth.

*Quantum ergo Marte feroci,  
Inque acie valeo, tantum valet iste loquendo.*

Ab ijs, qui solum vocibus pugnant, numquam debellabitur hostis. Dæmon parum tibicines timet. Quando cytharam pulsabat David, spiritus malus, quo affligebatur Saül, recedebat. Quare ergo cum David psalleret, regem iterum possidebat? si musica refocillatur; recedat, cum pangit, sicut, & cum cytharam pulsat. Attendite inter voces David, & cytharæ non parum discrimen, cum David canebat, labijs erant prolatae voces; quando pulsabat, manibus illas formabat; quando cantabat, voces mittebat in aures; quando cytharam percutiebat, audiebat, & respiciebat Saül, voces enim erant, & manus. Recedit ergo Dæmon non cum vocibus verberatur, sed cum respicit opera, & manus, non cum cantat David, ubi vocibus solum attendit, sed cum pulsat cytharam, & audit voces, videtque manus. Ideo non eijciunt prædicatores Dæmones à possessione animarum, quoniam sermo noster vo-

cibus constat, quæ labijs solum formantur, & non ex operibus, quæ efficiunt hominis manus, aërem vocibus verberamus, sed non percutimus corda, prædicamus voces, atque subtiles conceptus, sed ita non operamur, ut altum conceptum possint auditores de vita prædicatorum formare, ingeniosa sunt verba, opera tamen vitiosa, non possumus eloqui cum Ovid. lib. 9. Met.

*Exemplum prædicato-  
ris effica-  
cius verbi  
est ad suadendum.*

*Melior mihi dextera lingua.*

Omnia tradit Gregorius hom. 17. in Luc. tunc vere alijs recta prædicamus, si dicta verbis, & exemplis ostendimus. Huiusmodi veritatem, & quam parum in animos auditorum dicta sine operibus possint, manifeste comprobatur Scriptura, cum de maximo illo legistatore Moysè sic dicat. *In dextera ejus lignea lex, dilexit populum.* Quare populum dilexisse notavit? ut legem fortius suadere valeat, ut illam populus amplectatur, & omnia quæ continentur in lege; amor erat Dei, & mutua charitas proximi, quæ lex intimabat ut ergo hominem legem amoris doceat, ut ad mutuam charitatem provocet Moyses, dilexisse populum prius Moyses dicatur; vulgare enim illud de speculis causticis dictum. *Pariunt quoque frigida flammæ*, falsum est in oratoribus, de quibus Cicero inquit, ardeat orator, si iudicem incendere velit. Nil doctore frigidius inquit Chryf. qui verbis dumtaxat philosophatur: qui dicunt, & non faciunt.

Retulit resurrectionem Apostolis Magda'ena, sed ipsi non crediderunt, inquit Marcus; Quare autem? Audite Evangelistam, apparuit primo Mariæ Magdalenz, de qua septem dæmonia eiecerat. Christum Dominum resurgere potuisse non dubitarunt, sed veritatem in ore Mariæ non cognoscentes mendacium existimarunt. Difficile creditu erat, quod mulieri pridie septem posse dæmonibus, Dominus primo apparuisset, ut resurrectionis veritatem Apostolis prædicaret. Nullus quidem suadere debet, cuius in opposito versatus est Phormio Philosophus cum Antiochius præciperet, ut coram Annibale peroraret, exercitum rethorica eloquenti formavit, & insidias, quibus per obsidionem inimici debellari potuissent, descripsit, interrogatus Annibal,

Annibal, quid visa fuerit eloquentia Phormionis? respondisse libere fertur, ut inquit Cicero, multos se deliros senes saepe vidisse, sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse neminem, neque me hercule injuria, quid enim aut arrogantius, aut loquacius fieri potuit, quam Annibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium victore certasset, Græcum hominem, qui numquam hostem, numquam castra vidisset, numquam denique minimam partem unius publici muneris attigisset, præcepta de militari dare? Qui potest fieri, ut quis invitata expugnet verbis Veneris castra, si ipse sensualitati deservit, flammisque libidinis æstuat? Quis suadere temporalium bonorum fallaciam, si cupiditatis est miserabilis servus, audebit?

Act. cap. 4. refertur de primitivæ Ecclesiæ fidelibus quod nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Quis posset tam perfectam, & Evangelicam paupertatem suadere, cum neque lex, neque sit Apostolorum vœcula una, quæ contulit illam, nec ex toto capite aliquid colligi potest? Omnis controversia de adventu Messias erat, & de ejus resurrectione, nil aliud quærebant nisi Scripturæ testimonia componere, ut alia, tam atque mysteria probarent. Unde ergo odium divitiarum tam sanctum? Unde paupertatis amor eximius? Textus Scripturæ respondet: *Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes adferebant pretia eorum, quæ vendebant; & ponebant ante pedes Apostolorum.* Non in manibus, sed ante pedes, Apostolorum cuncti collocabant divitias, quæ ponuntur in manibus, dantur, ut possideantur; quæ sunt ante pedes, collocantur, ut conculcentur. Omnes ergo fideles considerabant divitias ab Apostolis conculcari, aliàs pedes Apostolorum nudos videbant. Magnes ergo divitiarum omnium fidelium erat eximia Apostolorum pauperies, ut omnes liberaliter domos, & campos offerrent, ita ut pauperies, quam viderant Apostolos profiteri, majorem vim apud fideles haberet, ut pro Christo omnia deserere vellent, quam si præceptum intimaretur, quoniam prædicatorum, & doctorum exemplum in inferiores potentius, & efficacius est verbis.

Querebantur homines, teste Plinio, quod Latij campi, præ alijs sæculis infæcundi; & steriles viderentur, quare hoc rogabant? & respondet non in terra, sed defectum esse in colente. Ipsorum tum manibus imperatorum colebantur agri, gaudente terra vomere laureato, & triumphali aratore; vincti pedes, damnatæ manus, inscripti vultus exercent, terramque colunt non tamen sorda tellure. Hoc ergo maximum est discrimen. Tunc enim campos senatores colebant, nunc servi, quorum sonitus catenarum auditur à tellure non sorda, nec est tam cæca, ut in characteribus eam colentium infamiam servitutis non videat, labor servorum violentus est, & tantum, quantum timent, laborant, triumphatores quantum terræ necessitas exigebat. Hæc est ratio quare præ tempore primitivæ Ecclesiæ, iterile est semen verbi, tunc enim triumphatores, nunc servi colunt tellurem, tunc illi, quibus erant cuncta contemptui, vereque triumphatores seminabant, nunc servi, quæ sua sunt dumtaxat quærentes, servi veræ ambitionis, lucri mercenarij, & honorum. Nunc enim plures non ut animas piscetur, sed ut commoda coniequantur minus exercet prædicationis, & ad id subtilitates deserviunt, hæc autem non est doctrina proficua sed vitiosa sapientia. Gustavit in arbore scientiam Adâ, & illico corruit. Quare? Quoniam ubi gustavit, scientia utus est ad commodum proprium, cognovit se nudum, & velles, quibus operiretur quæ sivit. Hæc est infelicitas hujus sæculi, ubi prædicatores scientia vel ut officio ad se vestiendum utuntur.

Debent prædicatores non excusari cum Moyse, qui à Pharaone desperavit audit, & ideo mitte, quem missurus es, dicebat; Prædicatores nubibus comparantur, *qui sunt hi, qui ut nubes volant?* inquit Hais, non seminatores appellat, ij enim tritici grana, & quæ sola sufficiunt, spargunt, & hæc lucri dumtaxat gratia. Nubes autem ubique pluviam emittunt æqualiter super montes Gelboe à David maledictos, ac Carmelum à Propheta Elia sanctificatum pluviam emittunt, atque pedibus ejus calcaturum, æqualiter irrigant spinas, ac rosas. Nam qui seminat, inquit Cellensis, primo in spe percipiendi fructus seminat, deinde non fundit.

*Omnium æqualiter incubant prædicatores salutem.*

sed spargit, postremo non nisi cultæ terræ semen suum credit. Horum nil imitatur pluvia, sed se ipsam, ut iudicam, perdit in terræ visceribus, &

sine delectu rigat fræcunda, & infæcunda, fertilem agrum, & sterilem, granum electum, & germen reprobum. Malim te pluere, quam seminare.

Exod. cap. 6. *Anni vite Levi fuerant 127. Ingressus autem est in Ægyptum, cum 43. fuisset annorum, unde mortuus est 121. annis ante egressum ex Ægypto & ante ortum Moysi 41. annis. Ex quibus constat filios Jacob fuisse in Ægypto 215. annis.*

Ex Gen. 15. *Constat habitasse filios Jacob 400. annis, quæ omnia computari non possunt. Exod. 12. Dicitur fuisse 430.*

Vide Antilogiam istam in Exod. cap. 12.

Exod. cap. 7. *Ecce constituite Deum Pharaonis.*

Paulus 5. ad Corinth. 8. *Nullus est Deus nisi unus.*

**F**acilis est concordia. Hoc nomen Dei essentialiter sumptum incommunicabile est, de quo Paulus ad Corinth. Personaliter acceptum soli convenit Christo Domino. Secundum vanam appellationem Dijs falsis stulte accommodatur, de quo Paul. ad Gal. 4. Denique homo Deus dici potest se-

cundum participationem aliquam attributi divini, imò potius naturæ divinæ, gratiam scilicet, vel potestatis maximæ alios regendi vel imperandi. Hac ultima acceptione Deum Pharaonis constituit Dominus Mosem, in quem potestatem, & imperium exercere valeret.

Exodi 7. *Constat plagas fuisse in Ægypto factas.*

Psal. 77. *Prodigia sua in campo Taneos.*  
Psal. 104. *In terra Cham.*

**F**acilis etiam hujus antilogiæ est concordia. Taneos enim civitas, & caput erat Ægypti, ubi Pharaon, & sapientes habitabant, ut constat ex Isaia 19. & 30. In qua urbe, & circumjacente campo plagæ illæ primum ostensæ

sunt. Nisi dicatur nomine Taneos totam Ægyptum per Synecdochem intelligi. Appellabatur etiam Ægyptus terra Cham, eo quod hic parens Ægyptiorum fuerit, & primus qui illam possederit terram.

Exod. 7. *Percutiam virga, qua in manu mea est.*

Exod. 8. *Fecit hoc ipse Aaron.*

**P**ercutiam hic non physicè ( ut ita loquar ) sed moraliter intelligi debet comparativè ad Mosem, cujus imperio id agebat Aaron. Unde inaniter recurrit Abarbanel ad alia, dicens, quod Moysi commissum est percussere

Nilum, & fluvios ab illo emanantes percussisse postea Aaron. R. Salomon ideo non id Mosem fecisse, arbitrat, ne videretur ingratus, aquas, quæ illum in vivis sustentarunt, immemor beneficij, feriens.

Exod. cap. 7. *Extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluvios eorum, & rivus & paludes, & omnes lacus aquarum.*

Exod. 7. vers. 12. *Feceruntque similiter malefici, Ubi ergo erant, si jam omnes in sanguinem erant conversæ aquæ?*

**A**liqui ex terra Gessen, ubi habitabant Hebræi adductas aquas & in sanguinem, quæ alias à Moze intactæ erant, esse conversas, arbitrantur. Verum hoc sustineri nequit, alias Ægyptij, qui mixtam cum Hebræis habita-

bant & forsitan crudeliore in ipsos, à punitione divina forent immunes, animo & cæteris alij hac plaga non sic affigerentur, cum situbundi in Gessen accurrere & saturari valerent. Alij post septem dies, quando jam cruor in pristi

pristinam aquæ naturam conversus est, magi in sanguinem illam mutarunt, quod sine inconvenienti diceretur, nisi talis mora magna ex parte eorum potentia autoritatem minuisset. Credibile autem non est, tale dispendium in eorum sapientia pati voluisse.

Caietanus non simul in sanguinem aquas omnes fuisse conversas, sed primum, quæ ex Nilo fluebant, deinde rivorum atque paludum. Poterant ergo post Nilum ab Aaron mutatum in sanguinem, alias aquas magi in cruorem convertere. Alij, non omnes aquas absolute, sed quod major pars fuerit in cruorem mutata, sicut cum Gen. 24. dicitur ex omnibus provincijs venisse in Ægyptum emere triticum, non sic generaliter est intelligendum, ut exceptionem admittere nequeat, & pro majori parte non accipiatur. Theodorus Aaronem convertisse solas aquas potabiles in cruorem, non autem salugenas, & has in sanguinem esse mutatas à magis. Justinus Martyr, quod Ægyptij conversis in sanguinem aquis, puteos foderunt, & horum aquam magi in sanguinem converterunt. Abulensis, ope Dæmonum allaram aquam, & à magis conversam. Tres posteriores expositiones vero sunt propinquiores.

Verius autem dicendum judico, sanguinem, in quem Aaron aquas mutavit. præstigijs effecisse magos ut aqua appareret, & postea conspiceretur sanguis, uti revera erat, præstigijs primo solutus.

### Ex Exod. 7. Principibus nullus audeat dicere veritatem.

**M**Oyses legatus erat, & ad Principem missus libere dicere veritatem, ideo Pharaonis Moysem constituit Deum; ut innucret, quam difficile sit, quod quis Principem reprehendere audeat, soliusque Dei munus esse corripere potestates. Suscitatus est Samuel, ut ab eo Saul, cras moriturum audiret, & tamen mansuetissimus Abraham, diviti, ut Lazarum fratribus prædicaturum mitteret; postulantem agere referens respondit: *Moysem habens.* Quare fratribus divitis non

prædicat Lazarus suscitatus, & ut Sauli veritatem libere dicat Samuel resurgit. Ratio est, quoniam ut divitis fratres corripere, quivis sufficeret homo, quoniam ipsi homines erant particulares; eratque inferiores celsitudine dignitatis, hos autem qui fortuna sublimi non gaudent quivis palam poterat suggillare, erit non solus unus, qui audeat veritatem nunciare, Sauli autem nullus non veritus foret mortis innumere sententiam, *cras morieris*, nisi qui vita jam functus esset, & in quod divinitas appareret, ut in Samuele suscitato. Unde suscitanti Sauli, *Deos vidi ascendentes de terra*, mulier respondit. Solus ergo, qui ostentaret divinitatem, Regi veritatem rigidam dicere auderet. Signum ideo magnum stella visa est Magos illustrans, & veritatem dicere audent, verum non aliter veritatem manifestaret, nisi stella esset, & prædicaret à longe, & in Cælis collocata, ut inquit in vita B. V. discrete Mendoza.

Ex illis illud Davidis recipit intelligentiam, *tibi soli peccavi*, inquit. Quis illum contra Deum dicit tantum peccasse; à quo cunctus populus scandalum passus est, & maximam injuriam Urias? Sic explicat Cyril. non quod non deliquerit contra proximum, cum Uriam vita privaverit & honore, sed quia ejus culpa supplicium à Domino tantum exposceret, nec ab ullo homine reprehensionem timeret, nullus enim Regum facta qui & existimare peccata, & corrigere reum, nisi Dominus ipse; & cui subdelegasset Deitatem (sensu quo Deum Pharaonis constituit Moysem.) Hoc movit admirationem Divus Augustin. Quare scilicet homo ille possessus à Dæmone; habitans in sepulchris hominibus horribilis factus à nullo concatenari permittit? *Et neque catenis jam quisquam poterat eum ligare;* Quare hoc? *Intelligas fuisse alicujus persona clarioris.* Inquit apud Divum Thom. in Cat. Divus Augustin. nil ergo miri, quod si vir præpotens erat, et si possessus à Dæmone nullus audeat illum concatenare.

Hinc oritur veritatem libere prædicantes vincula & carceres experiri, de quo late tom. 2. Ant. hinc apparet sapientium vitam, quibus id ex munere

competit, pluribus tribulationibus esse expositam. De Cherubim, qui propitiatorum assistebant, inquit textus pennas expansas habere, *expandentes alas*. Quare hoc? quia formam crucis manifestabant, eo quod crucifixi mansissent, Sed quare Cherubin crucifixi? Quia plenitudo scientiæ, ubi fuerunt scientia insigniti, cruci stiterunt affixi. *Expandentes alas*, nequit enim scientia sine cruce inveniri. Ideo lux mundi appellantur sapientes. *Vos estis lux mundi*. Quare non cœli? Quoniam in Cœlo cum differentia intellectus, & inæqualitate luminis stat omnium perfectissimus amor, in terra autem non reperitur excessus in intellectu, quin pariat odium, & invidiam in alijs. Vocantur lux mundi, quia lucerna splendorem comparat scissione, & vitæ diminutione, nec à forcipe separatur luminis fulgor.

2. Quare inquit Dominus: *Ecce constitutus te Deum Pharaonis*, & non Deum elementorum? Ut moneretur proprium Dei munus esse parcere homini, non destruere, omnia flagella conversa sunt in elementa, non in Pharaonem, quia Deus illius, & non elementorum est constitutus; Si enim se erga elementa exhiberet Deum, non valeret destruere, sed ejus naturam perficere.

\*\*\*

### §. I.

*Turpe vitium ingrattudo; gratissima Deo gratitudo.*

3. Offenditur maxime Deo ingrattudine.

**A**BLENSIS, & prius R. Salomon Moysem non ferijisse aquas arbitrantur, ne videretur ingratus aquas, quæ illum in vivis sustentarunt, immemor beneficij ferire, Quo, quantum ingrattudo caveat, indicatur.

Quid egisti scelerate Cain? inquit Deus, *sanguis fratris tui clamat ad me de terra*. Explicat hujusmodi locum Amb. inquit. Vox sanguinis non clamat de corpore justii, sed de terra, & si frater ignoscat, terra condemnat. Quare ergo sanguis à corpore justii, qui offensus erat, non damnat, & terram humefactans clamat contra homicidam? Sacer textus solvit difficultatem, inquit, cum agricolam esse, quod innuit terram illum locupletasse, &

abunde satis aluisse, terra ergo condemnat. Sanguis cum clamat de corpore Abelis representat homicidium dumtaxat, terra homicidium, & prosperitates recolit (terra enim quæ ipsum locupletaverat, ab eo receperat fertilitatem, ab ejus enim effuso cruore, sordescere cœpit humus) quas est ipsa largita, terra ergo condemnat, quamvis enim sanguis clamans contra homicidam judicem non reddat iratum, cum clamat contra ingrattum memorans prosperitates, ad iram provocat Dominum.

*Quiescat ira tua*, sic divinam temperat Moyses, & placatus est Dominus. Post tot autem Israëlitas ab eo interfectos redijt iterum pro populo rogaturus, *aut dele me*, inquit, *de libro vite, aut dimittes eis hanc noxam*. Quid ergo exaudivit a Domino? *in die ultionis visitabo eum*. Quare ergo primo placatus est Dominus? & cum iterum, scelerati populi, cum rogat, ignoscat, exardescit ira Domini? Gravior nonne apparuit populi noxa, cum supplex exorat nunc Moyses, ac cum primo veniam petivit? Utiq. Cum primo rogavit pro populo Moyses, cum generalitate reprehensit delictum, *quiescat ira tua super iniquitate sua*, misericorsque Deus crimini ignoscat; genus humanum pronum esse ad malum attendens. Cum autem pro reis exoravit secundo: sic ponderavit scelus *Deos fecit aureos*: ex hujusmodi circumstantia exardescit ira Divina, quoniam in exitu Israël de Ægypto populum ditavit auro, & argento, quibus expoliavit Ægyptios. Maxime ergo offensus redditur Deus, quod ex auro, & argento à Domino Israëlitis ex speciali benevolentia collatis, idola erexissent, quibus thus, & sacrificia contra Domini reverentiam sacrarunt, cum idololatriæ culpa Domino presentatur, ignoscat Deus, cum ingrattudinis circumstantiam respexit, irascitur, & patientia divina quasi turbatur, cum hominem ita esse ingrattum considerat, ut ex beneficijs à fonte divini amoris scaturientibus contra Deum formaverit arma. Unde in die illa tremenda, & amara valde, ubi graviora trucidantur delicta, sola tria genera, quæ præcipue ingrattudinem manifestant, refert Evangelista, divitum nempe, qui abusi sunt contra Deum divitijs, *scrivi*, &

esurivi, & passus sum nuditatem, non quod pauperum non judicentur scelera, sed quia quibus prosperitates largitur, circumstantia graviore Deum offendunt, quia beneficijs, quibus donati sunt, hostiliter pugnant.

In symbolom ingratitude finxit Aristineus capram lactantem lupum, à quo desumpsit Alciatus, illam mittere ex imo querelas, sicque dolere introduxit, *mea me post ubera pascat*, prædam fore timentem, quem pascebat sua substantia. Hoc Christum in traditione Judæ præcipuè offendit, quod osculo tradiderit illum. Quare hoc? Quoniam, ut inquit Zacharias Chrysolopolitanus, hoc signum fuit, quo incolumem Deus servari voluit Cain. osculum nempe faciei illius impressum, omnium oculis manifestum, offenditur ergo Dominus, aggravatque delictum, beneficio, quod, ut viveret homo, largitus Dominus est, ut Deo infligeret mortem. Iudas ausus fuerit abuti; auget enim dolorem, quod signum amoris convertatur in afflictionis tormentum.

Hos ergo peccatores circumstantiæ simili punit supplicio, qua temere deliquerunt. Unde Job. capite quarto, dicitur. *Vidi impios flante Deo perisse, & de flagello torus Ecclesiæ Antichristo idem minatur Dominus? Quem interficiet Dominus IESUS in spiritu oris sui*, inquit Paulus, spiraculi enim proprius. & primarius effectus communicare fuit vitam, *inspiravit in faciem ejus spiraculum vite. & factus est homo in animam viventem*, ut ergo Dominus pœnam gravissimam peccatoribus minaretur, flante Domino perituros, inquit, ut quo vivere spiraculo peccarent. & qui in Deum abusi sunt beneficijs, ipsi similiter convertantur in flagella favores.

Moyses non percussit aquas, innuens quantum affligat pœna, ab eo, qui profequi tenebatur amore, inflicta. Refert Sacra Scriptura Sennacherib vindicem gladium fugisse, neque communi strage ab Angelo fuisse interfectum. Notat autem Abulensis hoc fuisse ad majorem ei inferendam pœnam. Quare hoc? quia occisus est à filijs suis, à quibus maxime diligi debuisset. Hujusmodi circumstantiam Chryl. prius adverte in nece Absalon, quam refert Scriptura. *Tulit ergo Joab*

*tres lanceas in manu sua, & infixit eas in corde Absalon*: Ut augetur Principi pœna fuit inflicta à Joab, inquit Chryl. Hoc est admirabilius, qui patri eum reconciliavit, is ipsum interfecit. Hinc pariter Tobix suspicor excrevisse dolorem in luminis privatione, non quidem ita credibile est cœcitate sensitisse, ac quod ab hirundine fuerit orta. Hirundo enim, inquit Berchorius, quærit herbam Celi-doniam, cujus succo illinit oculos filiorum, & sic visum iterato recipiunt. hoc ergo maxime credendum est afflixisse Tobiam; quod ab hirundine, cujus instinctu visus communicatur, cœcitas Tobix contigerit, luminisque privatio. Auget ergo motivum doloris pœnam infligi, à quo sperari deberet pignus amoris. Unde *leg. quod favore, C. de legibus*, dicitur: Illud, quod favore aliquorum introductum est, non debet ad eorum læsionem retorqueri. Hujusmodi ingratitude cruciatum patitur Deus ab hominibus ingratis suapte natura: *Mendaces filij hominum in stateris*. Alij vertunt *vapores filij hominum*. Quare vapores? Ut explicaret hominum conditionem ingratam? Vapores enim humi jacerent, si radij generosi solares non erigerent ipsos jacentes, ubi autem ascendunt à terra solem obnubilare contendunt. Sic homines ingratitude jaculis Deum feriunt, quia de pulvere, & de stercore erexit. Ubi formavit Deus Adam muneribus illum replevit, verum, ut inquit Rupertus, nec ullum dilectionis vel gratiæ verbum in ore ejus fuisse testatur scriptura; Ubi condita est Eva, non cessavit laudibus commendare. *Hæc nunc os &c.* Quare hoc? Quare Deum non laudat, qui sceminam commendavit? Quia Adam factura erat, opusque manus divinx. ideo ingratitude Deo respondit, & muneribus munificentix divinx diratus tacuit, nec laudibus commendavit, Evam autem facturam suam ubi vidit, cœpit extollere laudibus.

*E contra gratitudo gratissima est Deo.*

Præclaris meritis Noë, quod homines ultra à diluvio forent securi debitum esse tradit Chrylost. Sed quare, dicit aliquis, Patriarcha justus Abraham Sodomitas non liberavit, à flammis, cum prolixius oraret? Quare ipse Noë vir

4. *Auget dolorem pœnam pati, à quo servatus pignus amoris.*

quidem, restificante Domino, Sanctus ante ingressum in arcam octo dumtaxat liberat animas, cum post imminutas aquas diluvij ejus merita redderent omnes generationes immunes? Ratio est, quoniam ante ingressum justus erat, sed gratus non declaratur, postquam autem fuit egressus ex arca, erecto altari obtulit holocaustum in monumenta suæ virtutis, quæ sic attraxit bonitatem divinam, ut ab universali diluvij clade ultra homines donentur immunes. Solitam, inquit Chrysof. hom. 26. in Genesi. Prætulit gratitudinem, factaque gratiarum actione, etiam tunc majoribus beneficijs divina gratia ipsum cumulavit, mos enim divinæ misericordiæ est, ut si nos tenuia quædam, & vilia obtulerimus multa nos liberalitate muneret. Hoc cultu voluit, renascente mundo, Dominus venerari Noë gratiarum actione, ut inquit enim August. lib. de spir. & litt. cap. 11. cultus Dei in hoc maximè constitutus est, ut anima ei non sit ingrata. Unde in ipso verissimo, & singulari sacrificio Domino Deo nostro gratias agere admonemur, quoniam universi peccatorum est expiatio, soloque laudis, & gratitudinis sacrificio queunt hominum mundari peccata. Nil enim Domino gratitudine gratius, pluri enim fit ab eo quod in signum gratitudinis recipit, quam quod ejus liberalitas donat. Altare Gabaon dicitur majus quam sanctuarium Jerusalem. *Abys Salomon ut immolaret in Gabon, erat quippe excelsum maximum.* Sed quomodo excelsius sanctuario Jerusalem, ubi erat venerabilis arca? Quoniam pluri à Domino habebatur altare quod erat in Gabaon, quam arca, quæ erat in Jerusalem. Quare hoc? Quoniam in altari victimæ erant, quas homines Deo immolabant, in gratitudinis signum, in arca manna signum liberalitatis divinæ, ideo illud excelsius, qua pluri fit à Deo, quod recipit ab homine gratitudinem exhibente, quam quod divinam liberalitatem ostendit.

*Mundus in omnibus gratitudinem manifestat.*

Auctor universi sic condidit mundum, ut in omnibus ipsa natura nos gratitudinem doceat; Sol amantissimis viridarijs calorem impertit, & de repente flores, ac herbæ solis panduntur amore, pastor oves si pascit, ab illis pascitur, & vestitur. Marc fluvij as-

fluentem suppeditat aquas, sed gratitudine solvunt, iterumque flumina redeunt ad mare, ut exposuit ipse Bernard. serm. 13. in Cant. Si copiarum aquarum secretis, & subterraneis recurribus incessanter æquora repetunt, ut inde rursus ad visus, ususque nostros jugi, & infatigabili erumpant obsequio, cur non etiam spirituales rivi, ut arva mentium rigare non desinant, proprio fonti, sine intermissione reddantur? ad locum unde exeunt, revertantur flumina gratiarum, ut iterum fluant. Audite Senecam lumine naturali instructum, Christianos nos ingratitude sic arguentem. Si domus, inquit, tibi donetur, num mediocre munus vocabis? Et cum ista, quæ habes magni æstimes, quod est ingrati hominis, nulli debere te judicas. Unde tibi istum, quem trahis spiritum? Unde istam, per quam ætus vitæ tuæ disponis, acque ordinas, lucem? Unde sanguinem, cujus cursu vitalis continetur calor? Unde ista palatum tuum saporibus exquisitis ultra facietatem lacessentia? Unde hæc irritamenta jam lassæ voluptatis? Unde ista quies, in qua putrescis, & marces? nonne si gratus est, dices:

*Deus nobis hac otia fecit;  
Namque erit ille mihi semper Deus,  
illius aram  
Sapè tener nostris ab oculibus imbuet  
agnus.*

Agasticles exul ab Alicharnassicis est factus, quoniam tripodem, quam in ludo fuerat lucratus non obrulerat spontaneus, reputabatur enim ex justitiâ debita gratitudo. Unde Horat.

*Omnibus in rebus geminum est opus  
Omnipotentis  
Totum justitia est, quod gerit aut  
pietas.*

In Beoria ad Trophoneum Deum juxta Orchomenon, duo sunt fontes, alter quorum oblivionem, alter memoriam affert, ut inquit Plinius lib. 13. ibique solum Gratiarum esse, quas filias Veneris, & Jovis Poëtæ fingebant, innuentes benefactorem oblitum iri beneficiorum, sed in eo cui fuerit elargita, semper debere fontem scatu

scaturire memoriam, ut non cesseret red-  
dere debitor gratias. Ideo Dominus  
voluit insensibilia gratitudinem homi-  
nes edocere, ut ostenderet, nil illi ma-  
gis gratitudine acceptum. In lachry-  
mas effusa Magdalena cœpit Magistri  
rigare, & ungere pedes, verum hæc  
humilis actioque liberalis non audit  
Christi Domini laudes. Unxit secun-  
do magistrum in domo Simonis le-  
prosi, & hujusmodi unctionem per-  
petua commendatione dignam existi-  
mavit Magister. *Ubi cumque predicatum  
fuerit Evangelium — narrabitur in me-  
moriæ ejus.* Quare excelsior fuit pri-  
ma unctio Magdalensæ secunda? Quo-  
nam prima respexit luctum, nempe  
criminum remissionem, ex gratitudine  
secunda processit, eo quod fratrem  
Lazarum suscitaverit, ideo dignam  
æterna commendatione existimavit  
Magdalensæ secundam unctionem.  
Verum quia in homine fons arefcit,  
qui deberet tot beneficiorum excitare  
memoriam, quasi remoratur benefi-  
centia divina, priusque exposcere gra-

titudinem solet, quam conferat bene-  
ficio ingrato. Novem illis leprosis  
præcepit Dominus; quod munus sa-  
cerdoti obtulissent, ut reciperent sa-  
nitatem, primum autem ex illis lepro-  
sum prius reddidit mundum, & postea  
sacerdoti præsentari mandavit. Quæ  
hæc discriminis ratio? Cognoverat  
quidem leprosos optime Deus, hic  
enim magnificans Deum occurrit, ideo  
Christus gratum fore confidit, & obla-  
turum sacerdoti titulo gratitudinis  
sperat, unde *fides tua te salvum fecit*,  
inquit Dominus, hoc est, ob fidelita-  
tem, quam jam diu in te recognosco,  
beneficium, quasi in deposito colloca-  
vi, ut gratitudine solvas. Alij vero le-  
prosos ita ingrato animo affectos con-  
sideravit, quod usus est veluti pignore  
sanitate, ut cogeret reddere gratias,  
ideo quod prius se ostenderint sacer-  
doti suadet, ut à contagio lepræ mun-  
dentur, non enim aliter reddidissent  
gratias ij, de quibus ipse Domi-  
nus: *Decem mundati sunt, & novem  
ubi sunt?*

Exod. 8. *Moses determinat in crastinum  
expulsionem ranarum.*

Iudith c. 7. & 8. *Exprobrat hoc ipsum.  
Hæc enim senioribus Bethulia. Posui-  
stis vos tempus miserationis Domini,  
& in arbitrium vestrum diem consti-  
tuistis ei.*

**D**issimilis ratio Judith, atque Mo-  
sis fuit, illi enim ex fidei defectu  
timore vexati terminum præficerunt.  
Moses autem familiarissime cum Do-

mino loquens conscius divinæ volun-  
tatis, & securus sibi à Deo traditæ po-  
restatis religiose dixit, & fecit spe, ac  
fiducia divina plenus.

Exod. 9. *Mortua sunt omnia animantia  
Ægyptiorum. Alias constat, omnes istas  
plagas vel spatio unius mensis lunaris,  
ut quidam, vel ut alij, spatio unius an-  
ni contigisse.*

Exod. 14. *Israelitas persequutus est Pha-  
rao 600. curribus electis, maximaque  
equorum copia. Anno autem uno, &  
minus uno mense hæc omnia comparari  
non possent.*

**P**ererius, Tornellus, Adricho-  
mius, & Abulensis mense uno lu-  
nari absolutas putant has plagas, cum  
ergo ultima contigerit 15. Nisan, qui  
Martio nostro respondet. sequitur pri-  
mam factam esse circa medium ultimi  
mensis, qui dicitur Hebræis Adar. Ve-  
rum hanc expositionem manifeste im-  
pugnât Bonfrerius, sic. Quoniam si  
prima plaga cœpit sub medium Adar,  
septima post inchoatum Nisan facta  
fuit. Quis autem credat initio mensis  
Nisan, qui Martio respondet vel nostro  
Aprili, necdum germinasse triticum

iiis regionibus, ut inquit Moses hic  
v. 32. *Triticum autem & sar non sunt  
læsa, quia serotina erant.* Porro sub il-  
lud tempus messis in Ægypto fieri so-  
lebat. Secundo, quia in Junio sole Can-  
crum ineunte, Nili inundatio contin-  
git, ante quod tempus messis debet ef-  
se peracta. Tertio, quia Nisan etiam  
Judæis existentibus in Ægypto c. 1. 3.  
dicitur mensis novarum frugum. Plura  
alia prosequitur, ut tempus plagarum  
non sic restitgendū Bonfrerius suadeat.

Verum si ve duraverit mense uno  
lunari, vel amplius, ad antilogiam di-

endum est, cum Cajetano, quod *ly omnia* determinat animalia Ægyptiorum, ac si diceretur, & *mortua sunt animalia*, faciendo punctum, & jungendo omnia Ægyptiorum, id est animalia, quæ mortua sunt, omnia fuerunt Ægyptiorum, in cuius textus testimonium subjungitur. *De animalibus filiorum Israël nihil omnino perit.* Melius autem conciliatur, quod mortua sunt omnia animalia Ægyptiorum, quæ in campis erant, non vero illa, quæ in civitate erant, quorum copia maxima erat in Ægypto, quibus prosequi possent postea Israëlitas deditos fugæ. Cum autem in quinta, & decima plaga ponitur *Omnia*, pro plurimis capiendum est. Notat enim R. Levi Ben Gerson in Hebræo esse adverbium *Col* denotans majorem partem. Sicut

Exod. 10. *de locustis, innumerabiles ascendisse super Ægyptum, quales ante non fuerunt, nec postea futura sunt, inquit Moses.*

**L**ocus Joël de locustis si intelligatur, admodum difficilis est, cum Exod. loco oppositum expressè contineri videatur. Æque difficilem existimavit Ribera, si ad exercitum Chaldæorum velimus referre, cum Romanorum imperium fuerit potentius, ferro Daniel. 2. comparatum, eo quod, sicut istud omnia, sic Romanis regna cuncta sint domita, atque subjecta. Verùm hæc prophetica metaphora locustarum de Chaldæis, quod debeat exponi, respondet Ribera in Joël. cap. 2. quoad calamitatem, quam huic regioni, inulerunt. Ac si dicat: nunquam ullus exercitus tam fortis, & tam noxius ingressus est in Judæam, neque postea ingredietur, non enim de fortitudine loquitur, sed de damno per fortitudinem hostilem terræ Judææ illato. Statim se offert oppositio, cū ma-

Exod. 10. *Ve palpari queant, inquit Moses de tenebris.*

**N**on est intelligendum tenebras illas à densis vaporibus, qui omne lumen expellerent, & ob suam conspissationem etiam palparentur, effici, ita ut sentiri possint vapores, vel ratione frigoris, vel ratione humoris, si in aquam resolverentur, non tamen imaginari potest, quomodo ratione molis

hic dicitur à grandine cunctam percussam herbam, & tamen Exod. c. 15. reliquam herbam comedisse locustam. Exod. 12. Omnes nos mortui, clamaverunt Ægyptij, & tamen in rigore non omnes. Regum 4. c. 18. in exercitu Sennacherib omnes dicitur mortuos cum plures fugerint vivi.

R. Baye, quod mercatores omnia animalia Ægypti mortua esse, cum morderentur, lucri gratia plurima vendidit in Ægypto. R. Manasses, aliquos Hebræos mixtum greges cum Ægyptiis habuisse & illorum incolumes remansisse. R. Manasses Ben Israël. Quod in Ægypto exterarum gentiū erant greges, qui impuniti fuerunt, relictī, quia ab illis nullus Israëlitarum passus fuit detrimentum. Istarum expositionum veritatem remittimus lectoris iudicio.

Joël. 2. & 4. *constat oppositum.*

ior fuerit calamitas, & hostilitas à Vespasiano & Tito postea Judæis illato. Verum, ut inquit Theodoretus; non dixit Propheta: Nunquam futurum populum huic similem, sed usque in annos generationis, & generationis: id est multæ generationes præteribunt, antequam ullus populus ita graviter genti Judæorum noceat, post multas enim generationes venerunt Romani. Generatio enim vita unius hominis dicitur inter alias illius acceptiones, ut Isa. 38. sic ergo Hebræi, sicut nos, unam vel duas vias, numerant generationes. Unde in annos generationis, & generationis, multas denotat generationes. In Hebræo enim nomen eodem casu geminatum significat multitudinem, ut Psal. 144. *Generatio, & generatio laudabit opera sua, id est, plures generationes.*

*Tenebra nihil sunt.*

& corpulentæ palparentur. Imo si ita conspissarentur, non posset vivere homo, deficiente ad respirandum libero aëre. Unde dicendum est per hyperbolem, quia tam horribiles erant, ut omnem lucem Solis, atque stellarum, & ignis superarent, Moïsem palpari posse asseruisse.

Exod.

Exod. 10. *Nullus movit se loco.*

Ibidem v. 24. *Quomodo Pharao misit nuncios & vocavit Moſem & Aaronem ſicut aliis plagis.*

**L**yranus ſentit, Moſem vocatum à Pharaone diſcuſſis jam, tenebris. Quoniam licet Pharao his plagis liber foret, aliam de novo timuit ſupervenire, & ad hoc vocatos eſſe Moſem,

& fratrem ejus. Unde illos non rogavit pro depulſione tenebrarum, quod credendum eſt fore, facturum ſicut in aliis plagis, ſi adhuc tenebris teneretur percullus.

Exod. 11. *Soli primogeniti mortui eſſe dicuntur.*

Exod. 12. *dicitur, nullam fuiſſe domum, in qua mortuus non eſſet.*

Vide Antilogiam iſtam Exod. c. 12.

Exod. 12. *Menſis iſte vobis principium menſium erit.*

Exod. 23. *Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris omnes fruges Hæc autem menſe Tiſri noſtro Septembri reſpondenti celebrari ſolebat.*

**D**E hoc egimus jam in Genef. conſequenter autem ad ea nunc etiam dicendum eſt Hebræos à Martio ſemper anni ſupputationem cœpiſſe, quamvis aliam computandi rationem acceperint ab Ægyptiis. Nunc autem ex præcepto divino priorem illam inchoandi apud illos antea familiarem rationem renovarunt. His ſtatutis.

duobus continuis colligerent: illo enim anno meſſis, quæ vere fiebat, fuiſſet in agris relinquenda, & proximo autumno una ſemita, & una meſſis tantum fuit omittenda. Exodi ergo c. 23. locus de anno civili, Exod. 12. de anno ſacro ſunt intelligendi. Juxta quæ evaneſcunt omnino rationes, quibus R. Joſué apud Manaſſem Ben Iſraël probare intendit principium anni fuiſſe menſe Tiſri & autumno mundum creatum eſſe.

Pro conciliatione textuum dicendum, quod apud Hebræos, & annus fuit ſacer, qui à menſe Niſan, Xantico à Macædonibus appellato, incipiebat, juxta quem feſta ordinata erant. Alter erat civilis à menſe Tiſri ſeu ſeptimo incipiens, juxta quem contractus & negotia civilia ordinabantur. Duo autem tantum ſacta juxta civilem hunc dirigi neceſſarium erat Hebræis, & annus ſeptimus, & annus etiam Jubilæi, qui menſe Tiſri initium ſumere neceſſe erat, quia cum his annis à meſſe & ſemita abſtinendum eſſet, ſi ab Æquinoctio verno inciperet annus, nil

Solum contra hoc ſtare videtur, quod Exodi 23. dicitur, ſolemnitatem fieri in exitu anni, & alias in Tiſri, non ergo principium anni eſt Tiſri, ſed potius eſt ſinis. Oprime id exponit Bonfrerius *in exitu anni* non ſignificari hic in fine anni, ſed cum jam recenter annus finitus eſt & exactus, & in complemento ſuo quaſi extrinſeco. Hinc cap. 34. ſolemnitas hæc jubetur celebrari anni redeunte tempore, id eſt, ſub initium novi anni civilis. Hic ergo menſis & ſinis eſt præcedentis anni, & principium ſequentis.

Exodi 12. *Immolabitque eum univerſa multitudo filiorum Iſraël.*

*Eſdræ 6. v. 20. & 2. Paral. 35. ſacerdotum vel Levitarum id proprium eſſe innuitur.*

**A**Bulentiſ Exodi 23. propriam ſacerdotium fuiſſe Phaſe immolationem inquit, unde ſolum in hoc primo paſchate, quando ſacerdotes non erant immolare multitudini licuit, poſt ſacerdotium autem inſtitutum nullus.

qui de tribu Levi non foret, poterat deputari miniſter. Movere poteſt in hæc ſententiam quod Deut. 16. victimarum immolationi affixerit locum, ubi erat tabernaculum fæderis, ſi autem non ſolum ſacerdotibus committeret

teret immolare, ubique locorum id fieri posset. Inclinat in hanc sententiam quod Esdræ 6. dicitur. Ibi. *Purificati fuerant sacerdotes, & Levitæ quasi unus omnes mundi ad immolandum pascha universis filiis transmigrationsis.* Idem 2. Paral. c. 35.

*Primogeniti ante legem scriptam sacerdotio fungebantur.*

Melius autem dicendum vel Patres familias, vel primogenitos, qui ante sacerdotum ex lege legitimam initiationem fungebantur munere sacerdotij victimas immolasse. ¶ Quo tempore (inquit in hujus confirmationem Philo lib. 3. de vita Mosis) non ut alias plebeij homines victimas (loquitur de Paschate) adducunt ad altare mactandas à sacerdotibus, sed jubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisque mactat hostiam suis manibus. Tunc universo populo celebrante lætas epulas dum quisque se gerit pro sacerdote ¶ Idem inquit lib. de Decalogo. Neque aliud credendum est Quia si uno Paschate teste Josepho libro septimo Belli cap. 27. immolatæ sunt 255600. victimæ. quo ergo modo id, ab hora nona usque ad solis occasum, spatio tam exiguo trium horarum sacerdotes efficere possent. Roborat nostrum inentum 2. Par. c. 30. ubi Levitæ

Exod. 12. *Victimam paschalem fore de agno vel hado dicitur.*

**D**Eut. locus non intelligendus est de immolatione Phase, quæ à qualibet familia ad vesperam 14. Nisan fieri debebat, sed de hostiis pacificis, quæ erant ex bobus, aut ovibus, quas offerebat populus, & præcipue tribus illis Phase, Pentecostes, & Tabernaculorum festis. Ter enim in anno in templo apparere debebat populus cum animalibus ad immolandum hostias pacificas, peregrinos, advenas, & pauperes quolibet invitante, ut unâ secum vescerentur. Nomine

Exod. 12. *Constat agnum comedisse Israëlitas ad secundam vesperam, qua terminus est diei 15. & principium diei 14. Dicitur enim ibi. quod azyma edi incipiebant cum ipso agno paschali, & per septem dies durabant. Si ergo illa & agnus ad vesperam diem 13. claudens inciperent edi, non septem sed octo azymorum forent dies, cum totidem numerentur à vespera diei 13. usque ad vesperam in qua completur dies 21. soso enim tempore isto durabat.*

immolare dicuntur Phase, eo quod multa turba sanctificata non esset. Si ergo non fuisset immunda, immolare potuisset phase.

Ex quibus evanescunt fundamenta præcedentis expositionis. Quoniam ideo ubi tabernaculum esset immolabatur victima, quia licet domi immolaretur, pars sanguinis ipsius, ut res Deo sacra, ad templum adferri debebat, ut altare eo alpergerent sacerdotes, ut 2. Par. cap. 30. Ad locum Esdræ cap. 6. *Immolaverunt Phase idem est, ac immolatum est impersonaliter, quin ad sacerdotes & Levitas referatur.* Aliàs si omnia, quæ illo versu continentur, ad eos referri debeant, etiam victimæ asfatio pertineret ad illos, quod expositionis patroni non admittent. Unde ad Patres familias pertinuit victimæ paschalis immolatio, sed horum defectu Sacerdotes & Levitas id effecisse, cum immunditia vel ægritudine tenebantur. Unde semper parati & purificati esse sacerdotes & Levitæ debebant Quamvis crediderim quemlibet è familia immolare pascha potuisse, si pater familias impeditus maneret, ut indicant Philonis verba, ritus sui temporis non ignari.

Deut. 16. *Immolabisque Phase de ovibus & de bobus.*

ergo Phase in Deuteron. sacrificia intelliguntur omnia, quæ ex legis præscripto totis illis septem diebus Paschæ, vel ex cujusque devotione, maxime ad sacras epulas pacificorum rituum offerebantur. Hæc enim Phase appellantur 2. Par. 35. & Joann. 18. Non solum enim diei 14. paschalis victima Phase appellatur, sed etiam reliquæ eorum dierum victimæ, solemnitas etiam diei 15. & omnes pariter azymorum dies Phase & Pascha vocantur.

Joan. 14. *Ante diem festum pascha edidit Christus agnum juxta legis præfixum tempus. Mactavit autem & edidit vespera diei 13. quia si in vespera diei 14. ederet agnum, non ante diem festum pascha, sed in ipso die festo id effecisset. Dies enim 15. festivus erat, incipiens à vespera antecedentis, juxta illud à vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra.*

## §. I.

*De duabus vespere opinionibus, & precipue quid senserint Rabbinus Aben Ezra, & Levi Ben Gerson.*

**E**X verbis relatis dubium & controversiam nonnulli excitarunt, quænam scilicet immolationes vespere fierent, an quæ decimam quartam diem inchoabat & terminus erat 13. an quæ terminus esset diei 14.

In primis autem nomen *Vespere* significat tempus, quod est post solis occasum. *Vesper* enim inquit Isidorus li. 5. orig. c. 3. dicitur vespere stella, quæ sydus Veneris appellatur, & *vesper* cum subsequitur solis occasum. Apud Virg. *Hesperus* dicitur.

*Ite domum saturæ, venit Hesperus, ite capella.*

Quod vox Hebræa indicat non obscure. *Hareb* enim à verbo *Harab*, quod est ligare dicitur, quasi *vespera* sit crepusculum nectens noctem cum die sole præcipitato ad Occasum. *Considera quod dies ad occasum destruior sit, & propinquet ad vespere.* Ubi pro eodem Occasus solis accipitur atque *vespera*.

Rabbinus & inter illos maxime Aben Ezra, in sera illa parte s. diei distinguit *vesperas* duas. Prima, quæ incipit à solis occasu, & durat quandiu crepusculum. Altera est, quæ à crepusculi fine usque ad initium insequentis diei spectat. Ita ut prima *vespera* sit occultatio corporis solaris sub Horizonte, altera sit luminis solaris, quod aliquando post solis occasum apparet in aëre, obscuratio, seu occultatio. In cuius intervallo, quod spatium horæ unius & tertie partis horæ complectitur primæ *vesperæ* mactandum, in secunda autem sanctè convivendum, & devorandum: prima pertinet ad diem 14. tanquam finis, secunda ad 15. tanquam initium.

Hanc expositionem non sine derisu Scaligerus impugnavit libr. 6. de emen. temp. Inter illas enim *vesperas* Occasum scilicet solis, & ejus obscuritatem brevissimum currit tempus, ac-

que satis ut rapillo intermedio occidi, exui, exenterari, assari, & parari poterit agnus. Quæ ratio majores recipit vires ex iis, quæ ipse faretur Aben Ezra. Refert enim, sequitur, atque laudat R. Sadiam, qui à majoribus traditum scribit, quod ara erat in Salomonis templo, in qua una paschales victimæ jugulabantur (loquitur non de Phase in exitu Israël celebrato, sed de aliis in terra Chanaan Deo oblatis, in quibus eadem circumstantia temporis erat servanda) quinque pedibus longitudinis. Ex quibus sic convincunt Rabbinum: Quoniam si omnes immolari debebant in illa ara, quomodo in tam brevi spatio immensus agnorum numerus poterat successivè mactari? cum uno paschate apud Joseph lib. 7. Belli c. 17. paschales agnos immolatos 256500. referatur: Verum & si efficax videatur hæc ratio, si de agno paschali immolando loquatur, vix credi potest, quod Rabbinus iste de aliis sacrificiis paschalibus non sit locutus, quæ immediate sequentibus diebus solebant post ipsum phasem immolari, & similiter appellabantur Phasem. Distincta vero fuisse à Phase constat, quia hædus propriis domibus, non in templo, neque à Sacerdotibus, sed à patribus familias consueverant immolari. Oppositum respicimus in sacrificiis, quæ refert Aben Ezra mactata in templi Salomonici ara. De hoc superius diximus, & ex professo inferius dicemus.

R. Levi Ben Gerson duas *vesperas*, duo crepuscula significare credidit, matutinum, quod à lumine obscuro appellatur, & *vesperinum*, quod à tenebris cum luce mixtis dicitur. Ita sentire videtur idem Onkelos qui inter duas *vesperas*, inter duos Soles Orientem, scilicet, & Occidentem interpretatur. Sic etiam Drusus, & apud Martinengo pro aurora sumitur *vespera*, Veneris enim stella, prout subsequitur Solis occasum *vesper*, prout ortum ejusdem præcedit lucifer appellatur. Unde apud Mattheum. *Vespere Sabbathi, quæ lucescit in prima Sabbathi diei Dominice matutinum Marcus aperte monstravit, dicens mane una Sabbathorum.* Unde intelligitur Exod. 32. *A vespera usque ad vespere celebrabitis Sabbathum vestrum, id est à mane usque ad noctem.*

Fundari potest hæc expositio ex ra-

ria

Duplex  
vespera à  
Rabbi A.  
ben Ezra  
statuunt.

Impugna-  
tur.

ria acceptione dierum. Alij enim sunt naturales, quos Hebræi numerare incipiebant ab eo puncto, quo dies in primo rerum initio, & puncto cœpit decurrere, idest, ab illo, quo Sol declinat in circulum meridianum, ut ex Genes. cap. 1. *Factumque est vespere, & mane dies unus.* Alij erant vulgares, atque communes, & artificiales dicti, qui à mane usque ad alterum mane communiter numerari solebant. In hac secunda acceptione loqui Mosem Exod. c. 12. duo inter alia convincunt testimonia. Primum est Joannis, qui c. 19. Christum Dominum crucifixum circa horam sextam, tradidit, si autem à solis Occasu, & à dici vespere præcedentis numeraret dies, crucifixum dixisset ad horam 13. vel 14. fuit enim circa meridiem suspensus. Secundum est Matt. qui c. 20. de patre familias inquit egressum primo mane conducere operarios, deinde hora sexta & nona, & ad extremum hora undecima. Argumentum ergo est Hebræos ab ortu solis dies computare solere; credendum enim est Christum discipulos erudientem ea usum forma loquendi, quæ usitata apud illos erat. Moses ergo cum à vespere usque ad vesperam sabbatha præcipit celebrari, non duo serotina, sed unum matutinum, aliud serotinum, ex quibus dies componitur artificialis, intelligit.

4. Dura quidem est expositio ista debili principio fundata, ex detorta intelligentia Exod. c. 32. Quamvis enim in diebus artificialibus ab ortu solis & mane inciperet dies, non sic in naturalibus neque festivis, sive legalibus, isti enim à vespere serotina præcedētis diei usque ad sequentis serotinam vespere numerabantur, probatur hoc Levit. cap. 23. ubi loquendo de expiationis solemnitate, sic dicitur. *Affligetis animas vestras die nono à vespere usque ad vesperam.* Ibi autem vespere accipi sine violentia non potest pro mane dici decimi, quia eodem capite diem primum, & celeberrimum expiationis statuit die decimo mensis secundi: pari ergo modo, & simili acceptione usurpandum est Exod. 32. Cum à vespere usque ad vesperam dicitur celebrari sabbatha: idest ab Occasu solis usque ad alterum solis Occasum. Sed de iis inferius, quid ex propria sententia sentiendum. Pro nunc autem in ejusdem

expositionis patronos, fundamentum, cui fidunt, retorquetur. Deus enim cap. 32. tanquam quid singulare præcipit de festis, quod à vespere usque ad vesperam celebrentur. Si ergo idem esset à vespere, ac dicere ab ortu solis, seu à mane usque ad Occasum, quid peculiare festis, quod negaverit vulgaribus diebus attribuisse, quos ante præceptum divinum à mane computaverant usque ad noctem.

Alij tam ex Rabbiniis quam ex Christianis catholicis, sive sectariis dies festos à vespere usque ad vesperam computari decernunt, & serotinas ambas, exempli gratia dies decimus quartus & vesperam claudit diei 13. tanquam diei primam partem, post Occasum solis diei decimi tertij, & ante mane diei decimi quarti, & similiter aliam vesperam post Occasum in qua completur dies decimus quartus, & præcedit diem decimum quintum: unde clauditur & vespere, in qua completur dies decimus tertius, & initiatur decimus quartus & vespere, in qua completur decimus quartus, & initiatur decimus quintus. His constitutis oritur nondum composita inter expositores lis, quibusdam sententibus Hebræos phase celebrasse luna decima quarta ad vesperam posteriorem, illam scilicet in qua completur dies decima quarta & initiatur decima quinta. Aliis per oppositum, vespere diei decimi tertij initiante decimum quartum immolarum phase præcedente mane decimi quarti, & antecedenti vesperam, in qua completur decimus quartus, defendentibus.

\*\*\*

### S. I L

*Phase celebrandi tempus prima fuit vespere decimi quarti diei, & clausula decimi tertij: sic Christus Dominus celebravit ex Evangelica historia. Definitur similiter dies, quo cruce suspensus est.*

QUAMVIS plures patrocinentur, magnum paschalem immolarum fuisse luna decima quarta Nisan ad vesperam, quæ clausula est decimi quarti diei, non inferioribus nititur fundamentis, vespere, quæ initium

rium est decimi quarti, & finis decimi tertij, agnum fuisse mactatum. Hoc ergo semper ab intrinseco probabilius iudicavi.

Primum fundamentum Christus Dominus præstat, cujus acta norma sunt perfectæ impletionis legis. Christus ergo Dominus vespera priori & quæ initium est decimi quarti & finis decimi tertij immolavit agnum. Hic ergo præfixus & legitimus immolationis est terminus. Quoniam si in vespera, quæ clausula est decimi quarti, & principium decimi quinti, Christus edisset hædum, in ipso die paschæ festivo comedisset contra Joannem ca. 14. qui sic inquit: *Ante diem festum paschæ sciens Iesus, quia venit hora ejus, lavit pedes discipulorum, & cum illis hædum cenavit* Joan. similiter 19. Christus passus est die parasceve ad vesperam præcedentem mane diei decimi quinti, alias in die festo azymorum qui à vespera decimi quinti incipiebat passus esset, quod nullquam licebat juxta illud: *Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo.* Non ergo iudicium capitale fecissent Judæi, licet non Deum, populum ad minus timentes. Religionem ergo violabat capitale iudicium, ut dicemus Exod. cap. 20. Unde dicendum, immolasse Jesum vespera, quæ terminus est diei decimi tertij & principium decimi quarti. Quamvis enim illud. *Ne forte tumultus fieret in populo*, plures sic exponant de non capiendo Jesum, non quia dies festivus esset, sed quia populum, qui acceptissimus erat Christus, timebat princeps sacerdotum. Unde paschæ azymorum, ad quam ex omnibus fere conveniebant regionibus, tempus minus aptum, ut apprehenderetur Jesus, iudicabant ob populi majorem frequentiam. Quamvis enim hæc expositio evasio fuerit apparens, ex pluribus tam sacris, quam testimoniis profanis constat, in festo non licere iudicia, ut suo promissimus loco.

Hæc ratione plures convicti, Christum non die decima quarta ad vesperam posteriorem, sed ad vesperam quæ finis est decimæ tertix agnum immolasse paschalem, non sic Judæos, qui vespera posteriori diei decimæ quartæ immolabant, arbitrantur. Ita tenuerunt Epiphanius. hæc. 51. Euthym. in Matth. c. 26. Alij per oppositum Christum iudicant tempore à lege præfixo vespera

nempe decimæ quartæ diei posteriori immolasse, à Judæis autem in alium diem translatum ex maximi Synedrij constitutione. Sic Orig. in Matt. c. 26. Chrysost. Theophil. in Joan. 18. Post exilium Babylonicum (inquit Rupert. in Matth. 26.) constitutum fuit inter Judæos, ut quotiescumque pascha in feriam sextam incideret, sabbatum in sequentem diem transferretur, ne duobus diebus festis ab opere cessare populus teneretur. Unde rationabiliter putant, Esdræ aliquid iminuisse, maxime cum observantia constaret juxta Ecclesiasticam computationem, non juxta astrologicam, & naturalem, ut videre est in Ecclesia Romana. Sumebant enim Judæi principium mensis à prima luna post Equinoctium vernale, à qua fere omnium festorum numeratio regulabatur. Hanc de traditionibus Rabbīnorum minime illustravit Burgenſis ad Lyræ Matth. 26. ex Kalendaris Hebræorum pascha præbens in sextam incidisse feriam. Itaque Christus Dominus ipsa feria sexta pascha celebravit legis plene observantissimus. Judæi autem sequenti die, uti à majoribus constitutum celebrarunt. Et ideo Joan. 19. Magnus ille dies sabbati dicitur.

Hæc autem doctrina nulli placere potest. Verba enim Marci 14. *Primo die azymorum, quando pascha immolabant, dicunt ei discipuli. Quo vis eamus ut paremus tibi ut manduces pascha?* Luc. 22. *Veni dies azymorum, in qua necesse erat occidi pascha, & misit petrum, & Joannem dicens: Euntes parate nobis pascha ut manducemus.* Non autem repente hospitem adeo paratum reperisset, si commune cum Judæis reliquis non celebraret pascha, non enim id statim exhiberi potuisset: cum Exod. 12. agnus immolandus decimam quartam lunam, domum decimam introduci deberet. Neque abſtinentia ab opere servili duobus illis continuis diebus tam grave videri debuit, ut hujus gratia in alium, pascha liceret differre diem. Cum tam constanter lunam decimam quartam observari præceperit Deus, ut si qui, eo quod essent immundi: ea die celebrare non possent, non insequentem diem, sed altero mense expectare eandem decimam quartam lunam mensis Adar deberent ut 2. Petr. 30. tempore contigit Ezechiel.

*Eadem die quo reliqui Judæi Christus celebravit Pascha.*

Ex quibus quid dicendum ad illud quod Casaubonus ex Calendario Hebræo & Talmudico tradit. ¶ Non facimus (inquiunt) duo sabbatha continua propter olera, & mortuos, quia corporum cadavera calidioribus illis locis propter autumnales calores servari non poterant, neque cibi in plures dies parati. ¶ Hoc ergo testimonium ex Rabbiorum lacunis fœtidis ortum est.

*Quid ante  
diem festum  
pasche.*

Aliter ergo illud Joan. explicant alij. Cum enim inquit Ioan. Ante diem festum paschæ solemnitate intelligit azymorum, ut perinde sit, ac ante diem primum azymorum, quæ solemnitas erat Iudæis. Prima ergo azymorum dies luna fuit decima quinta primi mensis, ac proinde si ante primum azymorum immolavit, id egit necessario decima quarta luna. Eandem tradidit Baronius expositionem Ioanni, cum Iudæos non esse ingressos prætorium, ne contaminarentur affirmat. Inquit enim Cardinalis eximius, pascha in Scripturis non solum agnum paschalem appellari sed etiam aliam ex illis quæ per septem azymorum dies copia ingenti mactabatur.

*Deseritur  
Baronius.*

Verum Ioannem cap. 14. non intelligi debere de paschate azymorum constat ex eo, quod inquit ante diem festum paschæ immolasse, si autem decima quarta luna ad vesperam posteriorem mactasset, non ante sed in ipso die festo lavit pedes discipulorum, & agnum cenavit. Quoniam vespera posterioris lune decimæ quartæ est festiva & initium festi azymorum, juxta illud enim Exod. 32. à vespera usque ad vesperam præcipiuntur sabbatha celebrari, atque festiva, vespera ergo, quæ antecedit mane diei festivi initium sabbathi, atque festiva est. Unde Baronius, & pene omnes ex eo quod vespera posterioris lune decimæ quartæ est initium diei decimæ quintæ, à tali vespera decimæ quartæ diei incipere judicant azyma numerari, & optime, si teneant esse dumtaxat septem. Tum, quia non est compatibile quod Christus secundum Joannem ante diem festum id est ante azymorum primum diem celebraverit, & quod juxta Matth. capite 26. prima die azymorum accesserint ad Jesum discipuli ejus, ubi velit parari pascha, dicentes. Neque solidior est expositio Baronij de solemnitate azymorum intelligens pascha, cum

Joannes non possit non de agno paschali loqui. Inquit enim ne contaminarentur. Præceptum autem de vitanda immundicia, vel proprium erat solius agni paschalis, die quo mactabatur, vel solum diei primo & ultimo fuit communis quos à cæteris separat Deus Num. 28. & utrumque vocat congregationem sanctam. Alioquin si per cæteros dies præceptum idem fuisset observandum, cum tot modis pollutio contingeret, quis posset septem diebus mundus manere? Unde pars maxima maledictioni fuisset obnoxia, Constat hoc ex ipso Baronio, qui posse die festo reddi sepulchro mortuos, fatetur. Non ergo omnibus diebus incontaminatos requiritur esse.

Neque majori cum fundamento Christum die festivo & solemniter esse cruci suspensum sine inconvenienti concedunt. Dicunt enim non esse cur Iudæos tam atroci crimini intentos excusemus à culpa etiam in circumstantiis: Præcipue cum Christum non semel in die festo lapidare, comprehendereque curaverint. Quin dici potest, propter scelera gravia occidere fas fuisse Iudæis, sicut homo ille, qui sabbatho colligere ligna comprehensus, Dei ipsius præcepto sabbatho fuit lapidatus. Iudæi autem immania crimina Jesum commisisse invidia iudice non semel testati sunt. Sine fundamento inquam profertur. Quamvis de odio, Iudæorumque cæcitate facile credendum foret jura solemnitate rupisse, de Romano præside, qui in quantum posset à morte liberum conservare volebat, credi non potest iudicia die festivo exercuisse, quo Romanorum legibus, quibus Iudæi tenebantur, iudicia vacabant, cum tam rationabili religiosaque causâ differre posset supplicium nulla præstita ratione querelæ Iudæis. Neque id quod de homine ligna in sabbatho colligente adducunt, eorum causæ patrocinium potest præstare propter dicenda Exod. c. 20. & quia dispensatio fuit expressa legislatoris.

## §. III.

*Exponitur locus Exo. 12. & veritas nostræ expositionis lumen recipit novum. Illaque nocte acta quæ sint referuntur.*

6. **F**UNDAMENTUM offert huic expositioni scriptura non minoris roboris, quam præcedens. Quoniam Judæi egressi fuerunt nocte de Ægypto Exod. 12. *Nox ista est observabilis Domini, & Deu. Immolabis phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto.* Cum autem eorum exitus non fuerit nocte, qua agnum immolarunt, tum quia dicitur Exod. 11. *Nullus vestrum egredietur ostium domus suæ usque mane*, tum quia petierunt aurea vasa ab Ægyptiis, & postea congregati in Ramesse se viæ omnes simul dederunt ea nocte, qua agnum immolarunt, dicendum est, in Ægypto mansisse Judæos. Quo enim pacto tot tantaque eadem & una nocte perficere possent? Una ergo nocte immolarunt agnum, & altera fuerunt profecti de Ægypto. Cum ergo contigerit exitus nocte, quæ antecedit mane decimi quinti diei ut Exod. 12. & Lev. 23 firmum manet, non nocte, quæ decimum quantum sed decimum quartum præcedit, agnum paschalem fuisse immolatum.

Unde manifeste convincuntur quotquot ex festinatione, qua Pharaon Israelitas urgebat, eadem nocte qua immolarunt phase, egressos esse opinantur, idque indicatæ ceremonias quibus agnus immolabatur, decernunt, cum calceamentis enim, cum baculis illum comedebat accincti, cujus mora tam brevis a sacro textu explicatur, ut neque fermentationi dederit locum Judæis, unde egressos de Ægypto initio crepusculi matutini luce scilicet cum tenebris mixta. Non enim ibi pro ultima parte noctis accipitur, cum scilicet tenebræ sunt, sed lux appropinquat. Jugula ut ergo victimam ante solis occasum superliminari eadem vespere sanguine asperso, victimasque ostiis domorum clausis comederunt, & media nocte occisis primogenitis Pharaon, & cæteri Ægypti metu perculsi Moysen, & Aaron egredi cū populo compulere, ac tandem exitus nondum excussis tenebris contigit sub matutinum. Convincit

inquam oppositum Sacæ textus, cum Moyses præcepit omnes, ne ostium domus usque mane egredi auderent. Si hoc ita contigit, quis facile credat, tantam hominum multitudinem intra duarum horarum spatium in Ramesse convenisse, ab Ægyptiis vasa petisse? Satis enim festinanter egressi essent, si unius diei solus spatio sua bona & armenta colligere, Ægyptios spoliare, & simul proficisci coacti sunt. Neque veriti ut aliter possent Deut. verba *ad solis occasum*. Ibi enim solis occasus non indefinitam, sed determinatam temporis partem significat. Duo ergo dicit Deut. locus, & quod phase ad solis occasum fuit immolatum & immolari debebat, & quod ejusdem solis occasu ex Ægypto eveniret exitus. Si autem nullus *vespere ad solis occasum* pro indefinita temporis hora, neque pro mane accepit in agni paschalis immolatione, cur nisi cum violentia idem tempus ad matutinum in exitu ab Ægypto detorquet?

## §. IV.

*Exponitur quot fuerint azymorum dies apud Hebræos, & duo fundamenta opposita sicut etiam in variantur.*

7. **V**ARIIS propugnare præcedentem expositionem oppositum quam plures sentientes Sacæ paginæ testimonijs conantur. Primum, quo præcipue nituntur ex cap. 12. Exod. arripiunt. Eius enim azymorum cum agni paschalis immolatione incipiebat, & per septem dumtaxat dies durabat. Si autem celebrari dicamus phase vespere priori decimæ quartæ lunæ, non septem forent, sed octo azymorum dies, quoniam à vespere præcedente decimum quartum usque ad vesperam in qua completur & terminatur dies vigesima prima (quod tempus sui azymorum sacæ textus assignat) non septem, sed octo dies currere certum est. Quod si quis dixerit per vesperam vicepsimam primam, non quæ terminus sit prædictæ diei, sed principium, intelligi vesperam, contortum sentium quæ non videtur. Quis namque credat in duabus solennitatibus, de quibus fit in eodem capite mentio accipi in una vesperâ prout

terminus & clausula est diei, & in altera prout est inchoatio, & initium? Verum de hoc inferius in Exod. eodem cap. 12.

Secundum ex eodem cap. 12. fundamentum desumunt, ut Phase celebratum lunæ decimæ quartæ vespere posteriori convincant. Præcipit etenim Deus ibi, ut pascha luna decima quarta ad vespeream celebretur. Vespere autem, quæ mane diei decimæ quartæ præibat, & in qua ipsa terminabatur, non ad prædictam diem, sed ad decimam tertiam spectat, & pars reputabatur illius. Lunâ ergo decima tertia & non decima quarta victima mactaretur contra verba paginæ Sacræ. Tum quia ibidem dicitur *Eadem ipsa die educam vos de Ægypto*. Exitus autem de Ægypto decima quinta luna contigit, non vespere priori decimæ quartæ, sed posteriori & quæ initium est decimæ quintæ. Non ergo lunæ decimæ quartæ priori sed vespere posteriori Israël exitus fuit de Ægypto. Denique quoniam fundamentum, quo fidunt præcedentis expositionis patroni, ex illo à *vespera usque ad vespeream celebrabitis sabbatha vestra*, desumunt. Lunæ autem decimæ quartæ festiva non erat vespere prima, sed solum posterior, cum non decima quarta dies sed decima quinta festiva esset, à vespere incipiente solemnitate. Quamvis ergo vespere posterior diei decimæ quartæ spectare possit ad decimam quintam tanquam solemnitatis initium, non sic vespere posterior diei decimæ tertie.

Primum imprimis, si quid roboris habet, non pro posteriori sed pro prima decimæ quartæ lunæ vespere stare videtur. Quoniam dies juxta Scripturæ acceptionem incipit à vespere antecedenti, referens enim dies creationis prioris à vespere incipit Scriptura. *Factum est vespere, & mane dies unus*. Prima ergo vespere pertinet ad diem cujus mane antecedit, unde sicut immolatio, si fieret vespere mane diei decimæ quintæ præcedenti ad diem spectaret prædictam, vespere diei decimæ tertie celebrata præcedenti decimæ tertie lunæ mane pertinet ad decimam tertiam. Quod expresse tradidit ipse Josephus lib. 2. Ant. Jud. c. 5. ¶ Appe-

rente autem (inquit) decima quarta omnes ad iter accincti sacrificabant. ¶ Vel ut vertit Rufinus. ¶ Cumque instaret decima quarta dies. ¶ Quod initium decimæ quartæ lunæ agni tempus legitimum denotat esse.

Facilius explicari est secundum. Quoniam ut vere dictum sit illud *eadem die educam vos*, sufficit quod ab illo tempore exitus facultas sit impetrata. Tunc enim fieri dicitur passim in Scriptura, cum primum exequi incipit. Sic homo, cum violavit legem divinam, primum mortalis dicitur fuisse, quia ex tunc jus in supplicium contraxit, miserisque mortalitatis subditus mansit. Unde eandem in veritatem conveniunt Marcus, atque Matthæus illo de hora, qua Christus fuit in cruce suspensus. *Erat autem hora tertia, hoc hora sexta* scribent. Quippe à iudice hora tertia damnatus est cruci, quamvis hora sexta fuerit suspensus. Simile dicendum est de exitu Israël de Ægypto. Ulimum autem minus convincit. Quamvis enim decimus quartus dies non esset festus solemnitate otij, illo enim homines poterant operari, mactatu tamen agni solemniter, & celebris erat. De hac ergo festivitate intelligendi sunt quotquot patres, die festo Christum fuisse passum dixere. De quo videndus Azor. tom. 5. libr. 6. c. 33. q. 3.

Neque ex iis sequitur Christum Dominum non consecrasse in Azymis, cum hæc solum inciperent edi lunæ decimæ quintæ priori vespere. Credendum autem est Christum pane usuali, & quem præ manibus tunc habuisset, celebrasse sacrum mysterium. Non sequitur, inquam, quoniam & si Christus die anticipato agnum celebrasset paschalem, usus etiam probaretur consecrationis in azymo, in carnâ enim agni azymus tantum adhiberi poterat panis cum autem Christus peracta coena legali, lotisque pedibus nullo alio expectato pane, apposito in mensa azymo consecravit juxta legitima præscriptis indulta patribus. Nisi dicendum sit à vespere priori decimæ quartæ illucescentis diei fermentum eliminatum, unde octo dies non septem duraxat azymorum recognoscimus. De quo inferius.

Exod. 12. *Quarta decima luna mensis Nisan immolari præcipitur agnus.*

Levit. 23. *Secundo die paschatis ex novis frugibus præcipitur offerri manipulum. Hoc enim non compatitur cum mensibus lunaribus ex 29. constantibus diebus, quibus utebantur Hebræi, juxta quos luna decima quarta, qua hoc anno convenit cum Nisan, post plures in Decembrem conveniet, in qua nova anni fruges impossibiles sunt ex natura rei.*

3. **C**UM anni lunares quibus utebantur Hebræi breviores fuerint anno solari, undecim minimum diebus, sequitur evidenter primum mensē non semper fuisse novarum frugum, neque Omer præceptum in lege statuto tēpore offerri potuisse, sed paulatim post aliquot annos primus mensis anni hiemē mediam occupasset, & tandem ad autumnum & æstatem retrocessisset. Sic Eliah Ben Moiseh, Seld. 1. c. 18. ¶ Quoniam annus solaris (inquit) excedit lunarem diebus 10. & horis 21. præter minutias aliquot, ideo subinde oportet annum facere mensium tredecim, ut inde habeatur Abib, seu tempus verum mense in primo, juxta id quod legitur in Scriptura *Custodi mensē Abib*, ut scilicet ita satis adaptentur invicem anni Solares, ac Lunares.

*Forma intercalationis & anni embolismici.*

¶ Circulum ergo 19. annorum constituebant, quem decemnovenalem vocabant, in eo duodecim anni duodecim menses Solaribus æquales claudunt, & appellantur communes, & regulares: ex septem aliis tredecim mensibus quilibet constat, & anni dicuntur embolismici. Forma autem intercalationis hæc erat. Elapso anno lunari, qui mense terminabatur Adar nostro Februario fere correspondenti, alium addebant mensē, & secundum Adar vocabant, ut solemnitates cæteræ stabilem semper sedem haberent, quia post mensē adjunctivum jam dictum sequebatur immediate Nisan, qui primus apud Hebræos erat in festis, & clavis præcipua disponendi anni totius paschatis festum.

¶ Tempus autem Phase festivum non incipiendum, inquit Seldenus ex receptissima à majoribus traditione, nisi plane constaret æquinoctium verum, quem Tekupham Nisan appellant, aut postero immolationi die aut ante eventurum: adeo, ut nisi præciterent, si an-

nus elabens communis foret, seu duodecim tantum mensium, æquinoctium in ratione temporum aut ante diem 15. Nisan, seu primi mensis anni imminens, aut eodem die confectum iri, annum elabentem intercalarem facerent, seu mēsum tredecim, ut inde Nisan imminens anni fursum protrusus, vicem ejus Adar secundo occupante, cōmodum in diebus suis præberet paschati locum, seu tempus quod aut æquinoctium sequeretur, aut non aliter, atque dictum est, anticiparet. Hinc aiunt, hoc fieri solitum, ne scilicet non celebraretur pascha tempore Abib, seu maturefcentium frugum. Atque rationi huic ita subnitebantur, ut absq; ulla alia annum intercalarent. Etenim aliæ fuere causæ, eæque ferme triplices; ut serotina frugum, agnorū, hædorum maturitas itinerum ad urbem sequentium incommoda, veluti pontes diffracti, aquarum colluvies, viæ cænosæ: & minime idoneus fornacū Hierosolymis annis paschalibus assandis status. Eriam causas hæc sub exitum anni elabentis prævias adjunctivū seu intercalare adhiberi voluerūt mensē, ne scilicet per aliqua illorum incommoda deesset quid paschati, festisque insequentibus vernis omnino necessarium. Frugum autem ac vernantis temporis status considerabatur in regionibus illis tribus Iudææ, Transjordanina, ac Galilææ. Si in harum duabus serotina prævideretur sub exitum anni maturitas, intercalabatur annus; non item, si in earum unica aliqua. Personæ quas & Phasibus decernendis, & intercalationi annali præfuisse ajunt Talmudici, erant Princeps, ac Synedrij collegæ magni Hierosolymitani, seu eorum ex ipsis mandatarij aliquot, minimum tres, qui usque in septem augendi; si sententijs dissidissent, nec omnino alij, invito autem Principe anni intercalatio admittenda non erat.

*Mensis Adar seu intercalaris.*

De quibus sic Maimonides Halach-  
Kidusch hachodesh c. 2. §. ult. ¶ Quo-  
ties Synedrium ( inquit ) sanctificasse  
Neomeniam , sive id ex errore , aut  
ignorantia , aut etiam vi aut invito fe-  
cisset , sanctificatio legitima erat. Et uni-  
cuique necessario inde occubuit offi-  
cium festa , atque alia tempora obser-  
vandi juxta diem , quæ illi sacrificaf-  
sent. Atque etiam si sciret ipse Syne-  
dros errasse , illorum tamen iudicio ei  
erat nitendum. Neque enim aliis præ-  
ter illos hoc negotium traditum est.  
Atque is qui festa observanda iussit ,  
eorum item iudicio iussit standum.  
¶ Quotrahunt illud Levit. 23. *Et lo-  
quutus est Dominus ad Mosem dicens ,  
loquere ad filios Israël , & dices ad  
eos, solemnitates Domini , quas vocabi-  
tis convocationes sanctas , hæ sunt so-  
lemnitates mea. Ubi legunt vocabitis  
vos , sicut habetur in codice Samarita-  
no, quasi Mosi , & Synedris suis , ejus-  
que successoribus dictum fuisset. Vnde  
intercalationis scientiam non cuiilibet ,  
sed eis, qui manuum impositione ordi-  
nati sunt intelligentiores, datam aiunt,  
presbyteris , scilicet in Synedrium Ma-  
gnum coaptatis. Postquam autem desijt  
Synedrium, jus Neomeniarum & Pha-  
se atque intercalationum decernenda-  
rum desijisse Talmudici volunt. Synec-*

drij autem, qui rei huic præferre col-  
legæ , simul ac tempore suo vidissent  
corniculantem lunam adclamabant.  
*Sanctificata est, sanctificata est*, succla-  
mante similiter populo , qui simul ad-  
esset. ¶ Si conspiciatur ( inquit. Eliah  
Ben Mosch Seder 1. c. 16. ) Luna cum  
Sole in die 30. scito hunc diem esse san-  
tificandum. Si non conspiciatur cum  
Sole, sed conspiciatur post vesperam  
suam , scito diem postriduanum esse  
sanctificandum, si nec die 30. nec ves-  
pera compareat, observandus est etiam  
dies 31. in quo si appareat cum sole  
prope hujus occasum, scito, diem hunc  
sanctificandum. Quod si conspiciatur  
cum Sole die aperta veluti horis dua-  
bus, aut tribus ante occasum Solis, scito,  
diem huic pridianum ( idest 30. ) esse  
sanctificandum. ¶ Cum autem de cer-  
to juxta eorum disciplinam Neomeniæ  
dies satis non liqueret, duos dies ob du-  
bium celebrabant, ut Eliah Ben Mosch  
in Seder. 1. c. 16. Formulam edicti no-  
mine Principis Synedrij conscribi so-  
litam, missamque per vrbes terræ san-  
ctæ, aliaque loca , memorat Maimon.  
sic: *Vobis innotescat, me , sociosque meos ,  
seu collegas meos consensisse , ut adijcia-  
tur huic anno tantum , vel tantum.* Si-  
milis refertur in Guem. Bab. tit. Sanch.  
cap. 1. fol. 11.

Exod. 11. *Habitatio autem filiorum Is-  
rael, qua manserunt in Ægypto , fuit  
quadrigentorum triginta annorum.*

Genes. 15. *Affligent eos quadrigentis  
annorum.*

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

### S. I.

*Varia Rabbinoꝝ proponuntur , pro  
vera hujus Antilogia concordia,  
placita.*

10.  
*Ridendus  
R. Jochana-  
naam.*

**I**N præsentem textuum oppositio-  
ne , quam Hieronymus insoluta  
reliquit, varia delirarunt Rabbini.  
Prius autem irridendus est R. Jochana-  
naam, qui 430. annorum in ortu Ephraim  
& Manasses sumit initium quinque an-  
nis ante ingressum Jacob in Ægyptum  
quibus si addas 210. quo immorati  
sunt tempore Israëlitz in Ægypto  
sunt 215. quibus duplicatis 215. annis  
noctis, & diei totidem , 430. numerum  
implent dierum civilium 12. horarum,  
licet non naturalium 24. horarum. Hoc  
inquam delirio omisso Rabbi Ben

Gerson, principium captivitatis sumit  
à nativitate Jacob , qui primus in ter-  
ra non sua peregrinus incessit misera-  
bili peregrinatione continua: inde ergo  
usque ad exitum Israëlitz 355. fluxerunt  
anni. Dominus autem eorum commo-  
tus meritis 45. annis miseriam, & capti-  
vitatem breviavit. Sensit idem Christo-  
stomus homil. 38. in Genes. Decretum  
(inquit) quo statuerat 400. annis illos  
affligere, eorum miseria motus variavit,  
& abbreviavit eorum afflictionem , &  
pœnam 200. annis.

Hæc autem expositio ex eo difficilis  
redditur, quod afflictio in rigore sum-  
pta 122. annis solum duravit. Constat  
hoc, quia afflictio rigorosa mortuo pri-  
mo Pharaone , cujus in gratiam , &  
vixit, & clavum tenuit Josephus, cœpit.  
alio Pharaone imperante, qui immem-  
or benemeriti in Ægyptum Josephi,  
illo,

*Impugna-  
tur R. Ben  
Gerson.*

illo, & fratribus jam defunctis, populum opprimere incepit ( à Mariæ ortu exordium afflictionis Hebræi plures sumi arbitrati sunt, & ab eius nomine amarum esse appellatam ) Quamvis autem immediatè à morte Levi incepit servitus 96. annis, accidit post ingressum Jacob in Ægyptum, unde solum durare potuit 122. annis, non igitur intelligi potest littera textus de extrema afflictione populi, ut voluit Chrysofomus, & citatus Rabbinus. Sic observarunt R. Eliezer cap. 48. & Elias Orientalis in paraf. Neque credibile est, Deum sic velle affligere Abrahamum, ut ejus misericordiam non revelaverit, ante prædixitum tempus à captivitate Ægypti populo liberato.

rum minatus est, quod de termino vitæ hominibus in posterum futuro haud intelligi valet, ut credidere Josephus, Philo, Lactantius, Rupertus, & Abulensis, & constat ex textu vita plurimum 200. annorum terminum excedente. Intelligendum ergo est de vitæ hominibus tunc præfixo, ut intra illum pœnitentiam egissent. Post 100. autem, ante 20. annos homines inundavit diluvium cunctos, quos arca non custodivit illæfos. Sic sentit Hieronymus. ¶ Quod vero ( inquit ) pœnitentiam illi agere contempserunt, noluit Deus tempus expectare decretum, sed 20. annorum spatijs amputatis induxit diluvium anno centesimo agenda pœnitentiæ destinato. ¶ Sentiant ergo omnes comminationes includere conditionem ab hominum pendentem meritis, vel peccatis. Hæc sententia, si vera non est, nullum tamen relinquit vestigium, quo falsitatis possit convinci.

*Expositio  
Aben Ezra  
impugna-  
tur.*

Aben Ezra initium 430. annorum à 70. ætatis Abraham, quo eductus est de Vr Chaldæorum à parente Thare, unde cœpit ejus peregrinatio, desumit, tuentibus etiam Beliandro Capelo Tremelio, Beza, & Codomano de protestantibus. Verum hæc expositio ex illo principio falsitatis arguitur, quod peregrinatio Abrahamo à Domino revelata à promissione ipsi facta cœpit, hæc autem, cum 75. annum compleisset, ut constat Genes. 12. & 21. facta est, solum enim à promissione usque ad ortum Isaac 25. anni fluxerunt, non 30. Præterea supponit tanquam verum, quod à plurimis jam diu dubitatum est, quod Vr civitatis sit nomen, quidquid sentiat Josephus. Vr enim in sua origine ignem significat. Unde Moses Gerundenfis, atque Maimonides in suo directorio, miraculosè à Deo liberatum à flammis Abrahamum constanti animo idololatriæ reclamantem, sentiunt, & innuere, illa verba: *Ego te eduxi de Vr Chaldæorum*, volunt.

Moses Gerundenfis, non esse in rigore de 430. annis Exodi locum intelligendum, ita ut vere tot current anni. Deus ergo solum revelavit Abrahamo 400. annorum captivitatem suæ posteritatis, & illa tantum intendit, verum delictis, & abominationibus postea irritata patientia addidit servitutis alios 30. Neque sine fundamento sit dictum. Nullibi Sacræ Paginæ affligendum 40. annis per desertum populum, traditum est, propter eorum autem delicta inflicta fuit hujusmodi pœna. Iratus Dominus. *Non permanebit spiritus meus in homine, etc. eruntque dies illius 120. annis.*

¶¶¶¶¶

§. II.

*Proponitur communis expositio  
Doct. rum.*

**A** N T E omnia sciendum est necessario pro textuum oppositionis concordia, triplici infelicis fortunæ statu Israëlitas fuisse vexatos peregrinationis, servitutis, & afflictionis ærumnis quibus Ægyptus, atque Chanaan molestavit. Primus incepit ab Abrahamo supposita promissione: post mortem tribuum sive filiorum Jacob passus fuit secundum, de quo Psal. 103. miserrimus tandem status, quo arctissima afflictione fuerunt oppressi cœpit à novo Pharaonis imperio, quo fluctibus, & undis, & filij Hebræorum sunt traditi, & labore laterum vehementer opprimebantur. Hoc animadverso sic conciliari debent Moses in Genes. & ipse in Exod. atque Paulus ad Galatas 3. Hic enim, & Moses in Exodo à promissione Abrahæ ætatis suæ 75. quo à patria sua Chanaan versus peregrinavit à Deo vocatus, numerant annos 430 Quoniam à 75. Abrahæ usque ad ortum Isaac 25. anni currebant, centenarius enim Abrahæ nascitur Isaac, ab hoc usque ad ortum Jacob 60. ut Genes. 25. ab isto au-

*11.  
Triplex afflictionis filiorum Israël status.*

tem 130. annos, numerabis 215. partem annorum Ægyptum ingressus est Genes. 46. Collige 25. 60. & 130. annos, numerabis 215. partem annorum dimidiam, quos quærimus : ita ut totidem ab ingressu Jacob usque ad exitum supersint. Genesis v. 15. de peregrinatione agitur ( sicut , & locus Judith ) seminis Abrahamæ, ubi non comprehenditur ipse Abrahamus, semen enim non Abraham, sed Isaac, in quo omne vocabitur semen, intelligitur. Ab Isaac ergo peregrinatio sumpsit exordium, cum quinque solum esset annorum, tunc enim Ismaël, qui secundum carnem natus fuerat, persequabatur eum, qui secundum spiritum, ut inquit ad Gal. 4. Paulus, à quo tempore usque ad exitum de Ægypto 400. rotundi fluxerunt anni. Sic D. Augustinus, & communiter Sancti Patres Abulensis, & Expositores recentes, quos ex Rabbiniis sequitur Manasses Ben Israël. Vel si velis dicere ab ortu Isaac numerari debere annos, à quo usque ad exitum currebant 405. anni, facile componitur, cum passim Scriptura Sacra numerum minorem contemnere solear, unde quinque, qui anni supersunt in numero majori, & rotundo observentur. Sic sentit D. Aug. Scriptura ( inquit ) contenta solida annorum summa solet ita nuncupare tempora, ut de summa imperfectioris numeri, qui paululum excreverit, aut infra est, non computetur, sic Beda, Olearter, & communiter alij.

*Numerus rotundus.*

Verum contra istam expositionem, plures neque leves insultant difficultates : Verba namque Scripturæ expressè tradunt, habitationem filiorum Israël fuisse 400. annorum, non filios Abrahami eorum avi, in Ægypto, non in Chanaan. Si ergo certissimam Augusti regulam amplectamur, quoties in Scriptura rerum gestarum instituitur narratio, verba quantum fieri possit in genuina significatione capi, & intelligi debent filij Israël propriè dicti, non filij Abraham, sed solius Iacob filij sunt. Quis enim avum, aut patrem alicujus ejusdem filium appellet? Quis Ægyptum Chanaanitidem intelligit? Roborat textus ipsius verba : *Scito pravo cens, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua. Hanc inferius exprimit subiiciens eos servituros, quasi intelligant illam, qua gra-*

vibus cladibus sunt afflicti, hanc autem Ægyptum, non Chanaanitidem esse nullus negabit. Ulterius terram non suam appellat, in qua peregrinum fuit semen Israël Scriptura, Chanaan autem non tam terra non sua vocari debet Israëlitis, quam Ægyptus. Cum enim Deus posteris Abrahami terram Chanaan promisisset, jamque illi si nō jus in re, saltem jus ad rem suo tempore possidendam habebant, terra Chanaan magis eorum dici potuit, quam non eorum. Adde, quod de illa terra loquitur Deus, de qua post servitutem egressi sunt cum magna substantia. Hæc autem Ægyptijs, non Chanaanica erat terra. *Generatione autem quarta revertetur huc*, inquit textus, quasi Chanaan terminus fuerit ad quem, Ægyptus egressiois à quo, ut sic loquar. Neque à textus littera Hebræi longissime distat. Ubi enim nos *In terra non sua*, legimus, ipse, *bereez lo labem : in terra non ipsis* id est in terra non ipsis debita, nec promissa Gen. etiam 31. Iacobum affatur Deus. *Revertere in terram patrum tuorum*, quibus verbis sine controversia Chanaanitidem intelligit, Dei igitur iudicio Chanaan Abrahamæ, & seminis ejus fuit.

Secundo difficilem reddit traditam superius expositionem locus Judith. 5. *Cumque operuisset*, ( inquit ad Holofernem Achior ejus dux ) *Omnem terram fames, descenderunt in Ægyptum, illicque per quadringentos annos sic multiplicati sunt, ut dinumerari non posset eorum exercitus.* Quid clarius illustrari potest. Populus enim non potest in Ægypto dici multiplicatus, priusquam illic è Iosephi liberi nascerentur : nullus namque Hebræorum ante duos Iosephi filios natus est in Ægypto, ac proinde totum illud quadringentorum annorum tempus, per quod multiplicati sunt in Ægypto necesse est inter Manasse primogeniti Iosephi exitum & Moysi exitum contineri. Scopus namque perorationis Achioris illic tenet, ut sicut benignitatem in populo protegendo, sic in illo multiplicando providentiam, curamque declararet. Eam autem longe cumulatius exaggeraret, si per 200. dumtaxat, quam si per quadringentos annos multiplicatum diceret populum, ita ut dinumerari eorum non valeret exercitus. Insulsus sane fuit Achior, qui

qui contra causam, cujus patrocinium agebat, numerum duplicavit, cum tantum minueret miraculum quantum annorum numerus cresceret. Potius igitur è legitimo numero subducere, quam adijcere debuisset, si semel dispendium veritatis non curaret, ut mirabilem in propaganda populi sobole, providentiam divinam significaret.

Dicit quis fortassis, Achiori rerum Judaicarum alienigenæ ignaro fidem adhibendam non esse. In quos difficile argumentum liber Paralipomenon subministrat. Novem, Ephraim, liberos internecione deletos, totamque ejus familiam penitus extinctam luxit Paral. 1. c. 7. Josephum, qui dicit, vidisse hanc cladem, nullus repertus est, biennio post Josephi mortem accidisse putant Salianus, Tirinus, & alij, & alij, anno post Jacobi delcentum 73. *Luxit itaque Ephraim pater eorum multis diebus ita, ingressusque est ad uxorem suam, qua concepit & peperit filium, & vocavit nomen ejus Beria.* (inquit textus) Quo sane tempore annus 74. currerat, supererantque ad Exodum 140. dumtaxat anni, si solum 215. habitasse Ægyptum Israëlitas, ponamus. His statutis ultra progredimur à Beria usque ad Josue fuerunt septem generationes. Porro (inquit textus) *filius ejus Rapha, & Reseph, & Thale, de quo natus est Thaan, qui genuit Laadam, huius quoque filius Amud, qui genuit Elisama, de quo natus est Nun qui habuit filium Josue.* Adeoque Josue octavus ab Ephraim, septimus à Beria numeratur. Tunc sic. Mortuus est Josue filius Nun, servus Domini centum & decem annorum Josue 24. Post Mosis obitum reipublicæ clavum tenuit annis decem, ut putant Canus, & Caietanus, aut 14. ut sensit Petavius, aut 17. ut Beda, Adricomius, Arias Montanus, Joannes Lucidus, Torniiellus, Sahanus, Henricus Philippus, Tirinus, & alij. Unde cum populus de Ægypto egressus est, Josue fuit annorum 60. calculo Cani, & Caietani 56. Petavij autem 53. ut alij, quos 53. si à 140. deduxeris, inter Beria, & Josue exortum 87. dumtaxat intercesserunt anni tribuendi septem generationibus, ita ut singuli Josue majores liberos duodecimo circiter ætatis susceperint anno, & undecimo generarint. Præstat ergo tempus mansionis in Ægypto producere, quam tot

generationum capita tam arctis temporum limitibus cohibere. Quod si eorum mansioni 430. tribuamus, erunt inter Beriam atque Josue circiter annos 300. qui in septem generationes partiti, singulis anni fere 43. respondebunt.

Verum, quamvis catachresis, sive *Synecdoche duplex*, quam necessitate *defensuræ* compulsi tenentur admittere hujus expositionis patroni, duriuscula esse videatur, ut est confessus Petavius, eam tamen, quia tot conspirantium chronologorum auctoritate munitam, cogimur defendere, unde nomine Ægypti Chanaanæ terra, filiorum Israël, eorum majores intelliguntur, filius namque non solum significat illum, qui rigorosè talis est nascendi conditione, sive adoptione quæsitum, sed pro eo, quod altero continetur. Sic frumentum dicitur filius areæ Isai 21. & Threnor. 3. *Misit juvenibus meis filias pharetra suas,* id est sagittas, quæ pharetra continebantur. Abraham ergo unus de filijs Israël, quia caput & princeps populo Israëlitico habetur, merito dici potest. Israël namque nomen collectivum est (ut sic loquar) populum significat, non hominem singularem, unde per proleptum non est quare Abraham non valeat vocari Israëlita, ut apud Poëtam.

*Evandrus Romana conditor arcis.*

*Ascanius magna spes altera Romæ.*

Dicuntur, licet uterque diem obierit extremum multis sæculis, antequam populus Romanus id nominis obtineret. Nomen quidem filij apud Hebræos interdum pro tota usurpatur natione, ut Isai 11. *Et prædabuntur filios orientis.* Thren. 4. *Fily Sion inclityt.* Hæc eadem sentiunt Rabbini, Moses Alhelda, & R. Natham in Beresith Raba. Patriarchæ enim omnes (inquiunt) nomine Israël appellari solent, licet solius sit proprium Iacob, Israël enim nomen dignitatis, honoris, & decoris est apud Hebræos, & sic post Iacob omnes patriarchas hoc nomine appellabant Iacob ipso priores. Iudæi similiter nomen proprium erat unius tribus, per appropriationem tamen, quemlibet, qui esset conspicuus in populo, illo cognomine decorabant, sicut Mardocheus, qui de tribu Iuda originem non ducebat, in libro Esther appellatur Iudæus.

13.  
Vocabulo  
Ægypti  
contineri  
Chanaaniti-  
dem.

Vocabulo Ægypti contineri, non Ægyptum solam sed Chanaanitidem etiam sustinendum est, neque oppositum convincit Genes. repetitus jam locus. Prima namque Abrahamæ peregrinatio fuit versus Ægyptum Genes. 12. Ultima fuit in Ægypto, ubi durissime, & tempore longo populus fuit afflictus. Denominatio ergo cum à principio, & sine accipiatur, cætera intercludit, & absolute ejus habitatio, & mansio dicitur fuisse in Ægypto. Neque à proposita expositione nos dimovere potest textus ponderatio reduplicata, videlicet, quod Moses semen Abrahamæ in terra non sua dixerit peregrinum 400. annis. Non enim ideo sentiendum est, quod omnes illos annos exegerit in Ægypto, sed quod illud annorum 400. spatium in terra non sua compleverit. Favet Augustini de annis Tharæi testimonium. Ille namque 205. annus in Charra vixit, non quia omnes ibi sint acti, sed quia ibi completi sunt. Quod si quis dixerit istum loquendi modum apud solos Septuaginta seniores haberi, quorum auctoritas vel lectio aliquibus mendosa habetur neque contra codices Hebræos, Chaldæos, Latinosque præscribere debet, aliud non spernendum tradit liber Iudith testimonium. *Mansit autem* (inquit textus Iudith ult.) *in domo viri sui annos centum quinque.* Quod referri debet ad annum centesimum quintum vitæ suæ, non quod omnes in domo viri sui annos exegerit, sed quod illos ibi compleverit. Pariter cum semen Abrahamæ peregrinum dicitur fore 400. annis in terra non sua, sic intelligere debemus, non quasi quadringentis illis annis in terra non sua, id est in Ægypto versati sint, sed quod ibi quadringentesimum suæ peregrinationis annum impleverint.

Defensatur  
Genebrardus.

Quamvis superius relata expositio, plures quam Genebrardi habeat patronos, non ideo ista, ut à plerisque sit, oculis asperni debet, ut inquit namque Cicero de natura Deorum. ¶ Non tam auctoritatis in disputando, quam rationis momenta quaerenda sunt. Quin etiam obest plerumque ijs qui discere volunt, auctoritas eorum qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident. ¶ Igitur Genebrardus chro-

nologiæ suæ caput 430. annorum, ab ingressu filiorum Israël in Ægypto, & incepta habitatione, prout verba sonant, accersit, & filios Israël, proprie pro filijs Iacob, non pro majoribus accipit. Terram non suam & Ægyptum, non Chanaanitidem, sed Ægyptum intelligit solum. Quæ omnia omni seculo dubio suaviter literæ consonant, dummodo à difficultatibus ab annis Caathi, Amrami & Mosi petitis nos extricare possimus. Neque magnopere luctandum est, ut illas difficultatum tricas eluctemur, de quibus inferius.

Nunc autem jam pullulant difficultates. Prima est. Quoniam Caath avus Mosi jam natus erat, cum Iacob descenderet in Ægyptum, siquidem inter eos, qui Ægyptum ingressi sunt, recensetur Gen. 46. Anni vitæ Caathi 133. huius filius fuit Amram pater Mosi, fueruntque anni vitæ Amram 137. Exod. 6. erat autem Moses 80. annorum, & Aaron 83. quando locuti sunt ad Pharaonem. Unde licet Amram, & Mosi extremo patrum suorum anno genitos esse fingamus non constabit summa 430. annorum. Nam si 133. Caath (gratis dato quod natus esset ipso anno quo Iacob ingressus est Ægyptum) & 137. Amram addantur anni Mosi 80. solum 350. summa colligitur annorum.

Secunda oritur ex verbis ipsius Pauli ad Galat. cap. 3. *Abrahamæ dicta sunt promissiones, & semini ejus, non dicit: & seminibus quasi in multis, sed quasi in uno, & semini tuo, qui est Christus.* Hoc autem dico testamentum confirmatum à Deo, quæ post 430. annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem. Quid expressius? D. Paulus inter Abrahamæ promissiones, & legem latam annos 430. numeravit. Promissiones factæ dicuntur Abrahamæ, cum ipse ex Haram est egressus, anno scilicet 75. ætatis, ab hoc ergo anno sumere debet 430. annorum initium suum chronologia. Ab exitu ergo Abrahamæ de Haran usque ad migrationem Iacobi in Ægyptum 215. fluxerunt anni, 25. Abrahamæ. post quos natus est Isaac anno 200. Abrahamæ, Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei parvuli Gen. 25. Iacob cap. 47. 130. annorum, ex quibus numerus 215. annorum colligitur.

## §. IV.

*Nil ex annis Caathi, & Amrani colligi posse contra habitationem populi Israël in Ægypto statuitur; quin potius ex ipsis, adversarios fateri plusquam 215. annos intra Ægyptum habitasse, teneri.*

**E**X annis Caathi, & Amrani nil penitus colligi potest, quod nostram Chronologiam conturber. In primis negari potest Caath natū jam fuisse, cum Ægyptum Jacobus ingressus est. Her enim, & Onam mortuos jam fuisse constat. Efron, & Amul multi nondum natos putant, licet inter filios Israël Genes. 46. numerentur. Ibidem inter filios Benjamin nonnulli recensentur, quos Septuaginta, non filios, sed fuisse nepotes scribunt. Isti autem nati nondum esse potuerunt, cum eorum avus Benjamin vix ætatis 24. attigisset. Quamvis ergo Caath inter filios numeretur Levi, nil nos cogit, ut Caath in descensu Jacob natum esse fateamur.

Verum concedamus contrarijs ex annis 130. Caath nati jam in descensu Jacob, & Amrani 137. & Mosis 80. existere summam solam 350. annorum. Quid inde? Negamus enim, generationes omnes inter Levi, & Mosē esse narratas, sed unum, vel alterum stemmatis caput præteritum esse à Mose, ut deveniret citius ad narrationem, putamus. Neque ex his verbis, quæ Exod. 6. habentur *filij Caath, Amran, & Isaar,* & Numero. vigesimo sexto, Caath genuit Amran. Ex ijs enim non licet potius filium, quam nepotem, vel abnepotem dicere Amran.

Mille possem exemplis contrarios in nostram expositionem adducere. Porro (Genes. 11. dicitur) Arphaxad vixit 35. annis, & genuit Sale: & tamen ipsi auctoritate Lucæ compulsi Cainanum juniorem interferunt inter Arphaxad, & Sale. Gen. 10. legitur. Filij autem Cham, Chus, & Mesraim. Porro Chus genuit Nemrod. Et nihilominus Tirinus, & alij inter Chus primogenitum Chami, & Nemrod, Chus sive Saturnum, filium prioris Chus, & patrem Nemrod adijciunt, quia commodum eorum Chronologiæ videtur. Salianus, & ipse Tirinus inter Salmon, &

Obed uno Booso non contenti duas alias generationes obrudunt, patrem, filium, & nepotem eodem nomine Boosi indignantes; quamvis Ruth. c. 4. Paral. 1. cap. 1. Matthæus cap. 1. Lucas c. 3. genealogiam texentes unius solius Boosi mentionem faciant. Denique omnes consentiunt tres à Matthæo prætermittas esse generationes sine veritatis dispendio; cur ergo Moses non potuit aliquot præterire è majoribus, ut citius à Caath filio Levi ad Amran parentem suum deveniret? Adde Efdram lib. 1. cap. 7. majorum suorum ad Aaronem usque stemma perducenem, sex eorū prætermittisse, quos esse supplendos ex 1. Par. c. 6. constat. In quibus omnibus genealogijs filius, vel genitus non determinatè pro filio, & immediate genito supponere debet, sed pro nepote, & abnepote quandoque. Et quidem si Amran filius Caathi idem pater fuit Mosis, mirum est, cum Caath quatuor dumtaxat liberos mares, Amran duos, scilicet Aaronem, & Mosē cum Maria sorore, Aaron quatuor, Mosē duos susceperit, atque adeo novem solum filij, & partim nepotes numerentur propagati ab Amran, quod anno altero egressionis eorum in Ægypto numerentur octies mille, & sexcenta capita Caachitarum Num. 1. Quisquam ne sibi persuadeat, quod inter fratres unus novem vix filios habeat, cum reliqui tres quatuor vel quinque capitum millia numerarent?

Non solum autem favere contrarijs possunt hæc omnia, quin etiam eorum Chronologiam convellunt. Necessè enim est ut 120. annis egerit Caath in Ægypto, quamvis puberem jam ingressum illuc fateamur, cum Exod. 6. fuisse 133. annorum dicatur, quibus si 80. accesserint anni, summam 200. colligemus annorum. Si ergo Israëlitarum non plusquam 200. annis in Ægypto manserunt, ut volunt Chronologi nobis oppositi, quindecim dumtaxat annorum tempus interfuit inter Caath mortem, & Mosē exortum. Hoc autem falsi convincunt ea, quæ intercapedine claudi non possunt. Exodi namque primo, v. 5. & 6. post patriarcharum obitum contigit illa mira populi propagatio, qui illis supersubstitibus mediocriter tantum excreverat, qua exterrius novus Pharaon immemor beneficiorum Josephi, illos misertimè afflixit.

Quo

Quomodo ergo tam notabilis populi multiplicatio tam paucis annis fieri potuisset? Post hæc ædificarunt urbem Tabernaculi Pharaoni, Phiton, & Ramesses. Quantum temporis trium urbium ædificationi tribuemus? His omnibus transactis Exod. 2. Egressus est vir, qui fuit Amramus, ut Exod. 6. & accepit uxorem, quæ peperit ei Aaron, & Mosem, cujus nuptiæ multis annis Moysi ortum præcesserunt, fuit enim Aaron major Mose toto triennio, ut liquet cap. 7. & Maria ejus soror multo provecior, jam enim adoleverat cum infans expositus erat Moses, ut Exod. cap. 2. Consilium autem, quod sagaciter Regina præstitit, ut lactandus ejus auctoritate materno gremio redderetur infantulus, prudentiam plusquam puerilem insinuat. Nubilem autem esse significat vox ipsa *hualma*, quam hoc loco Moses usurpat. De qua voce sic Hieronymus in Isaiam 7. ¶ Nunquam (inquit) me arbitror *alma* in muliere nupta legisse, sed in ea, quæ virgo est, ut non solum virgo sed virgo junioris ætatis, & adolescentula, &c. vel certe virgo non puellula, & quæ adhuc virum nosse non posset, sed jam nubilis. ¶ Septies vox ista reperitur in biblijs, sed nubilem semper significat adolescentulam, Genes. 14. v. 43. Psalm. 68. vers. 26. Proverbior. cap. 30. vers. 18. Cant. 1. vers. 3. & Cant. 6. vers. 8. Lici. 7. vers. 14. Ex quibus, non paucis ante Moysi exortum annis, nuptias Amrami, & Jocabedæ fuisse contractas, non obscure colligitur.

¶¶¶¶¶

#### §. V.

*Explicatur Pauli testimonium ad Galat. 3. & Genebrardi Chronologia alio ejusdem Apostoli loco Act. 13. stabilitur.*

15.

**D**E RELICTA illorum expositione, qui cum Hieronymo, Paulum stultum Galatis factum, ut lucrifaceret illos, arbitrantur. ¶ Non enim (verba sunt Hieronymi) ad eos his usus est argumentis, quibus ad Romanos, sed simplicioribus, & quæ stulti possent intelligere, & penè de trivio. Quod ne videretur impentia,

& non arte fecisse, prudenter placat ante lectorem, & quæ dicturus est temperat præfatione præmissa. Fratres secundum hominem dico: quod enim dicturus sum, non dico secundum Deum, neque secundum reconditam sapientiam, & eos qui solido possunt vesci cibo, sed secundum eos, qui ob ténacitatem stomachi lacteo rore pascuntur. ¶ Primam quod secundum hominem dixisse videtur, est, quod ab humano testamento duxerit exemplum: alterum, quod vita fecerit in eo, quod Deus numero potius uniat, quam multitudinis semen usurper, cum Scripturae semper proferant numero singulari: tertium, quod testamentum acceperit pro fædere, sive pacto. Unde juxta hæc quartum annectunt, quod scilicet Paulus ad hominem (ut dicunt) argumentatur, & non ex sua, sed ex Galatarum sententiâ, & ex septuaginta codicibus, prout usu publico virum terebantur, annorum protulit numerum. Cum enim Septuaginta, vel potius eorum scriptores glosséma quoddam edidissent, & jam tum apud eos légeretur, habitatio filiorum Israël, quæ manserunt in Ægypto, & in terra Chanaam ipsi, & patres eorum, anni quadringenti, & triginta, non debuit cum his Chronologiae tricus morose consistari, sed ex eorum concessis, & codicibus admissis decidere controversiam. Hac ergo derelicta expositione.

Dicendum est, non velle Apostolum annis 430. post promissiones dictas Abrahæ, latam esse legem, sed post testamentum confirmatum à Deo: confirmari autem dicitur, quod cum antea confirmatum, & conditum erat, iterata testatoris voluntate renovatur. Non solum autem Abrahæ, sed cæteris etiã Patriarchis promissiones confirmavit. Postrema autem testamenti confirmatio, de qua loquitur Paulus, (& merito, cum testamentum ab ea testatoris voluntate vim habeat, quæ postrema innotuit, unde & suprema voluntas dicitur, ut ipse ad Hebræ. 9. *Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin non valet, dum vivit qui testatus est*) facta fuit eo anno, quo Jacob ingressus est in Ægyptum, ut cap. 46. vers. 4. *Ego descendam tecum, & inde adducam te huc revertentem.* Discriminat ergo Paulus testamentum confirmatum ab illa pri-  
ma

ma promissione: nam alias sic loqueretur Apostolus; lex non irritum facit testamentum à Deo confirmatum, vel lex non evacuat promissionem ad evacuatam promissionem, quo fingi nil potest ineptius.

Eadem Chronologia à Paulo fulcitur: ipse enim Act. 13. *Deus plebis Israel* (inquit) *elegit patres nostros, & plebem exaltavit, cum essent incola in terra Ægypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea. & per quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto, & destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorum, quasi post quadringentos, & quinquaginta annos.* Initium distributionis contigit anno post exitum 40. cum Moses tribubus Ruben, & Gad, & dimidiæ tribui Manasse agros trans Iordanem in terra Galaad assignavit. Electio verò patrum alia esse non potuit, quam cum Jacob testamento suo filiis suis benedictionem impertijit, eos tribuum capita sive principes instituit, & plerisque ænigmata esse, prædixit: Unde merito Apostolus, cum mentio fieret distributionis, annos ab eo tempore numeravit, quo Jacob filiis suis tribuum patriarchis eam prædixerat. Si 17. annos è numero 430. iubdlexeris, (Jacob enim post ingressam anno 17. condidit testamentum) quos habitationi filiorum Israël tribuimus, supererunt 413. quibus si addas 40. annos ante captam agrorum divisionem in deserto transactos, invenimus inchoatam fuisse terræ distributionem anno 453. postquam Jacob prædixerat eam, quam summam vocat Apostolus annorum quasi 450. Hæc juxta Genebrardum probabiliter.

\*\*\*

§. VI.

*Annos 430. non à descensu Jacob in Ægyptum, sed à captivitate Iosephi esse numerandos contra Genebrardum ostenditur, & quam bene consonent D. Pauli ad Gal. 3. & Act. 13. testimonia.*

16. **I**NTER illos, qui 430. annos in Ægypto sola credunt esse transactos, non satis constat (ut notat Au-

gustinus quæst. 47. in Exod.) unde habitationis sumi debeat initium, alij à Iacobi descensu, ut Genebrardus, alij à proregia Iosephi dignitate, ut Tychonius, alij ab eisdem venditione, in Ægyptumque abductione suam chronologiam auspicantur.

Nos autem, ne à verborum propria significatione Scripturam deflectamus, à venditione Iosephi 430. annorum exordium sumimus. Moses namque accurati chronologi munere fungens, annos habitationis filiorum Israël in Ægypto ab initio usque ad finem comprehendit. Iosephus autem in Ægypto annos 23. ante Iacobi descensum exegerat, cui nati sunt filij duo, ante quam fames venisset, quos Iacob fore filios reputandos ipse dixit Genet. 48. vers. 5 Ne ergo Iosephum, Ephraim, & Manasse è numero filiorum Israël excludamus, habitationis initium à venditione Iosephi, non à descensu Iacob in Ægyptum sumere necessum est, nisi è numero 430. annos illos excerpamus, quibus jam habitaverant in Ægypto Ioseph, Ephraim, & Manasse.

Ex quibus bene cohæret Paulus Act. 13. Quoniam cum ab exitu Israël usque distributionem per sortem anni fluxerint 46. à prima filiorum Israël profectio in Ægyptum, seu venditione Iosephi ad eandem terræ sortitionem 476. colliguntur anni. E quibus si 23. annos à Iosephi venditione clapsos ad id temporis, quo plebs Israël (sic appello, ut à Iosepho jam ad proregiam dignitatem evelto reliquos Iacobi discriminem filios) Ægyptum incolere cœpit, deaveris, 453. remanebunt, ut utriusque distributionis habita ratione, annos quasi 450. numeraverit Apostolus. Non quidem pure ut sonant verba interpretari possunt Pauli, si ab anno Iacobi extremo, quo filijs suis terræ divisionem prædixit, ad annum extremum Moïsi, quo terra trans Iordanem tribubus Gad & Ruben, & dimidiæ Manasse distributa est, fiat calculatio. Prima enim illa terræ distributio extra sortitionem fuit, per sortitionem autem eam terræ distributionem, qua sexto & septimo Iosue anno novem tribubus sorte divisa est Chanaan, passim intelligere solent.

Juxta hæc eadem explicatur Paulus

ad Gal. 3. ibi. *Testamentum confirmatum à Deo quæ post 430. annos facta est lex, non irritum facit ad evacuandam promissionem.* Quæ verba detorqueri videntur, si novissima hæc testamenti confirmatio, eo ipso anno quo Jacob in Ægyptum cum tota familia migravit, contingere diceretur. Loquitur enim Paulus non de qualibet promissione, sed de ea, quæ in omnes gentes redundavit. *Ut in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo JESU, ut pollicitationem Spiritus accipiamus per fidem.* Quamvis autem Scriptura pluribus in locis Dei referat promissiones, ut Eccl. 44. vers. 15. *Testamentum confirmavit super caput Jacob.* & Gen. 46. v. 3. in nullis autem verbum reperiri potest, quod secundum litteram ad vocationem & benedictionem omnium gentium pertineat.

Renovavit ergo dictas promissiones, & confirmavit testamentum Jacob, eo anno, quo Joseph à fratribus venditus est, & in Ægyptum abductus, cum post Sichimensem cladem Deus Jacobo sibi à vicinis gentibus metuenti benedixit Gen. 35. vers. 11. *Ego sum deus omnipotens; cresce, & multiplicare: gentes & populi nationum ex te erunt.* Vel ut Septuaginta: *Gentes, & congregatio gentium.* Quod de gentibus secundum fidem congregandis intelligit Augustinus, quæstion. decima quinta, in Gen. Hoc ergo sigillum est testamenti, hæc novissima confirmatio promissionum, quibus Deus Abrahæ se in ejus semine gentes benedicturum esse promiserat, à qua ad legem datam anni 430. Pauli computo numerantur.

•••••

### S. VII.

*Confirmatur, initium habitationis Israël in Ægypto sumi debere à Joseph ibi vendito. Novaque traditur expositio, quæ Paulum, & Mosem in concordiam reducit, & annos attingit Caath.*

17.



**T** nebulæ illæ, quas ex annis Caath possent obtendere nobis contrarij, facili negotio difflentur, & ne plures, quam in Scriptura habentur, Amramo, & Caath tri-

buamus annos, in superiori expositione denuo confirmamus, & tunc intrasse Israël in Ægyptum, quando illic Joseph venditus esse coepit, ut expressè tradidit Aug. quæst. 47. in Exodum.

Sic chronologiam hujusmodi possumus stabilire. Constat Gen. 46. omnes qui recensentur, aut adhuc superstites, aut jam natos fuisse, cum Jacob in Ægyptum descenderet. Siquidem ut vers. 12. *Mortui sunt Her & Onan in terra Chanaan,* qui tamen in progenie Iuda censentur. Ruben duos tantum liberos ante migrationem susceperat, Gen. 42. *Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi,* & tamen Gen. 46. in familia Jacobi quatuor filij Ruben numerantur. Benjamin vix ætatis 23. annorum erat, & in ejus familia undecim recensentur, quorum aliquos ejus fuisse nepotes, Septuaginta tradiderunt. Quamvis ergo v. 27. dicantur septuaginta animæ omnes, quæ Ægyptum ingressæ sunt, non tamen necesse est, eos omnes descendisse, qui fuerant superius nominati. Illa verba, quæ vers. 8. leguntur. *Hæc sunt nomina filiorum Israël, qui ingressi sunt in Ægyptum,* non de septuaginta illis Jacobi posteris, sed de filiis propriè dictis intelligenda sunt, de quibus v. 15. *Hi filij Lia, quos genuit in Mesopotamia Syria.* Qui autem è filiis ejus propagati recensentur, non ideo nominantur, quod jam nati fuerint, & cum Jacob in Ægyptum descenderint, sed occasione filiorum commemorantur præcipui quinque, qui partim cum ipso venerunt partim post ejus descensum nati, sapientiæ laude, rerumque gestarum gloria præ cæteris floruerunt. Quod nisi esset, cur filiarum nomina tacerentur cum sola Dina recensatur, cum plures extitisse dicere teneamur? sic enim v. 7. *Venitque in Ægyptum cum omni semine suo, filij ejus, & nepotes, filia & cuncta simul progenies.* Et in Hebræo textu *Banau oubne banau itho, benathan onbnoth banau: filij ejus, & filij filiorum ejus cum ipso, filia ejus, & filia filiorum ejus.* Similiter ergo plures celebriores quidem filij recensentur, & nominantur, quamvis nati nondum fuerint, cum Ægyptum ingressus est.

Si ergo plurimi ex nobis contrarij multos eorum, qui Gen. 46. referuntur, natos nondum fuisse, cum Jacob

cob

cob in Ægyptum descenderet, non inficiantur, quos nos testimonio convincent, si negaverimus, nondum natum fuisse Caatham, cum Jacob in Ægyptum descendit? Demetrius Phalerius apud Eusebium lib. 9. de præp. Evang. eum annum Caatho illuxisse inquit primum, qui fuit extremus Jacobo. Quid, si dicamus primum vitæ illius diem fuisse, anno, quo obiit Joseph? Quod sufficit, ut cum Jacobo ingressum dicamus. ¶ Nimirum (inquit Aug. lib. 17. de civit. Dei c. 40.) introitus Jacobo in Ægyptum, quando eum cum septuaginta quinque hominibus Scriptura commemorat, non unus dies, vel unus annus, sed totum illud tempus est, quamdiu vixit Joseph, per quem factum est, ut intrarent. Eodeo cap. Simul (inquit) cum illo computantur septuaginta quinque, non quia simul jam erant omnes, quando Ægyptum ingressus est ipse: sed ut dixi totum tempus habetur ejus ingressus, quo vixit Joseph per quem videretur ingressus. ¶ Et quæst. 47. in Exod. sic habet de Caath. ¶ Quod si quis (inquit) dicat extremo anno vitæ Joseph natum esse Caath filium Levi, septuaginta anni possunt accedere illi summæ, quia 71. annos vixit in Ægypto Joseph post ingressum patris sui. Quapropter etiam si septuaginta anni vitæ Joseph ab ingressu Jacob in Ægyptum usque ad natiuitatem Caath, si tunc ortus asseratur, & centum triginta anni ipsius Caath, & centum triginta septem filij ejus Amram, & octoginta ipsius Moïsis, quadringentos & septem & decem annos faciant, non quadringentos triginta. ¶ Verum Caath non 130. dumtaxat vixit annos, sed 133. ex quibus summa 420. resultat annorum, non 430. Verum hujusmodi telum in Genebrardum Augustinus contorsit, qui à Jacobi descensu numerare 430. habitationis Israël inceptit.

Nos autem sic à Josepho in Ægyptum abducto annis 430 exordium tribuimus, ut optime chronologiam componamus. Josephus anno 17. fuit venditus, & anno 110. obiit diem extremum, ac proinde in Ægypto annos 94. exegit, quos si à 430. detraxeris, remanent 336. quibus tres illæ generationes Caathi. Amrami. & Moïsis ex 350. annis constantes optime respondent, quia anni fere 14. qui supersunt, hi

sunt, quibus patres cum filijs vivere potuerunt.

Pro coronide hujus difficultatis scire quis desiderabit. Quare captivitas populi, & servitus sub Ægypto tam obscure nuntietur, termino peregrinationis, servitutis, & afflictionis velata, cum de Babilonica captivitate ita clare loquatur? Respondendum. judico cum Manasse Ben Israël, ideo clare 70. annis sub captivitate futuros clare ostendisse, ut illis suæ captivitatis causam manifestaret, & inter alia idololatricæ, injustitiæ, & homicidiorum facinora, transgressionem præcepti semitæ iram divinam concitasse. Ex 610. annis, quibus Israël habitaverat terram sanctam, illi continuo negatū requiem, cum quiescere deberet 62. annis, & ex jubilæis octo, ex quibus in summam resultant 70. anni. Volens ergo & Israël punire, & terræ quasi solvere debitum, sub captivitate Dominus esse permisit, quo tempore quievit terra, neque ab ullo fuit culta. Quoniam autem ejusmodi captivitate hoc solum delictum fuit purgatum, non fuit redemptio perfecta, neque vocata *Guehala*, idest redemptio, sed *pequida*, idest visitatio. Vnde in secundo templo non omnes redierunt, sed de tribu Iuda & Benjamin, aliquando Medis, aliquando Persis, & Romanis subiecti. Neque templum, sanctitate, qua primum functum fuit unquam, defuit enim arca, prophetia Urim, & Tummim, ignisque cæli, qui sacrificium comburebat, & virga Aaron, & manna. Solum ergo visitatio quædam divina fuit, ut populus in se reversus præterita plangere posset delicta. Neque rigore afflictionis ita fuerunt Israëlita vexati, ut à Principibus non honorati fuerint. Alia potest discurrri ratio, tempus enim captivitatis Babilonica brevis fuit, Ægyptiaca autem longissimum, ut si clare pateret, Israëlitarum valde deprimeret animos & in desperationem adduceret. Tertia, quia captivitas Babilonica contigit in pœnam offensæ terræ irrogatæ, data autem per 70. annos æquali satisfactioe, cessare debuit, Ægyptiaca autem prolongatio vel brevis à pœnitentia illorum pendebat.

18.

Quare  
70. annis  
fuerint sub  
Babilonico  
imperio ca-  
pivi Israe-  
lita.

Exod. 12. *Alienigena non comedet phase.*

Exod. 12. vers. 19. *Advenis prohibetur fermentatus panis, qui solum phase edentibus vetatur.*

**F**acilis est concordia, per advenas enim intelligit Scriptura profelytos justitiæ, eos scilicet, qui ex quacumque fuerint gente, nomen dederint Ju-

daismo profitentes circumcissionem. Alienigena autem, id est à gente & religione Judaica extraneus arceri præcipitur à comedendo phase.

Ex Exod. cap. 12. *Neque enim erat domus, in qua non jaceret mortuus. Ac proinde in qua primogenitus non fuisset.*

*Difficiliter id credi potest, quoniam nulla mulier sterilis esse deberet, neque vix ipse, nullus vir viduus, nullave mulier. Quæ omnia in habitate tam populosa impossibilia sunt ferè,*

**P**osset intelligi Sacra Scriptura quod per hyperbolem loquuta sit, ac si diceret vix est domus, in qua mortuus non esset; si enim aliqua fuisset exceptio, ut si qui à paucis mensibus matrimonio fuerint ligati, pro nihilo censeferi debet ut per hyperbolem vera sit universalis, vel dicendum. *Neque enim erat domus* intelligi debet de domibus,

quæ liberos haberent. Nisi ad Dei providentiam recurramus cum D. Augustino & Lyra, quæ ut in omnibus domibus primogeniti essent, ordinavit. Quod credibilius erit in Ægypto in qua maxima mirabatur sæcunditas, & uxorum permittebatur multitudo, ex quibus difficile esset nullum ortum fuisse primogenitum.

Exod. cap. 12. *Et perierunt ab Ægyptijs vasa argentea, quibus illos spoliarunt*  
Ex. 2.

Deut. 5. *Non furtum facies.*

Vide Antilogiam istam in Genes. ubi de simulatione.

Exod. 12. *Septem diebus comedetis azyma usque ad vicesimam diem ad vesperam.*

Marc. 14. *Prima die azymorum, quando pascha immolabant. Sentiit ergo eadem die & pascha celebrari & incipere azyma, cum ergo, ut superius diximus, immolatus sit agnus ad vesperam priorem luna decima quarta, quæ ad diem 13. spectat, ab illa incipiunt azyma unde sunt octo dies.*

19. **S**I in memoriam recolamus controuersiam inter Græcos patres, atque Latinos, non erit difficile hos reperire patronos in azymis octo statuendis. Inter alia enim quæ Nicetas pro Græcis sub Leone Octavo anno 1050. allegavit, illud solum erat, quod luna decima quarta, quando Christus pascha immolavit, azyma nondum erant, hæc enim à decima quinta incipiebant. Ad quæ pro Latinis (vt videre est apud Baronium) Humbertus Episcopus Legatus ad Constantinopolitanos pro Sede Apostolica missus, solide & vere respondit. Inter alia autem decimam quartam lunam integram ad azyma pertinuisse, eo quod cum azymis ag-

nus comederetur, statuit. Idem Sanctissimus Leo Octa. epist. 6. ad Michaëlem Constantinopolitanum Patriarcham. Idem sensisse visus est Ruper. cap. 15. in Exod. Neque dissentit Isid. Pelusiota lib. 3. ep. 110.

Verum quid dicendum ad Exod. cap. 12. Levit. 23. Num. 28. & Deut. 16. in quibus omnibus pro azymis septem numerantur dumtaxat? Pro ijs locis exponendus monendum est, quod notavit Baronius, diversam, inquit, esse solemnitatem paschalem, ab ea quæ dicitur Azymorum, sicut in Levitico his verbis notatum habetur. Mense primo, quarta decima die mensis ad vesperam Phase Domini est, & quinta decima

*Dies azymorum.*

cima die mensis hujus solemnitas Azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis. ¶ Quæ quidem duplex solemnitas ex diversis rebus gestis, ac duplici beneficio à Deo accepto originem duxit, & quia transficiens domos Israëlitarum interfecit primogenita Ægypti, & quia populus de Ægypto liber exivit, comedit azyma. Vnde si utrumque pascha à Sacro textu quis intelligi velit, Azymorum sunt dies octo primus nempe decimi quarti, quo celebrabatur phase, & septem ad solemnitatem azymorum pertinentes. Quoties ergo septenarium numerum Scriptura designat, solemnitatem azymorum tantum comprehendit, ad quam nisi ab ultima vespera decima quarta dies nusquam spectat, cum autem in Exod. luna decima quarta ad vesperam azyma usque ad vicesimam primam diem dicitur esse edenda, omnes tam phase, quam Azymorum solemnitates referuntur.

Ad illud ergo *Septem diebus azyma comedetis à vespera luna decimæ quartæ usque ad vesperam vicesimæ primæ*, de vespera posteriori intelligendum existimo. Verum ibi solum de azymorum paschate Sacer textus sermonem instituit, in cujus festivitate septem diebus ab exitu dici decimæ quartæ usque ad vicesimæ primæ terminum azyma currunt. Neque verba illa ad agni paschalis solemnitatem spectant, de qua superius plura locutus fuerat.

Vel dicendum, quod absolute septem appellantur Azymorum dies, non quia Phase die qua celebratur, non fuerint azyma, sed quia non integre azymorum esset dies, quoniam licet ad epulas agni paschalis solus azymus adhiberetur panis, non tamen prorsus fermentatus prohibitus erat, unde ex parte solum azymis dies dicata fuerat. Quando ergo Scriptura septem azymos nominat, de ijs tantum loquitur, qui integre azymi sunt, quibus nullus usus esset fermenti. Vnde de diè decima quarta, quod edantur azyma monet, de alijs autem septem, quod relegetur omne fermentum è domibus cavit. Melius autem, & conformius Evangelistarum litteræ, consecrationique Christi Domini in azymis judico fore, si diem decimam quartam integre azymorum dicamus, eaque fermenti usum omnino fuisse interdictum.

Ex quibus constat ad Marcum, & Evangelistam Matthæum intelligentia, cum dicunt prima azymorum die agni factam immolationem, loquuntur enim de decima quarta incunte, à vespera scilicet posteriori lunæ decimæ tertix, qui festus non erat nisi mactatu agni, & pasceve paschæ: unde ante diem festum erat, ut inquit Ioannes, præcedens decimum quintum, qui primus erat, à quo usque vicesimum primum, septem azymorum numerantur dies, sed octo à vespera priori lunæ decimæ quartæ.

Exponitur  
sicut Mar-  
cus &  
Matthæus.

Exod. 12. *Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tantum igni.*

Deut. 16. *Immolabis phase vespere ad solis occasum, coques, & comedes.*

10. **O**missa tanquam violenta illorum expositione, qui contempta Vulgaræ proprietate verborum, recurrunt ad textum Hebraicum, ubi verbum appositum pro *coques* anceps est ad coquere & assare, dicendum est, verba illa *coques, & comedes* non de paschate decimo quarto ad vesperam immolando priorem, sed de victimis, quæ illis septem diebus immolari solebant, de quibus Par. 2. cap. 35. dicitur *Hofias vero pacificas coxerunt in lebetibus*, Deut. ergo cap. 16. quasi compendium festivitatum sit, & de omnibus quæ ad illam spectant, sermo promiscue institutus est. Vnde de utroque paschate loquitur, & appellat phase, quod

ipsa verba declarant. *Immolabis Phase Domino Deo tuo de ovibus & bobus in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.* In primo ergo Phase nullus taurorum usus, sed tantum in posteriori, sicut Phase appellantur 2. Par. cap. 35. plura sacrificia, quæ aliena ab illo, quod est rigore Phase decima quarta luna immolatum, non pauca referunt, ut ex verbis textus à parte constat: Dederunt sacerdotibus ad faciendum phase pecora duo milia sexcenta, & boves trecentos. Hæc autem omnia in agni paschalis immolatione non servari præter Scripturam exprimit Philo Judæus in Vita Mos. ¶ Ejus mensis (inquit) die quarta deci-

ma, sub ipsum tempus, quo luna suum orbem solet implere lumine, celebratur migrationis publica festivitas, quam Chaldaice pascha nominant, quo tempore, non ut aliâs plebeij homines victimas adducunt ad altare maectandas à sacerdotibus: sed jubente lege tota gens sacrificat, dum pro se quisque maectat hostiam suis manibus, tunc universo populo celebrante lætas epulas, quisque se gerit pro sacerdote. ¶ Hoc ergo capite de utroque paschate instituit, mixtaque quæ unius, & alterius sunt propria confundit: unde illa verba *Non comedes in ea panem fermentatum* de utroque verificatur, illa, *Septem diebus comedes absque fermento* ad pascha azymorum sunt referenda: illa, *& non remanebit de carnibus ejus, quod immolatum est vespere*, de agno paschali sunt accipienda.

Exod. 12. *Septem diebus esus præcipitur Azymorum.*

**D**icendum juxta superius tradita, Azymorum pascha, ut à Phasce distinctum septem azymorum claudere dies. Deut. autem 16. sex dicuntur, quia ultimus qui dies erat Collectæ, de quo peculiariter dicenda

Exod. 12. *Dies prima erit sancta, atque sollemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis.*

**S**epimus dies ¶ Sic respondet Lyra. ¶ vocatur hic celebrior, non quidem respectu primi diei, sed respectu aliorum dierum, qui intermedij sunt inter primum & septimum, in quibus non solum erat licitum præparare ea, quæ ad victum pertinent, sed etiam alia opera facere. Si vero dies sabbathi incidebat in primum, vel septimum diem, tunc in illis diebus

Exod. 12. *Celebrari hunc diem inquit cultu sempiterno.*

Vide pro hac antilogia, quæ de circumcisionis, sabbathique dicitur duratione.

Exod. 12. *Domibus immolari præcipitur Phasce.*

Sed difficilia sunt contra prædictam expositionem verba illa *ad solis Occasum, quando egressus es de Ægypto, & coques, & comedes*, hæc enim propria sunt immolationis agni paschalis. Verum judico nil retrahere debere, quoniam populus die decimo quinto, ineunte egressus est, ut superius demonstravimus: decima quinta autem ineunte die immolari sacrificium jubetur, quod duobus vitulis, ariete uno, & septē agnis constabat: de quo Num. Vnde de illo sacrificio, sicut & ijs quæ 2. Par. cap. 35. per septem dies consueverant immolari, vere dicitur *coques, & comedes*: erant enim Pacificæ hostiæ, & pro gratiarum actione, quarum major pars in usum offerentium cedebat. De secundo ergo loquitur paschate textus, quod non semel appellavit Phasce. Vide, quæ superius tradidimus.

Deut. 16. *Sex diebus comedes azyma.*

ver. sequenti excluditur. Vnde sensus est, sex diebus azyma comedetis, septimam præter hoc superaddes, quod diem festum, in quo nil operaberis, habeas. Vide Deut. 16. ubi de Collecta.

Levit. 23. *Dies primus erit vobis celebrior, dies autem septimus erit celebrior, & sanctior.*

vacandum erat, non solum ab omni opere fervili, sed ab omni profus opere, sicut in die sabbathi fieri solebat. ¶ Vel dicendum cum Pererio, comparativa, vel superlativa pro positivis accipienda, sicut uti solent frequenter tam Græci, quam elegantes scriptores Latini. Et quidem in textu Hebræo nulla reperitur Levit. 16. comparatio.

*Omnia legalia & ceremonialia in conspectu Christi cessarunt.*

Deut. 16. *Non poteris immolare Phasce in qualibet urbium tuarum, sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus.*

41. **F**acile dicendum, Hebræos cum primum celebrassent Phasce in-

ter Ægyptios, cum sui juris nullatenus forent, domibus proprijs ut majori securitate

curitate & secteto id fieri posset, religiose immolasse. Quod aliter evenisse, cum in terram pervenissent sibi promissam, suadent verba Deuteron. Quamvis si Josepho, & arque Philoni ubi supra sit adhibenda fides, etiam cum incolerent terram Chanaan domi immolabant, unde verba Deut. de aliis sacrificiis, quæ à decimo quinto die usque ad 21. offerri solebant, & Phasæ similiter appellabantur, erunt intelligenda. Buxtorfius in sua Synagoga nunc à Judæis Phasæ non celebrari, refert ad hanc enim ut ad cæteras oblationes extra terram Chanaan, quæ sola pura, ac sancta est regio non teneri credunt. Quare proximius judico vero circumstantiam loci, cum data fuit lex, assignaram esse, ibique immolari agnum paschalem debuisse, ubi erat tabernaculum fixum, quod sedes etiam variasse constat ex Scriptura. Sensus ergo verborum Deuteron. hic est, ut postea ubi in terram Chanaan venerint, statumque regimen habuerint, urbem, & templum, in quo Deus nomen suum habitare voluerit, infederint, in nullo alio loco agnum paschalem mactent, quam illo nempe Hierosolymis, ut eo facilius in fidei unitate persisterent, cum quotannis Hierosolymam tamquam ad signum & caput Synagogæ undique convenirent. Unde postquam eorum regimen fuit desolatum, & sive propter bella, sive propter alia pericula Hierosolymam venire non poterant, tunc singuli agnum paschalem domi sæpius mactarunt: ut ex lib. Regum constat, & iterum restituti Pascha magna cum solemnitate celebrarunt, uti Rex Josias fecit, ut ibidem 2. Reg. 23. De quibus Judæis miserimis quidem dici optimo jure potest illud Psalm. 49. Hæc via illorum mera est stultitia, quam posteritamen ore suo laudant, cum à mille & sexcentis annis præter illos, qui altero sæculo excurrunt, agnum pascha-

lem nec mactare, nec edere possint, politici tantum regiminis, & templi desolationem causam existimantes suspensionis tam longæ; oporteret autem longe graviolem esse considerationem propter quam in tam diuturna captivitate languent, verum illorum oculis Mosis velamen adhuc obrenditur. Sic compatitur, & dolet Buxtorfius.

Pompam autem quam laboriosam per duas noctes in locum agni paschalis nunc Judæi substituunt, quas precibus implent, mensam aureis pretiosissimisque vasibus ornant, placentas, cyathos vino generoso, rubroque plenos, arum & ovum, lectiones varias, illamque præcipue lingua Chaldæa conscriptam, quam Talmudici illo idioma te legi oportere putant, ne Dæmones illam intelligant, & ad convivium paschale veniant, Dæmones enim & Angeli non percipiunt linguam. aiunt, Chaldæam, ut in tra. de Sabb. habetur, referre vellem: ut ex paucis facile percipi possit Judæos juxta Rabbinarum suorum traditiones, quæ pluris apud illos, quam Dei præcepta sunt, legem observare divinam, meritoque dixisse Isaiam. *Nescierunt, neque intellexerunt: obliti enim sunt, ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo.* Verum ne alicui (si vir esse possit, nisi qui ex generatione tam prava fuerit) sint in documentum, & tam densæ tenebræ amabiles, superfedeo tradere, quæ conspectui cujuscumque si summe non cæci posita, animum incitarent, cordaque fidelium erigerent ut Deo Summo, & Optimo agrent gratias continuo, qui nos Christianos à tam horribili divinæ iræ flagello, qualis horum est obstinata cæcitas, misericors liberavit. Faxit Deus, ut in dies corda nostra magis ac magis justitiæ solem admittant, nosque in omni veritate, quam solatio inenarrabili profitemur, & in lavaero felices recepimus, pro sui amore conservet.

*Cæcitas  
Judæorum.*

Exod. 12. *Haec signa observabiles est Domino, quando eduxit eos de Ægypto.*

Num. lib. dicitur; *Profectos de Ægypto videntibus cunctis, orto ergo sole.*

**N**VM. locus non intelligendus est, ut sonat, quasi jam illucesceret dies, cum exirent Israëlites de Ægypto, *videre enim pro cognoscere, & scire desumitur.* Unde sensus est, ita ex omnipotentia divina exitum Israël-

pendisse, ut scientibus, & consentientibus ipsorum dominis, sub quorum potestate vivebant Israëlites spoliatis Ægyptiis, exirent immunes omni no: Vide superius tempus immolationis.

Deut. locus nequit intelligi de phafe in rigore, sed de aliis victimis, quæ phafe similiter appellantur, ut diximus superius, in phafe autem agnus sine macula, vel hædus offerri debebat, est enim sacrificij Eucharistici symbolum. Si ergo irreprehensibilis esse debebat illius mensæ conyiva, quam puritatem non exigit cœleste corporis Christi convivium Agnus sine macula est hostia Eucharistici sacrificij. Quo ergo, ut verbis Chrysostomi hom. 60. ad popul. Antioch. utar, non oportet esse puriorem tali fruente sacrificio? quo solari ratio non splendidiorem manum carnem hanc dividentem? os, quod igni spiritali repletur, linguam, quæ tremendo nimis sanguine rubescit? Cogita qualis sis insignitus honore, quali mensa fruaris? Quod Angeli videntes horrescunt, neque libere audent intueri propter emicantem inde splendorem, hoc nos pascimur, huic nos unimur, & facti sumus unum Christi corpus, & una caro.

Quid ergo cœlum cum terra? quid lumen cum tenebris? Quid sordes cum puritate? Ideo oportet tali fruente thesauro à terrenis affectibus abstineri. Panes propositionis (si credimus Novarino) in fornacibus argenteis præparabantur altari, ne tangerentur à sordibus terrestribus, si ergo umbra sacramenti tantam puritatem exposcit, quo non oportet esse puriorem tali sacrificio fruente?

Hinc oritur, nimis Deum offendi sceleribus, quæ in conficiendo sacrificio, vel sacramento recipiendo à fidelibus committuntur. Vidit Dominum Ezechiel veste candida indutum in solio tanquam judicem existentem. *Vestitus lincis, & atramentum scriptoris ad rene se jus.* Aliter accidit in adultera adducta ad Dominum tanquam rea, digito scribebat in terra. Quare ergo, cum eadem sit divina Majestas offensa sententiam adulteræ digito scribebat in terra, & Ezechiel atramento scribere vidit? Ratio est, quoniam adulteræ peccatum infidelitas erga maritum erat maximum quidem scelus, sed præ illo, cujus judicem vidit Prophetam, leve fuit, unde in pulvere scribit, ut tam facile à Deo remitti, sicut spargitur pulvis vento, ostenderet manifestè. Dominus autem, cum visus est Prophetam, quæ in altari commissa

fuerant, scelera judicabat, etenim juxta altare erat æneum, ideo atramento scribit, ut quam difficile remittantur, ostendat scelera commissa in altari.

Omnes convivæ mensæ cœlestis debent accedere puri, sed sacerdotes præcipuè, quibus commisit ut sumant & dent cæteris, ij enim *incensum, & panes offerunt Deo, & ideo sancti erunt,* inquit Ecclesia familiariter Dominum tractant ineffabile sacramentum singulariter penetrantes, ideo nimis Deus offenditur, si irreverenter se gerant, durum enim est omissiones, ignorantias, & scelera Dominum nostra pati, à quibus ex vi verborum habet nasci. Bethleem elegit Deus natiuitati, Jerosolymam passioni, inquit S. Leo Papa. Quare hoc? ut Judæorum delictum excusationem haberet, Bethleemitz enim viderant Deum natum, & tractaverant familiariter, ut ergo Christus dicere Patri posset, *ignosce illis, nesciunt quid faciunt,* Jerosolymam elegit passioni, ubi non æqualiter noscebatur. Quam ergo dabimus pro irreverentia sacerdotes excusationem familiariter Christum in altari tractantes, & tanquam alienigenæ graviter offendentes. Similis ratio apparet, ut Dominus pati sub Pontio Pilato voluerit, & non sub Pontifice Caïpha, hic enim sanctitatem Domini non ignorabat, & prophetiis trutinatis Messiam esse cognoscere tenebatur. Ut ergo culpa excusationem haberet sub Pontio Pilato dicitur passus, incredibile enim est offendi posse ab eo, qui ex ministerio, ut illum amabiliter traçter sacratus est, & specialiter deputatus.

Etsi vocem Jacobi cognoverit esse pater Isaac credidit esse Esau, cujus tetigerat manus; Quare voci non credit in textu inquit aperte ratio: *statim ut sentit, inquit, vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait.* Quare ergo tanta fides vestimentorum odori? In hoc loco tradunt Hebræi, inquit Hieronymus, primogenitos sanctos officio sacerdotum, & habuisse vestimentum sacerdotale, quo inducti victimas Deo offerebant. Hac ergo veste sacerdotali Jacob indutus, quam ab Esau primogenito, ut fraudem callide simularet, usurpavit, accessit ad Isaac, ut à parente benedictionem audiret, ideo ergo statim, ut vestimento

Præcipue sacerdotes puri debent esse.

stimentorum sensit fragrantiam, benedixit ei, impossibile esse arbitratus vestem qui sacerdotalem indueret fallere posse, aut mentiri levi officioso mendacio; unde contra vocis experimentum benedictionem suam est impertitus. O si puritatem, quantum pura exigunt ministeria, cognoscerent sacerdotes! O si ultionem, quam de sacerdotum culpis Deus exposcit, intelligerent Deo sacriati! Cum primus parens primum perpetravit delictum, à quo cunctæ mundi miseriæ originem ducunt passus est exilium à paradiso, & Cherub in gladium flammeum habentem ministrum instituit justitiæ. Sed quam aliter visus est, cum leviam, & pauca alibi judicaret, *habeo adversus te pauca. Gladius utraque parce acutus de ore ejus exhibat*, quæ indignationem judicis maximam ostendebat. Quare leviam sic dolet, cum mitius gravissimum scelus Adami judicaverit? quia hæc, quæ vidit scelera Evangelista Dominum strictissime judicare, erant sacerdotum delicta, ideo indignationem, & iram, & si de levibus manifestat, tantam enim in sacerdotibus Deus puritatem exposcit, ut nil leve sit in ministris tam alto misterio ex munere consecratis.

Sed quare Exodi 12. Phasæ cum baculis comedebant, non sicut paschare, cujus Moyse fecit mentionem? & 2. Paralip. Ratio est quoniam cavit Deus ne celebrationem Phasæ, quæ in Ægypti contigit exitu, imitemur fideles, cum agnum cœlestem, cujus erat ille figura, sacramentaliter frangimus,

Exod. 13. *Non eos duxit Deus per viam Philisthym, reputans ne forte cum paniteret si vidisset adversum se bella.*

**D**iversa omnino inter hujusmodi pugnas fuit ratio, cum Amalecitis enim non nisi post quadraginta circiter dies jam in fiducia divina, post parvas victorias, & alia miracula confirmati, si autem per viam Philisthinis vicinam incederent, statim dimicandum esset cum illis, qui aliàs bellicosio-

non enim cum baculis, qui transiunt, & viam denotant, sed cum aliqua mora cum gratiarum actione accedere debemus ad cœlestem mensam. Hinc enim oritur, quotidie edentes, nil aut parum proficere in perfectione. *Quæ manducat mecum panem*, prophetat David traditionem, *levabit contra me calcaneum suum*. D. Thomas. Hic ponitur complementum proditiōis, inquit; sed quare calcanei sit mentio cum proditiō non pedibus, sed osculo factilego Iudæ sit exequuta? Quare ergo calcaneum queritur Iudam levasse? Ratio est: quoniam continuo ac panem cœlestem pectori sumpsit, egressus est nil de hospite sacro-sancto considerans, ex iis ergo gressibus habuit proditiōem compleri, si enim cum aliis aliquantulum immoraretur, æqualiter ab igne illo divino, sicut cæteri inflammaretur, tradidit ergo, & proditor stetit, quia gratiarum actiones non sicut alij rependit. Unde ergo oritur inter flammam amoris Eucharistici ignis homines non cremari, sed velut rubum viridem Moyses in succensos servari? Quoniam immemores cœlestis hospitis terrena quærimus, & aliis profanis ignibus cor nostrum exardet. Refert Plinius lib. 11. cap. 7. Cor Germanici Cæsaris in ignem projectum non potuisse cremari, cunctis mirantibus impletum crediderunt veneno, ideo voracitati restitisse flammam. Ignis ardēs est Eucharistia, sed non consumens, quando venenum cordis resistit quādo est luxuriæ deditum voluptati & divitiarum cupiditati, vel odio fraterno sædatum.

Exod. 16. *Per viam, qua duxit illos cum Amalecitis, statim praliandum erat. Deficit ergo ratio.*

res Amalecitis erant, à quibus licet Deus populum suum liberare potuisset, voluit Israëlita providentia divina niti, ut non ideo contemneret humanam industriam, ipsique omnem movendum lapidem, ut pericula declinaret ubi enim adest humana facultas, non sunt expectanda miracula.

Exod. 13. *Nunquam deficit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem.*

Josue 3. *Israëlitæ jubentur in trajectione Jordanis, non columnam ducem aspicere, sed arcam. Neque diceret Josue, ut procul videre possitis, & nosse, per quam viam ingredimini, si illuminaret columna nubis.*

**F**acile responderet Serarius, columnam nubis necessariam fuisse, cum populo esset per difficiles, in vias, deterratasque semitas peregrinandum, non autem cum cultis terris esset habitandum, & tritæ, horæque forent viæ. Un-

de numquam defuisse columnam inquit Moses tempore profectiois, cum hostibus, periculosisque viis vitandis erat proficua, defecit autem Mose defuncto in trajectione Jordanis, cum essent jam securitate perfuncti.

Exod. 14. *Quid clamas, inquit Dominus ad Moysen.*

*Nullibi clamare declarat Scriptura.*

**C**hryostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Nycenus, atque Bernardus in catena citati Mo-

sem clamore cordis anxie Dominum esse deprecatum existimant.

Exod. 15. *Devoravit eos terra.*

Exod. 14. *Involutos esse aquis Ægyptios refertur.*

**V**ariè exponitur locus Exod. 15. Euthymius primum obrutos aqua esse Ægyptios, deinde ad littus ejectos hiatu absorptos fuisse. August. terræ nomine aquam intelligit, urrumque enim elementum comprehendit, cum aqua undique terra contineatur.

Dicendum autem est plures arenæ cumulis sepultos fuisse, quos mare fluxibus advexisse credere est, vel à terra devoratos, eo quod sub aquis in profundo jacuerint, & profundum maris terram vocari, quod litteræ textus consonum est.

Exod. 16. *Profecti sunt de Elin in desertum Sin.*

Num. cap. 33. *Egressi de Elin fixerunt tentoria super mare rubrum, & inde castrametati sunt in deserto Sin.*

**D**icendum ex Elin non immediate in desertum Sin profectos, sed

unam mansionem intermediam omiffam, quæ in Numer. libro refertur.

Exod. 16. *Posuisti illud Aaron in tabernaculo reservandum.*

*Neque tunc arca nec tabernaculum erant.*

**A**n forte ideo (inquit Augustin.) de futuro dixit, *repones*, ut intelligeretur tunc ante Deum posse reponi quando fu-

tura erat arca: an potius ante Deum dictum est, quod sit ipsa devorione offerendi in quocumque loco poneretur, ibi enim est Deus.

Exod. 16. *Quadragesima annis durasse manna.*

Josue 5. *Die 14. Phase celebrarunt, die altero comederunt de frugibus terræ, hoc tempore defecit manna. Datum autem fuit in deserto Sin 15. die mensis secundi, quod est Tiar nostro Aprili fere respondens.*

**I**n Guemara Kidusim dicitur panem ab exitu Ægypti usque ad 15. Tiar mensis secundi, quem comedit Israël,

eundem cum manna saporem habuisse, unde 40. annis completis constat durasse manna illis 30. diebus inclusis R.

Elihg

Elibeer Asquena inquit quamvis in Josuë dicatur cessasse 16. Martij seu Nisan manna, non ideo colligi 40 annis non comedisse, die enim ultima, qua cessavit, tot mensuras colligere potuissent ut 30. diebus durare possent illorum victui. Hæc facilius evanescent, quam referuntur, cum solum colligi posset, quantum sufficeret uno die ad vescendum, neque liceret in mane servare excepta septimam antecedente die.

Dicendum ergo est ad exactum 40. annorum calculum desiderari unius circiter mensis spatium, sed hujusmodi minutias non raro prætermittit Scriptura recurrens ad numerum rotundum. Sic sentiunt alij Rabbini Abarbanel, & R. David.

D. Augustinus in quæst. super Exod. § Manna (inquit) ederunt quoad usque venirent ad partes Phenices. Significavit Scriptura per prolepsin, id est, hoc loco commemorando, quod etiam postea factum est, non edisse filios Israël nisi manna. Hoc est enim, quod ait usque ad terram, quæ inhabitatur: id est, quæ jam non est cremus: non quia continuo ut venerunt ad terram habitabilem destiterint vesci manna, sed quia non ante. Trajecto enim Jordane significatur manna cessasse, sed illud quod adjungit. Et reposuit Aaron ante testimonium ad reservandum, priorem magis sensum asserit. Hoc enim modo Scriptura dixit per prolepsin, quod postea faciendum, cum esse cæpit tabernaculum testimonij.

Exod. 16. Ederunt manna, quoad terram habitabilem, talis erat Amalec, & Moab quas tetigere Israelitæ multo ante 40. annos.

Exod. 16. Quadraginta annis manducaverunt manna.

D. Augustinus edisse Israël manna inquit, quoad usque venirent in terram, quæ inhabitatur, non quia continuo, ut venerunt ad terram habitabilem, destiterunt vesci manna, sed quia non ante. Trajecto enim Jordane significatur manna cessasse, ubi terræ pa-

nem manducaverunt. Quando ergo ingressi sunt terram habitabilem, antequam transierunt Jordanem, vel tantum manna vesci, vel utroque cibo potuerunt. Hoc quippe intelligi potest quando cessasse manna non dicitur, nisi Jordane trajecto, ut supra.

Exod. 16. Manna coloris albi dicitur,

Num. 11. Erat coloris bdellij, id est, flavescens.

Septuaginta vertunt quasi chrystallus, quia erat colore albicante, color autem bdellij erat albus ad flavedinem tendens.

Exod. 16. Nullus de loco suo egrediatur die septimo.

Act. c. 1. Iter Sabbathi dicitur, & Josuë, c. 6 & Deut. c. 16. ubi de die festo.

Vide quæ de Sabbatho dicenda sunt, cap. 20. Exod. & Deut. 16.

Exod. 16. Neque ad colligendum manna permittitur egredi de loco die septimo.

Matth. 12. Christus discipulos suos descendit colligentes spicas.

Vide Exod. 20.

Exod. 16. Neque egredi ad colligendum manna permittitur die Sabbathi.

Num. 15. Colligens ligna lapidari precipitur, quo magis Sabbathum violari videtur.

Vide Exod. 20.

Pluris fit nobis ruina quam salus

Homines vanis cupiditatibus allecti ac seducti ferventissimi in malum, ruinam præligimus nostræ in-

columitati salutis, homo, de quo textus nostræ antilogiæ, ut perderet vitam fatigatur colligens ligna, cum fugeret mortem, si sumeret requiem, ruinam cmit precio fatigationis, cum posset gaudere

gaudere vita, domi si oblectaretur: Hæc est infœlix naturæ nostræ propensio charius quam vitam emere ruinam. Legatos ad Baptistam miserunt primates Hierosolymitani Levitas, & sacerdotes ut a Messie Præcurator Messias accuratissime examinarent: *Miserunt Indæi à Hierosolymis sacerdotes, & Levitas ad Joannem.* Si Messiam & redemptorem à quo sua salus pendeat, Joannem credebant, quare ipsi non arripuerunt iter? quare anxia sollicitudine propria non quærent? Quare negotium utilissimum, & gravissimum aliorum diligentis committunt? si in Messia æternam salutem quærebant, quare personaliter inquisitionis non multiplicant diligentiam? Quare per legatos? Quoniam de salvatione agebatur ideo tepescunt, & in negotio, in quo efficacissima diligentia vix satis forent, pigritia pressi nolunt gressum dirigere in salutis remedium, ferventissimi in ruinam, tepidi imo frigidissimi in iis quæ salutem operantur æternam; Hæc est nostræ misera conditio naturæ tetrum venenum sitimus, & ad medicinam tepescimus in necem præcipites currimus, sed paralytici gradimur ad salutem.

Inter voraces flammæ epulo volubatur, & Lazarus deliciosa fruebatur aura, oculis intentis in hujus feclicitatem ille exclamavit; *Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam.* Quare non postulat epulo quod ipsum ad Lazarum ducat? Quare Lazarum ad se? Æque enim difficile est cælum habitare damnatum, ac beatum fœditissimam tormentorum occupare cisternam, quare ergo non postulat epulo ad sinum Abraham venire, sed potius ad locum tormentorum Lazarum mitti? Deinde quare linguæ dumtaxat refrigerium dives exposcit, & non cæteris corporis membris, quæ pariter cruciabantur? Totus in inferno epulo cruciabatur, quia totus sibi deservierat ad perditionem, *epulabatur quotidie splendide*, sed nec in inferis voluit totus sibi deservire in remedium, totus effusus in delicias, quibus exitium comparare valeret, parcissimus ad obtinendam aquam futuram sibi in remedium: *ut intingat guttam cum*

petijt cum posset diluvium exposcere aquarum, remedio toti corpori egens, linguæ solum refrigerium poposcit. *Ut refrigeret linguam*, noluit sinum Abraham habitare, nec leviter fatigari pro obtinendo remedio, sed quod Lazarus arriperet iter, refrigerium ipsi afferendo; sic enim homines pigri sumus, quod ex totis viribus vitiorum tradimur ruinæ, & vix in salutem flores desideriorum erumpunt, vix in materia virtutis voluntas æquat potentiam, cum in exercitio vitiorum potestatem superet desiderium: *si nollem quidquid non posse scio gaudeo*: dicebat Seneca, transcendit nanque impossibilia mala voluntas: Temporalia infatigabili sui desideramus, cœlestia fastidimus, & ad spiritualia remissio tendimus cursu.

In regione Gerafenorum clamoribus importunis Christum Dominum filium Dei Damon ostendit, & declaravit: *Et adoravit eum, & clamans voce magna dixit: quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi.* Sed quare Damon, qui odio exitiali Christum Dominum affliciebat, ipsum adorat, Deumque confitetur? Quare Christum silentium imponit Damoni vera dicenti? Quoniam sequentes Dominum illa confessione impedire desiderabat, optime inimicus noster cognoverat hominum diligentiam remissam, qua divina quærent mortales & infatigabilem sitim, qua sollicitat temporalia, Damoni clare patebat, quam anxie Christum Geraseni quærebant hominem exitium existimantes. Quid ergo ut Geraseni à Christo recedant? Diabolica arte testimonium divinitatis perhibuit *Iesu fili Dei altissimi* divinitatem manifestavit, ut sitim, qua ipsum quærebant, Gerafenorum minueret, sciebat enim optime sitim humanam numquam ad divina se extendere: *Adorat, & confitetur*, inquit Chrysologus, *evadere cupiens panem, pradam perdere pertimescens.* Prudentia tamen optima diabolica fecit, ubi enim Geraseni confessionem illam audierunt, exulem Christum fecerunt, & à societate Christi recedere decreverunt. *Regare ceperunt ut discederet de finibus eorum*, homines enim tepida voluntate desiderant bona cœlestia, ad illa remissis gressibus currunt, cum terrena infatigabiliter sitiant.

Exod. 17. *Virgam, qua percussisti fluvium, tolle in manu tua.*

Exod. c. 7. *Aaron Nilum percussit virga, non Moses.*

Percussio fluvij ab Aaron Mosis dicitur, quia ejus fuit sub imperio, & auctoritate.

Exod. 17. *Memoriam Amalec delendam promisit Dominus.*

Pluries in libris sacris traditur Amalec & posterorum memoria.

**D**elendum memoriam deletam fuisse, quando Saul Amalecitas, Agag eorum rege capto, debellavit, unde nullam de ejus republica florente memoriam audivimus, quam nam-

que legimus in sacris libris fadam esse, & qui fugere debeant dignam. Extincta ergo fuit eorum respublica, & si qui superstites fuerunt, inglorij manserunt.

Exod. 17. *Fugavit Josue Amalec.*

Deut. 25. *Extremos agminis tui ceciderit, nempe Amalec.*

**I**saac Abarbanel duplicem cum Amalec habuisse Israël pugnam tradidit, & in primo congressu de quo fit memoria Deut. 25. victum Israël, victorem autem exitisse in secundo. R. Levi Sen Gerson eandem, & unicam recognoscit pugnam diversis tamen eventibus, in principio autem pugnae Amalec in præposteros sui extremos, agminis debiles milites aggressus interfecit, verum populus Dei adjutus orationibus Mosis duce Josue in fugam

conversi sunt Amalecitarum, & omnino devicti. Deut. autem c. 25. cum vellet Dominus in iram contra Amalec provocare Israëlitas, memoriam illorum recoluit, quod infelicitatis plorandæ offerre posset eventus. Unde inquit: extremos agminis tui interfecit, & ut illos in majorē concitaret ultionē, addit, ceciderunt cum residerent lassii. Sic communiter omnes expositores nostri tradentes: Mosem in Deut. cæcos per insidias milites quod Exod. c. 17. omisit, supplevit.

Exod. 18. *Cumque audisset Iethro sacerdos Madian.*

Exod. 2. *Obtulit holocausta Domino, & hostias.*

**D**avid Kimhi asserit Iethro fuisse Principem, & simul Madiam sacerdotem Idolis sacrificantem, auditis autem Dei mirabilibus erga populum, tunc primo verum adorasse Deum, &

ex gentili Domini sacerdotem effectum holocausta, & hostias illi sacrificasse. Proelytum enim justitiæ pene omnes recognoscunt Rabbini.

Exod. 18. *Iethro cognatus dicitur Mosis.*

Exod. 3. *Socer Iethro appellatur.*

Vide Exod. c. 3.

Exod. 18. *Vt comederent panes coram Deo.*

Nondum erat arca nec tabernaculum.

**A**ugust. in qu. super Exod. coram Deo, id accipere debemus factum, quo in honore Dei factum est, inquit, ubi enim non Deus? Alij ibi panem come-

disse, quo conveniebant ad orandum ante tabernaculi Mosis fabricam, sicut ante erectum fuerat altare. Vel coram Deo id est in loco deputato à Mose ad orandum.

Exod. 18. *Sephoram & filios ad Mosem adduxit.*

Exod. 4. *Mosem traditur secum adduxisse.*

Vide Exod. c. 4.

Exod. 18. *Vt ostendam eis præcepta Dei & leges.*

Nondum data erat lex.

**A**ugustinus non loqui Mosem de lege scripta sed de lege æterna, quam consulunt piæ mentes, ut quod

in ea invenerint vel faciant, vel jubeant, vel verent, secundum quod illa incommutabili veritate perceperint. ait. Hæc

autem divina lex cordibus refidet omnium, quorum ratio domina est. Alij

per prolepsim adventum Iethro referri, sed post legem datam fuisse.

Exod. 19. *Qui accedunt ad Dominum.*

Exod. c. ult. *Constat ante erectum tabernaculum consecratos non esse.*

**P**lures Aaron & alios sacerdotes intelligi credunt qui licet tunc non essent consecrati, per prolepsim referuntur, scribente Mose non quomodo, neque ordine quo contingeret res. Verius dicendum iudico per sacerdotes

patres familias intelligi, atque primogenitos, quibus de jure tunc temporis competeat sacerdotium, & singulis tribubus designatis aliquibus, qui ut illorum principes atque capita pro toto populo sacrificarent.

Exod. 19. *Sacerdotes autem & populus ne transeant terminos.*

Exod. 24. *Moses, Aaron, Nadab & Abiu, & Septuaginta Seniores.*

**D**uplicem in montem ascensum recognoscere debemus, in cacumen montis alterum uni Mose soli permissum, ad montis radices alterum, ubi jam tunc incipiebat termi-

nus constitutus à Mose, & huc licitus cuilibet ex relatis cap. 24. Exod. ascensus, solus autem Moses in verticem ascendebat. Idem dicendum de Josue c. 24. Exod.

Exod. 19. *Descenditque Dominus super montem Sinai.*

Ibidem v. 3. *Iam Dominus descenderat cum vocasse Mosem de monte dicatur.*

**D**ominus descenderat primum in extremum montis verticem ita ut adhuc totus mons appareret, ex illoque vertice quasi ignis, fumusque egredi viderentur, at hic ulterius descendit igne, fumo, & nebula totum montis verticem attingendo ejusque ad spectum eripiendo.

Accepta populi responsione iterum ad montem ascendit Domino relaturus. Deinde accepit à Deo quæ habentur v. 9. 10. 11. 12. 13. Postquam descendit, fecerunt quæ à Domino imperata erant v. 14. & 15. Ultimo præparationis die cæperunt prodigia quæ v. 16. & 18. habentur, post remissum buccinæ sonum Moses populum ad montis radices legem accepturum deduxit. De monte Deus Mosem alloquitur toto populo audiente, & eodem Mosem evocavit qui tertio ascendit. Cumque Moses tertio descendisset & populo retulisset præcepta, Dominus de monte detondere coepit decalogum.

Ut autem omnia, quæ hoc capite continentur, & antilogiarum concordia lumē recipiat, in compendium breviter sunt ex Bonfrenio reducenda. Die quinto mane Moses vice prima in montem ascendit accipiens à Deo quæ v. 3. 4. 5. & 6. habentur, populo renuncianda, inde illi renunciaturus descendit.

Exod. 19. *Lex data est in monte Sinai.*

Isai 2. *Ex Sion exhibit lex & verbum Domini in te videbitur.*

**I**saiæ locus de lege Evangelica intelligendus est, exivit enim lex Evangelica de Sion, docuit namque Christus in templo, quod fundatum erat in monte Sion, de Jerusalem similiter &

Judæa ad prædicandum Evangelium exierunt Apostoli, pluresque alij discipuli. Non ergo opponuntur Moses, & Isaias cum de distincta veteri & nova loquantur lege.

Exod. 19. *Cum cæperit clangere buccina permittitur ascensus in montem.*

Exod. 30. *Perterriti longe stabant à monte.*

**C**langere hic productiorem sonum edere & non ita terrificum significare sentit Oleaster. Unde sentiunt plures ascensum in montem licuisse, cum buccina minus terrificam

sonum ederet, signum enim erat illa buccinæ protractio Dei recedentis à monte. Verū credibile palæ est licuisse terminos transilire saltem quadraginta diebus, quibus montē nubes obtegeret.

Neque

Neque majoris est fidei sonū buccinæ esse auditum tempore toto, quo Moses in monte fuit. Nō enim vitulum adorarent strepitu terrifico auribus insonāre.

Salianus locutionem ironicam esse subintellecto *si ausus*, dicere non recusat, ut sit sensus cum clangere cæperit buccina, si ausus, ascendant in montem, significans eos tunc ita territum iri auditu, & visu eorum, quæ tunc contingent, ut ausuri non sint prope accedere ad montem. Sic Philistæi illi qui in sua statione erant, Jonathæ & ejus armigero conclamabant, *ascendite* (subintellecto *si audetis*) & *offendimus vobis rem*. Et Micheas *ascende* (inquit) *in Ramoth Galaad*. Quasi dicat non ascendes si sapis. Verum licet expositio ista tanti sit viri, duriuscula parumque seria Mosi, gravissimo, qui intentus erat negotio, videtur. Adhuc enim concrepante buccina terrificeq; sonante, metuq; populo incusso præcipit Moïsem descē-

Exod. 19. *Regnum sacerdotale populus appellatur.*

6.  
Sacerdotale sumitur pro illustri & nobili.

**R**egnum sacerdotale in signum amoris appellat, quod pro nobili usurpandum & pro illustri censet Salianus, ita ut sit idem quod celebre atque insigne, solam dignitatem indicans non officium, sicut Apoc. *Fecit nos regnum & sacerdotes Deo patri*. Hoc sensu & Putiphar sacerdos Heliopoleos, & Jethro Madiam dicuntur à plerisque quia principes essent in his locis. Reg. 2. filij David dicuntur sacerdotes, cum de tribu Juda forent, & non de Levi, quia erant in aula regia principes. Quāvis proximius judicet veritati Salianus,

Exod. 20. *Locutusque est Dominus cunctos sermones hos.*

**H**inc est (inquit Gregorius Magnus Præf. in lib. mor.) quod Angelus, qui Moyfi apparuisse describitur modo Angelus, modo Dominus memoratur: Angelus videlicet propter hoc quod exterius loquendo servie-

Exod. 20. *Dominus dedit legem in Sinā.*

Plura quæ ante legem confirmata

**P**lura quæ ante legem confirmata sunt per legem, ut confirmatio seminis fratris defuncti sine liberis per ejus superstitem fratrem, & de

dere Deus, & tunc simul cavit, ne quis transiliat terminos constitutos à Mose, quod, si precor, ascensum in montem populus ausurus nequaquam esset, ad quid præceptum de monte non ascendendo; & terminis constituendis?

Facilius ergo dicendum, cum clangeret, & cōcreparet buccina dedoctioraque ederet sonum, tunc licere ascensum in montem seu terminos juxta radices montis constitutos, ad quos etiam levis ascensus à castris erat ut Dei vocem accipiant. Duplex ergo est in montem ascensus, & in cacumen montis soli Mosi permissus, & ascensus ad montis radices, ubi jam tunc incipiebat arduus in montem ascensus, ubi termini à Mose constituti, & hoc licuit cuilibet ascendere, ut cap. 24. Aaron, Nadab, Abiu, septuagintaque senes his quidem aliquo usque transgressis terminis ascendere licebat, illis vero solis in verticem montis licuit.

Deut. *Prohibetur sacerdotibus regnum.*

quod regnum sacerdotale idem sit quod sanctum, & electum ex omnibus (inquit ipse,) sicut sacerdotes ex omnibus & inter omnes electi, & eximij esse debent ad tam admirabile, & Divinum officium. *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta*, dixit Apostolus 2. Petr. 2. Quod confirmat vox *pecolium*, sive ut in Hebræo *segulim* id est portio electa, & dilecta. Non ergo idem est futuros reges ac sacerdotes, licet tempore Machabæorum admittat regum vixerint sacerdotes.

Act. 7. *Hic est (inquit de Mose) qui fuit in Ecclesia in jolitudine cum Angelo, qui loquebatur ei in monte Sinā.*

bat Dominus autem dicitur, quia interiorius præhendens loquendi efficaciam ministrabat, cum ergo loquens ab interiori regitur, & per obsequium Angelus, & per inspirationem Dominus nominatur.

Gen. *Plura quæ legis sunt in observantia erant.*

ejus ducenda uxore; verum ex hoc nō sequitur legē fuisse ante Mosē promulgatā, sed quæ tunc in observantia erant, ex patrum primorū traditione mansisse.

Exod. 20. *Ego sum Dominus Deus tuus fortis zelotes visitans iniquitatem.*

Matth. 5. & Luc. 6. *Estote benigni sicut pater vester cælestis, qui solem suum super bonos, & malos oriri facit.*

**D**lv. August. contra Adimant. Manich. c. 7. quod in Exod. scriptum est. *Ego sum Deus zelans*, tribuens filiis tertix, & quartæ generationis parentum peccata, qui me oderunt sic respondet. Huic loco Manichæi illud de Evangelio dicunt esse contrarium, quod Dominus dicit Matth. 5. & Luc. 6. *Estote benigni sicut pater vester cælestis, qui solem suum oriri facit super bonos & malos*, & illud aliud, quod Dominus ait non solum septies peccanti fratri dimitendum, sed etiam septuagies septies. A quibus tamen, si quæras utrum Deus non puniat inimicos suos? sine dubio turbabuntur. Ipsi enim dicunt Deum genti tenebrarum æternum carcerem præparare, quam dicunt esse inimicam Deo. Et parum est. Sed cum etiam sua membra simul cum ipsa gente puniatur esse non dubitant dicere. Sed cum ad capitula veteris, & novi testamenti veniunt, ut imperitos decipiant, & ea sibi adversa esse crimentur, fingunt se nimis bonos. Sed dicant nobis, quibus dicturus est Dominus, ite in ignem æternum, qui præparatus est Diabolo, & Angelis ejus, si omnibus parcat, & ne-

minem damnat? Quare intelligendum est, & illud rectum esse, quod Deus tribuit parentum peccata filiis qui eum oderunt. Ex eo enim quod addit, qui me oderunt, intelligitur eos puniri peccatis parentum, qui in eadem perveritate parentum perseverare voluerunt. Talis enim non sævitia, sed potius iustitia Dei est, & sua iniquitate puniuntur, sicut Propheta ait, sanctus enim spiritus disciplinæ effugit fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sicut sine intellectu, & corripietur à superveniēte iniquitate id est corripietur homo superveniēte sibi iniquitate sua, cum ab eo recesserit Spiritus Sanctus. Et alio loco. Hæc cogitaverunt, & erraverunt, excæcavit enim illos malitia eorum. Et alio loco, funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. Quibus testimoniis veteris testamenti in novo consentit Apostolus dicens. Tradidit illos Deus in concupiscentias cordis eorum. Quæ concordia utriusque testamenti satis ostenditur, non esse sævum Deum, sed unumquemque in se sævire peccando. Vide quæ antilogia præcedenti retulimus.

Exod. 20. *Dominus Deus zelotes dicitur.*

Matth. 18. *Non solum septies, verum etiam septuagies septies.*

Vide superiorem analogiam, ubi conciliatur, & ista ex Parente Augustino contra Manichæos.

Exod. 20. *Honorare parentes quartum præceptum est.*

Ad Ephes. c. 6. *Honorare parentes primum mandatum est.*

**H**ieronymus lib. 3. c. 6. super Paul. ad Ephes. cap. 6. inquit quod hoc præceptum vocatur primum in promissione relatam ad alia præcepta, quæ post mandata decalogi data sunt populo, & secundum hanc interpretationem omne præceptum decalogi dicitur primum. D. Thomas lec. 5. super hunc locum. ¶ Mandata (inquit) continentur in duabus tabulis. Prima continet ea, quæ ordinantur ad Deum. Secunda, ea, quæ ad proximum. Et hac secunda primum præceptum est de honore parentum. Primo, quia in illa

secunda tabula, nullum præceptum est affirmativum, nisi istud, quia naturale est nobis, ut parentibus serviamus, non autem sic aliis proximis, ideo nullum est aliud affirmativum. Sed natura dicitur: ut non inferat homo proximis nocumentum, ideo prohibetur. Quia ergo primum, prius, & plus habet de debito, ideo primum. Secundo quia Deus honorandus est, sicut principium nostri esse, & quia parentes sunt principium nostri esse (quia ut dicitur, & hic tria habemus à parentibus, scilicet esse, vivere, & disciplinam) ideo conveniens est.

est, ut post mandata ordinata ad Deum, primum esset ordinatum ad parentes.

Vel primum quoad promissionem, quia isti soli additur promissio.

Exod. 20. *Honorare parentes precipitur filiis.*

Luc. 14. *Qui non odit patrem & matrem suam non potest meus esse discipulus.*

**D**Ivvs Gregorius homil. 17. in Evang. sic inquit. ¶ Sed si vim præcepti perpendimus, utrumque agere per discretionem valemus, ut uxorem & eos qui nobis carnis cognatione conjuncti sunt, & quos proximos novimus, diligamus, & quos adversarios in via Dei patimur, odiendo & fugiendo nesciamus. ¶ D. August. contra Adimant. c. 6. sic Manichæis hanc opponentibus antilogiam respondet. ¶ Ex quo manifestum est, & honorem parentum in suo gradu esse servandum, & eos tamen in divini amoris comparatione, præsertim si impedimento

sunt, nulla dubitatione oportere contemni. Nam & in scripturis veteribus habes positum, qui dicit patri, aut matri, non novi vos, qui filios suos non agnoscit, ipse autem cognovi testamentum tuum. Ergo si & in novo testamento commendatur parentum dilectio, & in veteri parentum contemptus, ex utroque capite duo testamenta contentiunt. Ex his constat quid dicendum sit ad id quod Christus Dominus, dicenti velle primo parentem suum sepelire, respondit: sine te mortuos, tu autem veni & annuntia regnū Dei. Vide cap. citato D. Augustinum.

Exod. 20. *Sex diebus fecit Deus cælum, & terram.*

Gen. 2. *Septimo die fecit Evam.*

Vide Genes. cap. 2.

Exod. 20. *Prohibetur omnis imago, sculptileve & Deuter. 4.*

Reg. 3. c. 10. *Salomon in throno suo leucuculos fecit, à Mose serpens erigitur.*

\*\*\*

S. I.

*Imagines prohibita solum animo idololatranti.*

ad cultum referri possit non licebat, permixtae erant si eo habitu qui ignominiosus esset, vel ab honore deferendo, averteret homines. Constat hoc ex Iosepho l. 15. Antiq. c. 11. qui refert, quod cum ab Herode illata forent trophea, ægre tulere Judæi, putantes hominum imagines esse, quos nefas erat haberi, relictis autem stipitibus res in risum est versa. Et lib. 17. cap. 8. de Herode, cum aquilam auream supra portam templi apposuisset ¶ Cum tamen, inquit, lex nostra homines vetet imagines statuere, aut consecrare animatum effigies. ¶ Idem l. 18. Antiq. c. 4. & Belli c. 8. ¶ Ad legis nostræ contumeliam, qua cautum est, ne habeamus hujusmodi effigies. ¶ Inquit de Pilato Jerusalem signa militaria cum effigie Cæsarum inferente, quod tumultum fere excitavit. Idem l. 18. Antiq. c. 7. Judæorum principes refert accessisse ad Vitellium, cum vellet transire facere per Judæam deprecantes, ut per aliam viam transferret, patrij namque ritus imagines, quales pleraque signa Romana præferebant, numquam permittunt. Philo in Flaccum de quorundam

2.  
Lege scripta non est prohibita imaginum pictura.

**I**MPRIMIS dicendum est non fuisse prohibitum lege naturæ pingere, formare imagines, atque apud se illas habere. Deus enim super propitiatorium duos Cherubim voluit collocari, serpentem æneum in medicinam populi elevari. Quod possibile non esset, si præcepto naturali esset prohibitum.


Deinde præcepto positivo non fuit Judæis vetitum res pingere inanimas, easque imagines apud se retinere. Unde licuit Mosi malogranata, & lilia in tabernaculo formare, & summi sacerdotis tunicæ appendere mala punica, Salomoni cælaturas, & palmas facere in templo. Non ita pingi poterant stellæ, cælum, & luna, quibus vitam recognoscebant.

Prohibitum ergo fuit sculptile, quædo idololatriæ timeri periculum potest. Unde animalium, hominum, & Angelorum retinere habitu, & statu, qui

queritur malevolentia, qui postularunt à Flacco, ut in Judæorum profuechis dedicarentur statua. ¶ Petentes ( inquit ) licentiam numquam prius auditi facinoris. ¶ Tacitus lib. 5. Hist. de Judæis sic. ¶ Igitur nulla simulacra vrbibus suis, nedum templis sunt. Non regibus hæc adulatio, non Cæsaris honor. ¶ Sicli Judæorum non debile sunt prohibitionis imaginum argumentum, jam enim ante captivitatem Babyloniam litteris Samaritanis inscripti, urnam habebant, in qua conditum erat manna Exod. 16. duabus litteris supra positis *Schelomo melech*. Id est Salomon Rex in altera facie virga florens Aaronis. Namini post captivitatem Babyloniam in altera facie urnam incensum fumantem exhibet, in altera etiam florentem Aaronis virgam. Nullum autem numisma hominum, neque animalium figuras explicat. Nummus enim ille qui ex scriniis Julij Vrsini promptus refertur, in cujus altera facie expressum est caput cum inscriptione, *Salomon Rex*, & in altera templi exhibetur forma, non Salomonis fuit, sed Herodis A scalonitæ.


Verum contra hæc sunt omnes textus antilogiæ nostræ, quoniam Deus post hoc præceptum serpentem æneum elevari præcepit. Num 21. duos Cherubinos in Sanctis Sanctorum collocavit. Salomon 3. Reg. 6. multos alios Cherubinos, in parietibus templi depinxit. Duodecim boves æneos, qui sustinerent mare æneum cap. 7. & 10. leones, & leunculos. Quæ omnia impie edita fuisse à Salomone tempore, quo amabilis erat Deo, nullus dicere audebit. Hæc autem levia sunt. In æneo namque serpente potuit Deus dispensare, cum autem idololatriæ augetur periculum, illud confregit Ezech. 4. Reg. 18. Cherubim autem tam qui in Sanctis Sanctorum, quam qui in parietibus erant ministerium præstabant Deo, suisque illi alii sedem faciebant. Alij autem Cherubim, boves in mari, & leunculi in templo ad ministerium aliarum rerum serviebant, quod vilem indicat conditionem Deoque indignam. Unde prohibetur fieri, vel habere imagines animo eas colendi. Quando ergo dicitur. *Non facies tibi sculptile, non adorabis*, intelligendum est ac si diceret Scriptura. *Non facies tibi sculptile ut adores*. Sicut exprimitur Levit. 26.

v. 5. *Non facietis vobis Idolum, & sculptile, & titulos non erigetis, nec lapidem insignem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum*. Et si ergo, cum non obstaret periculum idololatriæ, imago liceret Judæis Mosis attentæ lege, posterioribus vero temporibus ita proni visi sunt, & labiles in idololatriam, ut nullo modo quacunque fuissent specie illas admittere liceret, & compulsi, & invidi nummos cum Cæsaris imagine receperunt. Nullis autem temporibus imago levis ipsius Dei, quia vel corporeum putarent Deum, qui exprimi posse viderent sensibili imagine, vel in illa sisterent divinos honores tribuendo sine transitu ad prototypum. Quæ omnia non contradicunt Catholicis, non enim imaginibus, neque per eas suis prototypis divinum cultum offerimus, ut infra dicemus.



## S. II.

*Non posse Dominum in idololatria dispensare ostenditur.*

 ERUM idololatriam seu Dei adorationem alienis diis permissam fuisse probat illud c. 5. 4. Reg. Hoc tantum solum est (inquit ad Elitæum Naaman) de quo deprecaris Dominum pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remmon, ut adoret, & illo innitente super manum meam, si adoravero in templo Remmon, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. Consensit Elisæus, & inquit *Abi in pace*. Quod indicat in securitate constitutum à propheta, quamvis adoret Idolum.

3.  
Non potuisse Dominum dispensare in idololatria.

Plures hoc loco moventur, ut dicant Deum dispensasse ore Elisæi in præcepto diis alienis numquam serviendi, sicut dispensavit in aliis quæ sunt decalogi. Sicut ergo Elias obtulit holocaustum in extraneo loco, quamvis reus extræminij foret, qui extra Hierusalem sacrificium offerret, quibus addit Maimonides de Fund. legis illud 2. Par. c. 29. de celebritate paschatis secundo mense peragenda contra institutum de quarto mense celebrando illud festum 2. Par. 20. & illud 2. Reg. 21. de viris per septem menses suspensis contra legem Deut. 21. Onias etiam aufugiens Alexandriam splendidum extruxit templum, ubi

ubi coluit ex præscripto patriæ legis Deum Israël, & sacrificia obtulit, adsumptis secum Hierosolymam sacerdotibus, ut inquit Iosephus de bello Iud. lib. 7. cap. 37. per integrum sæculum eadem colendi ratio ibi viguit contra præceptum divinum Deut. 12. & tamen Gemarici omnes, Aboda, Zara. cap. 4. fol. 51. Minchot. fol. 109. Hæc omnia non fuisse idololatriam censent. Neque opus est dicere sacerdotes postmodum poenam ipsi imposuisse. Similiter in suicidio Samsonis dispensavit Dominus. Quare ergo (inquit) non in idololatria, sicut & in observantia Sabbathi, 1. Machab. 2. cap. dispensavit cum illis.

Non placet Lyrano expositio aliquorum, qui Elitæum cum Naamam dispensasse in adorandi idoli simulatione, eo quod Neophytus esset, ait. Non inquam placet. Tum: quia neophytus non fuit, cum non fuerit conversus ad Iudaismum, neque Circumcisus, sed sicut alij Gentiles, Deum Israël credit esse verum. Tum quia simulatio ut pote intrinsece mala sub dispensatione non cadit. Dicendum ergo est quod propheta non dispensavit, sed declaravit licere, quod ipse non expedire timebat. Munus ergo Naamanis erat regem sustentare, cum autem fieri non posset, ut rege genuflectente, ipse posset stare, ut ministerium suum posset implere, permittit, & declarat licite genuflectere posse in templo Idoli, hoc enim non erat adorationem præstare, sed satisfacere suo muneri. Exemplum ponit in puella Christiana Lyra, quæ capta à Saracenis extremitatem vestis dominæ, cujus obsequio esset deputata, portaret, æque licite intra fanum Maomerthi, ac extra, ministerium impleret, dummodo intenderet hoc dumtaxat. Hoc ergo ab Elifæo postulasse videtur Naamam, quod munus ab ipso in Idoli templo exequutum, extra liceret fieri, non ad aliquam Idoli venerationem, sed ne domino suo fuisset offensus. Hæc ergo Elifæus declaravit licere. Unde recurrendum non est cum Cornelio à Lapide ad adorationem politicam, qualem Angelis præstitit Abraham, & qua dignum non erat idolum. Sed postulavit, ut sibi liceret adorare in templo, id est, ut actio materialis adorationis externæ nempe, & genuflectio, qua communiter utebantur reliqui,

erga idolum venerandum ipsi liceret, ut munus suum posset implere.

Cætera quamvis dispensari possint à Deo, non suadere poterunt simile de idololatria. Hæc ergo intrinsece mala est, unde sicut Dominus mentiri non potest, neque convenire in mendacio, æque impossibile est, ut dispenseret relicto vero Deo, idolo cultum præstari, & venerationem sibi, solique debitam. Samson ergo proprijs manibus se interfecit, sed divino spiritu afflatus, Deus autem cum Dominus vitæ sit, Samsoni, ut vitæ quæreret, & procuraret exitum jubere potuit, & inspirare, unde materiam præcepti, & ipsam legem particularem variare. ¶ Cum autem Deus jubet, inquit August. lib. 1. de civitat. Dei, cap. 26.) seque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis pietatis obsequium accuset? ¶ N. si quis dicat cum Caictano. Non eligitur (inquit) in hujusmodi casibus mors propria, sed per se eligitur mors hostium, & concomitans propria mors toleranda admittitur propter bonum ultionis. Perspicuum autem est, humanas actiones mortales judicandas esse bonas, vel malas moraliter ex per se objecto confono, vel dissono à ratione recta, quidquid sit de concomitantibus: ut patet de hominem iniquum occidente se defendendo, quamvis iniqui concomitetur æterna mors in inferno, quia defendens hæc non intendit, quamvis cognoscat, sed intendit defendere se, ad quod sequitur, & mors corporis, & animæ alterius. ¶ Samson ergo per se solum intendit hostium suorum populique sui tanquam judex vindictam communem pro religione. Ad locum Machab. dicemus inferius agentes de Sabbatho.

\*\*\*

### S. III.

*De sacrarum imaginum cultu, & usu in Ecclesia recepto.*

**P** R I M U S, qui bellum imaginibus sacris indixit, fuit Xenajas, postea, mutato nomine, Philoxenus appellatus. Leo Isaacicus imperator factus Christi imaginem evertit, & de imaginibus vastandis publicavit edictum.

<sup>4i</sup>  
Xenajas seu  
alio nomine  
Philogenus  
primus bel-  
lum indixit  
imaginibus  
sacris.

succellit Imperio & Leonis simul impietati Constantinus ejus filius, Stercoreus, ab stercore, in sacrum fontem, cum baptismo ablueretur, emisso, conciliabulum adversus imagines earumque cultores coëgit, post hunc & Leonem filium, qui annis quinque regnavit Constantini cœpit imperium, cum Irene matre. Quibus imperantibus, generalem synodum habitum iri Tarasius Constantinopolitanus Patriarcha stipulatus est de cultu sacrarum imaginum restituendo, hæreticis autem episcopis reclamantibus in sequentem annum prorogata est, quo Nicæam Bythinæ urbē profecti patres, Nicenam Synodum auspicati sunt ordine septimam. Everfores autem imaginum sunt quotquot Iconomachorum dogma amplectuntur, qui non solum adorationem prohibere, verum abolendas, & de basilicis relegandas putarunt. In Occidente Claudius Taurinensis Episcopus indifferente zelo succensus, narrat sic Jonas tom. 4. Bibl. Patr. col. 538. picturas, & cruces materiales à basilicis penitus abdicavit, in quem Apologeticum se ostendit Theodomirus Abbas, & mox infestissimum sensit adversarium & petulantem. Omnium autem venena in se collegerunt Iconoclastæ.

*Iconoclastæ  
imaginum  
hostes.*

Imaginum pius cultus in Ecclesia ipsius exordio miraculis divinitus est consecratus, S. enim Petri umbra, quæ est corporis illius imago, in veneratione fuit infirmis expositis, quos transiens virtute divina curabat. Confirmatur deinde antiquus imaginum usus ex actis Sylvestri, quæ refert Adrianus. Cumque & his similia (sic recitant acta Adriani) Augusto diceret Papa, interrogare cœpit Augustus, utrum scilicet istos Apostolos haberet aliqua imagine expressos, ut ex pictura disceret hos esse, quos revelatio docuerat. Tunc S. Sylvester misso diacono, imaginem Apostolorum sibi exhiberi præcepit, quam imperator aspiciens, ingenti clamore dicere cœpit: ipsos esse quos viderat. Tertullianus lib. 4. de pudicitia cap. 7. & 10. ab ipsis Apostolorum temporibus in Sacris calicibus Christi imaginem sculpi solere gestantis ovem deperditam super humeros ait. Et quod magis est Christo vivente Salvatoris

*A prima imago Pannæde, Syrophinissa mulier temporibus*

annis Juliani Apostatæ usque tempora perduravit, quam intactam servari passuri non fuissent fideles per tot curricula temporis, nisi illis in veneratione fuissent imagines. Eusebius describit historiam lib. 3. hist. cap. 14. imaginis Christi ad Abagarum missæ, celebrant Græci memoriam 17. Kal. Septembris ut ex eorum Menologio constat. Quinto autem Idus Novembris celebratur Beryti in Syrea commemoratio imaginis Salvatoris, quæ à Judæis crucifixa, tam copiosum emisit sanguinem, ut Orientales, & Occidentales Ecclesiæ ex eo ubertim acceperint. Cujus historiarum in Concil. Nicæno 2. act. 4. fit memoria, miraculumque contigit tempore Constantini Junioris.

*Ecclesiæ  
imagines  
veneratæ.*

Antiquitatis imaginum in Ecclesiam testem neque levioris fidei reddit Crispi Constantini filij ex ære numisma apud Horatium Tigrinum, Christi præferens imaginem in sella sedentis, in illa verbis his scriptis. *Salus & spes Christus Republica.* Simile huic testimonium refert Baronius. In agro namque Verano inventum est simulacrum Hippoliti imaginem habens. Is usque ad Alexandri Imperatoris primum annum temporum canones scripsit, Christi anno 225. meminitque illius Hieronymus de Script. Eccl. in Hipp. Hæc autem omnia testes fideles sunt antiquitatis Christianæ, qua sanctorum virorum effigies sculpi solebant.

Præter hæc autem concursus est sanctorum patrum pro imaginibus judicium. Aug. lib. 1. de conf. Evang. cap. 10. Christum cum Petro, & Paulo pictum fuisse demonstrat, & serm. 49. tom. 10. pag. 567. de pictura S. Stephani loquitur, & Abrahami filium sacrificantis commemorat lib. 12. contra Faustum cap. 73. Ambros. in epist. 53. Pauli effigiem coloribus expressam fuisse docet. Hieronymus in cap. 4. Jonæ de Apostolorum imaginibus loquitur. Greg. Nyssenus tom. 2. pag. 908. meminit sacrificij Abrahami in tabulis depicti. Asterius Amalæx episcopus tabulam S. Eufemiæ depictam refert, templum illius describens. S. Paulus & Severus Sulpicius picturis basilicas exornarunt, Theodorus in vita S. Simeonis Stylitæ erectas illius imagines prædicat. Nilus Abbas Joannis Chrysoctomi discipulus in epist. ad Olimpiad. uti Crucis effigie

figie veterisque testamenti, templum exornet imaginibus suadet, Greg. Magn. lib. 7. epist. 5. veneratione dignas iudicavit, Beda lib. 5. cap. 25.

Capitalis pro veneratione sacrarum imaginum, ex ipsius Nicænæ Synodi, & Æcumenicæ septimæ decreto, defumitur catholica defensio. ¶ Statuimus (inquit synod. 7. Act. 7. pag. 819.) cum omni exacta cura & diligentia, similiter ac Sanctæ Crucis, & vivificæ figuram, venerandas, & sacras imagines palam proponi, quæ coloribus ressellive constant, aut alia quavis idonea materia, in Sanctis Dei Ecclesijs, in sacris vasis, & vestibis, necnon parietibus, & tabulis, ædibus, ac vijs: nempe tum Domini, ac Dei, & salvatoris nostri Jesu Christi imagines: tum incontaminatæ Dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis, necnon honorabilium Angelorum; ac sanctorum omnium, & piorum virosum. Quanto enim frequentius per imaginatam expressionem videntur, tanto magis qui illas intuentur, ad prototyporum recordationem, desiderium excitant, & ut ipsis osculum, & honorariam adorationem deferant, non tamen verum, secundum fidem nostram, latriæ cultum, qui soli divinæ naturæ convenit. Sed eodem modo veneremur, quo figuram prætiolæ, ac vivificæ Crucis, & Sancta Evangelia, ac cætera sacra donaria: tum ut sufficus, & lumina ad illas honorandas adhibeantur: quæ fuit antiquorum religiosa consuetudo. ¶ Hæc Synodus. In quibus primus sancitur erigi & consecrari sacras imagines, contra eos, qui veluti idola demoliendas esse iactabant, Dei venerationem, & cultum stacuit, ac ab illo qui ipsi Deo debetur, discernit, honoremque imaginis ad prototypum transire decernit, ut voluit Basilus de Spir. Sanct. cap. 17.

\*\*\*

§. IV.

*Ab Exordio Ecclesiæ ostenditur usus imaginum.*

5. **I**N primis Ecclesiæ exordijs memoriam sacrarum imaginum, defecisse gentiliū suadet illa exprobratio apud Minutium Felicem. ¶ Cur nullas aras habent, templa nulla, nota simu-

lacia? ¶ Cui Octavius responderet. ¶ Putatis autem nos (inquit) occultare quod colimus, si delubra & aras non habemus? Quod enim simulacrum Deo fingam, cum, si recte existimes, sit Dei homo ipse simulacrum? Templum quod ei extruam? cum totus hic mundus ejus opere fabricatus eum capere non possit, cum homo latius maneam, intra unam ædiculam Deum tantæ majestatis includam? Nonne melius in nostra dedicandus est mente? ¶ Orig. item 8. cont. Cels. pag. 405. ¶ Abhorremus (inquit) ab eo, ut vitæ totius largitori inanima, & mortua templa constituamus. ¶

Hoc autem leviter Iconomachi fisci sunt. Cum enim gentiliū superstitione initio Ecclesiæ viguerit, plura primis illis temporibus supprimit, omittique satius visum est, ne periculum offensionis inferret externa quorundam rituum species, unde tunc ne Christi, & sanctorum imagines, veluti idola haberentur, quibus plures rudes præcipue assuefacti fuerant, in venerationem non usurpavit Ecclesia, nisi cum idololatriæ nullum periculum foret, unde pace, & libertate cum gauderet Ecclesia percrevit imaginum usus, alibi citius, alibi tardius, prout qui populis præterant, expedire judicaverant. In principio Ecclesiæ templa idolorum cum ipsas solo æquari placitum fuit fidelibus, postea vero populis in fide magis firmatis, per purgata templa in sacras basilicas converti satius esse visum est, ut Gregor. lib. 9. cap. 71. decrevit. Ne ergo superstitionis gentiliū umbra teneret Christianorum infantie offensionem afferret, ipsis nefandam idolorum detestantibus religionem, ideo parcius quatuor illis temporibus templa, & imagines recepta sunt, à quinto autem sæculo adepta plenitudine libertatis palam ab Ecclesia, & proposita & venerata sunt.

Difficilius esset in nos Illiberitanum can. 36. ibi ¶ Placuit picturas in Ecclesia esse non debere: ne qui colitur aut adoratur in parietibus depingatur. ¶ Nisi superius dicta recolamus. Quoniam ut inquit nicolaus Sanderus lib. 2. de cultu imag. c. 4. imagines prohibuit in templis pro oportunitate temporis, atque loci, periculum autem imminere, ne nos adorare lapides, atque ligda gentiles existimarent. Vel quia pericu-

*Explicatur Illiberitanum concilium.*

lum

lum erat ne imagines persecutoribus, ( tempus enim fluctuandi erat Ecclesiæ ut ex can. 25. constat: ibi enim de litteris commendatitijs pro lapsis ad Episcopos à confidentibus in persecutione fidem, sit memoria ) forent in contumeliam. Alanus Copus in dial. lib. 5. cap. 16. prohiberi ibi imagines, quia tanquam dii à fidelibus ceperant adorari. Alijs sententibus, quod imagines in tabellis pietas permittit Illiberitanum, non in parietibus, ubi facilis erat corruptio, vel humore parietum, vel situ, eadem enim ratione, ne Crux in pavementis sculperetur, fuit olim veritum, ne facile conculcetur.

*Epiphanius explicatur.*

Contra venerationem imaginum celebrius est Epiphanijs locus epist. 60. ad Joannem Episcopum Hierosolymitanum. Ibi refert Epiphanius quod cum pervenerit ad Villam, quæ dicitur Anablatha, invenissetque in ejus Ecclesia velum pendens in foribus ejusdem Ecclesiæ tinctum, atque depictum, & habens imaginem quasi Christi, vel sancti cujusdam, cum ergo hoc vidissem (inquit) in Ecclesia Christi contra auctoritatem Scripturarum, hominis pendere imaginem, scidi illud. ¶ Et inferius. Precor deinceps præcipere in Ecclesia Christi, istiusmodi vela, quæ contra religionem nostram veniunt, non appetendi. Quo nihil clarius contra religionem imaginum. Quod in Nicæno posteriori Concilio è libello Gregorij Iconoclastæ testimonium allatum est.

Hujusmodi autem clausulam supposititiam fuisse, indicat Baron. tom. 4. Tum quia si tanquam hæresim adorationem imaginum Epiphanius æstimasset, illam, quæ suo tempore & Constantini viguit, sicut & alias impugnasset. Tum quia non est credendum, Joannem Hierosolymorum Episcopum non objecturum, quod corrigeret in sua diæcesi, & Ecclesia, quod sibi in aliena displiceret, cum ipse quidem epist. ad Theod. adorationem imaginum abolere non potuisse fateatur, & ut testificatur Damasc. de imag. orat. 5. ipsa Epiphanijs Ecclesia usque ad sua tempora sacris exornata imaginibus perseveravit. Idem de Epiphanio scriptis suppositis censent Damasc. ¶ Scito ( inquit de imag. orat. 2. ) sermonem illum alterius cujuspiam fictitium: qui ut sæpè fit, S. Epiphanijs abusus est no-

mine. ¶ Tum quia si Epiphanius sic abhorreret imagines, non est credendum discipulos ejus sic insaniæ, ut in templo illius imaginem collocarent, ut refertur in Conc. 2. Nicæno act. 6. & ibidem sic concluditur. ¶ Verum à falso discernite, quia additiones istæ non sunt beati istius Patris, sed potius Manichæi.

Quamvis autem concedamus Epiphanijs verba relata germana fuisse, cum Baronio ad saniolem sententiam reducenda sunt. Velum depictum habens imaginem quasi Christi vel sancti cujusdam, sic accipiendum esse inquit, ut ipse juste scanduerit improbum facinus, quo alicujus profani hominis imago in sacro velo depicta, quasi Christi esset, vel alicujus Sancti Religiosi, ad limen fuisset appensa. Quo sensu verba illa accepta Iconoclastas potius impugnant, quam faveant: Catholicos vero redarguant, si quando ornatus causa in Ecclesia suspendunt aula, quæ profanas, & sæpè Gentilium, utinam interdum non inhonestas, imagines habeant, quem detestabilem, pravumque usum incuria ministrorum compluribus in locis involuisse videmus. Quam autem moleste tulerint majores, & hujus sæculi homines in Ecclesias inferri profanas imagines, declarant quæ dicta sunt superius de Donatistis in Paulum atque Macarium obloquentibus, quod posituri essent in Ecclesia imaginem Cōstantis Imperatoris. (Solebant enim gentiles in Sacris thus adolere proposita Imperatoris imagine, dum sacrum facerent) consuevisse autem hujusmodi profanas imagines poni pro titulo alibi diximus. Quod igitur hominis alicujus profani, ( si finxerimus evenisse factum) quasi Christi vel sancti alicujus in velo Ecclesiæ Epiphanius vidisset imaginem effigiatam, tanquam nefas id detestatus, illud ipse velum, divino percussus zelo, discidit. Hæc Baronius, Verius autem est verba fictitia, Epiphanioque supposita esse superius relata. Si enim illius revera forent non leves Baronij expositio pateretur difficultates, ex verbis, quæ Epiphanijs referuntur pullulantes.

¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶ ¶¶¶¶¶

## S. V.

*Explicatur Hieronymus, & Epiphanius, traditur vera imaginis, sed tantum relativa adoratio, & quid de symbolica senserint Patres atque Concilia.*

6.  
Vera ima-  
ginis tradi-  
tur adora-  
tio.

**I**ERONYMUS super Daniel 3. sic loquitur. ¶ Cultores Dei imagines adorare non debent, ergo iudices, & principes sæculi, qui imperatorum statuas adorant, & imagines, hoc se facere intelligant, quod tres pueri facere nolentes placuerunt Deo. ¶ Balthazar Hiemairus his verbis contra adorationem imaginum utitur, Ambrosij auctoritas annexitur, ex orat. fun. in Theodol. ubi sic dicitur. ¶ Invenit ergo Helena Crucem Dominæ, regem adoravit, non lignum utique quia hic gentilis est error, & vanitas impiorum, sed adoravit illum, qui pependit in ligno scriptum in titulo Crucis, Greg. Magn. epist. 9. ad Seren. lib. 9. illum redarguit quod fregisset imagines. Et quidem (inquit) quia eas adorare vetuisset omnino laudavimus: fregisse vero reprehendimus.

Germanus Constantinopolitanus Patriarcha in ep. ad Joannem Synadensem Episcopum præjudicium nonnullum inferre visus est veritati. ¶ Non enim (inquit) invisibilis Deitatis imaginem, aut similitudinem, aut figuram, aut formam aliquam exprimimus, quæ ne ipsorum quidem Angelorum sublimis ordinis, neque intelligentia completi, neque investigare penitus possunt. ¶ Origenes lib. 6. contr. Celsum Epicureum pag. 292. At tamen quidam eorum (gentilium idola ista Deos esse negent, sed virorum expressas similitudines esse dicant, eorumque symbola: nihilominus etiam isti in sordidorum opificum manibus divinitatis imitationem esse fingentes sibi, imperiti sunt, & mancipia. ¶

Verum his atque alijs Patrum testimonijs perperam hæretici imagines demoliri contendunt. Imprimis Hieronymus de statua regis Assyriorum, imaginibusque gentilium loquitur, quas non solum dæmonibus suis, sed etiam regibus, & principibus suis vivis atque

defunctis erigebant, & adorabant non vero piorum ac Sanctorum virorum imaginibus cultum negat, sicut neque Ambrosius qui tom. 5. col. 124. ¶ Sapiens (inquit) Helena, quæ Crucem in capite regum levavit, ut Crux Christi in regibus adoretur. Pro Ambrosij, & Gregorij intelligentia advertendum est: quod præcipua gentilium ea fuit superstitio, ut ipsi in ipsas effigies intenti, divinam excellentiam recognoscebant, eas terminata ibi adoratione, venerantes, quod Damasc. orat. 2. de imaginibus deificare imagines appellat. Hanc ergo idololatricam superstitionem Iconoclastæ Catholicis objiciebant, & illam negant Amb. & alij Patres. Imagines enim si absolute, & non relative considerantur, nullam in se continent excellentiam, cui cultus, & veneratio respondeant. Unde adoratio nostra non in ipsa terminari, sed ad prototypum referri debet, & sic patria, & in spiritu vera adoratio creaturæ neque tribuitur, neque creatori negatur. Quamvis enim corporis inclinatio præterit imagini, una & indivisa est adorandi actio ex interno, & externo cultu coalescens, referenda in prototypum, quin cultus ullus in figura ipsa vel effigie terminetur, qui unice prototypum non spectet. Expressè hoc declarat Trident. Concil. sess. 25. referens etiam Synodum Nicænam secundam, Hadrianus Papa epist. ad Imper. Leontius Neapolis in Cypro Episcopus lib. 5. Apol. in Act. 6. Syn. 7. pag. 633. ¶ Christiani nos (inquit) Crucis figuram adorantes non ligni naturam honoramus: sed velut sigillum, & annulum, & characterem Christi, illam intuentes, per hanc saluamus eum, & adoramus, qui in illa suffixus est. ¶ Sic Germanus supra relatus epist. ad Claudopolitanum Episcopum. Patres autem imaginibus negantes adorationem, cultum patriæ solius divinitatis proprium relegare contendunt, non autem honorariam venerationem, externum, & interio-rem cultum, qui per imaginem in prototypo defixus est.

Pro declaratione Origenis, & Germani Patrum citatis locis, memoria recolendum est, plerisque, veterum rerum corporis expertium imagines condemnasse, solas vero Christi, & hominum Sanctorum venerandas iudicasse. Sic Greg. secundus Romanus Pontifex

Pontifex epist. prior. ad Leon. Isaur. Germanus, & Origenes ubi supra Amb. ad Psal. 118. Aug. lib. de fide, & Symb. c. 7. tom. 3. Quamvis autem antiquitus plurimum fuerit Patrum iudicium nefas esse proponere Dei, & Sanctissimæ Trinitatis imagines, jam communi Catholicorum assensu inveteravit opinio. Vnde posse dicimus Deum sub externa specie figurari, qua aspectabilem se præbuerit hominibus, sic solitum specie columbæ Spiritum Sanctum depingi, sicut & Angelorum imagines colendas decrevit septima Synod. act. 4. pag. 682. & Tarasius contra Joannem Thessalonicensem defendit. Greg. Nazian. Orat. 23. Niceph. Cōstātinopolitanus Patriarcha, tom. 4. pag. 2. Bibl. Col. 1141. omnes isti patres sunt pro veneratione imaginum rerum spiritualium, licet Germanus, & Origenes contrarium senserint.

Ad verba Gregorij constat ex ijs quæ superius diximus. Ea enim, cur Gregorius de imaginibus non adorandis fuerit sollicitus, causa fuit, quod plures in ea provincia degerent gentiles, qui idolorum implicati supersticioso cultu, difficile poterant abstinere, unde post religionem Christianam receptam plurimi in pristinum, visis imaginibus, in errorem lapsi sunt, ut ijs latræ venerationem tribuerent. Ideo commendandos populos censuit Gregorius: ne quem idolis antea præstabant cultum, deferrent similiter imaginibus. Confirmat huiusmodi expositionem, imago quam ipse Gregorius Secundino, qui poposcerat, misit, & quemadmodum debeat colere, scribit lib. 7. epist. 54. sic interpretatus est Gregorium Adrianus primus in Apologia ad Carolum Magnam pro Synodo Septima.

Contra hæc omnia sunt illa, quæ Bostius ovina pelle simulatus tradidit rapax lupus. Quoniam non solum idololatria dicitur, cum homo à religione recedens alium colere Deum audeat, sed cum in creatura, ut in symbolo divinum numen repræsentante cultus præstatur, sic enim inquit Aug. Ps. 113. quod gentiles cum accusabantur idololatræ, respondere solebant: se non colere simulacra, sed numen quorum symbolum erat. Ipsi enim plura simulacra erigebant cum Jovem recognoscerent unum & solum, Julianus item Apostata. ¶ Non simulacra (inquit) &

aras, necnon æterni custodiam ignis, & ut uno verbo dicam, cætera id genus omnia Deorum præsentia signa majores nostri constituerunt: non ut ista Deos esse credamus: sed ut ipsos per illa veneremur. Etenim quoniam nos in corpore degentes cōsentaneum corpori cultum adhibere dijs oportebat, iisdem porro corporis sunt expertes: primum nobis illi simulacra monstrarunt: quod est secundum à primo genus Deorum, quod circum cælum univèrsum in orbem voluitur. Sed cum ne istis quidem corporeus cultus attribui possit, nam suapte natura rei nullius indigent: tertium in terris inventum est genus simulacrorum, in quod cultum nostrum impendentes, Deos nobis propitios reddimus. ¶ Hæc Julianus in 1. par. op. pag. 337. Mox, ipsa simulacra Deorum effigies esse statuit, unde Deorum amatores, atque cultores pari in illorum simulacra ferri voluntatis affectu. Ex quibus videtur quem gentiles simulacris præstarent cultum, eundem, & nos reddere Dei imaginibus.

Patrocinium sibi præbuisse Scripturam Exod. 31. censet Joannes Bostius lib. de Idololatr. Ibi enim, cum expostularunt Deos. *Fac nobis Deos qui antecedant nos*, id egerunt, ut symbolum numinis veri possent habere, ut signo hoc præsentis & præunte, veri numinis repræsentati adorarent divinitatem, neque aliud, quam verum numen in vitulo colere, Israëlita desiderarūt. Comprobant id eorum verba. Exod. 32. Hi sunt dii tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Peccarunt ergo non quia verum Deum non colerent, sed quia illum contra legis præscriptum adorarunt in symbolo. Neque obstat quod *dij tui* dicatur, Scriptura enim plurali loco singularis pluries vitur. Tum etiam, quoniam dixerunt, *Cras sollemnitatis Domini est*, & Judic. 17. *Sacrificavi hoc argentum Domino, ut faciam idolum*. Velle autem Micham in simulacro colere Deum Israëlitis indicant verba illa. *Nunc scio quod bene faciet mihi Deus habenti Levitici generis sacerdotem*. Hunc autem domi suæ recepit, ut idolo (sic legitur Hebraice pro Therasim) sacrificaret. Apertius indicant idololatriam, qua adoratio symbolica gaudet, vituli, quos Jeroboam in Dan. & Bethel constituit. Regum enim 3. cap. 12.

cap. 12. hosce vitulos habuit Deus pro idolis cap. enim 14. *Fecisti* (inquit Deus) *tibi Deos alienos, constatales, ut me ad iracundiam provocares: me autem projecisti post corpus tuum.* Et tamen verum Deum coli præcepit in vitulis Jeroboam, lehu similiter 4. Reg. 10. cum Baalis servos necaret, ac tolleret statuas. *Vide* (inquit) *Zelum meum pro Domino.* Idem autem, non solum sustulit, qui Deum in vitulis adorarent, sed etiam servos Domini appellat, quasi Baalis sacerdotes forent. Jeroboam verò ministri verum in vitulis colerent Deum. Quod & si crimen idololatriæ penitus non abolerent, levius peccabant cum eorum adoratio, non adhaeresceret symbolo vitulorum, sed transfiret ad prototypum.

Certum nihilominus in fide est, symbola debere, & posse adorari, dummodo in illis nulla divinitas collocetur, sed propter illos colantur, & honorentur, quorum sunt vera repræsentatio. Psal. etenim 95. *Adorate scabellum pedum ejus* (dicitur) *Matth. 5. Nolite jurare per cælum, quia thronus Dei est, neque per terram, quia est scabellum pedum ejus,* ne contumelia inferretur ijs creaturis propter relationem ad Deum. Dicendum ergo est duplex Deorum fuisse genus, quos populus adorabat. Populus namque cujus major est rudior pars inter gentes, simulacra sive argentea, sive aurea colebat, existimans divinitatem habere. Alij etsi politiores in symbolis suis effigiebus, Deum colebant, cujus erant repræsentatio, symbolum autem erant creaturarum, in simulacro Solis stantis in curru Solem alij adorabant, & sic dicitur de Iosia, quod abstulit equos, quos dederant Reges Iuda Soli 4. Reg. 23. (Non rectè quidem R. Salomon, & David Kimbi dixere, eo respexisse, quod Reges ante Ortum Solis suis curribus occurrerent Orienti, ut quantocius illum adorarent) ex eoque sumptam à Poëtis fabulam Solis, sed melius à raptu Eliæ propter mutam nominum convenientiam, *Elias,* & *Elios,* quod græcè idem est, quod Sol. Camporum ad minus nomen Eliseorum ab Elia desumi dubitavit nullus, apud omnes namque fuit fama in deliciosum paradisum fuisse translatum. Illustres viros adorabant alij, lanum nempe qui fuit Noë, de quo ali-

bi. Vulcanum qui fuit Tubal Caim. Alij Dagom, seu piscem, Dæmonem alij. Unde non solum simulacra, sed prototypi etiam eorum fuerant creaturæ; in quo illud eveniebat, ut servirent creaturæ potius quam creatori. Ex quibus constat fides, quæ execrando Apostatæ est adhibenda.

Et quidem certum est Gentiles Deos simulacra appellare, Dan. 5. *Bibebant vinum, & laudabant Deos suos auteos, & argenteos,* & Sap. 13. *Appellaverunt Deos opera manuum suarum.* Equè verum est Israëliticum populum non adorasse in vitulo Deum Hierem. cap. 2. *Ambularunt post vanitatem* (idest post idola) *& non dixerunt, ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de Aegypto* Deut. 32. *Deum qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui,* & Psalm. 105. *Fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt sculptile, & oblitii sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magna in Aegypto.*

Quod si quis cum Bossio duplicem recognoverit oblivionem, unam, qua species abolerentur ex animo, alteram, qua illæ non recoluntur, ut oportet, nempe animo circa alia magis intento, sicut mulier oblita dicitur fæderis conjugalis, quando illecebris plecta se se alteri prostituit, ac homo dicitur Dei oblitus, cum in Symbolo interdicto colere Deum præsumit. Hæc propriè non est oblivio, sed quasi oblivio, quia homo se componit quasi oblitus, vocatur autem in Scriptura oblivio, sicut, qua tenentur ingrati.

Quamvis ergo hæc dicantur, neque unde facile hujusmodi expositio redarguatur habeamus, nequit loco lerem. applicari, qui de oblivione rigorosa loqui videtur. Quoties autem loquitur Scriptura de adoratione, & Dei oblivionem exprimit. adorationem alieni Dei intelligit, ut Psalm. 43. *Si oblitii sumus nomen Dei nostri, etsi expandimus manus nostras ad Deum alienum.* Idem ergo est Deum oblivisci, ac alienis tradere cultum Israëlitas. Ipsosque in vitulo Deum verum non adorare innuit, quod si signum corporeum quærerent, cur nubem, ignique columnam non elegerunt, quæ melius ducerent, quam vitulus ipse? Ideo ergo vitulum potius, quam alia, coluere: quoniam magnum Aegyptiorum Deum viderant, qui vitulus erat niger

maculis albis insignis, & Apis appellatus à suis. De quo Cicero lib. 1. de nat. Deor. & August. lib. 18. de civitat. Dei, cap. 5. Herodotus, Diodor. Plutare. & Plinius. Idem non obscure intelligitur Josue cap. ultima ibi enim optio datur Hebræis, an dijs alienis, quibus Thare, & Nachor, an Amorrhæorum, an Deo Israël servire velint. Non ergo in idolis Deum Israël adorabant. Reg. item 3. cap. 18. Elias Baal contraponit Israël vero Deo, dicens: si Dominus est Deus, sequimini eum, si Baal est Deus, sequimini illum. Non ergo in simulacro Baal verum Deum recognoscebant. Vnde dicendum ad Exod. cap. 31. populum Israëliticum tam barbarum esse, ut facile, exitum de Ægypto non Deo Moysi, sed Api Deo Ægyptiorum attribuisse, credamus.

Ad locum Judicum de idolo Michæ verius judico Lyranum atque Burgensem, quam Caietanum, quem Vermilius & Cytræus sequuntur, exposuisse, dum falsum Deum à Micha adoratum censent, licet veri Dei nomine insignitum. Gentiles enim veri Dei etiam nominibus suos sacrilege afficiebant. Nomen enim *Optimi & Maximi* proprium solius Dei Iovi tribuere gentes, sicut & *incommunicabilis*

dederunt lapidibus, atque lignis. Sap. 14. Neque mirabile videbitur cuivis, Micham, e jusque matrem hoc scelere contaminari, cum Salomon sapientissimus 3. Reg. 11. æque insanierit Dæmonis arte & astutia illusus. Vnde benemeritum se judicavit de suo falso Deo, non de vero, quem in idolo adoraret.

Idem dicendum de vitulis Ieroboam, quorum reus habetur 3. Reg. in illis enim non verum, sed vitulū Ægyptiacum adorandum Ieroboam præcepit. ¶ Videtur mihi (inquit Hieronym. lib. 1. in Osee cap. 4.) idcirco & populum Israël in solitudine fecisse sibi caput vituli, quod coleret, & Ieroboam filius Nabat vitulos aureos fabricasse, ut quod in Ægypto didicerant, qui sub figura boum coluntur, esse Deos, hoc in sua superstitione servarent, ¶ & lib. 3. cap. 10. ¶ In Bethaven idest Berhel (inquit) vaccas aureas coluerunt habitatores Samariæ: quas cum irrisione, non vitulos sexus masculini, sed vaccas, idest fœminas appellavit: ut videlicet Israël non Deos vitulos solum, sed Deas vaccas coleret. ¶ Vitulos ergo Ieroboam adorandos proposuit, qui Apin Ægyptium præsentarent.

Exodi 20. *Non facies omne opus in eo, in sabbatho scilicet.*

Iosue cap. 6. *Isrælitæ perambulabant, cum è castris, quæ Hierichunte aberant 10. stadijs accedebant ad urbem, & circuitionibus operosis septenis laborabant.*

\*\*\*

### §. i.

*Propositur quæ ex Hebræorum nugis, & brutis animorum excæcatorum commentis die sabbathi prohibentur, & quæ superstitione observantur ex ijs, quæ in Talmude extant.*

7. **Q**UONIAM Hebræi in Talmude tri. de sabbatho frequenter inculcant, quod quicumque sabbathum, ut decet, observat, juxta omnes ritus & consuetudines suas, peccatorum suorum veniam consequitur, quamvis se se idololatria pollueret, variz stupide quidem omnes suppositæ, & in dies adinventæ sunt cæremoniæ, ut digne dies sabbati celebretur; sed à Sacro Textu,

& à lege Moysi alienæ. Imprimis die veneris ante noctem, quidquid per sabbathum comedere volunt, coquere solent, & tribus epulis diem sabbathi honestant, die veneris noctu, ineunte sabbatho, & vespere sabbatho exeunti altera. Hanc legem ex Exod. 16. exterebrarunt. Ubi ter loquens de manna scribitur *hodie* innuente Mose ter manna sabbatho epulis concedendum. Nullus autem, quamvis plures ancillas haberet aliquid in honorem Sabbathi non laborat, ut decernitur in Talmude fol. 119. & in tract. Kidduschim cap. 2. Vngues die veneris rescant, non sine superstitione, digito intermedio transmissis: incipientes vero à sinistra, vestibus in honorem Sabbathi destinatis induti, mensaque strata linteis mundis, & albis, Sole montium, &

& arborum cacumina jam occupante, lucernas, quas *Sabbathi* appellant, mulieres accendunt, ambas manus, quam primum ardere incipiunt, expandentes versus lucernam, inquit: Benedictus tu Domine Deus, qui nos præceptis tuis sanctificasti, & candelas accendere, præcepisti. Quis non rideat, unde hæc cæremonia ortum habeat? nolente namque Adamo (inquit) de ligno edere, ramum decerpit Eva, ictuque illum affixit, quousque simul cum illa ederet, atque peccaret, & Solis, qui antea maximè collucebat, post utriusque peccatum, lumen extinctum est. Ideo mulieres qui lucem perdidierant, accendere candelas institutæ sunt.

Deinde orationibus vacant, bonum, & malum Angelos judicantes assistere Synagogæ, illo, si averta fuerat oratio, dicente: utinam proximo Sabbatho se res sic habeant, tenetur iste, *amen*, respondere, si contrarium evenerit. Angelo malo dicente: proximo Sabbatho sic se res habeant, tenetur etiam bonus invitus dicere, *Amen*. Quis hæc non deridebit? sicut & quod defunctorum animæ die Sabbathi in aquas se se proicientes paululum refrigerantur, & ideo his temporibus aquam exhaurire interdicitur, nec quidquam refrigerij subtrahatur miserimis annis? Postea domum redeuntes mensæ accumbunt, vinum consecrant, & puerulo degustandum tradunt. Duos panes accipiunt, eo quod duplum die veneris collegerint manna. Et Sabbathi diei major felicitas in edere, bibere, & delicijs abuti consistit. Hæc est eorum (ò quam sancta, & quam reformata) religio. Pro qua comprobanda pluribus Talmud. scæter fabellis, cap. 26. fol. 119. & in tract. de jejunijs, cap. 3. fol. 20. & cap. 16. fol. 118. Quoniam autem Sabbathum deliciarum, voluptatumque abusu celebrant, consulunt Rabbini, ut mariti nocte illius diei esse præcipuè meminerint, & Sabbatho nuptias celebrent. Quid autem secundis, & ultimis epulis agant Judæi, preces quas fundunt, pulcherrimas cantunculæ Sabbathi, quas cantillant, & alia referre difficile foret: inferius miscebimus plura sed non nisi vana, & supersticiosa.

## §. II.

*Quod itineris spatium deambulandum licite foret ex Rabbistorum placitis traditur.*

**C**VM Judæus die veneris peregrinatur, & via, sive ad diversorium, sive domum, major termino, qui Sabbathi deambulationi conceditur, superest, in medijs agris, sive in media sylva subsistere debet, omni furum periculo, & cibi, potusque penuria postposita: Mendacijs referta hoc comprobatur historiola Sepher Hammaase hist. 138. Quis autem terminus itineris sit in Sabbatho? non est apud omnes compertum. Ex Samaritanis plures sacræ Scripturæ simplicem sonum amplexi, quo loco, quo habitu, qua positione quis esset repertus Sabbathi initio, sic toto die manendum existimaverunt. Alij in Orach Chajim numero 301. viris, mulieribusque Sabbatho currere interdicitur, nisi præcepti divini exequendi causa, passus etiam duobus pedibus majores facere prohibentur. Si tamen adolescentes currant, vel saltem animi Sabbatho recreandi causa, in honorem Sabbathi concessum est. Omnes quidem, Samaritanorum superstitionem si excipias, distantiam aliquam itineris recognoscunt. Duplex autem est Sabbathicorum intervallorum genus, alterum majus, quod legi Scripturæ coævum est, atque Mosaicum poterit appellari. Alterum minus, quod ex Senbarum scitis, moribusque superinductis manavit. Prius autem fuisse dicunt 12. miliarium. Posterius cubitorum bis mille, quod æquale est milliario Italico. De minori intelligitur illud Act. cap. 1. ubi iter Sabbathi pro distantia, quæ inter montem olivarum (sic inquit Seldenus) & sacram civitatem intercedit, substituitur, vel bis mille pedum: sic ex Hebræis Hieronymus epistol. 151. ad Algas quæst. 9. ¶ Præterea (inquit) quia jussum est, ut diebus Sabbathorum sedeat unusquisque in domo sua, & non egrediatur, neque ambulet de loco, in quo habitat, si quando eos juxta litteram cæperimus tractare, ut non jaceant, non ambulent.

*Quod itineris spatium ambulare liceret Sabbatho Judæis.*


non stent, sed tantum sedeant, si velint præcepta servare, solent respondere, & dicere, Rabbi Akiba, & Simeon, & Hillel magistri nostri tradiderunt nobis, ut mille bis pedes ambulemus in Sabbatho. ¶ Hæc ille.

Qui autem juxta Talmudicos ultra terminum urbi præstitutum exhibat, vapulabat, juxta id quod habetur in lege: *non egrediatur ullus loco suo die septimo.* Locus hic (inquiunt) est terminus urbi præstitutus, seu spatium ultra quod non erat egrediendum. Nam & sic jussit Moses magister noster, ajunt, non esse egrediendum è Castris. Cæterum & Scribarum ex scitis manavit illud, quod non liceret homini, urbe exire ultra bis mille cubitos, scilicet, spatium illud, pro suburbio habetur. Sic Maimonides Halach sabbath. capit. vigesimo septimo. Quæ sic interpretantur, ut fas sit, dicant homini in sabbatho totam urbem peragrarè, etiam si fuerit amplissima etiam ut Ninive. Idque sive muris cincta esset. Atque etiam fas fuisse ex urbe egredi per bis mille cubitos in quamlibet plagam. Deinde adjiciunt, si bis mille cubitos excederet, nec tamen duodecimum lapidem attingeret, flagris puniebatur, eis, scilicet, qui Scribarum scita non observarent, debitis. Cæterum si ultra duodecim ab urbe lapidum distantiam exiret usque ad cubitum unicum, vapulabat ex lege sacra. Eo spectat illud Josue de arca; *Longitudo erit inter vos, & illa, quasi mensura duorum millium cubitorum, nec appropinquabitis ad eam, quatenus, scilicet, scitis viam, per quam incedatis.* Ubi Salomon Iarchius ad Exod. cap. 16. sic inquit. ¶ Ut potueritis ire, & precari coram Domino etiam in Sabbatho. Contra hoc difficilis est locus Deut. cap. 16. *Moneque consurgens vadet in tabernacula tua.* Ibi videndum.

\*\*\*

### §. III.

*Superstitiones Iudeorum alia proponuntur, quæ in Sabbatho prohibentur.*

9.  OSEPHUS lib. 14. cap. 8. patrij moris fuisse, ut si hostes sabbatho pugnam inciperent, ipsosque Judæos

adorerentur, ij se se defenderent ait. Sin vero aliud quid molirentur, nihil agere debere Judæos. Id cum Pompejus cognosceret, fossis, & turribus diebus sabbathi factis, Hierosolymam totam cum templo devastavit. De Asinæo Judæo (inquit Josephus.) ¶ Legi magis consentaneum censuit, vires ob necessitatem exercere, armaque corripere, sicque si mori oporteret, supplicium de hostibus sumere, quam nihil agendo mori, sicque ipsis etiam hostibus gaudij materiam suppeditare. Irruere nihilominus die sabbathi in inimicos improbum judicatum est. Vide Josephum lib. 2. cap. trigesimo septimo, Hoc expressè habetur in lib. 1. Machabæorum, cap. 2. ubi Mathathias cum socijs legem sabbathi tanto necessitatis extremo, vitæque periculo non obligare censuerunt, sic legem interpretante Pontifice Maximo Mathathia, apud quem jus explanandi præcepti residebat. De quo videndus D. Thomas 2. 2. quæst. 40. art. 4.

*Irruere in inimicos prohibitum*

Ex ijs conspicuum apparet, quam supersticiosè in observantia sabbathi nunc Iudæi religiosiores se gerant. Nulla enim viro arma gerenda sunt, neque gladius, neque lancea, neque lorica, sartor cum acu vestibus suis inhærente domo egredi non debet. Claudus, mancus, paralyticus, qui sine baculo, vel scipione ambulare nequeunt, baculum, quo innitantur, gestare possunt: cæco vero prohibitum. Iure autem meliori, quam in antiquiores, in hos diceret Plutarchus, quod custodiendo sabbatho, septimam ætatis partem vacando perdunt, & Seneca apud Aug. lib. 6. de civit. cap. 11.

Pro majori expositione eorum, quæ supra retulimus, & simul textuum nostræ antilogiæ, audite Tertullianum lib. adver. Iudæos cap. quarto. ¶ Dicturi sunt Iudæi, ex quo hoc præceptum datum est per Mosem, ex inde observandum fuisse. Manifestum est itaque, non æternum, neque spiritale, sed temporale fuisse præceptum, quodque quandoque cessaret, denique adeo non in vacatione sabbathi, idest, diei septimi, hæc solemnitas celebranda est, ut Iesus Nave suo tempore, quo Hierico civitate debellabat, præceptum sibi à Deo diceret, uti populo mandaret, ut sacerdotes arcam testamenti Dei septem diebus circumferrent in circui-

ru civitatis : atque ita septimi diei circuitu peracto , sponte ruerent muri civitatis. Quod ita factum est , & finito spatio diei septimi , sicut prædictum erat , ruerunt muri civitatis. Ex quo manifeste ostenditur in numero istorum septem dierum incurrisse diem sabbathi : septem enim dies , undecunque initium acceperint , sabbathi diem secum concludant necesse est , quo die non tantum sacerdotes sint operati , sed in ore gladij præda facta sit civitas ab omni populo Itraëi. Nec dubium est , opus servile eos operatos , cum prædas belli ageant ex Dei præcepto. Nam & temporibus Machabæorum sabbathis pugnando fortiter fecerunt , & hostes Allophyllos expugnaverunt , legemque paternam ad pristinum vitæ statum pugnando sabbathis revocarunt. Nec putem aliam legem eos defendisse , nisi in qua de die sabbathorum meminerat esse præscriptam. Unde manifestum est ad tempus & præsentis causæ necessitatem convaluisse , ut non ad perpetui temporis observationem huiusmodi legem ijs Deus dedisset.

Idem Tertullianus lib. 2. contra Marcion. cap. 21. ¶ Sic & in cæteris ( inquit ) contrarietates præceptorum ei exprobras , ut mobili & instabili , prohibenti sabbathis operari , & iubenti , arcam circumferre per dies octo idest etiam sabbatho in expugnatione , civitatis Hiericho. Nec sabbathis enim in spicis legem opera humana , non divina prohibentem. Siquidem sex , inquit d. chus operare , & facies omnia opera tua. Septima autem die sabbatho Domino Deo tuo , non facies in ea omne opus , quod utique tuum. Consequenter enim est , ut ea opera sabbatho auferret , quæ sex diebus supra indixerat , tua , scilicet , idest humana , & quotidiana. Arcam vero circumferre , neque quotidianum opus videri potest , neque humanum , sed ratum & sacro sanctum , & ex ipso tunc Dei præcepto utique divinum , quod & ipse , quid significaret , edissererem , nisi longum esset figuras omnium argumentorum oratoris expandere , quas forsitan neque admittis. Sed plus est si de absolutis revincamini simplicitate veritatis , non curiositate : sicut & nunc certa distinctio est sabbathi , humana , non divina prohibentis opera. Ideoque qui sabbathis lignatum jerat , morti datus est.

Suum enim opus fecerat lege interdictum. Qui vero arcam sabbathis circumtulcrant , impune gesserunt : non suum enim opus , sed Dei , ex præcepto scilicet ipsius administraverunt. ¶ Et contra eundem lib. 4. cap. 12. ¶ Etiam si destruxisset ( inquit de Christo ) sabbathum merito , quia Dominus magis ille qui instruit , sed non omnino destruxit qua Dominus , ut hinc jam apparere possit ne tum quidem in arcæ circumlacione apud Hierichitum sabbathum à creatore destructum. Nam & illud opus Dei erat , quod ipse præceperat , & quod propter animas disposuerat hominum suorum in discrimine belli constitutas. ¶ Vide Epiphanium hæres. 66 contra Manichæos. Ex quibus constat conciliatio Antilogiæ , & ex dicendis clarius constabit.

\*\*\*

### §. V.

*Iudicia legalia non exercita esse sabbatho , exponitur , & quid de supplicio illius , qui violavit , Mose iudice , sabbathum.*

**I**UDICIA legalia prohibita esse in die sabbathi , & alterius festivitatis constat ex Exod. 12. & 20. illic enim nihil operandum præcipitur præter ea , quæ ad victum necessaria erant , quando autem in lege unum excipitur , cætera comprehendi certissimum est. Hic autem neque opus aliud in sabbatho admittit. Cõprobat idem illud Act. Herodes enim cupiens placere Judæis post pascha producendum reliquit , mortem autem ejus nusquam differret , si die festo iudicia licerent Judæis. Philo lib. contra Flaccum præsidibus non insolenter administrantibus morem fuisse , in neminem damnatum animadvertere , donec solemnnes celebritates , Augustorumque natalitia festa prætereant , tradit. Romani Kalendis Ianuarij festisque diebus vincire reos , atque damnare , nefas ducebant. Vnde Tiberium sextivix Suetonius arguit , quod neque Kalendis Ianuarij abstinuisset à cæde. Et quidem Plutarchus , urbi impendentium malorum visum prælagium , testatur , quod Marius Kalendis Ianuarij eiecerit Licinium de saxo. Eadem memorat Livius lib. 5. & Cicero lib. de leg.

*Judicia Le-  
gata pro-  
hibita die  
Dominica  
a Concilijs.*

Quid autem jurè canonico statu-  
rum sit de Dominica die à Patribus  
imitari volentibus sabbathi festivam so-  
lemnitatem, habemus in Concilio Tar-  
raconensi cap. 4. nullum tam episco-  
pum, quam presb. rerum ausum esse,  
cujuscumq; causæ judicare negotium.  
Maricon. 2. can. 60. nullum causarum  
actionem exercere. Idem Arelaten. 4.  
cap. 16. Nicolaus 1. ad consulta Bulga-  
rorum cap. 12. cap. 1. de ferijs lib. Decre.  
tit. 9. ¶ Omnes dies Dominicos à ves-  
pera in vesperam cum omni venera-  
tione decernimus observari, & ab om-  
ni illicito opere abstinere, à mercatu,  
placitis, sententia ad mortem, juramen-  
to, nisi pro pace, aut alia necessitate.  
¶ Idem habetur statutum in lege *Om-  
nes Cod. de ferijs*, ibi. ¶ In quibus pa-  
rem necesse est habere reverentiam,  
ut nec apud ipsos arbitros, vel à judici-  
bus flagitatos, vel ab ipsis electos ulla sit  
cognitio jurgiorum. ¶ *Et L. 2. §. fin. D.  
Si quis cautionibus*, ibi. ¶ Is qui citatus  
ad diem non respondit, excusatur, si  
dies feriatas fuit.

Verum contra hoc stare videtur il-  
lud Num. cap. 15. ubi homo qui sabbatho  
colligens ligna comprehensus est,  
statim ipsius sabbathi die lapidibus  
obruï præcepit Dominus. Verum hoc  
non magni roboris habet in contra-  
rium. Tertullianus lib. 2. contra Mar-  
cionem. ¶ *Distinctio* (inquit) est sab-  
bathi humana non divina prohibentis,  
ideoque qui sabbathis lignatum ierat,  
morti datus est, suum enim opus fue-  
rat lege interdictum. Qui vero arcam  
sabbathis circumtulerant, impune ges-  
serunt. Non suum enim opus, sed Dei  
ex præcepto scilicet ipsius administra-  
verant. ¶ Deus ergo lege à se sancita,  
ut omnes supplicio terreret, voluit dis-  
pensare, ex quo non licebit cuius iter  
agere contra legem, sicut qui legis do-  
minus est.

Neque licet ex alijs verbis ipsius lo-  
ci difficultas instaurari poruisset, ab in-  
telligentia prædicta nos dimovebit. Sic  
enim instauratur vis præcedentis diffi-  
cultatis quoniam ex c. 15. Num. constat  
hominem, qui collegerat ligna, prius  
comprehensum reclusisse, ad tribunal  
Mosis adductum, actandem à Domino  
lapidibus obruendum damnatum. Ex  
quibus deducitur, ante sententiam di-  
vinam, prius miserum reum compre-  
hensum fuisse, ac reclusum impune. Id

ergo licuit hominibus, & non Domi-  
no legis taotum. Dicendum nihilomi-  
nus est ( & sic altera loci, & quidem  
non violenta intelligentia ) in Num.  
cap. 15. non dici lapidibus hominem in  
die sabbathi obrutum. Refertur ibi ho-  
minem reclusum, ad Mosem delatum.  
illi consulenti, ut lapidibus obrueretur  
Dominum respondisse: id tamen exe-  
cutioni ipso die sabbathi deditum mi-  
nime memoratur. Potuit ergo sequen-  
ti, accusari, & lapidari, luce. Quis  
enim credat, nisi expressum esset in  
textu, legislatorem sic severe sabbathi  
præcipientem observationem, ut qui  
neque ignem accendi permitteret eo  
die, ut velox haberetur ad iram, pec-  
nas luente misero reo, lege dispensare  
voluisse? Audite Maimonidem lib. ult.  
lad. sect. 5. quæ inscribitur Sanhed. ¶ Ju-  
dices ( inquit ) rerum capitalium non  
judicant in parasceve sabbathi ( ab hora  
intellige à qua festum incipiebat ) aut in  
parasceve diei festi, quia non debet  
id fieri, & reus occidi postridie non  
potest. ¶

\*\*\*

#### §. V.

*Festivis diebus vendere, emereque non  
licere, & quid de Dominica statu-  
tum à Patribus, & Concilijs?*

**S**ABBATHO vendere, & emere  
non licuit. Hoc expressum est in  
Scriptura, Esdræ enim 2. cap. 13. sic ha-  
betur. *Esdras ergo ex Perside reversus  
hæc curavit circa observationem sabbatho-  
rum. In diebus illis viri juda calcan-  
tes torcularia in sabbatho, portantes  
acervos, & onerantes super asinos vinum  
& uvas & ficus, & omne onus, & infe-  
rentes in Hierusalem die sabbathi. Et con-  
testatus sum, ut in die qua vendere lice-  
ret, venderent.* Et paulo inferius clario-  
ra. Idem autem dicendum est de alijs  
festivis diebus. Quoniam sabbathi no-  
mine feriatii omnes dies intelliguntur à  
communi sabbathi appellatione juxta  
illud Levit. 23. *A vespera usque ad vespe-  
ram celebrabitis sabbatha vestra.* Præ-  
terea suadet id edictum August. Cæsar.  
quod refert Josephus lib. 16. Antiq.  
cap. 10. ¶ Placet mihi de communi ju-  
rati Senatus sententia, Judæos uti pro-  
prijis ritibus, ac legibus, neque cogi ad  
præstanda

11.

præstanda vadimonia sabbathis, aut pridie sabbathorum post horam nominam in parasceve. ¶ Hæc Augustinus. Ex quibus sabbathi, & festorum diebus prohibita similia opera constat. Eadem sentit Philo lib. de legatione ad Cajum, & lib. de mundi opificio: ubi nil operis licuisse præcipue quæstus gratia, asseruit.

Hoc similiter ex canonum statutis compertum est, Concilium Turonense 3. cap. 40. ¶ Item interdicatur inquit ne mercata, & placita usquam fiant die Dominica, qua oportet omnes Christianos à servili opere in laude Dei gratiarum actione usque ad vesperam perseverare. ¶ Idem statuit Moguntiacum anno 1313. cap. 37. Remense can. 35. Aquilgran. 2. in cap. 3. can. 17. Arelat. 4. cap. 16. Alisiod. c. 16. allegatum à Burcardo lib. 2. decretor. cap. 82. in quo omnia opera ruralia etiam, & venatio prohibentur, sicut & in Meldensi can. 77. sub Sergio. 2. Parisiense lib. 1. c. 50. Concilium in Scotia sub Innocentio III. eadem observari decrevere. Ea autem regulari voluere in Concilijs Sanctissimi Patres erga Dominicæ observationem conformiter omnino ad id, quod lege divina statutum est à Domino in sabbatho, cui Ecclesia substitui diem Dominicam voluit.

\*\*\*

### §. VI.

*Plura religionis gratiâ die sabbathi esse permissa, & Evangelistarum aliqua testimonia exponuntur.*

12. **E**MPITIONEM, & venditionem licuisse pietatis, & religionis ergo in die sabbathi, non quæstus gratia, iudico: & idem de collectione fructuum instante necessitate, ut quis unde alii posset haberet. Primum suadetur, quoniam juxta plurimum & fere communem sententiam luna decima quarta ad vesperam posteriorem diei 14. & priorem diei 15. qui primus azymorum, ac perinde festivus erat, celebravit Dominus pascha. Tunc autem Christo Judæ dicente. *Quod facis, fac citius: quidam* (inquit Ioannes) *enim putabant, quia loculos habebat Judæ, quod dixisset ei Jesus: eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum.* Paulo inferius. *Erant autem nox.* Li-

cuit ergo illa nocte, & luce sequenti cibos, & alia religionis emere causa. Deinde quia eo, quo passus est Christus, die, juxta plures festivo, à Iosepho ab Arimathia emptam syndonem scribit Marcus. Maimonides in Hilber Sabbath. omnia officia atque ministeria cum sabbathi violatione conjuncta præstari posse ægro, sæpius inculcat, unde emptionem alimenti, vel medicinæ, si necessitas urgeat. Quod similiter fateri debet de collectione fructuum, cum vitæ aliendæ necessitas urget, cum ipse (ubi supra) posse, & debere manus impij regis fugere die sabbathi Israelitam, dicat.

Ex quibus patet intelligentia Lucæ cap. 6. ubi Christus discipulos suos defendit contra Phariseos notantes, quod collegerint die sabbathi spicas. Irrationabiliter ergo calumniantur discipuli Christi. Tum quia comparare sibi, quæ necessaria erant victui, poterant in sabbatho secundo primo, quia ut inquit Isidorus Pelusiot. dicitur sabbathum primo secundum, quia secundum erat solemnitatis paschæ, primum autem azymorum. Neque mireris, secundum diem sabbathum appellari. Iudæis enim totum paschalis celebritatis festum sabbathum appellare legitimum erat. Quare alibi festam hoc sabbathum sabbathorum appellatur. Eadem inquit Theophylactus. Tum, & in texto nostro proximus cum Lyra, quod est lege prohibitum, effici potest licitum propter imminentem necessitatem. Sicut David, qui legitur sanctus, manducavit panes propositionis: quod lege veritum erat sæcularibus, quin nec sacerdos offerens, nec David accipiens reprobentur, opus utriusque necessitate sanctificante. Sic in præsentia dato quod non liceret spicas fricare, recedunt gererent propter famis necessitatem. Verum, ut diximus, hoc sabbathum unum ex paschatis diebus esse diximus ex Isidoro, quibus ea parare quæ necessaria arbitrantur ad victum, licebat, ut patet Exod. 12. ceteri non ex propria sententia sabbathum illud unum ex diebus paschatis azymorum asseruerimus, cum difficile sit die 15. Martij spicas esse maturas. Quid autem de hoc, alibi. Tum quia, ut ibidem inquit Christus, *Dominus est filius hominis etiam sabbathi* unde in sabbathi observatione dispensare, sicut in qualibet lege, potest.

*Sabbathum primo secundum quid.*

Vide Exod. c. 25. ubi de idololatriæ impossibili dispensatione. Tum quia velere spicas, ut manducent & non quæstus gratiâ, non est prohibitum. Quid autem dicendum de manna, quod die sabbathi colligere non licebat, jam diximus.

Ea autem, quæ religionis ergo fiebant, sabbathum non violare, exprimit frequenter ipsa Scriptura. Sabbatho namque victimas sacerdotes mactabant, pelles detrahebant, intestina lavabant, ligna findebant, ignem accendebant, pueros circumcidebant, ut Hieronymus, Chrysostomus, & Euthymius exponunt. Ex quo confirmatur, ut inquit Maldonatus, de festis nostris vulgaris sententia, non violari scilicet festum, cum ea in festo sunt, quæ ad ejus celebrationem spectant, nec alio tempore fieri possunt, & quæ ad salutem animæ sunt necessaria. Hoc enim maxime Apostolos excusabat, quod in prædicando, miraculisque operandis ita occupati forent, ut nec parare, nec capere cibum possent. Hoc est misericordiam volo, non sacrificium. Ulterius autem interrogatus, si licet Sabbathis curare: responder affirmativè dicens *quis erit ex vobis homo, qui habeat ovem unam, & si ceciderit hac Sabbathis in foveam, non ne tenebit, & levabit eam? Quanto magis melior est homo ove?* Quasi hæc licerent die Sabbathi juxta legem.

Verum contra hujusmodi veritatem extat illud Luc. *Et revertentes paraverunt aromata, & unguenta, & sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum.* Quasi prohibitio emptionis die sabbathi etiam pietatis gratia caderet sub præcepto. Dato quod non liceret sepelire, neque ungere mortuos nihil contra nos. Quoniam nulla major erat pollutio verita à Mose, quam ipse contactus mortui. Quod ipsius Thobix suader exemplum, quo plures, ut non licuisse sabbatho mortuos curare, probent, moventur. Ibi enim pollutio nem traditur contraxisse, qui mortuum contigerat, quare non auder ingredi domum suam. Alia autem pietatis opera verita sabbatho non videmus. Quod si licuisse funera curare illo die dicamus, sic intelligendus est Lucas. Siluerunt quidem mulieres non secundum mandatum, hoc est legem, sed secundum traditiones Phariseorum, quas

gens barbara, aut simplex, ignarusque populus tanquam legis rigorosum mandatum observare cogebantur; imo supersticiosius ipsa divina lege, ut videre est in Rabbinis supra cælum moralè suam elevantibus legem. Lucas autem se accommodat in loquendo eorum intelligentiæ: ideoque mandatum ipsam supersticiosam traditionem appellat. Quantum autem hæc distet à vera observantia præcepti, quis non videt? Philo enim lib. 2. de vita Mosis, nec ramum nec frondem, nec folium demerre fas esse asseverat, quod æque supersticiosum est, ac exemplum, quod ex Saxonis annalibus producit Munsterus de Judæo, qui Sabbatho cum in cloacam decidisset, propter sabbathi religionem renuit educi, Episcopus autem sequenti die, propter diem Dominicæ, qui sacer Christianis est, extrahi noluit permittere. Hinc in derisum tam stultæ superstitionis illud.

*Sabbatha nostra colo, de stercore surgere nolo.*

*Sabbatha nostra quidem Salomon celebrabis ibidem.*

Ex quibus concluditur juxta Talmud *Talmudica* statui ovem cadentem in foveam extrahi non posse, sed in ea cibum dandum esse, donec præterierit sabbathum, si vero imum foveæ profunda operiatur aqua, nec bestia, quæ decidit cibari potest, stramen illi, & alia supponenda sunt, ne, si modo fieri possit, submergatur; si ipsa foras erumpat reus non est Judæus, neque sabbathum violavit. Sic sunt cætera, sicut & quæ superius retulimus.

Ex iis impius ille ac sceleratus Rabbi Lipmanus in execrando illo & impuro libro, quem in quatuor Evangelistarum historiam sub Triumpho titulo anno Christi 1459. conscripsit, impudenter falsi insinuat Christum, qui juri suo contraria, & consuetudini ipsorum repugnantia affixerit. Sed (ut inquit Buxtorfius) Christus Dominus ipsa veritas est, ac proinde nil nisi veritatem loquutus: Nil unquam falsi, nil dolosi in sacrosancto illius ore inventum est. Ipse autem Judæus cum patre suo diabolo mendax est. Verum quidem est hodiernum Talmudicum jus sic præcipere, ut inter alia comprobatur exemplum, quod adducit Munsterus.

rus. Hoc verum est quod verbis Christi repugnet, sed à principio res non ita se habuit. Nil enim huic simile in illorum veterum constitutionibus inventum est, ad quarum normam regulabantur tempore adhuc ipsius Christi. Indicium maximum veritatis verborum Christi silentium est Phariseorum; non enim tacuissent, si eorum traditionibus repugnarent, & juri vulgo recepto. Qua ratione ergo in hodiernum illorum jus irrepsit? Respondemus novellam esse constitutionem, à Rabbis & Talmudis auctoribus in Guemaram seu deuteroseon complementum, Novi testamenti & Christianæ fidei odio, aliquot à Christo nato sæculis, intrusam, & ex veteris cujusdam traditionis consequentiis, disputandi tantum gratia, fabre factam, & excogitatam, ut ex ipsorum Talmude manifeste videre est.

Ex horum ergo novellis constitutionibus, & in dies introductis consuetudinibus ridiculis, atque vanis pullulant infinitæ prohibitiones & si minimorum laborum. In summa triginta novem omnis laboris articulos habent, ad quos omnes, qui cogitationem etiam humanam subire possunt, referuntur labores, exempli gratia, Primus articulus generalis est *arare seu colere agros*. Huc pertinent fodere, foveas replere, hortum pastinare; her-

bas trāsplantare, arbores plantare, pampinare, herbas teneras irrigare, cubiculum aqua irrigare, ne pulvis exci- retur sabbatho concessere, sed scopulis evertere, ne ullus scrobiculus in cubiculo repleatur, veterunt. Item agrum pastinarum transire non licet, ne fovea aliqua conculcatione repleatur. *Prumentum secare, vel metere*, est secundus, quo referuntur fructus decerpere, apibus mel subtrahere, & id genus alia. Vi hujus articuli offensus fuere Judæi, quod Christi discipuli spicas sabbatho evellerent. Tertius articulus est *triturare*. Quo spectant lanam excutere, prælo vel torculari quidquam subjicere, pannos madefactos exprimere, mulgere. Si infans nutricem stercore vel urina sabbatho inquinaverit, quidam censent (stupefcente subtilitatem quæstionis) manus illam supra rem inquinatam abluere debere, donec aqua manibus decidens spurciciam abstulerit. Rabbi Jose id prohibuit, veram lotionem censens. Plura alia æque futilia longissimum esset referre, de quibus omnibus sic vaticinatus est, Elaias 1. & ore ejus Deus affatus est. *Incensum abominatio est mihi, Neomeniam & sabbathum, & festivitates vestras non feram, iniqui sunt cæcus vestri, Kalendas vestras, & solemnitates vestras odit anima mea, facta sunt mihi molesta, laboravi sustinens.*

Exod. 10. *Præcipitur observari sabbathum à servis, & ancillis Israëlitarum.*

Exod. 31. *De sabbatho dicitur: pactum est sempiternum inter me, & vos quasi solis Israëlitis observatio licuisset.*

-----

§. I.

*Quid de sabbathi singulari observantia tradiderint exteri auctores, locus Ovidij male ab Abul. intellectus.*



UDÆI in Deuter. 12. nil magis, quam legis Mosiacæ corpus hæreditatem Ecclesiæ Jacob, & peculiū esse, insonant, atque repetunt, unde intra suam ditionem gentibus omnino prohibitam tenent. Et ideo institutum jejunium ad diem octavum Tebet respondentis nostro fere Decembri credunt, quoniam sub Ptolomæo Philadelpho à Septuaginta

interpretibus Pentateuchum Mosis est versum. Unde cum scripta est lex græcè (inquiunt) diebus Ptolomæi regis tenebræ triduo per totum orbem sparsæ sunt. Nefas namque est, legem sibi peculiarem cum gentibus aliis per ejusmodi versionem communicari. De sabbatho quidem sic Rabbi Iisa in Zoh ad Elle-semoth fol. 63. Etiam synagoga, seu Ecclesia Israëlita (inquit) sabbathum nuncupatur, quoniam ei concors est, & sponsa, nam scriptum est. *Observabitis sabbathum, quoniam sanctum est vobis, vobis, non gentibus reliquis, atque hoc est quod intelligitur verbis illis inter me & filios Israël.* Unde etiam habetur peculiū hæreditarium perpetuo Israëlitis.

Sabbathi

13. Jejunant Judæi in signum de- leris, quod sub Ptolomæo Philadelpho Pentateuchum ver- sum sit.

*Sabbathi  
observatio  
singularis  
fuit He-  
brais.*

Sabbathi observationem singularem fuisse Judæis, neque communem incircumcis, fuit indubitatum Tacito hist. 5. de Seneca sic D. August. li. 6. de civit. Deic. 10. reprehendit etiam sacra Judæorum, & maxime sabbatha inutiliter eos facere affirmans, quod per illos septem interpositos dies, septimam fere ætatis suæ partem perdant vacando, & multa in tempore urgentia non agendo, læduntur. Subdit item. Illi tamen causas ritus sui noverunt, & major pars populi facit, quod cur faciat, ignorat. Accedit Ovidius lib. 5. de arte amandi, ubi amoris candidatum monens, sic inquit.

*Nec te praterent Veneris ploratus  
Adonis,  
Cultaque Iudæo septima sacra viro.*

Et paulo post.

*Culta Palaestino septima festa viro.*

Septimi diei sacra Judæo, qui Palæstinus Græcis, atque Romanis dicitur, facit propria, aliisque gentibus non communia. Non sic, neque recte Ovidium intelligit Abulensis. Explicat ita: Terra Palæstina, quæ comprehendit partem terræ Chanaan, est culta, idest habitata septimo viro: idest Judæo, qui septimus appellatur, quia de septem in septem dies sabbatha facit, unde appositum est *Septimus* adjectivum tanquam proprium gentis Hebrææ connotatum. Falsum quidem est nomine septimi Hebræum solere appellari; sed tantum septimi cultum diei fuisse peculiarem Hebræis.

☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞ ☞

### §. II.

*Quid de sabbatho Græci, atque Romani scriptores.*

14.

**A**PUd alias, præter Judæos, gentes sabbathum solitum observari, suadet Clemens Alexandrinus Strom. 5. ¶ Septimum quoque diem (inquit) sacrum esse, non Hebræi modo verum etiam Græci agnoscunt. Quam diem (addit) uti sanctiorem ipsæ quoque Solonis elegiæ mirum in modum prædicant, Hesiodus, Prima, quarta, & septima dies sacra est,

inquit. Suetonius in Tib. cap. 32. de Diogene grammatico (inquit) disputare Sabbathis Rhodi solitus venientem, (Tiberium) ut se extra ordinem audiret, non admiserat, ac in septimum diem distulerat, hunc Romæ saluandi sui causa pro foribus adstantem, nil amplius, quam ut post septimum annum rediret, admonuit. De Utruræ originibus Guilielmus Portellus pag. 210. Quod erat ipsis Judæis (inquit) & patriarchis in primo præcepto, & usu, hoc est, sabbathum, illud fuit etiam Romæ usitatum: licet enim non esset forsitan eadem dies, quæ apud Judæos observari solita est, tamen sicuti nos in Solis die. Pseudo Judæi Ismaëlitæ in Veneris die, eandem atque Judæi in Saturni, Sabbathive die septem intelligentiarum, quæ cælorum motrices sunt, mentionem religiosam facimus ad Summi Dei Creatorisque laudem. ¶ Apud Ciceronem videre etiam est (ut inquit Guilielmus in sacris legibus, & apud Halicarnasseum, & Dion. Historicum li. 37. ejusdem sabbathi diem, qui apud Judæos erat, ad Græcos, Romanosque fuisse translatum.

Accedit Ovidius de remedio amoris, ubi sabbatha à Romanis ex Judæa accepta fuisse, tradere visus est. Sic inquit.

*Sed quantumvis ire voles, magis ire  
memento:*

*Perfer, & invitos currere coge pedes.*

*Nec pluvias opta, nec te peregrina  
morentur.*

*Sabbatha, nec damnis alia nota suis.*

Peregrina sabbatha dici possunt, de quibus Festus sic. ¶ Peregrina sacra appellantur, quæ aut evocatis diis in oppugnandis urbibus Romam sunt collata, aut quæ ob quasdam religiones per pacem sunt petita, ut ex Phrygia Marris Magnæ, ex Græcis Cereris. ¶ Sic ergo peregrina sabbatha intellexerit forte quis pro sabbathis, seu more sabbathico, qui hebdomaticus erat, ex Judæa accepto à Romanis, ad quos verba dirigebat Ovidius, sicut sacra illa è Græcis Phrygibus Epidauris. Et conjunguntur hic à poeta sabbatha infamissimo die cladis Aliensis, qui sub medium Julij recurrit (ut notat Seldenus, qui dedit verba) perinde ac si ita sint sabbatha in usu, ac ille dies Romanis, parilisque de utrisque ratio movendi amato

*Peregrina  
sabbatha  
quid?*

amatorem delirum, ne dies illi rebus agendis nequaquam idonei, præpedirent illius discessum; quemadmodum ubi de puellæ primo captandi tempore rudimenta docet, eisdem dies conjungit, quibus licet aliâs rebus agendis nusquam idoneis, ansa tamen amoris conciliandi avidè javenturi Romanæ arripienda. Inquit Ovid. ita li. 5. de arte amandi.

*Tunc licet incipias, qua febilis alia luce,  
Vulneribus Latius sanguinolenta fuit:  
Quoque die redeunt rebus minus apta gerendis,  
Culta Palaestino septimo festo viro.*

Tertullianus Apolog. c. 16. ¶ Alij (inquit ad Gentes) plane humanius, & verisimilius Solem credunt Deum nostrum, ita æquè si diem Solis lætitiæ indulgemus alia longe ratione, quam religione Solis, secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni orio, & victui decernunt, exorbitantes & ipsi ab Judaico more, quem ignorant.

\*\*\*

### §. III.

*Triples dierum divisio, iuxta disciplinam Romanam. Bina dierum atrocum acceptiones, & veteres plures auctores expositi.*

15. **R**o expositione hujusmodi auctorum noranda est apud gentiles distributio dierum. Primi generis erant, (ut scribit Seldenus) in quibus mos fuit sacra curare cum laborum intermissione solemnî, veluti Panathænea, Eleusinia, Thalyfia, & alia apud Græcos. Saturnalia, Lupercalia, & alia apud Latinos, in quibus non omnimodo opere erat abstinendum, juxta Romanam disciplinam; imo & plura licuisse, sentit Virgil. Georg. 1.

*Quippe etiam festis quadam exercere diebus.*

*Fas, & jura sinunt, rivos deducere, nulla*

*Religio vetuit, segeti prætere se pem.*

Secundi generis fuerunt, quibus scilicet, opus aliquod facere per leges, &

mores ex auctoritate publica licebat. Tertij generis dies sunt inauspici, atri, & inauspici, quibus licet nulla foret festivitas, ab opere tamen abstinere; velut mali ominis infortunium supersticiosius verentes: quorum duæ fuerunt species, aliorum, qui ex auctoritate publica, seu ex instituto civili inauspici habebantur, dicebantur ea notione sacri, qua sacrum execrandum, detestandum, tristisque omne notatum significat, non qua diis dicatum, aut cultu celebrandum. Eorum altera, qui nec ex auctoritate publica, nec ex instituto civili, sed ex privatorum hominum opinione, observatione seu disciplina secretiori sic habiti. Prima species visitur in eo, quod apud Romanos institutum est diebus postriduanis, quoniam scilicet, Sulpicius militum tribunus apud Gallos pugnaturus rem divinam fecerat postridie Idus Quintiles, item apud Cremeram, multisque aliis temporibus, & locis post sacrificium die postero celebratum male cesserat confectus: ideo jusserunt Patres, ut ad collegium Pontificum de ijs religionibus referretur: Pontifices igitur statuere postridie omnes Kalendas, Nonas, Idus, atros dies habendos; ut hi dies, neque præliantes, neque puri; neque comitiales essent. Sed & Fabius Maximus Pontifex negat li. 12. oportere atro die parentare, quia tunc quoque Janum, Jovemque præfari, necesse est, quos nominare atro die, non oportet. Itaque tam hæc infaustorum dierum species, quam genus festorum, opus, & laborem non admittebant ex auctoritate, institutoque publico, sed diversa ratione, festi ob sacrorum curam, & deorum cultum; atri autem, ne male diceret opus inciprum ob malum diei omen, neque illis rectè sacrificium peragebatur. Exemplum posterioris atrocum dierum speciei habetur apud Agg. Noct. Att. 5. cap. 17. Ante diem quartum Kalendas, vel Nonas, vel Idus, tamquam in ominalem diem plerique vitant. Ejus observationis an religio ulla tradita sit, quæri solet; sed nos nil super ea re scriptum invenimus, nisi quod Claudius annalium quinto, cladem illam vastissimam pugnae Cannensis factam refert ad quartum Nonas Sextiles. Dierum autem dictorum tam generis secundi, quam primi, & tertij dies

*Dies inauspici dicebantur sacri.*

dies sacræ dicebantur, sed dissimili quidem ratione. Primi generis dies ita dictæ, quia diis sacræ, atque sanctæ. Cur autem genus tertium? jam diximus supra. At secundi generis dies, id est, pro rebus agendis præ aliis idonei sive ex ratione Astrologica, sive alia ratione habebantur. Unde observant Grammatici apud Homerum, sacrum notione communiori non solum accipi pro eo, quod diis sacrum est, sed etiam pro illo, quod suo in genere præstabilius, seu pro illo, quod singulari deorum beneficio humano generi utilitatem affert insigniorem, unde farina sacra, urbs sacra, tellus sacra appellari solent.

Ex his lucem auctores superius relaticapiunt. Clemens namque non de sanctitate, aut diei septimi loquitur cultu, sed de singulari numeri septenarii loquitur dignitate. Tam Græci (inquit, quam Hebræi sciunt, numerum septenarium esse sacrum, per quem, aut secundum quem totus mundus circumagitur, eorum quæ viva gignuntur, & omnium, quæ producuntur, quod dicere solent Astrologi, quibus mundi gubernatores nuncupantur planetæ septem. Eodem sensu capiendum est, quod de elegiis Solonis, inquit, palam enim est, elegias illas de annis Climatericis, seu septenaria ætatis humanæ nutatione hebdomadam nomine Arist. Pol. li. 7. aliisque sæpè denotatas. Sic etiam intelligendus venit Suetonius. Quoniam ut Nundinæ ex origine Latina novum diem, ita Sabbatha ex origine Hebraica, linguaque Hellenistica, quæ apud Judæos, Ægyptios, Græcos, Romanenses in usu, in Romanorum linguam recepta, non solum Judæorum omnes solemnitates denotant, atque festa, verum etiam ipsos dies septimos qua septimi fuere. Affine namque sunt *Sebai*, quod septem est, & *Sabbath*, seu *Sebath* quod sabbathum, seu requies est. Quoniam autem die, ac septimo anno requiescendum erat, ideo ipsum vocabulum requiem, seu sabbathum denotans lingua Hellenistica, sicut & Orientalium aliis, ipsisque Judæis subinde septimum reddebatur. Exod. enim 20. pro eo quod est: *Idcirco benedixit Dominus diei Sabbathi, & sanctificavit eum* habent Hellenistæ. *Idcirco benedixit Deus diei septimo, si-*

cut, & Vulgata & R. Saadias Gaon in versione sua Arabica. Sabbathum ergo non solum ab opere, & labore cessationem, quæ pars festi singularis est habita, sed etiam diem septimum significat. Inde per Synecdochem totam hebdomadam appellamus septimanam, & scdere novo feriæ, prima, secunda, & tertia sabbathorum, ut prima sabbathorum dominica, nominantur. Hinc factum, ut gentiles, quorum in linguas sabbathi hæc notio per Judæorum consuetudinem, sive Hellenisticos libros irrepserat, diem quemlibet in ordine hebdomatico diem sabbathicum vocarent, ac si diem hebdomadicum significarent. Unde in Sabbatho disputare, foret tantum in hebdomadæ recurrentis aliquo unico die, quem sibi præstituerat, disputare. Quare neque ex quo Sabbathis disputare soleret Diogenes, inde inferre licebit, Rhodiis diem septimum fuisse cultum. Dio autem (quidquid dicat Portellus) nil præter id, quod est dierum juxta planetarum septem in eis numerandis ordinem ab Ægyptiis acceptum passim invaluisse, maxime apud Romanos, quod ad unam in hebdomade quieti concessam nullatenus spectat.

Hesiodus itidem, postquam diem septimum sacrum dixit, reddit rationem expressè, eo scilicet, quod Apollinis natales inciderint die septimo: unde unius cujusque mensis septimus ei sacer est, sicut octavus Neptuno, Mercurioque quartus. Apollinis festum apud Athenienses celebrabatur laurum gestantes, canistrum coronantes, himnisque laudantes Deum. Ideo ergo septimus dies sacer dictus ultima hac notione, qua quod utilissimum est, sacrum dicitur, non vero, qua cultus aliquis designatur. Neque contrarium ostendit locus Ovidij: ibi enim solum monet amantem, ut amoris loca, quibus ipse cum amica simul assueverat, diligenter fugeret, idque adeo sollicitè, ut nec dies inauspicatissimi, aliis rebus agendis non idonei, adeoque itineri, cum laqueis amoris nondum extricatum morarentur. Quinam illi? dies Saturni, sabbatha ab Hebræis Romæ culta, ideoque peregrina dicta, dies etiam cladis Alienis infauitissimus. Peregrina enim festa, alia fuerunt, quæ Romanis ex auctoritate publica è regionibus exteris inuenta, qualia memo-

*Climaterici dies.*

rat Aufonius : alia, quæ peregrinis ibi degentibus, plerumque licet non semper permissa, nec Romanis ex more aut jure Romano communia, qualia Ægyptiaca fuere, & Judaica. Sic Suetonius de Tiberio c. 36. externas cæremonias Ægyptios, Judaicosque ritus compescit, coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes cum instrumento omni comburere. Sic etiam Tacitus ann. 2. Inter hujusmodi Sacra, peregrinaque festa fuit sabbathi cultus Romæ, non inter ea, quæ ex publico decreto recepta; nam sabbatha illa tunc Romæ celebrare Judæos, cum scripsit Ovidius, tradidit Philo li. de legatione ad Caium: ubi dicitur, Augustum rationem in distributionibus suis mensuris Judæorum ita haberi voluisse, ut si liberalitas illa in sacrum diem septimum incidisset, qua illis nec dare, nec accipere licuit, die postero beneficium illud acciperent. Ovidius ergo sabbatha, & septima festa ad diem Saturni, non ad ipsos diei ritus sacros denotandos, memoravit. Cum enim dies Saturni ex disciplina à multis recepta inter dies atros numerarentur, dubitavit Poëta: ne facile posset contingere, ut diebus illis discessum differret amarius: inquit ergo, non solum dies non te morentur qui ex disciplina Mathematicorum habentur infausti, verum nec illi, qui ex instituto publico rebus faciendis minus idonei serio fiunt, veluti cladis Alienis: id est, nullius diei, aut temporis utcumque alias infausti qualitas discessum tuum differat. Audi Lipsium Sat. lib. 1. cap. 5. ¶ Triste Saturni sidus, & maleficum, quale ingenium inferorum. Inde, Saturni diem viæ non faustum fuit supersticio, quæ omnia Saturni septimumque diem indicant inauspicatum, sicut & sidus Saturni apud Astrologos malevolum passim legitur. ¶ Unde solum Judæis, profelytisque justitiæ dies ille festus erat ex instituto, Romanis quidem, sed non omnibus ex Mathematica disciplina ob sideris dominantis malevolentiam infaustus habitus est, cujus Astrologica observatio plurimum apud vulgus invaluit.

Ad Tertullianum dicendum, de septimi, id est, Saturni diei otio locutum, qui rebus agendis disciplinæ Astrologiæ causa haberetur minus idoneus ex disciplina plurimum, qui

huic superstitioni indulgentiores forent, non autem de sacro cultu. Dicit namque secundo loco ab eis sumus, qui diem Saturni otio, & victui decernunt, id est ab eis, qui ex disciplina sibi recepta id faciunt, qui cum gentiles sint, non est quod solis diei lætitiæ nobis obijciatis magis, quam ipsis. At utroque loco exorbitare ipsos ait, altero à Judaicis moribus, quos ignorabant, altero à suis ad alienas religiones, non tamen cultus causa fuisse introductum otium illius diei, sicut apud veteres sensu vulgari accipi ex dictis patet. Sed licet demus, gentiles sabbatha ipsa etiam qua Judaica religione imitari, nil contra nos. Credibile est namque Romæ ubi indulgentia principum sacra Judaica Hebræis ipsis per quam numerosis permissa fuerunt, non defuisse ex paganis, qui licet in ritus Judaicos non transirent, ritus nihilominus eorum, veluti, & aliorum ibi degentium ita imitarentur, ut moribus suis illos commiserent, & religionem Judaicam venerarentur, licet non profiterentur. Horum ex genere fuisse Aureliam Soteriam existimat Saldenus; de qua marmor vetus, quod Polæ in Istria visebatur ex Jano Grutero in Thef. pag. 721. n. 11. adducit.

*Aur. Soter &*

*Aur. Stephanus*

*Aur. Soteria*

*matri piensissimus*

*regionis Judææ*

*ica metuenti.*

F.

Metuentem Sabbatha, & metuentem jus Judaicum pro ipso Judæo, seu profelyto justitiæ sumi ex Iov. Sat. 14. constat.

\*\*\*

S. V.

*Explicatur Iosephus.*

**I**X omnibus iis lucem accipit Iosephus, qui li. 2. contra Apionem, sic inquit: ¶ Neque est civitas Græcorum ulla usquam, aut barbarorum nec ulla gens, ad quam septimana, in qua vocamus, consuetudo minime pervenerit. ¶ Ex dictis namque triplex hebdomadis, seu diei septimi habetur ratio, prima, qua, septimus ex instituto publico colitur, secunda,

DDd

qua

qua in fastos, Kalendaria, ad publicas temporum rationes ( citra sacras rationes ) admittitur. tertia qua septem dierum, sive apud Mathematicos, eorumque in rebus gerendis sequaces, sive apud alios sic qualitercumque, ( sed citra institutum civile, & publicum ) numerantes periodum die proximo semper instaurandum. Tertio modo usus erat hebdomadis passim inter gentes Josepho cognitæ, audita sive omnes, & etiam secundo apud gentes saltem aliquot præter Judæos orientales, licet Græcis, & Romanis non admissus, modo vero primo nullibi Josephi sæculo præter Judæos, si nascentem tunc Ecclesiam Christianam excipias. Usus scilicet dies tunc per septenarios distribuendi, tum signandi nominibus planetarum juxta modum tertium passim invaluerat, ita ut septimo præflet Saturnus, sicut Sol primo. Sensus ergo Josephi talis est. Usus seu consuetudo diei septimi velut termini redeuntis dierum periodi, nulla civitate, nulla gente barbara, sive Græca non reperitur, *Usus* ergo seu *consuetudo* non ad celebrationem Sabbathicam, festivitatemve aliquam, quæ Judæis ita singularis fuit, sed ad periodi similis eodem die desinentis observationem aliquam Mathematicam, ac chronologicam gentibus cæteris jam communem spectat, in loco Josephi. Quod si aliqui sabbathum primo sensu servarunt, idem dicendum, quod de aliis ritibus Judaicis, quos etiam extraneos imitari solebant ceteræ gentes. Legatur Josephus loco superius lato, ubi expressius hæc eadem repetit

§. VI.

*Exponitur antilogia, & vera traditur conciliatio.*

16.

**N**ON solum de profelyto justitiam intelligimus Exodi locum;

Exod. 10. *Memento diem sabbathi sanctifices. Ex quibus inferitur, lege Moysi fuisse sabbathum institutum.*

verum de profelyto domicilij ac servo incircumciso, & omnino extra synagogam. Sed inde non colligitur teneri hujusmodi servum ad sabbathi observationem. Hoc enim præceptum cessationis ab opere in sabbatho imponitur Israëlitarum domino, servi incircumcisi, ut non sit in causa, ut servus ejus operetur in sabbatho, unde non servo, sed domino præceptum imponitur. Sic sentit Josephus Caro in Shuleam Aruct. libro Orach Cholim titul. Sab. Imperatum est unicuique ( Israëlitarum scilicet ) ut servus ejus sabbathum observet, ( inquit ) qui scilicet circumciscus fuerit, & baptizatus & in se receperit præcepta, quæ ex more ad servos pertinebant; at vero, si non fuerit circumciscus, & baptizatus, sed in se receperit septem Noachidarum præcepta ei, quoniam erat plane ut profelytus domicilij, fas erat opus facere in sabbatho. Fas etiam hujusmodi servo opus facere in sui ipsius usum, seu commodum, non in sui domini, & similiter uniuscujusque Israëlitarum, etiam si non fuerit dominus ejus. Unde ipsi Israëlitarum ex præcepto sabbathico tenebantur, non solum non imperare servis in sui usum aliquid facere, sed nec uti poterant beneficio, & operis commodo in sabbatho à gentili in usum Israëlitarum præstiti durante sabbatho. Sic Maimonides Halac de sabb. capite sexto § Illicitum est ( inquit ) jubere gentiles opus facere in sabbatho, tamen illis non sit imperatum sabbathum, & tamen jubeat ante sabbathum, & tamen usus ejusmodi operis expectandus fuerit usque dum transiret sabbathum. Hoc vero è Scribarum scitis manavit, tum ne apud gentiles vilius haberetur sabbathum, tum ne ipsi ultro id præstarent, si gentilis in sabbatho opus ultro fecerit, idque in Israëlitarum usum. §

Exod. 10. Gen. 2. *Benedixit diei septimo. Deinde Exod. 16. sabbathum observatum est in deserto Sin, quo accesserunt mense 2. & Deut. 5. ante legem qua data est mense 3.*

## §. I.

*Quid senserint Rabbini refertur.*

17. **E**X dictis superius constat sabbathi observantiam sub præcepto fuisse, & sub mortali obligasse, tum ex gravitate materiæ, tum ex sine leg. flatoris, tum ex magnitudine suppliciorum, quæ minatus est Deus transgredientibus Jerem. 17. & pœnæ etiam inflictæ colligenti in sabbatho ligna.

*Sabbathi  
præceptum  
quando in-  
cipit.*


Nunc autem sub lite est, quando à Deo acceperint de sabbatho observando præceptum. Manasses Ben Israël I. de creat. prob. 8. ¶ Dico (inquit) quemadmodum traditio creationis mundi penes Abrahamum, & ejus posteros tantum fuit, ita etiam ex dictamine legis naturalis sabbathum ab his solis cultum fuisse dicit Script. Gen. 26. *Observavit cultum meum*, quo loco custodia sabbathi intelligitur. De Jacob idem affirmant veteres ex eo loco, quo dicitur, venisse ad Salem, & castra posuisse è regione vel ad conspectum civitatis: quia enim sabbathum (inquiunt) instabat, non licebat ei ulterius proficisci, sed subsistebat ante urbem. Idem asserunt de Josepho, quando dicitur iussisse servos suos, ut mactarent & præpararent, id propter sabbathum ab eo factum fuisse. Ad hæc refertur in Semoth Rabba, Mosem petiisse à Pharaone in Ægypto, ut afflicto populo suo permitteret unum diem cessare à laboribus, eoque impetrato, ex traditione elegisse sabbathum. Ex his omnibus colligitur, sabbathum ante datam legem observatum fuisse. ¶ Occurrit in Semoth Rabba parash 1. ejusdem, verba sunt. ¶ Sunt qui ajant, Mosem, cum videret, nullam eis esse laboris intermissionem, ad Pharaonem se contulisse eique dixisse, servus, cui labor non intermittitur unico in hebdomadæ die, morietur, hi servi tui sunt, qui nisi permiserit ipse ut unico in hebdomadæ die requiescant, itidem morientur. Respondit Pharaon, abi, fac illis, ut dixisti. Abiit Moses, & ordinavit illis diem sabbathi, quo requiescerent. ¶ Ubi adnotat Ishacar Ben Nephtali edit. Crac. fol. 118. ¶ Atque hinc est, (inquit) quod à posteris in ritualibus habetur. *Lætabitur* Moses ob datam sibi sortem,

lætabitur, scilicet, eo quod elegit Deus Opt. Max. eundem ipsum diem, quo requiescerent Israëlita, quo ipse eis elegerat. ¶ Audire iterum Manassem ubi supra. ¶ Quidquid (inquit) ea de re sit, certum est, eos omnes, qui per traditionem à majoribus suis creationem mundi acceperunt, etiam observare sabbathum. Et quamvis alij quidem illo die aub bitis quibusdam cæremoniis ad Deum fuderint preces, nihilominus tamen alij quoque illo die quieverunt, & feriatii sunt. ¶ Aben Ezra apud Balducium, sepumum diem sacrificiis illis post dies convivorum celebrasse Jobum, sentit Hujusmodi expositio fundamentum habere videtur in littera nostri textus: ubi observationis sabbathi traditur ratio. Quoniam sex diebus fecit Dominus cælum, & terram, & in die septimo quievit. Unde Maim in More Nebochim part. 2. quæstion. 31. ¶ Ideo (inquit) præceptum sabbathi institutum, ut eorum animis perpetuaretur fundamentum illud de mundi creatione, ad quam septimi diei in ipso præcepto toties relatio fit, ut interrogati de præcepto sabbathi præsto responderent: quia sex diebus fecit Deus cælum & terram. ¶ Unde illud Aben Ezra ad Exod. 20. Quisquis opus fecerit in sabbatho, abnegat ille opus creationis, quantumvis non abneget ipsum D. O. M. quo spectat, quod benedixit Deus diei septimo, & sanctificavit illum. Tam altas ergo radices observantia sabbathi habet, ut cum ipso mundi principio sabbathi ortum fuerit principium. Rabbinos relatos sequitur Catherinus ad 2. c Gen cui accedit Corn. à Lapide pro se referens Philonem, Riberam, & alios.

Primum fundamentum, atque eorum opinionis motivum id fuit, quod superius Rabbinos movisse tradimus. Ex Gen. nempe 1. *Benedixit diei septima, & sanctificavit illum.* Quoniam verborum clarus sincerusque sensus est, quod Deus septimū diem ab exordio mundi festum instituit, ejuſq; observationem Adā, & posteris ejus præcepit. Hujus expositionis duo sunt, & quidem non infirma fundamenta. Primum est, quod sanctificari apud Sacram Scripturam, idem quod à profano usu aliquid separare, sonat, ad cultum-

que Dei destinare. Quo in sensu sanctificari dicebantur primogenita, vasa, vestes sacerdotales, atque Levitæ. Idem ergo est, septimum diem fuisse sanctificatum, ac quod ab aliis profanis diebus hebdomadæ destinatis labori fuerit servatus, ut sacer, & religiosus, & destinatus ad cultum. Secundum est: quod quoties Sacra Scriptura de observando sabbatho agit, verbo sanctificandi explicat obligationem atque præceptum. Sic Exod. 16. *Hoc est quod locutus est Deus: Requies sanctificata est Domino cras Ex. 10. Memento, ut diem sabbathi sanctifices.* Cum ergo Scriptura initio orbis diem septimum fuisse sanctificatum dicit, ex tunc sabbathi hominibus impositam fuisse observantiam, non innuit obscure.

Secundum huiusmodi opinionis motivum, oritur ex eo, quod non modo Hebræi, sed etiam longe distantes gentes sacrum esse non ignorarunt, quod non leve indicium est, non fuisse solis Hebræis sabbathi impositam observantiam. Deinde; quoniam huiusmodi præceptum nil aliud continere videtur, quàm cultum externum, quo pro beneficio creationis rependimus grates, hoc autem juris naturalis non transgreditur metas, unde cum hominis exordio natum præceptum dicendum est, sicut quæ ad naturalem legem spectant.



## §. II.

*Eligitur verior sententia, & sabbathi statuitur initium, & sit satis opposita fundamentis.*

18.  
*Ante  
Moysem  
non fuit  
sabbathi  
præceptum.*

**V**ERO nihilominus propinquius existimamus ante Moysem non fuisse sabbathum observatum. Huic subscripsit Eusebius li. 1. hist. c. 2. Justinus adversus Triphon. Damasc. l. 4. de fide c. 24. Tertul. lib. adversus Iudæos cap. 2. Beda in Exam. Abulens. Perer. Constat hoc.

Tum, quia præter prohibitionem arboris scientiæ nullum præceptum Adamo datum constat ex Scriptura. Neque sabbathi præceptum necessarium tunc poterat recognosci, cum nihil hominis quietem, nec divinarum rerum contemplationem interpellasset Tum, quia argumentum, quod Joan. 7. fecit Christus hoc indicat. Christus namque

legem, quæ erat de circumcissione opponit legi de sabbatho, illam à Mose, inquit, servari, quia à Patribus, Abrahamo nempe divino jussu esset præcepta, hæc autem, utpotè à Mose datam, esse illà de circumcissione posteriorem. Ut ergo inferat Christus, sibi licuisse hominem in sabbatho per sanare, tradidit, quod servando Moses legem circumcissionis lege sabbathi priorem, quæ puerum die octavo circumcidi disponit, die sabbathi (si octavus incidat dies in illum) circumcissio fieri licet: non ergo circumcissione violatur sabbathi lex, cum Moses sua lege de sabbatho non videatur aliquid legis circumcissionis mutasse, utpotè prioris, & antiquioris; non ergo lex de sabbatho præcessit legem circumcissionis. Deinde ostenditur ante Moysem sabbathum in observantia non fuisse, quoniam si primi homines à Domino hoc accepissent præceptum, ejus obligatio per traditionem mansisset ad posterios, & saltem sanctissimi Patriarchæ, qui præcesserunt Moysem, illud observasse referrentur, sicut de levitatus constat instituto; nil autem de huiusmodi observantia constat, sed ob volutum extat in Scriptura silentio, quæ non semel Patr' archarum sanctorum virtutes, & religionem commemorat. Neque ante Moysem promissiones, quas post illum observantibus Dominus sæpè facit, ut colligitur ex Levit. c. 23. & Isaïæ 58. repetiuntur. Neque supplicia, aut communicationes, quæ post legem datam, transgressoribus sabbathi intimantur, ante Moysem leguntur. Quod creditu difficile est, si esset ante Moysem sabbathi observantia præcepta.

Locum Ge. 2. explicat simul & benedictionem diei septimi Salomon Jarchius. Benedixit ei (inquit) per manna seu in manna, quoniam in cæteris diebus septimanæ descendebat unicuique gomera, sexto vero pariter quantitas dupla. Sanctificabat item per manna quoniam (eo die) ea non descendebat. Et quod hic scriptum est, ad tempus atinet futurum. Unde benedictionem ibi à Mose memoratam ad benedictionem, quæ post tot sæcula in Mara evenit, ait spectare. ¶ Docuit R. Israël (inquit in Beresith Rabba parash in f. 13. Moses Bar Nachman) benedictionem fuisse per manna, & sanctificationem iidem per manna, benedictionem in eo, quod cum in cæteris diebus septimanæ

septimanæ descenderit gomera unicuique unica, pridie sabbathi descendebant binæ gomerae: sanctificationem in eo, quod illo die nihil omnino descendebat, ex sententia vero Rab. Natham benedictio quidem in manna erat, & sanctificatio in ipsa benedictione. Quin & R. Isaac ad stipulatur, & benedictione ejus in manna collocat. ¶ Quo tendit solutio illorum, qui ea, quæ de benedictione, & sanctificatione septimi diei dicta sunt per anticipationem relata esse, neque referenda ad primū orbis nascētis sabbathum, ita ut sensus sit: *Benedixit, & sanctificavit diem septimum*, quando legem de custodiendo sabbatho tradidit. Sic Abulens. Perer. nec longè Suarez.

Fiometa  
Rabbinnica  
de sabba-  
tho.

Displicet tamen similis expositio Maimonidi, Abarbaneli in Pirush Tora, fol. 21. ob tanti temporis anticipationem. Unde varia definiunt de benedictione diei illius: in Beresith Rabba para. h. 11. R. Bechai in eo statuit, quod nulla diei septimo accesserit nox, sed ex perpetua consisterit luce, ita benedictionem diei lucem, ac tandem sanctificationem sequuntur. eo quod ita à sex diebus fuerit discriminatus, ait: unde Israelitas, quos sibi separaverat Deus, sanctos nuncupatos, id est, ab aliis distinctos Rabenu Nissim, sanctificationem, benedictionemque recognoscit, eo quod existimaverit, vane quidem, septimo die vires homini augeri, sabbathi ergo sanctificatio eo sita est, ut mens humana rei non incumbat profana, sed rebus sanctis. ideo incrementum bonitatis appellant, qui non tantum mentē, sed corpus humanum censent die illo viribus crescere. Alij benedictionē ad creaturas, quæ formatae ex nihilo erant judicant pertinere, sicut illud Job. 3. *Maledixit diei suo: & percat dies in quo natus sum.* Maledictio diei ad ipsū, qui in eo natus est, spectat, sic Isaac Abarbanel. ¶ Sanctificavit, segregavit (inquit.) & separavit in honorem, & gloriam Dei septimum, quoniam in ejus adventu perfectum est, & consummatum opus cæli & terræ quemadmodum etiam homo, ubi opus quod magnificentum præstiterit, postquam illud perfecterit, convivium facit, & diem festum. ¶ Unde natum est commentum illud. Adamum cantici Ps. 92. in sabbathum auctorem fuisse, atque cecinisse, sicut & Psal. alterius ob aliqua ad primi hominis creationem respicientia.

Contra istam autem expositionem esse videntur, Exod. 20. verba, ubi post legem de custodiendo sabbatho legem, adjecta item ratione, qua motum explicant Deum, sic dicitur: *Idcirco benedixit Deus diei sabbathi, & sanctificavit illum*, Non autem dixisset, *benedixit, & sanctificavit*, si loqueretur de benedictione, & sanctificatione, quæ tunc temporis fiebat à Deo per intimationem hujus præcepti inter Dialogi alia, sed *benedixit, & sanctificavit*. Agit ergo de benedictione, & sanctificatione retro ante actis temporibus facta, ac proinde benedictio, & sanctificatio sabbathi non referuntur in Gen. per anticipationem. Deinde, quoniam Deus aliis diebus formationis orbis est impartitus suam benedictionem. Nullus autem benedictionem hujusmodi explicat per anticipationem: Benedictio ergo septimi diei re ipsa fuit in ipsa septima die impartita. Idem dicendum de sanctificatione.

Dicendum ergo est sabbathi observationem ante Mosem, & legem scriptam præceptam non fuisse, ideo autem benedictum diem, & sanctificatū, quoniam pluribus prærogativis illum Dominus condecoravit, ut quod ab hoc alij inciperent hebdomadae dies signari, prima, secunda, & tertia sabbathi, & quod post varia sæcula dies iste consecrandus à Domino erat beneficiis divinis recolendis, divinisque sacrificiis celebrandis; & ut inquit Abarbanel: quia isto die opus mirabile creationis perfectum, & consummatum est.

Ad verba illa Deut. *Sicut præcepit tibi Deus*, dicendum, Deuteronomio colligi à Mose ea, quæ sparsim per Exodum, Leviticum, Numeros dixerat, & frequenter repeti, unde à Græcis Deuteronomium, id est, secunda lex appellatur, quasi hic iterum repetatur lex sub finem anni quadragesimi, paulo ante mortem suam, priusquam Jordane transmissio Chanaanā terram Israelitæ sibi vendicarent. Scopus ergo Moysis fuit conscribere summam legis scitu maxime necessariam, eo quod essent quamplurimi, qui prioris legis donationi in monte Sinai non interfuissent. Unde verba *sicut præcepit* non respiciunt tempus ante Mosem, sed tempus, quo lex in Sinai sancita fuit, præcedens quo repetita fuit, & à Mose Deuteronomium scriptum.

## S. II

*Respondetur iis, quibus movetur Manassés Ben-Israel, ut ante Mosem sabbatum esse observatum, & sub præcepto, defendat.*

19.

**A**D id, quod de benedictione diei septimi, præterea, quæ diximus supra, respondet R. Saadias Gaon apud Abarbanel in Beres. fol. 21. ibi benedictionem memorari, ut ad sabbatum ipsum pertineat, non ad eos qui septimum observassent diem, cum autem sacra creationis historia dieique memoria, qui universi natalis erat, ad posteros transmitteretur inter patrum traditiones accepta, nil miri, quod plures inter Patriarchas tam celebris, festusque haberetur, ut creationis beneficium, summaque Dei potestas in hominum animis recoleretur. Ex quo institutionem fuisse naturalem, atque divinam non sequitur, neque illius ante Mosem aliquam obligationem præcessisse; sicut ex quo plures patrum dies soleant celebrare natalitios. Ad illud Abrahæ, Jacobi, & Josephi dicendum tam singularem apud Hebræos præsertim Abrahæ fuisse in lege discernenda privilegium illuminationis divinæ, ut per anticipationem

*Exod. 20. Præcipitur observantia sabbathi.*

**D**icendum, quod cum lex spiritualis fuerit, teste D. Paulo, non tam abstinenciam à servilibus materialem incitabat, quam abstinenciam spirituales, Deo vacando, neque peccatis serviendo. Oppositum Judæi observabant, voluptatibus & vitiis, festis suis, & sabbathorum diebus præcipue dediti. Unde Augustin. libr. de decem chordis, melius se gesturum, quin

*Exod. 20. Præcipitur sabbatum, & cap. 31. tanquam fœdus sempiternum dicitur fuisse.*

20.

**E**X iis, quæ super Genes. diximus, cum sermo de circumcisione institutus fuisset, constat, sabbathi temporaliter præceptam esse observantiam.

non solum sabbatum, verum totam, integramque legem post tot donatam sæcula observasse usque ad juris Levitici apices in corpore. in junctos. Sic Salomon Jarchius ad Gen. 26. Id quod refertur de Mose, dato diem illum natalem mundi in illorum requiem elegisse, non licet inferre, quod ex aliquo promulgato præcepto dies ille observandus esset. Neque historiola illa Mosi in vetusto illo codice Rabboth recipitur ab Hebræis. Sic Moses Maimonides More Nebochim p. 2. capite 3. Neque quod de Jobo adjicitur plures admittunt. Licet Genebrardus Chron. in cont. anni diluvij 383. id fateatur. Quin nec satis liquet, an dies illi septem essent continui, ac perpetuo recurrentes, an natales septem filiorum anniversarij, an unicus tantum in anno orbis septenarius continuus. De quo Bolducius ad Job 1. vers. 4. Superest nunc dicendum, statim post exitum de Ægypto sabbathi impositum esse præceptum, vel paulo post, non autem, sicut aliqui sentiunt, in monte Sinai, ubi alia Decalogi data accepisse: quoniam ut habetur Exod. 16. Hebræi observaverunt sabbatum in deserto Sin, quod est inter Elim, & Sinai, ubi primum illis pluit manna, ad quem locum populum pervenisse mense secundo, & ad Sinai, ubi data est lex, mense tertio, constat ex textu.

*Esai. 1. Neomeniam, sabbatum, & festivitates vestras non feram.*

potius minus male, si utile aliquid exerceret in agro, quam in teatro existeret seditiosus, inquit, minusque male eorum fœminæ sabbatho apprehenderent fufum, quam tota die in Neomeniis impudicè saltarent. Displicent ergo sabbatha Domino, non quia sabbatha, sed quia sua, id est, quoniam festivitates suas male observassent.

*Quomodo ergo abolitum, neque apud nos est observatum?*

Imprimis autem variabile fuisse, statuendum est. Imò, & ipsi faceri Rabbini debent. D. Hieronymus in lib. Quæst. Hebrai. cap. 4. ¶ Et consummavit Deus

*Sabbath observantia temporalis fuit.*

Deus ( inquit ) in die sexto opera sua, quæ fecit. Pro die sexto : in Hebræo die septima habet : arctabimus igitur Iudæos, qui de otio sabbathi gloriantur, quod jam tum in principio sabbathum dissolutum sit, dum Deus operatur in sabbatho complens opera sua in eo, & benedicens ipsi diei, quia in illo universa complevit. ¶ Legitur simile in Siphre super illud Num. 9. ¶ *Non fecerunt, mihi hoc pascha* Rabbi Elieter dicit Exod. 16. *Et quievit populus in die septimo*, docet per hoc quod omnibus quadraginta annis, quibus fuerunt Israëlitarum in deserto, non fecerunt nisi primum sabbathum tantum, & sic ipse dicit Amos 5. Numquid sacrificia, & oblationem obrulisti mihi in deserto per quadraginta annos? Hæc in Siphra. Idem respicit, quod habetur in Seder Olam. cap. 16. dist. quæ incipit *Vebaham halu. Et populus ascendit à Jordane.* ¶ Dixit R. Ioseph dies sabbathi erat, quando fuit prælium in Iericho. ¶ Simile quid de non observatione sabbathi legitur in libro, qui dicitur *Rofch hascana* in dist. quæ incipit *Arbeharaasche schaminhen.* ¶ Propter duos menses erant solventes, sabbathum propter Nisam, & propter Tisri, in ijs quippe erant mittentes egredientes in Syriam, & ibi emebant necessaria, quando autem domus sanctuarij erat in statu suo, solvebant etiam propter omnes, propter præparationem eorum, quæ erant necessaria sacrificio. ¶ Hæc in Talmud. Et lib. Sabbath. sic habetur. ¶ Rabbi Simeon dixit propter puerum unius diei vivum solvunt sabbathum : David rex Israël mortuus, non solvunt sabbathum propter ipsum. ¶ Hæc ibi. Ex quibus constat pluries solutum sabbathum à Judæis. In libro Tanchuma super illud Num. 13. legitur Nuntio præcepti licitum est ei recedere quocumque die voluerit. Quare quia est nuntius præcepti : nuntius autem præcepti excludit sabbathum. Hæc Glossa.

Et quidem posse variari à Domino sabbathum, solum à miseris excæcatis recentibus nunc Rabbis negari potest. Quin etiam plurimi ex ipsis inficias non ibunt. Si namque propheta verus existimatus præceptum legis invertere potest, quare non Deus? ¶ Si dixerit nobis propheta, inquit Maimonides lib. de fundam. legis, de quo constat nobis eum esse prophetam, violandum

esse unum ex omnibus præceptis, quæ recententur in lege, vel præcepta multa tam levia, quam gravia pro brevi tempore, tum mandatum est nobis, ut ei auscultemus. ¶ Josephus Albo inquit. ¶ Si dixerit ( propheta ) ut volemus sabbathum, aut transgrediamur aliquod præceptum pro temporis occasione, aut in negotio, quod non evertet legis radices, æquum est, ut illum audiamus. Exemplum ponit in Jeremia supputationem mensium à Nisam destruente. Si ergo Dominus ore prophetæ legis præceptum invertere temporaliter potest, & in æternum solvere, & destruere valebit.



## §. II.

*Abolitione sabbathi ceremoniale ex constanti Patrum traditione, & doctrina à tempore Apostolorum.*

**I**N primis observandum est cum Raimundo Mart. sabbathum partim morale, partim ceremoniale esse. In quantum præcipitur, quod aliquo tempore quis vacet rebus divinis, est morale, & cum hominis imbecillitas, ut cultui divino vacet, exigit ab alijs cessare rebus, hujusmodi cessatio sub eodem præcepto morali cadit. Secundum quod dicit taxationem temporis, & diei, ad ceremonialia pertinet, & à jure positivo divino dependet. Quoad alia similiter juxta D. Thomam ceremoniale est, in quantum rememorative beneficij creationis. Fuit etiam juris positivi, & ceremoniale, quoad durationem temporis celebritatis diei, à vespera nempe usque ad vesperam, & quoad cessationem non solum à voluntarijs operibus, sed etiam aliquo modo à necessarijs.

Sabbathum abrogatum esse constat ex illo Act. Apost. 15. *Visum est Spiritui Sancto, & nobis nihil aliud imponere vobis oneris.* Ubi declaratur, sicut & cætera legis Scriptæ, onus sabbathi extirpatum. Ideo namque observantia totius legis quoad ceremonias non solum mortua, sed etiam mortifera fuit, id est non solum non obligabat, sed illam observantes reos culpæ faciebat, quia umbra erat futurorum, atque figura. Sabbathorum autem observantia, ut

inquit Paulus ad Collof. 2. umbra etiam erat adimplendorum per Christum, & significatio Christi in sepulchro futuræ quietis. Adveniente ergo luce Evangelicæ legis debuit observatio sabbathi fugere velut umbra. Idem Paulus ad Galat. 4. sermonem vertens ad gentiles, qui conversi fuerant ad Christum, eos reprehendit, quod sabbathum observarent. *Dies observatis* (inquit) *& menses & tempora, & annos, & ad Collof. 2. Nemo vos iudicet in cibo, aut potu, aut in parte diei festi, aut Neomentia aut sabbathorum.* Ubi loquitur expressè de observatione legalium & ne timeant monet, quamvis reprehendantur de illorum non observantia, quia erat inutilis ad salutem. Tradidit hoc Greg. lib. 11. epist. 3. & in cap. *Pervenit. de consec. dist. 3.* contra quosdam hæreticos, qui Christianos sabbathizare cogebant ab operibus cessando. ¶ *Pervenit* (inquit) *ad me, quosdam perverfi spiritus homines inter vos aliqua, & sanctæ fidei adversa seminasse: iraut die sabbathi aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi Antichristi prædicatores dixerim? qui veniens ad diem sabbathum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Quia nec mori scilicet, & resurgere simulat, haberi in veneratione vult diem Dominicum: & quia judaizare populum compellit, ut exteriorem legis ritum revocet, & sibi Judæorum perfidiam subdat; coli vult sabbathum.* ¶ Ubi tanquam oppositum fidei censuit sabbathi observationem. Idem sentit August. serm. 251. de Temp. ¶ *Idco sanctos* (inquit) *Ecclesiæ pastores decrevisse omnem gloriam Judaici sabbathi in diem Dominicam transferre, ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate.* ¶ *Unde Conc. Lugdunense in cap. 1. de consec. dist. 3. inquit, ideo nos Dominicam celebrare, ne in observatione sabbathi Judaismo capiamur. Denique Ignatius epist. 3. ad Magnif. ¶ Pro sabbatizatione* (inquit) *diem festum celebret omnis Christianus Dominicam resurrectionis. ¶ Quam à tempore Apostolorum Ecclesiastica traditione habemus esse festivam: ut in can. 65. Apost. de quo Turrianus ad Clem. lib. 6. de conf. Tert. in Apol. cap. 16. & de Corona militis, & Conc. Cart. 4. c. 64. ubi propter solemnitatem festi catholicum non haben-*

dum decernitur, qui die dominico jejunasset. Immo & ipse Joannes Apoc. cap. 10. memoriam diei dominicæ fecit. Denique quoniam Innocentius Papa epist. 1. ad Decent. cap. 4. jejunandum decrevit sabbathi diem, quod perinde est, ac illius festivitatem abrogari. Sabbathum enim lætitia, voluptateque celebrari Judæi solebant, unde jejunium festivitatem violabat sabbathi. Idem ergo est jejunium decernere in sabbatho, ac illius abrogare solemnitatem.

\*\*\*

### §. III.

*Exponuntur Concilia, & quo sensu observari sabbathum senserint Patres.*



ERUM contra hæc omnia stare videtur Clemens lib. 7. instit. cap. 14. ¶ *Sabbathum* (inquit) *cum Dominica servandum esse, illud in recordationem fabricationis mundi, hanc resurrectionis Domini.* ¶ Sic etiam habetur can. 64. Apost. & in Laodiceno can. 29. ubi sic. ¶ *Non oportet Christianos judaizare, & in sabbatho vacare, sed operari eos in eadem die Dominicam præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquam Christiani. Quod si inventi fuerint judaizare, anathema sit.* ¶ *Ex quibus utrumque diem constat abrogatum non fuisse ab Ecclesia. Dicendum tamen sabbathum antiquitus simul cum Dominica observatum, cum non sit intrinsece malum, nisi fiat vel ex necessitate & obligatione veteris legis, vel in significationem alicujus mysterij Christi ut venturi. Solum ergo tunc prohibitum erat, si spiritu fieret judaico, qualis erat Cherinti & Hebionis hæresis. De hac materia videndus Hieronymus epist. ad August. & ipse August. epist. ad Hieronymum. Nuncautem merito est ab Ecclesia prohibita sabbathi observantia in detestationem Judaicæ perfidiæ, ne illi consentire videamur. Beneficium creationis, & redemptionis die Dominica commemorantur, cum eodem die fuerit mundi creatio, vel quia eundem venerari debemus universi creatorem & redemptorem. Si autem in memoriam solius Dei creatoris recoleretur sabbathum,*

22.  
Concilia  
exponuntur  
circa obser-  
vantiam  
sabbathi.

nulla

nulla habita ad veterem legem relatione, servari antiquitus poterat in Ecclesia. Vide Mendoza in Illiberitanum capit. quadragesimo tertio, & Chryf. Bedam, & Ambr. super illud Act. 20.

Clement. lib. 7. const. cap. 31 & Can. 8. Trullan. Rupert. lib. 3. de divinis officijs capit. decimo sexto, Cassiod. Psal. 117. Leonem epist. 81. Isidorum lib. 1. de officijs Eccles. cap. 24.

Exod. 20. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.*

Ierem. 4. *Et jurabis, vivit Dominus, Paulus etiam pluries juravit ad Rom. cap. 5. & 9. ad Gal. 1. & ad Philip. cap. 1.*

Vide, quæ diximus in Gen.

Exod. 20 *Non occides dicitur in sacro Textu.*

Iudic cap. 16. *Samson se ipsum occidit. Et 3. Reg. 20. Vir quidam alium rogavit, ut ipsum percuteret, devoratus à leone, quia noluit, perijt.*

23.

**N**on solum dogmate Christianorum mortem sibi adsciscere vetitum est; verum etiam gentilibus visum est factum, Epicteto, Senecæ, Crelilio, & Silio Italico apud Plinium lib. 1. epist. 12. & lib. 3. epist. 7. Platoni lib. 9. de leg. præcipienti, se ipsos interficientes arceri ab aliorum sepultura communi. Plotin. & alij. Parvi, angustique animi esse sibi mortem adsciscere Euripides, & Aristoteles docuerunt.

tum solvit, sicut Abraham filium suum occidendo laudabiliter egisset, obediens divinitus Deo, qui Isaac vitæ dominus erat.

*Rebus in adversis facile est contemneré vitam:*

*Fortiter ille facit, qui miser esse potest.*

Aliter alij factum Samsonis liberant à peccato, quod solum intenderit directe & ( ut ita loquar ) per se religionis inimicorum ruinam, & indirecte solum voluerit sibi adsciscere mortem, & quasi per accidens, quemadmodum Princeps exercitus prostraturus hostes mortem propriam concomitantem non respuit. Samson autem ideo se interfecit, quia non aliter nominis divini inimicos occidere valuerat. Hoc autem quod diximus, tam certum est, ut oppositum sustineri non possit. Divus enim Paulus ad Hebræos 11. inter eos qui salvi facti sunt, Samsonem collocavit, quod credibile non foret, si ruinæ expositus propriæ vitæ, deliquisset. Quæ autem reddenda sit fides revelationi S. Machildis dubiam asserens Samsonis salutem, ex ijs, quæ Baronijs anno 604. tradit, constabit.

*Samsonis factum explicatur.*

Hoc quamvis verum sit, generosè ruinæ se exposuit Samson expers omnino culpæ. Quoniam à Domino motu speciali incitatus id effecit, ut inquit Divus August lib. 1. de civitat. cap. 26. non humanitus deceptus, sed divinitus iustus, non errans, sed obediens. Cum autem Deus jubet, seque jubere sine ullis ambagibus intimat, quis obedientiam in crimen vocet? quis obsequium pietatis accuset? Si autem ex speciali instinctu se interfecit, reddit non suum, cum ut inquit Lyranus Iud. cap. 16. quilibet debitor est mortis ipsi Deo, immo potius vitæ, hoc autem debitum potest repetere Deus, quando vult, & quomodo vult. Vnde Samson se occidendo non peccavit, sed ex iustitia debi-

Ex ijs dicendum ad Reg. 3. cap. 20. quod à leone devoratus est, qui noluit percutere unum ex prophetis ictum, quo celari posset desiderantem, propter peccatum inobedientiæ, quia eum cognoscebat esse prophetam Domini, cui est obtemperandum in omnibus, cum sit dominus vitæ & mortis, infirmitatis & sanitatis. Verum de hoc proprio loco dicendum. Vide Exod. cap. 21.

Exod. 20. *Non machaberis.*

Osee cap. 1. *Sume tibi uxorem fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra à Domino.*

14.

**D**icendum, mulierem istam fornicariam, & omnium libidini expo-

sitam, in conjugem præcepisse Dominum assumi à Propheta, ut tanto patientior

tientior talem uxorem ducens habere-  
tur Ofeas, quanto ipsa sordidior esset.

Sed quomodo intelligi potest quod  
ex illa filios fornicationum susceperit,  
si esset matrimonio conjuncta? Hiero-  
nymus inquit vocari filios fornicatio-  
num, quia ex matre, quæ antea forni-  
caria, & meretrix fuit, nascerentur: vel  
quod domum non solum ad se uxorem  
fornicariam duxerit, verum & filios,  
quos ex coitu meretricio susceperat, ut  
filijs quoque assumptis cuius patere  
facile posset, mulierẽ illam fuisse forni-  
cariã, ac per hoc ostenderetur Synago-  
gæ ex varijs vatium, & sacrificulorum  
generibus compositæ idololatria, &  
prophetæ magis probaretur patien-  
tia, qui alienæ obsecratis voluerit  
alere filios. Verum hæc expositio ni-  
mis violenta videtur. Filius namque  
uxoris, quæ ante meretrix fuit, in ma-  
trimonium cõjunctæ non est filius for-  
nicarius. Imperatum autem est ei, fi-  
lios ex illa procreare, & ipse obtempe-  
ravit ut inquit textus. *Et abiit, & ac-  
cepit Gomer filiam Israhel, & con-  
cepit, & peperit filium.* Non ergo  
fornicarios ex illa genuisset filios, si  
meretrix non remansisset, sed uxor, ut  
inquit textus. Hoc enim exprimit *filios  
fornicationum.* Hebræi enim substan-  
tivo pro adjectivo uti solent, ut Ruth  
3. *Mulierem te esse virtutis*, Prover.

Exod. 20. *Non machaberis.*

25.

**D**icendum, ex ijs, quæ jam Genes.  
tradidimus, concubinam non ean-  
dem fuisse atque meretricem. Rabbi  
namq; Salomon tam concubinas quam  
uxores tradit esse desponsatione con-  
junctas, uxorem cum desponsatione, &  
instrumento dotali, concubinam cum  
desponsatione sine litteris, seu instru-  
mento dotali, duci solere. Quare pro-  
miscuè uxor, & concubina vocari, quæ  
matrimonio conjuncta est, solet in Scri-  
ptura, ut Jud. 19. Levitæ uxor pluries  
concubina appellatur. Vnde scribit  
Maimonides. ¶ Qui rem habet cum  
muliere nomine scortationis sine spon-  
saliibus, vapulat ex lege. Hoc docet  
concubinas desponsatas fuisse: quia  
Israhelitis concubinæ fuerunt permittæ:  
absque hoc enim liberi illarum fuissent  
spurijs. ¶ Idem Abarbanel, quod si  
concubina Levitæ non esset matrimo-

*Concubina  
nō est idem  
ac mere-  
trix.*

ult. mulierem fortitudinis habet He-  
braus: idest mulierem fortem Psal. 20.  
*Prævenisti cum in benedictionibus dul-  
cedinis*, idest, *benedictionibus dulcibus.*  
Vnde idem est filios fornicationum,  
atque maxime fornicarios, genitivus  
enim substantivi pluralis numeri vim  
habet superlativi. Psalm. 5. *Virum san-  
guinum, & dolosum*, idest, maxime  
sanguinolentum. Secunda expositio  
eadem levitate fundatur: quoniam in-  
quit textus quod illam duxerit, & ex  
illa genuerit filios, non ergo per ado-  
ptionem assumpsit.

Vnde dicendum, tam uxorem  
quàm filios fornicarios dici, eo quod  
ipsi sicut mater idololatriæ dediti fo-  
rent, in quo conjugio tanquam signo  
repræsentabatur populi idololatria fu-  
tura illis verbis: *quia fornicans fornic-  
bitur terra*, non ergo filij fornicarij  
fuerunt corporali fornicatione, sed  
mentis, quæ est idololatria. Sic enim  
vocat Scriptura idolorum cultum.  
Vnde ubi cap. 2. ait, *filiorum illius non  
misereror, quoniam filij fornicationum  
sunt*, vertit Chald. *quia filij qui idolola-  
triam perpetrant, sunt.* Sic Lyranus,  
Rupertus, atque Hieronymus. Ex qui-  
bus constat quam levi fundamento  
Caramuel nixus sit, ut hoc testimonio  
probet posse Dominum huic præce-  
pto dispensationem præstare.

Reg. 2. cap. 15. *Reliquit David, ut cu-  
stodirent domum, decem concubinas.*

nio copulata, Gabaonitæ ( inquit ) qui  
concubuerunt cum illa, rei mortis non  
forent, neque rem habuissent cum  
alterius viri uxore. Vide quæ diximus  
de Thamar Gen. 38. Injuste similiter  
Ruben mulctatus fuisset à patre con-  
cumbens cum ejus concubina. Rabbi-  
ni enim specialem non recognoscunt  
malitiam in concubitu mulieris, quam  
cognovisset ejus pater extra conju-  
gium, sicut nec qui cognoscens aliquam  
sui sororem, ex qua suscipit filiam, si  
postea cum hac congregiatur, in secun-  
do concubitu reatum specialem non  
recognoscunt. ¶ Qui rem habet cum  
sorore sua ( inquit Maimonides ) quæ  
est filia legitime ductæ patris sui; is du-  
plicem reatum habet, unum propter  
resectam nuditatem sororis suæ, alte-  
rum propter resectam nuditatem filiæ  
uxoris patris sui, sed si pater ipsius vio-  
laverit,

laverit, aut blanditijs seduxerit aliquam, atque ex ea filiam susceperit, & cum hac congregiatur, non habet nisi unum reatum, respectu scilicet prioris de so-

rore non ducenda, quia filia violata mulieris non est filia uxoris patris. ¶ Hæc enim ducenda est per desponsationem secundum ritum Judaicum.

Exod. 20. *Non dices falsum testimonium: ubi omne mendacium prohibetur.*

Exod. 3. & 11. & cap. 12. *Præcepit Hebræis, quod peterent ab Ægyptijs commutato sua bona, ibi. Dedit gratiam ut commodarent eis.*

26. **N**ullo ex ijs locis Dominum præcepisse Judæis, ut commutato peterent bona ab Ægyptijs, conspicitur. Fieri enim potuit ut Hebræis sua bona commutato reddidissent Ægyptij, non abnudentibus illis. Vel quod Hebræi, licet solum præciperetur quod peterent, ut facilius impetrari valerent, rogarent sibi commutato retribui. Vnde petitio fuit præcepta, modus autem commutati permissus. Non insolens enim hoc in Sacra pagina apparet, cum plura quæ speciem præcepti habere videntur, permissionem dumtaxat significare constat. Ut Joan. c. 23. *quod*

*facis, fac citius: verba enim sunt permittentis, non autem præcipientis. Simile est 3. Reg. c. 22. ubi Dæmoni pollicenti futurum spiritum mendacij in ore omnium prophetarum, inquit Deus, Egredere, & fac ita. Non imperium præcepti, sed permissionem continet nudam, ut inquit Caietanus. nisi dicatur, Hebræos ab Ægyptijs & commutato petijisse bona sine mendacio, cum animum restituendi possent habere. Verum quia illi contra fidem datam sunt hostiliter insectati, absolutos esse à contractu, censere possent, indignosque Ægyptios bonorum restitutione.*

Exod. 20. *Prohibetur mendacium contra proximum, neque alia redditur ratio.*

*Licebit ergo officiosum mendacium contra illud Psal. Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.*

Vide conciliarum antilogiam Gen. ubi de obstetricibus.

Exod. 20. *Et omnis populus videbat vocem.*

*Vox videri non potest.*

27. **D**ivus Augustinus sic respondet in Quæst. super Exod. ¶ Sed sicut dicitur, sicut modo dixi, videatur de omnibus, quæ à me dicta sunt, sic *videre* solet pro generali sensu poni, non solum corporis, verum etiam animi. Vnde est illud. *Cum vidisset Jacob, quod sunt esca in Ægypto: Vnde utique ab ens erat. Quamquam nonnulli, videre vocem, nil aliud arbitrati sunt, esse, quam intelligere, qui usus mentis est. Cum vero hic breviter dicendum esset, quod populus videbat vocem, & lampades, & vocem tubæ, ac montem fumantem, quæstio major oritur,*

quomodo audiebat lampades & montem fumantem quod pertinet ad sensum videndi? Nisi quis dicat, nec tam breviter dicendum fuisse, sed ut totum diceretur, audiebat vocem, & videbat lampades, & audiebat vocem tubæ, & videbat montem fumantem. Duo quippe vocis genera erant, & de nubibus sicut tonitrua, & tuba, si tamen ipsam dixit vocem, quæ de nubibus edebatur, ac per hoc melius in ijs quæ ad sensum audiendi pertinebant, generalis sensus est positus, hoc est videndi, quo sensu subintelligitur etiam auditus.

Exod. 20. *Perterriti longe stabant à monte.*

Exod. 19. *Cum cepit clangere buccina, permittatur ascensus.*

Vide Exod. 19.

Exod. 20. *Non ascendas per gradus ad altare.*

Exod. 28. *Facies & feminatis.*

Vide Exod. 28.

Exod. 20. *Ne ascendas per gradus ad altare, ne reveletur turpitudine tua.*

Paral. cap. 4. *Salomonici altaris decem cubitorum erat altitudo. Non ergo aliter ascendi poterat.*

27.

**C**Urum Belphegor hic prohiberi sentiunt plures. De quo sic Origenes Num. hom. 20. ¶ Belphegor (inquit) idoli nomen est, quod apud Madianitas præcipuè à mulieribus colebatur. In hujus ergo idoli mysterijs consecratus est vere Israël. Inter Hebræa nomina nil scribitur, nisi quod Belphegor turpitudinis sit species, non declaratur autem, quæ, & qualis species honestati consulendo, ne auditum pollueret audientium, sed cum multa sint turpitudinis species, ex omnibus una resultans Belphegor appellatur. ¶

R. Salomon Jarchi expositio cultus Belphegor.

R. Salomon Jarchi ad Num. 25. cultum turpissimum istum declarat à Pagar, inquit, venire Phegor, quod generatim significat apertionem, hic autem restringendam ad apertionem narium, ut nil aliud sit quam egerere cibi reliquias, solebant enim cultores ejus coram idolo conquiniscere, & Deo excrementum offerre. Sic Maimonides in More Neboc part. 3. cap. 46. ¶ Tu vero scis (inquit) quod servitium idoli, quod vocatur Peor. in temporibus illis erat, ut discooperiret se homo versus eum, & ideo præceptum est sacerdotibus, ut facerent braccas, quibus cooperirent operienda in hora sacrificij, & præterea non ascendebant per gradus ad altare, ne discooperirentur. Idem in Misnah Tor. cap. 3. Verum nimis stulte de Madianitis Moabitibus, à quibus Phegor erat cultus, & de ipsis Israëlitis, qui tali idololatriæ consecrarentur, judicant, qui opinantur, se persuadere hujusmodi posse ludibria. Quis enim existimet, usque adeo communi sensu caruisse Madianitas, ut opinarentur, cum dij alij delitijs, & thuris suffitu caperentur, hunc summum deum suum fædis stercorebus coli voluisse? Quanto sane aliter Romani: quos sordes hujusmodi à templis etiam removisse, fidem facit illud Persij.

*Pinge duos angues: pueri sacer est locus;* Apud Plutarchum. pulchre prohibet Hesiodus, meijce, ne quis mejat in fluvium, aut fontem; & magis abstinentium ad aram, & statuam Numinis. Nec enim referre, si canes,

aut asini hoc faciant, vel infantes, qui talia nequiquam attendunt, vel ad animum revocant. Et ne putet aliquis, Orientales talium fore incuriosos, ex Herodot. lib. 1. & Strab. 15. Persæ, quibus aqua inter Numina foret, sedulo cavebant, ne saccato corporis humore, aquas polluerent. cogitabat namque, Deum non minori honore dignum, quam regem, apud quem Persis, ne despuere quidem licuit. Quare difficile creditu est, Orientales alvum pulgare coram Belphegore.

Verò proximius est, quod inquit Scaliger, verum Numinis hujus nomen *Dominus tonitruum fuisse*, quasi Jovem Tonantem dicas. Hebræi autem, cum præclaro Tonantis nomine indignum censerent, per contemptum Belphegor nominasse, hoc est: *Deum apertionis* puta narium, in emittendo ventris flatu; quo tonitruum nil æquè ridicule apponitur, qualem nominum immutationem apud Hebræos non fuisse insolentem, ait Bucerus, qui in Psalm. 105. ¶ Scriptura, inquit, videtur deos data opera fædioribus, & contemptioribus nominibus appellare: ut 2. Reg. c. 1. vocat Deum Acheron Baalzebub, idest, magistrum, vel dominum musæ, ita existimo, & dictum Baalphegor: hebraicè enim Phegor aperire dicitur. ¶ Nisi quis dicere velit, Phegor à monte, in quo coleretur, dici, erat enim Baalphegor Mohabitarum Deus, mons autem Phegor est in regione Mohabitarum, ut ex Num. 23. constat, quasi dicatur Jupiter Phegorius, ut apud Romanos Iupiter Capitolinus, sicut muscas Heliconiades dicimus. Vel dicendum, quod appellatur Phegor, quasi ejus simulacrum aperto esset ore, simile quidem statuz Phidiacæ Minervæ, quæ ore erat aperto. Vnde Tzetzes Chil. 8. com. 193. fecit simulacrum labijs apertis, ac naribus ejus diductis. Vel dicendum, nomen inde accepisse, quod sacerdotes ejus carnes suas aperirent, ut fecerunt Baalix 3. Reg. 8. Non ut volunt Hebræi teste Oleastro Phegor (pureum ad modum id esse potuit, cujus cultores distento podice coram idolo ventrem exonerarent in honorem

Belphegor Dominus tonitruum apud Scaligerum.

Quid Belphegor.

norem idoli, neque id cautum fuisse Exodi 20. erga Israëlitas à Domino. Neque libidinem fuisse in Phegor facris constat, ex verbis Oſæ, qui obſcænos mores non ad Phegor, sed ad populum refert. Sacrificia autem, quæ in Phegor facris comedebantur, inferiæ erant in memoriam defunctorum peractæ. Sic Pſal. 106. Hic cultus, hæc idoli sacra. Apage Rabbīnorum de stercore nugas.

Alij volunt teste Lyrano, hoc præceptum esse in detestationem idololatriæ, quia in sacris Priapi Sacerdotes ascendebant per gradus ad altare, & tunc in alto positi; unde poterant à circumstantibus conspici, discooperiebant verenda sua. Sic Villalpand. in cap. 43. Ezech. lib. 4. c. 79. Priapum autem esse solem. scripsit Suida. Simulacrum Priapi (inquit) Hori nomine Ægyptijs vocari, humana forma fingunt, dextra sceptrum tenens, propterea quod ab eo, tum siccum, sive tellus, tum mare sit monstratum. Læva vero tenens veretrum suum intentum, propterea quod femina, quæ terra occultabantur, producat in apertum, ac manifesta reddat. Alæ verò celeritatem motus indicant, orbis verò disci indicat rotunditatem, eundem enim ac Solem arbitrantur. Ex quibus cognoscimus, cur Priapus manu una sceptrum, altera rubentem illum, ac pedalem teneat fascinum. Priori namque significatur Solis imperium, atque potestas in orbem totum, altero notatur vis generativa illius, quæ quia longe maxima sit, eo commodissime visa est denotari membri magnitudine. Nec alia de causa Priapo asinus mactabatur, quam quia animal hoc ob magnitudinem hujus partis, quæ mas esset, simillimus Deo isti videretur, notum enim quantum ea parte valeant asinus, & equus. Vnde illud quod Ezech. inquit, cap. 32. v. 20.

Phurnutus, cum egisset de Pane, ac per eum docuisset intelligi omnium rerum naturam, subjungit. ¶ Forſitan hic (Pan) fuerit Priapus, per quem omnia in lucem proveniunt. ¶ Paulo post ait. ¶ Magnitudo verendorum significat abundantem in eo vim seminalem. ¶ Vnde propter vim hanc generativam copiam fructuum in sinu ge-

stare, & hortis ac vineis præfectum. Inde cornu Amaltheæ esse Priapi gestamen; nulli enim melius convenit gestare beatam pleno copiam cornu, (sic nuncupat Horatius) quam numini illi, cujus beneficio pullulant universa. Hujus virtutis feminatricis symbolum erat grande illud membrum genitale. Vnde in hortis simulacrum Priapi constitui solebat. Vnde nupturæ (Festo teste) deduci solebant ad Matutinum Titinum (qui idem ac Priapus fuit Augustino lib. 4. de civit. Dei c. 11. ut à numine generationis præside post sædos quosdam ritus vim & ipiæ generandi adipiscerentur. Sic Lactantius lib. 1. c. 20. ¶ Mutinus, in cuius sinu pudendo nobiles præsent, ut illarum pudicitiam prior Deus delibasse videatur. ¶ Mutinus sive Murunus vocabatur non à motu, sed quia membrum, quo viri sumus, latini Mutonem dicerent, & valentes ea parte Mutoniatos. Ex quibus omnibus constat plures turpitudines in Priapi sacris committi, & inter alias spontaneam membrorum denudationem, quam prohibet sacer textus.

Verum hæc expositio probari nequit, quis enim crederet tam impios sacerdotij Aaronici fore ministros, tam turpes, & impudentes, ut propalam se nudarent, & ex superiori loco populo proponerent genitalia sua spectanda, & ideo Dei lege cautum fuisse Israëlitis, quantumcumque pronis ad idololatriam?

Quare litteræ proximius iudico, solum hic inhiberi, ne ascensus per gradus esset, quia periculum esset, ne pedes uno gradu ad alterum transferendo, pudenda contra honestatem præsentibus, qui inferne adstarent, facile appaterent: non autem prohiberi, ne per plantam leni ascensu ad altare iretur, idque factum Salomonico altari, ut indicatur Levit. 9. v. 22. cum dicitur Aaron ab altari descendisse, fuit similiter lenis ascensus in altari Moſaico. Hoc autem in honestatis incommodum per diversas leges fuit cautum. Vnde postea c. 28. à Deo statutum est, ut ad verenda tegenda subligaribus lineis, seu feminalibus induerentur, & tunica inferne esse adstrictos, v. 39. De quo Philo lib. 3. de vita Moſis.

*Mutinus idolum.*

*Explicatur prohibitio per gradus ascendendi.*

*Priapo asinum mactant.*

Exod. 20. *Altare fieri præcipit Dominus de terra, vel lapide impolito.*

Exod. 27. *De lignis Setim præcipitur fieri altare holocaustorum, & 2. Par. cap. 4.*

28. **Q**uod Exodi 20. de altari lapideo præcipitur, ad ea tempora pertinuisse, cum populus, per vasta terrarum spatia, & hostili solo circumerrans, sedem religionibus stabilem, & domicilium certum non haberet, inquit Cuvæus, verum qua tempestate templum secundum stetit, aram hanc quoque ex lapidibus fuisse, quam multa enim alia tunc fuerunt, in quibus servata veterum legum præscriptio non est tempore illo Reipublicæ formidoloso, cum incerta sæpè omnia metu hostium, & dissensionibus civicis essent, in ædificanda æde sequuti dumtaxat legem aliquantenus. Hæc ille.

Verum contra hoc est expressus locus Machabæorum capit. quarto, ubi dicitur, Acceptis lapidibus integris secundum legem ædificatum esse altare novum ad formam ejus, quod fuerat prius. Neque audiendus est Cuvæus, cui hoc leve fuit, & Machabæorum librum, ejusque authorem erroris reum facere non erubuit, & unà cum Philone, qui hæc eadem dixit, deceptum fuisse, non sine temeritate asserere ausus est.

Alij, ad idololatriæ destinationem referunt præceptum de altari terreo faciendo, ut non æque dediti politis altaribus forent, sicut & alij gentiles; Israëlitiæ, illi enim ex marmore, & metallo suis dijs construiebant altaria. Verum præter quam quod in Salomonis Templo pretiosum, & aureum erat altare, rationem antilogiæ & differentiæ utriusque altaris non reddunt.

Alij, eo confugiunt, quod illud tabernaculi, vel templi altare implendum esset terra, vel lapidibus. Verum id falsum esse, constat ex capit. vigesimo septimo. Si quidem ibi præcipitur al-

tare fieri vacuum, & intrinsecus cavum, ut similiter; capit. trigésimo octavo, quod salvari nequiret, si ejus cavitas terra, vel lapidibus esset opteata. Neque factum est cavum, ut postea repleretur lapidibus, & jam plenum esset, cum fierent sacrificia. Ideo enim cavum esse dicitur, ut in eam cavitatem per cratem altari impostam deciderent cineres, vel scintillæ in terram, quorum magna copia erat, cui fini obstaret quidem lapidibus, & terra repleti.

Melius autem dicendum, non loqui hic Mosem de altari holocaustorum, quod futurum erat in tabernaculo, vel templo, sed de quolibet alio altari, quod sive in deserto ante tabernaculum excitatum, sive postea alibi tumultuario fere opere esset excitandum, siquidem Deus certo aliquo loco sibi ob causas aliquas particulares sacrificari vellet. Sicut transitu Jordane erigere altare de lapidibus impolitis, quos ferrum non tetigisset, jubentur, Deoque super eo sacrificare Deut. 27. Simile fuit, in quo Elias sacrificavit 3. Reg. 18. Si autem in templo altare cavum extruere vellent ex lapidibus, impoliti deberent lapides esse, quale fuit, quod Israëlitiæ ex captivitate Babylonica reversi extruxerunt, ut 1. Machab. 4. & quod in prioris locum successerunt Machabæi ex lapidibus integris, & non sectis erectum. Altare etiam Salomonicum, qui dixerit, habuisse ex lapidibus impolitis interiorem structuram, atque parietes, non longè erit à veritate, etsi facies exterior ex ære potuerit esse. Sic etiam forte altare illud tabernaculi, postquam ad terram promissam venerunt, habuit intus contra parietes terram, vel lapides impolitos, sed in medio non absque cavitate usque ad terram.

Exod. 20. *Visitans patrum iniquitatem dicitur Deus in filios.*

Ezech. 18. *Filius non portabit iniquitatem patris, sed anima, qua peccaverit, ipsa punietur. Idem Exod. 2. & Deut. 24.*

Vide Genes. cap. 9.

Exod. 20. Offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oves vestras.

Jeremiae 7. Non sum locutus cum patribus vestris, nec praecepi eis de holocaustis, & victimis.

28.

**A**vdite iterum Maimonidem (alibi enim ejus doctrinam terigi) in more Nebochim. ¶ Non licet subito (inquit) & quasi momento transire ab uno contrario ad aliud, & per consequens secundum naturam hominis fieri non potest, ut momento relinquat id, cui longo temporis spatio est assuetus. Cum itaque misit Deus Mosem, ut Judæos faceret regale sacerdotium, gentem sanctam primo in cognitione D. O. M. sicut dicitur, ostensum tibi est, ut scires. Deut. 4. Scito ergo hodie, & revocato ad cor tuum, ad colendum eum ex toto corde tuo, & usitata tum in mundo consuetudo erat, & cultus universalis, cui omnes assueti, & in quo omnes erant educati, ut variae animalium species in templis illis, in quibus imagines collocabant, offerrentur, coram illis procurberetur, & adoleretur, certe insuper quidam essent cultores sequestrati quasi, & ad cultum illum destinati, qui in templis illis in honorem Solis, & Lunæ extructis, exercebantur, ideo noluit sapientia, & providentia Dei, quæ in omnibus ejus creaturis lucet, mandare, ut cultus omnes derelinquantur, aut aboleantur, hujus enim rei, cor humanum, quod perpetuo ad id inclinat cui est assuetum, naturaliter non fuisset capax, ac propterea proinde fuisset, ac si quis exoriretur propheta, & diceret: Deus praecepit vobis, ne oreis, ne jejuneis, ne quaeratis salutem ejus in die angustiae, sed ut cultus vester totus sit in cogitatione, non in opere. Propter hanc itaque causam Deus retinuit cultus, eosque à rebus creatis ad nomen suum venerandum transtulit, & praecepit nobis, ut ipsi illos exhibeamus; ideo praecepit, ut ipsi ædificemus templa, & faciet mihi sanctuarium, Exod. 25. altare pariter, & sacrificia. Similiter prohibuit, ne hujusmodi opera fiant alijs. Qui sacrificat Dijs, interneccioni devovebatur. *Non incurvabis te dijs alijs.* Consilium autem in hac divina Sapiencia fuit ut memoria idololatriæ deleatur. Vnde species hujusmodi cultus oblationes nempe sunt secundum intentionem, secundum invocationes

vero sunt de primaria intentione. Unde licet sacrificia in honorem Dei fiant, ut minuerentur, praecepit Deus ne ubique, sed certo loco, in loco quem elegerit Dominus Deut. 12. extra quem sacrificia offerre non licebat. Nec nisi certa familia sacerdotio fungi posset. Verum precatio permessa est in omni loco, & cuivis. Ideo multoties reprehendunt prophetae homines ob nimium studium in oblationibus adducendi Reg. 1. cap. decimo quinto. *Numquid voluntas Domini est in holocaustis, & victimis, ut in obtemperando voci Domini,* quasi obtemperare voci Domini, & non sacrificia de principali sint intentione, ut habetur Psalm. 50. *Audi popule meus, & contestabor, ut non super sacrificia arguam te.* Hæc Maimonides.

Ex quibus quam bene Christianorum Evangelicæ legi convenient hæc omnia, qua instituit nos Christus, & dirigere, regere, & gubernare corda, sensus, sermones, & actus nostros in Deum tamquam verum Dominum. temper intendit, rectificans voluntatem, & intellectum, sublatiis umbris sacrificiorum. Constat expressè ex Maimonide diffuse omnibus præceptis, singulisque legis, decalogique mandatis cupiditates, desideriaque inordinata exterminare, & hominum voluntates rectificare ex principali volito, Dominum intendisse, manifeste probante. Majoris namque (inquit) hominum partis unicum desiderium in potu, ciboque immodico, & venere collocatur, in quibus omnia sunt turpia, imperfecta, & parum honesta, præcipuè, quæ tactus sensu percipiuntur, qui, ut Aristot. inquit, hominum est delubro, atque quæ perfectioni hominis primæ sunt perniciofa, quæque fere omnia politiæ negotia conturbant, cujus causa stolidi homines voluptatem suam tamquam summum bonum, & ultimum finem proponunt. Huic ergo pesti maturo consilio mederi voluit Deus, dum præcepta dedit, quæ cogitationes nostras inde abstraherent. Hæc ergo

Maimonides sacrificia non fuisse de primaria intentione Dei fuisse.

pars est generalis intentionis divinae legis puritas, & sanctitas, id est continentia, & abstinentia à rebus venereis. Cum enim Deus præcepit sanctificare populum ad legem recipiendam dixit. *Sanctifica eos hodie, & cras. Item ne appropinquetis uxoris: manifeste ostendens, sanctificationem continentiam, & abstinentiam à venere esse. Ex alio capite ordinare in politica, & simul in Dei cognitione conservare præten- dit. Sic discurrit Maimonides ad singula, ut id luadeat, præcepta legis descen- dens. Si ergo Deus quasi invitatus, & quia aliter sui puram communicare notitiam populo rudi, & incapaci ne- quibat, usum permisit sacrificiorum, cum jam adest lex Evangelica, um- bramque fugans veritas, recedere de- buere sacrificia, ut vacinantur pro- phetae illorum sine ope abijcienes opera tenebrarum, induentes arma lucis, Christo Domino redemptore, atque duce, quo vivere possimus honeste exemplar habentes ex toto corde Deo sacrati proximi, & boni commu- nis, sicut cujuslibet propriae consulentes utilitati.*

Ex quibus etiam constat intelli- gentia ad illud Jerem. 7. per sacrificia enim à suis sceleribus probè expiari Hebraei judicabant, purantes tam Deo grata, ut numquam per- mitteret aboleri per insurgentes quos- cumque hostes, testificantibus sacer- dotibus omne peccatum contra Deum, & proximum patratum, per oblationes, quæ in usum sacerdotum cede- bant, perfecte remitti. Et ut inquit Hugo Cardinalis illud Psalm. 39. *Holocaustum, & pro peccato non postu- lasti sacrificium, & oblationem noluiisti: id est, minus voluisti, inter- pretandum est, quam obedientiam. Non voluit enim Deus sacrificia, sed obedientiam, ut inquit enim Apo- stolus, finis totius legis est charitas. Numquam ergo delectatus est Deus in odore sacrificiorum, sed in fide, & desiderio offerentis, horum obliti Judæi solliciti erant de sacrificijs,*

Exod. 20. *Faciens misericordiam in mil- lia dicitur Deus.*

30. **R**espondet Lyra, quod Amos in prima parte prophetizat contra regnum Syriæ dicens super tribus sce-

quibus odium, iram, & injustitiam inseparabiles comites frequenter mi- scebant.

Ad locum, & verba Jeremiæ: *Non sum locutus cum patribus vestris, nec præcepi eis in die, qua eduxi eos de Ægypto de victimis, dicit Lyranus, cum Domi- nus Exod. 20. præcepta decalogi popu- lo dedit, locutus non fuit de victimis, & holocaustis. Hoc autem minime exclu- dit præceptum postea datum de sacri- ficijs. Verum contra hoc est præcep- tum de agno immolando Exod. cap. 2. ante legem, cujus sacrificium vocatur victima. Exod. etiam 20. sermo fit de victimis, & holocaustis ut habetur in antilogia, quam conciliamus. Inquit ergo Burgensis, illa verba Jeremiæ, ut sonant, intelligenda esse. Tunc enim non præcepit victimas, sed victimam, agni scilicet paschalis immolationem, quæ victima erat, sed non holocaustum postea vero cum lapsos vidit in idolo- latriam vituli, ne offerrent idolis, sibi mactari, & offerri sacrificia præcepit.*

Verum contra hoc expressè sunt, quæ Exod. 20. & 29. dicuntur, ubi de victimis, & holocaustis loquitur Do- minus: ea autem vituli adorationem præcessisse, probant Salianus, Abulen- sis, Cornelius, Lyranus, & fere om- nes supponunt, eo ordine quo cap. 20. usque ad vituli adorationem hæc refer- runtur, contigisse.

Quare tenendum est, verba illa exprimere primariam intentionem Dei, qui solum cor offerentis, volun- tatemque postulabat, potiusquam sa- crificia, obedientiam priusquam holo- caustum, ideo in tota lege, & decalo- go non sacrificia, sed amor Dei, & charitas proximi audiuntur. Hæc sunt vere verba divina, & quæ loquutum se Dominus non semel gloriatur, illa vero quibus præcepit holocausta, ut populi succurreret animo infirmo pro- no, & facili idololatriæ, Dominus est locutus, ut redificarentur mutato obje- cto victimæ & oblationes. Verum de hoc ad Levit. remittimus iudicium nostrum.

Amos. 1. *Super quatuor sceleribus non parcam.*


libris, id est, Syriæ, eo quod Dama- scus Metropolis erat illius regni secun- dum quod dicitur Mai. 7. *Caput Syriæ Damascus:*

*Damascus* : illa autem verba, & super quatuor sic intelligunt Rabbini, quod si homo peccaverit bis, vel ter eodem genere peccati, remissibile est, sed non, si quater. Quæ si intelligant de irremissione simpliciter, hoc est erroneum, cum dicatur in millibus parcens Deus, & misericordiae ejus non est numerus, unde merito improbatus Cain omnino excæcatus, quando, *major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, protulit, illum ignorans, à quo David: *secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam*, firmiter, & fideliter rogavit. Quorum falsitatem redarguit Rex Manasses qui pluribus peccatis idololatriæ, & homicidij sedatus, finaliter veniam obtinuit. Si autem irremissibile difficilem remissionem expriment, verum est. Sed hæc difficultas non à divina omnipotenti bonitate, visceribusque pietatis, sed à pravitate peccatoris dimanat, qui sic reiterans culpam, vinculis vitiosi habitus irretitus magis, ac magis deprimitur, & divina misericordia, sine qua à peccato resurgere nequit, indignus redditur. Hoc sensu exponendus est Matthæus c. 12. *Qui autem dixerit verbum contra Spiritum Sanctum non remittetur ei*. Id est, difficile remittetur. Regnum autem Syriæ pluries regnum decem tribuum affligerat, & injuste, victoriaque sibi concessa crudeliter est abutum, ideo dignum divina punitione, & supplicio.



**EXPLICATUR**  
*Exod. 20. in sensu morali.*

**N**ON ascendendum per gradus ad altare, quod Deus prohibuit Exod. 20. plures de assumptione intelligunt ad dignitatum fastigium. De quibus nos alibi, & in sequentibus aliqua prælibabimus.



§. I.

*In premijs non vigeat in Principe personarum acceptio.*

31. **E**rgo divina expressè est prohibita personarum acceptio, Deut. cap. 1. sed etiam jure Romanorum idem

est cautum: *Et apud nos imperat*, (inquit Dion. Halic. Rom. Ant. lib. 3.) *& senator est, ac Reipublica consulit alijsque honoribus fruitur, non qui multum opibus pollet, neque qui longam suorum indigenarum seriem potest ostendere, sed quicumque his honoribus fuerit dignus*. Videndi Barb. in Collect. ad con. Trid. cap. 18. numero 129. Escob. de pur. & nob. prob. 1. part. quæst. 6. numero 9. Solorz. de ind. guber. lib. 4. cap. 12. num. 30. Oportet Principem solem astrorum, & planerarum regem præclarum æmulari in effusione radiorum, Sol enim, ut advertit Petrus Greg. non alius est pauperis, non alius divitis, sed omnibus communis, ita Princeps personam non debet, sed rem, & secundum cujusque rei exigentiam sapienter prospicere. In Concilio Basilienfi decretum est, quod in Pontificis coronatione suprema unus ex eminentissimis Purpuratis clara voce inclamaret: *Non sis acceptor personarum, nec sanguinis, nec patriæ, nec nationis, omnes filij Dei sunt, & tua cura, & custodia commissi*. Cujus concilij auctoritas contemnenda non est, nisi solum in his propter quæ meruit damnari.

*Princeps juxta meritum præmiat.*

Ex quibus liquet Principem dumtaxat merita oportere respicere, non erga personas moveri affectu ut officia, & publica munera dignis committat, nisi Rempublicam in ruinam, & præcipitium ire cupiant, docente etiam ipsa natura, ut tradidimus supra. Mulierem miraculosam se vidisse refert Joannes Evangelista cœlestibus astris amictam; coronatam stellis, & luminari magno luna calcæat; Quare luna sub pedibus calcæat, & elevat ad capitis fastigium stellæ: Quare stellæ infimas magnitudine in majori quam lunam collocat celsitudine? Quoniam Mulier illa ostentabat majestatem reginæ: *& in capite ejus corona*. Ideo non pro magnitudine astrorum naturæ, sed pro meritorum differentia, & inæqualitate splendorum celsitudinem mensuravit; luna namque quamvis majoris magnitudinis sit luminare patitur luminis varietatem, jam splendoribus plena, jam fere lumine carens, nonnullas quandoque maculas manifestat, stellæ autem splendore sunt semper æquales, æque lucidæ, æque fulgidæ, ideo mulier illa in folio regio cœlitus constituta non attendens

magnitudini astrorum, pro qualitate splendorum distribuit dignitates locorum, sublimiorem capitis locum stellis infimis natura occupantibus, infimum pedum luna tenente natura stellis celtiori, quia administrans gubernaculum regium pro meritis, & nulla habita personae ratione tenetur largiri praemia: Ideo herbae *Meli* Principem distributiva iustitia non declinantem comparavit Homerus, cujus radix nigra est, sed candidi flores, florem indicans candidum praemij non nisi qui nigram radicem laboris gustasset, esse offerendum.

Si namque labores nullo essent donati praemio, sed in remuneratione qualitas atenderetur personae, omnis virtus exanguis retur scintilla; & ut inquit Lactantius: *Quod igitur erit discrimen virtutis, & vitij, si nil interest, utrum Aristides sit alius, an Phalaris, utrum Cato sit, an Catilina.* Inter capacitissimos eligatur dignior, nec pro qualitate affectus, vel circumstantia personae sublimitate sit primus, qui fuerit postremus intelligentia, sit pro maximo optimus: Inter caeteros fratres majora signa dilectionis praebuit Joseph Benjaminus: *Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super eum.* Deinde majora munera obtulit illi quam alijs, Benjaminus quinque dedit stolas, binas praestitit alijs, singulis quoque proferri iussit binas stolas, *Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis.* Quare hoc? non aderant ibi decem fratres statura celtiores, & facinoribus, gestisve Benjaminus adolescentulo clariore? quare Judam non magis remuneravit, cujus posteritati regnum Israeliticum erat vaticinandum, & ex qua procreandus Messias? Cur non Rubenum primogenitum totius familiae? Cur non Levi, cujus semini destinatum erat sacerdotium supremum? Cur Benjaminus majora dona retribuit, cum esset minimus natus, & nobilitate posterior? Quoniam caeteri fratres varijs erant criminibus victi, alij Sichen pro Dina homicidio polluti, alij turpitudine concubinarum parentis, & omnes Joseph tabuerant invidia, & contra innocentem conspiraverant fratrem: *Ecce somnator venit, venite occidamus.* Solus Benjaminus fuit a sanguine mundus, & livore invidiae non tactus, ideo quamvis

minus provectus aetate, fuit muneribus praefratribus a Josepho magis donatus, minimus erat aetate, sed optimus, minor fratribus natus, sed moribus longe melior, ideo Joseph non attempta circumstantia personae Benjamin praemiavit morum integritatem, non enim attendendum est Principi in remuneratione, & ad ministeria Reipublicae justa electione ad annos juniores aetateve provectiorem, quas temporum praereminentias plus justo Principes aestimare convincunt electiones divinae, non enim Cain natus majorem, sed Abel vita meliorem sibi Deus elegit, Ismaelem reliquit & ex Isaac aetate minori Messiae duxit progeniem, Iacob minorem sed longe meliorem praeelegit Esau primogenito, & seniori, cum meritum a tempore non dependeat sed senectus Spiritus non in capillorum canitie, sed in canitie cogitationum & mentis est sita, nec junior excludi debet a ministerio si indolis generositas comprobetur, aut scientiae magnitudo & virtutum adaequet defectum aetatis, nec quia adolescens Timotheus baculo, & regimine Ecclesiae privatur, sed potius a Paulo Episcopus est consecratus, quia quamvis lanugine genarum careret, vigebat virtutum accurata maturitate, quae virum probatum reddit, & fallit frequenter aetas.

Eadem merces data est a Patrefamilias operarijs horae undecimae, & his qui a prima luce vineam foderant; Quare hoc? *Quia tantum (inquit Maldonatus) una hora, quantum caeteri tota die laboraverant;* Nam aequale opus aequalem mercedem, major diligentia, & brevius tempus obtinuit locum aequalem, meritum autem non in tempore, sed in excellentia operis situm est: Unde illud Ovidij.

*Quid numeras annos? Viri maturior praemium,  
annis,  
Acta senem faciunt, haec numeranda tibi.*

Unde cavetur *Lunivique 7. cap. de prox. Sacr. scrinio. lib. 12.* Ut nemini penitus liceat, cum sit posterior tempore, locum praecedentis ambire, *Nisi forte ab eo, qui tempore vincitur, laborum comparatione superetur:* Virtus ergo non temporis differentia conducit ad meritum,

*Non seniori  
sed meliori  
dignitas  
est ferenda.*

*Thimo-  
theus ju-  
nior epi-  
scopus a  
Paulo crea-  
tus.*

*Parum eis  
conducit  
praemium.*

ritum, & proficere oportet ad præmium.

Daniel supra fastigium regiminis collocatus, & ad regni apicem sublimatus, postulavit à Rege, ut per ipsum liceret eligere sibi ministros ministerijs Reipublicæ apros, constituit super omnes provincias Sidrac, Misach, & Abdenago juvenes Danieli notos: *Postulavit à rege, & constituit super opera provincia Babylonis Sidrac, Misach, & Abdenago*: Ministros coadjutores sibi Daniel in præfectos provinciarum elegit; Petijt Moyses, & exoravit à Domino ministros qui oneri coadjuvarent, & elegit Deus seniores: *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël*. Quare ergo Moyses septuaginta seniores, & Daniel ministros tres adolescentes prælegit tot senibus Babylonis rejectis Ratio est, quoniam Dominus septuaginta selegit non solum ætate senes, sed prudentia præclaros, & cæteris dotibus præcellentes, ideo addidit Deus, *quos tu nosti*, quando autem ætatis experimentum prudentia, & virtutes reliquæ comitantur præferendi sunt adolescentibus senes, in Babylonica curia pueri erant moribus senes, qui autem in Babylone erant centum annorum, pueriliter Principis cedentes imperio sacrilegocultu adorarunt statuam, tres autem quos Daniel postulavit adolescentes reluctati sunt regi, præceptoque regio non timentes flammam ignis impeterriti globis flammarum, nec regiæ formidantes faciem indignationis, ideo senibus adolescentes Daniel prælegit, quia senes prudentia, constantia, & judicij maturitate superare prævidit hos tres quamvis non provector ætate, *Postulavit*. Audi Ecclesiast. cap. 4. *Melior est puer pauper, & sapiens rege senes & stulto*.

Quamvis hoc ita sæpe contingat, nihilominus adolescens non licet seni præferri sine meritorum repetita experientia; lam jam morti vicinus Iacob benedictionem impertitus est nepotibus suis, filijs Ioseph, dexteram imponens super caput Ephraim, & super Manasse sinistram, cum autem corrigere vellet ordinem benedictionum Ioseph, respondit Iacob, *Scio, fili mi, scio*. Ut non nisi morum sapientia suaderet præmia communicare benedictionum nepotibus suis: *Benedixit pa-*

riter filios suos Iacob, sed numquam tradidit benedictiones filiorum profectas à scientia Iacob; Quare in benedictione nepotum monet scienter elargiri Iacob, & non in filijs benedicendis Ratio est, quia in benedictione nepotum adolescentem præferbat seniori, antecellens Ephraim Manasse, ut ergo suaderet in præmijs benedictionum nepotibus distribuendis à scopo rectitudinis non deviare, necesse est bis repetere, quod agebat, se scire: *Scio, fili mi, scio*. Quia nisi scientia replicata præcederet, nullus crederet recte distribuisse benedictiones adolescentem præferendo seniori; quando autem constat de meritorum excessu contemni debet temporis differentia.

Oppositum contingit frequenter, solent enim disparitas personarum merito elevare potentis, & pauperis obscurare: Ut sibi restitueretur Michol, *Merita qualificat qualitas sperantium*, numeravit facinora David; dicens: *Quam respondi mihi centum præputijs*. Quare non retulit caput detruncasse gigantis? hoc facinore fieri gener regis non meruit? Quare hoc triumphum non allegavit? Ratio est, quia facinus quamvis exitium jugulandi gigantem nullius credidit apud homines fuisse valoris, Quare hoc? quoniam cum caput decollavit gigantis pastor humilis erat, ideo quæsitivit Saül: *De qua progenie est iste adolescens?* præputiorum circumcisio fuit facinus David cum dux esset, atque tribunus, ideo cum facinora sua referret, capitis decollationem gigantis reticuit, & solum præputiorum spolia narravit, quia quamvis jugulare gigantem fuerit strenuum facinus, non credidit meritum apud homines reputandum, ut præmium corresponderet restitutioni uxoris; quia servitium pauperis contingeret vocari facinus, sed numquam accideret præmio tamquam meritum coronari.

§. II.

*Princeps in præmiando merita, non patriam respiciat.*

**V**IR eximitis in virtute splendorem capit & non ex solo nati-  
vitat. *Patria mea totus est hic mundus*, dicebat Seneca ep. 28. & de tranq. e. 3. *Patriam mundum professi sumus*

E E c 4 ut

*Senes præferendi juvenibus, nisi ab illis meritis superentur.*

33.

*ut liceret latiore virtutis campo dare.*  
Nec solum ob stare debere, cui suppetunt merita & dotes inquit Auf. loquens de Severo.

— *Sed qui virtute probaret*  
*Non ob stare locum, cum valet ingenium.*

Nerva Coccius imperator ut inquit Petrus Greg. de Rep. lib. 7. cap. 15. n. 7. Trajanum imperatorem fecit, eundemque postea Cæsarem in Senatu destinavit, neque vero conjunctionem sanguinis, cum propinqui non deessent, anteposuit publicæ utilitati, neque deterruit, quod Trajanus Hispanus erat, quodque ante eum nemo alterius nationis imperium Romanum obtinuerat; Constat enim ut vir erat bonus, atque justitiæ amantissimus, virtutem cujusque non patriam ponderari in ejusmodi rebus oportere. Innocentius tertius c. ad decorem. 3. de instit. Constantinopolitanum Patriarcham suggillavit, eo quod Venetis tantum contulerit dignitates. *Quo circa* (inquit) *mandamus: quatenus moncatis eundem, ut viros litteratos, & alias idoneos, undecunque originem sumpserint, in predictis ecclesiis, & maxime in majori instituere non postponat.*

Fateor quod cæteris paribus præferendi sunt naturales: Apparuit repente manus scribentis in pariete in aula regia Baltharis, ubi opiparum valde convivium celebrabatur: tunc rex Magos, & aruspices suos vocavit, ut stipulato præmio litteras declararet: *Exclamavit fortiter, ut introducerent Magos Chaldaeos, & aruspices: Quare Balthasar Danielelem non appellavit? Propheta somnium Nabucho non exposuerat? quare ergo rex filius Danielelem non quærit, ut litterarum interpretem agat? Ratio est, quoniam exponenti characteres illos obscuros in pariete descriptos præmium fuerat ad stipulatus valde honorificum: Quicumque legerit scripturam hanc, & interpretationem ejus manifestam mihi fecerit purpura vestietur, ideo ergo prius consuluit aruspices naturales, & Magos Chaldaeos, & in horum defectum vocavit Danielelem extraneum, & peregrinum, quoniam si foret inter Chaldaeos mercede dignus sciens inscriptionem illam interpretari, consentaneum erat præmium pollicitum obtinere*

*Cæteris paribus naturales sunt præferendi.*

quin transfret honor ille ad extraneum, ideo tunc tantum Daniel vocatur, quando nullus ex Chaldaeis reperitur potens characteres exponere. Quare in regem illum (de quo in parabola Domini) conspirarunt Vassalli? *Nolumus hunc regnare super nos.* Quid mali subditis fecit, qui servus talenta tradiderat sua? Ratio est quoniam offenderat cives; *Cives autem ejus: Syrus legit: Filij civitatis ejus* quoniam cum tot forent filij, naturalesque civitatis digni arbitrati, servus extraneis rex distribuerat talenta, ideo conspirarunt in regem: *Nolumus hunc regnare super nos,* quoniam durissimum, & propriis, & naturalibus benemeritis præferre alienos, & extraneos quantumvis dignos in muneribus, & honorificis præmiis.

Verum inter benemeritum & indignum non loci aut patriæ sed meritum attendi debet, & virtus: Quare Dominus extra paradysum creavit Adamum, & ex pulveris materia vilissima, cum Evam formaverit ex humana clara materia, & intra paradisi pulcherrima septa? Quoniam Adamus Princeps futurus erat mulieris, & universi totius, ideo natus est in inferiori, ignobiliorique loco quam Eva, ut homines edoceret, parum ad dignitates prodesse solum nativitatis, sed oportere solam virtutem attendi; sic D. Ambr. de Parad. cap. 4. respondet; ut ad veritas (inquit) quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute unusquisque gratiam sibi comparat; Nam extra paradysum factus hoc est, in inferiori loco vir melior invenitur, & illa quæ meliori loco, hoc est, in paradiso facta est, inferior reperitur: Eva formata est ex nobiliori materia, digniorique solo, & patria, iste extra paradysum, & tamen virtus, qua homo præcelluit, digniorem melioremque hominem fecit, & superiorem muliere, mundi que totius Principem: hæc ille: Discant ergo Principes non tam patriam quam cuiuspiam virtutem videre in distributione præmiorum.


Dominus Adamo super universa donavit imperium, mundi totius Principem fecit; *Ut præsit piscibus maris, & volatilibus cæli, & bestiis.* Quare Dominus pisces prius gubernandos commisit, quam aves, & animalia? Ratio est, quoniam animalia, & homo eandem

dem patriam fuerant adepti, eodem solo natus est cum animalibus homo, nempe ex pulvere, & terra, pisces & aves obunuerunt distinctam patriam, cum acceperunt formationem ex aquis, ideo ergo Deus primum pisces maris, volatiliaque cœli commisit Adamo, ut confuleret prius extraneis subditis, qui veluti celeres aves super sydera ascendunt, quam propriis & naturalibus si sint veluti bestię incapaces, & animalia reptilia: *Ut præsint piscibus maris.* Princeps enim non ad solum nativitatis, sed ad qualitatem virtutis attendere debet in conferendis honoribus, & in præmiorum distributione, quid enim conducit locus nativitatis ad exercendum officium, in quo fulgere debet administrantis prudentia, si bestia fuerit electa, aut reptile immundissimum terræ? Optime Petrarcha de Advers. fort. cap. 4. *Esto tu nobilis (inquit) nam nil vetat, nihil cum patria nobilitate tua nobilitas mixtum habet, lumen virtutis tua accende, quo inter tenebras enitescas; In quibus hoc saltem boni eris, vel parva luce clarissimus videaris, sic vel illa te clarum faciat, vel tu illam.* Non ergo patria est ad ministeria attendenda, sed consideret Princeps vita & moribus præcellentem, quid nobilitas patriæ si animus fuerit cœnoscus? quid nativitatis obscuritas ejus, qui intrus totus est aureus, & thesaurum claudit fictilibus vasis?

Aquilam inter alia immunda Dominus reprobavit; à mensa sacrificiorum, & ab epulis Hebræorum præcepit repelli, *Hec sunt quæ de avibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis — aquilam, &c.* Quare aquilam volatilium reginam, & sydera usque ad ascendentem Dominus reprobavit, nec illa populum uti voluit in altari, aut inter epulas numerari? Quare ut execrabilem relegavit? Quoniam pullos suos fovet, & alit, sed discerpit alienos, & quia dumtaxat extraneos, præcipites facit, avis ergo quæ nata est cum volatilium imperio & proprios fovet, repellitque extraneos in Principum exemplum tamquam execrabilis à mensa recedat sacrificiorum.

Transfiguratus est Christus Dominus in Thabor, primum autem facies ejus splenduit, deinde decorata sunt vestimenta, *Resplenduit facies ejus sicut Sol, vestimenta autem ejus facta sunt al-*

*ba sicut nix.* Quare splendorem vestimenti non delineavit, priusquam describeret lucem Evangelista? si mulier prius amicta sole, quam capite fuit coronata, quare vestimenta Christi non induerent prius candorem, quam facies fulgorem? quia prius debuit recipere lucem, quod præcelluit ordine temporis in passione primum inter omnia tormenta toleravit Domini facies suscipiens osculum proditoris, in vestimenti ultimum passionis tormentum fuit à ministris tyrannice consummatum & *super vestem meam miserunt sortem,* ut ergo juxta justitiam in Thabor sit distributio præmiorum, sit facies prima in fulgoribus, quæ prior fuit in tolerando dolores, quippe in folio divino proximior est præmio, qui merito fuit vicinior.



## §. III.

*Princeps in premiando non respiciat sanguine iunctos.*

**P** Ex Antigonus cuidam præmium flagitanti propter servitiam patris ducis strenuissimi fertur sic respondisse: *Ego mi adolescens mercedem, & munera dare propria, non paterna virtutis causa dignis soleo.* Hoc autem pariter Deus præcavit in sua lege: *Non ascēdes per gradus ad altare meum,* id est per gradus consanguinitatis, non enim jure sanguinis, sed meritorum conferendæ sunt dignitates sanguinis ratione posthabita. Verum quidem est nobilitatem ingentem non nil prodesse ad regiminis dignitatem, hæc enim generosos spiritus nutrit, sicut & abjecta fortuna nil excelsum intendit, hinc deducitur aptiorem quandoque esse, qui inter præclaras fascias est educatus, quoniam pauperies depressa abjectum generat animum. Prodigus ille, qui patriam potestatem relinquens substantiam suam dissipaverat luxuriose vivendo, in se reversus, ad patrem, & patriam iterum redire decrevit, sed quid in domo paterna prodigus appetebat? *Fac me sicut unum de mercenariis tuis,* quare super servos non desideravit imperium in patris præsentia? Quoniam animus illi depressus erat, palcebat porcos siliquis alebatur

34.

*Pauperies  
abjectum  
generat  
animum.*

alebatur, quas sues edebant, hæc autem educatio quos spiritus generare quam mercenarij potuissent? ideo prodigus abjectissimus animo non Principem, sed mercenarium desideravit esse in domo paterna. *Vere famelici*, (inquit Guilibert. serm. 3. in cant.) *dans in hoc animi inditium*, pauperics ergo abjectum solet animum generare, & ad gubernandum ineptum, unde si cæteris æquet præferendus erit nobilior, quamvis sanguine junctus.

Nihilominus tamen quando extraneus longissime excedit cognatum, & si is nobilissimus fuerit, debet secundum merita illi anteponi. Pisonem in filium Galba adoptavit, & fecit successorem imperij; *Non qui propinquos, aut socios belli non habeam* (inquit apud Tacitum lib. 1. hist.) *sed neque ipse imperium ambitione accepi, & judicij mei documentum sint non mea tantum necessitudines quas tibi postposui, sed & tuus est tibi frater pari nobilitate, natu major, dignus hac fortuna nisi tu potior esses*. Solum ergo dignitas meritorum, non sanguinis ad præmium est attendenda: Petiit pendens in cruce Latio, & exoratur à Christo. *Hodie mecum eris in paradiso*. Postulant à Domino sanguine juncti sedes collaterales. *Dic ut sedeant*, & patitur repulsam petitio. *Nescitis quid petatis*. Quare sceleratus, qui paulo ante Christo impropria obijciebat, est exoratus, & Domini consanguinei repelluntur veluti ignari? *Nescitis*: Ratio est, quia latro requiem paradisi poscebat passionis calice prius gustato cum penderet in cruce, meritum ipsum pro latrone petebat; Apostoli nedum fatigati sedere poscebant, pro Apostolis vox sanguinis postulabat. *Accessit ad Jesum mater*. *Dic ut sedeant hi duo filij mei*, quia filij volebant sedes, non quia laboribus fatigati, audebant postulare amicitia Principis freti, non quia athletæ præclari fuissent, ideo patiuntur repulsam *Nescitis*, & exauditus est latro *Hodie*, hic enim post luctamen desiderabat coronam, illi ante pugnam poscebant, ideo inquit Christus: *Potesis bibere calicem*, inquit Chrysofomus, Nam vos inquit de honoribus, & de coronis mecum agitis, ego vero de luctamine atque sudore dissero; Non præmiorum hoc tempus est, nec illa gloria mea modo apparebit, sed cædis ac pe-

riculorum tempus præsens est: Latio luctari voluit quandiu vivebat, ideo requiem post mortem desiderabat, & post regnum Christi poscebat: *Dum veneris in regnum tuum*, discipuli dum viverent sedes volebant, cum vitæ nostræ tempus luctaminis sit, & sudoris, hujusmodi autem ordinem laboris & præmij invertere cogitabant Apostoli consanguinitatis vinculo freti, ideo inauditi & cum rubore recedunt: *Nescitis*. Principes voluit Christus docere, ne sanguinis affinitate moveantur, sed pondere meritorum in collatione præmiorum; Hoc Ecclesia sæpe præcavit, Toletanum enim Concilium decimum cap. 3. à Gratiano allegatum in cap. decentes 6. 89. dist. & Concilium Oxomense c. 28. omnibus prælatis inhihent consanguineis beneficia conferri: Adrianum sextum consanguineos suos etiam cæteris paribus postponere extraneis refert. Platina de vit. Pont. in vit. Adr. 6. Principem fecit Deus duodecim tribuum Jacob sed norant nomen mutavit, Principem Ecclesiæ constituit Christus Dominus Petrum, & similiter nomen mutavit. Simonis nomen reliquit, ut vocaretur Petrus, *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam*. Quare hæc nominum transmutatio? Ratio est, quia ex cognomine noscitur propinquorum cognatio, ut ergo tam Jacob quam Petrus Principes facti carnis & sanguinis oblivionem doceret, nomina Dominus commutavit.

Hoc sacra pagina passim docet; Christus Dominus ut injustos ostenderet singularem amorem filios appellat, & Joan. 3. sic vocat ut filij Dei nominemur, & simus: & cap. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri*. Quando vero in parabola introducitur regis servos justos Dominus appellavit: *Euge serve bone & fidelis*. Quare hic servos ibi vocavit filios? ratio est, quoniam Evangelista loquitur de justis possidentibus gloriam, summa fruitione perfusis, & ideo nominat filios, ut amorem erga illos divinum ostendat, collocati namque supra gloria fastigium amansur veluti filij in parabola Matthæi loquitur de gressibus, quibus obtinent gloriam. *Intra in gaudium Domini tui* ut cunctis manifestaret justos non tam ut filios, quam ut servos cælestia gaudia obtinuisse, filius enim in-

Ad præmiorum laborantis meritorium attendatur.

trat in substantiam paternam ut hæres *se autem filij & hæredes*, servus autem mercedem Domini adipiscitur per servitia, ut ergo Christus innueret non ex affectu paterno præmium conferre gloriæ, sed ex meritorum mensura tribuere, servum vocavit: *Euge serve bone* quia ex iustitia ut corona certantibus, non ex consanguinitate ut hæreditas iustis confertur gloria.

In curru illo miraculoso, quem quatuor animalia vidit Ezechiel sustentare generositate inæqualia, non solum facies hominis venerabatur in aquila & leone, sed etiam viscebatur in bove, sic sentit D. Greg. quare hoc? quare si in homine facies leonis vel bovis non erat in iis hominis facies representatur? quare æque in aquila avium regina, in leone cunctarum ferarum principe ac in rudi bove & abjecto animali? quoniam hominis facies regalem dominationem super omnes manifestabat, hujus similitudo portantibus curram præmium erat laboris, & quia æque ac homo aquila, bos, & leo jugum fortiter supportabant, ferebantque curram, æquali dignitate condecorari oportebat, ideo non solum leo nobilissimus inter feras, sed etiam bos quamvis conditionis servilis debet eadem dignitate præmiari. *Similitudo autem vultus eorum facies hominis*, ad præmium enim nil aliud attendi debet nisi qualitas meritorum. Quod si Scipio Africanus advertisset, & merita propria, alienaque ponderasset, noram evaderet quam passus est, se nempe magis gloriari nobilitate nativa, quam strenuitate in bello acquisita, dicebat enim: *Imperatorem me mater, non bellatorem genuit*, cum oppositum magis fuisset gloriosum, nec apud prudentes sic æstimatur honor hæreditarius, quam meritis acquisitus.

Matthæi cap. i. appellatur bis David rex. *Iesse genuit David regem, David autem rex genuit Salomonem*, & Salomō titulo regis privatur. Quare David bis honoratur purpuræ regiæ inscriptione, & nec semel dicitur ipsam Salomonem induisse? Ratio est, quoniam Salomon jure sanguinis obtinuit coronam, quia fuerat filius David, regnum autem facinorum strenuitate comparavit David, parta victoria gigantis, & præcis incircumcisorum præputiis, nec non tolerantia

persecutionum, quas à Satul, cognatis, & amicis fuerat invicta patientia perpeffus, ideo ergo bis rex nominatur in Domini genealogia, cum nec semel Salomon honoretur titulo regis, quia hic purpuram jure hæreditario vestivit, ille pondere laborum, & meritorum splendore caput rediit vit corona, & quia apud Dominum æstimatione reputatur dignum dumtaxat meritis præmium obtentum, regnum Davidis in Christi genealogia refertur, nulla facta memoria de Salomonis corona.

Magnificavit, & laudibus Moysen Dominus commendavit: *Magnificavit eum*. Et inter prophetas omnium maximum appellavit: Quare? Philo rationem innuit; *Quamvis pater esset duorum filiorum neutrum sibi optavit successorem, victor affectuum adversus cognatos & domesticos: In splendoribus Sanctorum ex utero ante luciferum genuit*, Patrem introducit David filio æterno loquentem; Fili mi in te sunt omnes splendores veluti compendio adunati, qui in sanctis cæteris sunt dispersi: Sed quare hujusmodi Patris æterni ad Verbum divinum sermo? Sapientiæ infinitæ Verbi potuit nonne perfectio sua occultari? Ut quid ergo Pater æternus Verbi perfectionem commendat? Quoniam tunc filio supremam dignitatem communicabat. *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*, ut ergo hanc electionem rectissimam esse mundo constaret, quasi reddit rationem per Prophetam David, non tantam dignitatem donasse Verbo divino quia foret unigenitus filius, sed quia infinitis splendoribus excessisset, ut cognoverit mundus Deum non titulo sanguinis, sed vi meritorum dignitatem contulisse supremam, opus fuit mundum virtutem priusquam dignitatem vidisse: *In splendoribus sanctorum*. Præmium enim non amore cognatorum, sed meritorum valore donandum est. *Electio nostra*, (inquit Cassiodorus var. 35.) *de meritis venit, non enim quidquam aut odio, aut amore, aut aliqua gratificatione decernimus*.

## S. IV.

*Indigni anxie petunt, & appetunt honores, & dignitates.*

36.

**P**LERUMQUE indigni sunt ambitiosi, quorum naturam exponit innocentius de utilit. cond. hum. ij enim ut consequantur officia, humilitatem simulant, honestatem mentiuntur, affabilitatem exhibent, benignitatem ostendunt, subsequuntur, & obsequuntur, cunctos honorant, universis inclinant, frequentant curias, visitant optimates, assurgunt, amplexantur, applaudunt, & adulantur, omnia appetunt, omnibus visi apti, arbitrati omnia sibi deberi. Cum veniret sponfus lampades suas extinctas esse virgines quinque videntes, oleum à sociis petierunt: *Date nobis de oleo vestro sed quare imperantes petunt? date* Quare in lachrymas non effusæ, sed cum imperio? Quoniam fatuæ, & inter omnes indignæ: *Fatuæ autem prudentibus dixerunt* ideo quasi ex justitia debitum à sociis oleum cum imperio petierunt, nil enim est ita audax quam indignitas ambitiosa, cujus impudens audacia nititur & in fatuitate perentis, & tolerantia prudentis, qui est exortus, fatui namque omnia audent, quia nil timent.

Ad invicem ambierunt arbores regnum, quævis ex illis sperabat imperium: *Ierunt ligna sylvæ.* Sed quare arbores paradisi ad comitia hujusmodi electionis non veniunt? quare arbor scientiæ non adest? quare vitæ pulcherrima planta? Quoniam arbores paradisi erant natura sua præclaræ, ideo principatum non ambiunt, & solum silvestres appetunt regnum, & pro illo cerratim contendunt, ad comitia, electionemque regis non tam arbores floribus pulchræ, fructibusque onustæ, quam ligna sollicitè veniunt, & infructiferi trunci: *Ierunt ligna sylvæ* quoniam indigni sicut ambitione præcedunt, sic solent munera præoccupare: Divisa est terra promissionis inter duodecim tribus, sed si credimus Adricomio, optima pars contigit tribui Isaacar, erat enim fertilis & irrigua ad radices montium trium collocata Thabor nempe, Ebron, & Gelboë, quod

indicat uberrimam fuisse, ut inquit enim Cato lib. i. de re rustica. cap. i. *Tuus ager, si potes, sub radicibus montis sit,* duo pariter flumina terram illam rigabant: Quare ergo Isaacar meliorem partem sortitus est, quam Juda nobilissimatribus, & in bellis fortissima? Quoniam stultus erat Isaacar, de illo vancinatus erat Jacob; *Isaacar asinus fortis* quid ergo miri, quod excederet in forte, qui à cunctis intellectu superabatur, frequenter enim faver, quam dicunt fortuna iis, quibus natura intellectum participavit rudiorem; Indigni quidem ad fastigium solent velocius volare, quam meritis & dotibus præcellentes; verum pluribus ruina est ipsa celsitudo, & qui dum inferiorem habitabant fortunam, commendabiles erant, collocati in fastigio aperiunt judicij cum dedecore paruitatem.

Fecit Deus solem, & Lunam, & utrumque luminare magnum vocavit: *Fecit Deus duo luminaria magna.* Post temporis morulam aliquam de Luna sermonem Deus instituens vocavit luminare minus; *luminare minus.* Quare Luna à radiis sic declinavit, quod elogium magni perdiderit? Ratio est, quando Luna titulo dignitatis non fungebatur, vocatur luminare magnum Soli ipsi radiis non impar, quando vero eligitur ut præsit, lucis manifestavit defectus, & luminis declinationem ostendit; *luminare minus ut præesset nocti.* Si Luna ad fastigium dignitatis non conscendisset, nominis appellationem non minorasset, ubi autem celsitudinem habitavit, magni luminaris cognomen amisit, & cum planeta solis æqualitatem *Luminare minus.* O quot terræ reptantes crediti sunt luminaria magna, verum in muneris collocati fastigio luminis paruitatem non occultarunt: sic Tacitus de Imperatore Galba: *Major visus dum privatus fuit, & omnium consensu capax imperij, nisi imperaret proventus fortuna ludo ad apicem Facium repentinis successibus evolavit, sed ut crescere virtutes solent ad fastigium præmij, contendit gradibus dignitatum.*

*Indigni præoccupant præmia.*

*Indigni ambitiosi.*

*Dignis indigni ruina.*

¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶ ¶

## §. V.

*Honor meritis non comparatus est indignus æstimatione.*

37. **N**ON magni fit iis qui robore, & generoso spiritu vigent, & honor qui meritis non comparatur, aut pressura laboris, ut inquit enim Seneca. honor est onus sicut litteris sunt affines, sic sibi correspondere debent in veritate: *Est* (inquit Seneca) *illa inter honorem & onus non tam allusio, quam rei ipsius expressa veritas* Jacobo Dominus principatus largitus est & imperia: *Det tibi Deus de rore cæli, & de pinguedine terra* (inquit Isaac cum benedixit ipsi) *abundantiam frumenti, & vini, & serviant tibi populi, & adorent te tribus.* Verum non legitur grates pro his Jacob reddidisse: Alibi gratum te exhibuit, cum dicebat: *In baculo meo transivi Iordanem istum, & nunc cum duabus turmis regredior.* Quare pro his, & pro primis longe majoribus gratas non reddidit Patriarcha? Quoniam dona prius relata beneficia erant gratis collata, quorum origo amor fuerat divinus, quo ante aquam quid boni, vel mali facerent, Jacob Deus dilexerat, Esau autem affecerat odio, ideo hæc dona parufaciebat Jacob, quia meritis non comparaverat; Duo autem castra sub focero suo acquiserat sudore, & labore vexarus, gelu noctu, dieque æstu urebatur, nec somno victus, nec requie pluribus annis functus, ideo hæc pluris faciebat, & pro iis reddebat Domino grates, homines enim parum æstimant, quod ipsis parum stetit, & dumtaxat magnificiunt, quod meritis comparant, & pressura laboris.

Cum Dominus conscenderet astra, cælum dicitur solemniissime recepisse: *Et Dominus quidem Iesus assumptus est in cælum*: Cum Dominus descenderet in Jordanem aperti sunt cæli *Cæli aperti sunt.* Quare cum Christus intrat in gloriam, dicitur cælum in singulari, & quando baptismatis undis lavatur, non unum sed plures in ejus acclamationem cæli manifestantur? Quoniam cæli possessionem velut filius Christus acquirit, jureque hæreditario consequi dicitur gloriam. *Sedet ad dexteram Patris,* ideo sic æstimatione minuitur, quod

in cælos assumptus intra unicum innuit esse receptus, *Assumptus est in cælum,* aquis autem baptismatis lotus comparat meritò humilitatis cœlestem acclamationem, ideo cælum crevit æstimatione ad incrementum meriti humilitatis: *Cæli aperti sunt, & unicum cælum visi sunt illi plures.*

A gloria Patris æterni Christus exivit, ut humanitatem indueret, venit autem in mundum Angelis comitatus, natiuitatem pastoribus annunciantibus: *Et in terra pax hominibus,* verù positus est in præsepio humiliter reclinatus, *declinavit eum in præsepio* Obscura quidē fuit inter bruta natiuitas Salvatoris Sepulchrum Christi Domini fuisse gloriosum Isaias vaticinatur: *Erit sepulchrū ejus gloriosum.* Quare in natiuitate absconditur gloria, quæ in morte refulsit & in sepulchro? Quoniã in natiuitate non perfecerat redēptionem, in sepulchro coniummaverat populi libertatem: *Cōsummatum est* ideo dicitur sepulchrū gloriosum, & natiuitas non sine umbris obscuritatis, quamvis enim inter fascias gloriam Dominus obtinuerit ob statū comprehētionis in te parabilem sic parvificet, ut noluerit illam manifestare, quia consummatione meritum nondum comparaverat natus (moralissime loquitur Christus enim unico, & primo vivētis actu infinite quidquid obruit meruerat) & dumtaxat meruit sepultus, ideo solā sepulchri gloriã appetiit pudicā fieri, quia pondere meritōrū adeptā.

Cum David se velle diceret descendere cum Goliath in singulare certamen, arma Saülis cogitur in defensionem, & offensionem induere, verum respuit, & reprobavit: *Non possum sic incedere.* Cum regis fugisset alia oportunitate infidias David, petiit à sacerdote Abimelech, si forsan haberet, arma, oblatum gladium ipsius Goliath laudibus illum extollens accinxit: *Non est huic alter similis* Quare gladium Saül non elegit, sed quali onerosum contempsit, & gigantis approbat gladium, qui majoris ponderis erat? Ratio est, quoniam gladius armaque regis ante pugnam sibi fuerant donata, gladium Goliath emerat jure belli reportaverat vincens velut spolia, robore comparaverat gladium, ideo elegit illum, & mimis David æstimavit, parvique fecit Saülis arma, quia gratis fuerant concessa, & non meritis comparata,

non enim apud eum æstimatione gaudebat gladius; qui sanguine non fuerat emptus: solus enim honor apud generosos habetur, quæ merita præcesserunt.

Cum David purpurâ induit, & caput redimivit regia corona, Joab jam Princeps erat militiæ ut constat ex 2. Reg. 2. v. 13. & ex c. 3. & nihilominus dicitur 1. Par. c. 11. Princeps militiæ factus, cum arcem scanderet primus: *Ascendit igitur primus Joab, & factus est Princeps* si jam principatus possessionem Joab obtinuerat, quomodo Princeps efficitur, cum arcem ascendit? Ratio est, quoniam antea Princeps sine meritis erat; sed nunc emit sanguine principatum, promiserat enim dignitatem David, qui primus scanderet arcem, primus ascendit Joab, & cruentis vulceribus principatum obtinuit, & comparavit, antea Princeps fuerat ex concessione, nunc quia dignitatem meritis comparavit, & quia flocci habebat principatum ex donatione, solum Princeps gloriatur factus, quando emit pretio sanguinis principatum: *Factus est Princeps.*

Habitavit David in arce, & vocavit eam civitatem David, solum, patriamque David voluit Sion appellari, sed quomodo ars Sion dicitur patria David, si natus est in Bethleem? Ratio est, quia in Bethleem ortum duxit Princeps David, in Sion roboris strenuitatem exercuit, & bellicose pugnavit, *cepit arcem Sion* ideo pluri fecit arcem Sion, quam Bethleem, hæc enim fuit David ex nativitate, illam meritis comparavit, strenuus autem & bellicosus pugnator non sic æstimat patriam acquisitam hereditate ascendentium, quam robore obtentam, & sanguinis effusione.

\*\*\*

### S. VI.

*Munera, & officia non honoris, sed decoris sunt indignis.*

38.

**D**IGNITATES sicut gubernantis viribus, virtutisque accommodatæ sunt æstimationi, & honori, sic cum superant vires capacitatis, obijciunt eum ludibrio, plures in cœno jacentes, qui sine ignominia degebant, collocati supra dignitatis fastigium præcipitati à loco sublimi apparent omnibus obscurati, ut inquit enim Apulejus Ap. ad Cl. *Enormia gubernacula facilius mergunt,*

*quam regunt.* Uno enim casu prouunt munus quod geritur, & qui gerit, impositi enim oneris ruina fit, ubi est vectoris infirmitas. De Galba inquit Tacitus. lib. 1. Hist. *Et omnium consensu capax imperij, nisi imperasset* cum Galba Præfecturas gubernasset minores, omnes provinciæ meritorum odore perfusæ imperatorem clamabant, *vix autem* in thronum conscenderat, cum purpuram vestiendo *humanitatem* exuerat; nil protulit in lucem, quam maculas, & imperitiæ suæ signa certissima, quia propriam potentiam serio non mensuravit, ut enim testudo suum integmen concessa rectam se omnes ad ictus facit, partem autem aliquam exerens, quidquid nudat infirmat, sic vires & facultatem suam excedens, & supra illam diffusus confusionem non honorem acquirit.

Benedixit Isaac filiis suis, & cum benedictionem impartiretur Jacob inquit *major seruiet minori* omnes credunt hujusmodi verbis supplicium minatum esse Esau, & semini ejus; ego existimo fuisse benedictionem benignissime concessam Esau, & manifeste textus declarat, sic enim inquit Isaac benedicens Esau: *In pinguedine terra, & in vire calis, desuper erit benedictio tua, viues in gladio, & fratri tuo seruiet.* Sed quomodo benedictio seruitus primogeniti infausta? Quoniam Esau abjecto animo erat ad dominandum inepto, erat agrestis, & expers omnino prudentiæ, qui autem indole sunt abjectissima felices sunt si ab obediendi statu humili non ascendant ad dominandi fastigium, iis namque potestatis augmentum est nominis detrimentum & qui intra subditi angustos, sed muros securos perstabat mediocri, silvescit & cunctis ignominiosus apparet sublimi collocatus fastigio, ideo benedictionem impartitus est Esau, cum parens Isaac non imperium sed obedientiam est imprecatus, non dominari sed obedire. *Major seruiet minori* probis namque improbos imperare est ignominia, & non auctoritas potestatis; unde Claudianus de quodam qui immerito fortunæque jactu dominationis fuerat assequutus fastigium, dixit.

*Vive pudor facti*

Nil enim turpius & contemptibilis cogitari potest, quam hominem natum obedire

obedire, & servire velle melioribus imperare, nec nisi prodigiis caelestibus honoretur natus animo abjecto apertus crederetur imperio: Unxit Samuel Davidem in regem, & nullum constituit signum, quo subditi crederent esse Principem inauguratum, cui se exhiberent, addictos, & obedientiam praestarent; Constituit Dominus Gedeon Principem super Israël, & ipse petiit signum, ut ejus crederetur electio: *Da mihi signum.* Quare ut omnes regem David viderentur, non opus est confirmatione caelesti, & eget velleris rore Gedeon, ut obtemperent ipsi Israëlita? Quoniam David strenuus viribus erat, spiritu generoso vigeat, leonem disceperet, versus manu dilanians, ideo libenter euncti praestitere sine repugnantia obedientiam, Gedeon autem erat abjecta familia rusticitate depressus. *Ecce familia mea infima est in Maanasse, & ego minus in domo patris mei:* natus erat Gedeon ut serviret, non vigeat spiritu gubernandi, natus velut rusticus obedire, ut ergo crederent Israëlita Gedeonem abjectum esse in Principem constitutum, & ipsi ministraturos, opus est caelestia signa videre, quibus Gedeonis confirmaretur imperium; David emit victoria Goliath sceptrum regni, & coronam reputatus dignus imperio, Gedeon rusticus regiminis existimabatur indignus ideo ut principatus obtineret fastigium, caelestibus signis fuit opus: Recedat ergo à celsitudine loci qui meritis sublimis non est, assumat sceptrum David, cui spiritus est ad regendum, serviat Isaacar, qui natus est ministrare, regat David, cujus caput sapientiae redimitur corona, obediat Isaacar, & humerum oneri imponat, & velut asinus fortis succumbat.

Dignitas, quidem sicut est honoris meritis pleno, sic est ludibrij dotibus vacuo, sicut umbræ in pictura nitorem colorum illuminant, sed nitor colorum, & luminis splendor umbras efficiunt magis obscuras, sic qui meritis sublimis non est ascendit maculis propriis si sublimitatem loci conscendat, dignitas enim non honoris, sed oneris augmentum imponit humeris sibi imparibus, & unde plures humili statu contenti non mediocri apud omnes fruebantur estimatione, promoti ad dignitatem sublimem, quæ facultatem eorum & vires accidit superare, obijciuntur ludibrio, & theatris illudendi expo-

nuntur: refert Petrus Mar. Athenienses duas formari statuas à Fidia, & Aleme ne statuariis insignibus præcepisse, quarum una supra eburneam mensam constituta perfectissima spectantibus apparebat, altera summe deformis, verum cum in altiore locum collocarentur, quæ humi posita perfectissima apparuit, elevata supra fastigium aspectum fugit, & dum attollebatur minus inspiciebatur, sic autem conscendit, ut invisibilis redderetur, quæ autem humi non ita apparebat formosa, quo magis altiore eminentiam ascendit, eo majores obijciebat spectantibus perfectiones; sic pariter quam plures humi jacentes existimantur prudentes, & virtutibus præditi, verum occupantes loci sublimitatem, & dignitatis fastigium se meritis vacuos ostendunt, & tubas pulsant, quibus inscitia promotorum promulgetur ignominiose, cum digni è contra administrationis munere non exerciti non sic perfectionem ostendant, sed ad sublimitatem ministerij elevati prudentiæ radios spargunt, & in dies splendores fulgentiores emittunt. Quicumque ergo tactus sit ambitione probeat prius facultatem, & vires ne imparem humeris occupationem imponat, & inde ignominiam non honorem acquirat: Optime Cicero i. offi. *Suum quisque*, inquit, *noscat ingentium, & acrem se & honorum, & victoriam iudicem praebeat, ne scenici plusquam nos videantur habere prudentia, hi enim non optima sed accommodatissimas fabulas sibi eligunt.* Hujusmodi impudentiam Persius irrisit, eos carpens, qui è servili conditione in ordinem equestrem repente transibant.

*Quibus una Quiritum  
Vertigo fecit.*

Tunc autem quis promotione secure gaudet, quando negotium non superat captum, si autem is ministerio contigerit esse minor, sibi ipsi parat infallibile præcipitium: Balthasar vitæ & regni minatur Daniel passurum esse jacturam *Divisum est regnum tuum.* Deliquit Nabuchodonosor & in bestiam conversum damnavit ut pasceret herbam, & cum feris inhabitaret una cum illis silvescens: *Cum bestiis & feris erit habitatio tua, fenum ut bos comedes.* Quare Balthasar, qui sacra vasa in prophanos usus traduxit,

*Muneris  
fastigium  
vires pro-  
bat.*

qui superbiz fastu, idololatria Deum sprevit, numquam sacrilegia interrumpit, palam in Deum Israël rebellavit vita & regni sola plectitur privatione, & Nabuchodonosor non solum regno, sed naturæ perfectione privatur inhabitans inter feras? Ratio est, quoniam Balthasar cum Princeps nasceretur Babylonici imperij, abusus est & magnitudine imperij, & opulentis thesauris vasa sacra prophanitate polluendo, & idololatriam sacrilegam sustentando, sed nihil supra se excelsum valde & humanitatem excedens assequi cogitavit, ideo à diadematis fulgore transit Balthasar ad corruptionem cadaveris; Nabucho autem homo cum esset divinitatis appetit altissimam dignitatem, à regia purpura voluit adorari in folio excelso Divinitatis, ideo cecidit præcipiti ruina, & cum vellet exaltari supra conditionem humanam humeris creaturæ impossibilem transit in conditionem ferarum, ut infimum locum teneret, qui proportionata dignitate nondum satiatus exambit insuperabilem dignitatem, ut bos comedat inter feras, qui nondum quievit imperans inter homines; Non ergo homo mirabilia cogitet supra se, ne adhuc à dignitate, quã possidet cadat, dum appetit viribus imparum. *Negotia expedita* (inquit Seneca ad Lucilium) *et habilia sequuntur auctorem, ingentia et supra mensuram agentis, si occupata sunt, premunt, atque adducunt ad ministrantem, tenerique iam visa, cum ipso cadunt.* Potestas igitur culminis est mensis tempestas, ideo qui in occupatione viribus proportionata peritus apparuit, plerumque pelagi ductus in altum regendo naufragus perit. Persius optime Saly 4.

*Tecum habita, et noris quam sis tibi curia supellex.*

Qui namque quæ non capit cupit, dum possidet pessumdare necesse est, Monuerat jam Juven.

*Figendum, et memori tractandum perituri (semper*

*Tu tibi Dolitor crisis) ne te quæsiveris extra.*

Et Chilon apud Aufon. in lud. 7. sap.

*Labor molestus iste, fructus est optimi Quid ferre possis, quidve non, dignoscere.*

## S. VI.

*Inferiorem præferri nimis sensibile, sensibiliusque ipse subijci superioriorem.*

**M**PERARE ars est, & non solum dignitas, comparatur hæc scientia utu rerum & experientia, quapropter non mediocrem postulat in gubernante prudentiam, ut sic rationales regat, quod contineat, sed tali maturitate, ne frenum rumpentes rationis, & obedientiæ calcari rigoris præcipitentur, hinc oritur hominum non levis vexatio, quando aliquibus obedire coguntur, qui de sub ferula transferuntur ad principandum: *Quis enim* (inquit D. Amb.) *es se committat, quem non putet plus sapere quam ipse sapiat? igitur necesse est, ut præstantior sit, à quo consilium petitur, quam ille est qui petit.*

Postquam Daniel somnum exposuisset regi *Tunc rex Danielem in sublime extulit, & nihilominus nullus Satraparum in Prophetam conspirat, nec odit.* c. 6. Omnes sapientes in vitam Danielis conjurant, reuq; mortis clamitant apud regem: Quare hoc? Quoniam c. 2 videntur Danielem Satrapæ sublimatū. c. 6. arbitrati sunt illis præficiendū Prophetam. *Es tamen rex cogitabat constituere eum super omne regnum ideo sublimatū Danielem non oderant Satrapæ Babylonici, sed hominem conditione servilem, longissimeq; inferiorē illi præferri, cogiq; obtemperare ægre tulerunt, & ideo cōspirarunt in necem, coram rege reū mortis accusantes prophetā: Daniel de filius captivitatis Iuda non curavit de lege tua.* Nil enim ita superbiā hominis cruciat, quam sibi inferiorem præferri.

Esaū non solum libēter vendidit primogenituram Jacob, verum parvifecit omne jus majoratus: *Abiit parvipendēs quod primogenituram vendidisset; Donavit parēs primogeniturā in benedictione, quam dedit filio Jacobo, & inquit textus Esaū fuisse nimio dolore tactū, ejulasse in lachrymas effusum, animoq; in fratrem pugionem acuisse, & cogitasse eadem illius: Auditis Esaū sermonibus patris, irrugit clamore magno.* Quare sic dolet Esaū primogenituræ jacturam, si illam parvipendiē cū vendidisset: *Benedictio quā sustulit fraudulenter Jacob, quid aliud quam primogeni*

genituram continuit, atque donavit : Ut quid ergo dolet sublatum quod ipse prodigus jam concesserat ? Ratio est ; quoniam vedita primogenitura bonis, & divitiis privabatur Esau , jacturam horum parvipendebat, verum in benedictione impartita Jacobo, fratri minori Esau majorem ut serviret, & obtemperare parens cogebat, *Esto Dominus fratrum tuorum* — *Major serviet minori.* — *Fratri tuo servies* ideo Esau qui lætus à se jura primogenituræ abdicavit, frementis, iraque fervescens eadem minabatur Jacobo : *Occidam Jacob fratrem meum* non doluit bonis paternis privari, sed ægre tulit sibi fratrem inferiorem præferri, sic difficile est hominem velle inferiori submitti.


Audacter Dæmon à Domino ausus est flagitare, ut se flexis poplitibus adoraret : *Si cadens adoraveris me.* Accessit purpura Cajetani hujusmodi locum declaraturus, & inquit : Non intelligo hanc tentationem tendere ad id quod sonat, quoniam non est verisimile, ut diabolus virum tantæ perfectionis quãtam viderat in Jesu, quem numquam potuit trahere ad minimum peccatum veniale, duxerit tentandum ad tam magnum scelus adorandi Dæmonem; credendo, aut suspicando quod forte consentiret; — sed intelligo quod occultior arte tentationem hanc intulerit ad explorandum si filius Dei est; — ut vel sic provocaret Iesum ad increpandum tentatorem, Hæc illi : quasi Dæmon non sic intenderet à Domino adorari, quam quod impatienter Dæmonem increparet, ex cujus tolerantia defectu colligeret an purus homo foret, sed quare credidit in hujusmodi tentatione Dominum irritandum, qui patienter tulit ab spiritu duci, & probari; quoniam credidit Dæmon non imprudenter Dominum & si Deus non esset, tolerare posse patienter supra templum ab spiritu immundo oblati lapidibus insidiari, sed impossibile fore cum tolerantia ferre, aliud velle ab ipso adorari, subijci & submitti, & tanquam superiori reverenter obtemperare, homo enim patienter feret injurias, sed adorare inferiorem subijci, & alteri obedientiam præstare sic difficile est, ut in puro homine reputaverit impossibile diabolus. *Ut vel sic provocaret Iesum ad increpandum tentatorem.*

Innocens Patriarcha Joseph som-

nium sincere ut visum illi manifestavit manipulum nempe suum fratrum manipulos adorare : hæc enim causa somniorum, atque sermonum invidiæ, & *odij somitem ministravit* Verum quamvis in fratribus somnium hoc incēderet odium, tranquillum animum parentis non immutavit ; Retulit somnium secundum : *Vidi per somnium quasi Solem, & Lunam, & stellas undecim adorare me.* Hoc autem tam ægre tulit parens Jacob, quod acriter Joseph suggillavit : *Increpavit eum pater ejus.* Quare non increpat Jacob filium primo somnia, & suggillat somniū secundū narrantem? Nonne gloria filij non est corona patris? Quid ergo futurum erat patri jucundius, quam viventem oculis inveni filium regnantem? Coronam filij æquè primum ac somnium secundum vaticinatur, quare ergo primum somnium non offendit parentem, & displicuit ita secundum, ut objurgaverit filium? Ratio est, quoniam primum somnium Joseph prænuñciabat coronam, sed fratrum tantum intimavit adorationem, non patris. *Vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum*, ideo pater, non objurgavit filium, sed fratres solum se exhibuerunt offensos : *Numquid rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuæ?* Secundum vero somnium manifeste declarabat subijciendum filio parentem, ejusque submitteendum imperio, ideo tunc ægre ferens Jacob, increpavit eum pater suus : *Num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram?* quoniam quamvis pater dilexerit super omnes fratres Joseph ipsum sibi præferri tolerare nequivit, utique Jacob celebraret filium regnantem, sed se subijcere illi, & tanquam superiori reverenter obtemperare canitie reputavit indignum, & suggillavit somniantem : *Increpavit eum pater suus.*

Animo impeterritus etiam Soli voluit Josuè imponere legem : *Sol contra Gabaon ne movearis* Hebræus vertit, *sile*, quasi quærimonas emiseric contra Josuè luminare solis, sed ut quid queritur? quid allatrat Sol? Rupertus inquit ad vocem, & imperium Josuè stetit solem, sicut obcuratus est in meridie visa morte Salvatoris; sic Solem detenti sui cursus doluisse sicque in necesse sui Creatoris; sed quare hoc in morte domini nostri obscuratus

est Sol, ut mortem Cōditoris ploraret, potuit nonne Sol æqualem pati dolo-rem? Quare ergo inquit Rupertus sic cum stetit doluisse, ac cum obscuratus est exequias celebrans Redemptoris? Videtur sic Solem vocem Josuë persensisse, ac manus tyrannorum sui Creatorē necantium, etenim Sol natus est ut præficeret luminaribus, & præ-esseret planetis, ab incunabulis Sol veneratus est Princeps, & tamen coactus est voci hominis obedire, recognosce-re imperium, & obtemperans reprimere cursum, ideo sic doluit cum stetit ac quando nube obscuratus Salvatoris cædem ploravit, nil enim æque cruciat eum, qui natus est ut aliis præcipiat, & præsit, quam alieno subijci imperio, alienæque obedire ditioni.



## S. VII.

*Qui dignitatem fugit idoneus est, atque dignior.*

40.

**Q**UONIAM ut inquit Seneca lib. 4. de benefic. c. 1. *Rerum honestarum pretium in ipsis est.* & li. de Clem. 1. c. 1. *Rede factorum verum fructus sic fecisse, nec ullum virtutum pretium dignum illis extra ipsas est.* ideo probatissimæ vitæ viri, scientia, virtute, & experientia fulgentes fugere solent honores virtutis splendore solo contenti. Voluerunt Christum Dominum eligere regem post turbam in deserto miraculose sustentatam solis panibus quinque, & inquit textus continuo in montem fugisse Christum: *Fugit iterum in montem ipse solus.* Quare in montem, & non in vallem? Quoniam qui dignitatem regis sic festinanter ac si periculum imminens vicæ foret, fugit strenue, superior manet cæteris ipsaque dignitate, ideo in montem fugit ut ipsa corporis positione supra omnes existeret sublimatus, quia qui odio sequitur dignitatē, illa dignus existit.

*Non habemus regem nisi Casarem* clamabat populus seditiosus, titulum regis Christo negavit: Patibulum Christus ascendit, & illico cruce pendenti regis titulum voluerunt appendi; *IESUS Nazareus rex judæorum.* Quare hoc? Quoniam cum Christus in cruce penderet obedientiam & fidem præstituros pollicebantur, dum descendo-

ret de patibulo; *Descendat de Cruce & credimus ei.* Quid ergo Dominus? contempsit regnum, postposuitque Crucem, ideo regni titulum Domino Judæi obtulerunt, quia qui crucem præfert imperio, regnumque pedibus calcât, ipsius efficitur dignus fastigio.

Cum Dominus conscenderet cœlum gloriosus, Angeli sic admirati vicem interrogant, & respondent; *Quis est iste rex gloria? Dominus virtutum ipse est rex gloria.* Quare Christum Dominum, qui lydera scandit regem cives cœlestes appellant? Quare mirabiliter ascendētē Altissimi filium non vocant? Ratio est, quoniam filij Dei cognomen excelsum nec Christus fugit, nec fugere valuit, titulum vero regis in deserto respuit, nec non & in cruce caput ab inscriptione regis recessit *inclinato capite.* Cum Christus dominus nasceretur, regem homines appellarunt: *Vbi est qui natus est rex judæorum* verum quia Dominus vivens, & moriens contempsit, & fugit titulum regis, ideo conscendens cœlum gloriosus rex ab Angelis conclamatur. *Quis est iste rex gloria* dereliquit titulum regis judæorum, & reperit titulum perfectiorem, regis nempe gloriæ, conclamatus ab Angelis, honor enim fugit velut umbra insequentem, sequiturque fugientem, quinimo fugiens honorem ipsa fuga sit illo dignus: Quamvis autem dignus non possideat dignitatis honorem, illo tamen à nullo privari potest, excellentia namque virtutis à se & non ab aliis dependentiam unquam cognovit. Horat. lib. 3. Car. od. 2.

*Intaminatis fulget honoribus  
Nec sumit, aut ponit secures  
Arbitrio popularis aura.*

Nec à vulgo nec à præmiante virtus dependet, qui namque meruit honorem, illo à nullo spoliari nequit, quamvis possessione privetur. Cum Christus penderet in cruce pro persecutoribus exoravit dicens: *Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Quomodo ignorare quid agerēt Dominus inquit, cum plures scienter convitia, & opprobria Christo objecissent? Quoniam indulgentiam pro inimicis exoraverat Christus cum ipsi clamabant: *Noli scribere regem judæorum* ideo ignorantes tunc appellavit. *Nesciunt.* In quo ergo ignorantia inimicorum apparuit? quoniam à titulo:

lo : *Iesus Nazarenus* volebant dividere regem *Judæorum*, quod inscriptio *Iesus Nazarenus* penderet in cruce, & rex *Judæorum* auferretur, & deleretur, hic stulticia apparebat, quia *Iesus* idem est ac redemptor, hominumque *Salvator*, cujus succinctis verbis omnis regis obligatio veluti epilogo brevi comprehendebatur, maxima ergo laborabant crassa ignorantia, cum contradictoria appetebant, titulum illum manifestare universo volentes, quod *Dominus* obligationibus regis fecisset satis, quando se exhibet *Salvatore*, & redemptorem, & quod rex à cupētis non haberetur; impossibile enim est regem non esse, qui munus regium implevit perfecte. *Nesciunt quid faciunt*, (inquit dominus) si namque operarentur prudenter vel totum titulum abolerent, vel nil inscriptionis delere desiderassent.

*Premium non conferat Princeps precibus  
motus.*

Lex *Petilia* prohibebat, ne quis postularet civium suffragia, ut sic officium obtineret, & dignitatem, ut refert *Livius* lib. 7. Ann. & *S. Ludovici* regis *Galliæ* constitutionibus præcipitur infamem haberi, qui alienum ambiret favorem pro dignitate obtinenda: ut refert *Bod. de Rep.* lib. 5. cap. 4. *Ac nos* (inquit) *Sanctissimæ D. Ludovici leges*, quibus etiam infamia irrogatur, si ex cuiusquam amplitudine gratiam sibi quis conciliavit, aut honorum adjumenta quaesierit. Ut inquit enim *Theodor.* rex apud *Cassiod.* lib. 1. ep. 42. Remuneratio meritorum justum dominantis prodit imperium, apud quem perire nescit, quod quempiam laborasse contigerit; nam si inopinata tribuimus, quemadmodum negare possumus quod debemus, & ideo superfluum erit hoc precibus postulare.

*Linceus sic  
Princeps ut  
premiat.*

Oportet ergo Principem oculis plenum in conferendis præmijs. Incognitus inquit *Chrysolitum* lapidem *Christo Domino* respondere, in quantum *Judex* est, & superior, quia lapillus iste roborat ingenium, sic ait super *Pl.* 104. quoniam etiam *Christus Dominus* ut præmiat, quasi illi opus esset, videtur acuere intellectum, *Principes* docens, quam seria attentione conferre oporteat merentibus præmia: Et ratio est quoniam solent indigni lapidem om-

nem movere, ut præmium non tantum obtineant, quam rapiant, & ideo, ut inquit *Macrobius* lib. 1. *Saturn.* cap. 16. honor fugientibus est offerendus, sicut de *Julio Agricola* testatur *Tacitus*, ipsi nec postulanti gubernationem *Britanniæ* fuisse committam. *Comitante* (inquit) *opinione Britanniam ei provinciam dari, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia par videbatur. Haud semper errat fama, aliquando. Et eligit.* Ut ergo dignis, & non ambientibus conferendum sit præmium, summa vigilancia est in Principe necessaria, ut quærat dignos, & præmiat idoneos.

Refert *sacer textus* amorem, quo præ alijs *Iosephum* prosequeretur *Jacob*, & sic inquit: *Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios.* Nunciant parenti mortem *Ioseph*, misit pariter filios, ut emerent *triticum* in *Ægypto*, & vocatur semper *Jacob*, *Audiens autem Jacob: Dixit Jacob ad filios suos.* Quare appellatur *Israel*, cum amor refertur erga *Ioseph* *Israel autem diligebat*, & *Jacob* quando luget filiam defunctum? *Dixit pater Jacob absque liberis me esse fecistis: Ratio est* quoniam parens lugens *Ioseph* velut cæcus, & deceptus dolebat defunctum filium, qui vivens gubernabat *Ægyptum*, ideo vocatur *Jacob*, quia ploravit filium deceptus, qui fratrem *Esau* supplantavit, *Jacob* enim, id est, *supplantator* interpretatur: Quando vero refertur amor erga *Ioseph*, dicitur tunicam illi *polymitam* fecisse, ideo tunc vocatur *Israel*, id est, *videns Deum* cum præ alijs remuneravit *Ioseph*. Princeps enim erat suæ familiæ *Jacob*, ut ergo justissime scirent cæteri, & amasse, & præ alijs præmiasse *Ioseph*, appellatur *videns Deum*, quia si præ alijs dilexit, majora in illo merita recognovit, ut enim in Principe non foret specialis amor injustus, opus est ut *linceus* amor ille dicatur, amor enim cæcus declinat in injustitiam, sed amor videns nititur ratione, & firmat ipsam justitiam, ideo eum amat *Jacob Ioseph*, dicitur *Israel*, *Israel autem diligebat*, cum luget defunctum, appellatur *Jacob*, *Dixit pater Jacob*. Princeps enim ut juri naturali, & civili dicatur facere satis, operam debet navare, & nimis evigilare in meritis cognoscendis, ne favore aut precibus, vel alia diligentia ad præmia conferenda inclinetur, sit *Israel* *videns quempiam*

cujuspiam labores, naturalesque dotes, & acquisitas, non sic Iacob precibus aliorum deceptus; Si namque favor promoveret ad præmium, cui hæc aura non flaret, velut paralyticus sine homine in langore jacebit; *Ut navis, (inquit, Lipsius in ep.) in malacia hæret, sic ingenium in suo langore, cui melior aura non aspirat.*

Et quidem præmia, (ut inquit Bodinus) virtuti suæ debita impetrari, peti non debent, ideo lex Papilia nullum induere togam candidatam permittebat, cujus rationem reddit Rosinus lib. 5 cap. 31. Antiq. Rom. quia candida toga dicebatur, qua induebantur ij, qui honores petere volebant, eaque erat signum petitionis, honor ergo non ambientibus, & petentibus, sed fugientibus est offerendus. Imperatorem optime dispensatorem præmiorum Tacitus commendabat 4. Ann. *quia sine ambitione, aut proximorum precibus ignotos, & ultro accitos munificentia juverat.* Vidit Ioannes folium agni regnantis, & dixit, non astra, non solem, sed mare fuisse: *Et ecce sedes posita erat in caelo, & supra sedem sedens, & in conspectu sedis tamquam mare vitreum simile chrystallo.* Quare supra solem non collocat Princeps agnus thronum, & folium, sicut David alibi vidit; *in sole posuit tabernaculum suum?* Quoniam non sic Sol, quam aquæ optimum principem docent, Sol enim æquè oritur super bonos, & malos, sicut rosam fovet cicutam, mare autem, quæ corrupta sunt, evomit, & cadavera expellit, verum amat, & fovet pretiosa, paleas corruptas facit supernatare, & in gremio retinet margaritas, sic ergo Principis folium, non sol, qui optimis pessimos æquat, sed mare à vilioribus discernens pretiosa, ut doctus evaderet Ioannes in regendis septem Ecclesijs Asiæ, quas Dominus committebat, & in distribuendis muneribus. Accidit in pelago cujusque Reipublicæ, quod contingit in mari, ubi paleæ putrescentes, & inutiles supernant undis, conchæ tamen margaritarum pretiosæ, smaragdi, & pyropi se immergunt in abditis gurgitibus maris, sic indigni supernant aquis, quærun preces potentium, in abdita palatij penetrant, quotidie petunt, clamant, ambiunt, nec ullum non movent lapidem, ut obtineant, frequentant curias, visitant

optimates, blandiuntur, applaudunt, & adulantur: Digni autem velut margaritæ pretiosæ in profundum immerfi fugiunt honores, ipsa idoneitate contenti juxta illud Sil. Ital. lib. decimo tertio, punice.

*Ipsa quidem virtus sibi met pulcherrima merces.*

Princeps ergo sit natandi peritus, in undas maris se immergat, ut aureas arenas, carbunculos splendentes, & gemmas pellucidas quærat, & extrahat, quibus impleat publica officia, & Republicam ornet, indignos relinquens intra cænosum pelagi fundum, cum ambitiosi debeant habitare in profundo, & mundopenitus fuerint submersi; *Filij hominum usque quo gravi corde?* inquit David de ambitiosis, Quare gravi corde appellavit? Quoniam grave ponderosum est, & deorsum inclinatur, ut ergo assereret ambitiosos mundo submersos, corde asserit esse gravi, numquamque sursum habere, ideo levitates amant, & vanitates. *Ut quid diligitis vanitatem.*

Neque dignum est Principe, quod apud munificentiam illius prævaleant meritis preces indigni, quod antiquitus cautum esse apud Principem refert Folleferus de Cens. in ver. *Nicolaus Episcopus*, num. 210. exemplum referens Iustiniani, qui à Theodora conjuge consultus *Judices sine quoquo suffragio fieri statuit.* Eliam sub junipero somno deditum inquit textus Angelum pane, & aqua pavisse, jamque exanimem confortasse: *Et ecce Angelus Domini tergezit eum, & dixit illi, Surge, & comede, & ecce ad caput tuum subcinericius panis, & vas aqua.* Quare Eliam non pavit corvus sicut in torrente Carith? Quare Angelus pane pavit Eliam? Ratio est; quoniam Deus dederat panem Hebræis manibus, & ministerio Angelorum. *Panem Angelorum manducavit homo;* ut inquit enim D. August. de mirab. S. Scripturæ; *quia ministerio Angelorum fuit preparatus,* ideo oportuit Dominum ministerio Angelorum Eliæ panem præbere, si namque precibus importunis populi Hebræi pluit illis Deus manna Angelorum ministerio confectum, cogitur justissimus dispensator manu Angelorum Eliæ præbere cibum, ne apud Domini integritatem divinam

divinam preces importunæ petentium conditionis forent melioris, quam merita zelatoris Eliæ famelici, & fugitivi laborantis pro honore divino in deserto. Principem enim decet non precibus exoratum, sed pendere meritorum dignis præmia conferre, non dignis contemptis. Optime Romani precum vitium in electionibus recognoverunt, ideo refert Rosinus lib. 6. Ant. Rom. c. 17. *Lege Licinia, & Ebutia cautum esse, ne is qui ad populum rogationem de aliqua potestate, aut curatione tulisset, semetipsum, aut cognatos, aut affines crearet.* Existimarunt enim collegarum preces vi magna pollere ad trahendos ceteros electores, sicque vitari posse electionem, apud Principem enim preces potentium, vel potentis ambitio meritis prævalere non debent.

*Non prae- valeat am- bitio pe- tentis me- ritis digni.* Petijt Prodigus à parente substantiam suam: *Pater da mihi portionem substantia, qua me contingit.* Verum Parens non solum adolescenti prodigo suam partem largitur, sed suam itidem seniori filio distribuit: *Et divisit illis substantiam.* Quare petente uno ambobus suam substantiam divisit? Dubitavit Chrysologus: Ratio est quoniam prodigus petijt, sed filius senior substantiam meruit, ne ergo videretur apud Patrem preces indigni meritis prævalere, utrisque substantiam divisit, & quia ad instantiam petentis prodigo donaverat partem, seniori cogitur non negare suam substantiam debitam ex justitia, ne plus roboris preces, quam merita filij senioris apud parentem obtineant.

Daniel vocatur à Rege, ut exponeret, quid characteres illi, quos manus Angelica scripserat in pariete, indicarent, Propheta autem non solum regni jacturam, sed etiam supplicij causam declarat; *Divisum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis, Appensus es in statera, & inventus es minus habens;* in præmium hujus expositionis purpura restituit Daniele; *Indutus est Daniel purpura.* Negari nequit fuisse Principis generosam actionem, Prophetam, qui tam audacter in satraparum comitatu, & palam in convivij frequentia fuerat regi loquutus, honorare coram omnibus, & vaticinium nimis amarum remunerare, verum non videmus commendare scripturam, nec factum Regis laudibus, ut par erat ex-

tollere; quare hoc? Quoniam non tanti fecit merita eximia Danielis, nec ita Prophetam remuneravit, ac alij reges affectu dumtaxat ducti exaltare solent ministros; Daniele propter eximia merita Princeps fecit tertium à rege: *Et pradicatum est quod haberet potestatem tertius in regno suo.* Assuerus autem solo ductus affectu sic Aman exaltavit, ut fecerit secundum à rege: *Et adoraretur ab omnibus post regem secundus,* Magis profuit favor Principis Assueri ad exaltationem Aman, quam merita Danielis apud Balthasar, ut sublimaret Prophetam, ideo remuneratio non redditur commendabilis, qui namque extolli laudibus appetierit in distributione præmiorum plus meritorum causa efficere debet, quam Principes alij agere solent coacti arbitrij, & voluntatis affectu, qui namque eligere dignos decernunt, prodigiosos creant ministros.

Et quidem qui dignitatem non ambit, sed assumitur tanquam Aaron, erit in regimine prodigiosus. Ideo in serpentem horridum virga Moysis est transformata, *Versa est in colubrum:* Ut illam assumeret non nisi cum tremore, & pavore. Regimen Moysis conclamatur miraculosum, ejus virga apparuit in manu Principis prodigiosa. Quare hoc? Quoniam regimen assumere recusavit, non fuit virga à Moyse ambitiosè sollicitata, sed à Domino singulariter illi collata. *Sume virgam,* recepit virgam tanquam obediens, sed non ut ambitiosus sollicitavit, ideo qui regere recusavit, prodigiosus stitit in regendo, & miraculosus in gubernando.

*Digne exaltatus est prodigiosus.*

*Premium venale non fit.*

Ultima imperij ruina, & excidium est officiorum venalis electio, quam deplorabant tempore Jeroboami Prophetæ: *Quicumque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum* 3. Reg. 13. Nil in Penatibus venale sit, aut ambitioni pervium clamabat Tacitus lib. 13. Ann. prohibitumque erat l. 1. C. Theod. de mun. l. 37. C. eodem de dec. l. 8. tit. 2. lib. 7. Recop. Romanum imperium numquam magis exhaustum, quam Heliogabali regnantis tempore, cui succedens Alexander Severus in imperio non passus est officia venalia fore. *Ego non patiar,* (inquit apud Lamprid.

*Ruina regni venalis munerum distributio.*

Lamprid. in ult. Alex. seu.) *Mercatores potestatum, quos se patiar, damnare non possum, erubescō enim punire illum hominem, qui emit, & vendit, quoniam necesse est, ut qui emit vendat.* Hinc Justinianus ( sic expendit Cotzen, quem laudat sodalis noster Larrea in præf. Nou. 8. tit. 2. Quapropter ejus, quod ab eo datum est, triplum, magis autem, si oportet verius dicere, decuplum erit, quod à subjectis nostris erigitur.

Simon ille magus cum Philippum diaconum concionantem audiret, ab illo dogmata reverenter excepit, videns autem Petrum, & Joannem ad impositionem manuum neophytos Spiritu Sancto replere, tanto prodigio incensus sanctis Apostolis magnam sui patrimonij obtulit partem, modo illi facerent facultatem evocandi è cœlo Spiritum Sanctum in terram, Apostolus statim repulit petitionem & igneo gladio ab omnibus Christi Ecclesijs exclusit: *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Hujusmodi locum Caietani purpura Exponens inquit Simonem non una, sed pluribus colligatis iniquitatibus fuisse sædatum; *Et non una, sed multis colligatis iniquitatibus videt illum.* Sed quomodo pluribus iniquitatibus, & colligatis? Voluit nonne Simon amplius quam emere Spiritum Sanctum? Ubi aliud præter emptionem flagitium? Acutissime inquit Caietanus colligata crimina perpetrasse Simonem: iniquitas apparens una dumtaxat erat, emptio nempe Spiritus Sancti sacrilega, verum aliud flagitium Simon committere satagebat, *Multas (prosequitur) intendebat committere iniquitates merito colligatas, quoniam una traherebat aliam, emendo enim, intendebat vendere, & innumera inde facinora perpetrare;* impossibile enim est ementem non vendere velle, & ex emptione, & venditione sacrilegis monstra injustitiæ non procreari, pluraque inde mala non nasci, quæ mundus desereret. Cujus infallibilem ab emptione consequentiam turpissimam venditionis Seneca penetravit, & tempora nostra corrupta prævidit, qui lib. 1. de Benef. c. 9. inquit: *Nam provincias spoliari, & nummarium tribunal audita utrimque licitatione alteri addici, non mirum, quando que emeris vendere gentium jus est.* Ubi Lipsius adducit illud Poëtæ Hispani.


*Nam quod emis, possis dicere jure tuum.*

Ante hæc tempora donis ambientes comparabant officia, sed non manifestum pactum emptionis, acciderat competitoribus, quod de Atalanta Jafij regis filia refert Ovid. hæc namque publicum proposuit cursus certamen, in quo victus mortis subiret pœnam, victor autem conjugij sui scanderet crucem; Hippomenes dum certaret in cursu mala quædam aurea extra curriculum tractim seminabat, auri autem cupiditate Atalanta attracta ad colligenda poma aurea cursum interrumpēbat, & sic Hippomenes victoriam certaminis reportavit, id antiquitus clam acciderat ambientibus ministeria, sed deplorandis temporibus nostris palam quis seminat mala aurea, ut colligat in excidium Reipublicæ dignitates, qui enim plura largitur dona, longe digniores sine difficultate antecellit, parum conducit ad præmium præssura laboris, quando emitur pretio, nec pulverulentum certamen ad coronam, gloriamque dignitatis, non caput meritis redimitum, sed ad largiendum liberalitas manuum.

Christum Dominum misit ad Herodem Pilatus, & quamvis nimis videre desiderasset, sprevit tamen illum, & illudens iterum ad Pilatum remisit Herodes: *Sprevit Herodes, & illudit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.* Quare jam diu anxieque concupitum Herodes non alloquitur Christum? quare contempsit? quid in vitæ innocentissimæ integritate, & vultus divini modesta, serisque gravitate potuit tyranni regis irrisionem movere? Quoniam vidit Christum Dominum habitu petentis, ambientis, & prætendentis *indutum veste alba,* quæ ut inquit Rosinus, vestis petitionis erat, & tamen manus habere ligatas, ideo irrisit, atque irridens contempsit, videns indutum veste alba, & habitu ambientis, cum ad donandum manus non haberet solutas, quia apud corrupti sæculi optimates derisui ludibrioque habentur, qui dignitatem consequi affectant habentes manus ligatas, non enim ita conducit onustum meritis caput, quam in largiendo liberalitas manuum, ut petens, & ambiens obtineat

ministe

ministerium honoris. O tempora lacrymis deploranda.



§. VIII.

*Maximum malum avaritia.*

41. **Q**UAE potuit hominem tenere dementia, ut diceret: *Cras Domini Des solemanis est?* Sic ponderavit Caietanus; (Unde hæc infania Aaron orta est? Profecto ex affectu rerum temporalium, quas divinis anteposuit: Ecce quo ducit ambitio principatus) Hæc ambitio sceleratos homines movit ad Domini necem, ne bona amitterent temporalia, ausi fuere Deum tradere morti, dicentes: *Veniunt Romani*; Sed sicut isti, & bona temporalia amiserunt, nec non, & æterna, ita Israëlitarum coacti sunt, ut illis ignosceret Deus deponere vestimenta, & amittere bona, & ingressum terræ promissæ lac, melque fluentis.

*Ambitio exitiæ malit.*

Innatam propensionem Israëlitarum ad idololatriam ex eo clare conspicies, quod aurea supellestilia contribuere femine non dubitarint ad vituli formationem; Cupiditas namque nimis animos Israëlitarum tenebat; & pariter nunc amor pecuniæ homines ligat, amoremque superat vitæ; Occidens servum mortis pœna non pledebatur Exod 21. quod difficultatem inducit in legiflatore divino, Deus namque sic odio homicidium prosequabatur, ut mortis, capitisque homicidam damnaret, quare ergo servum occidens pœna non plectitur capitali? Quoniam servus pecunia Domini erat, sic autem homines pecuniæ cupiditate tenentur, quod magis illam, quam vitam amare videantur, ideo multa non imponitur capitalis, satis enim erat servi amissio, qui pro pecunia habebatur, ut se cohiberent Israëlitarum à servis interficiendis.

*Quia pecunia illius est*, pluris enim pecunia habebatur, quam vita.

*Pluris pecunia habetur quam vita.*

Obrinuerunt ab Ægyptijs bona Israëlitarum, continuo autem arma omnia tradiderunt libenter. Quid illos movit, ut Israëlitis lethalibus hostibus tam facile facultatem concederent vitæ? Quare vitam tam manifesto periculo exponunt, & traditis hostibus armis indefensam relinquunt? Quid ita de

inimicis fidere fecit? aut quid ita contemnere vitam? Parvi fecere vitam Ægyptij, dederant enim quod intimus cordibus nexum erat, nempe aurum, argentum, & cætera bona, quæ præponere vitæ certum erat, ideo vivere despicientes arma donarunt, nihilque reformidantes vitæ periculum parvi penderunt, vivere inutile existimantes, quos pauperes Israëlitarum fecissent. Audite Drogon. Ostent. (Vide, inquit, quam magni ponderabat, (loquitur de Juda, qui pecunias se magis amabat: ) cum non projecit nummos in sterquilino, sed in templo, denarios templo, se ipsum laqueo addixit, amabat hæredes suos, qui eosdem denarios exinde colligerent, qui eos nunc reserant.

Vix Petrus adesse intellexit Christus, quando tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Quis Petrum non miraretur? quis, ut nater, vestibus irretitur? cum potius, si esset indutus, expellere vestimenta deberet, ne periret aquis submersus. Chrysologus hic. *Mirum fratres, & vere mirum, quia qui in navi nudus erat, in mare vestitus se demersit. O mala cupiditas!* Vestem magis, quam vitam amabat nondum Spiritus Sancti adventu inflammatus. Duo consideravit, & se vitæ periculo exponi, aquis si indutus submergeretur, & quod veste defraudaretur, si in navi reponeret vestem, inter hæc ergo duo extrema, aut quod aquis submersus vita spoliandus foret, aut veste; aquarum fluctibus se dedit Petrus indutus, etiam si perderet vitam, ne veste in navi reposita vestimenti amittendi periculo se exposuisset.

Suadet veritatem eandem quod contigit Israëlitis; Plagis contritus Pharaon liberum populum misit, verum oves tantum vestræ remaneant, inquit. Quare ergo Pharaon maximis Domini mirabilibus victus Israëlitis libertatem donavit, & neutiquam greges concessit? Respondet Lyra. Sciebat, inquit, Pharaon Israëlitas tanto amore, suarum pecudum teneri, quod magis præoptaturi essent cum illis in servitute remanere, quam sine illis in libertatem abire. Nolebat nisi cum sola fictione populū facere missum, stetit ergo Moyses Pharaon promissis populo libertatē largitus, & aliàs retinet sub ejus dominio gregibus reservatis, cognoverat enim

tanta populum avaritia teneri, quod si greges cogerentur non deserere Ægyptum, nullus Israëlitarum recederet à catena.

O radix omnium malorum cupiditas, quam tyrannice cuncti obediunt imperio tuo, consilio illo, quod contra innocentiam Josephi collegit fratrum malitia, omnes ut morte capitis plecteretur, Ruben excepto, qui consuluit fortiter, & prudenter ejus saluti, decrevere suffragijs, verum retracto proprio consilio, Ruben consenserunt, & missum in cisternam fecere. Secundum autem factum consilium est, ubi propositum oportere tanquam servum vendi Ismaëliis, Iosephum, cujus sermonibus cuncti acquievere fratres. Quare ergo sicut in primo consilio, non restitit malitiæ Ruben, & cessat favere innocenti? Ratio est; quoniam in primo consilio *invidebant ei*, movebantur contra Iosephum invidia, in secundo illos avaritia tenuit, atque cupiditas, *Vendiderunt Ismaëliis viginti argenteis*, pretium æqualiter inter omnes dividi decernebant, ubi adest ergo pecunia lucrum, & avaritia intercedit, nullus suffragabitur innocenti, ideo Ruben justitiam deserit, pecuniamque magis æstimat, quam fratris libertatem, & innocentis immunitatem, nec non, & honorem.

Cum regnare cepisset Roboam omnia sub tyrannide sunt constituta, omnibus Rex erat invisus, augmentum accepit in dies tyranni malitia, *multas petiit uxores*, subditis, ut inquit textus. Quid credendum est miseros tunc fecisse? Propter Regem legem contempserit, & Dominum suum populus dereliquit. Quare hoc? si initio regni populus plangit calamitatem, quare cum tyranni augetur malitia, sic amore prosequitur Regem, ut Dominum derelinquat, ne illi displiceat? Ratio est: quoniam Regis initio bona subditis auferbat, sed in dies forsitan tributorum, onere decrecente, exigebat uxores, & alias plurimas præbuit escas. Quid ergo mirum, quod Dominum derelinquat, contemnatque populus legem, si escarum cupiditate, atque divitiarum attrahitur?

Philo ponderavit in lege, quod non in plurali, sed in singulari subditis intimatur; Quare Dominus quando de exitu Israël de Ægypto sermonem in-

stituit loquitur in plurali, & dum de peccatis populi agit Psal. 77. & Pl. 105. & numerus assumitur singularis, cum lex divina intimatur? Ideo est, quia licet divina lex pro omnibus esset lata, ita inhærere in uniuscujusque animo voluit Deus, ac si singulis cujusque particulariter esset dictum, & loqueretur cum unoquoque: *Non facies sculptile; non adorabis ea.* Quæ enim quis respicit, ut particularia movent, ac obligant magis; Vel dicendum viam Domini mandatorum, non pluribus, sed veluti singulis innuerentur, fore arripiendam, tam arcta est via, ut singulos tantum capiat. Audite Philonem de Decalogo. Quæret, inquit, aliquis non immerito, cur in concione tam multorum millium, Oraculum singulos appellat, non plures? Respondendum est, ideo placuisse hanc formulam, ut lectores Sacræ Scripturæ dicerent quidam valde pulchrum, & necessarium, videlicet, unumquemque; tantisper dum Deo pareat, ac legibus, honore æquari frequentissimo populo: addo amplius, mundo etiam universo. Aliam tradit rationem; Cum inquit, singuli admonentur quid agere debeant, quisque redditur obsequentior, sibi dictum existimans, qui vero cum cætera turba comprehenditur, eodem alloquio susdescit.

Hæc est ratio quare Dominus Lazarum suscitavit. *Lazare exi foras*, quare nominavit, quia nisi nominaret, non suscitaret; ideo cæteri mortui non surrexerunt. Ideo tam pauci à morte suscitantur, quia culpa est in individuo, reprehensio autem in speciem tendit, prædicatur avaris, & non prædicatur Petro tabescenti avaritia. Aliam rationem addit, ne quis umquam Rex, tyrannusve superbe despiciat privatum, obscurumque civem; doctus à sacris legibus deponat supercilium, factumque dediscat, sic secum vere cogitans. Si Creator rerum omnium, & Deus Deorum, ne humillimum quidem contemnere sustinuit; sed hunc quoque admisit ad oraculorum suorum epulum, tamquam ei soli paratum: ego mortalis, cur inflatus cervicem erigam effertens me ultra ejusdem naturæ participes, fortuna impares mihi, non origine generis? Exhibebo igitur me comem, & affabilem, vel egenissimisque, obscurissimisque. homo enim cum sim,

*Singulas  
Deum in-  
spirationi-  
bus vocat.*

non est æquum, ut majestatem tragicam in me recipiam.

Præcipit deinde Dominus in sua lege, ne altare de lapidibus scæcis fiat, hoc præcepto Dominus exprimere voluit vinculum charitatis, & inter fratres concordiam servandam, ut ab illis ferrum, quod infringendæ charitatis non semel est instrumentum, sicut ab ara exularet. Deus, inquit Theodoretus, lapides cædi prohibebat, ut cædem, & sanguinis humani effusionem hoc exemplo vitandam, fugiendamque doceret.

Charitas autem non est eloquium suave, sed proximo in cunctis favere, à cujus lege nullus exemptus quamvis inops, & pauper, cum non donum sed affectus probet amorem, plures enim nummum unicum præstans majus meritum obtinebit, quam si contulerit alius thesauros. Unctionem Magdalensæ secundam laudibus Christus extollit, & existimavit æterna memoria dignam. *Ubi cumque prædicatum fuerit Evangelium istud in universo mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriam ejus.* Majorem liberalitatem Nicodemus exhibuit unguenti Dominum in sepulchro, cum impenderet unguenti, *quasi libras centum*, illa autem dumtaxat *libram unguenti*, & tamen hujusmodi unctio in Scriptura non celebratur. Quare hoc? Quoniam illa libram unguenti donavit, quam forsan dumtaxat habebat, nobilis enim sed non dives esse refertur. Nicodemus nomine *Princeps Judæorum*, vocatur, unde ex ijs, quæ superfuerant illi centum libras donavit, Dominus ergo qui affectum & non censum respexit, illaudatam Nicodemi unctionem relinquens unctionem Magdalensæ existimavit æternis laudibus dignam, quia majoris liberalitatis est signum parum reddere, si totum quod possidetur donatur quæ plurima si supersunt, ideo pluris fit à Deo unguenti libra unica Magdalensæ, quam Principis centum libras. Aliam tradidit Theodoretus hujus cæremonie rationem, quæst. 44. in Exod. Præcepit, inquit, è terra, aut è lapidibus, quo natura produxit, altaria construere, nam utrumque facile dissolvitur; unde cum Elias ille magnus (addit Theod.) in monte Carmelo sacrificare coactus esset, lapides nativos composuit, totidem numero, quot erant tribus, & su-

per his victimam obtulit, ut quàm civitissime dissolvi posset ædificium illud, & nemo alius in eo loco sacrificium offerret. Quæ omnia judicant Dominum noluisse altarium constructionem fore perpetuam. Unde Daniel c. 9. *Deficiet*, inquit, *hostia, & sacrificium.*

Rigorosè Dominus sabbatum observari præcepit, cap. 20. Quare Dominus sic strictè Sabbathi observantiam præcepit, ut neque colligendi gratia manna permisit iter, ita ut capitis pœna plecti eum, qui sabbatho collegerat ligna, jussit sine venia Domino consulente? D Gaudentius tom. 2. Bib. pat. neque cibum, inquit, coquere, neque iter facere in sabbatho concedebatur, ne quis sub prætextu necessitatis humanæ præponeret terrena divinis. Ita namque faciles homines sunt ad præcepta divina violanda, ut prætextu necessitatis lex divina passim infringetur. Sed quare Dominus tollere grabatum præcepit sabbatho paralytico? Respondet tert. lib. 4. adversus Marc. c. 12. Dicendo tuum, de humano opere definit, non de divino. Opus autem salutis, & incolumitatis non est hominis, sed Dei proprium, sicut, & rursus in lege: *Non facies*, inquit, *omne opus in ea*, nisi quod fiet omni animæ id est, in causa animæ liberandæ, quia opus Dei etiam per hominem fieri potest in salute animæ. Quoties ergo homo animarum saluti studet, non opus hominis, sed exequitur etiam Divinum.

Sed quare Dominus mansuetissimus noluit festum favere reo? sed illico lapidandum præcepit sabbathi violatorem, ne ex supplicij dilatione alij delinquere auderent, sed exemplum pœnæ cohiberet à culpa.

\*\*\*

### §. IX.

*Supplicium unius est plurimorum correctio.*

**C**ERTUM est supplicium in malis non solum corrigere culpas; verum & in bonis, ut terreatur à vitijs proficere; Eximie fortitudinis erat David, quem cum operiretur vestibus non calefieri, inquit textus Hujusmodi autem naturæ debilitatem, & regis infirmitatem ex terrore, quem Angelus uno die 70000. homines interficiens in-

G G g cussit,

cussit; Glossa, Lyranus, & Carthusianus existimantur oriri, viso namque illo spectaculo lamentabili, exanguis manens extraneum frigus est passus: Sed unde timor incuti valet strenuo viro, armorum strepitu enurito, & bellorum cladibus non insolito, sanguinique hominum effusione submerso? Non timuit, quod tot hominum decessissent, sed quod tot innocentes mortem subiissent: Isti, qui oves sunt, dicebat, quid fecerunt? Quid ergo erit mihi, & quidem delinquenti? Torvos, inquit Ambrosius lib. 2. de Cain, & Abel. c. 2. leones cernimus, naturalem feritatem in mansuetudinem mutare, suam rabiem deponere, nostros mores fumeret, & cum sint ipsi terribiles desinunt timere: *Ceditur canis, ut pavefcant leo, & qui sua injuria exasperatur, coercetur aliena, alteriusque exemplo frangitur: Ceditur ergo impius, ut pavefcant justus, & plerumque flagellantur innocentes, ut eorum plagas imp. j. inuenientes, pertimescant, & ad mansuetudinem reducantur; Ideo maledictioni Chanaam exposuit Noë, ut timere disceret Cham. Unde inquit Job: *Causa justis, quasi imp. j. judicata est, adeo namque Deus Jobum afflixit, ac si sceleratus esset ut pertimescant improbi.**

Egressi Israëlita de Ægypto, & per mare rubrum sicis pedibus transfretantes, pertimuerunt nimis videntes Ægyptiorum cadavera juxta litus: *Timuit populus Dominum: Quare timent, cum oporteret de securitate gaudere?*

Exod. 21. *Septimo anno servum suorum liberum inquit Deus.*

21. **D**Vplex servorum genus exponitur in Levit. cap. 25. quoniam vel erant origine Hebræi, & hi potius mercenarij, quam servi erant, ut ibidem dicitur, & septimo anno libertatem pristinam adipisci constat Exod. 21. Vel ex advenis, qui inter Hebræos erant,

Exod. 21. *Septimo anno servus Hebræus futurus liber.*

**V**erum si Exodi cap. 21. consideremus, facilis est concordia: ibi enim dicitur de servo Hebræo posse anno septimo liberum, suæque potestatis existere. Nihilominus, si dixerit, dili-

merito trepidare deberent, cum Israëlitas insequerentur Ægyptij, cum mare præcipiuntur natare, sed quis formidat in pugna post inimicos devictos: Quare ergo populus timet hostibus prostratis Ægyptijs? Ex alienis plagis ortus est in populo timor; quia supplicium Ægyptiorum compescuit Ægyptios; Qui gaudere debuissent (inquit Olcafter) de suffocatis hostibus, timere dicuntur nam qui propter nos destruit inimicos, nos etiam suffocabit, si ex amicis inimici filium. Plagæ Ægyptiorum fuerunt filiorum Israël eruditio.

Vix in mare projectus est Jonas, & ecce omnes, qui aderant, tenuit timor. *Timuerunt viri timore magno.* Quare pavescunt cum esset æquor tranquillum, & Jona submerso cuncti exterrissent securi? Quare more lætantium non celebrant esse in portu? Cur tempestate ingruente non pavent, & timent postquam evanuit periculum? Timuerunt, inquit D. Augustinus, intuentes sortem infauftam Jonæ, ex alienis enim malis natus est illis timor salubris, timuerunt enim ne quid simile illis aliquando eveniret; vindicta enim aliquorum est medicina multorum: Unde D. Paulus inquit; *Peccantes, coram omnibus argue, ut ceteri timorem habeant.* Optimus ergo est punitionis fructus, quod in malorum plagis pij, & justis viri habeant, quid timent. Ideo ergo nautæ timuerunt, videntes namque alienas culpas punitas, verentur proprias puniendas.

Levit. 25. *Jure hereditario ad posteros transmittendos famulos, ac in æternum possidendos ab illis dicitur.*

qui perpetuam serviebant servitutem. Et de his intelligitur Levit. capit. vigesimo quinto, quod æternum, id est, quoad vixerint sub servitute futuri. Verum contra hoc est ejusdem Levitic. locus Antilogia sequenti referendus.

Levit. c. 25. *De servo Hebræo sic habetur, quasi mercenarius, & colonus erit, usque ad annum jubileum operabitur apud te, & postea egredietur liber.*

go dominum, uxorem, & liberos meos, non egrediar liber, ipso ad postes domus suæ, ut Deut. 15. dicitur, adducto, perforabitur subula auris ejus, ut significaretur, servituti domo in illa addici,

dici, vel omnimodæ heri obedientiæ, ut ne extra limen pedem proferre te posse, intelligeret. Hoc autem coram Dijs, seu iudicibus erat faciendum, ut illis, se servum sponte addictum constaret, herumque non esse injurium apud se ultra annum septimum contra legis divinæ statutum, retinendo servum. Ex

dictis constat verbis, P salm. 39. intelligencia *sacrificium, & oblationem nolui- sti, aures autem perfectisti mihi*, respicit enim perforandi aures ritum antiquum, laudatque obedientiam constantem, ut animadvertit Schöranus. Sed contra hoc stare videtur textus etiam sequenti referendus antilogia.

Exod. 21. *Servus Hebraus, qui accedente septimo anno persistere mavult in servitute, in seculum, seu perpetua servituti adducitur.*

Levit. 25. *Servus iste de quo Exod. c. 21. usque ad annum Jubileum adducitur servituti.*

Pro quo  
sup. citat  
in sa. olim.

QVamvis superius exposuerimus, servum aure perforatum ad annum Jubileum futurum servum, non obstat hujusmodi expositioni, neque dictis hucusque Exodi locus. Quoniam verbum *in seculum*, cui in Hebræo respondet, *holam*, pro longo supponit tempore, ut Hamos 9. sive quod præcessit, sive quod futurum est: & ita frequenter in Scriptura dicitur à seculo, & usque in seculum. Sicut neque æternum non semper quod sine, principioque caret, dicitur, sed quod longissimo tempore est duraturum. Dicitur ergo servus in seculum serviturus, id est, usque ad Jubileum, ut habetur Levit. 25. sic apud Horatium accipitur æternum.

*Servisset æternum, qui parvo nesciet uti*, id est, pro tota vita. D. Paul. 1. ad Titum. In spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur Deus ante tempora sæcularia, manifestavit temporibus suis verbum suum Lucas etiam 1. *Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, prophetarum ejus.* Joan. 9. *A seculo non est auditum.* Ubi seculum non sumitur pro duratione, quo aliquo principio, vel sine non mensuretur.

Sed contra hoc validum est argumentum insurgens. Vires enim augentur Hebræis, ut sua obstinatione obcæcati, rationes, quibus Christi divinitatem probamus, ipsi in Christianos retundant, ut fecit non sine irrisione David Kimhi. Ex illis enim verbis Michææ cap. 5. *Egressus ejus ab initio, à diebus æternitatis*; sive sæculi, ut legunt Septuaginta, non probatur Messiam fuisse antequam quidquam fieret: cum in Hebræo à principio dicatur paradisus productus. In Hebræo similiter pro diebus æternitatis ponitur *holam*.

quod dies antiquos denotat tantum. Am. 9. dicitur: *Et reedificabo eum sicut in diebus antiquis*, in Hebræo: *sicut in diebus holam*. Vnde Propheta, solum à diebus sæculi, non ante seculum fuisse, innuit. Poterit etiam quilibet eludere, quam desumunt rationem ex verbis Matth. cap. 25. ut contra Orig. tradant damnatorum æternitatem supplicij scilicet, *ibunt hi in supplicium æternum*, quoniam æternum esse dicit, quod longo tempore est duraturum.

Sed hæc nullatenus retundere Ecclesiæ arma, constat ex eo, quod geminatio auget valde, unde licet egressus ejus non probaretur sufficienter æternus ex eo tantum, quod sit ab initio, neque ex eo tantum, quod sit à diebus æternis, seu sæculi, sed probatur æternus ex eo, quod simul & ab initio, & à diebus æternitatis dicitur. De nullo enim quod caperit aliquando dicitur in Scriptura, quod ab initio, & à diebus æternitatis fuerit. Vnde Sapientia ab omnibus recognosceretur æterna ex eo, *ab æterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret*, dicitur de illa, & Prover. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio.* Æternitas similiter indicatur, cum reduplicatur in seculum, & in seculum sæculi. Æternum ergo in rigorosa significatione quod principio, sineque caret, exprimit, quia tamen illa, quæ remotissimum finem, sive principium habent, censentur ac si illis carerent, similitudine quadam minus proprie ad ea significanda æternum transfertur. Unde ex verbis concomitantibus rigorosæ æternitatis debet accipi notio, ut cum dicitur Ps. 44. *Sedes tua Deus in seculum sæculi* rigorosam sine principio, & sine indicat geminatio durationem æternam. Simi-

licet ibunt hi in supplicium æternum cum ex parte animæ non sit inconueniens, rigorosa æternitatis significatione accipiendum est; cum anima sit immortalis, cui par est immortalia esse præmia, & supplicia. E contra cum Am. 9. dicitur, & reedificabo eum, sicut in diebus antiquis, siue in diebus holam, ut in Hebræo, est aliquid coarctans ad impropiam significationem æternita-

tis, illud enim quod ædificatum est, principium aliquando habuit. Geminatio ergo verborum eorundem cum dicitur: egressus ejus ab initio, & ante sæcula, seu à diebus æternitatis, evidenter de æternitate rigorosa loqui Scripturam, & Christum esse Deum, & ab æterno, probatur. Vide, quæ diximus Genes. de abrogatione circumcisionis, & Exod. de sabbatho.

Exod. 21. Si quis vendiderit filiam in famulam, non egredietur sicut ancilla consueverunt.

Deut. 15. Ancilla quoque similiter facies. Et antea. Cum tibi venditus fuerit Hebræus aut Hebræa, æqualis ergo eras lex.

2. **D**ifficilis est antilogia ex eo quod sicut filia, quæ in famulam venditur à suo parente, sic ancillæ etiam alienigenæ non ob solum famularum, sed ut concubinæ forent, vendi, & emi solebant, vel domino, vel ejus filio. Quoad hoc ergo idem jus succurrisse videtur ancillis quibuslibet, atque filix Hebræi in famulam venditæ.

Respondet R. Salomon, illa verba non sicut ancilla servam gentilem denotasse. Hoc enim erat inter utramque discrimen, quod famula Hebræa nancisci poterat libertatem, vel pretio domino dato, ita ut argenteus illud seu siclus minimum esset, syngrapha ultro ei tradita à domino, quam manumissionis libellum vocabant, verbis ijs scriptis ecce tuæ sis potestatis. Denique si illi eripiat oculum, vel corruptat, ut nostra Vulgata, vel oculos luscios faciat, ut Hellenistæ, (duobus ita expressis, quorum unum, partium, quibus cum nascimur, alterum sine quibus nascimur, est exemplum, cætera membra exteriora quæ, si mutilata sint, nullo pacto redintegrari possunt, & ad viginti quatuor reducunt, innui volunt præter R. Salom. super Exod. cap. 21. R. Alphesius tom. 2. f. 529. & ibi Rabb. Nissim) vel aliquod ex præcipuis membris mutilaret, sponte ex sententia fori manumittere cogebatur libello prius scripto. Servi, ancillæ ve, qui gentilismum adhuc vestiebant, licet ex duobus prioribus titulis possent libertatem acquirere, ex ultima causa minime nanciscebantur. Verum serva Hebræa non solum libertatem in pristinam restitui, verum teneri dominum, ut damnum recompensaret, uxorem ducere, sentit R. Salom. Verum hoc jus seu poenam domino impostam, qui seruo membrum aliquod mutilaf-

set, tam gentilibus servis, quam Israëlitis succurrisse, fere censent omnes.

Melius Aben Ezra. Sentit ergo, quod filia, quando sui juris non erat, sed ei patria potestas durabat, à parente poterat in famulam vendi, ante expletum annum duodecimum, & diem unicum, quod usque tempus minor dici solebat, nisi signa pubertatis adessent. Expleto autem semestri tempore, modo pubertatis adessent signa; sinebatur patria potestas, & tunc etiam si non servisset sex annis, suæ potestatis erat, non sic ancilla. Nisi tam ipsa, quam emptor velint celebrare sponsalia, quod si non ita, gratis, nullo redempta pretio ante septimum annum sui juris & domina erit. Quando autem Deut. 15. etiam & ancilla tua sic facies, ait, plures, verbis illis cætera beneficia, quæ perforato aure donantur, scilicet, morte domini, & Jubileo anno libertatem nancisci, intelligi volunt, ut pariter ancillis donata videantur, sed non gentilibus, sed Hebræis, quibus jus erat, datione munerum fungi.

Dicendum ergo est, servam Hebræam, quam vendidit parens suus in spem matrimonij, non subire conditiones easdem cum ancillis gentilibus alijs, quoniam, si desponsata sibi, vel filio suo cæperit displicere, ita ut alia ejus loco superinducatur, nuptias illi commodas, vestes, & pretium pudicitix, aliquid nempe nomine dotis ob pudicitiam amissam providebit. Quæ si præstare dominus nolit, libera poterit ad parentes recedere, nullo, quo redimat servitutem, soluto pretio.

Textus Hebræus sicut serui legit. Sed in eundem sensum sermo redit. Quoniã filia Hebræa in famulam vendita non subit easdem conditiones cum seruis

Filiam poterat vendere in Hebræis.

servis extraneis: quia isti non aliter in libertatem possunt restitui, quam si se redimant, cum ad hæredes descendant, non sic ancillæ Israëlitarum. Quod si comparatio fiat cum servis similiter Israël-

litis, dicendum quod isti anno remissionis septimo egredi possunt, non sic ancillæ, quia in spem conjugij assumere-  
rentur, durum autem esset à marito, & Domino suo recedere.

Exod. 21. Uxor, & filij ejus erunt domini sui, & ad hæredes dominium transfertur.

Levit. 25. Egre dietur cum liberis suis anno Jubilei.

**F**acile conciliatur: quoniam Levit. locus de servis Hebræis, qui potius mercenarij, quam servi dicendi, intelligendus est. Exodus autem de servis extraneis loquitur, in quibus quando post servitutem uxorem ducunt, & non alio-

quin, cum veste sola, seu, ut alij vertunt, corpore solo, id est, sine liberis, & uxore, exire coguntur. Quoniam, quæ acquirit servus domino acquirit, §. in potest. qui sunt sui, vel alieni juris l. 1. §. eo et in fi §. 1. per quas per s. nob. acq. l. placet de acq. har.

Exod. 21. Per industriam occidens proximum suum morte moriatur, & ab altari evellatur.

Num. 35. In potestate propinqui occisi erat occidere percussorem.

Vide de vindice sanguinis Num. cap. 35.

Exod. 21. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxa morte moriatur.

Reg. 4. cap. 4. Creditor filios debitoris liberos intendit facere sibi servos. Poterat ergo, & vendere alijs.

3. **P**lagiarij nomen quidam à plagis, vulneribus que parentibus, & dominis ex suppressione filiorum, & servorum infectis desumunt, à plagis, seu retibus alij derivant, qualiter incidere in plagas accepit Cicero 2. in Verrem, quasi plagij dicantur, qui veluti feras retibus venatores, caperent compedibus homines. Ampliori acceptio-  
ne pro quolibet, quod suum non est, quasi proprium declamante plagarij accipitur vox. Sic Martialis libro primo, epig. 20. qui sua carmina furabantur plagarios, & fures appellat.

grapho primo, est solum pecuniaria imposita pœna in titul. 44. de plag. paragrapho quarto. ¶ Qui hominem ( sic statuitur ) plagiaverit, & vendiderit, & postea in partem reversus fuerit Malberg. friso. falsovo, seu andelfecto 700. denar. qui faciunt solid. 200 ¶

Hoc si terque, quaterque clamaveris,

Impones plagario pudorem.

Criminis hujus, Platonem, quod ea, quæ tradidit de Deo, atque mundo, de libris Mosaisicis surripisset tamquam plagarius, Numenius Pythagoricus arguit. Unde Ptolomæus, in hos, qui veluti sua aliena arrogaverant scripta, furti veluti plagarios statuit agendum. Verum in juris rigore pro illo, qui liberum, vel fecit, vel vendidit alteri in servum, communiter accipi solet.

Verum in metallum postea plagarios fuisse damnatos, habetur in l. finali eod. in plag. Delictum etiam capitale arbitratum & in aliorum punitum exemplum, l. quoniam serv. 7. Cod. eod. & in Cod. Theod. titul. 18. Lex Græcorum Const. Harmenop. lib. 6. iur. epistoli titul. 8. sic habet. ¶ Servi aut liberi homines, qui liberos, aut servos alienos distrahunt, aut alienam cæsi & rasi manu truncator. Occidendum esse Nemonem, eo quod Pellenzum puerum ingenuum sciens dolo malo, in pristino, & vinculis habuisset Jus Visigothorum, l. 3. de usurp. & plag. tit. 3. sic disponit. ¶ Qui filium, vel filiam alicujus ingenui, aut ingenue plagiaverit, aut sollicitaverit, & in populos nostros, vel in alias regiones transferre fecerit, hujus sceleris auctor, patri, aut matri, fratribusve, si fuerint, aut proximis parentibus in potestate tradatur, ut illi occidendi, aut vendendi habeant potestatem. ¶ Ex quibus con-

Pœna hujus criminis olim fuit pecuniaria. l. in fuga C. ad l. Flau. de plag. sicut & in legibus Salicis titul. 11. para-

stat quam bene juri divino Exod. 21. explicito jura respondeant humana. Quæ Domini lex transcripta in Decr. Gregor. cap. 1. de furt. videtur.

Unde ut concilietur Antilogia dicendum est apud Hebræos solitum esse filios abducere pro debitis patris in servos, immo instante necessitate à parentibus vendi, ea tamen conditione, ut restitutio emptori pretio necessario redimendus foret: quilibet etiam ege- nus de Hebræis servus fieri solebat sex annis operaturus usque ad septimum annum, ut habetur. Exod. 21. Matth. 18. & Isai. 50. idem constat. Quod obser- vatum olim ex l. duodecim tab. namque debitor pauper creditori adjudicaba- tur, licet jam codice Justiniano ne

personæ liberæ servæ fiant ob æs alie- num sit veritum, l. ob æs, C. de æt. lib. 4. tit. 10. l. qui filios, quæ res pig. oblig. poss. Cod. cap. 2. de pig. Jure ergo Hebræo- rum liberum erat cuivis se, filiosque suos abducere in servos, ut propriae necessitatis potest redimere vexatio- nem. Idem denotat illud Gen 47. ubi ob famem urgentem, Ægyptij eme nos in servitutem regiam, & præbe semina, dicebant.

Facilius esset nodus Antilogiæ so- lutus, si quod tradunt Hebræi verum esset. Inquiunt namque Joram regem Israël hunc creditorem fuisse unde ty- rannicè, quamvis id non oriretur ex jure, in servos repensisse filios à debito- re potuisse.

Exod. 21. Qui percusserit servum suum, vel ancillam virgæ, & mortui fuerint, erimnis reus erit.

Ibidem. Sin autem uno die, vel duobus supervixerit, non subiacet pena, quia pecunia illius est.

4. SI non est reus criminis dominus propter sævitiam, servique percus- sionem immoderatam, eo quod pecu- nia illius est: quare, cum vitæ domi- nus sit, in ipsum non poterit usque ad mortem sævire? Qui namque rei ali- cujus est dominus, ut suæ, habet pote- statem, imò ut abuti ea possit, l. in re mandata C. mand. l. nemo exter. de Iuda. tit. 9. lib. 1. C. Inde olim apud dominos necis, atque vitæ in servos libera po- testas erat, gl. l. 2. de ijs, qui sunt sui, vel alieni juris.

Ab ipso Noë servorum cepisse mi- serabilem cladem, cecinit jam Alzi- nus lib. 4. Joannes Saresberienis lib. 1. Polic. cap. 4. Nemrod principem fuisse, qui jura temeraret naturæ, cum con- sortes conditionis, & generis, quos in- genuos illa creaverat, hic addiceret servituti, tradit Alij Nino, qui primus finitimis intulerit bella tribuunt. In quos olim dominium tum summi ju- ris, tum summæ injuriæ ira erat, ut di- xerit Cajus l. 11. ad l. Aquil. servis ex æquari quadrupedes, quæ pecudum numero sunt. De quibus sic Chrysologus serm. 148. ¶ Quidquid Dominus indebitè, iracunde, libens, nolens, obli- tus, cogitans, sciens, nescius, circa ser- vum fecerit, judicium, justitia, lex est. Imperantis ira subdito jus est, & ad li- bitum domini vocem non habet con- ditio servitutis. ¶ Unde in servos fuisse jus sanguinatum diximus supra, &

apud Germanos vigiisse notavit Tacitus de more Germ. & apud Persas Am- mianus lib. 23. Hinc autem orta varia servorum epitheta Furciferi, Mastigiz, Flagrionis, Verberonis, & Crucia- rij. Quæ potestate usum Auronium le- gitimus apud Livium lib. secundo, ut servum alijs conservis capite plecten- dum traderet.

Verum cum reipublicæ interfit ut quis non male sua re utatur, cohibita fuit hæc potestas à Nervæ & Domitia- ni temporibus, à quibus, ne servum li- bidinis, & promercij causa Dominus auderet castrare, statutum esse refert Suetonius in Domitian. Lege etiam Petronia sancitum est, ne servi à domi- nis tradi possent pugnaturi cum be- stijs, Loireum. 11. §. 2. ff. cod. tit. Qui- bus sanctionibus Adrianus, & Antoni- nus, l. 1. §. 2. ff. de his, qui sunt sui, addi- dere, dominum sine causa legibus cog- nita si suum occidisset servum, æque puniendum, ac si interfecisset alienum, ut inquit Plaro lib. 7. de leg. castigand- di sunt servi, sed sine contumelia, ne in iracundiam efferantur. Ideo ex rescri- pto Pij Cæsaris servi infami injuria à Dominis prosequuti vendi cogi sole- bant, olim enim legitimus apud calenum de dignosc. cura. morb. cap. 4. famulos tum calcibus appetitos, tum graphijs compunctos: eisdem contractos den- tes, oculos stylo, & calamo eruos: eos- dem gladio percussos, ancillas mortu dominæ

Quid pos-  
sitis qui  
domini  
fuerit in  
servo.

A Noë  
cepisse ser-  
vitutem.

dominarum cruentas. Immanitatem hujusmodi queritur Seneca epist. 47. ¶ Nolo (inquit) in ingentem me locum immittere, & de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, & concumeliosissimi sumus. ¶ Ideo plures nationes cladibus hominum miseræ, abominandum spectaculum arbitratæ, pars natura, & conditione similes homines, ut bruta mactare, & cum illis tanquam pecudibus agere, à servis habendis abstinere, ut refert Strabo lib. 15. Geog. Inter Eliæos Judæorum nullus serviebat illis teste Philone.

Ad Antilogiæ concordiam ut recurramus, dicendum est. Aliquam in eo, qui alios habet in potestate, licere leveritatem, præcipuè tamen ad cohibendam servorum nequitiam, ne dominatus, & servitus confundantur, recognosci in dominis debet jus temperatæ castigationis, ne illis ludibrio fiat, neque in tyrannidem relabantur, & ex servis convertantur in hostes propter sævitiam. Dominus noster Deus dominorum in servos reprobandus acerbiter, potestatem necis, & vitæ penes ipsos residere numquam permisit, imò & Exod. c. 21. servum, cui dominus oculum eruerit, dentem, vel membrum mutilaverit aliud, liberum esse voluit. Unde qui à domino male affectus uno vel duobus supervivens diebus, pœnæ non subiacet, eo quod præsumi debet illum tantum castigare voluisse, cujus licebat jus, non autem mortem quomodolibet intendisse. Voluntatem vero domini sic interpretatam non dignam pœna judicavit legislator Divinus. Conformiter ad hæc Constantinus in l. 1. C. Theod. de emend. serv. Dominis pœnam injecit, qui privato judicio servum interfecisset, quod si ad coercendam contumaciam servorum, ipsi verberibus male affecti casu occidissent, eos liberos pœna statuit.

Verum temporibus posterioribus jure Ecclesiastico mirius cum servis agendum constitutum est. Clemens Const. Apost. lib. 4. à sævis, & sanguinarijs hominibus, qui fame, verberibus, & acerbo dominio familiam suam vexarent, ne oblata recipiat Episcopus, serio decrevit. Idem statuit Concilium Epaumense sub Gelasio can. 34. & Agathense can. 62. Illiberianum can. 5. Si qua femina (inquit) furore zeli accensa,

flagellis verberaverit ancillam suam, ita ut intra tertium diem animam cum cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate an casu occiderit, si voluntate, post septem annos, si casu per quinque annorum tempora, acta legitima pœnitentia, ad communionem placuit admitti.

Quamvis autem homicidij reus haberetur in Rabbiorum sententia, qui servum interficeret nimis sæviens, non ideo pœnæ capitalis judicium timebat si servus gentilis esset. (Hebræus namque sicut non in rigore servus, sed proprius mercenarius appellabatur, & pro determinato tempore serviens, ita reus mortis erat (quicumque interficere auderet.) Tradidit in Maimonides Halach Rozach c. 2. Si Israëlita (inquit) interemerat profelytum domicilij neutiquam ob illam causam morte plectendus erat ex sententia forensi. Nam & in sacra dicitur lege, etsi homo machineretur in proximum suum, multo minus plectitur ob eadem gentilis. Nolunt namque nomine proximi sui intelligere gentilem sive colonus eorum esset, sive domicilij profelytus, sive gentilis extraneus. Quoad judicia autem discrimen inter profelytos domicilij, & Israëlitas recognoscunt, & quidem non leve, illi enim, quemcumque percuterent pœna capitali digni judicabantur, & ad tale judicium sufficiebat unicus testis, neque illos ignorantia excusabat. Quæ ex opposito jure in Israëlitas venire putabant, eosque liberos à pœna capitali constitutos ex jure, si profelytum interficerent, si unicus testis adesset, vel ignorantia laborasse probarent.

Verum quidquid sit, an hæc de jure fuerint Hebraico juxta eorum legem, quam dicunt Oralem, seu antiquas Synedriorum constitutiones, sine fundamento in sacro textu adinventas, quilibet intuetur. Quoniam homicidium gentilium comprehendi sacro interdicto innuit, neque obscure Genes. cap. 9. ibi Sanguinem vestrum de animabus vestris requiram, qui effuderit sanguinem hominis, per hominem sanguis ejus effundetur, ex quibus tale interdictum esse Noachidis omnibus universale constat. Ubi Mauritanienles sic legunt. *Qui effuderit sanguinem hominis, ex decreto, seu sententia hominis effundetur sanguis ejus.* Vide, quæ sequitur, antilogiam.

5.  
Servum  
gentilem  
Hebræus  
occidens  
homicidij  
reus habetur.

Voluntariè autem dicitur à Rabbi-  
nis, verba Gen. non accipi debere pro  
lege ita lata, ut ultimum supplicium  
sit necessario semper homicidij scele-  
ris odium ex designatione pœnæ gra-  
vissimæ, quam pro re nata, administra-  
tionisque publicæ varietate fas esset  
humano generi irrogare. Sic refert Sel-  
denus lib. de jure Hebræo. Quæ om-  
nia voluntariè sunt dicta, cum possint  
verba Ex. 21. eandem admittere expo-  
sitionem, ut pro varietate delinquen-  
tium multari possit rigorosa, & gravis-  
sima pœna, si humilis, & honesto ge-  
nere ortus sit homicida, levior autem  
pro qualitate personæ offensæ, & sce-  
lera perpetrantis. Sicut pœnæ legis Cor-  
neliæ de Sicariis illis, qui nobiliorem  
locum tenerent, erat in insulam depor-  
tatio, omniumque bonorum amissio,  
humilioribus bestijs immaniter subijci,  
ut inquit Marcel. in l. 3. §. leg. Corn. ad l.  
Cor. de Sic. in Decurionibus ut capite  
plecterentur debebat consuli Princeps  
ut dict. l. qui cad. §. fin. & l. divi fratres  
27. §. 1. de pœn. Quod similiter refelli-  
tur ex Levit. 24. ubi dicitur parile judi-  
cium futurum Hebræis, sive Israëlita,  
sive profelytus, sive indigena foret.

6. Sic fædum apud omnes nationes vi-  
sum est hujusmodi scelus, ut apud Ger-  
manos homicidæ voluntarij membra-  
rim cruce supini discerpantur, vel mal-  
leis tundantur, primumque forcipi-  
bus candentibus pungantur, & in alio-  
rum terrorem per urbem trahi ad sup-  
plicia jubent. Cæteri imperu, vel ira  
alios interficientes, gladio feriuntur læ-  
tali, ut sancivit Carolus Quintus Ma-  
ximilianus in const. caus. crim. ar. c. 37.

Exod. 21. Prescribitur pœna Talionis,  
vulnus pro vulnere, dentem pro den-  
te, adustionem pro adustione, livorem  
pro livore, manum pro manu, & ocu-  
lum pro oculo postulanda. Idem Lev.  
24. & Deut. 10.

## §. I.

Propositur Rabbinarum sententia, &  
fundamenta Maimonidis.

7. **P**ROPTER textum secundum  
antilogiæ, & primum de muliere  
gravida sentiunt Rabbinii, quorum pro  
pluribus est Maimonides, quod si fæ-

Qua pœna plectuntur alij, quorum  
præcepto, aut consilio alij sunt homi-  
cidæ, & Assassini, vel Arfacidæ à Paulo  
Æmilio lib. 5. de gest. Franc. in Lud.  
Jun. August. eo quod hujus sceleris  
sectatorum Princeps Arfacidas dice-  
batur, sicut Ægyptiorum Reges Pha-  
raones, & Cæsares à Romanis. Hi ho-  
mines Persæ erant existimantes, se  
obsequium præstare Deo, si quem  
Christianorum proditorie misissent, è  
viviis, ita ut hujus sceleris convicti, si  
capitis damnarentur, gaudentes gladio  
offerebant vitam, quia eorum sen-  
tentia consequerentur æternam. Hu-  
jusmodi genus hominum anathemate  
inurunt Lugdunensis Patres Concilij,  
C. 1. de Hom. in 6.

Verum in favorem Rabbinarum  
stare videtur illud Exod. 21. ubi sic si-  
gnificatur pœna Talionis, ut qui per-  
cusserit, percussionem recipere simul  
teneatur, & tamen inferius præcipi-  
tur damnum solvere curationis ei, qui  
surrexerit ambulans super baculum.  
Ex quibus deducitur non ubicumque  
pœnam mortis, seu percussionis mina-  
tur, illam in iudicio fore infligendam,  
sed aliquando pretio redimi posse.  
Cum consonat statutum jure civili,  
juxta quod non eadem pœna plecti-  
tur servum, ac liberum hominem in-  
terficiens, ut *litem si obstetrix* 9. eo-  
rum enim corpora, & vita accipie-  
bant æstimationem, & vitæ redem-  
ptionem, non sic homo liber, qui jure  
civili inæstimabilis est, l. 1. §. sed cum  
homo, de his de rec. vel effund. Sed de iis  
inferius.

Ibidem v. 19. Si percusserit quis alium,  
surrexerit tamen, & ambulaverit  
super baculum suum, innocens erit, im-  
pensas tamen in medicos restituat.

tuseijciatur, vel abortivus, sive eje-  
ctus maneat superstes, sive ex intèpe-  
stiva nativitate statim moriatur, multatã  
per judicem esse imperandam, quam  
maritus ex æquitate imposuerit. Adeo-  
que illa verba animam pro anima, den-  
tem pro dente, non in rigore accipien-  
da, ut oculus pro oculo, & dens pro  
dente eruatur. Sed quod damnum sit  
pretio compensandum. Idemque di-  
cendum

tendum de infante ex intempestiva  
nativitate ejecto absque vita. Quod  
consentaneum legibus Salicis esse vi-  
derur *tit. 28. de Hom. §. 5.* qui infantem  
utero matris occiderit 8000. denario-  
rum, qui faciunt solidos 200. culpabilis  
judicatur. Cui conciliatur secundum  
antilogiæ textus, ubi cum quis percuti-  
tur, ita ut decumbat, si seipione ni-  
tatur ambulans, solum cessationis, &  
curationis expensas præstat, neque vl-  
terior pœna postulatur, quam mulcta  
pecuniaria. Similem ergo pœnam po-  
stulasse Dominum sentit Rabbinius  
iste *cap. 1. Cod. Chobel Oumassik* aliorum  
non solum exponens verum defen-  
dens mentem, cum inquit animam pro  
anima, dentem pro dente, sive mulier  
gravidæ, sive fetus pereant, potenda.  
Eandem expositionem habere legem  
Levit. 24. & Deut. 19 sentiunt.

Ut autem hæc compensatio ad æ-  
qualitatem quoad fieri possit, contin-  
gat, omnes læsos pro servis hac in  
parte cæseri volunt, expendunt er-  
go, quanti vendi persona posset, ante-  
quam (exempli causa) manus abscin-  
deretur; quantique jam valere possit  
post abscissionem, & reus solvit immi-  
nutionem, quæ illius valorem immi-  
nuit, ut si antea 50. siclis æst matus po-  
stea 40. siclis vendi possit, reus decem  
siclos rependat. Secundo autem dolo-  
rem compensare volunt, ubi persona-  
rum conditio spectari debet Quoniam  
homo erit dives, & delicatus reperiri  
potest, qui ut dolorem remissum fu-  
gere valeat, maximam substantiam  
contemnet. Ex opposito alius assuetus  
laboribus erit, qui pro uno denario ma-  
ximum dolorem sustineat. Quomodo  
autem pro diversitate personarum fiat  
hæc compensatio, inquit Maimonides  
*tractat. superius citato, cap. 2. sec. 11.*

¶ Quam manum ejus, aut digitum  
amputavit; expendunt quantum istius  
conditionis homo dare vellet, ut po-  
tius quam sibi hoc membrum gladio  
præcinderetur, id medicina tolleretur,  
si de ipso rex constituisset manum, vel  
pedem amputandum. Tum quanti sit  
utriusq; differentia, æstimant; idque læ-  
dens persolvit. ¶ Quæ in Gemara ex  
verbis, Exod. 21. *Uisionem pro ulatione, &*  
*ut ipsi tumicem pro tumice, deduci putat.*

Sic exposita Rabbiorum sententia  
illam suadet Maimonides. Primum  
fundamentum est ex Exod. 21. v. 18.

nostræ antilogiæ: Si surrexerit, & am-  
bulaverit (homo percussus) super ba-  
culum suum, solum teneatur impen-  
sas in medicos restituere, nec ulterior  
pœna postulatur. Similis ergo com-  
pensatio erit in muliere gravida; & Le-  
vit. 24. quando dens pro dente, & pro  
oculo exposcitur oculus. Secundus est  
ex Deuter. cap. 22. Ubi dicitur patri  
puellæ cum qua quis concubuit, quin-  
quaginta siclos argenteos daturum  
reum. Si ergo hic vitium inferens alteri,  
damnum animique dolorem pecu-  
nia compensat, neque qui alteri vi-  
tium infert, ut Levit. 24. fracturam, sci-  
licet, vel membri abscissionem, ad aliam  
quam pecuniariam, tenebitur mul-  
ctam, quamvis pro fractura postuletur  
fractura. Eodem modo Deut. 25. mu-  
liercm, quæ contendentibus viris alteri  
pudenda prehendit, manu pri-  
vandam fore dicitur. Rabbini autem  
pretij compensationem recognoscunt.  
Tertium Quoniam Num. 35. statuitur  
quod accipi pretium non possit pro  
ullo occisore. Hinc subjicit Maimon  
pro occisore tantum interdicitur re-  
demptionis pretium, sed propter mem-  
brum defectum aut corporis vitia pre-  
tium accipere licet. Ibi enim sicut de  
homicidio pretium excludit, statueret  
pariter de alio membro, si sub mulcta  
pecuniaria non foret.

\*\*\*

## §. II.

*Est satis eorum fundamentis.*

**D**UO inter alia suadet Maimoni-  
des cum aliis Rabbinis, & quod  
in casu mulieris gravidæ certo, quam si  
ex duobus certantibus unus forte per-  
cussit, ita ut mulieris fetu ejecto sit  
exitium, recognoscunt Talionis pœ-  
nam, sive vitam, sive membrum aliud  
perdiderit, ubi dentem pro dente non  
in rigore sumendum, sed pro pecunia.  
Et quod hoc idem Levit. 24. & Deut.  
19. intelligi debet. Alij Rabbini, non  
solum in cæteris membris redemptionem,  
pretijque solutionem cognos-  
cunt, sed etiam in verbis illis, *animam  
pro anima, vitam pro vita.*

Imprimis animam pro anima peten-  
dam esse, & rigorosam talionis pœnam  
cum exclusionem omnimoda pretij,  
convincit expressè illud Genes. 9. ubi  
contra homicidas statim à diluvio le-  
gem

gem promulgavit hominibus Num. etiam cap. 35. clare multam pecuniariam exclusit. Quare ergo hic Exod. cap. 21. à proprietate verborum est recedendum?

Dicunt Rabbinii disparem esse rationem inter alia homicidia, & cædem ab altero ex decertantibus mulieri gravidæ illatam. Nam qui casu hujusmodi fortuito factum, cujus exitium non intendebat, perdit, eum pari poena damnari, cum eo qui sciens, & volens interficit hominem, durum est. Quando ergo percussa muliere factus perit, deficiebat animus ipsum lædendi, nec gravidam ullo malo afficiendi, loquitur enim de illo, qui cum alterum percute re velle, ictum invitum in mulierem declinavit. Solum ergo cædis præter animi intentionem causa remota est. Verum quamvis hujusmodi ratio roboris non nil habeat, si alterius esset, nullius in opinione Hebræorum. Apud hos enim profelytus Domicilij, qui ex errore, seu casu occideret Israëlitam, morte plectendus erat. Quid nisi ex malitia, animique intentione? Rabbinii enim parum satagunt de intentionibus. Unde Maimon. c. 1. Chobel Oumassik sec. 14. § Qui animo (inquit) concipit, ut servum dedecore afficiat, & ingenuum pudore afficit, is ingenuo solvit, quanti probum servi æstimatur. Secundo R. Jacob, Maimon. & Moses Mikkotfi, sævitia aliis casibus patrocinantur, illumque morte afficiendum putant, qui occiderit patrem errore.

Dicendum secundo, quando Exod. 21. & Levit. 24. oculus pro oculo, dens pro dente postulatur, impropiè sumitur pro pecuniaria compensatione. Hoc nullo alio clariùs, quam textus ipsius verbis suaderi potest. *Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum, sicut fecit sic fiet ei, fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet, qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.* Non potest majori cum claritate æqualitas postulari inter delictum, & poenam, nimirum ut qui alterius lacertum fregit, lædentis similiter lacertum frangi necessè sit. Eiusdem poenæ Talionis exprimitur exemplo testis falsi, Deut. 19. similitudinem, & æqualitatem, ut nempe falsus testis eam poenam luat, quam alteri molitus fuerat.

Neque fundamenta Rabbiorum oppositum convincere possunt. Non primum, ibi enim v. 19. de altercanti-bus agitur, qui cædes sæpè jurgiis immiscent, quando ergo ex iis percussus decumbunt, & convalescunt, ita ut foras prodeant, voluntatè exprimit legislator, quod licet vulnèratus postea moriatur, quia tamen eo usque convaluit, ut prodierit in publicum, ideo morte plectendus non est. Hic enim legis scopus erat, ut reum à morte absolveret, & ideo innocens erit percussor, inquit. Sed quia absurdum videatur, reum ab omni poena, ac multa excusari, ideo subjicitur impensas medico absoluturus, quod isti casui specialiter conveniebat. Sic responder Constantinus Lempereur. Neque secundum: casus enim specialis est, quem de puella tetigit legislator, cujus damnum voluit compensari pecunia. Neque tertium. Deus enim est propter homicidij atrocitatem poenam mortis inculcet in occisore, non est indicium in interdicitis per alias leges id negligi, præteriri que velle. Novum enim non est, quod aliis commune est in specie quadam expressius vrgeri, in qua omnium maximè attendi debet. Imo etiam Levit. 24. expressè oculus pro oculo, & pro dente dens postulantur. Quem sensum exemplum Deut. suadet, ut falsus ille testis poenam illam luat, quam ipse conabatur inferre.

### §. III.

#### *Alia Rabbiorum expositio.*

**A**LII Rabbinii poenam Talionis in rigore in gentibus exercendam consentiunt, ita ut si gentilem interficiant, vel fracturam, vulnèrem incuriant, impunes Hebræi sint, nisi servus fuerit gentilis, tum enim domino illius pretium restitui debet, quando reus, atque percussus Hebræi sunt, non licere pecuniæ compensationem. Quod si gentilis Israëlitz inferat vitium, talio exerceri debet, dens pro dente, & oculus pro oculo. Quantum autem simus apud Judæos Christiani, & quotquot ab illis differunt religione, odio, non obscure

2.  
Odium quod  
prosequitur  
Christianos  
Iudei.

obscure indicat Maimonides in Misnam. ¶ Quum Israëlita controversia (inquit) est cum gentili, conditio licitæ inter ipsos talis est, si nobis est in illorum juribus commodum aliquod, ipsos secundum jura sua judicabimus, iisque dicemus, sic postulare eorum jura, quod si nobis in jure nostro appareat utilitas, judicabimus ipsos secundum jus nostrum, iisque dicemus: sic postulare jus nostrum. Neque mireris hac de re, nec durum videatur in oculis tuis, sicuti dura, sive crudelis tibi non videretur tractatio bestiarum, quamvis non peccaverint: quia cui non inest perfectio virtutum humanarum inter homines non comprehenditur revera, sed finis assentiet ipsius est ut hominis necessitati inserviat. ¶ In Halach Rotzach cap. 4. & in Misnatic, Baba Kama, cap. 7. ¶ Sed nec fas erat (inquit de extraneis ab illis in religione) eos imminente morte liberare, veluti si quis eorum in mare caderet, eum inde sublevare. Nam scriptum est, non stabis tu adversus sanguinem proximi tui, & hic proximus tuus non est. ¶ Eorum fundamentum est, quoniam solum Israëlitas verbis legis comprehendendi volunt, quando expressè nominantur, vel de homine, & proximo suo loquuntur. Exod. autem 21. *Viri* apponuntur, & Levit. 24. Qui irrogaverit maculam *cuiuslibet civium suorum*, sicut fecit, sic fiet. Ubi proprie comprehendere in rigore Talionis pœnam solos gentiles, constat.

Verum imprimis constat, verba legis dirigi in Israëlitas dumtaxat. Tum quia Levit. 24. dicitur loqueris ad filios Israëlitis: postea immediatè subdit; *qui blasphemaveris, qui percusserit*. Tum quia illa verba, *qui percusserit, & occiderit hominem, morte moriatur*, de pœna, quam luere debet etiam ipse Israëlita, intelligunt omnes, neque ibi compensationem admittunt pecuniar. Tum, quia Levit. 24. v. 22. *Æquum* iudicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit, dicitur. Inique ergo accipitur pœna Talionis in gentilibus cum rigore exequuta, & in Hebræis multatâ compensatur pecuniaria.

Fundamentum alterum est, quod superius est indicatum. Quoniam gentiles, atque Christiani proximi non sunt habendi, imò numero solo bestiarum, sicut & nos Christiani, sunt


reputandi; parum ergo refert, quod legis verborum rigor in ipsos sit convertendus, non sic inter Hebræos, ex quibus reo lex credenda est ignoscere velle, & miriorem exposcere pœnam, scilicet, pecuniariam. Verum quam falso nitantur principio, ut nos tamquam hominum secundum genus respiciant, ostendit Dominus Num. 19. præcipiens peregrinum amare. *Diliges eum sicut te.*

Præterea quoniam cum in lege sive favorabili, sive odiosa dicitur *proximus*, non debet strictè accipi pro Israëlita, sed extendi debet ad peregrinum. Quod ex ipsis Rabbinis manifestè convincitur. Ipsi enim in Gemara ad Cod. *Bava Kama fol. 38.* circa illud verba Exod. 21. v. 35. *Si ferierit bos viri bovem proximi ejus, ita ut moriatur*, sic legitur in Hebræo. In hæc, inquam, verba, sic Rabbini. ¶ Quid cogitas: si dictum *proximus ejus* accipiatur præcise, bos peregrini cum cornu ferit bovem Israëlitis, absolvendus est, si vero *proximus ejus* non præcise accipias, etiam si bos Israëlita feriat bovem peregrini, tenebitur. ¶ Id est, si *proximus* non extendatur ad peregrinum; ergo bos peregrini non interdicitur bovem Israëlita ferire: quia sicut Israëlita non est proximus peregrini, ita neque iste proximus Israëlita: si *proximi* vox ad peregrinum latius extendatur, sequitur quod si ab Israëlita bos ejus lædatur, possit actionem habere, cum jam Israëlita proximus sit. Objectio Talmudica ista ipsi insuperabilis est, quoniam, & bovem peregrini bovem Israëlita ferientem non absolvendum, & alias bovem Israëlita, si peregrini bovem feriret, impune ferisse, volunt. Sane quidem nisi nomine proximi peregrinus similiter comprehendatur, cum alter alteri inferre injuriam prohibetur, nulla est ratio vetans injuriam, quam Israëlita inferret gentilis: ac proinde cum in Decalogo, dicitur: *Non concupisces uxorem proximi tui*, si nomine proximi Israëlita solum intelligatur, illius uxorem licebit concupiscere ipsi gentili, cum hic illius non sit proximus, non enim censeri Israëlita proximus potest gentilis, nisi vice versa ipse Israëlita proximus sit gentilis. Unde apud Vulgatam, ubi Hebræus legit *proximus* vertit *alter unus*.

Quod

Apud Iudeos Christiani proximi non reputantur.

Quod autem proximi uxor ad peregrinumeriam extendi possit, constat, quoniam Genes. 11. quando Israelitæ non erant legitur. *Dixitque alter ad proximum suum.* Deuter. 22. de puella vim passa in agro, sic loquitur: *Puella nil patietur, quoniam sicut latro consurgit contra fratrem suum, & occidit animam ejus, ita & puella perpeffa est, sola erat in agro.* Hoc exemplum indefinitum est, de omnibus qui à furibus opprimuntur. Non enim soli Judæi vitam aliis eripiunt. Exod. etiam cap. 11. aperte dicitur: *Loquere nunc (sic in Hebræo) ut petat quisque à proximo suo, & quæque à proxima sua, & ab hospita domus sue instrumenta argentea.* Quibus intelliguntur Ægyptius, & Ægyptia inimici. Proximus ergo ille intelligitur, quo cum versatur homo. Quod constat ex Luca c. 10. v. 33. Et quidem tam latè accipitur, quod ad irrationale extendatur Esdræ 34. v. 14. & Job 36. v. 33. *Annuntiat eam (pluviam) proximis ipsius*, idest, tonitrum indicat simul imbrem secutum. Pro omnibus contra Judæos sit R. David Kimbi, qui ad Psalm. 15. v. 3. Socius (vel ut vulgò proximus) ejus, & propinquus ejus (inquit) est cum quo intercedit illi commercium, aut conversatio, aut est vicinus ipsius. Præterea præceptum novum explicans, sic inquit. Proximum tuum, quia commercium, & conversatio alicujus, & ejusdem cum ipso habentur. Firmum ergo maneat, pœnam Talionis verificari, laramque fuisse pro Israelitibus præcipuè, sicut & legem divinam, solumque inter servos, & ingenuos quoad aliqua indicare discrimen.



## S. IV.

*Proponitur vera expositio.*

9. **N** G I T U R dicendum est dentem pro dente, oculumque pro oculo postulandum, intendisse legislatorum tam Exod. 21. quam Deuter. & Levitic. capitibus jam memoratis, quamvis penes judicem fuerit in pecuniariam multam corporalem pœnam mutare. Quod à paritate constat alterius legis, qua præcavetur v. 29. dominum bovis corrupeat, de quo ali-

qui sint contestati, si hominem interficeret, cum bove morte plestendum, & nihilominus in multam pecuniariam similem pœnam esse mutabilem, paulo inferius legislator decrevit, fierique potest alternatio pœnæ gravioris. Similiter Deut. 25. ubi mulierem, quæ contententibus viris, alterius pudenda prehenderit, quo ne maritum percutiat, eum retineat, manu multandam statuitur. Illam autem legem sic exponit Aben-Ezra. ¶ Ut oculus pro oculo, si eam manum non redimat. ¶ Non quod pecuniaria multa directe illic præcipiatur, sed quod tantum permittatur.

Idem olim leges apud Romanos receptæ decernebant. Unde in legibus duodecim tabularum talio stabilitur, *Si membrum rupit, ni cum eo parcat, talio esto.* Cum qua convenit dictum l. fin. t. 2. l. 9. Cod. Nec impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Verum pœnam talionis postea juris prætorij revocavit clementia, ut legitur, *S. pœna autem.* ¶ Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex lege 12. tabularum introducta est, in desuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt, quæ etiam honorari appellatur) in judiciis frequentatur. Et quidem, dum talio vigeat, sæpè mansuetudinis gratia in pecuniariam multam mutari solebat. ¶ Quæ ista acerbitas est, (inquit Gellius Noc. Art. l. 20. c. 1.) si idem fiat in te, quod tute in alio feceris: præsertim cum habeas facultatem paciscendi; & non necesse sit, pati talionem, nisi eam tu elegeris? quod edictum autem prætorium de æstimandis iniuriis probabilius esse potest? Nolo hoc ignores, hanc quoque ipsam talionem ad æstimationem judicis redigi necessariò solitam. Nam si reus, qui depacisci noluerat, judici talionem imperanti non parebat: æstimata lite judex hominem pecuniæ damnabat. Atque ita si res pactio gravis, & acerba talio visa fuerat, severitas legis ad pecuniæ multam redibat. ¶ Eandem formam in Hebræo foro servatam merito suspicamur, ut talio jure exigeretur, si lædeps minus atrociter peccasset, aut depacisci nollet, multa tamen pecuniaria sæpè reus satisfacere posset, vel alia ratione, qua acquiesceret reus, sicut in lege bovis cornu

cornuperæ superius relata , & Ex. 21. v. 30. prolata , quasi hæc sit expositio illius, quæ v. 25. continetur , & crimen respicit leuius. Ut in utraque talio exigatur, & mulcta pecuniaria permittatur dumtaxat.

Verum pro suo iudicio , & ut probent pecuniariam mulctam semper intendi, urgent Rabbini. Illam in commodum esse talionis , & quam expostulat, æqualitatis, quæ in talione vix potest seruari. Nam, si quis ob vulnus illatum vulneretur, & oculus eruarur, periculum est, ne mors subsequatur. Quæ ratio apud Thuros legem Charundæ talioni similem fecit alia lege emendari. Correcta namque fuit, quoniam monoculus est conquestus, quod sibi eruto uno oculo , quo solo tantum videbat, unus dumtaxat reo erueretur, & sic delicto non æquaretur poena.

Verum hæc talionis lex, quam Pythagorici , & Rhadamanthus defendunt, imo à Deo statuta, justam continet reparationem, poenam scilicet condignam crimini secundum proportionem geometricam non autem æqualem arithmetice, sicut Deut. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, & in iure Pontificio *c. ex litter. de const.* commensuranda poena delicto. Horatius tradidit pariter.

*Regula peccatis qua panas irroget  
aquis,  
Nec scutica dignum, horribili sectere  
flagello.*

De quo videndus Petrus Greg. Syn- tagm. Jur. lib. 31. cap. 10. Ad incommodum, quod sequi censent Rabbini, nisi à legistatore divino directe pecuniaria mulcta intendatur, facile respondetur, quodlibet esse imputabile reo, qui illius poenæ gravitatem perspectam habens, contra expressum Dei operatus est interdictum. Insuper si dissimilia incommoda, quæ utrobique deprehendi contingat, ad poenam pecuniariam legistatorem movere debent, nosque ad similem legis intelligentiam, inducerent pariter ad eandem poenam interpretandam in voluntario homicidio. Paterfamilias namque, cui plures sunt liberi, qui ipsius vita ad suam conservandam indigeant, cuiusque opera esset reipublicæ necessaria, si occideret cælibem, bono communi ineptum, imò & noxium, & morte plectatur, magna incommoda homicidæ supplicium sequentur, reipublicæ detrimentum, liberorumque ruinam, quæ non sic in altero. Ob hæc autem incommoda quis rescindendam legem de homicidio dicet?

Exod. 21. *Occidere prohibetur.*

Exod. 22. *Fur impune occiditur.*

Vide Exod. 22.

Exod. 21. *Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.*

Matth. cap. 5. *Christus Dominus, qui legem integre implevit, percutienti maxillam, offerri precepit alteram.*

Vide pro huiusmodi Antilogiæ concordia, quæ diximus Genes. cap. 14. & dicemus Levit. 24.

Exod. 11. *Occidens per insidias aliterum subire præcipitur mortem.*

Reg. 2. cap. 3. *Joab occidens Abner non punitur à David.*

10. **D**icendum est prudenter egisse David non parcentem Joab, sed ut sine periculo puniretur, supplicium occasione expectata callide differentem: ut enim ipse dixit delicatus, & unctus rex erat, filij autem Sarviz duri erant atque dolosi, Joab milite strenuo indigebat, à

quo, ne contra ipsum populum concitaret, posset timere. Illum autem sibi reconciliatum, si ducem præficere castris, & bellis, quibus David implicitus erat, posse inimicis terrorem incutere. Præcipue autem homicidium tolerabat David, quoniam nondum in solio regni sedebat securus. Unde Salomoni

moni, qui plena pace, summaque dignitate pollebat, ut ipsum interficeret, moribundus præcepit, juxta consilium politicum à D. Isidoro regibus traditum,

cui non acquiescens Ludovicus undecimus Gallus recens solium adeptus, in se convertit cunctorum nobilium animos non sine periculo propriæ ruinæ.

Exod. 21. *Ab altari evellendum esse, qui interfecerit alium præcipitur.*

*Nondum erat altare.*

Vide Exod. 33. ubi quæ de tabernaculo, dicenda sunt de altari.

Exod. 21. *Ab altari meo evellendum ut moriatur præcipitur alium interficiens: Non ergo ibi panam luendam, & homicidam interficiendum voluit Dominus, ne pollueretur altare, locusque sacer. Neque asyli locus erat homicidis voluntariis.*

Reg. 3. cap. 2. *Joab homicidam confugit ad altare. Quod irrationabiliter egisset, si locus refugij non esset in voluntario homicidio. Unde violente egredi renuntiavit regi Baanias. Tandem apprehenso cornu altaris interfectus est, ut constat ex illis. Fac sicut locutus est.*

**D**icendum, quod Joab ad tabernaculum non confugit timens supplicium à Salomone propter homicidium Abner, illius enim oblitus erat, & sibi dimissam credebat, tanto tempore impunitum esse respiciens. Refugi autem, quia post institutionem Salomonis declinaverat post Adoniam, admonitus enim quod hoc Salomon

cognovisset periculum imminens fugere videbatur, si cornu apprehendisset altaris. Credendum autem est, inquit Lyra, violenter avulsam fuisse ab altari, & sic interfectum, licet ut placet Cornelio à Lapide ex quo ibi capite pleteretur nullum inconveniens sequatur, cum ex tali facto non pollueretur locus sacratus. Vide Num. 35.

Exod. 21. *Morte plecti præcipitur interficiens alium.*

Num. 25. *Phinees Zambricum Madianitidem occidens à Deo præmiatur.*

**P**osse à quolibet zelo ducto reum in ipso dum committebatur momento facinus, interfici impune, sentiunt omnes Rabbini. Sic tit. Sanh. c. 9. §. ult. Guem. Babil. fol. 81. & Hierosolym pariter. ¶ Qui sacrilegium commiserat, ( dicitur ibi ) qui per idolum maledixerat, qui coitu se miscuerat cum femina Aramaea, ( id est gentili ) Zelotus fas fuit incurrere in eum. Sacerdotem in immunditie sua sacra obuentem, non erat necesse, ut sacerdotes ceteri in forum deducerent. Sed sacerdotes, qui per ætatem nondum ministerio sacro pares erant, eum extra atrium protraherant, & cerebrum eius fustibus elidebant. ¶ Hoc ergo singulare fuit jus zelotarum. Kanna indicabantur de quorum numero fuisse Simonem illum cognomento Zelotus Act. 1. habetur

feruntur, ut dicitur in l. 3. Machabæor. Inde instituta lapidatio in Stephanum & conjuratio in Paulum. In Essenorum disciplina apud Joseph lib. 2. de Bello c. 12. ira in summa veneratione legitur apud eos Mosem haberi, ut si quis in ipsum convitium effutiret, morte damnetur. Neque ad aliud quam Zelotarum jus referri potest; quod inquit Philo de Androgyno (sexum adulterante impune occidi, nec diem aliquam, aut horam vivere permittendum, ut pote & sui, & familiae, & patriæ dedecus, adeoque totius humani generis. Quamvis nil hujusmodi in Zelotarum genere apud Rabbinos occurrat. Inde impius zelus illorum, quo in pietatis, & sanctitatis exemplar accensi sunt, ut coram Synedrio, & Summo Pontifice Christum Dominum, quod se filium Dei profiteretur, reum blasphemix in faciem spuebant, & quia ex ministris cuidam non reverenter se gerere coram Caipha visus est, colapho cæditur. Cui Dominus :

*In relictum.*

Ex hoc jure 1. Machab. 2. Mathathias Judæum quendam Græcis se ritibus polluentem occidit. Trecenti alij Judæi à popularibus suis occisi re-

*Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo, si autem bene, cur me cadis? ac si ex zeli jure, eum qui Summi Pontificis sanctitatem, quæ velut & templi est, irreverenter violasset, cædere quis debuisset. Actor. Apol. 23. Ananias Pontifex ira in Christianissimum percussus Paulum cædere jubet, Paulus autem juris Judæorum peritus. Sedes (inquit) ut iudices me secundum legem, & contra legem subes me percuti? ac si nefas esset quem à zelo accensus percuti, nisi propter Numinis, vel templi, seu gentis sanctitatem violanti.*

Hoc Zelotarum jus ex traditione Moysi à Sinai originem sumunt: certum quidem est, statutum à Mose ab illo tempore, quos Phinees zelo divino accensus Zimiri principem tribus Simeonis, & Cozbi filiam Zur principis Madianitarum in stupro palam comprehensos hastâ trajecit. Exinde ergo, quia hoc fuit propitiabile Deo, Zelotarum jus à Nemine jam approbatum, dispositumque à Mose tunc incepisse, & non antea, quoniam hominem ligna in sabbatho colligentem, ignorabant quam pœnam subire deberet, qui reclusus in carcere mansit, quousque à Domino moniti lapidibus obrutum interfecerunt. Si ergo jus Zelotarum tunc jam vigeret, primus, qui sabbathum violari videret, statim percutere posset. Ex hoc jure motus est Christus dominus personam privatam oculis hominum representans, ut euentes, & vendentes in templo, & mensas nummulariorum everteret, ut Matth. c. 21. & Mar. c. 11. Unde citra reprehensionem illorum, qui maxime ei invadebant, efficere potuit, quia ex Zelotarum jure manabat.

\*\*\*

### §. I.

*Explicantur Evangelista, & refertur quod ex eruditione Hebraica plures tradunt.*

11. **N**ON possum non exponere difficultates, quas patitur locus ex Evangelistis relatus, an scilicet ad jus Zelotarum spectet, quo in nummularios Dominus irruit. Pro quo sciendum est, quod movent Talmudici, quotannis per urbem, & oppida primo die mensis Adar populum de annua pensita-

tionem dimidij sicii moneri, & ejusdem mensis decimo quinto sedebant Mensarij, seu Nummularij in qualibet urbe, & cum vasculo flagitantes, ab omnibus, qui solvebant, accepere, quo tamen tunc nullumolvere cogebant, differentes in diem vigesimum mensis Adar, quo etiam ab eis, qui non solvebant, exigebant. Sic Maimon. in Misna: ubi tredecim distinguuntur arcæ instar tubarum. De quibus intelligitur illud Misnæ, tredecim fuerunt tubæ, totidemque mensæ. Deinde certum est, ad montis templi partem orientalem, seu atrium gentium, ad intermorialis partem exteriorem, sedem vendentium sitam esse. Cum quo compatitur, quod dixit Dominus, *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis*: mons enim ille locus orationis erat gentibus. Quo columbas, aliaque animalia adducta fuisset ut in sacrificia publica, atque privata converterentur, non levis est conjectura.

His suppositis occurrit difficultas statim. Quoniam ejectio illa facta est juxta legem, & morem eorum, qui Christo invidentes reum violationis præcepti desiderabant, ac proinde Dominus zelo accensus tanquam in piaculum, adversus nummularios irruere dicendus est. Hoc autem falsum esse videtur, quoniam ex more patrio solemniter, ac licito oriebatur, ut Nummularij, & mensarij vendentes ibi sederent. Non ergo vestigium est, ut sanctitatem templi polluisse arbitremur. Ad hæc autem dicendum, simplex nummulariorum, & mensariorum in siclis recipiendis munus loci sanctitatem non polluisse, sed negotiationis illicitæ societatem cum vendentibus ibi inerat, & fraudes in vendendis animalibus, & emendis in sacrificia ministerium illud comitabantur, quibus locum sanctum profanabant, ab illoque eijci digni erant. Quin inter illos credibile est, columbas volare docentes fuisse, à Talmudicis infamia notatos, quos sicut & aleatores, foeneratores, quæstum facientes ex anni septimi frugibus, à iudiciis ob infamiam arcere solebant. Quoniam nefas esse suspicabant homini in vitæ suæ ratione rebus aliis incumbere præter legem, & beneficiorum retributionem, seu charitatem, aut mercaturam, aut artificia, atque opera bono publico utilia, ad quæ quatuor

*Talmudici infamia notabant docentes volare columbas.*

tuor hominum illa genera non conducunt.

Verum quidquid fuerit de eruditione Talmudica, præferenda est quam tradit Hieronymus. ¶ Et hoc primò sciendum, (inquit) quod juxta mandata legis, augustissimo in toto orbe Domini templo, & de cunctis pene omnibus regionibus Judæorum illuc populo conflente innumerabiles immolabantur hostiæ, maxime festis diebus, taurorum, arietum, hircorum; pauperibus, ne absque sacrificio essent pullos columbarum, & turtures offerentibus: accedebat plerumque, ut qui de longe venerant, non haberent victimas, excogitaverunt igitur sacerdotes, quomodo prædam de populo facerent, & omnia animalia, quibus opuserat, ad sacrificia vendebant, ut & venderent non habentibus, & ipsi rursus empta susciperent. Hanc stropham eorum crebra venientium ino-

pia dissipabat, qui indigebant sumptibus, & non solum hostias non habebant, sed ne inde emerent quidem aves, & vilia munuscula. Posuerunt itaque & nummularios, qui mutuum sub cautione darent pecuniam, sed quia erat lege præceptum, ut nullus usuras acciperet, & prodesse non poterat pecunia scenerata, quæ commodi nil haberet, & interdum sortem perderent, excogitaverunt & aliam rethnam, ut pro nummulariis colybitas facerent, cujus verbi proprietatem lingua latina non exprimit. Colyba dicitur apud eos, quæ nos appellamus tragemata, vel vilia munuscula, verbi gratia fruxi, ciceris, uvarumque passerum, & pomorû diversi generis. Igitur quia usuras accipere non poterant, colybitas, qui pecuniam scenerari erant, pro usuris accipiebant varias species, ut quod nummo non licebat, in his rebus exigent, quæ nummis cœmuntur.

Exod. 22. *Homicidam casualem ex errore occidentem exilij damnat.* Deut. 19. *idem statuitur.*

Deut. 25. *Culpa poena mensuratur, homicidium autem casuale culpa non est, neque voluntarium.*

1. **H**Oc homicidij genus exilio plectendum statuisse Græcos constat ex *l. aut facta* 16. §. *eventus ff. de penis*, & ex Demosth. orat. contra Timocrat. Quam ex Platone, & Pausania ad jus Atticum sic proposuit Samuel Petrus l. 7. tit. 1. ¶ Qui alium casu fortuito necasset, annum extra fines patriæ exul esto. Similis in Ægypto mos erat, cædis namq; reus apud Gymnosophistas exul debebat ire, neque fas in patriam redire, nisi prius ab eis absolutus. Apud Romanos exilij quinquennalis mortis casualis damnabant reum, ut apud Quintilianum lib. 7. inst. c. 4. Unde inquit Hieronymus: qui casu occidit, quantum ad gratiam innocens, quia voluntatem non opus requirit, quantum autem ad leges reus est, quia opera lex querit. Hæc respiciens Numa Pompilius, reum casualis cædis pro capite occisi arietem offerre sanxit. ¶ Subijci aries dies dicitur (inquit Festus Pompejus) qui agitur, ut cædatur, quod fit, ut ait Cincius in lib. de officio jurisconsulti, exemplo Atheniensium, apud quos expiandi gratia aries exigitur ab eo, qui scelus admisit poenæ pendendæ loco.

Non solum apud exteras gentes,

jure civili, verum etiam Ecclesiastico attento, suis poenis plectendum mortis casualis reum judicant Patres, per quinque annorum tempora prædictæ cædis reum arcendum Illiberitanum statuit, quod confirmavit Epauenses cap. 31. & Ancyranum septennis poenitentiae spatium imposuit. Nannetense c. 18. etiam insanis poenam imposuit si homicidium perpetrarent. Aliisque involuntariis delictis poenæ respondent secundum Poenit. Rom. apud Ant. Aug. tit. 5. cap. 3. Bedam in Poenit. cap. 12.

Certum nihilominus est, homicidium casuale culpam non esse, cum liberam voluntatem non supponat. Unde jus civile in clementiam poenam hujusmodi homicidij convertit, *Legge eum qui V. C. ad L. Corn. de Sicar. Novel. Valent. de Homic. casu facto*: ut ibi enim inquit Valentinianus, fortuna potest sola culpam, cui nullus legislator impere potest. Unde exilium non tam poenam Deus imposuit homicidij inconsulti reo, quam solatium largitus est propinquis, & filiis, quos parente, & proximo orbavit calamitas. Imò incommodum occisoris, ne interfecti imprudenter eodem remanens loco insidiis

*Quid Numa Pompilius statuerit circa homicidam casualem.*

diis cognatorum pateret, inter Hébreos præsertim percupidos, & ad vindictâ maxime pronos. Moses Maimonides ex Buxtorffio ratione exilij reddit. ¶ Ut ejus (inquit) qui sanguinem vicfici parat, paceatur, interea temporis, animus; dum eum, qui cædem fecit à conspectu remotum non videt. Ejus vero exulantis pender in patriam reditus, ex hominis illius morte, qui cæteros omnes dignitate antecellit, summeque ab Israëlitis omnibus amatur, ideoque consentaneum est, luctuoso ejus interitu dolorem sedari omnem, quem è propinqui sui cæde propinquus sanguinis vindex hauserat. Etenim ea hominum conditio, ut qui acerbior ali quo malo afficitur, is si aut par, aut etiâ majus evenisse alteri videat, minus jam de suo ipsius dolore incipiat. ¶ Unde manifeste inferitur, exilium, vrbesque refugij non pœnam esse inconsulti occisoris, sed ut animus propinquorum sedaretur, neque pugnis, bellisque privati inter occisoris, & interfecti cognatos daretur.

Ex his facile est conciliis expositio-

Exod. 22. *Agnum ladere. seu vineam prohibetur.*

2. **F**URTUM natura turpe, sicut adulterium existimavit Vlpianus, & tradidit Paulus Jurisconsultus, & jure civili infamiâ notat illius reum ut in *L. furti de iis qui notan. infami.* Unde, ut probat Varro lib. 1. de ratio. voc. & Gell. l. 11. c. 18. à furto dicitur furtum id est nigro, & obscuro, quasi illius reos nigros infamia, obscurique nominis reddat, quamvis à ferendo alij deducant, nescio qualiter ij componere possint res immobiles sub furto comprehendendi, ut revera furtivæ sunt: inquit enim Sabinus lib. de furtis, condemnatum furti colonum, qui fundo, quem conduxerat, vendito, possessione ejus dominium intervertisset. Et quidem merito apud omnes Lacedæmones male audierunt, quod laudi duxere callide, & plura furari, ut refert Coelius Rhodiginus lib. 3. c. 13. Apud Ægyptios fures etiam permisos, & lucrum ex jure aliquod eis provenire refert Diod Siculus lib. 2. Bib. cap. 3. Lex enim apud eos erat, quod nomen apud sacerdotem scriberet volens furari, & apud eum furtum referret.

nem præstare. Patres namque facinus, quod publicum erat, publicâ poenitentia mulstabant, non ob culpam, sed ut quos exemplo ad vitia quodammodo impulerant, emendationis testimonio ad recte agendum provocarent, & ut proni ad peccandum severâ Ecclesiæ poenâ arcerentur à peccando, cum magis fugiendum esset homicidium voluntarium fidelibus, qui graviter inconsultum puniri viderent, quâ ratione motum legislatorem divinum ad exilium cædi imprudenti statuendum, credi debet, ut sic à populo illo longius exularet voluntarium.

Solum se offert difficilis Genes. c. 4. locus ex quo Lamechi homicidium majori pœna plecti videtur, quam Cain in fratrem flagitium, cum hoc ex voluntatis libera actione procederet illud casuale, & præter considerationem omnino. Sed de hoc videndum quod c. 4. Gen. jam tradidimus. Et pro iis, quæ tota antilogia retulimus videndi Scip. Gent. li. 1. Parer. c. 31. Vossius pater lib. 1. inst. orat. cap. 9. §. 8. Balsam. can. 110. D Basil. ad Amphil.

Deut. 20. *Ad satietatem in vineis alienis comedere permittitur.*

Quibus autem res esset erepta, sacerdotem convenire debebat, & diem & horam qua res illi defecit nuntiare, sic facile invento furto, qui rem amisisset, quarta parte mulstabatur, satius latore legis ducente, cum impossibilis furti foret exilium, potius alicujus portionis, quam totius jacturam pati.

Verum legislator Divinus omnino relegari furtum intendens lege prohibuit tam Exod. 20. quam 22. cujus religiosos, & observantissimos pios viros Sacra pagina manifestat. ¶ Vide te (ajebat Tobias) ne hædus furtivus sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. ¶ Sic Tobia 3. Apud omnes ergo gentes poena scelus furti comitabatur, ne impunitas daret animum delinquendi. Videamus nunc, quid jure Hebraico sit introductum.

In Guemar. Babil. tit. Sanhed. c. 7. discrimen inter Israëlitas, & gentiles statutum in ordine ad furti delictum volunt. ¶ Noachides (inquit) furti tenebatur, sive res gentilis, sive Israëlita

litæ furatus esset. Neque discrimen erat si vè palam, si vè clam surripuerat, si vè bona, si vè personam, aut mercenario mercedem detinuerat, aut quid ejusmodi aliud fecerat. Quin si dum operarius esset comederat (fructus scilicet uvas) alio tempore, quam quo ipse operabatur, reus item erat furti. Et in omnibus hisce pro fure habetur. Quod non ita obtinet in Israëlita, qui reus erat, si tantillum furatus fuerat ut nec Prutâ seu nummulo, quo minor nullus, id valeret.

Oppositum autem tradit Maimonides Hal Gabiba cap. 1. § Quisquis (inquit, & loquitur de Israëlitis) clam surripuerit bona, quæ nummulo minimo Prutâ dicto, aut pluris valent interdictum de furto violat. Nam & scriptum est non furaberis. At vero non vapulabit hujus interdicti violati nomine, quoniam scilicet, quod ablatum est restituere debet, & restitutio ei à lege expressim præscribitur. Neque is qui Israëlita bona furatur, differt ab eo, qui furatur bona gentilis, etiam si idololatra fuerit. Parile jus, si vè quis hominem majorem, si vè minorem furetur. Furtum nempe omnimodum prohibetur à lege. § Hæc Maimon. quamvis contraria variis locutus fuerit locis.

Ratio, qua moventur Talmudici, ut Deuter. 23. explicent de Israëlitis dumtaxat, ea est, quod Deus gentium, qui præcepta Noachi filiis data non observant, bona proscribit, & occupantis effecit. Quoniam ut inquit Salomon Isacides cap. 33. Deut. Esau filius prius obtulit legem, ut acceptarent nolentibus iis, exhibuit eam filiis Ismaëlis, & iis reuuentibus etiam, venit tandem ad Israëlitas, unde licitam fecit eorum pecuniam, proscripsitque bona. In quorum proscriptione Idumeorum bona contineri, est constans ex Rabbiorum sententiâ. Verum quis non videt, quantum repugnet cum textu Sacro. Deuteronom. namque 2. *Videte, (dicitur) ergo diligenter ne moveamini contra eos, neque enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest unius pedis calcare vestigium. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis, aquam emptam haurietis, & bibetis.* Quæ verba non permittunt Rabbincum figmentum in odium, quo Gentiles, & nos

Christianos prosequuntur, & in dies augent, inventum, sicut, & alia quæ in Christi sequaces urget Maimonides, & Abraham Peritfolida in Vichovad Hadath libro illo, quem contra Christianos formavit.

Convincitur falsitatis similiter hæc expositio, quatenus Deut. caput de Israëlitis dumtaxat intelligit. Quoniam Josephus Archæo lib. 4. cap. 8. lege illa non solum viatores contineri indigenas, sed similiter exteros voluit. Deinde idem jus observari in colligente uvas, ac in decerpente spicas. Videmus autem apud Evangelistas discipulos Christi Domini aristas in via carpentes, ex quibus non omnes Hebræos fuisse, compertum extat in scriptoribus Ecclesiasticis.

## §. I.

*Conciliatur Antilogia.*

**Q**UARE dicendum est pro concilianda antilogia, caput Deut. 23. tam de Israëlitis, quam de advenis, & gentilibus intelligendum esse. Exodi namque 22. neminem alteri damnum inferre, præcipitur, neque agro læsionem, hanc autem apud nullum existimari debere, si quis, ut comedat uvas, vineam alienam ingredi velit, dummodo illas non efferat toras, sicut, & fas decerpere spicas ex proximi segete, dummodo falcem non levet. Ex ijs autem nullibi, & nemini non licere furari, non sequitur. Dominium namque, quod ex jure Noachidarum tantum autem, furtum faceret ex vinea aliena colligere uvas; ex Mosæico autem habet, ut apud Hebræos furtum non sit, etenim dominium privatum levis materiæ, seu rerum levium Deus noluit, ita privativè esse hujus, ut non migraverit in commune, & quilibet illarum dominus fuerit, & sic cui legere uvas placuerit jus habet, quia communes omnibus, ut comedant tantum, Dominus fruges fecit: sicut pro pauperibus inquit, Deut. 24. § Si vindemia-veris vineam tuam non colliges remanentes racemos, sed cedent in usus adventæ, pupilli ac viduæ. § Neque ex jure dominij, quod vario hominum placito subjacet, aliqua potest difficultas oriri: cum in sententiâ Rabbiorum etiam alieni

alienigenis tempore vindemiæ, & mes-  
sis licuerit fruges legere, & uvas, ita  
ut partiale jus, & dominium habeant  
usufructuarius, & vinitor.

Contra hæc quæ à Deo disposita  
sunt in subsidium pauperum, & ege-  
norum levamen, stare videtur, quod  
Theodorus in suo Pœnitenti, & ex  
illo Gregorius Nonus cap. 3. de furtis,  
decrevit. ¶ Si quis ( inquit ) propter  
necessitatem furatus fuerit cibaria, vel  
vestem, vel pecus, per famem, aut per  
nudritatem, pœniteat hebdomadastres.  
¶ Ex quibus constat, nec in extre-  
mâ necessitate cibarijs alienis uti lice-  
re. Canonem enim de extrema neces-  
sitate loqui, exprimunt illa verba.

Exod. 22. *Dij non detrahes.*

3. ¶ Osephus lib. 2. contra Apionem de  
Dijis gentium intelligit textum. ¶ Ut  
( inquit ) neque ridere, neque blasphemare  
debeamus eos, qui apud alios  
putantur dij, aperte nobis legislator  
interdixit propter ipsam appellatio-  
nem. ¶ Idem sentire videtur Philo lib.  
de Monarc. & lib. 3. de vita Mosis, nec  
non Cyrillus lib. decimo secundo, super  
Joann. c. 19. Verum id falsum esse con-  
stat ex eodem versu *Dij non detrahes*  
inquit, & Principi non maledices, ubi  
solum innuit venerandos esse rerum  
publicarum moderatores. Et ibi. v. 9.  
quidquid damnus inferre potest ad  
*deos* utriusque causa perveniet; ubi ju-  
dices intelliguntur. Unde non est qua-  
re in præsentiarum hanc exposi-  
tionem fugiamus, præsertim cum Chal-  
dæus *judices* pro *dijis* vertat. Decernit  
ergo Deus, *judices* in honore haben-  
dos esse.

Hoc jure civili statutum similiter  
est: injuria namque Magistratibus il-  
lata ingens flagitium apud omnes re-  
putatum est, Carolus Nonus Rex Gal-  
liæ sancivit in audentes magistratus  
officio fungentibus facere injuriam  
absque ulla indulgentiæ spe, mortis  
& capitis pœnam, licet magistratum  
injuriæ resistere liceat impune. Quo  
spectat illud Vespasiani, de jurgio  
quodam Senatoris, equitisque Rô-  
mani, statuentis. ¶ Non oportere qui-

Exod. 22. *Fur impune occiditur.*

Vide, quæ Exod. 21. tradidimus.

¶ Si fecisti furtum necessitatis causa,  
sic dico, ut non haberes unde viveres,  
& propter famis penuriam, & tan-  
tum furatus es victualia extra Eccle-  
siam, & non propter consuetudinem,  
redde quod tulisti, & sex feriâs in pa-  
ne, & aqua pœniteas. ¶ Ad hæc au-  
tem dicendum est Ecclesiam sic fur-  
tum relegare voluisse à fidelibus, quod  
ne meram injusti, & indebiti attinge-  
rent, & quæ licbant, quia prohibitis  
proxima erant, sub pœna statuit fu-  
gienda. Pœnam autem sine culpa, dum  
causa præcedat, imponi posse, dedi-  
mus, dum de homicidio casuali insti-  
tuereur sermo, & statutum est *Regula*  
*sine culpa in 6.*

Exod. 23. *Deos confringendos præcipit.*

dem maledici senatoribus, re maledi-  
ci civile, fasque esse. ¶ Sic habetur  
apud Suetonium in Vesp. cap. nono,  
Theodoricus Gothorum Rex sic ( te-  
ste Cassiod. lib. 1. var. epist. 27. à Theo-  
dorico Specioso rescripta ) sancivit pro  
superioribus. ¶ Sed ne forsitan magni-  
ficos viros loquacitas popularis offen-  
dat, præsumptionis hujus habenda  
discretio est. Teneatur ad culpam,  
quisquis transeunti Reverendissimo  
Senatori injuriam inflixerit, si male  
optavit, cum bene loqui debuit. ¶ Idem  
eodem lib. 1. epistol. 31. ¶ Edictali pro-  
grammate definimus, ut si atroces in-  
jurias in quempiam Senatorum vox  
injusta præsumperit se à prætore ur-  
bis audiendum, ut pro qualitate facti  
discussa recipiat promulgatam jure  
sententiam. Jure similiter Hebræo  
Summo Pontifici inobediens præcipi-  
tur morte plecti Deut. 17. Quod in no-  
vo fædere Dominus voluit esse fixum  
Christianis, cum ¶ Reddite quæ sunt  
Cæsaris ( inquit ) Cæsari, & Apost. ad  
Rom. 13. suadet.

Contra veritatem hujusmodi plures  
sunt, qui pro justitia tuenda potestati-  
bus resistere fas esse, sentiunt. Addu-  
cunt in sententiæ suæ confirmationem  
illud Pauli. ¶ Percutiat te Deus paries  
dealbata. ¶ Loquens cum superiori.  
Sed pro hujus & aliorum expositione  
videatur Genes.

Exod. 21. *Percutiens, & alterum interfici-  
ens morte plectendus.*

Exod. 12. *Die octava reddendos primogenitos Deo.*

**F**acilis est expositio, statuit namque Deus, ne ante octavum diem Deo offerretur, ante illum enim diē animalia valde imperfecta erant, nimis tenera, & esui inutilia. Non autem sancitur quod

Exod. 12. *Advenam non contristabis, neque affliges eum.*

**D**icendum, exceptionem firmare regulam in contrarium, unde Dominus excipit hos populos, cum quibus societatem Israëlitis nunquam per-

Exod. 12. *Qui immolat dijs, occidetur, inquit Deus.*

Vide caput Exod. 12. & 20.

Exod. 22. *Vidua, & pupillo non nocentur.*

**D**ivus Augustinus hæc habet pro conciliatione hujus Antilogiæ, quæ nulla est si Exod. 23. locus integer consideretur. ¶ Et pauperis non misereberis in iudicio. Nisi addidisset in iudicio, magna esset quæstio, sed intelligendum esset, etiam si scriptum non esset. Supra enim dixerat, non apponeris cum multitudine, cum pluribus, ut declines iudicium, ac per hoc, & pauperis non misereberis: posset intelligi,

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

## EXPLICATUR Exod. 22. in sensu morali.

4. **E**XODI 22. dicitur servum, qui noluerit deserere servitutem in sæculum, in finem usque vitæ domino servitutum, Constat ex conditione huiusmodi servi, quanta detrimenta ex consuetudine mala sequantur, quamque difficiliter ab homine rumpatur, quid enim dulcius, & libertate amabilius? quid servitute infelicius? & tamen homines erant, qui sic miseriam amarent, ut servitute per septennium assueti in sæculum contemplerint dulcis-

*Mala consuetudinis danna.*

Levit. 12. *Homini primogeniti oblatio post purificationem matris, ut in Christo Domino apparet.*

non possit diutius eorum oblatio differri, ut in homine, & animalibus etiam, si eorum locus nativitatis maxime distans foret. Vnde illa deferēbant, cum diebus aliquibus festivis commemoret.

Deut. cap. 7. *Septem populos persequi præcipit Dominus.*

misit, sed bellum: cum cæteris autem bene se gerere præcipit, neque afflictionem pati voluit ab illis, ut in præfenti capite dicitur manifeste.

Lex solum obligabat Hebraeos: non ergo Noachida propter idololatriam occidendi.

Exod. 23. *Pauperi non miserendum præcipit Dominus.*

in iudicio: Sed cum additum est, nulla est quæstio, hoc esse præceptum, ne forte, cum iudicamus, videamus iustitiam esse pro divite contra pauperem, & nobis recte facere videamur, si contra iustitiam pauperi favemus causa misericordiz. Bona est ergo misericordia, sed non debet esse contra iudicium. Iudicium sane illud appellat Scriptura, quod iustum est. ¶ Hæc Aug. si auctor est quæst. super Exod.

simam libertatem. Non ergo immerito illum, qui tot annos vexabatur infirmitate, *vis sanus esse?* Rogavit Dominus. Vnde D. August. tom. 7. respondens ad artic. 13. & 14. sibi impositos falso, sic inquit. (Si à iustitia, & pietate quis deficit, suo in præceptis fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasione decipitur.) Huiusmodi infirmitates difficiliter à gratia sanantur, inveterata enim scelera difficillime eradicanantur. Lingua Isaïæ cadenti carbone ustulatur Isaïæ 6. *Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem percipie rulerat de altari, & tetigit os meum.* Jeremias autem lingua sola demulceatur divina manu. *Misis Dominus manum suam, & tetigit os meum.* Quare hoc

hoc quia Isaię inveterata peccata erant, vix autem inceptant Jeremię delicta. Audite Hieronymum. Quia Isaias, inquit, solidę, & perfectę ætatis erat; & ipse simpliciter confiteretur, quod immunda labia habeat, & habitet in medio populi polluta labia habentis, mittitur unus de Seraphim, qui non manu, sed forcipe, & carbone tangat os ejus, & iniquitates auferat, & mundet peccata. Hic autem ipsius Dei manus mittitur: non ut peccata auferat, quæ per pueritiam multa non fecerat, sed ut loquendi gratiam tribuat. Sed de ijs alibi fufe.

\*\*\*

§. I.

*Dignitas, & puritas sacerdotis.*

5. **H**ABETUR hujusmodi cap. dijs non detrahendum ab hominibus. Innocentius Papa nomine Deorum intelligit sacerdotes, qui per excellentiam ordinis, & officij dignitatem Deorum nomine nuncupantur. Vnde in summi sacerdotis rationali lapis, qui Leviticę tribui correspondebat Samaragdus erat, in Hebræo *bareth* legitur, idest, fulgor, sicut enim tam in profanis, quam litteris sacris testabantur divinitatem, sic sacerdotalis fuerunt symbola dignitatis, sacerdotes ergo (videtur) magis, quam Angeli ad divinitatem accedunt, illis promittitur cum filio hominis simul sedere. *sedebitis & vos.* Angeli autem coram Domino stant, ut constat ex Danielis cap. 7. & Tobię 12. qui unus, qui lucifer fuit, quia appetijt cum Deo sedere in tenebris detruditur infernalibus. Hoc ergo sacerdotes terrere à peccato debet. Quod sumus (inquit D. Amb. lib. de Dignit. sacer. c. 3.) professione, actione potius, quam nomine demonstramus, ut nomen congruat actioni, actio respondeat nomini, ne sit nomen inane, & crimen immane, ne sit honor sublimis; & vita deformis, ne sit Deifica professio, & illicita actio.

Etiã barbari sacerdotes colebant, mensa namque semper apud Ethnicos sacerdotibus apponebatur. (Ægyptiorum sacerdotes, inquit Herodotus, non exiguis afficiuntur commodis, nam neque aliquid è re domestica contulerunt, neque erogant, sed singulis eorum

quotidie cibi sacri cocti præsto sunt, & carnes bubulę & anserinę fatis, abundeque suppeditantur, vinum quoque vineale traditur) Vnde Pharao communem miseriam, qua fame peribat populus, non permisit tangeri sacerdotes; *quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur.* Hoc autem privilegio nullus ex nobilibus, aut potentibus regni fungi refertur, quia pluris omnibus apud Ægyptios fieri sacerdotes, tradidit Herodotus: *Sacerdotes itaque omnes in Ægypto immunes sunt, secundumque post regem honoris, & dignitatis locum tenent.* Si sacerdotes Ægyptij tanti habitus idolorum cultores, quid sacerdotes Christiani vero Deo thus offerentes? In eis nobilitatem fulgere, etiã in exterioribus voluit Ecclesia, cum coronas in capite gestare sancivit. Sic intellexit D. Hieronymus dicens: *Coronas in capite gestant Presbyteri in signum regni in Christo expectati.*

Vidit Joannes septem stellas in manu Domini: *Habebat in dextera sua stellas septem.* Quare in dextera manu? quare in palmis, & non sub pedibus ejus, qui dominatur stellis, & omnibus eis nomina vocat? Quoniam juxta omnes expositores, & Bedam præcipue sacerdotes erant stellę, idest *rectores Ecclesiarum*, ideo ergo sic sacerdotes magni fiunt à Deo, quod sustentantur in palmis, & non ad sinistram, sed ad dexteram collocantur: *Habebat in dextera* ad confusionem hominum, qui ministros altaris sub pedibus audent temere conculcare, cum sacerdotes Principes cunctos superent dignitate nobilitate, & auctoritate.

Tres Sapientissimi Reges Dominum in præsepio adorare venerunt, verum ut accederent ad præsepe dux fuit stella, astrum cœleste Principes ad Dominum duxit; Regrediuntur rursum in patriam Magi, & tunc à Deo ducuntur; *Responsa accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt.* Quare venientes ab stella Magi ducuntur, & revertentes à Deo? Quoniam majori reverentia Deus Magos tractavit, cum revererentur, ac cum ad præsepiam accederent; Sed quare hoc? Rationem reddit D. Chrysof. Magi adorantes facti sunt sacerdotes, ideo ad Dominum accedentes stellę famulatu funguntur quia regia dumtaxat

Sacerdotes  
appellan-  
tur dig.

6.  
Sacerdotes  
præstant  
reges au-  
thoritatem.

dumtaxat auctoritate fulgebant, cum revererentur ad sacerdotum gradum fuerunt eVecti, ideo majori reverentia tractantur, & à Deo, vel ab Angelo ducebantur, cum scepro splendebant, alloquebatur illos Dominus per stellam, sacerdos effecti per Deum, vel Angelum reducuntur, majori veneratione Magi efficiuntur, dum fiunt in presepio, consecranturque sacerdotes, quam dum Reges cingunt in Oriente coronam. Hinc commendabilis factus Athalaricus, quod sacerdotes maximo habuerit honore: *Nam quid simile, refert Cassiodorus epilt. 24. lib. 3. var. respondet Deo, qui potitur imperio? Quod licet pro tanto munere nihil compensari possit idonee, ipsi tamen gratias additis, dum in servientibus honoratur.*

*Angelos  
æquant in  
dignitate.*

Non solum regiam honore superant sacerdotes auctoritatem, quin potius Angelos æquant in dignitate: *Monachus, inquit D. Bernardus, sacris altaribus, si sacerdos est, tanquam unus ex summis Angelis in spiritu totus assistat: Ut contremiscant famulum habere potentes. quem fecit Angelum dignitas: Apparuit Angelus Joanni, quem cum vellet Apostolus venerari, noluit admittre cultum: Noli hoc facere, conservus tuus sum ego; Quare à Joanne non permisit Angelus adorari, cum à Patriarchis pluribus cultum spiritus Angelici admiserint? Quoniam Joannes fuerat consecratus sacerdos, sacerdotali dignitate fulgebat, ideo Joannem Angelus ut æqualem tractavit, nec ab eo permisit veluti inferiori adorari, conservus tuus, quia sacerdos ad Cœlestis spiritus dignitatem ascendit, ideo æqualis ei æstimatio adhibenda, verum si sacerdotes stellæ sunt dignitate, fulgeant ut stellæ in perpetuas æternitates, & ab humanis terrenisque negotijs se abstineant; non se laicis immisceant, si nolint despici à laicis, (Caveantur inquit D. Petrus Damianus lib. 2. ep. sæcularia verba, nec aliquando inferantur fabulosa colloquia. Quomodo enim ex ore sacerdotis oratio ad Deum munda dirigitur, quod videlicet pravi sermonis sordes inquinaverint.) Angeli sunt sacerdotes, Angelicos imitentur mores; Personam Christi sacerdotalis dignitas gerit, probei ministerium sublime vitæ sancti-*

monia, & integritas, ut vivæ quædam imagines Christi sacerdotes videantur ut qui Chrismate uncti Christi sunt per unctionem, sicut Christi similiter per virtutem: *Dij quodammodo sunt sacerdotes, appareat in sacerdote divinitas, ut virtus ipsa probet divinum esse, muneri suo sedulo attendant, ut à nullo irreverenter tractentur. Exerceant presbyteri continentia sobrietatis, patientia, & modestia, sanctitatisque magisterium, & sacerdotes velut Angelos verebuntur laici, reverenterque sæculares tractabunt.*

Verum quid miri, si laicis, & sæcularibus negotijs & quidem non honestis se immisceant, quod in derisum habeantur? Numquam gloria visa est in Salomonico templo, quin fumo impleretur sacrata domus, non enim aliter venerabilis esset, nisi fuisset humanis oculis occultata. Nec aliter conciliatur reverentia, nisi ex longinquo curret quis tractari, non contrectari *Majestatis est ex longinquo reverentia, inquit Tacitus & Ovid.*

*Pulsa nube solet clarior ire dies.*

Quod solem occultat, magis venerabilem reddit. Forsan ideo natura cor occultavit, cum cunctos sensus fecerit esse tractabiles, quia cor Princeps est in corpore humano, ideo quo à natura magis est occultatum, ideo venerabile magis. *Regale est sacerdotium. Vilescet, si tractetur, conculcabitur, si forsitan acciderit contrectari, ut inquit enim Livius lib. 25. Continuus aspectus minus verendos magnos homines ipsa satiety facit.* Prærens Ecclesia comparatur thesauro abscondito in agro. *Regnum Cælorum presentis temporis Ecclesia dicitur, sentit D. Gregorius, non enim venerabilis erit, nisi ordo Ecclesiasticus absconditus fuerit. Neque margaritæ appellari possent pretiosæ, si in litore crearentur, ideo ergo margaritæ mirabiles pretij valore, quia in profundo, & secretiori sinu maris conceptæ. Margaritæ ergo Ecclesiastici accurate æmulentur, recedant ab oculis sæcularium, & conciliabunt venerationem. Ut inquit enim Apulejus de Deo Socratis *Raritas conciliat ipsa rebus admirationem.**

Exod. 23. *Deos & earum statuas destruendas praecepit Dominus Deus verus.*

Exod. 22. *Dijs non detrahes.*

1. **H**anc Antilogiam conciliatam vidimus capit. vigesimo secundo, Exodi, & ex utriusque loci contextu constat in altero *Deos* pro iudicibus usurpandos; & pro simulacris in alio. Verum contra locum Exod. 23. stare videtur decretum Concilij Illiberitani can. 50. ubi sic Patres. ¶ Si quis idola frerit, & ibidem fuerit occisus, quia in

Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis unquam factum, placuit eum in numerum non recipi martyrum. ¶ Sed de hoc Gen. cap. 27. non nihil diximus, videndus autem est D. Ferdinandus Mendoza, & speciosè ut solet concollega meus eruditissimus vir D. Emmanuel Gonzalez in suis singularibus notis.

Exod. 23. *Septem diebus comedes azyma.*

Exod. 12. *Dicitur celebrari Phase vespere posteriori Luna 13.*

Vide Exod. 12. conciliatam Antilogiam.

Exod. 23. *Non erit in te sterilis nec infanda.*

Paulus 1. ad Corinth. 7. *Laudatur virginitas.*

Vide conciliatam Antilogiam Genes. cap. 9.

Exod. 23. *Si videris asinum inimici tui jacere sublevabis. Vnde bene facientum inimicopræcipitur.*

Exod. 21. & Levit. 24. *Pena Talionis statuitur, & Matth. cap. 5. Odio habendum inimicum lege veteri præcipi indicatur, & fœdere novo benefacere illi suadetur.*

Vide Antilogiam conciliatam, Levit. cap. 24.

Exod. 23. *Non inibis cum eis fœdus.*

Exod. 23. *Peregrino molestus non eris.*

Vide Gen. Antilogiam conciliatam.

Exod. 23. *Solemnitatem quoque in exitu anni, quando congregaveris fruges.*

Exod. 12. *Nisam principium anni habendum.*

Vide conciliatam Antilogiam. Exod. 12.

✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽

**EXPLICATUR**  
*Exod. 23. in sensu morali.*

§. I.

*Munera corrumpunt ministrum.*

2. **S**i iustitia non deferenda est propter misericordiam, erga pauperes, potiori jure contemptis divitibus est exercenda, ideo ergo pauperum non esse miserendum in iudicio, ut strictiori vinculo teneri intelligerent iudices præpotentibus non despiciere

miseros, excæcant enim etiam prudentes munera. Tanta enim est vis munerum, inquit Caietanus, ut non solum parum, aut mediocriter videntes, sed etiam perfectè videntes quæ juris sunt, excæcant. Sicut in Saba, constat, cum David ei munera obtulisset, qui subtrahit, quasi nihil aliud intenderet, ut quod ipse tacebat, munera loquerentur. Jacob etiam certavit muneribus, & obsequijs contra Esau, ut indignationem omnem excluderet, ut inquit Ambrosius. Abigail, inquit D. Bonaventura placavit David verbis, & muneribus, sic virgo Deum precibus, &

*Munera excæcant iudices.*

Ex

Ex quibus constat; quantum munera rectitudinem auctoris inclinent; Referunt enim auctores naturales cum Plinio quod in mineralibus, quibus æs, aliaque inferiora generantur metalla, oriuntur virgæ rectæ in cœlum, in terram non inclinantes, sed quæ è terra, ubi generatur argentum, nascuntur, reflectuntur omnes, & inclinantur ad humum. Symbolum justitiæ omnibus virga fuit recta, & in cœlum erigitur, si argentum nusquam respiciat, sed ab scopo avaritiæ semper absteineat; Reges eos in virga ferrea Dominus David instruebat; quare ferrea non aurea, alteriusve metalli pretiosi? Ratio est, quoniam magnes fuit justitiæ symbolum genibus, sicut enim lapis iste nunquam non respicit cœlum, sic justitiæ oculi in legem rationis immobiles debent semper intendi, ideo ergo virgam David, ut iudicet populum in veritate, & justitia, voluit Dominus esse ferream, refert enim Solinus, hoc proprium esse magnetis semper attrahere ferrum, verum adamantem præsentem, huiusmodi vim attractionis amitti, inter adamantem, inquit, & magnetem est quædam naturæ occulta dissensio, adeo ut juxta se positus non sinat magnetem rapere ferrum. Ideo ergo regere populum in virga ferrea præcepit, ut non adamantibus interpositis, possit virga ferrea, non ab alio nisi à magnete rapi justitiæ.

Virgam vigilantem vidit Ezechiel, vel ut alij legunt, virgam oculatam, sed non vidit manus, non enim iudex oculis, ut videat, potest uti, si manus habeat, quibus munera accipiat. In curru illo tam celebrato gubernaculum populi Hebræi Prophetæ Deus manifestavit, magistratus enim erant quatuor illa animalia, sed plena erant oculis ante, & retro; Unde oritur quod sint magistratus tam oculati? ipse textus reddit rationem, *Manus hominis sub pennis*, etsi haberent manus non ut recipiant, sed juxta pennas, ut dumtaxat subscribant, quod proferunt ex justitia.

Exod. 24. *Patres Synedrj Septuaginta Senes seu presbyteri dicuntur.*

Nullus erit prodigiosus minister, qui corripitur cupiditate contingat, Virga Moysis in manu Aaron patravit prodigia, virga Elisæi in manu Giezi virtute caruit ad miraculum operandum. Non surrexit puer. Quare hoc? Virga Elisæi miraculosa fuit, sicut Moysis virga fuit prodigiosa; quare ergo virga Moysis cincta ab aliena manu non desijt operari prodigia, & virga Elisæi translata ad manum Giezi virtutem patranda miracula amisit? Non fuit in virga defectus, sed à manu processit contagium; Aaron manibus erat mundus, Giezi autem muneribus fuit corruptus: *Nunc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, ut emas oliveta, & vineas*; ideo ergo virga Moysis in manu Aaron operatur prodigia, & virga Elisæi in manu Giezi desijt esse miraculosa; Examine superior manum, quibus virgam committit, si velit virgam operari prodigia manum videat, & iterum videat, an virgam premant, ut emant oliveta, & vineas, an ut rectitudinem operentur justitiæ.

Quomodo enim conducet alios minister gubernabit & reget, qui muneribus excæcatur? Sacrilege Deum postularunt Hebræi in deserto. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant*, ad Pontificem exclamarunt, timore correptus vitulum fabricavit Aaron, illico festivè coluerunt, & thus immolantes voces extulerunt jubilationis dicentes: *Hi sunt dij, qui se eduxerunt de Ægypto.* Sed quare redemptorem exoptant, & non conductorem? Quare ducem non appellarunt, cum hic fuerit electionis scopus? *Qui nos præcedant.* Si ergo vitulum ut illos duceret fabricarunt, quare non imprecantur ductorem? Quoniam vitulus ille, ut sacrilege exaltaretur Hebræos expoliaverat prius, monilia à fœminis prius ut erigeretur abstulerat, dives fuit effectus Israëlitarum divitijs, opibus alienis fuit exaltatus, ideo desperarunt avaritiæ idolum & cupiditatis statuam potuisse illos ducere per desertum, nec potuisse non aberrare.

Luce 10. *Designavit Dominus & alios septuaginta duos.*

## §. I.

*Refertur opinio de Synedrij senioribus in captivitate Ægypti, impugnatur fabulosus pariter casus ille, cujus traditur pateses Lothus in porta Sodoma sedens.*

**O**NRADVS Bertramus de Repub. Iudæorum cap. 5. sic inquit. ¶ De numero horum seniorum & præfectorum non ita constat, sed si conjectura valere potest, septuaginta videntur fuisse, quasi septuagenarius seniorum numerus, quem Deus in lege Num. .1. sancivit, non tam ab eo institutus tunc, quam continuatus fuerit, sicut & alia quam plura apud patres usitata Deus ad montem Sinai potius confirmavit, quam innovavit. ¶ Cujus numeri ab illo Gen. 46. de Septuaginta animabus descendentibus in Ægyptum deduci originem voluit, illa enim familia propagata, unum, qui illi præfesset, habere debuit, & inde Septuaginta teniorum compositus coetus. Neque ab hoc recedit, sed potius confirmat, quod Dominus Iudicum Mosi præcipiens numerum, quasi de re nota agens, quomodo sint eligendi, non declaravit. Similiter Num. .11. *Aggrega mihi Septuaginta viros, quos nosti*, inquit, quasi ad hoc seniorum & iudicum munus elevet eos, qui eo aliquando functi. Hugo Grotius de iudicibus, Num. .11. præelectis sic inquit, ¶ Placuerat hic numerus, quod totidem Iacobi liberi in Ægyptum venissent ex eoque extitit etiam apud exules Hebræorum Ægypto & alibi parisi numeri collegum. Hi autem (subijcit) de quibus hoc loco agitur 70. consilio hætenus præerant non iudicandi potestate, quam mox accipiunt, quin & secundum alios (inquit Lyranus) fuerant iidem senes, qui prius regebant populum in temporalibus, & tunc cum hæc imposita est eis cura, in spiritualibus, propter quod reciperent de novo spiritum prophetiæ.

Paraphrasis Ionatanis & Salomon Iarchius aiunt presbyteros sacerdotefve, quos Deus præeligendos præcepit, illos fuisse, qui ex Israëlitis præfecerat lateritij operibus sub tyrannide Pharaonica Exod. 5. sic Rab. Bechai in

Biur fol. 171. col. 2. ¶ Tamest enim Numer. .11. dicatur *congrega mihi*, nihilominus credibile est fuisse apud Israëlitas etiam in Ægypto Septuaginta animas, seu personas, quæ multiplicatis iuxta benedictionem divinam Israëlitis, supra illos essent constitutæ, quæ docere, moribusque cæteros iustis instruere possent, eo quod præ aliis sapientia præditi forent, & patriis similiter traditionibus callentissimi, de quibus scriptum est, vade & congrega presbyteros Israël, & illud: Moles & Aaron Nadab & Abiu, & Septuaginta è presbyteris Israël. Quod vero Numer. .11. *Congrega mihi*, dicitur, *Septuaginta viros*, intelligendum est de aliis nunc recens selectis, nam Septuaginta isti presbyteri, qui tempore legis datæ supererant, paulo ante mortui sunt in Tabera ultionem divinam meriti. Inde sequitur (prosequitur Rabbini iste) necesse esse, ut dicamus hocce iam denuo, & recens constitutos, seu congregatos; congregavit autem eos per schedulas, secundum id quod Rabbini nostri memorare solent. Quod vero dicitur, *Quos nosti tu esse presbyteros populi* intelligendum est, quasi dictum fuisset, quos nosti tu esse ex numero illo, qui dum præfecti erant in Ægypto populi causa vapulabant, adeoque à tempore quo descenderant in Ægyptum septuaginta illæ personæ, non desit inter Israëlitas numerus hic, ne quidem in deserto, nec sub templo primo, nec sub secundo. ¶ Hæc ille.

Verum ante institutum divinum, nullum, quod 70. iudices illos fuisse, in Sacra Scriptura vestigium est, neque presbyteros seu senes Exod. 24. relatos, cum illis qui Num. .11. eliguntur, coincidisse, nullum est testimonium convincens. Tum, quoniam tempore, quo 70. illi referuntur seniores, unicus tantum iudex memoratus est Moses, & de singulari iudicatura amovenda à lethro socero suo instructus, & monitus est. Tum quia si etiã in Ægypto præfecti erant alii Septuaginta seniores, hoc ideo fuisse credendum est, quia à patribus forte accepissent iudicandi similem formam, quod creditu difficile erit, cum Iudas referatur unicus iudex vivicomburij Thamarem damnans. Neque quod de Letho tradunt Rabbini fulcimen habet. Sic enim

legitur in Beresith rabba Parafch. f. 56. § Eodem die constituerunt eum principem iudicum, quinque nimirum fuerunt in Sodoma iudices primarij, seu alij iudicibus præ eminentes Katz Shakar, (Kausbaker alij) Rab Shakar, Rab Ministerin, Rab Gabal, & Kala Pindar. Lotus autem erat summus, seu princeps iudicum ibi uniuersorum. Quoties diceret ille, ea quæ ijs placerent, dicebant ad eum illi, secede illuc idest ascende in suggestum, quoties autem, quæ is displicerent proferret, dicebant ad eum illi, hic unicus huc aduenit; ut apud nos peregrinaretur, & iam iurisdictionem exerceret. § Quamvis autem apud Sodomitas plures iudices, quibus Lotus præesset, forent, quid ad Hebræos, posterosque Jacobi? Tum. Non enim credibile est sub Tyrano, crudelique Pharaone iudicam potestatem esse permissam, neque ullam conservatam auctoritatem in Israëlitis vexatis & supra modum afflictis.

\*\*\*

## S. II.

*Ostenditur Synedrium fuisse in republica Hebræa, cuius in probatis historijs & scriptoribus memoria habetur.*

**Q**UID QUID autem sit, an hic, an alibi Num. nempe cap. 11. iudices sunt electi, quod ullâ sine controversia iudico verum, certum similiter est fuisse iudicum in republica Hebræa Synedrium. Mirum quidem est, & omni littera aliâs prædico viro indignum, quod tradidit ipse Pererius ( ut vidimus Genes. cap. 49 ) negans tale Synedrium probata scriptorum auctoritate stabiliri valere. Indignum, inquam, cum præter Abulensem, Baronium, Salianum, Serarium, aliosque plures recentiores auctores, Rabbinicæque eruditionis callentes Burgensem, Lyranum, Synedrii, licet non sub hoc nomine memores sunt Philo, & Josephus lib. 14. antiquit. c. 17. cum de Herode iudicibus coram causam dicente, egisset. Illius nomine *concilij* in Evangelij & actis Apostolorum perquam obvia memoria est, & nomine etiam *Senatus*, *Presbyterij*, *Auditorij*, seu *Domus iudicij*. Sub nomine autem Synedrii apud Græcos fit mentio in Pro-

*Impugnatur Pererius.*

verb. c. 20. ver. 22. cap. 22. ver. 10. c. 24. ver. 8. cap. 26. ver. 26. cap. 27. ver. 22. A Targumistis Sanhedrim perinde usurpatur Hierosolymit. Exod. ult. de quo videndus Buxtorfius Lexic. in Talmudico corpore titulo Sanhedrim, omnia, quæ ad iudiciariam rationem spectant, continentur. In C. Theodos. lib. 16. tit. 8. l. 29. § Judæorum, dicitur, Primates, qui in utriusque Palæstinæ Synedrijs nominantur, vel in alijs provincijs degunt, quæcunque post excessum patriarcharum pensionis nomine suscipere, cogantur exsolvere. § Edictum est Theodosij Minoris, & Valentiniani ad Joannem Comitum sacrarum largitionum, Florentio, & Dionysio consulibus, anno Christi 429. In rescripto Arcadij, & Honorij ad Messalam Præfectum *Archisynagogi* seu Presbyteri Judæorum nuncupantur, qui in Theodosiano *Primates*, Guido Pancirollus in Comite Orient. (de quo etiam Iustinian. Novel. 103.) § Cum populo ( inquit opibusque abundaret, prius sub Juliano Apostata consularem habuit, deinde sub Gratiano Proconsulem, quo tempore in duas provincias divisa fuit. Siquidem Theodosius in utraque Palæstina Iudæorum Synedria seu seniorum, ac Magistrorum collegia fuisse scribit. § Isidorus apud Comest. in Hist. Eccles. Reg. 3. cap. 15. sic inquit. § Synedrijs sedebant auditores in consistorio, & dicebantur Synedria, quasi consessus.

De voce *Sanhedrim* sic aliqui in Pesiktha Zotertha fol. 45. *San* denotat legem, utpote quæ data est in Sinai. Hedrin autem ex eo quod reperiebant ( id voce hedrin innui potest ) legem, eam interpretando, locumque Scripturæ alterum cum altero explicando. Obadias Bartenorius ad tit. Sota cap. 9. §. 11. Sanhedrim, inquit, nomen est iudicum, & ideo dicuntur, quoniam odio habent acceptionem vultus, seu personarum in iudicio. Verum origines istas, tanquam ab Hebræismi linguarumque Orientalium genio dissonas prorsus reiiciendas existimavit Seldenus. Vnde vocem esse dicendum est è Græcis in Hebræismum receptam & idem Sanhedrim esse atque consessum. Supponit ergo pro iudicibus pluribus, si sic sint, ut sedcant.

*Quid Sanhedrim.*

Triplex igitur consistorium apud Hebræos



Et tamen revera non centum, sed centum & quinque viri erant. Sextus Pompeius sic in Centum viralia judicia. ¶ Cum essent Romæ triginta & quinque tribus terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui centum viri sunt appellati, & licet quinque amplius quam centum fuerint, tamen quo facilius nominarentur, centum viri sunt dicti. ¶ Numerus ille postea ad centum octuaginta apud Plinium libro sexto. epist. 33. crevit, semper tamen numeri rotundi suum conservavit nomen, quo ipse Plinius lib. 1. epist. 5. Varro de lingua Latina 5. usi sunt. Sic pariter in præsentis de numero septuagenario pro 72. recipiendo Num. cap. 11.

*Expositio  
de numero  
rotundo  
impugnata.*

Verum quamvis hæc de numero rotundo expositio, si generaliter intelligatur, explodenda non sit, præsentis quidem paginæ textui adaptari nequit. Quoniam semel jam institutis iudiciis si quis de ijs loqueretur, septuaginta appellare posset numero rotundo comprehendente inferiorem, cum tamen quot eligi iudices debeant. Mosis intimatur male 70. pro 72. ponerentur. Sicut cum Scriptura loquitur de septuagenario illo sistorum numero, quo usi sunt trium principum in phialis tabernaculo consecrandis, quis inficias cum nostra Vulgata ibi septuaginta dumtaxat significare. Philo pariter antiquissimus Judæus scriptor lib. de migratione Abrahæ loquens de numero Septuagenario, ut ab alijs numeris condistincto. ¶ Numerus hic, inquit, est Mosis sapienti illi familiaris, nam Optimates ex omni numero condistincto inficiabitur accipi.

4.  
*Numerum  
septuagenaria  
Cardinalium  
præfixit  
Sixtus  
Quintus.*

Accedit contra hoc Sixti Quinti de Cardinalium numero constitutio. ¶ Ut veteris (inquit const. annal. 1586. Bull. Cherub tom. secundo in Sixto Quinto conf. 50.) Sinagogæ figura Sanctæ, & Apostolicæ veritati respondeat, sequi cupientes mandatum Domini factum ad Moysen de congregandis septuaginta viris de senibus Israël, quos nosset senes populi esse, & magistros, ut onus secum populi sustentarent, & non ipse solus gravaretur. super quos ad ostium tabernaculi ductos loquente Domino spiritus requievit, de prædictorum fratrum nostrorum consilio perpetuo statuimus & ordinamus, ut in posterum connumeratis omnibus cujusque ordi-

nis Episcopis, Presbyteris, & Diaconis Cardinalibus, qui nunc sunt, quique in futurum creabuntur, cuncti simul numerum septuaginta nullo unquam tempore excedant, ac talis numerus quovis prætextu, occasione, vel causa etiam urgentissima minime augeatur.

¶ Hæc ille, quid clarius? Diu etiam ante Sixtum Quintum Joannes Papa Octavus ad Cardinales suos scribens de causis, & litibus definiendis apud Baron. tom. 10. ann. 882. ¶ Quippe cum, (inquit) sicut nostram mansuetudinem Mosis, ita & vestram fraternitatem septuaginta seniorum, qui sub eodem causarum negotio dijudicant, vicissitudinem gerere certum habeamus. ¶ Sic habetur è codice Bibliothecæ Vaticanæ vetusto. Ex quibus patet de numero presbyterorum, atque seniorum. Quidquid sit de Cardinalibus de cuius numero liberum est Pontificibus definire, ut inquit Alberic. de Roseate in Rub. D. tit. de statu hominum, & Martinus Laudensis de Car. p. 2. q. 2.

Confirmat nostram sententiam, quod statuitur à patribus Nicænæ Synodi tom. 1. Conc. pag. 554. apud Nicolinum, & apud Binium tom. 1. Conc. pag. 336. Edition. 1618. ¶ Similiter statuimus, (sic ajunt) ut omnes Archiepiscopi semel per annum apud patriarcham suam conveniant, & in eo concilio faciant ad eum modum (canone præcedenti præscriptum) in omnibus rebus, & in peccatis, quæ in locis eorum contingunt, faciantque hoc, ne in iudicio suo sit fraus, sed potius tale sit, quale erat iudicium septuaginta seniorum cum filiis Israël, qui causas suas Moyse proponebāt. Simile consistorium Episcoporum in veteri Occidentali Christianismo, cuius numeri mentio fit in Codice Theodos. lib. 11. tit. 36. De quo Baron. tom. 4. anno 369. ibi enim Valentini, Valentis, & Gratiani Augustorum huiusmodi habetur edictum, ad Claudium Præfectum urbis. ¶ Quoniam Chronopius ex antistite idem fuit in tuo, qui fuerat in septuaginta episcoporum ante iudicio, & eam sententiam provocatione suspendit, à qua non oportuit provocare, argentariam multam, (librarum scilicet argenti 50.) quam huiusmodi facto sanctio generalis imponit, cogatur expendere. ¶

Neque ex quo numerus rotundus 70. alicubi pro 72. receptus extat, probat

bat ratio ulla, hic pro 72. sumi debere. Dixerit ne quis per 70. iudices in Tabornana, (de quo Plinius natural. hist. 6. c. 22.) qui de rege post appellationem à 30. rectoribus, cognoscerent 72. esse intelligendos, quia numerus hic alicubi pro 72. accipitur? Certe non majori ratione (inquit Seldenus) quam si 30. ibi 32. significare autumaret. Denique quia cum Synedrio aliquis præficere debeat, ex 73. constare fateri tenentur, qui numerus Hebræis tam insolitus, quam passim 71. pro Synedrio magno receptissimus. Et quidem nil magis inculcatum, quam Synedrium non æqualitè libratum fore, unde non ex paribus, sed imparibus constare debere. Sic Gemar. Babyl. ad tit. Sanhed. cap. 1. fol. 3. & fol. 14. & ad tit. Sota c. 9. fol. 44. & Misna tit. Sanhed. c. 5. Mekilta fol. 35. Moses Mikotz Præc. Negat. 195. & Affirm. 98. Buxtorf. filius Lexi. Cald. Talmud. col. 2513.

\*\*\*

§. IV.

*Proponuntur rationes in opp situm inclinantes, & numerum 72. ex D. Luca cap. 10. in Synedrio, Magno à Mose institutum fuisse.*

5. **P**ROBAT Maldonatus num. 72. constare Synedrium, eo quod aliter fieri non posset populi ejus ñmia æmulatione considerata, & qua polluebatur invidia: Vnde ex qualibet tribu senarius numerus eliciendus, ut sic æqualiter omnes in iudices cooptarentur, & sine alicujus tribus reclamacione ex 72. Synedrium componeretur: tum ex illo Lucæ c. 10. ubi alios septuaginta duos in discipulos elegisse constat, & sicut, ut umbræ veritas, responderet, pro duodecim tribus, duodecim vocavit Apostolos, sic pro 72. presbyteris seu senioribus Moïsi, totidem 72. in discipulos dicendum est elegisse.

Verum in primis locus Evangelistæ licet convincat discipulos Christi fuisse 72. non autem convincit totidem in Synedrium presbyteros esse cooptatos, neque ut ijs in numero responderent discipulos 72. designasse, cum satis potuerit esse pro ratione sua voluntas, vel si istius numeri apud Lucam desideres congruentias, plures obtraha

Beda, sine præjudicio septuagenarij Synedrij iudicum numeri. Quod si dicamus ad instar Synedrij discipulorum numerum Dominum instituisse, & apud Lucam referri, nondum satis esset à nostra ut revocaret sententia. Quoniam, ut inquit Canus de locis Theologicis, pluries librorum incuria mendum Sacram Scripturam irrepit, ut ipse pluribus manifestat. Neque septuaginta interpretes 72. legerunt aliosque vetustissimos codices Græcos sic habere: *posthac autem designavit Dominus alios septuaginta*, constat. Sic etiam legisse Origenem ipse ostendit, hom. 7. namque Exod. sic inquit. Ibi enim arbores repentur 70. palmarum, non enim solum duodecim Apostoli fidem Christi prædicaverunt, sed & alij septuaginta missi ad prædicandum verbum Dei referuntur. Sed huic secundæ expositioni nimis non fido. Quoniam sicut in nostra Vulgata, 72. legitur in Vaticano, & in Harmonijs verustis Græcis Taciani c. 67. & Ammonij cap. 117. Arabica etiam versio Romæ ann. 1591. edita habet similiter *duos & septuaginta*. Et Epiphanius qui floruit sub ann. 380. unus est codicibus, quibus erat numerus idem. Hanc ergo lectionem antiquitus esse receptam, ex August. Quæst. Evang. lib. 2. c. 14. & lib. 1. de Mirabilib. Sacræ Scripturæ cap. 9. liquet.

Ad fundamentum, quo movetur Maldon. facilis est evasio, sicut enim Deus contempta populi æmulatione tribum Levi alijs relictis elegit in sacerdotium; potuit Moïses postposita aliorum invidia, quos probatæ virtutis & dignitatis, ad munusque Synedrij magis idoneos recognovisset, odio & amore liber iudices designare, sicut singulariter in sui consortium ut propius propinquusque alijs montem ascenderet & accederet, prætulit non semel Josue. Vel si hæc præcedentis tuta defensio non sit, recole quæ obvia sunt in Hebræis, ut invidia tribuum non reclamante electio iudicum pacifica foret & nos tradidimus Genes. cap. 49.

Deinde numerum septuagenarium & binos alios comprobatur illud Num. 11. Quoniam præter septuaginta seniores illos quos designare præcepit Deus, constat duos alios in castris relictos esse Eldad & Medad, super quos requievit spiritum Domini, in-

*Deserit  
Maldonatus:*

quic textus, quod, signum eorum qui iudices electi sunt, certum erat. Quo, Spondanus, Baronius, & Hugo Grotius Heldad, & Medad inter presbyteros referri, moventur. Verum ex eo nihil contra numerum septuagenarium licet referre, quoniam donum prophetiæ iudicium ita proprium non erat, ut alijs, qui Synedrij non forent, convenire non possit, ut Moysis indicant verba. *Quis tribuat ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum.* De ijs autem duobus sic habet Glossa Talmudica. Bini ex septuaginta illis qui adibant, ut sortes tollerent, sustulere manibus suis schedulas puras, & relictæ sunt schedulæ binæ inscriptæ in pixide, illæ autem ad Eldad, & Medad spectarunt, qui non adfuerunt, ut sortes tollerent timentes nimirum, ne sibi non obligissent puræ. Atque hoc est, (subdit) quod scriptum reperitur, & relictæ sunt viri bini qui erant è conscriptis, quasi dicerent, inscriptæ schedulæ (binæ scilicet) ad eos in pixide spectarunt, sed non adveniebant, ut eas inde tollerent, adeoque asserunt inter conscriptos.

Aliiter de ijs duobus tenet Pesichtha fol. 46. Ideoque (inquit) dicitur, & hi fuerunt in conscriptis, seu inter conscriptos, quoniam nempe erant in urna inter eos, quibus *Presbyter* inscriptum est, in manus autem eorum ascenderunt schedulæ puræ, ideoque non dicitur fuisse eos conscriptos, sed inter conscriptos. Palam namque est conscriptos duplici notione sumi debere, aut de primis conscriptis 72. unde 70. seligerentur postea, aut de conscriptis nomine *Presbyter* solis 70. Eldad autem & Medad fuerunt ex conscriptis 70. non autem ex conscriptis nomine *Presbyter* neque ex selectis.

Quoniam numerum septuagenarium juxta doctrinam Hebraicam esse diximus, scrupulus unus restat. Quo-

niam in corpore Talmudico reperitur locus expressus in Misnaioth tit. Jadin seu de manibus lavandis cap. 4. §. 2. fol. 157. in Talmud. Babyl. ¶ Dixit Simeon Ben Aizai accepisse se à septuaginta duobus presbyteris, seu senioribus, tempore quo collocarunt R. Eliazer in consessu seu cathedra, sua omnes victimas comessas, etiam nomine suo haud rite immolarentur, legitimas quidem esse, sed dominis suis seu immolantibus nil prodesse, eo quod nomine suo rite immolari debuissent, exceptis tamen paschate, & hostia pro peccato. ¶ Hujusmodi autem testimonium refert parum, quominus revocet nos à proposita opinione, & si sola Rabbinica eruditione niteretur. Distinctum namque est recognoscere jus, cum integra à Mose tradita Politia manebat, jurisque sui erant Judæi, aliter accessis sæculis, Hebræorumque rebus sub imperio Romano, illius pristina Synedrij evanescente continuatione. Hoc enim statu veterum tribunalium velut umbras solum habuere, talia erant in utraque Palestina Synedria, utroque codice memorata, L. 29. Cod. Theod. lib. 16. tit. 8. L. 17. Cod. Justin. tit. de Juda, de quo Cujacius lib. 7. Obser. 30. Interim enim instituta non tam regiminis imperij, aut jurisdictionis causa, seu ut tribunalia vera, quam doctrinæ gratia aut scholæ. Ex quibus propter summam erga doctores reverentiam oriebatur imitatio quædam imperij & jurisdictionis, civilisque obedientiæ, quæ potius scholastica, quam forensis erat. Vnde talis confessus etiam nomine non solum Cathedræ, sed Synedriorum appellabatur, quibus sæculis numerus seniorum & presbyterorum incertus erat, nec juxta pristinam terræ sanctæ dum sui juris erant, disciplinam observatus, pro varia temporis, locive circumstantia variatus.

Exod. 24. *Moses Aaron & 70. Seniores ascendere præcipitur.*

Exod. 19. *Sacerdotes, & populus ne transiant terminos.*

Vide Exod. 19.

Exod. 24. *Duodecim titulos erexit Moses.*

Levit. 26. *Nec titulos erigetis.*

**A**liqui asserunt *titulum* pro altari accipiendum esse, sicut Gen. 35. cum Jacob titulum lapideum erexit,

loco, quo locutus fuerat ei Deus, oleum super eum & libamina fundens, quæ libatio super akari fieri debet. Verum hoc

hoc cum textu non facile compati potest, alias non altare, sed duodecim altaria Moses ædificasset, quibus pro qualibet tribu immolarentur hostiæ, & sic necessarium illud, extra duodecim à Mose relatum altare non foret. Maxime autem tunc id inconveniens esset, cum populus rudis duodecim altaribus immolans pluribus dijs sacrificare forsan poterat existimare.

Dicendum ergo est Mosem altare prius ædificasse, deinde duodecim lapides erexisse in memoriam duodecim tribuum. Hoc constat fieri absque inconvenienti potuisse ex illo Josue qui iratus, quod duæ tribus quæ ante transitum Iordanis acceperant hæreditatem, altare nimis magnitudinis constitissent, ubi quis intelligere posset, voluisse sacrificium offerre, contempto intra atrium designato sacrificandi loco in Silo collocato, comperto, quod in memoriam posterorum fecissent, placatus est cum alijs tribubus, quæ jam paraverant bella, ut haberetur Josue capit. vigesimo secundo. Nisi quis dicat, quod sicut Josue capit. quarto, lapides

duodecim magnos de alveo Iordanis extractos unum componere altare præcepit in memoriam duodecim tribuum Israël, sic ex illis duodecim lapidibus sive titulis fieret unum altare, eosque ad mutuam inter se concordiam provocaret unio duodecim distinctorum lapidum in altari, & sanguis super illud effusus pactum & fœdus cum duodecim tribubus Israël confirmaret, ut haberetur de sacrificio Eliæ 3. Reg. 18. Ex ijs conciliatur Antilogia, quoniam titulus qui Levit. 26. prohibetur, erat lapis positus in signum cultus, quocoram inclinati seu genuflexi adorabant idololatræ, unde lapis erat insignis, non sic lapides quos in titulos Moses erexit, maxime si constructum ex illis foret altare, quod ex lapidibus rudibus & informibus fieri præceperat Dominus, ne in sculptrura lapidis periculum esset idololatræ & lapis offensionis Iudæorum fragilitati, ideò non constat nomina tribuum lapidibus illis insculpta, sicut in rationali & Ephod, quæ ornamenta vestium sacerdotarium erant.

Exod. 24. *Viderunt Deum Israël.*

**D**icendum est, quod viderunt ij de quibus Exod 24. Deum Israël, quatenus nubem quandam valde lucidam, ubi Deus sedem habuisse innuebatur, intuiti sunt, & sic vidisse Deum dicuntur, cum montem fumantem, nubemq; caliginosam & ignem erectum in cœlum conspicerent. Deut. 5. Hominē

Exod. 24. *Et sub pedibus ejus quasi opus lapidis Saphyrini. Ubi Deum in aliqua figura apparuisse, constat, cum pedes illius distinctione clara cognoverint.*

**A**rgumentum Mosi inefficax, foret, si alicubi & non solum in Horeb vidissent similitudinem, unde dicendum est hic non visum sub aliqua similitudine. In corporibus ergo proprie reperiuntur positiones. *Superius & inferius, ante & retro.* Illa ergo nubes pro parte superiori correspondenti quoad situm capiti, in habentibus partes, erat lucida, magis inclinans ad naturam lucis quam coloris, pro

Exod. 33. *Non videbit me homo, & vivet.*

autem videre divinam essentiam & vivere impossibile (potentiam ordinariam intellige) esse inquit Deus Exod 33.

Sed dicere aliquis posset, quod Num. 12. sic dicitur: *Ore ad os loquor ei, & palam, & non per aigmata, & figuras Dominum videt.* Sed de ijs. Num. 12.

Deut. 4. *Nullam vidistis similitudinem in die, qua locutus est Dominus vobis in Horeb de medio ignis, ne forte decepti faciatis similitudinem & imaginem.*

parte inferiori, quæ densior erat, coloris alicujus naturam induebat. Pars autem inferior nubis comparatur ut pedes. Cum autem populus ille rudis intra nubem Dominum contineri cogitarent, in parte superiori capitis, & pedum in inferiori partes distinguebant, ut super extremitatem nubis versus terram starent Domini pedes, & aliter versus cœlum extremitate reliquum totum corpus.



## EXPLICATIVR

Ex. 24. in sensu morali.

## S. I.

Labores, &amp; tentationes proficiunt.

5. **E**XOD. 24. dicitur, quod viderunt Deum Israël, & sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphirini: in Hebræo legitur, quasi lateris, quid cum vilissimo latere lapis sapphirus, ut throno Dei lateres, & sapphiri deserviant? Ratio est, quoniam Israëlita passi sunt gravissimos in lateribus efformandis labores: *Palea non dantur nobis, & lateres similiter imperantur*: ut ergo Populus intelligeret quanti fecisset Deus labores, loco laterum viderunt sapphirum, labores namque justorum in pulcherrimos convertuntur gloriæ sapphiros, nulla namque tribulatio, tentatio, & angustia non proficit tolerantibus in justitia.

Refert Cæsalpinus lib. 3. artis medicæ cap. 8. lapidem in Draconis capite reperiri, qui mira virtute gaudet ad venenum arcendum; Hoc in tentationibus reperitur quia à dracone infernali immixta justis retunduntur in ipsum. Licurgus, teste Plutarcho, in Apoph. reg. interdixit ne cives sui adversus eosdem hostes sapius militarent, ne inimici fieret bellicosiores: Quo magis ergo ab inferissimis hostibus impugnamur, eo bellicosiores efficitur, virtus enim in infirmitate perficitur, aliàs sine amulatione torpesceret virtus. Vix ergo homo servitute Dæmonis fugit, cum ab illo tentationibus insectatur. Ideo tentationibus Dæmonis magis obnoxij sunt probi, quam improbi: non quarit Diabolus, inquit D. Hieronymus ad Eustoch. homines infideles, non eos qui foris sunt, & quorum carnes Rex Assyrius in olla succendit, de Ecclesia Christi rapere festinat, escæ ejus secundum Abacuc electæ sunt. Job sub venire cupit, & devorato Judâ ad embrandos Apostolos expetit potestatem.

Apparuit mulier in caelo, quæ symbolum animæ sanctæ est, & illico draco stetit ante mulierem, Quare hoc?

quia concepit, & erat parturiens, vix enim homo concepit odium peccati virtutumque fructus incipit parturire, cum Draco ante animam stans illam, & filium, id est virtutem devorare conatur, & spiritum nascentem extinguere, ubi justus Dæmonis insidias effugere cupit, Draco contra voluntatem stat, ut affectum deglutiat, & propositum terreat, verum datæ sunt alæ aquilæ magnæ, id est divina protectio, sicut filius mulieris, qui in solitudinem raptus est juxta illud *in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum*: Alis enim divinæ gratiæ custoditur bona voluntas in omnibus viis suis: Dæmon ille, qui hominem possidebat, & acerbè cruciabat, inquit textus, quod discerpebat illum, cum exiret de corpore illius: *Exiens discerpit*, inquit D. Gregorius lib. 33. moral. ca. 68. quare exiens discerpit? Quoniam Dæmon cum hominem tenet, non cruciat, non discerpit quem possidet: *Ecce*, inquit D. Gregorius, *cum non discerpebat, cum tenebat, exiens discerpit*. Cum homo ille sub dominio Dæmonis erat, amicitiam cum dæmone profitebatur, cum illo tanquam cum amico se gerens, quando autem cogitur à Christo de corpore exire, quando homo jugum dæmonis excutiebat, tunc tanquam inimicum discerpit: *Exiens discerpit*. Hinc oritur tentationes non sentire sceleratos, in bonis inquit D. Augustinus, concupiscit adversus spiritum caro, nam in malis non habet contra quem concupiscat, ibi enim contra spiritum concupiscit, ubi est spiritus. Mundus inquit Div. Chrysolog. adversus desertores suos fortius pugnat, & egredientes vitæ sæcularis illecebras gravior congressus expectat. Nam, & in exitu Israël de Ægypto Pharo vehementius excaudescit, & Satanas egrediens ab homine, quem ab infantia tenuerat, ipsum gravius in egressu discerpit. Communis cursus vitæ præsentis est tentationibus apprehendi, nam ad virtutis exercitium Hierosolymis relictus est Jebusæus, & Apostolo spiritus satanæ datus est, ne revelationibus extollatur; Arenam pugnæ arripitis ingressus es, in qua non apprehendes brævium, nisi curras; non coronaberis, nisi pugnes.

Cum Dominus viarum nostrarum in caelum sit rector & gubernator, tentationes

*Justi magis tentationibus sunt obnoxij.*

6. *Tentationibus infus percellitur.*

tationes permittit, ut iusti perfectiores evadant, non tamen in ullo lædantur. De Arabibus refert Rodhyg. li. 18. lect. ant. cap. 35. Vipérarum morsus minime illis fuisse lethales, sic in certamine hostium spiritualium, eorum morsus sunt salutes, nam cum impetitur, & prævalemus tentamur, & non succumbimus, dum oppugnat violentissimè Dæmon, & non expugnat futuræ nobis retributionis pondus accumulatur, & dum laborem certaminis irrogat, victoriæ nobis materiam subministrat. Quid enim gloriosius Christianis, quam tres infensissimos hostes, Dæmonem, mundum, & carnem expugnare blanditiis, & armis ipsis, quibus ipsi expugnare homines solent, sicut dicitur de Menelao, quem maxime commendabilem refert Zosimus lib. 2. fuisse in Constantij imperatoris acie, quod terna simul in hostes tela jaciebat, totidemque confodiebat hostes, sic homines strenui fiunt hostes animæ debellando: Numquam ergo Deus in ruinam permittit justos tentari, attemperat enim infirmitati patientis tentationis labores, aliquibus, quos speciali fortitudine munit, immediate post conversionem permittit Deus tentari; sed sæpe allicit prius consolatione sensibili, deinde Dæmonis exponit oppugnationi, ne timentes hostes, qui insurgunt præ virtutis infirmitate deficient, ideo post promissiones, & postquam toties Abrahamo apparuisset Deus tentavit: Dominus per desertum populum duxit non per terram Philistinorum; Quare hoc? quare per terram Philistinorum non transmigrauit Israël, ut brevius terram promissam calcaret, cui nimis Philistinorum fuerat vicina? Ne forte Israël pecciteret exitus ab Ægypto, si vidisset consurgere bella, parum enim Ægyptus à terra Philistinorum distabat, ideo quousque mare rubrum transfretarunt, & per desertum fuerunt castrametati, terga vertere non valentes, hostes non surrexerunt, nec supervenere labores; Hac ergo providentia suavi erga recenter convertos Deus se gerit, quando namque parum ab Ægypto voluptatum, & immunditiæ videt eos Deus distare, non permittit tentari, neque cupiditatem consurgere, bella, ne pugna ingruenti, & irruentibus hostibus redeant incrum ad

Ægyptum & ad vomitum delictorum.

Similem homini seminanti vocavit Deus Ecclesiam simile est regnum calorum homini seminanti, Deus seminans est virtutes, & semen bonorum desideriorum infundens hominum cordi, verum eodem tempore, quo virtutum seminatum est triticum, Diabolus seminavit zizania, Cum autem fructum fecisset (bonum semen) tunc apparuerunt & zizania. Quare non apparuit zizania nisi postquam semē bonum in fructus virtutum erupit? Quoniam si ante incrementum frumenti apparuisset zizania gravi exponeretur triticum suffocationis periculo, excresecat ergo prius tritici bonum semen, excedat fortitudine malum, ne forsitan superetur ab illo; Deus enim supra fortitudinem iusti, magnitudinemque virtutis, numquam permittit tentationes consurgere, nec apparere zizania, donec in fruges creverit hominis virtus, quia aliter Deus tentationem permittit, aliter Diabolus tentat, hic ut subruat; ille ut coronet; inquit D. Ambrosius.

Euripides neminem esse clarum dicebat; nec virum illustrem sine laboribus; ideo ergo Dominus nullum vivere justum sine tribulatione permittit, quoniam sicut igne probatur argentum, & aurum in camino, ita corda probat Dominus, inquit sapiens: Justus enim, quo magis igne tribulationis affligitur, eo magis augetur, & crescit. *Multiplicata sunt aqua, & elevaverunt arcam*, dicitur de arca Diluvij, qua pauci iusti tunc temporis intempestate degebant; Quis arcam in ter tumentes aquarum fluctus videret jactari, quis inter rupes collisam naufragium pati non credidisset? Verum tamen quo magis aquæ crescerent tempestatis despumantibus fluctibus, eo magis super Armeniæ montes elevabatur; sic justus fluctibus, quibus tribulatus hinc inde jactatur, crescit. Tribulatio acuit in iustis fervorem, tollit teporem: Tentatur Apostolus Paulus, vexatus clamat, & cælum gemitibus vult referare. *Ter Dominum rogavi; sed tribulationem non gladium, sed stimulum appellavit. Datus est mihi stimulus carnis: Quare stimulus, & non sagitta, vel gladius? Quoniam hæc bellica arma, non solum ferire: verum interficere solent, stimulus autem non interficit, sed*

Initio conversionis infirmitates non experiri.

Non est in virtute progressus, nisi præcesserit tribulationis afflictio.

sed punit, ut iter vivacius agatur, ideo comparatur stimulo tribulatio, & tentatio, quia hæc perficit non extinguit, excitat spiritum, ut velocius currat, celerius volet. Caro cum de penitus delenda Carthagine ageretur coram senatu Romano, defendit non delendam, ne Romani otio torperent. *Va*, dixit, *Romæ si Carthago non steterit*. Hoc idem de tribulationibus, & tentationibus est dicendum; repescit enim virtus, si tentationum stimulo non pungatur & in infirmitate non perficiatur, id est in rebellionem, & seditionem passionum, inardescit animus namque ut confringat motus illarum, & ad pugnam præcingitur accuratius. Quis vasa Gedeonis cum frangerentur non crederet ruinam passura; verum qui fictilia confrégit splendescere magis fecit, & lucem occultam ostendit. *Cum hydras confrégissent, tenuerunt sinistris manibus lampades*, sic justus cum magis vexatur tribulatione, magis splendoribus crescit.

Nullus enim est in virtute progressus securus nisi præcesserit tribulationis afflictio; In montem Thabor discipuli assumpti splendorem gloriæ viderunt sic gaudio perfusi, ut nihil aliud appetiverit Petrus, *Benè est nos hic esse*. Verum brevis ille splendor obtenebravit eos. *Obumbravit eos*. Ad conspectum Angeli turbatur B. Virgo turbata est, verum brevissimè Spiritus sancti gaudio repletur. *Quod enim ex te nascetur, sanctum vocabitur filius Dei, Deum de Deo, lumen de lumine*. Quare hoc? quare Apostoli speculatores facti gloriæ, & splendoris inenarrabilis Christi obumbrantur, & B. Virgo, quæ Angelici sermonis tenebris obscuratur, & ad conspectum Spiritus Angelici perturbatur, tam illico repletur Divino splendore? Rationem reddit textus, quia in Thabor gloria, qua Apostoli fuerant perfusi, cepit à luce, *nubes lucida*, ideo in tenebras declinavit, *Obumbravit eos*, B. V. gaudium cepit ab umbris; *virtus altissimi obumbrabit tibi*, ideo gaudio fuit perfusa perenni, & splendore cœlesti, quia in hoc mundo nullum perpetuum est gaudium, nullus est splendor securus, nec in perfectione progressus nisi tribulationum præcesserint umbræ. Nulla virtutis perfectio stabilis quæ non antecesserit contradictionis stimulus.

Loquitur de Baptista Joannes Evangelista, & negat illi titulum lucis; *Non erat ille lux*, Dominum autem solidam lucem, & veram esse affirmavit, *Erat lux vera*. Quare Baptista cognomen lucis Evangelista negavit, eum habuerit luminis splendorem? *Ille erat lucerna lucens, & ardens*. Quoniam in conspectu lucis, & splendoris, qua Christus micabat, lux Baptista non splendebat, lux erat Baptista, sed Christus solus erat lux vera; Quare hoc? quoniam cum Christus describitur lux, erat lux à tenebris infectata, persecutionem tenebrarum perpeffa. *Et lux in tenebris lucet, & tenebra eam non comprehenderunt*. Baptista vero fuerat lucerna, quam nunquam perflavit Aquilo persecutionum, contradictionis ve odium. *Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Ioannes, ut omnes crederent per eum*. Ideo ergo tunc lux Baptista non appellatur, quia non refertur persecutione tentatus, *Non erat ille lux*. Christus autem lux solida, & vera appellatur, quia tenebrarum refertur persecutione jactatus: *Erat lux vera, & tenebra eam non comprehenderunt*. Nullus ergo est solidus splendor virtutis, nisi compareret igne persecutionis; *virtus licet infestetur, inquit D. Chryostomus; ea occasione illustrior fit, & clarior*. Quod prædixerat Deus per Isaiam, *Eccc ego creavi fabrum sufflantem in igne, pruna*, ut perficiatur virtus, & maxime splendeat, quia cum exuritur persecutionis ardore, inquit Tertullianus, magis probatur, & à fæce vitiatæ naturæ probatur, neque virtutis nobilis triumphus, nisi de persecutionibus reportatus.

Cum Dominus gloriosum ostentare voluit Hierosolymis triumphum, *Nullus virtutis nobilis triumphus nisi de persecutionibus reportatus*. ex ore infantium, & simplicis turbæ perfecit laudem; *Hosanna filio David*, pueri turbæque canebant, in Hebræo legitur: *Hosanna filium David*, id est salvum filium David Dominus reddat, sicut incolumem ipsum servavit David, sic feliciter regnet Christus filius David, sicut prosperavit Deus David. Quare Christo Domino Salomonis non imprecantur felicitatem? Salomon gloriosius regnavit, quam parens ejus David; si ergo popularis illa acclamatio gloriosius regnum Christo desiderabat, quare non imprecatur Salomonis

Salomonis imperium: Optime Janfenius in concordia Evangelica *Cujus David per omnia fuit typus, Regi suo fausta precantur*, quoniam gloriosius fuit regnum David, magisque triumphus illius faustus, quam regnum Salomonis; Salomon autem sine hostibus gubernabat, sine ullius persecutione cinxit coronam, David intexta spinis persecutionum caput redimivit corona, invidum hostem passus est Saül ad interuicium quarentem, Amnon incestuosum & interfectum ploravit, Absalon impiũ in ipsum arma moventem fugit veluti parricidam, Semel maledicentem magnanimitè tulit, Joabum objurgantem nimis amarè toleravit patienter, imo & fugillanti obedivit, duarum tribuum ærumnas regis David auxit ambitio, laceravit subditos suos amatè famis triennis, & pariter pestis; quid plura sub magnanimo Principe: omne lugubre, cuncta infausa, undique labor, undique tribulatio sub regimine invidi David; ideo gloriosior triumphus, quia gloriosior triumphus est, qui persecutionibus comparatur, quam qui obtinetur inter delicias, ideo popularis illa acclamatio felicitatem pacificam Salomonis floribus deliciarum intextam Christo non imprecatur, sed coronam David laborum tribulis, & persecutionum spinis mirabiliter adornatam, quia magis gloriosa, & Domino magis grata. *Hofanna filium David*; ideo voluit sponsam Deus asperitibus coronari. *Coronaberis—de cubilibus leonum de montibus pardorum*, quia hæc triumphata, inquit Gillibertus Abbas, coronæ ministrant materiam. Neque redditur triumphus sublimis, nisi fuerit triumphans vehementia tribulationum fortiter laceratus. Summis laudibus Magdalenzæ Christus commendavit unctionem. *Vbicumque predicatum fuerit Evangelium hoc in toto mundo, & quod fecit hæc narrabitur, in memoriam ejus*. Quare generosus animus Magdalenzæ majori laude non commendatur cum sola custodibus imperterrita visitavit sepulchrum? Quare commendabilior est unctio? Quoniam quærens Dominum in sepulchro persecutionem non sensit, cum Dominum unxit aromatis unguentorum murmurationis stimulis pungebatur, detraxit Simon, discipulis fuit invisus, & à Juda

fuit laceratus, ideo illa actio quo magis persecutionis insidiis fuit obnoxia, eo laudibus majoribus digna. *Vbicumque*.

Ut jugis memoria beneficii Divini maneret, quod Deus in populo mirabiliter est operatus, quando transiit Jordanem, duodecim lapides jussit ex Jordane eductos in monumentum gratitudinis collocari: *Portate singuli singulos lapides in humeris vestris juxta numerum filiorum Israël, ut sit signum inter vos*: Josuè autem gratitudine motus duodecim alios lapides in alveo Jordanis erexit in memoriam Divini favoris, *Alios quoque duodecim lapides posuit Josuè in medio Jordanis alveo, & sunt ibi usque in presentem diem*. Dionisius Carthusianus lapides primos inquit parvos fuisse, maximæ autem molis fuisse secundos, ideo Josuè inquit illos posuisse *per adjutorium multorum propter magnitudinem*. Quare monumentum erigi jussit à Deo ex parvis conflatur lapidibus, & erectum à Josuè voluntarie construitur ex magnis? Ratio est; quoniam lapides primi in terra stabili jubentur locari, ubi nil erat, à quo dimoveri valerent, *Vbi fixeris tabernacula*, ideo satis fuit lapis quantumvis parvus, lapides autem quos erexit Josuè in medio alveo locandi fuerant, *in medio Jordanis alveo*, ubi fluctibus jactarentur, & frequenter colliderentur, ideo magnæ molis lapides sunt necessarii, quia non posset à fluctibus non commoveri lapis, qui non fuisset magnus, *Propter magnitudinem*, virtus quæ contradictionem nullam est passa, inferioris valoris est, quæ vero immobilis est perseverans, etsi fluctibus contradictionis jactata, hæc est magna, & solidi ponderis. *Propter magnitudinem*.

Imo tribulatio, & labores virum efficiunt majorem, de Esau dicitur, quod *major serviet minori*, nunquam Esau fuit fratre inferior, nec unquam illi servivit, quin potius Jacob Dominum Esau appellavit: *Præcedat Dominus meus Esau*. Quomodo ergo Esau servus dicitur, Dominusque Jacob D. Augustinus reddit rationem, serviet minori persequendo, Jacob, qui natura fuerat inferior, persecutione, & tribulatione factus est fratre superior, & *Dominus fratris serviet minori*, Quinque enim, inquit Haym. lib. 2. in Apocalyp. sunt modi,

8.  
Iustus fit  
tribulationibus  
major.

modi, quibus specialiter homines à Domino flagellantur, ad augmentanda merita sicut Job, & Thobias, ad custodiendam virtutem ut Paulus, ut præterita peccata corriganter sicut Paralyticus, sed electi quocumque modo affligantur, meliores ex ipsa afflictione efficiuntur, imo majores quia augentur tribulatione, & laboribus crescunt, Ideo nulla major Deo voluptas, quam hominem respicere tribulatum, Seneca cum Catonem videret inter adversitatem immobilem inquit. *Non video quid habeat supster in terris pulchrius, si convertere animam velis, quam si spectet Catonem partibus non semel fractis stantem nihilominus inter ruinas publicas.* Idem Seneca. *Ego vero non miror, si quando voluptatem capiunt Di, cum spectant magnos viros luctantes cum aliqua calamitate.*

Fugiens invidiam Saül confugit David ad templum ubi præ fame, quasi deficiens panes propositionis poposcit, *siquid habes ad manum vel quinque panes da mihi.* Annuit precibus Aquimelec, & obtulit panes David, *Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem;* sed quare contra præceptum à Domino sacerdotibus intimatum, Levit. 24. dedit Aquimelec David panem sanctificatum? Quare sanctus David ausus est accipere, & comedere panem? Nec Aquimelec, neque David legem, & præceptum violarunt, cum David jam fuisset consecratus sacerdos. Quare hoc? quoniam persecutionem Saül patiebatur, qui ne coronatum videat David, desiderabat caput ejus esse truncatum, insectatur David, ne regis confunderet majestatem, sed tribulatione, & laboribus altiore affecutus est dignitatem, nempe Pontificiam quæ longe est præstantior, ut inquit Divus Chrylost. *Si quis Princeps diademate coronatus majorem illo potestatem habet, ipsa persecutio Saülis fecit conscendere ad sacerdotis dignitatem supremam, ideo fas fuit David sanctificatos edere panes, quia labores reddidere David magis illustrem, sternentes viam ad sacerdotales honores, David inquit D. Hieronymus; non erat de sacerdotibus, nec licebat ei comedere panes propositionis, sed quia persecutio Saülis virtutum illius profectus erat, propterea in fuga sua dum nescit, subito antistes efficitur.* Tam longe namque est, quod la-

bore justum obscurent, quin potius magis micare faciunt.

De vinculis Joseph inquit vulgata nostra: *Dissoluta sunt vincula brachiorum ejus.* In Hebræo legitur, ut advertit omniscius, & lux Hispaniæ Abulensis, *Topazius constitutus fuit super brachia eius,* vincula namque, quæ Joseph afflixere, & quasi ad servitutem redigere videbantur, topazii brachia reddidere decora, labor namque decus est justis, & ornamentum patientis: Ascendens Christus in altum, & captivam ducens captivitatem rex gloriæ à spiritibus cælestibus recognoscitur, & appellatur. *Et introibit rex gloriæ;* descendit Deus de arce cælesti militia comitatus Angelica, sed Princeps non appellatur, nec ab ullo recognoscitur dominator. Quare descendens Angelicis spiritibus comitatus Princeps non est vocatus? Quare negatur titulus regis, cum ascendens ab omnibus rex conclametur? Ratio est, quia ascendens plurimas subiecit pressuras, ascendit cum antea vinculis fuerat adstrictus, verberibusque flagellatus, ipsa ergo verbera, atque tormenta expoliverunt coronam, & exornarunt purpuram majestatis; *Merito,* inquit Eusebius Emisenus, *post peractam nostræ redemptionis administrationem regis dignitatem suscepit.* Quoniam laboribus major dignitas comparatur, laboreque seminati repullulant frequenter in lauros. Inter cælestia gaudia vidit Joannes agnum immaculatum, inquit autem apparuisse mactatum *Tanquam occisum.* Quare apparet occisus, si fruitione gaudebat æterna, & inter cælestes fuerat delicias? Quoniam commendabilis apparebat, dignitatum prædicabatur titulis variis præclarus: *Dignus est accipere virtutem, & divinitatem, & fortitudinem, & sapientiam, & honorem, & gloriam.* Ideo refertur occisus; *Dignus est agnus qui occisus est ut cognoscatur laborem, & occisionem causam unicam fuisse honorum, & dignitatum, quibus commendabilis apparebat, quia seminati labores repullularunt in lauros, pretiosamque intererunt coronam.*

Morti vicinus Jacob nepotibus suis Manasseo, & Ephraim benedictiones largiri, sicut & filiis decrevit, verum animadvertit Joseph manus commutasse

mutasse parentem, extendit namque manum dexteram super caput Ephraim, qui ad sinistram Jacob collocatus fuerat, & sinistram super caput Manasse, *commutans manus*, Cui Joseph inquit: *Non ita convenis pater*, Jacob autem spiritu Prophetico afflatus noluit à proposito resilire: *Scio fili mi scio—sed frater ejus minor major erit illo; & semen illius crescit*, quia majorem Ephraim receptorus erat benedictionem, ideo commutavit, consulto manus; *commutans manus*; sed quid manuum intererat cōmutatio, ut Ephraim augetur splendor, & bonorum cresceret copia? Plurimum quidem, quia avunculi benedictio fuit Ephraim felicitatum origo; ubi namque vulgata legit *commutans manus*: vertit ex Hebræo Lypomanus: *supponens manus in modum crucis*, ideo ergo Ephraim fratrem prerogativis excessit, & splendoribus superavit, quia avunculus largitus est illi crucis benedictionem, ex cruce namque gloria, & splendor hominibus accrescere solet.

Nomen, quod tunc temporis excesserat omne nomen, acquisivit invictus Patriarcha Jacob, *Israël erit nomen tuum*. Quare tam magnificentum nomen? unde Jacob eximia nominis gloria? Ratio est quoniam in laboribus fuit magnanimus, & in tribulationibus constans, etenim tulit de lapidibus, & supponens capiti suo dormiebat, à fratre insectatus sic tranquillus ostendebatur, ac si nullum recognosceret hostem, sic quietè somno soporabatur, ut durities lapidis superpositi capiti sic alliceret ipsum dormientem, ac si molle pulvinar foret, hæc ergo inter labores tranquillitas acquisivit Jacob honorificum, gloriosūque nomen. *Israël erit nomen tuum*. Labores enim augent homini patienti gloriam & splendorem, & addunt auctoritatem. *Vide ne feceris, conservus enim tuus, suum*, inquit Angelus Joanni ipsum revereri, & adorare volentis. Quare noluit Angelus honorem à Joanne referri, cum ab Abraham, & cæteris Patriarchis permiserit adorari? Ratio est quoniam maximam dignitatem prævidit in Joanne, viderat specialem cum Deo contraxisse coronam amicitie, & ad singularem conscendisse dilectionem Divinam. Quare hoc quoniam tribulationibus agitabatur, erat tunc in insulam relegatus, tribula-

tio ergo intimitatem amoris, & specialem causaverat in Joanne amicitiam cum Deo; ideo ab intimo Dei amico renuit Angelus adorari, quia non superiorem, sed se Joanni credidit tanquam æqualem. *Vide ne feceris, conservus enim tuus sum*. Labor autem, & tribulatio strictiora cum Deo amicitie vincula reddunt, & justum benedictionibus Dei efficiunt aptiorem.

Duplici opportunitate Dominum Jacob expertus est in tribulatione adjutorem. Vidit scalam cum penè defecisset itinere fatigatus, cui Deus assistebat innisus; scalam vidit Jacob, cujus cacumen cælum tangebatur. In secunda eum timentem Esau Dominus roboravit: *Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines*; Verum in prima non constat aliquam Deum elargitum benedictionem Jacob. In secunda autem benedictionem communicavit; *Benedixit ei in eodem loco*. Quare hoc? utrobique Deus adjutor non extitit Patriarchæ? quare ergo cum innixus scalæ favit Jacob, benedictionem non elargitur? Ratio est, quoniam dormierat Jacob prima opportunitate, cum vidit scalam: *In somnis vidit scalam*; in secunda autem Jacob viriliter decertaverat; *Ecce vir luctabatur cum eo*, ideo benedictionem accepit, quia quamvis dormienti Deus assistat, sed non elargitur benedictionem nisi luctanti, non enim favores benedictionis cœlestis aliter nisi laboribus comparantur.

*Iusti patiuntur necessario in hac vita.*

Rationem adducit pro tentatione Abrahami B. filius Seleuciensis [ut ea nempe purgatum patientie simulachrum, inquit, nitidiori opere ostentato spectantem rapiat in admirationem.] Div. Chryostomus ut ostenderet igne ærumnarum probandum fore justum, & à Deo dilectum, ideo Abrahami flamma afflictionis probatur, ut multo pretiosior evaderet auro, quod per ignem examinatur. Unde qui amat, indispensabiliter patietur ærumnas, & qui virtuti incumbit, igne debet examinari laborum: Anima illa, quæ nimis Deum amat, inquit: *Dextera illius amplexabitur me*. Quare non sinistra? Quoniam manum dexteram Deus extendit ad bona cœle

*Amans necessario patitur.*

coelestia elargienda, sinistra est quæ communicat temporalia; sic Salomon tradit; *Longitudo dierum in dextera illius, & in sinistra illius divitiæ, & gloria*; ideo inquit sponsa: *Dextera illius amplexabitur*, quia cum dextera amplexatur amantem illi communicans bona coelestia, lava recedit, nec temporalia elargitur, unde fame, & inopia, quem Deus amat, vexatur, & tribulationibus probatur; unde inquit ille de afflictione, qua Deus examinat justos: *Non est savitia, sed certamen, quo sapius adierimus, fortiores erimus*. Ne in prosperis contingat evanescere justos adversitate prævia robustos facit; Nullus de insignioribus justus inveniri potest, cui Dominus ad perfectionem per labores non paraverit viam: per cruciatum præparat ad coronas, tantoque celerius justus felicitandus, quanto durius oppressus. Nec in Deorum numerum relatus esset Alcides ab Ethnicis, nisi immensis fuisset agitatus laboribus, quia virtutis comes tribulatio est, in familia Jacob innocens solus Joseph detruditur in cisternam, in familia Adam innocentior morti succumbit, David insectatur à Saül, & Daniel virtute conspicuus leonibus in lacum projicitur devorandus; Nil quidem ab improbo iustum distinguit, nisi pressura laborum.

Nocte, qua Dominus Ægyptiorum primogenitos interfecit, præcepit ostia domuum linire sanguine Hebræos, ut videns Dominus sanguinem, incolumen relinqueret domum; *Erit sanguis vobis in signum in aedibus, videbo sanguinem, & transibo vos, nec erit vobis plaga disperdens*. Sed, quid, Deus aut errabundus incedit? inquit Rupertus, aut obliviosus est Deus, ut nisi signum sanguinis viderit, nesciat quibus in domibus sit, aut non sit comestus agnus, & errore deceptus percutiat pariter justos cum peccatoribus? Ut quid ergo opus est Deo sanguinis signum videre, ut per Hebræos incolumes transeant? *Videbo sanguinem*. Respondet Rupertus; Non igitur per se ipsum percutit Dominus, sed potestatem dat percipienti Angelo malo, & sanguis nihilominus proficit, cum ejus intuitu non sinitur percussor domum ingredi; sed quid sanguis in ostiis intererat, ut à justis

discerneret peccatores? In nullo alio aptius dignoscere justos dæmon valeret, quia domus sanguine perlinita domus est hominis justus, domus, quæ amaritudine, & calamitatibus non esset plena, signum evidens foret domum justum non fuisse, sed peccatoris; ideo in domum ubi sanguis non erat, nec tribulatio apparebat, intravit Angelus malus percussor, pertransiens domos, quæ muro sanguinis, & laborum vallatæ fuerant; *Videbo sanguinem, & transibo vos*. Semper ergo justos calamitates concomitantur, & ab improbis faciunt differre. Homerus non alia nota Idomeneum vilem, & abjectum ab invicto secernebat, nisi tolerantia difficultatum. Inter multa magnifica Demetrii nostri, inquit Seneca, & hæc vox est; *Nil videtur infelicis eo, cui nihil unquam evenit adverse, non enim licuit illi se experiri, indignus visus est, à quo vinceretur aliquando fortuna, qua ignavissimum quemque refugit* (Et alibi) Miserum te judico, quod numquam fuisti miser, transisti sine adversario vitam, nemo sciet quid potueris, ne tu quidem ipse, opus est enim ad noticiam sui experimento, sic in laboribus ab improbo secernitur justus; amans enim Deus comprobatur amore patiendo.

Cum Dominus mortem prædiceret Petro *sequere me*, id est patiendo, & moriendo, ut cuncti Patres exponunt, sollicitus de Joanne interrogavit Apostolus. *Hic autem quid? Cui Dominus: sic eum volo manere*. Decepti autem Apostoli audientes privilegio immortalitatis Joannem existimarent gaudere: *Exijt sermo inter fratres, quod discipulus ille non moritur*. Verum aperte Apostolos fuisse deceptos manifeste tradit Evangelista: *Et non dixit, Iesus non moritur, sed sic eum volo manere*. Verum videtur Apostolos non falsum formasse iudicium, neque fuisse deceptos; quoniam Christus inquit sic sicut tunc Ioannem velle manere, vivebat tunc, promittebat ergo vivum in posterum relictum iri. Vera autem Domini verba sunt, quia non dixit Iesus non moritur. Idem ergo Dominus intellexit, cum sic eum volo manere nunciavit, ac si dixisset volo eum non vivere, sed pati, & mori, vult Dominus eum, sicut tunc erat, manere, erat

erant tunc amans magistrum ardentem, & ab illo mutuo dilectus, voluit ergo Dominus, ut amans & amatus Joannes in posterum; relinqueretur, atque ut maneret conservans vivum amoris affectum. Non ergo Christus, Joannem, asserere posset, communi mortis calamitati non subijciendum, si amantem, dilectumque relinquentum asseveravit, quia diligere Deum, & propter illum non pati; diligere ab illo, & non subire dolores, sunt contradictionis extrema.

*Amor Dei est pati non fieri.*

Frui Deo non est amare Dominum, sed se; est amor concupiscentiæ, non amicitia, multi Jesum sequuntur, ut inquit, venerabilis Kempis, usque ad fractionem panis, sed pauci usque ad bibendum calicem passionis, amant Domini liberalitatem, sed non bonitatem. Hanc legit in ultima clausula vitæ; cum staret in cathedra crucis, Christus doctrinam, cum inquit, *Deus Deus meus ut quid dereliquisti me?* Non est querela inquit S. Leo, hæc vox, sed doctrina, illa tolerare nos docuit, ut flagellatus homo, addit Gregorius, considerans quia major sit Deus homine, in omne quod patitur, se ejus judicio postponat. Quis enim homo juste mittere posset querelas, si ad Deum hominem, quem imitari tenemur, cordis oculi dirigantur? Quis à Domino desertum queratur, si attenderit prius Christum à suo fuisse derelictum parente? Quis Dominum jactet amare, si non delectet imitari patientem? non amat qui sequitur Christum per hortum floribus circumseptum, sed per desertum spinis, & tribulis undique cinctum non habet Christus in hac via, inquit. Drexelius, quod dividat, nisi tunicam, pallium, coronam spineam, funes, sanguinem, lacrymas, atque sudorem, improperium, ludibria, & flagella sunt pretiosus, & divinus thesaurus, quem solet communicare dilectis.

Ter precibus Paulus Apostolus exoravit, ut stimulum verecunde ipsum collaphizantem dignaretur tollere Deus: *Ter Dominum rogavit, & non est exauditus*: inquit D. Augustinus de D. Paulo. Alia opportunitate dæmon postulavit à Deo, ut per ipsum liceret Job penitus devastare, & illico petitioni diaboli Dominus annuit: *Ecce in manu tua est, & exauditus est ad volun-*

*tatem*: subdit Augustinus: Quare Paulus non est à Deo exauditus, cum iustissima fuerit ejus petitio, nempe subjugatio carnis sub rationis imperio, & exauditur dæmon, qui ruinam patientissimi Job postulabat? Optime D. Augustinus: *Exauditus est ad salutem, qui non est exauditus ad voluntatem*. D. Paulus spiritus tranquillitatem poscebat, tribulationem carnis tolli exorabat, ideo non exauditur, quia qui gratia divina abundabat, debuit tribulationibus superabundare ad salutis securitatem, cui fuit amor Divinus, & gratia ad sufficientiam, debuit tribulationem ad superabundantiam habere: *Sufficit tibi gratia mea, virtus in infirmitate perficitur*. Dæmon autem illico fuit exauditus, quia petit, quod Deus anxie desiderabat, nempe tribulationibus Job onerare; erat enim Job justus, amicusque Dei, ideo annuit Dæmonis petitioni; ut infirmitate, cæterisque tribulationibus tactus virtus ejus perficeretur, noluit Dominus Apostolum exaudire, tribulationem tolli poscentem, quia bonum etiam spirituale cum tranquillitate possessum periclitatur, ideo tribulationem carnis noluit recedere à Paulo: *Non est exauditus*. Annuit vero Deus diabolicæ petitioni, quia mala carnis, angustias, & afflictiones Dei Job amico poscebat, quia inter bona temporalia, quibus Job abundabat, nec securus erat, nec fuerat examinatus, ideo tribulationes immisit ad Dæmonis petitionem, ut Job inter labores Dei esse probaret amicum, & in tribulatione perficeretur illius sanctitas: *Exauditus est ad salutem*. Apud Dominum ergo summo pretio est afflictio, patientia, submissio omnisque despiciatus tolerantia; qui tribulationes poscit, assequetur; qui servus Dei cum sit, tranquillitatem fruitionemque postulaverit, repulsam accipiet, quia Deus non nisi meliora concedit dilectis; ideo qui perferit petitionis suæ repulsam, *Exauditus est ad salutem, qui non est exauditus ad voluntatem*.

Neque salus nostra solet compari cum deliciis: Vidit Joannes in Apoc. mirabilem arborem; sic fecundam, ut duodecim fructus ferret in anno; folia autem fuisse ad sanietatem

Non com-  
patitur sa-  
lus nostra  
cum deli-  
ciis.

proficua. *Et folia ejus ad sanitatem gentium.* Quare fructibus non erat hujusmodi virtus? Quare ex duodecim fructus aliquis ad salutem non deserviret? Ratio est quoniam fructibus semper adest dulcedo, in foliis solum invenitur amaritudo, non ergo fructus, sed folia voluit Deus virtutem ad sanandum habere, medicina namque semper amaricat gustum, nec remedium cœleste potest conformari cum appetitu; ideo tribulatio, quæ mirabiliter sanat humores, quibus anima contrahit obstructions, & retardatur à bono, voluntati nostræ appareat amara, Deus autem nostram dumtaxat respicit sanitatem, ideo tribulationes immittit, & laboribus, quos amat affligit.

Aberrat (prosequitur ille) qui aliam ad cœlum quærit viam, extra illam, quam Christus suo signavit sanguine: quæ fatuitas per honores, opes, & delicias sperare regnum cœli, cum Christus non sit illud consequutus nisi per contemptum, paupertatem, & crucem? Non fatuum arbitreris, quisquis triumphum sibi deposcit sine victoria? Facit hoc qui extra labores, & crucem, sibi promittit cœlum. Laborum ambis præmia, & refugis labores? Coronas quæris sine lucta? mercedem polcis sine sudore? Nimirum inter athletas numerari cupis sine certamine, inter victores sine bello? Refugis hic crucem? renuncias regno? Aut hic, aut alibi crux ferenda, hic si tuleris, ab æterna liberaberis, hic recusas ferre? feres æternum, aut divina mentiuntur oracula; unum comites Christi in supplicio latrones petierunt. *Salvum fac te metipsum, & nos.* Hujusmodi autem petitionem Christus veluti blasphemiam audit, & improprium: *Improperabant ei.* Aliam unus ex his petitionem Domino præsentavit. *Domine memento mei dum veneris in regnum tuum.* Hanc autem prædonis humilem petitionem eximiam fidelitatem, Deoque gratissimam fuisse, passim cum D. Augustino dicunt Sancti Patres. Sed unde colligi potest illam blasphemiam fuisse, hanc vero petitionem gratissimam, & virtutem heroicam? Nonne in prima compassionem tenerrima ducti solamen Chri-

sto in afflictione poscebant? *salvum fac te metipsum.* Ratio ex eo liquet, quod illi latrones Dominum adhuc in vivis volebant deserere crucem, sequi sceleratos prædones vivere sine cruciatibus, & labore, hoc fuit improprium Domino illatum, qui in mundo sternere crucem veniebat; Magnaque stultitia latronis nolle mori cruci suspensum, qui veluti prædo sceleratus vivebat, secunda vero petitio prudentissima, & gratissima Deo fuit, cum prædo pati ambiebat in vita, ut requie in alia frueretur æterna. *Dum veneris in regnum tuum.* Prudenter enim volebat felix ille prædo pati in cruce cum Christo, cum optaret coronari cum Christo, omni namque coronæ comes est crux, & illi individuo nexu sociatur, velut rosæ jungitur spina; sicut ergo non exhorrescit spinam, qui ambit odoriferam rosam, non debet refugere crucem, qui æternaturæ præmia, gaudiaque exoptat; per crucem namque assequitur Paradisus.

Prædo infelix Adam furtive furtum sustulit Paradisi, ideo exulavit: *Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis:* Dimas fœlicissimus latro furtis deditus, & rapinis introducitur paradiso: *Hodie mecum eris in paradiso.* Quare Adam propter unicum furtum delicias perdidit paradisi; & latro qui vivens plurima commiserat furta, ad paradisum admittitur? Ratio est quoniam Adam voluit perpetuo fungi velut immortalis deliciis. *Nequaquam moriemini.* Prædo pati desiderabat cruci suspensus, ideo admittitur ad paradisum continuo, imo crucem mitigata à Christo illius amaritudine, minutaque mole, convertit in paradisum; sicut contingit imitantibus, & amantibus Christum, quibus sarcina levissima fit, quia onus crucis grave est corpori faucio, gravius animo invito, sed amoris levissimum, si quem ergo fortassis crux nimiam premat, non est pondus crucis, sed defectus amoris; Amor namque ex desiderio patiendi manifestat valorem.

De sponsa, quæ præ cæteris diligebat sponsum, cunctasque antecel-  
lebat amore, inquit Divus Thomas à Villanueva: *Adolescentula dilexerunt te suavitate propter odorem, ego au-*

tem inter cruces, inter medias morses novi diligere te. In hoc ergo consistit excessus solidi amoris: Amore in Thabor laceffitus extra se raptus est Petrus, magis ac magis desiderans uniri Magistro, nec ab illo unquam abscedere velle: *Bonum est nos hic esse.* Verum hujusmodi petitionem spiritus sanctus appellavit stultitiam; *Nesciens quid diceret.* Sed ubi potuit patere stultitia? Prudens non esset, qui splendores Christi anxie bibere vellet? cordatus non esset, qui imagine illa clarissima gloriæ fungi desideraret? Quare velut nesciens Petrus haberetur bonum appetens super cuncta desiderabile? Quoniam in monte Thabor non solum gloriæ, verum etiam pœnæ recolebantur, repræsentabantur in illo venerabili micanti theatro gloriæ, pœnarum patiter circumferebantur sermones. *Loquebatur de excessu, quem completurus erat in Ierusalem.* Petrus autem volens dilectionis excessum, & amoris sui ostentare, erravit erga Christum in amore explicando, quia ostendit ex gloriæ splendoribus Christum amasse, cum ex electione pœnarum dilexisse Petrum oporteret, cum deberet amandi modum eligere extraordinarium, prælegit vulgarem: ideo nesciens vocatur: *Nesciens quid diceret.* Amare namque ex dulcedine suavitatis adolescentulis convenit, quia modus est amandi vulgaris; amare autem ex motivo pœnarum est excessus singulariter tantum amantis. Christus Dominus posset æquè homines redemisse, natus inter paradisi delicias, ac frigore, geluque fatigatus in præsepio humiliter reclinatus. Quare ergo voluit à nativitate pati temporis inclementiam? Quoniam Christus Dominus ut filius naturalis æternus ex intellectu fuit natus, ut autem filius temporalis matris immaculatæ ex amore processit, ideo spiritui sancto qui æternus, & infinitus est amor opus incarnationis mirabiliter appropriatur. *Spiritus sanctus superveniet in te.* ideo ergo labores Christus in nativitate prælegit, quia qui nascitur ex amore ambit pati, & provocat afflictiones: Ideo anima sancta ubi persensit amorem, doluit passa languores *Amore languet.*

Hoc in sacramento Eucharistiæ

constat apperte, ubi pœnas suæ passionis voluit repræsentare, totum quod Christus in crucis patibulo est passus, reliquit in Eucharistia repræsentatum: *Passionis suæ memoriale perenne*, inquit D. Thomas. Si Dominus in Eucharistia voluntatem hominum voluit subjugare amoris imperio, quare pœnas, & non glorias manifestavit Christus in sacramento? Quoniam in Eucharistia summum amoris erga homines ostendit excessum, excrevit namque, & superexcessit ingratitudinis humanæ duritiam. *In qua nocte tradebatur.* Voluit ergo Dominus summam si non æqualem in homine flammam amoris correspondere, majorem, & puriorem, quo possent homines in Eucharistia Deo rependere amorem, & quia solus amor ex motivo pœnarum est singularis, & ex motivo gloriæ vulgaris, ideo non gloriam sed pœnas in Eucharistia repræsentavit. *Passionis suæ memoriale perenne*, non enim excessus manifestatur amoris fruendo gloria pro amato, sed tolerando, & patiando.

Quadam opportunitate flamma exardebat amoris celebris illa sponsa; *Indica mihi, quem diligit anima mea? Vbi pascas, Vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam.* Cui sponsus respondit: *si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres egredere, & abi post vestigia gregum.* Sed quare noluit in domum admittere sponsam? Quare repellit sponsam, & relegavit in montem? Verum non fuit amantis repulsa, sed amantis vera, solidaque ostentatio, noluit enim in domo regia sponsæ fungi dulci præsentia, ut illam quærat in monte, frui namque sponsa intra domum, forsan esset magis commodum proprium persequi, quam amorem: egredi, & deserere domum, ut quærat tribulis cuspidatus sponsam per invia, fragosaque montis, est exhibitio solidi amoris, cum magis sponsam, quam commodum proprium amore sollicito quærat, ideo noluit in regia domo invisere velut reginam sponsam, & prælegit quærere per: *sylvas fatigatus veluti pastor: Abi post vestigia* quia noluit majestatem purpuræ regis, ostendere, sed manifestare excessum amantis, hic autem eo magis ostenditur,

dicitur, quo magis pro amato amans fudore humectatur, & laboribus fatigatur, ideo à domo regia repellit, ut quæreret per montem, & sylvas itinere fatigatus: *Abi post vestigia*. Eximius enim amor est pro dilecto quærerè pœnas, & Christi amanti indicium labore singulariter dilectos probare. Optime Seneca. Militares viri gloriantur vulneribus, gubernatorem in tempestate, in acie militem intelligas, calamitas virtutis occasio est. Dux lectissimos mittit, qui nocturnis hostes aggrediantur insidiis. Nemo eorum qui exeunt, dicit male de mè Imperator meruit, sed bene iudicavit; certamen est.

*Tribulationes profusa.*

Quamvis tribulationes infestentur amaritudine verum pertractatæ dulcescunt; ideo Apocal. 4. horrore leonis percussus est Joannes, sed illico in agnum mutatus est, frequenter Deus iustus; quos tribulationibus vexat, se præbet leonem, sed mutatur, si vere in ipsum confidant, in placabilem agam. De anima iusti dicitur, quod est veluti rosa plantata *sicut plantatio rose in Iericho*, sicut enim rosa suavius spirat spinis septa, sic anima iusti adversitatum turbine quassata in suavissimum odorem erumpit, & sicut rosa florum regina non tam spinarum satellitio laceratur, quam defenditur, sic calamitatum aculeis iustus non confoditur, sed à vitiorum flammis, & superbiæ turbine liberatur: Sicut ardenti namque ferro adamas politur, & per limæ morsus pretium ipsi ferro additur, sic cum tribulationum sagittæ præcordia penetrant iusti, purificatur, & disponitur ad coronam. De lapide Amianthon refert D. Basilius, hom. 1. de jejuniis. Est lapis quidam ejus naturæ, quem hic *Amianthon* Græci vocant, ut inquinari non possit; Hic ab igne non vincitur, sed impositus igni videtur ignescere, & in prunam verti, rursus exemptus igne perinde quasi fuisset aqua candidatus apparet purior. Hujusmodi erant trium puero-rum corpora apud Babylonios. Tribulationes ergo eo puriorem iustum reddunt, quo magis affligunt, & vexant. Themistocles Athenis, & Græ-

cia pulsus, cum à rege Persarum apud quem confugit magnis muneribus locupletaretur, suos alloquens exclamavit. *O pueri perditæ eramus, nisi perissemus*. Sic pariter Dominus quos diligit, tentationibus probat, ut illis purgati in patientiæ simulachrum nitidiori opere ostentato spectentur, & in admirationem rapiant: Naviculam ventis agitat, quo gubernatoris artem, & peritiam mireris, fluctuum ciet impetum, ut obstupescat universus videns nulla tentatione moveri, machinas admovet, murorum volens fortitudinem ostentare. Virus inquit D. Bernard. Epist. 156. *In pace acquiritur, in pressura probatur, approbatur in victoria*.

Hæc Domini est suavis conditio, ut quos diligit, per ignem tribulationis reddat purgatos, hacque flamma vincula imperfectionum comburat, ut amplius purificentur: Joann. 15. promittit palmitem fructuosum secandum, putandum, & scissuris quasi torquendum: *Omnem, qui fert fructum purgabit eum*. Quare palmitem infructuosum non secat? Quare ferens fructum dumtaxat putationis damna experitur? Quoniam palmites infructiferi in contemptum habentur, ideo nec putationis ictum, nec falcis percussione patiuntur; palmites autem sæcundi, ferentesque fructus tribulationum scissuras patiuntur, ut augeantur, & crescant in fructus. *Vi fructum plus afferat*; quia eo sunt pretiosiores, quo magis sunt afflictione purgati; quos namque Deus vocat ad pugnam, cupit victores, sicut de Jacob tradit Cyrillus Alex. *Quomodo non esset admirationi Jacob, qui adeo molestos, & vix sufferendos labores exhaurit*. Prudenter namque celestis medicus quos positionibus beneficiorum curare nequit, scissoris venarum, & adustionibus solet sanare. Peccator ergo non nisi in afflictione est securus, peccatum enim medicina curatur, numquam enim magis iustus securus, quam cum magis afflictus. Cum Christus Dominus matrem dolorosam videret, voluit temperare afflictionem dicens: *Mulier ecce filius tuus*, Similiter consolatur Evangelistam: *Eccc mater tua*; Sed non solatur Magdalenam juxta crucem afflictam. Quare hoc? Quoniam Magda-

*Tribulationes quo magis iustum affligunt, eo reddunt puriorem.*

*Tribulatione peccatum sanatur, & præservatur.*

lena peccatrix fuerat: *Mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Videtur Dominum arbitratum Magdalenam in afflictione conservari securam, quia peccator afflictionibus protegitur, ne iterum in culpam sit lapsus, & laboribus excitatur, ut irretitus criminibus in se, & ad Deum iterum revertatur.

Nec quidem in se prodigus revertetur, nisi fame vexatus, & laboribus afflictus, tribulationes namque convertunt sceleratum ad Deum; Variè afflictus fuerat à Domino Pharao, verum neque an esset Deus cognovit, nec signum nisi obdurationis exhibuit: *Induratum est cor Pharaonis.* Percussit tandem Deus Pharaonem plaga ranarum, & illico recurrit ad Deum: *Orate Dominum, ut interficiat ranas à me.* Quare in alijs plagis, quibus impetratus Pharao affligebatur se Dei reddidit obliviosum, & in plaga ranarum Dominum confitetur, & ad divinum recurrit auxilium? Quoniam reliquæ plagæ Pharaonem non vexaverant in persona, ranæ autem etiam in faciem regis subsiliebant, antea regnum plagas patiebatur dumtaxat, nunc rânis percussus rex experitur tribulationem, ideo Pharao qui laboribus non afflictus immemor Dei perseverat, tactus rigida medicina afflictionis in se revertitur, & humilis ad Deum recurrit.

Cum Dominus Israëlitas occideret, revertentur ad Deum, afflicti tribulationibus compungebantur, memores erant Domini, cum ipse obliviscebatur eorum. In Ægypto Israëlita clamantur ad Deum: *Clamor eorum ad Deum ascendit;* In deserto, Domino derelicto, Deitates erexerunt, atque coluerunt, quia in Ægypto afflictus, in deserto locupletati favoribus. Hæc sunt amoris flagella, sæpe enim qui bonis temporalibus irretiuntur, quasi dicunt in corde suo non est Deus, non est qui consideret, virga tamen ferrea contracti soporem excutiunt, & Dominum, à quo flagellantur, timent, & simul adorant. In mari tempestate suborta Apostoli clamant ad Dominum, submergique, & sepeliri aquarum fluctibus timent, aërem vocibus, & singultibus implent, dicentes: *Domine salva nos, quia perimus.* Matth. cap. 8. Alibi, Domini oblitos Apostolos, & periculi vitæ graviter imminenti immemores recognoscimus, somno sopitos Christi inimici re-

periunt. Quæ vos ignavia in tanto periculo tenet? Quæ vos oblivio torpescit, ut in vos vibrantibus hostibus gladium, somno gravati sitis, quasi nil fuerit, quod animus perhorrescat? Ubique periculum non est æquale? Vnde ergo illis tanta sollicitudo, cum hic tanta fuerit incuria? Periculum impar est, sed considerate discrimen. In horto sollicitus Dominus est, vigilat, & hortatur. Navi autem simulat Christus soporem: *Ipse vero dormiebat,* inquit Evangelista. Sic explicat Hilarius. Non quod Christus somno consopiat, sed quod somno nostro relaxetur à nobis. Talis ergo conditionis est nostra natura, quod in mari ubi Dominus incuriam simulat erga suos, sollicitos experitur ipsum exorantes, & cælum clamoribus percutientes. In horto autem ubi erga suos maximam activitatem exercet, & sollicitus est sine requie, invenit eos dormientes. In beneficijs dormiunt, vocibus divinis sordescunt, & solis tempestatibus clamant.

*Vidi stultum,* ajebat Job, *Firma radice, & maledixi pulchritudini ejus statim.* Cum vidisset peccatum, & simul fortunam, culpæ non maledixit justus, sed divitijs, atque fortunæ, quia causas esse recognoscebat, quare homo perseveraret Domino aversus, & cælestis felicitatis oblitus. Ideo Dominus, inquit, non ascensurum cum populo, quia beneficio, suæ præsentia timebat dormitum iri, suis vocibus sordescentem, unde cum flagellantur, clamant, & ad Dominum convertuntur, somno gravantur oculi, cum in elargiendis beneficijs se manifestabat Deus sollicitum.

Tribulatio ergo oculos acuit ut Deus magis ab homine cognoscatur; Exemplar patientium Job dicebat, *Auditu auris audivi te, nunc autem oculus meus videt te.* Vnde vivacior, & nunc clarior divina justitia? Quia antea in prosperitate Job constitutus nondum cœlestium habuerat visionem, sed auditu solum Dei cognoverat magnitudinem, nunc autem à vertice capitis usque ad plantam pedis percussus, quasi videt Deum, clareque agnoscit: *Nunc autem oculus meus videt te.*

Et quidem tribulatio indicium est amoris divini. Finxerunt Poëtæ Iovem omnes sagittas, quas ejaculabatur effecisse prius candentes, in ardentissimo

*Tribulatio est indicium amoris divini.*

Vulcani fornace; Hoc Jovis fabulosum commentum in Domino est verissimum experimentum, prius enim quam tribulationibus justis immittat, amoris temperat flamma, ideo sagittas arden-tes appellat tribulationes David: *Sagittas suas ardentibus effecit. Ex igne enim divini amoris sagitta amoris veniunt*, inquit, Hugo Cardin. Qui ergo fuerit flagellatus à Deo consoletur se credens esse dilectum: *Flagellat Deus omnem filium*, inquit D. Augustinus; quem recipit: *Es tu forte exceptus? si à passione flagellorum exceptus es, exceptus es à numero filiorum.* Nullum enim expressius signum est, te filium Domini haberi, quam cum tribulationibus castigaris.

In Thabore audita est vox patris dicentis. *Hic est filius meus dilectus.* In monte Calvarie filium non manifestat, quin potius se derelictum queritur Christus: *Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quare hoc?* Quoniam in monte Thabor gaudio Christus perfusus erat, prosperitate, splendoreque cœlesti micabat; Opus fuit ergo Patrem Christum approbare, appellareque filium, quia qui undique fortunatus est dubitationi occasionem reddit, an fuerit, necne filius dilectus Dei; in monte autem Calvarie non opus est Dei testimonio, cum tribulationes angustie, & tormenta, satis superque esse filium Dei testarentur, & dilectissimum comprobarent, quia conditio Divina est affligere nimis, quos ferventissime amat. Adversitas, quæ bonis votis, aut viris obijcitur, probatio virtutis est non indicium reprobationis. Quis enim nesciat quam prosperum fuit, quod B. Paulus Apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat, & tamen veniens naufragium pertulit, sed tamen cordis in fluctibus integer stetit. Aliquando etiam improbos, ut corrigantur flagellat, ipsi vero parum virgis attendunt, quod nimis est malum, & lacrymis deplorandum.

*Maximum malum flagellantis dexteram flagellantis.*

12. Nil æque malum, quam ignorare supplicium. Varijs jactabatur fluctibus afflictionis patientissimus Iob, & tamen non queritur flagellari, sed solum ignorare causas flagelli. *Indica mihi, cur me*

*ita judices.* Nec pro rigore emittit querelas, nec postulat afflictionis levamen, causas querit rigoris, an fuerit fidelitatis probatio, an Criminum fuerit supplicium, ut flere scelera posset, & inde manum temperare insipientis dolorem, ne criminum inscius dolere nesciat radicem, sicut enim honor est flagelli divini, quod à reo noscatur dextera flagellantis, sic ultima calamitas est peccatoris manum ignorare supplicij. Lamentabatur hujusmodi cladem per Isaiam: *Va Assur virga furoris mei; & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.* Quid supplicium hujusmodi ponderavit, cum olim magis flagellaverit populum? Cur furorem appellat, cum olim in Israël magis exarserit, quin vindictam furoris nomine exageraverit? Ratio est; quoniam virgam rigoris credebat populus baculum esse pietatis, virgam furoris vibrabat Deus ad flagellandum, ipsam autem populus in baculos convertebat, quibus sublevari potuisset, ideo virgam furoris flagellum appellat: *Virga furoris mei*; quia quando peccator virgam, qua Deus ipsum confringere intendit, ignorat, & admittit favoris veluti baculum, & quasi benignitatis solatium, sine salutis spe colliditur, ideo hoc est maximum omnium flagellum ignorantia nempe supplicij. Quis ergo infirmitati medebitur, si valetudo reputetur infirmitas?

Inter supplicia, quæ Deus populo inflixit, refert David fuisse saturitatem: *Misit saturitatem in animas eorum.* Sed unde hæc poena? populum fame non laborare, sed saturitatem habere potius fœlicitas, quam poena credenda est; Quomodo ergo David retulit inter supplicia saturitatem? Optime Genebrardus: *Misit saturitatem, morbum saturantem, & appetentiam ei cibi tollentem.* Ubi exprimit morbum saturitatis, quo quasi saturati abhorrebant ab omni esca; Hæc erat maxima infirmitas, carnes Deus mittebat, ut ederent, ipsi autem prima bucca saturati reputabantur, sic fame non cognita, sed reputata saturitate sine spe salutis debilitati peribant, hæc ergo fuit maxima plaga, ut ponderavit Aben-Ezra, fames enim, quæ affligit, ut fames mederi potest saturitate, verum fames æstimata saturitas sanari nequit, cum in judicio collocaverit sedem sine remedio vitia-

to, ideo ergo maximum supplicium appellavit saturitatem David, quia nullus major rigor, quam ignorantia supplicij, quoniam spe valetudinis privat.

Hinc oritur modica, aut nulla morum effrænantorum correctio; jacturam experitur homo bonorum, & credit esse nigram fortunam, ignorans dexteram esse Dei flagellantis, sicut canis, qui lapidem mordet ferientem, non attendens manui-jacentis, Ecce maximum omnium supplicium, quo Deus nimis offenditur, sicut enim ægre fert Dominus, inquit Oleaster, si in alium referas beneficia, ita si in alium referas ejus flagella: Hoc supplicium minatus est Deus Mohabitis, pœnas sine spe veniæ, & clementiæ; *Orietur stella ex Jacob, consurget virga de Israel, & percutiet duces Moab; vastabitque omnes filios Seth.* Sed unde colligitur immanitas hujus supplicij? Quia in his supplicijs pœnæ confunduntur auctores: stella namque influit benignitates, virga minatur rigorem; Hæc ergo est maxima Mohabitæ strages, victis namque ducibus eorum præcipuis, & exercitu debellato, cladem stellis influentibus perniciosè imputabat, & non peccatis, quæ virgam divini furoris in illos justissimè concitaverant, virga furoris Dei incitabat, ut ictus quos patiebantur Mohabitæ, divinæ tribuerentur justitiæ, ipsi temporis accidentibus varijs, & stellarum influxibus attribuebant. Hæc autem auctorum pœnæ confusio est justitiæ vindicativæ maxima plaga, ideo summo affecit Mohabitæ Deus supplicio, cum iram coronavit stella, & motu cœlesti virgam, quia confundentes homines pœnas manum infligentis æquivocarunt, & ignorantes supplicium magis obdurati sceleribus perierunt sine remedio. Hæc est incurabilis plaga, quam frequenter homines experimur, flagellat Dominus peccatorem, jam divitiarum jactura; jam liberorum, uxorisque nece, & credidit esse casum, neque à flagellante manu divina evenire, ideo à peccatis non respicit, induratusque jacet: *Casus est fortuna*, inquit D. Nazianzenus orat. in plag. *Hæc ferunt (ut hominibus stulte sapientibus placet) quasi nullus rerum moderationi præstet; Omnia providentiæ frano deducta moventur. Quid stultius? frustra quidem Deus volubi-*

les orbes moveret, si à casu hæc omnia in mundo accidisse dicamus.

Invitat David omnes creaturas cœlestes, ut laudes dicerent Conditori; Inferiores creaturas ad similes laudes vocavit: *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum.* Et de ijs tradit nil operari, nisi juxta Domini Verbum; *Quæ faciunt verbum Domini.* Quare de Angelis, & cœlestibus astris non refert facere voluntatem divinam; sed solum de inferioribus manifestat? Sic Augustinus quæsit: Quare hic non addit, *Quæ faciunt verbum ejus, Quem admodum ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus?* Quoniam sol, astraque cœlestia frequenter hominibus favent; verum à fulgure, & tempestate hominibus mala proveniunt, nam, & fructus devastant, & salutem solent ferire, ne ergo crederent homines hujusmodi damna à creaturis venire, sed à Deo imperante, inquit David, non operari, nisi Deo jubente, nil agere hujusmodi creaturas, nisi ex præcepto divino, ut quotiescumque hominum glacie exuruntur campi, peste tabescit salus, fulgureque contingit homo perire, non à creaturis à casu credit homo venire, sed supplicia esse à manu agitante voluntatis divinæ, ideo de ijs specialiter inquit Propheta facere voluntatem divinam, *Quæ faciunt verbum Domini.*

Hinc clarè cognoscitur dæmonis antiqua calliditas, qui ut in hominem magis sæviat, dexteram Dei flagellantis studet celare, ut sine remedio puniatur, Precibus humiliter homo Dominum pro salute filij exorabat dicens: *Miserere filio meo, quia Lunaticus est, & male patitur.* Male pati filium dolebat parens, sed quis bene patitur? Quis bene se habet, cum cruciatur? Quare ergo male pati filium refert Evangelista dixisse patrem? *Male patitur,* Quoniam à dæmone pessime cruciabatur filius ejus, quoniam sic dæmon torquebat hominem, ut nullus crederet à dæmone cruciari; Aptabat Lunæ curibus hominis illius passionem, ut tribuerent Lunæ causam doloris, quem furor diabolicus infligebat; stacuis temporis curibus dumtaxat dæmon cruciabat, si enim sine intermissione afflixisset, manus auctoris dæmonis manifesta pareret, possentque ad remedia

media cœlestia recurrere, ut infirmus à diabolica vexatione liberaretur. Lunæ tamen cursibus ira dæmonis mensurata velata, & occulta manebat, cum Lunæ influxibus imputaretur infirmitas, ut redderetur omnino impossibilis falsus: *Aptans Luna cursibus*, inquit Divus Chrysológus serm. 52. *Hominis passiones, vexabat corpus Lunaribus incrementis, ut esse Luna crederent, quod erat diabolici criminis & furoris.* Hæc ergo immanis est plaga infirmitatis originem ignorare; quia remedium impossibile redditur: Apparuerunt digiti contra Balthasaré in pariete scribes hujusmodi characteres Principem præ pavore territum interfecere. Quare Angelus mortis pœna plectitur Balthasarem, cum posset gladio Darij, quem Deus conduxerat in imperij excidium: Quoniam si gladio interficeretur Darij crederet ab hoste provenire supplicium, & non à cœlo, cujus majestatem offenderat, ut ergo infligentis pœnam recognosceret manum excellam, apparuit Angeli manus in pariete characteres formantis. *Quasi manus hominis.*

Hinc discere reges, & regna oporteret in cœlum erigere caput, cum pestis grassatur per civitates, prælijs extraneis, & domesticis bellis cuncta turbantur; Hæc enim omnia flagella à Deo proveniunt, pro quo pugnat cunctus orbis contra insensatos, idest, contra peccatores armatur. *Veniet tempus vaticinatur parens Esau, & filijs ejus, cum excutias jugum ejus de cervicibus tuis.* Quando Jacob Princeps subijcietur posteritati Esau? Quando filijs Esau excutient jugum filiorum Jacob? Quando Israëlitis dominabuntur? Quando hi conculcaverint legem, Lippomanus; Et erit inquit, quando filij ejus transgredientur verba legis, auferes jugum ejus de cervicibus tuis, ut sit sensus, veni & tempus, in quo non amplius servies; idest posteritas tua, quando scilicet prævaricati fuerint Israëlita legem Dei, & abjecerint à se jugum præceptorum ejus; nam & tunc tu rumpes jugum ejus. ¶ Tunc ergo regna cadent, quando observantia legis divinæ frigescit. Tunc robore suo regna vigescunt, cum viridi observantia præcepta florent. Victoriâ illam, quam Moses reportavit de Amalecitis exemplar, & in monumentum posteritatis voluit Dominus esse:

Vincebat Moses cum manus erigebat in cœlum, cum orationi dux erat intentus, cum deficiebat; populus vincebatur. Quid clarius; ut de tam necessario præcepto militari instruamur, sceptrumque Domini, non Regum, imperiorumque potestatem comparare victorias, Regnisque fœlices eventus. Hoc doctus erat à Domino populus Levit. 26. *Si in præceptis meis ambulaveritis, & feceritis ea, persequimini inimicos vestros, & corrumpent coram vobis, persequentur quinque de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Sin autem nec sic obedieritis mihi, ponam faciem meam contra vos, & corrumpent coram hostibus vestris, & subijciemini ijs, qui oderunt vos, fugietis nemine persequente.* Horum omnium practicam expertus populus Domini est, victus enim à Chananzæo rege Arad, ad dominum postea conversus exercitum penitus Chananzæorum delevit, & appellatus est anathema locus ille. Hæc si præcepta militaria in bellico consilio perpenderentur, dissimiles quidem produxissent eventus.

Erga populum sic se Deus gescit, & sic erga Christianos se gerit, eorum scelera misericorditer in bellis eventibus puniens infansit, fame flagellans, quos suos elegit, & corrigit ut dilectos. Hoc David exorabat, cum dicit: *In campo, & frano maxillas eorum confringe, qui non approximant ad te. Sed* quare, ut homines convertantur ad Deum, maxillas confringi suadet? non solum enim os, sed corporis alij sensus, potentiaque reliquæ animæ officina sunt peccatorum, quare ergo pro alijs non postulabant remedium? sicut & alibi, petijt pro oculis medicamen. *Averte oculos meos, ne videam vanitatem.* Pro pedibus alibi, ut gressus in vitium non declinent. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis, alibi, inclina cor meum in testimonia tua:* Petijt, quia ex corde cogitationes exeunt, & à corde habent scelera cõsummari. Quare ergo linguæ applicat solum remedium? Ratio est: quoniam omnibus animi medela applicatur infirmitatibus, si maxillæ tantummodo constringantur. Quid enim equus faciet frænatus? non cessat à cursu, imo velocius cutrit, solum à comedendo fræno retrahitur, hoc impeditur

Fames  
peccatorum  
convertit.

tur à freno. Hoc ergo, inquit David, ut homines à vitijs abstineant, ut conterant corda, & reprimant appetitus. *In camo, & freno maxillas eorum constringe*, idest, pauperes fiant, bona temporalia deficient, ut in dies appro-

ximent Deo nostro, non habeant quid edere possint, opprimantur inedia, fameque tabescant, quia fame vexati in se reversi approximabunt ad te, clamantes in afflictione Dominum verentur corde humiliato & contrito.

Exod. 25. *Qui offeret ultroque, accipietis eas. Hæc sunt quæ accipere debetis, aurum & argentum.*

Exod. 38. *Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs 29 talentorum fuit & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarij.*

1. **D**ifficultas antilogiæ consistit in eo, quod aurum quod à populo oblatum est in opere sanctuarij expensum, fuit ex dimidijs siclis eorum, qui transibant ad numerum, quos ex jure solvere tenebantur. Exod. autem 24. spontanea dicitur auri oblatio. Dicendum nihilominus est prius solutionem siclorum Mosem accepisse, cum tabernaculum proposuit faciendum, ex qui-

bus summa illa talentorum constabat, quæ licet satis sanctuario fuisset, non sic visa est artificibus, & sic denunciatum est, quod offerret quicumque vellet, sed cum jam superabundasse comperitum esset, spontanea oblatio interdicta est. De nullo ergo auro sanctuarij opera facta sunt, nisi de siclis aureis, illud autem quod spontanee obtulerunt, ad usum tabernaculi depositum est.

Exod. 25. *Subter coronam erunt circuli aurei.*

Exod. 37. *Contra coronam mensa posuit quatuor circulos aureos.*

**D**icendum, quod *contra coronam* idem valet ac *subter* ut cap. 37. ubi

habetur contra coronam, versu 27. habetur subter.

Exod. 25. *Craticulamque in modum retis ancæ, per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ancæ, quos pones subter arulam altaris: eritque craticula usque ad altaris medium.*

Exod. 38. v. 4. *Craticulamque ejus in modum retis fecit ancæ, & subter eam in medio altaris arulam. Non ergo craticula, sed arula erat in medio altaris.*

2. **U**t hæc antilogia concilietur, exponendum est, quid, & ad quem usum, ubique fuerit arula illa. Deinde quid per medium altaris intelligatur. Quæ omnia sic explicat Bonfrerius. Pro arula in Hebræo vox est *Carcob* sicut, & in cap. trigesimo octavo, ponitur. Septuaginta pro hac voce *craticulam* reposuerunt. Hebræi *ambitum* vertunt. Craticula ergo non implebat totum illud spatium quinque cubitorum in quadrum in suprema altaris parte, sed partem illius exteriorem solum solidam, forte ad cubitum unum, intra quam deinde reciperetur craticula, quæ mediam partem illius supremæ superficiæ occuparet, ut proinde recte dictum sit hic craticulam esse debere usque ad altaris medium. Nomen igitur *arula* ista pars solida exterior intelligi debet, potest siquidem isti parti craticulam optime, & arulæ & am-

bitus nomen convenire. Consequenter per medium altaris intelligitur non medium illud altitudinis altaris intra cavitatem illius, sed medium planitiæ superioris, seu ejus quod quasi mensæ loco erat, & res immolandas sustinebat: siquidem non bene per medium altaris hic illud medium altitudinis intra cavitatem intelligas, nemo enim dicat craticulam eo usque depressam interius fuisse, & si verisimile sit aliquantulum versus medium inclinatum fuisse, ut eo omnia ligna & pruna defluerent. Unde nil aliud intelligi valet cap. trigesimo septimo, per medium altaris.

Ut autem textus antilogiæ omnino concilietur. *Subter eam in medio altaris arulam* sic exponendum est, ut pronomen *eam* non referat craticulam, neque *arulam* referatur ad *fecit* quod antecessit, sed ad id quod sequitur,

quitur, *fusus quatuor annulis*, & regatur à præpositione *subter* ut fiat hic sensus. Craticulam ejus in modum retis fecit æneam, *fusus subter* eam arulam, quæ in medio altaris est, hoc est versus medium altaris, quatuor annulis. Itaque juxta hanc sententiam particula & Hebraico more superfluit, & eam referetur ad *arulam* quod sine violentia fieri potest, maxime sub intellecto relativo *quæ*. Hinc ubi positi & fixi annuli sint, constat, nempe in quatuor extremitatibus retis seu craticulae, erat enim arula pars craticulae, eam terminans, unumque corpus efficiens, ita ut unum ab alio divelli non potuerit, & quod in arula seu sub arula erat, idem in extremitatibus erat craticulae, hæc autem cum sua arula ad deportandum potuisse & debuisse ab altari reliquo separari, quandoquidem suos proprios vectes habebat. Habuit autem altare suos annulos proprios, & vectes à lateribus altaris, ut hic dicitur vers. 6.

& 7. & cap. trigésimo octavo, vers. 6. & 7. & si ibi rem paulo obscuriorem faciat relativum, ut videatur referri ad vectes, de quibus paulo ante actum fuerat, & circuli, de quibus vers. 7. censeri possunt iidem cum annulis vers. 5. cum tamen sint diversi, priores nimirum craticulae, posteriores altaris. ut satis indicat tum vox *altaris* hic apposita, tum quod in lateribus altaris dicantur positi, vel figi debere, quod de craticula non est verum. In nostro ergo textu, (Hebræus enim *quos* non habens nullam patitur difficultatem) illud *quos* vectes refert quidem, sed non eos tantum de quibus præcesserat, sed vectes altaris in genere, ut non mirum sit mox subjungi, ut vectes ij altaris lateribus inducerentur ad illud portandum, quia de vectibus craticulae jam paulo ante satis insinuatum fuerat, non enim alibi ij induci poterant, quam ubi fixi erant sub arula in extremitatibus craticulae. Sic Bonfrerius.

Exod. 25. *Arcam compingite, cujus latitudo habeat duos & semis cubitos.*

Exod. 37. *Fecit arcam habentem duos semis cubitos in longitudine.*

3. **C**Vbitus pedem & semis continet, vocatur ab Hebræis *amma*, & definiunt *sex tephachim*, tephach palmus minor est, seu quatuor digitorum mensura. Vnde *Amma* est viginti quatuor digitorum seu duplicis Zereth mensura, Zereth autem ipsis palmus major est, quantum spatij continetur

intra digitos extremos, quoad fieri possit, expansos, continet autem id spacium tres palmos minores seu duodecim digitos. Quando autem Exod. 37. duos semicubitos habere dicitur, mediare debet, copulativa &, inquit Abulensis, ac si diceret quod contineret duos cubitos, & semis.

Exod. 25. *Sponte offerri oleum præcipitur.*

Exod. 27. *Præcipe filiis Israel ut offerant oleum.*

Vide Exod. cap. 27.

Exod. 26. *Tabernaculi non præscribuntur nisi 30. cubiti in longitudine 10. in latitudine.*

3. Reg. 6. *Domus habebat 60. cubitos longitudine, & 20. latitudine.*

**D**icendum ex Tirino quoad aliqua diversum à templo Salomonico Moïsi tabernaculum esse. Hoc enim solum habebat longitudine 30. cubitos, latitudine 10. & altitudine 10. Salomonis templum duplicatis omnibus longum erat 60. cubitos, latum 20. altum in Sancto Sanctorum 20. in anteriore templo 30. Non solum velo, qualiter tabernaculum, sed & muro solido,

in quo duo ostia majora, & in majoribus istis duo ostiola minora, quibus ex anteriore templo, (quod sanctum, vel sanctuarium vocatur, eratque longitudine 40. cubitorum) ingressus patebat in interius templum, quod erat oraculum, longum latum, & altum 20. cubitis & quadratum, constabat. Vnde non in omnibus conveniebant templum Salomonis, & tabernaculum Moïsi.

Exod. 27. *Altare holocaustorum habebit quinque cubitos longitudinis & latitudinis.*

**H**Oc altare holocaustorum diversum ab altari Thymiamatis fuisse constat ex Exod. cap. vigesimo septimo, & trigésimo, Holocaustorum altare ab holocaustis, quorum præcipuum erat ut in illo altari tota com-

Exod. 27. *Facies & altare de lignis setim.*

Vide conciliatam Antilogiam, Exod. cap. 20.

Exod. 27. *Et antecedentibus, & 30. capite ubi referuntur metalla ad usum tabernaculi, & atrij deservientia mentio ferri non fit.*

**F**Acile componit ita Abulensis. quoniam, etsi primitiæ de auro, & ferro offerantur, non in usum tabernaculi convertendas præcipit Dominus, sed quod Deo, id est, sacerdotibus offerantur, unde ibi Num. 31. partim Eleazaro sacerdoti, partim Levitis distribuendas primitias constituitur, sicut nunc decimæ præstitæ Ecclesiæ, præter partem, quæ fabricæ supervenit, reliquæ inter ejus ministros distribuuntur.

Dicet aliquis non in usum sacerdotum, sed ut ipsi Domino dumtaxat deserviret, præcepit Josue omne ferrum, quod reperiretur in Iericho, in thesauris Domini reservari. Verum quamvis ferrum in aliquo opere tabernaculi non expenderetur, necessarium tamen erat ad tabernaculi usum.

Exod. 27. *Et collocabunt eam Aaron & filij ejus, ut usque mane luceat coram Domino: extingui ergo mane solebant. Idem 2. Paral. 13. vers. 11. & expressè 1. Reg. 3. Lucerna Dei antequam extingueretur, Samuel dormiebat.*

**C**um ex primo loco positis rebus non stet lucernas extinctas esse aliquando, dicendum est ly *semper*, & *jugiter* non accipi pro sine intermissione ardere; sed pro eo, quod idem est ac quotidie singulis noctibus, sic ut nulla dies naturalis præ-

Exod. 30. *Altare Thymiamatis habebit cubitum longitudinis.*

burerentur. Thymiamatis autem altare non ad victimas immolandas; sed ad odores incendendos deserviebat. Quo autem loco Thymiamatis esset altare, constabit ex dicendis Exod. cap. 30.

Exod. 20. *Altare de terra facietis mihi.*

Num. 31. *Primitias Domino de auro, & ferro præcipitur offerri.*

Levitæ namque debebant tabernaculum, & atrium ejus deponere, atque figere, ad hoc autem malleis indigebant, ut ad figendos paxillos, & similia. Necessarium etiam ferrum erat ad faciendas secures, cæteraque sciendæ instrumenta varia, ut ligna pro sacrificijs, scinderentur: nam ignis ardebat perpetuus in altari, cui subiciebat quotidie sacerdos ligna, & quia multa necessaria erant, cum ignis foret continuus ad usum sanctuarij multi cæsores, ferreaque instrumenta tabernaculo poterant deservire, licet immediatè non applicarètur metallum ferri illi. A Moïse autem solum describitur, quod immediatè attingit partes tabernaculi, illudque construit: Sic Abulensis.

Exod. 27. vers. 20. *Ut ardeat lucerna semper. Levit. 24. Ad concinnandas lucernas jugiter.*

terflueret, qua cultus iste religiosus non exhibeatur. Sed verosimilius est semper lucem illam noctu, diuque inextinguibilem esse, indecens enim videretur tabernaculi locum sacrum lumine omnino privari, & Deum continuus quasi convivari mensa illa pro-

positionis in tenebris, cum à Sole tam exiguum subintraret lumen in tabernaculum, in quo nullæ fenestræ erant, velo anteriori aliquantulum à terra distante. Neque Scriptura huic expositioni contraria, neque textus relati. Mane enim solebant lucernas componere, & fungos emungere, ut purius arderent, vespere autem deponere, ut purgarent; ellychnium, & oleum necessarium ac sufficiens in diei sequentis vesperam adderent, unde vertit ubi nostra vulgata collocare bonifacere. Ut sensus sit, quando Aaron meliores efficiet lucernas ut purius, scilicet, luceant, quod fit dumtaxat, fungos, & excrementa, quæ lucem impediunt, tollendo. Illud usque, sicut, & donec non semper spatium, quo res debeat fieri,

significat intermitteri, ut ex pluribus Scripturæ locis constat. Neque illud 1. Reg. 3. vim aliquam infert. ¶ Oportebat enim (inquit Josephus 3. Anriq. cap. nono.) oleum purificatum ad lucernas fervare, quarum tres in sacro candelabro, per totam diem Deo lucere oportebat, reliquæ sub vesperam accendebantur. ¶ Credendum autem est idem templo Salomonico fuisse observatum, ac tabernaculo Mosis, cujus fidelis testis Josephus haberi debet, in cujus sententia omnes lucernæ ardere noctu debebant, aliquæ autem extinguebantur mane. Vnde dicuntur accendi vespere illæ, scilicet, quæ mane extinctæ fuerant. Sic conciliat Bonfrerius: optimè quidem.

Exod. 27. *Centrum altaris distabat ab ostio 35. cubitis.*

Exod. 29. *Sacrificium est ad ostium tabernaculi.*

Vide Exod. 27.

Exod. 27. *Præcipe filiis Israël ut offerant tibi oleum.*

Exod. 25. *Sponse offerri præcipit argentum oleum, & alia.*

**H**ic verbum *præcipe* non in rigore accipi debet, sed pro exhortare dumtaxat. Vnde in He-

bræo *commenda*, vel *admone* filios Israël habetur, quod ad imperium non spectat.

Exod. 28. *Superhumeralis seu Ephod proprium Summi Sacerdotis, de nullo enim alio dicitur, quod in *Vrim*, & *Thummim* consuleret Dominum, nec rationale gestaret, quod non distincta vestis, sed pars inseparabilis superhumeralis, & Ephod est.*

2. Reg. cap. 6. *Ephod applicatur David, & cap. 14. Achiz portabat Ephod, hunc autem non esse Summum Sacerdotem constat ex 1. Reg. cap. 21. Ubi non ille, sed Abimelech Achitobo successit.*

1. **E**phod propria significatione sumptum vestimenti genus est, à verbo *aphad*, quod idem ac jungere est. Magister historiarum Ephod non ita proprium Summi Sacerdotis existimavit ut non posset alijs applicari, unde illo indutum esse Samuelem asseruit. Verum contra textum hæc dicta, cum Ephod, quo vestitus incedebar Samuel, non polymiticum, quale Summi Sacerdotis indumentum, sed lineum atque vulgare. Vnde dicendum duplex distingui debere Ephod, aliud pretio summo, polymiticum ex auro, hyacintho, purpura, cocco, & bysso intertextum proprium Summi Sacerdotis. Vulgare aliud lineum, simplex & candens, quo Sacerdotes minores

indui possent, ut 1. Reg. 22. ubi Doeg Idumæus trucidasse dicitur 85. viros vestitos Ephod lineo. Levitæ similiter, ut de Samuele 1. Reg. cap. secundo, imò & laici dum aliquo ministerio sacro, divinoque obsequio occuparentur, sicut David cum accinctus Ephod saltasset coram arca. Hujusmodi differentiam D. Aug. q. 46. vet. test. & 41. in Iud. D. Hieron. ep. 228. ad Fab. & 130. ad Marcellā, Rupert. lib. 4. in Exod. c. 21.

Dices, quod Ephod applicatum, ut Dominus responderet, Summi Sacerdotis vestis polymita erat, & nihilominus eam portasse Achias constat ex 1. Reg. c. 14. qui Summus Sacerdos non erat ut ex 1. Reg. cap. 21. potest deduci, quia Achitobo successit in summum Sacerdo

Sacerdotium ejus filius Achimelech cap. enim 21. Achimelech dicitur non solum filius Achitobi, sed etiam Sacerdos, non solum inferior, sed Summus, ut omnes volunt. Non ergo Achitobo successit in Summum Sacerdotium Achias. Deinde, quia cum occideretur pater suus Achimelech, & tota domus usque ad 85. viros vestitos Ephod, ipse inter fratres fugiens evasit, unde Sacerdos minor erat, sicut alij. Abiathar etiam qui portabat Ephod, non erat Summus Sacerdos.

Dicendum Achiam binomine fuisse, & appellatum similiter Achimelech, vel quod post mortem patris fuerit Summus Sacerdos, eo tamen sine liberis decedente ad Achimelechum juniorem fratrem transisset.

Exod. 28. *Ut Sacerdotio fungantur mihi, & vers. 43. Vti vestimentis precipis, quando ingrediuntur tabernaculum, vel appropinquant ad altare.*

Ad secundum similiter potest responderi Abiathar Summum Sacerdotem fuisse, quoniam licet vivente parente suo Achimelech Ephod lineum portaret Abiathar, sicut & reliqui fratres, eo autem cum tota familia interfecto, Abiathar superstes succedebat Summo Sacerdotio, unde Ephod, & vestimenta omnia Sacerdotalia sibi applicuit, & precipue Ephod cum rationali, ut consuleret Dominum in afflictione. Hoc suadetur ex eo quod 3. Reg. 1. & 1. Paral. c. 24. Summum Sacerdotem videmus, licet & Sadoc cum eo ex divina prænuntiatione assumptus sit. Vnde Ephod illud Summi sacerdotis peculiare indumentum, nulli neque inferiori Sacerdoti, Levitæ neque laico commune fuit.

Num. 19. *Extra castra vitulam rufam vestibus Sacerdotalibus immolabat indutus.*



§. I.

*Robertus Sheringamus impugnatur.*

**A**S non fuisse Sacerdoti gregario sacris indui vestibus nisi dum sacris operabatur, fere omnium fuit Rabbiorum. ¶ Sacerdotibus (inquit Maimon. Halach Celi Hammikdash cap. octavo, §. 5.) vulgaribus, seu minoribus faciebant vestes mutatorias complures. Et nonaginta sex arcæ erant in templo, ut in illis relinquerentur, seu reponerentur vestes illæ. Quatuor scilicet cuique custodiæ, seu Ephemerix, & nomen cujusque Ephemerix inscriptum erat arcis suis, quæ cunctæ clausæ. Et quando Ephemerix ministri introibant ad operandum in hebdomadibus suis, recludebant arcas suas, singulis hebdomadum suarum diebus, instrumenta illa vestitaria sibi tollentes. Et cum egrederentur reponebant vestes illas in arcis suis, illasque cludebant. Ratio autem, cur fierent quatuor arcæ cuilibet Ephemerix, erat, ne instrumenta illa seu vestes confunderentur. Adeoque ut femoralia omnia arca in unica continerentur, inscripta nomine femoralium, uti etiam cingula cuncta arca in una inscripta nomine cinguli, & pilci omnes arca in uni-

ca, & demum tunicæ arca itidem in unica. Pontifex autem summus relinquebat vestimenta sua aurea in conclavi suo nocte, ac tempore quo egrediebatur è templo. ¶ Hæc ex Guemara ad titu. loma cap. 7. Maimon. visus est deduxisse. Ibi. ¶ Vestibus sacerdotalibus induto in urbem seu foras prodire nefas. Eis autem in sanctuario seu templo vestiri sacerdoti licuit, sive hora ministerij, sive extra horam illam, quoniã vestes sacerdotales datæ sunt ut earum esset ibi usus, nec tamen in urbe seu foras. ¶

Verum Robertus Sheringamus aliter vertit. ¶ Prohibitum est (inquit) quemvis vestibus sacris indui, cum abeat in provinciam, sed hoc in sanctuario, & in urbe Hierosolyma licitum est, tum eo tempore, quo non ministrant, quia vestes sacerdotales datæ sunt, ut ex ijs utilitas caperetur. Ex ijs apertum est (addit) si ex Iurisprædictis Hebræorum res sit decernenda, usum vestium sacerdotalium gregarijs sacerdotibus concessum esse eo tempore, quo ministerium altaris non obierint, & hoc quidem non solum in sanctuario, sed etiam cum è sanctuario in urbem prodirent. ¶ Addit autem ex Buxtorfio in suo Lexico Magno nomine sanctuarij Hierosolymitanum cum tota urbe intelligi.

Nihilominus fatemur, quod Hierosolyma

rosolyma frequenter sancta vocetur, vel quia in ea Salomonicum dedicatum est templum, ut vult Maimon. Halach. Bith habechira cap. 5. vel ob alias, quas varie Gemaricidij currunt, rationes, similiter domus Dei appelletur, quod templi proprius est nomen, unde domus Dei nunc templum, nunc urbem Hierosolymitanam significat, ut ex illo Matth. 23. *Jerusalem Jerusalem, ecce relinquetur domus vestra deserta.* Sic Grotius super illud. ¶ *Locus iste in quo vos ô Hierosolymita habitatis in solitudine vertetur.* Urbem enim malim intelligi, quam templum solum. Neque mirum est quod *sanctum* sicut & *sacrum* ad urbem translata sint, cum de palatio regio dicatur, & omne, quod suo genere magnum est, sacrum confueverit dici, ut in nomine Offis sacri apparet, morbum enim illum sacrum plures appellatum voluerunt, quia quid in eis latebat divinum, & potius expiationibus, quam medicamentis curandum, alij à cerebro, quod sacrum est, nominatum, alij à singulari affectu syderum volunt. Quamvis hoc ita verum sit, quod per participationem sanctuarium & ejus nomine simul Hierosolyma comprehendantur, verum Gemaræ verbis nullum est quod vestibus sacris induto extra locum sanctuarij per urbem incedere leviter indicet ex jure licuisse. Quinimò utraque Gemaræ glossa expressè opponitur illi, & aperte convincit extra sanctuarium, seu tabernaculi locum prohibitum esse indumentis sacris vestiri. Sic in Thosiphtha ad tit. Ioma. R. Ioseph Karo in Gemar. tit. Erak in c. 1. Cui consonum est illud Misnæ tit. Thamid. c. 1. de sacerdotibus in excubijs somnum capientibus conclavibus suis. ¶ Non dormiebant in vestibus sacris, sed exuebant illas, ponebantque subter capita sua, vestibus suis tunc induendis. ¶ Eadem Maimon. Celi hamikdash c. 7. Mikorzius Præcept. affirm. 173. Iosephus Archæol. lib. 3. cap. 8.

\*\*\*

## S. II.

*Ostenditur Summum Sacerdotem extra Sanctuarium indutum vestibus Sacerdotalibus incedere non licere.*

**¶** LVRA sunt in Scriptura sacra quæ hujusmodi veritatem convincunt.

Exod. enim cap. vigesimo octavo, de vestibus sacerdotalibus loquens, inquit Dominus: *Ut faciant vestes, in quibus sanctificatus ministret mihi, & vers. 43. Et utentur eis Aaron, & filij ejus quando ingredientur tabernaculum testimonij, vel quando appropinquant ad altare, ut ministrent in Sanctuario.* Deinde, quia Exod. 28. indumenta plura erant sacerdotibus heterogenea ex lino, & lana confecta, quidquid de hoc Rabbini sentiant. De cingulo tenent omnes acu pictum esse lana colorata. Levit. autem cap. decimo nono, lex generalis erat de heterogeneis vestibus non induendis. Circa quod sic Maim. Halach. Kelaim. cap. decimo, §. 29. ¶ Quom viderat quis (inquit) vestem heterogeneam ipsa lege interdictam super proximum suum, etiam si in platea incederet, insilliebat in eum, ipsamque dilacerabat illico super eum, idque etiam si esset magister suus, qui sapientiam eum doceret.

Deinde hoc convincitur clare, quoniam pro munere suo domos visitare, & an plaga lepræ in parietibus esset? tenebantur considerare non solum domos contaminatas, Levit. 13. verum etiam leprosos respicere, an plagæ verus affectus foret. Si ergo hæc, vestibus induti sacerdotalibus facerent, illas deberent lavare, sicut immolans vitulam rufam extra castra Num. 19. ad conficiendos cineres emundatorios totius Israël in aqua lustratorios vestimenta sua lavabat, unde usque ad vesperum, & commaculatus dicebatur, & castra ingredi non licebat.

Aliquis forte dicet in expiatione vestimenta Sacerdotis non esse necessario lavanda. Sacerdos enim cum Semel in anno Sancta Sanctorum decima die Septembris tempore expiationum se totum lavabat, non autem vestimenta sacerdotalia, imò tanquam purus, & non immundus expletis omnibus caeremonijs in altari holocaustorum iterum immolabat, ut Levit. 16. Dicendum ergo est immolantem intra sancta sanctorum tempore expiationis vestibus sacerdotalibus esse indutum, non sic immolantem extra castra vitulam rufam.

§. III.

*Fit satis difficultatibus, quæ videntur ostendere sacerdotes extra sanctuarium incedere indutos sacerdotalibus vestibus.*

**C**ONTRA certam verissimamque doctrinam, aliqua difficultatem videntur ingerere. Aaron namque Num. 20. in monte Horeb vestibus sacris indutus erat, quo mortuo & eis spoliato, in summum sacerdotem ejus filius sacratus est. Illa refert Joseph: ¶ Exiit (inquit) vestes pontificias, quibus Eleazaro filio, cui ob ætatem in Pontificatum debebatur successio, traditis, mortuus est. Licebat ergo sacerdotem extra tabernaculum vestibus sacris indui. Deinde, quoniam Galterus Alexandreidis lib. 3. refert Summum sacerdotem Alexandro Jerusalem invadere conanti, vestibus sacris indutum

occurrisse, eoque viso pedibus ejus obvolutum esse. Verum istud non difficile est evasio. In primo enim casu Dominus præcepit Aaron; ut extra sanctuarium vestibus sacris indutus, illis spoliaretur & vita, ut expressè constat ex textu. In secundo credendum est id inspiratum summum sacerdotem egisse, neque tunc casus teneri, interpretasse. Sicut David immolavit in area Jebusæi ut 2. Reg. c. 24. & Elias in monte Carmeli 3. Reg. 18. & si Lev. 17. & Deut. 12. immolatio extra tabernaculum non licuerit, quia inspiratione divina excitaros id egisse credendum est. Neque id à Rabbiniis alienum est. Sic, Mitkorius: ¶ In titulo Talmudico Ioma, cap. ibat ante citato, traditur, vestibus sacerdotalibus induto nefas fuisse prodire in urbem, nisi magna eveniret necessitas, ut cum Simeon justus occurrebat Alexandro Macedoni. Sed intra sanctuarium seu templum fas fuit indui, non solum ministerij hora, sed & extra eam. ¶ Intra templi septa intelligit posteriora relata verba, ut constat ex ipso.

Exod. 28. *Facies & feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ.*

Exod. 20. *Non ascendas per gradus ad altare, ne reveletur turpitudinis tua.*

**S**I ratio, qua Deus ascensum per gradus prohibet, est ne reveletur turpitudinis hominis, institutis feminalibus usque ad renes pertingentibus, poterit ascensus per gradus altaris fieri, & non consistet præceptum.

Aliqui dicunt quod præceptum de feminalibus non statutum erat, cum lex de non ascendendo per gradus promulgata est, neque tunc, quod cum feminalibus ministrarent, Dominus intendebat. Non enim inconveniens est quod leges variari possint, sicut in novo testamento plura, quæ instituta sunt in fœdere veteri, variantur, *Ut extra de consanguinitate & affinitate cap. non debet.* Verum hoc non sine difficultatibus potest dici. Quoniam leges vel mutantur, quoniam injustitia aliqua, quæ in earum conditione latebat, apparet, vel quia variato tempore, inconveniens resultat ut exequantur, sicut *extra de cons.* Leges autem divinæ, politivæ, cui Deus sancit, justissimæ, utileque maxime sunt. Tempus alias quod inter utramque intercedit legem vix decem dierum spatium est, vel ad summum juxta alios;

quadraginta. Quod ergo tempus, quod in usu esset, & absurda ex ejus executione secuta apparent, fluxit, ut prudenter aboleretur? Numquam quidem in usu fuit ante legem de femoralibus in ministerio altaris habendis, cum ante istam nondum fuerit altare, neque sacerdotes consecrati, præsertim, quia hæc omnia præcepta in deserto data sunt ad terram Chanaan.

Quare tenendum est, legem illam de non ascendendo per gradus ad altare nunquam abolitam esse, sed semper cum alia de femoralibus in veteri fœdere servatam esse, neque motivo unius alia repugnat. Turpitudinis namque licet præcipue pro pudendis supponat membris, accipi similiter debet pro ijs conjunctis pariter partibus, unde turpe esset, quod viderentur crura, maxime in hominibus qui honestatem valde debuissent colere. Unde prima turpitudinis cavetur lege de femoralibus, secunda, illa, quæ ascensum per gradus prohibet. Si namque talis ascensus non vereretur, partes pudendis conjunctæ revelarentur, quamvis non ipsa.

Exod. 28. *Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron; quando ingreditur coram Domino. Ubi omnes intelligunt hæc ad consulendum Dominum deservire juxta illud 1. Reg. cap. 23. Applicæ Ephod.*

Primo Reg. 14. *Applicæ arcam, dicitur, ut Dominus consuleresur, & oraculum captaretur.*

\*\*\*

§. I.

*Exponitur quid sit Vrim, & Tummim.*

**N**ON solum post tot curricula temporis in expositione rationalis iudicij variant impræsentiarum auctores, verum etiam Josephus atque Philo Judæi non maxime sibi conveniunt, omnes autem ignorantiam non erubescunt fateri. Sic Rab Camius, Rab Alphes, & R. Azarias. Sed quid miri? cum Divus August. quæst. 117. in Exod. & Divus Cyrillus lib. 11. de ador. ejus intelligentiam fugere confiteantur.

Ex difficultate orta est varia opinandi libertas. Aliqui enim rationale iudicij quid à gemmis pectoralis esse distinctum existimant. Et ij quidem variant. Philo namque inter eos lib. de Monarch. (licet aliter lib. tertio, de vita Mosis sentire videatur) non tam inscriptas voces velit, quam duplicem texturæ in rationali fuisse diversitatem, quibus hæc nomina Vrim & Tummim fuerint imposita. Alij inter duplicem illam texturam duplicem laminam, auream; argenteam alteram fuisse, in quibus nomen Jehova esset scriptum, ut placuit R. Salomoni, neque Vacablo, & Eugubino displicuit. Vel ut delirant R. Abraham & R. Aben Ezra instar astrolabij, à quo inventionem acceperint ex tunc astrologi. Quod manifeste Abulensis refellit in Exod. cap. 28.

Verum, Vrim & Tummim nil aliud à gemmis esse, constat. Quid enim causæ esse posset, ut altum silentium de eo haberetur in Sacro textu, cum minutissima de alijs ignobilioribus se offerat longa descriptio? Si tradit Dominus omnium lapidum sculpturam, ordinem, atque nomina, cur memoriz non prodidisset similiter sculpturam, nominaque Vrim & Tummim?

Dicendum ergo est cum Olcastro

Vrim & Tummim non esse à lapidibus illis distinctum, sed dici Vrim, quia fulgebant, Tummim vero sive completos aut perfectos. Vrim enim illuminationes, Tummim perfectiones significant. Addo autem esse duodecim illos lapides, quatenus per illos futura prænunciaverit sacerdotibus consulentibus. Suadet Scriptura Exod. 39. quoniam relatis omnibus, quæ ad vestes sacerdotales spectant nil de Vrim & Tummim indicavit. Signum ergo est, nil esse distinctum à gemmis, cum prætermisisset aliquid tanti momenti decens non sit Scripturæ. Deinde, quoniam Numer. vigesimo septimo, ubi dicitur, *Pro hoc si quid agendum erit, Eleazer sacerdos consulat Dominum*, in Hebræo dicitur. *Interrogabit illi in iudicio Vrim*, idest consulat Dominum per Vrim idest per lapides rationalis. Deut. 33. ubi. *Perfectio tua, & doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione* in Hebræo est, *Vrim & Tumim tui viro sancto tuo.*

Neque convincunt contrarium verba illa. *Pones autem in rationali iudicij doctrinam & veritatem*, quasi hæc lapidibus aliquid superpositum essent. Quoniam prius rationale duodecim lapides exornare præcipit Dominus, exponit deinde usum illorum virtutemque illis speciale inesse quasi diceret *pones in rationali Vrim & Tummim*, idest prædictiones futurorum quoties oporteat efflagitabis, ita ut lapides, qui oraculi forent ornamentum duntaxat, nunc tanquam futurorum signa & prædictiones habebis. Neque in particula *autem* difficultas apparet, in Hebræo enim copulativa legitur capax variarum expositionum, sicut in textu Vulgatæ particula *autem*.

Vrim & Tummim non distincti, qui à rationali.

§. II.

*Exponitur modus oraculum in erro-  
gandi.*

1.  
*Modus  
oraculum  
interro-  
gandi.*



Inca modum, quo oraculum solebat interrogari, præfens sacerdoti debebat esse, & stare versus sacerdotem faciem vertens, vult David Kimhi, licet Rambam post sacerdotem stare voluerit interrogantem. Deinde Rambam sentit non sola cogitatione, neque clara voce, sed eo modo quo Anna Domino loquebatur 1. Reg. 1. interrogare debuisse. Verum cum sacerdos vultu respiceret arcam, vel in Occidentis partem converso deberet adversus interrogans esse, cum eodem, quo sacerdos, aspires vultu, & simul utriusque in Deum vota & orationes ferrentur, oculi, & vultus. Neque alia, quam clara voce usum interrogantem, dici à Rabbinis potest cum Talmud. Hierosolym. & Perush in Ioma cap. 7. fol. 73 r. & contrarium sit à ratione alienum, cum aliàs neque exaudire neque intelligere quæstionem ejus valeret. Dicendum ergo est voce clara, & sensibili rem fuisse propositam sacerdoti, ut Dominum eadem consuleret voce.

Sed contra hoc plures sunt Scripturæ textus, in quibus non sacerdotem, sed interrogantem, apparet, Domino proponere dubium, Saül enim 1. Reg. 14. David ca. 23. à Domino, quod scire desiderant, sciscitantur, & ipsi loquuntur. Verum hoc falsum est, aliàs non Pontifex sed Deus consuleretur, neque sacerdos interrogaretur contra illud Num. 27. ubi Eleazarum præcipitur interrogare Josuë. Unde solum consuluisse, eaque verba Saülem Davidemque fuisse locutos, fatendum est, quatenus medio sacerdote Dominum loquebantur, id enim quod alicujus

nomine sit eidem aut ibui solet.

Quo autem modo oraculum præstisset responsum non omnium est idem judicium. In primis autem factum est eventum adversum ex lapidum nigro colore sicut ex purpureo si fuerint facticia cognosci. Verum iste specialis fulgor satis non esset si pluribus responso nuncianda foret, sicut petenti David an in aliquam ascenderet civitatem? dictum est in Hebron quod nullus lapidum, fulgor significasset. Unde dicendum præter lapidum illum fulgorem, opus esse in ejus responsis, vel Dei vel Angeli sensibili voce, vel interna; qua illuminaretur sacerdos, ut interroganti daret responsum.

*Quomodo  
oraculum  
prestitit  
responsum.*

Ex iis quid dicendum pro conciliatione antilogiæ patet. Etenim sacerdos Dominum consulturus, sanctum sanctorum ubi Deus residere credebatur, captabat oraculum, rationale tamen seu lapides præstans. Cum autem arca extra tabernaculum foret coram illa oraculum captare licebat. Sic ergo contigit 1. Reg. 14. ubi ait Saül. *Applica arcam* id est ut Hebræus vertit *approximare fac arcam*, quasi diceret, convertere ad arcam, ut exquiras oraculum. Unde quod simpliciter, ut sic loquar, necessarium erat, ut Dominus interroganti sacerdoti daret responsum, erat Ephod seu rationale, sive consuleret coram arca à tabernaculo separata, sive coram tabernaculo solo. Erat enim Summus Sacerdos & tabernaculum in Nobe, à quo aberat arca, quò fugit Saülem David 1. Reg. 21. pro quo Summus Sacerdos consuluisse innuitur cap. 22. Suadent idem verba 1. Esdræ 2. & 2. Esdræ 7. quia arca à Jeremia abscondita, nec recuperanda in æternum, miseri Judæi sacerdotem sperant, qui Deum consulere possit. Oraculum etiam captari posse cum solo Ephod tabernaculo & arca non præsentibus constat ex 1. Reg. 23. & c. 30. Vide plura in Seldeno lib. 3. Syned.

Exod. 29. *Carnes autem vituli, coriumque combures foris extra castra, eo quod pro peccato sit.*

Levit. 4. & 5. *In sacrificio pro peccato Principis, vel persona privata non extra carnes efferebantur, nec cremabantur, sed comedebantur.*

**D**icendum: quod carnes vituli comburi debent extra castra, eo quod sunt carnes vituli immolati pro peccato, & hoc universaliter est ve-

rum. Non enim in omni sacrificio pro peccato carnes extra castra comburi debent, sed solum in sacrificio pro peccato sacerdotis, pro quo sem-

per vitulus immolandum est, sicut & pro peccato totius populi, & in utroque casu extra castra carnes vituli comburendæ. Pro peccato autem

Exod. 29. *Pectusculum consecratum & armus cedent in partem Aaron & filiorum ejus.*

**D**icendum: quod hic statuuntur jura, quæ filius Aaron ex sacrificiis subvenire debebant. Non ergo intelligenda sunt verba illa, quasi pectusculum & armus illius arietis, qui jam immolatus & combustus esset, cederet in partes eorum, sed de aliis

Exod. 29. *Alienigena idest qui de Tribu Levi non fuerit (sic exponitur ab omnibus.) panes sanctificatos comedere prohibetur.*

**E**xrema necessitas, qua gravatus panes propositionis petijt, ediditque David honestum reddit actum, neque vlla in expiationem danda opus fuit hostia, cum nullum esset deli-

Exod. 29. *Erit Sanctum sanctorum, omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur.*

**A**liqui ad victimas referunt, ita ut omnes, quæ tetigerint illud altare, sanctæ reddantur in illo semel oblatae, neque ab aliis possint, quam à sacerdotibus edi. Verum hoc patitur expressam instantiam, nam victimæ pacificæ impostæ altari holocausti, ejusque tactu sanctificatæ ut Deur. 12. dicitur, ab aliis quam sacerdotibus edebantur. Alij dicunt ex tactu altaris ira omnia sanctificari, ut quamvis profana sint, non liceat convertere ad usus profanos. Sed hoc difficile est, cum concedere ij teneantur, immundum quodcumque sive leprosum, coluber sit, sive porcus, vel quodlibet prohibitum animal, altare sacrilego attingens contactu sanctificandum fore.

Dicendum ergo est: illa verba ad hortationem sacerdotibus factam, indicasse, quo sanctius possent, accederent ad altare, neque attingi posset nisi à sacerdotibus sanctis, ita ut altaris sanctitas, ad eorum sanctitatem procurandam debeat sacerdotes movere,

Principis vel privatæ personæ carnes capræ quæ immolantur, extra efferrî non licebat ut comburantur.

Exod. 29. ver. 25. *Hæc omnia cremanda erant. Præterea pectusculum consecratum in partem Moysis cedebat.*

quæ in posterum offerrentur, quidquid fuisset. Unde pectusculum, & armus, quæ in hoc arietè separata sunt, neque in partem eorum cesserunt, in aliis sacrificiis hostiisque pacificis dari debebant. Quod denotant verba illa jure perpetuo.

Primo Reg. 25. *David petiit, & edidit propositionis panes.*

atum. Quamvis ut res sacrosanctas usurparet, esset necessaria mundities. Quod indicat 1. Reg. 21. David à Pontifice interrogatus de puritate, & munditie.

Num. 19. *Sequeretur leprosum sanctificandum, si accederet, & aliud quodvis immundum, è contra accidit cum polluant tabernaculum.*

saltem penes carentiam immunditiæ legalis. Neminem etiam ad altare accedere audent, qui non sit consecratus sacerdos, indicat textus, & sic non exhortationem, sed potius præceptum continent. Idem, ubicumque reperiuntur hæc verba, indicatur, sicut Levit. 6. *Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus ejus, quia sanctum sanctorum est.*

Vel dicendum explicari debere de iis rebus, quæ lex altari inferri permetteret, vel accedere ad altare, cujusmodi ligna cineres. Vel de iis, quæ cum profana essent, illud attigissent casu, unde illud, *omnis qui tetigerit illud sanctificabitur* cum distributione accommodata, accipiendum est. Alias explicari non posset cum Nu. 19. pollutus super mortuo, aqua lustrationis non adspersus polluat tabernaculum, si illud ingreditur, & Lev. 16. expiatio sit necessaria, quoniam contaminatum esset, & festo expiationis generalis fiebat, ut omnes immunditiæ occultæ expiarentur.

Exod. 29.

Exod. 29. *Sacrificium est ad ostium tabernaculi.*

Exod. 27. *Distabat centrum altaris holocausti ab ostio 35. cubitis.*

**N**on in ostio tabernaculi intelligendum est, sed quod non ante

nec procul ab ostio. Unde septuaginta *iuxta ostium* legunt.

Exod. 30. *Quando tuleris summam filiorum Israël. juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus, non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti.*

Reg. cap. 24. *Mortui sunt 70000. ob populum numeratum.*

\*\*\*

§. I.

*Impugnatur Manasses Ben-Israël.*

1. **P**OPULUM numerari Dominum præcepisse, ut infirmitas, quæ fasciatio appellatur, exularet ab Israël, sentit Manasses Ben-Israël, quam sic vitam hominum insectari Talmudici dicitant, ut ex centum, centum uno minus moriantur, de quo contagio, cum ab infirmitate se liberaturum promittit Dominus populum, censent intelligendum. Quapropter (inquit Rabbini superius citatus) à sapientibus diutius hominem campum alienum videre interdictum est, ne fascinationis periculum immineret. Ex quibus Rabbi Moses Gerundensis deducit Dominum Mosi numerare populum præcepisse, sic tamen quod fascinationis periculum vitaretur & sic mediis sicles ut illis numeratis hominum summa cognosceretur, in numerum voluit reduci, prohibuit ergo populum numerari in singulos oculos si xis propter fascinationis contagium. Hoc quidem fuisse peccatum David, quod contra præceptum Domini populum numerasset.

*Fasciatio contagium exitiale reputant Hebraei.*

Verum hoc etiam ipsis Rabbini sine fundamento dictum existimatur. R. Isaac Abarbanel expositionem primo impugnat. Quoniam si hoc foret præceptum, unum esset de 613. ab Hebraeis recognitis unanimiter, quod non ita est. Secundo, Saül enim lapidibus numeravit, non sicles. Pariter in Harbot Moab à capitibus sunt numerati, & Levitæ non mediis sicles. Quare non tam ut summam hominum Dominus recognosceret, quam ut tabernaculo provideret, numeratus est populus.

Alij supplicium illud, non propter populum numeratum, inflictum cen-

sent, sed propter Viræ mortem, ejusque uxoris offensam. Verum quam distans à veritate, quis statim non videt? cum illud remissum foret & in filij morte punitum, propriæque uxoris profanatione. Alij non peccasse David, sed populum, cum David filium Isaï non habere in Israël potestatem, per ignominiam jactabant, unde à populo numerato occasionem Dominus sumpsit, eos in virga ferrea puniendi. Sic Isaac Abarbanel contra textum.

*Recensui populi à David factus plebs tur à Deo.*

\*\*\*

§. II.

*Conciliatur antilogia, & modus sicles pensationis solvenda declaratur.*

**D**ICENDUM ergo est numerare populum non esse prohibitum absolute, sed potius licuisse propter imminens bellum, vel ut à singulis capitibus census dimidium sicles in tabernaculi sumptus daretur, unde Num. 1. & alibi numerari populum præcepit Deus. Quæ omnia non sic servata sunt à David, quoniam populum numeravit gratia vanæ curiositatis, ut quot princeps ac dominus foret, cognosceret, vel oblitus Dei spem in suo exercitu fixit.

Medius ille sicles annuum tributum fuit, & ex more deinceps perpetuum mansit, per singulos annos solvendum. De hoc tributo locutus est Titus oratione ad Judæos habita. Quodque maximum est (inquit Haloseos lib. 6 c. 34. in Græcis: in Ruffino lib. 7. cap. 13.) Tributum capere Dei nomine, ac donaria colligere vobis permisimus. Eaque offerentes neque monuimus, neque prohibuimus, ut hostes nobis efficere mini ditiores, nostraque pecunia vos contra nos instrueretis.

¶ De

¶ De illo loquitur Tacitus hist. lib. 5. Primo ergo die Adar edicto publico per tribus universas in vrbibus, tractibusque monitum est, ut quisque siclum suum in annum futurum pararet, solveretque post dies quatuordecim. ¶ Trapezitæ passim (inquit Maimonides Halach Siklim cap. 5. §. 9.) per vrbes & provincias commorabantur, ac canistro seu vasculo aliquo siclos poscebant. Qui dederit ab eo accipiebant. Qui vero non dederit, cum non cogebant dare. ¶ Vigesimo autem quinto mensis Adar Trapezitæ commorabantur in templo ad exigendum tributum illud, atque ab illo

tempore, quicumque non daret, cum id facere cogebat, scilicet qui non daret eum præhendebant, pignusque ab eo capiebant, etiam amictum ejus. Trapezitas autem neminem cogere sive prehensione, sive pignoris capione nisi ex auctoritate Synedrij, ad quod sicut & alia judicia, sic annuæ sicli pensationis jus spectabat, Hebræis confonum est. Quod autem sub anni exitum pensationis supererat, pro arbitrio Synedrij in sacrificiis altaris secundis infumendum erat. Vide Gemar. Babylon. ad titul. Cethuboth capite 13. & Maimon. Halach. Siklim c. 4. Molem Mikotzum Præc. affir. 45.

Exodi 30. *Præcipitur fieri altare, super quo adolendum incensum mane, & vespere. Hoc autem esse intra sanctuarium constat tum ex Paulo ad Hebræos. 9. ibi Tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum aureum habens thuribulum, id est altare aureum, & arcam testamenti. Tum, quia Exodi 40. præcipitur quod ara supra quam adolebatur incensum coram arca testimonij collocetur.*

Levitic. 16. *Ne omni tempore ingrediatur sanctuarium & Paulus ad Hebræos c. 9. Secundum tabernaculum semel quotannis solus Pontifex ingressus est non sine sanguine.*

2. **S**igonius verba Levitici sic exponit. Quod semel quotannis ingrediatur adyta sanctuarij solus, ac quotidie cum aliis intraverit. Huic affinis est Augustini expositio. Pontificem quidem quotidie Sancta sanctorum ingressum, uti thura adoleret, quod autem semel dumtaxat introivisse dicitur, id ad anniversariam expiationem retulit, quæ sanguine purificationis fiebat. Unde Levit. 16. dicitur nisi hæc ante fecerit. Verum, quamvis sola auctoritas D. Augustin. eruditione & sanctitate maximi expositionem probabilem reddat, litteræ textus non ita conformari videntur. Unus enim dies in anno præscribitur Levit. 16. vers. 29. quo hæc, quæ hic præscribuntur, facienda erant, scilicet decima dies mensis septimi, qui & dies Expiationis dicebatur, quo generalis populi expiatio fiebat, & quo solo licitus erat in sanctuarium sacerdoti ingressus. Conveniunt in hoc omnium Talmudicorum judicia, quæ in patriis ritibus, & cæremoniis essent immerito contemnenda. Sic Maimonides in Halacha Beth Habbechira cap. 7. sanctum sanctorum (inquit) est sacratius reliqua

parte templi, quia nemo illud adit nisi Pontifex die expiationum, ipsa sacrificij hora. Josephus lib. 6. Belli cap. 6. ¶ Illa vero (inquit) si quando adyta intrabat: solus autem neque semel in anno intrabat, quo die cunctos jejunare mos erat. ¶ Philo libr. 2. de Monar. & libr. de legatione ad Caium. ¶ Templum (inquit) omni prædicatione est pulchrius, ut quidem ex iis, quæ apparent, colligi potest, nam quod ad ea pertinet, quæ in penetrabilibus sunt, ea nemini visuntur nisi uni, hoc est Pontifici maximo ¶ Addit ibidem. Atque huic tamen omnia cernere licet, cum quotannis, & semel dumtaxat intrare fas sit. ¶ Alibi D. Augustinus sentit.

\*\*\*

### §. I

*Explicatur Paulus ad Hebræos 9. & statuitur altare extra Sanctuarium fuisse & Exod. 40.*

**D**ivus Augustinus qu. 133. & 136. & sequenti in Exodum, Orig. Hom. 9. in Exod. & Rupert. lib. 4. 9. in Exod.

Quid Div.  
Paulus ad  
Hebr. 9.  
thuribuli  
nom ne in-  
tellexerit.

Exod. ex eo, altare intra adyta sanctuarij senserunt, tum quia Paul. loco citato nomine thuribuli aurei, quod intra sanctuarium collocat, altare intellexit, quod magni cujusdam thuribuli aurei instar erat. Quoniam si Paulus aram seu altare nomine thuribuli non intellexerit, nullam de ara fecisse mentionem, quod credendum non est, cum accurate describat ea omnia, quæ erant in Tabernaculo, & omittere non deberet aram, quæ una erat ex primariis Tabernaculi partibus. Tum, quia 3. Reg. 6. v. 22. hoc altare vocatur altare oraculi, quod intra adyta erat.

Dicunt aliqui, Paulum thuribuli nomine significare voluisse, thuribulum illud, quo Summus Sacerdos sancta sanctorum, semel in anno ingrediens incensi nebula totum sanctum sanctorum implebat. Quoniam ut inquit Villalpandus, thuribulum illud, quod Pontifex in sancta sanctorum intulerat, ibi in sequentem annum relinqui solebat, quò aliud cum prunis & thure substitueretur. Verum hoc falso dictum sit, quia sacerdos thuribulum foris assumebat, ac cum eo in sancta sanctorum intrabat ut Levit. 16. indicatur. Neque decens esse videtur in sacratissimo loco, & religioso coram arca toto anno cineribus plenum thuribulum ullo absque usu relinqui, Paulumque istius memoriam fore facturum, habita nulla de altari, vel ara.

Paulus ergo, altare hoc intra sanctuarium fuisse non docuit, sed solum sancta sanctorum habuisse arcam atque altare. Non enim solum dicitur sanctuarium habere quod intrinsece ab illo continetur, sed quod extrinsece ( ut sic loquar ) cum ipso conjunctum est. Sicut templum altaria & cæmeteria dicitur habere, diversimode tamen. Sic à Paulo dicitur sanctuarium habere arcam & altare, aliter tamen, illam intra se, hoc extrinsece & sibi contiguum in priori nempe parte sanctuarij, vicinum tamen omnino velo, quod sancta sanctorum à reliqua parte sanctuarij dividebat; medium quidem inter candelabrum quod erat in parte Australi, & mensam propositionis, quæ erat in latere septentrionali, atque adeo in medio latitudinis ipsius templi, non tamen in eadem serie: nam altare illud erat multo vicinius oraculo, quam mensa vel candela-

brum. Sic Bonfrerius. Quamvis autem ( ut sic 3. Reg. 3. fiat factis ) altare hoc dicatur altare oraculi, non ideo esse in oraculo dicendum est. Dicitur enim oraculi altare ad distinctionem altaris, quod erat in atrio, cujus comparatione merito potuit dici oraculi altare, cum ipsum proximè contingeret oraculum, & ad transfundendos in ipsam odores constructum esset.

Ex his facile refellitur, quod tenuit Pineda, extracto nempe Salomonico templo, novaque incensi ara fabricata, priorem illam à Mose factam in sancta sanctorum fuisse inclusam, & asservatam. Facile ergo repellitur hæc expositio. Paulus namque non de Salomonis templo, sed de Mosis loquitur tabernaculo.

Ad illud Exod. 40. dicitur quod locus ille in quo erat ara incensi separatus velo ab ipsis adytis fuit. Unde cum Levit. cap. 16. Sanctuarium quod intra velum est, appelletur ipsum adytum, contra de incensi, & suffituum ara dicitur Exod. cap. tricesimo fuisse eam ante velum illud, ut in medio opansum velum inter adytum aramque suffituum esset. Ara ergo incensi ante velum erat, at velum ipsum ante arcam testimonij, atque ab operculo propitiatorio distinxerit veli interjectio. Quando autem cap. 30. & 40. Exod. *contra velum* ponendum dicitur esse altare explicari debet *ante velum*, in Hebræo enim habetur *liphne*, quod significat *ad facies, in conspectu, à regione, coram, ante*. Sicut paulo post ubi dicitur *coram Propitiatorio* in Hebræo est *liphne* quod ante propitiarium altare fuisse explicant omnes. Quamvis autem Exod. 40. quod ara incensi aurea coram arca testimonij collocetur, dicatur, quod expressum ibi non est, postea paucis interpositis additur, aram auream in tentorio conventus ante velum esse positam. Jam rem totam conficiamus, quin amplius argumentis opus non sit. Ex enim c. 30. cornua aræ præcipit Deus semel quotannis vituli sanguine rigari die illo expiationis, prius autem sanguinem illum in sancta sanctorum inferri, ac mox exire illinc Pontificem, & conspergere aræ cornua necesse fuit. Sic etiam sancitum Levit. 16. si ergo exire ex adytis Pontifex debuit ad riganda aræ cornua, aram eam in adytis non fuisse certum est.

## S. II.

De Summo Pontificatu Zachariae  
Ioannis Baptistæ patris agitur.

4.  
Zacharias  
Baptistæ  
pater non  
fuit Ponti-  
fex sum-  
mus.

**E**Xhis accipit lumen illud Lucæ 1. August. namque in Joan. tractat. 49. Amb. in Luc. 1. Beda ibidem & Euth. in Luc. 1. Summum Pontificem Zachariam ea ratione suadere nituntur, quod in intima templi ingressum judicaverint, ipsoque adolescente incensum, populus staret foris expectans. Quibus respondet tempus, ut inquit enim Baronius in apparatu suo decima die mensis septimi de conceptione Joânis præmonitus est ab Angelo, quo tempore & semel in anno, die nempe expiationis Summo Pontifici adyta penetrare fas erat. Omnia ergo quæ Ex. 30. & Lev. 16. de Summo Pontifice refert Scriptura, optime iis quæ Lucas inquit de Zacharia, adaptari videntur.

Verum iis, quæ retulit Lucas, Zachariæ evanescit Summus Pontificatus. Præterquam quod illum sacerdotem tantum appellat, cum ca. 22. agens de Summo Sacerdote & alibi Principem Sacerdotum nominaverit Act. 23. ex eo quod sorte ei obtigisset, ut adoleret incensum, excluditur à Pontificatu, & legitimo Summo Sacerdotio, cum functio Summi Pontificis sortis non fuerit subiecta. Neque sortem, quæ obtigit Zachariæ ad Summi Sacerdotis institutionem referre, sed ad incensum adolendum, Lucæ permittunt verba. Et si hoc ita esset (ut voluit Beda) difficile crederetur, cum nul-

libi, neque in Scriptura Sacra neque apud ipsum Iosephum, Summum Sacerdotium sorte cuivis, venisse reperitur, unum si excipias Phannum nomine, cui sorte obtigit, vi Anania Summo Sacerdote deposito temporibus Vespasiani Judæam cunctam devastantis.

Unde ex dictis fit satis verbis Lucæ. Quia ut inquit Philo libr. de vict. offerentibus duo erant altaria, alterum in atrio positum extra primum velum ad immolandas victimas, alterum ad adolendum incensum, juxta dicta superius. Populus autem non solum à secundo tabernaculo (sic vocat Paulus) quod erat sancta sanctorum, sed à primo erat seclusus. Utique quemadmodum sanctum sanctorum sacerdotum non recipiebat, sed Pontificem solum & hunc quidem semel tantum in anno, ita sanctum in quo ara suffimentorum erat, plebem arcebat, & sacerdotes solos una cum Pontifice admisit. Hæc manifesta redduntur, ex iis, quæ de templo Iosephus scripsit. ¶ Templum (inquit) quatuor porticus habuit in circuitu, & harum singulæ propriam secundum legem habuere custodiam. In exteriorem itaque ingredi licentia fuit omnibus, etiam alienigenis: mulieres tamen menstruatæ transire prohibebantur. In secundam vero porticum cuncti Judæi ingrediebantur, eorumque conjuges, cum essent ab omni pollutione mundæ. In tertiam masculi Judæorum mundi existentes, atque purificati. In quartam autem sacerdotes, stolis induti sacerdotalibus. In adytum vero soli Principes sacerdotum propria stola circumamicti.

Exod. 30. *Altare thymiamatis habebit cubitum longitudinis.*

Exod. 27. *Altare holocaustorum habebit quinque cubitos longitudinis.*

Vide Exod. 17.

Exod. 30. *Caro hominis non ungetur ex illo.*

Ibidem oleo isto præcipitur Aaron & sacerdotibus ungendos.

**D**icendum: illis verbis, oleum illud, quia Deo sanctum, in profanos usus convertendum non esse præ-

cipi, ut ex præcedentibus, verbisque sequentibus constat.

Exod. 30. *Medium sicti qui transit ad nomen præcipitur dare.*

Nehem. 10. *Tertium sicti præcipitur dare.*

**R**Ab. Aben Ezra tertium sicti à Nehemia impositum Israëlitis aliud

esse à pretio animæ, exactioneque imposita Exod. 30. Tributum enim Nebemias

hemias ibi populo postulavit rebus ali-  
quibus necessariis comparandis, ca. 10.  
numeratis. Unde præter dimidium si-  
cli ad quod tenebantur ex lege, tertium  
scli noviter impositum exigebant.  
Moses Gerundensis ex eodem profes-  
tum jure, quo scli dimidium, tradidit  
esse tertium, neque inæquale tributum

ideo impositum fuisse. Tempore nam-  
que Moysi viginti erat granorum si-  
clum, tempore Nehemiæ triginta.  
Idem ergo est tertium scli constans  
decem dumtaxat gravis Nehemiæ  
tempore, ac Moysi dimidium eadem  
decem continens grana. Sed de iis, suo  
loco, Deo largiente, dicemus.

Exod. 30. *Aaron singulis diebus mane  
præcipitur adolere incensum.*

Levit. 15. *Qui tetigerit mulierem, vel à  
quo coitus egreditur semen, immundus  
usque ad vesperum erit. Unde fas non  
erit tabernaculum ingredi. Ille ergo  
qui quotidie adolere teneretur in-  
censum mane, rei uxoria non posses  
operam dare.*

**D**icendum: non solum Aaron, ali-  
que. Summo Pontifici qui ado-  
lere deberet incensum, sed ejus in per-  
sona aliis præcipitur sacerdotibus infe-

rioribus, sicut & parare lucernas. Unde  
Ex. 27. dicitur Aaron & filiis ejus. Vide  
quæ Exod. 30. diximus de Zacharia Ba-  
pustæ parente, & sacerdote inferiori.

Exod. 31. *Ecce vocavi Beseel filium Uri  
nepotem Hur, & Maria Moysi sororis,  
quia Hur accepit Mariam in uxorem,  
ille de tribu Iuda, ista de Levi.*

Num. 36. *Nullum extra tribum ducere  
uxorem decernit Dominus.*

**A**liqui asserunt Levi tribum, &  
tribum Juda mixtas fuisse, ma-  
trimoniisque mutuis confusas propter  
utriusque dignitatem, unius sacer-  
dotalem, alteriusque regalem. Unde  
Aaron de tribu Levi Elisabet forem  
Naasam filiam Aminadab, parentis &  
fratris de tribu Juda, ut Matth. 1. & Lu-  
cæ 3. Num. que 7. constat, in uxorem  
accepit. Verum hoc falso ex dignitate  
tribuum deducunt, cum ante sacerdo-  
tium in domo Aaron constitutum, jam

is haberet uxorem, filiosque simul con-  
secratos in sacerdotium ut Num. 3. & Le-  
vit. 10. palam habetur, ex qua, Elisa-  
bet nempe, Nadab, Abiu, & Eleazar  
nati sunt, ut Exod. cap. 6. Quare dicen-  
dum pro nunc, licere tribubus omni-  
bus ducere extra tribum uxorem, quin  
hoc in privilegium tribui Levi, & regali  
Juda reducendum sit, quousq; Nu. 36:  
quemlibet de tribu sua ducere uxorem  
decretum est. De hoc autem suo judi-  
cium loco dicemus proprium.

Exod. 32. *Primitias de auro, & ferro of-  
ferri præcipitur.*

Exod. 27. *Referuntur omnia qua offerri  
debent, non autem ferri fit mentio.*

Vide Exod. cap. 27.

Exod. 31. *De Sabbatho pactum esse inter  
Deum, & homines sempiternum, Israë-  
litas nempe dicitur.*

Exod. 20. *A servis & ancillis præcipitur  
observari.*

Vide Exod. cap. 20.

Exod. 31. *Sex diebus fecit Deus calum  
& terram.*

Eccles. 18. *Omnia fecit simul.*

Vide Genes. caput primum.

Exod. 31. *Videte, ut sabbatum meum  
custodiatis.*

Matth. 12. *Sacerdotes sabbatis sabbatum violant.*

Vide Exod. cap. 20.

Exod. 31. *Fabricare in tabernaculo sabbathon licet.*

**D**icendum: quod omnia, quæ aliâ vel permissa, vel præcepta à Domino non sunt, sabbathi die prohibentur, fabricatio autem vetita est in præsentibus eorum constructioni per sex dies prohibitionem in sabbathis addat. Unde non est idem de igne, quæ

Exod. 31. *Oleum unktionis facient, dicitur de artificibus.*

**A**liqui oleum unktionis prohibitum fieri sentiunt, dumtaxat quando componitur, ut gentili vendatur ut indicare videntur verba quæ subsequuntur. *Et dederit ex eo alieno.* Verum idem præceptum de oleo, atque de Thymiamate Dominus promulga-

Ex. 31. *Oleum dicitur facturos artifices.*

2.  
Duplex  
oleum.

**A**liud erat oleum simplex, & hoc offerebat populus, de quo etiam cap. 27. aliud erat oleum unktionis ex pluribus confectum, quod potius unguentum appellabatur, & de hoc, ab artificibus confectum dicitur

Exod. 32. *Hi sunt Dij tui, qui te eduxerunt de Ægypto. In Hebræo Heloim tam pro singulari, supponente, quam pro plurali, ut patet Gen. 1. Deut. 5. Isai. 19. Et alibi, quasi in vitulo tanquam in symbolo versus Deus coleretur, sicut à nobis in sua imagine, quod esse piaculum non videtur.*

Vide Exod. 20.

Exod. 32. *Mosi congregati sunt omnes filij Levi tanquam innocentes, ut interficerent delinquentes, ergo innocens Aaron congregatus est qui de tribu pariter fuit Levi.*

**D**Uas hujusmodi antilogia continet partes. Alteram Aaron innocentiam, alteram mortem filijs, fratribusque suis à Levitis infestam, ubi plures de hac tribu idololatria tabuisse indicatur.

Levit. 6. *Accendere ignem ejusque quotidianum fomentum præcipitur.*

accendere Deus præcepit quotidie. Sic intelligitur illud Matth. 12. Sacerdotes sabbathis sabbathum violant, materialiter nempe, quia decoriare pecora, ignemque fomentare, si alius domi suæ faceret, violaret, non sic sacerdotes, quibus præceptum erat.

Exod. 30. *Homo qui tale composuerit, peribit.*

vit, hoc autem non solum prohibitum est ut alieno detur, sed si quis illius frueretur odore. Non ergo nefas erat oleum componere ad sacerdotes, vestesque illorum ungendas sed convertere tantum in usus profanos, suam si quis ungeret carnem.

Exod. 25. *Populus offeret oleum.*

Exod. 31. Neque ex quo unguentum offerri à populo addatur Exod. 25. colligitur oppositum. offererent enim aromata ex quibus confici poterat, & sic æquivalenter offererent unguentum, sed non confectum, quod ex c. 35. constat.

Exod. 32. *Peccavit populus tuus, dixerunt hi sunt Dij tui Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti.*

Exod. 32. vers. 21. *Vt induceres super eum peccatum maximum, inquit Moses Aaroni. Deinde. Consecrabis manus, unusquisque in filio; Et in fratre suo, ergo aliqui, nempe, fratres Et filij horum qui justitia fuerunt ministri peccato polluti sunt. Non ergo omnes filij Levi innocentes fuerunt.*

Circa primum, aliqui ideo Aaron à peccato purgare contendunt, quod populi voluntati acquiescens Aaron vitulum, id est Cherubinum alatum formavit, unum nempe ex iis, qui à Mose super arcam sunt efformati, quales Ezech.

c. i. describit. Hunc Mofi Deus promittit, id est arcam, in qua Cherubin essent, & illum vituli forma populus moræ impatiens Mosis ab Aarō postulavit postea tamen pronus in idololatriam peccavit. Verum præterquam quod sine Scripturæ, patrumque fundamento hoc confingitur, hoc falsi convincitur. Cum Deus enim Angelum populo suo promittens, spiritum pollicebatur Angelicum, qui signo sensibili aliquo viam ostenderet per desertum. Angelus autem, vel ipse Deus, antequam arca fuisset, dicitur Israëlitas antecessisse Exod. c. 13. & 14. Tum quoniam, quando Deos, qui ipsos præcederent, postulabant, nulla arce, nulla Cherubino- rum mentio fuerat. Non ergo, qua forma arca Cherubini- que fuerint construendi, populus posset scire, cum Moses nondum è monte rediisset. Neq; Cherubinos Deorum nomine appellari, neque ea constitutione efformatos esse, ut ad venerationem sui provocarent, sed potius submissionem, ministeriumque Deo exhibendum indicarent, Scriptura tradit alicubi, neque Cherubinos vitulos appellatos. Omitto alia, quæ ut Aaron liberent à peccato Rabbini somniarunt, apud Abulensem videnda, & assero illum graviter deliquisse ut expresse reprehendit hic Moses, & habetur Deut. 9. v. 20. ibi enim iratus dicitur Deus propter vitulum contra Aaron. Dicendum ergo pro hujus antilogiæ partis concordia, *Omnes* ibi non comprehendisse Aaron quem excipit textus expresse, illum Mose arguente peccati. Ideo autè inter alios gladio non perit, quia non

directe peccato idololatriæ, sed indire- cte occasionem præbendo, seu non im- pediendo, cum teneretur ex munere.

Circa secundum. Rabbi Salomon nullum de tribu Levi iudicat obno- xium idololatriæ. Unde verba illa *obji- dat unus quisque fratrem* ad alias tribus referri censet, omnes enim Hebræos fratres aliquando appellari deficientè vinculo proximo sanguinis, constans est, neque insolens Scripturæ. Et si il- lud obijcias, quod sequitur *Consecra- stis manus vestras unusquisque in filio, & in fratre suo*, filium, inquit, ut solet Scriptura pro nepote, qui si nepos erat ex filia, non necessario erat de tri- bu Levi. Et per fratres uterini intelli- gi possunt, ex eadem matre nati, quæ viro Levi, alteriusque tribus marito nubere posset. Verum Deut. 33. v. 8. meminit non solum filij, fratrisque, sed etiam patris, & matris, quo quoad patrè scilicet effugium concluditur omne.

Quare dicendum est, *Omnes* non significare neminem rigorose ex Levi- tis à ministris abfuisse justitiæ, sed quod pars maxima omnium concurrat. Neq; hoc sine fundamento confingitur, cum Judic. 20. Jabes Galaad viri defuerunt, & tamen filios omnes Israël, quasi virū unum egressos esse, ibi dicitur. Nisi di- catur, omnes filios Levi, qui sermoni Mosis tunc aderant, congregatos esse, delinquentes autem etiã de tribu Levi Mosem fugere sparfos sicut aliæ tribus per castra. Vel dicendum omnes, quot- quot in vindictã Mosis sunt congregati, de tribu fuisse Levi, non autem solum *Omnes* fecisse, quasi nullus abisset de tribu Levi, nullusq; reus foret peccati.

Exod. 32. *Ceciderunt in die illa quasi tri- ginta tria millia hominum.*

Paul. 1. ad Corinth. cap. 10. *Neque for- nicemur sicut quidam eorum fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia.*

Quamvis aliquibus in exemplari- bus, *Triginta tria millia*, legatur, in Biblia tamen correctiori Sixtina,

*viginti tria millia*, legitur. Idem penes Hebræum non est.

Exod. 32. *Tollite in aureas de axo- rum, filiorum, filiarumque vestrarum auribus.*

*Viri in aures non habent. Sint præ- cul à nobis iuvenes, ut famina com- pti inquit Ovid. epistol. Phædra ad Hippol.*

Dicendum morem antiquum esse, viros, aliquibus, quibus feminæ,

ornamentis abuti, quæ certe homines dedecabant, ut vidimus ex Ovid:

Exod. 32. *Placatus est Dominus.*

**D**icendum quod Dominus placatus est, ut populum non destrueret omnino & simul, quod indicat verbum *delebo*. Cum hoc tamen compatitur luere singulos pœnas, qui deliquerunt, unde propter delictum vituli à Levitis percussi sunt: Hanc autem stragem verba illa respiciunt *Percussit Dominus populum.*

✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽

## EXPLICATUR

*Exod. 32. in sensu morali.*

1.  
*Quilibet  
suis amat  
s. turam.*

**A**R TIFEX omnis facturam suam amat ardentem. Vitulum construxerat populus, & vix opus manuum suarum respexit, quando miracula publicavit, & tanquam Deo obtulit holocausta. *Hi sunt dii tui*; clamant, *quite eduixerunt de Ægypto*. Beneficia finxere, ut ostenderent gratitudinem, & quia idoli conditores considerantur ira suum opus extollunt, ut luto vili divinitatem concedere non formident. Vel dicendum vitulum Deos esse, quoniam in illo nullus non partem habebat, cum ex omnium componeretur auro, quilibet autem aurum sic tanquam Deum habebat. Hoc similiter contigit practicè cunctis avaris, qui veluti Deum æstimant aurum.

In præsentem capite refertur Moysen fratrem Aaron suggillasse, quod fecerit populum vitulum fabricare, verum non constat id Pontificem præcepisse: Dicitur autem Aaron imperasse, quia Princeps populi fuerat; Principis autem exemplum sic trahit subditorum imitationem, quod visus fuerit præcipere vituli formationem Aaron.

✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽✽

### S. I.

*Quantum possit in subditos superioris exemplum.*

**P**ONTIFEX dictus est à ponte faciundo, quasi sit via sequentium, ut inquit S. Bern. ep. 42. ad Henricum

Exod. 32. v. 35. *Percussit Dominus populum pro reatu vituli.*

Archiep. debet ergo vita superioris esse subditorum lux, & directio. Unde Eccl. 10. *Qualis rector est civitatis, tales & inhabitantes in ea.* Ideo Solon populares, homines, principum umbras, vocitabat: Ut enim umbræ figuras corporis, ita hi principum mores adumbrant, eorum nutus imitantur ac mores, & tandem erga principem se gerit tanquam speculum vulgus, ridenti arridet, desletque stentem, & sicut gestientis gestus, refert similiter mores. Unde Claud. Paneg. 1. de laud. Stilic.

————— *Non sic inflectere sensus  
Humanos edicta valent, ut vita re-  
gentis.*

Hoc ergo Moysen movit, ut Aaron Pontificem, & in fratris absentia populi superiorem, Israëlitas induxisse ad vitulum adorandum, judicaret, ut inquit enim Mart. lib. 9. epig. 82.

*Nemo suos, hac est, aula natura potens-  
tum.*

*Sed Domini mores, Cecilianus habet.*

Quoniam, qui aliis prælatus est exemplo suo inferiores ebibere mores illius facit. Pugnabat strenuè dux gentis Hebrææ Josuè contra quinque Palæstinæ Reges, & cum hostilem exercitum jam fugæ dantem pulverulentur terga circumspiceret, Sole in suum occasum properanti celeri cursu, Josuè ausus majora humano fastigio, pia temeritate exclamavit: *Sol contra Gabaon ne movearis, & Luna contra Vallem Ayalon.* O res ingenti stupore digna! Quis enim mortalium cœlo imperare tentaret? Quis præsumeret Solis obsequium? sicut Sol ne contra Gabaon se præcipitem daret, obscuraque vox Amorreis locū præberet fugæ. Claud.

*Omne tonantis*

*Obsequium Iesu mores potuerit mereri.*

Quid autem opus est pugne, sicut Lunam, Planetarumque cohortem? (Stellas stetit sentiant expositores?) Quid harum tremula lux poterat conferre ad victoriam? Quare ergo steterunt?

Quia

Quia stantem viderant Solem stellarum agminum Principem, & ductorē. Oportebat enim ( inquit Abulensis ) quod dum stabat Sol, non moverentur alia coelestia corpora, esset enim contra universam naturam, Sole, qui praesidet ceteris astris, suspendente celerem cursum, stellas accelerare. Arenosam Africā terram cum exercitu transeunte Carone sicut refertur. Cui miles quidam periculis exposita vita, aquā paululum obrulit galea. Verum ut aliis sitim tolerare Cato suaderet, militi sic respondisse fertur. *Me, degener miles, unum in hac turba sine virtute putasti? Excussit galeam, sufficitque omnibus unda.* Qua visa ducis mirabili tolerantia, nullus deinceps se praedicavit afflictum. Quid aquā vas à vitis tribus illis, periculis superatis oblatum fatigatum calore, sitique extinctum, movit repudiare David? Ut suo exemplo ( inquit Angelomus ) totus exercitus sitim addisceret tolerare, si namque sibi indulgeret David, frustra suos adhortaretur ad tolerantiam.

*Quid est tibi mare quod fugisti?* mirabatur Propheta David, responditque quasi, quoniam à facie Domini mota est terra, si terra, quae excedit antiquitate originis aquas, estque mari superior moveretur contra naturam conditori illius obediens, non potest non aquarum natura, & maris inclinatio turbari, fortiter enim attrahit inferiorem suo exemplo superior. Judic. capite 9. refertur, quod Abimelec Sichein fortissimam aggressurus, armis cum desiceret expugnare, ingenti strue lignorum circum arcem accensa, existimavit posse devastari praesidium. Continuo milites certatim ramos de arboribus praecidebant, unde tam prompta militum obedientia ( *Praecidit* inquit & exponit textus ) *arboris ramum*, ipse Abimelec, *impositumque ferens humero dixit ad socios. Quod me vidistis facere, cito facite.* Exemplo ergo ducis maximè fuerunt milites incitati; quoniam Principis exemplum efficacissimum est, ut inferiores roborati operentur.


In morte Christi Domini Sol eclypsum est passus, stuporem incussit mortalibus, Dionysio mirabile visum, sed mirabilius foret, solem te-

nebris densissimis non obscurari; Quare hoc? Quoniam si Astrologis fides est adhibenda eclypsis in approximatione Solis cum Luna consistit, uterque lumine sine caligine gaudet, cum huiusmodi luminaria se respiciunt cum oppositione, & distantia; miraculum vero maximum esset sic tunc temporis conservari? Quare hoc? Quoniam Christus vicinus morti inimicos longè distantes per amorem sibi iungebat. *Pater ignosce illis:* si ergo duo illa luminaria videbant eorum Principem supremum, & conditorem unionem à se distantium nimio amore sollicitare, miraculum esset ad conspectum tantæ charitatis exempli illa luminaria non copulari, & eorum unionem eclypsim mirabilem non resultare, quia Principis exemplum efficacissimum est inferioribus, ut imitari cogantur, ejusque vestigia sequantur. Quando Petrum Christus Principem constituit Ecclesiae, petram dumtaxat vocavit. *Tu es Petrus, & super hanc petram:* quando in secunda opportunitate Pontificatus obrulit possessionem, alere, & pascere oves praecipit; Quare nunc & non antea pascere subditos iussit? Quoniam nunc Petrus à pascendo subditos excusari non posset; tunc enim refert Evangelista de Christo Petrum, & ceteros Apostolos nimia charitate pavisse: *Venit IESVS, & accepit panem, & dedit eis, & piscem similiter.* Si ergo Petrus suis oculis vidit adhuc post negationem Dominum illum pascere, & de epulis ad sui utilitatem diligenter curate, quomodo excusationem adducet? Quomodo oves suas pascere non curabit, aut diligentiam ullam committet? Principis enim exemplum suavi violentia ad ejus imitationem subditos cogit & inferiores. Lex animata vocatur Princeps, quia ejus exemplum subditos suaviter cogit, cuncti namque velut legem respiciunt, quod palam Princeps operatur & agit. Poenitentiam praedicavit Jonas in Ninive civitate, sed parum profecit, saccum induit rex, egitque poenitentiam, & illico universi poenitere experunt. Quid in praedicatione Romæ cuncti Apostoli profecerunt? & unicus Prin-

*Amorem inimicorum suadet Christi Domini exemplum.*

*Exemplum Principis suavi violentia subditos cogit.*

ceps Constantinus suo exemplo Christianam religionem plantavit; sustulit Nicanor Raazias Judæorum religiosum rectorem, cujus deficiente optimo exemplo cuncti se ad idola converterunt; quia Principis exemplum superat piorum virorum prædicationem. Cum Hispaniam cœpisset gubernare Carolus Quintus fide, & fortitudine, pietateque strenuus cum Barcinone infirmaretur coactus est deponere comam, quem vassalli sunt imitati, & cesariem, quam ex primævis Hispaniæ temporibus nutrierant, non leges sed regis unicum dumtaxat exemplum tondere satis fuit; Quas non condidit leges Roma, ut superfluos populi rescinderet sumptus; Legem sumptuariam Æmiliam promulgavit, quæ cibos taxavit, de qua Tacitus lib. 3. Ann. Gellius lib. 1. Noct. c. 24. Macrobius lib. 3. Satur. cap. 17. Sumptuariam legem Antiam. Corneliam pariter de qua Amianus lib. 16. quæ vestes taxavit, & servos, de qua Plutarchus in Sylla. Didiam quæ reformavit convivia, Taniam quæ pariter ferula convivorum restrinxit, vixque unicam permisit gallinam. De qua Gellius li. 2. Noct. c. 24. Plinius nat. hist. c. 1. Tertullianus in apolog. Cicero lib. 7. ep. 26. Verum frustra conditas esse similes leges refert Tacitus, quia Imperatores luxuriose viventes primi violaverant leges; ubi vero Vespasianus sumptus superfluos rescindere cœpit, & suam exhibere familiam modestam, subito visa est in populo mirabilis reformatio, uniusque imperatoris vincere valuit exemplum quod tot leges frustra tentarunt prohibere.



## S. II

*Princeps criminis apparentem notam debet vitare.*

**P**RINCIPES, inquit Plato, longe magis exemplo, quam culpa peccant; ideo ab apparentia criminis cautè abstinere debent, ut noccat namque Princeps sat est quod reus appareat, licet in veritate criminis expertus, quando inferior delinquit suæ ad summum familiæ nocebit, Princeps autem sive verè, sive apparenter tantum labatur, totam lædit Monarchiam, sicut si

fonti immitteretur venenum unde cuncti bibere solent, omnes interficeret sine dubio; ideo opinioni, famaque sui singulariter Princeps consulere debet, ne exemplum inferioribus noceat, in personis enim publicis, inquit Epictetus, opinio debet veritati præferri, nocet enim etiam apparentis malitia: Cum Sol obscurator, eclipsumque patitur, cunctos sui defectus habet spectatores, & non levia damna causat in plantis, & in corporibus inferioribus, & tamen nubes longissime distant à sole, ipseque æquè splendore fungitur & fulgore, ut læderet autem sat fuit apparere obscuratus. Sol nondum declaratur Princeps luminum inferiorum nisi in quarto die, tunc enim astrorum est constitutus superior. *Solem in potestatem diei.* Quare hoc? Sol non fuit illa lux, quæ à Deo fuit prima condita die? si ergo prima die splendorem æquali ac quarto die fungitur copia, quare Sol ex iniitiis conditionis primæ non eligitur Princeps? Quoniam licet ex nativitate exordio Sol fuerit splendoribus plenus, verum erat tenebris proximus; *Divisit lucem à tenebris* ideo usque ad quartum diem non fuit Sol Princeps exaltatus astrorum, quia non sufficit Principem sine tenebris esse, sed necesse est longissime ab umbris distare, qui namque vicinus est tenebris, quamvis splendeat in veritate obscuratus tamen apparet, quod inferioribus nimis est noxium, Principes innatam habent obligationem apparere justificati æquè ac esse iusti, sic tenentur certare pro abdicandis apparentibus culpis ac pro fugiendis veris criminibus, quia Dominus in Principibus non solum scelera vera, sed apparentia punire solet. Natus est filius Moyfi, cum de Madiam in Ægyptum proficisceretur, cujus circumcisionem differens post diem octavum, profectus est iter, hujus crimine Deus offensus, voluit occidere illum. *Apparuit ei Angelus Domini, & volebat occidere eum.* Difficile quidem justificatur supplicium; quadraginta namque annis, quibus populus peragravit desertum, infantium suspendit circumcisionem pro fatigatione itineris Domino dispensante juxta communem expositionum sententiam; si ergo populus circumcidere infantes non tenebatur, sed causa itineris desijt obligare circum

*Princeps non appareat criminis reus.*

circumcisionis præceptum, Quare Moyses, eadem excusante itineris causa, culpæ reus mortis à Deo damnatur, ni circumcideret puerum? Si populum Dominus non punivit non servantem circumcisionis præceptum propter itineris causam, cur Dominus iustus iudex voluit occidere Moysen, cui eadem excusationis ratio assistebat? Quare ratio quæ justificata in populo est visa, non fuit satis à pœna redimere Moysen? Quoniam Israëlita vassalli erant & inferiores, Moyses autem constitutus est Princeps, atque superior, ideo Deus voluit supplicio afficere Moysen, verum est ratione itineris circumcisionis non obligasse præceptum, nec in omissione crimen verum adesse, erat autem in non observantia crimen apparens, Moyses autem erat populi Princeps, ideo Deus apparens crimen voluit punire; *Volēbat occidere eum.* In Israëlitis scelera Dominus plectebatur, quæ vera crimina erant, in Moysē puniebat crimina non solum quæ vera scelera fuerant, sed quando delicta apparebant, ideo omisio circumcisionis, quæ in Israëlitis fuit iusta, in Moysē fuit imputabilis culpæ, & digna quæ à Domino puniretur; quia in subditis sola sunt crimina, quæ sunt scelera vera, in Principibus delicta sunt, etiam quæ non sunt, si appareant tamen scelera.

Sacerdotibus Deo offerentibus sacrificia præcepit Deus, terga vertere ad solem, cujus ratio ea est, quam expositores communiter tradunt, quia communis tunc temporis idololatria, erat Solis in oriente adoratio, ideo prohibebantur coram sole immolare, sed ad Solem vertere terga Dominus præcipiebat; Sed si adorare Solem tantum piaculum erat, quid intererat Solem aspicere, & videre in Oriente dummodo Deum verum adorent? Abulensis rationem dedit: Ut à tergo Solem haberent, ne viderentur Solem adorare. Quoniam quamvis Deum Sacerdotes in veritate adorarent apparenter creaturas viderentur fortè adorasse, status Sacerdotalis erat in republica Hebræa supremus, ideo non solum præcavere debuisset veram idololatriam, sed ab apparenti pariter abstinere, in superioribus enim non sufficit veritas, veri similitudo est etiam cautè attendenda, parum intererat Sacerdotes Deo

immolare, si ex apparentibus posset aliquis iudicare creaturam ab eis adorari. Principum ergo exempla præcipue mala efficaciter subditos movent, non satis fuit Moysis virtus præclara populum ab idololatria cohibere; & satis fuit Jeroboam idololatria in universo populo extinguere religionem. Virgam projectam Aaron in serpentem convertit, etiam virgas Magi in serpentes convertunt; convertit iterum Aaron in virgam serpentem, sed huiusmodi conversionem Magi efficere non valuerunt, facilius enim est imitari superiorum serpentinas conversiones, quam rectas transmutationes. Discant hinc Principes non solum suos componere gressus, verum etiam ostendant se vivere rectè, si velint regna sua florere, numquam enim sine scandalo peccant, quia publicè semper delinquant; Soles Principes fecit Deus, oportet Soles in splendoribus apparere, cum fecerit illos in munere Soles abijcientes à se opera tenebrarum, arma lucis induentes. Agni Jacob nascebantur cum maculis ab uteris matrum, Quare hoc? Quia prius virgæ astiterant maculatæ, symbolum sceptri sunt virgæ. *Virgam vigilantem ego video. Virgam oculatam* Legunt alij. Omnium oculi velut in scopum tendunt in sceptrum, si observantia legis appareat cum maculis in sceptrum tenente, & redimito corona, non poterit pura in subditis conservari. Ideo Christus Dominus Apostolorum, & eorum quos Principes constituit Ecclesiæ, opinioni consuluit, ut qui alijs in Ecclesia præesse deberent, inferioribus piaculis veris vel imputatis maculati non apparerent ne forte conungeret ruinam parare inferioribus; quia tales hi, qualis Princeps habitus fuerit.

Suadere intendebat Evangelista Domini Salvatoris apparuisse benignitatem in mundo, cum hic vitijs undequaque scateret, totusque in maligno positus esset; neque ullus tunc fuisse coram Domino iustus, & refert, qui tunc Principes gubernarent. *Anno quinto decimo imperij Tiberij Caesaris procurante Pontio Pilato Judæam, Tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Ituræ, & Trachonitidis regionis, & Lysania Abilina Tetrarcha sub Principibus Sacerdotum Anna, & Caipha.* Ut quid tot Principum

*Malum Principis exemplum efficacius, quam relictum.*

cipum conglomeratio, ex adaque Evangelistę narratio? Quoniam voluit Evangelista vitia manifestare quibus mundus totus tunc temporis tabescat, ideo impietatem Principum regentium narravit, ut ab improbis capitibus qui, qualesque fuerint in inferiores influxus quivis percipere posset; ut asserat ergo mundum undique fuisse fœdatum, spurcitiisque plenum, refert tunc temporis gubernari à Tiberio, & Pontio Pilato, ab Herode, Philippo, Anna & Caïpha, clavum teneri. Impossibile namque foret impia capita gubernare, & non tabescere corpus politicum totum.

Difficilis est in veteri testamento Antilogia, refert Lucas Pauli conversionem cap. 1. Act. Apost. inquit. *Vocem audientes, neminem videntes* Paulus ipse cap. 22. referens eundem eventum, *Lumen quidem viderunt, vocem autem non audierunt, ejus qui loquebatur mecum.* Quo ergo pacto tam oppositi textus possunt ad concordiam reduci? & quod qui comitabantur Paulum Christi vocem audierint, ut inquit Lucas, & non percipissent, si (ut par est) credimus Paulo? Caietanus sic veritates conciliat: *Lucas enim loquitur de voce Pauli, Paulus de voce Christi.* Quare autem Pauli vocem, qui illum comitabantur licuit audire, & præcaverit non percipere Christi? Ratio est clara, vox enim Pauli sonabat: *Domine quid vis me facere?* Voluntatem subjectam, & cessam, omnino propter Deum negatam manifestabat. Vox autem Domini, *Quid me persequeris,* Conclamabat, persequitorem Christi, & Ecclesię tyrannum esse significabat. Vocem ergo Christi, qui Paulum comitabantur scelera Sauli clamantis non audiunt, sed Pauli vocem voluntatem suam in Christo transformatam esse significantis percipere Dominus satagit, quoniam Princeps futurus Ecclesię speculum perfectionum, non vitiorum, alijs se Paulum præbere Dominus voluit. Difficile enim est quod inferiores maculas aperiant in superiori, & ipsi possint puritatem servare.

*Faciamus hic tria tabernacula,* inquit Petrus, cum Domini transfigurationi assisteret in Tabor, nesciēs quid diceret, addit Evangelista, & quasi fuisset à Cœlo pœna loquutionis inflata, *Adhuc eo loquente nubes lucida*

*obumbravit eos.* Quare ergo in alios Apostolos innocentes refunditur pœna cum Petrus dumtaxat locutus esset? Quare obumbravit eos, & non etiam? Quare alij gloria privantur, cum sola Petri verba ignorantia nota inurantur? Omnes terrei debent, inquit Abulensis, eandemque æqualiter pati pœnam, credibile enim non est, Petro capite omnium & si leviter delinquentem, cæteros reos non esse, Petrique voci non præstaturus consensum. Non potens minus est superioris exemplum.

Hinc lucem habent verba Joann. 14. *Non turbetur cor vestrum,* Postquam dixerat Petro. *Amen, Amen dico tibi non cantabit gallus, donec ter me neges.* Quare ergo Apostolis, non turbati, inquit, cum jure potiori dicendum foret Apostolo Petro, cui vaticinatus est fore infidelem? Quoniam tam naturale est peccato superiori inquinato, etiam fœdari inferiores, ut nisi à Domino tolleretur formido, timerent merito simul cum Petro in baratrum infidelitatis lapsuros. Inovit hoc Zacharias sub arborum metaphora loquens. *Ulula Abies,* inquit. Quare ergo plangere debet, & flebilibus exclamare gemitibus? *Ululate omnes arbores.* Quare? Imminet ne tempestas? Grando & insuperabilis pluvia, aut imminet validus ventus? Quare ergo? Propheta respondet. *Quia cecidit Cedrus.* Quid ergo refert? Non parum. Princeps est omnium arborum Cedrus, cecidit? Quid ergo arbores inferiores, nisi ruinam timere possunt? Lapsus enim superioris ruinæ inferiorum pariter comitantur. Hinc ergo Moses, inquit, Aaron, *Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum hoc maximum,* existimavit enim in populo peccatum idolatrię originem à duce, & rectore duxisse. Sicut in horto cum alij Apostoli, cum Petro dormirent, solus reprehenditur Petrus, quasi ab hujus, qui Princeps erat Ecclesię, ignavia, procederet inferiorum tanquam origine negligentia; si namque Princeps primus non fuerit in lege servanda, ipsa lex in ruinam convertitur inferioribus, nullus enim legem servabit, quam à Principe videt violatam

Quærit Lactant. Firmian. Quare Verbum divinum carnem veram assumpsit? Non sufficeret sub similitudine carnis velatum pro nobis satisfacere velle?

*Si Princeps  
violat le-  
gem, nullus  
servabit.*

velle? Oportuit carnem veram assu-  
mere; Ipse certe Deus virtutem docere  
non poterit, quia expers corporis, non  
faciet quae docebit, ac per hoc doctrina  
ejus perfecta non erit. Legem Evange-  
licam venit Dominus intimare, doce-  
re, ejusque praecipere in rigore ob-  
servantiam, si ergo Dominus expers  
corporis prius legem non observasset,  
finis Dominici quoad hoc frustraretur  
adventus, nullus enim legem servaret,  
si Principem illam sancientem non vi-  
derent ad apicem usque servare.

Cum Herodes barbara atrocitate  
quaereret ad internecionem Jesum,  
praecipissetque occidere pueros, mo-  
nuit Angelus Ioseph, ut iter cum Jesu  
arriperet in Aegyptum: *Accipe puerum,  
& matrem ejus, & fuge in Aegyptum.*  
Fugam miratur D. Chrysologus, *Qui  
mori venerat, quare, quare fugit mor-  
tem?* Rationem reddit ipse subtilissimus  
Pater; Quoniam nostram destrueret  
Christus salutem, si tunc non fugiens  
permisisset occidi. *Quia totam causam  
nostra salutis Christus occideret, si se  
parvulum permisisset occidi.* Sed quare  
hominum salus periret, si Christus  
parvulus permisisset occidi? Sanguis il-  
le; quem tunc effudisset, non esset va-  
loris aequaliter infiniti, sicut quem emi-  
sit in patibulo crucis? Quare ergo sa-  
lus nostra periret, si Dominus parvu-  
lus fuisset occisus? Ratio est: Quoniam  
ex vi praesentis decreti salus humana  
ex morte Domini dependebat; ex in-  
stitutione Evangelicae legis, & insuper  
ex hujus jam instituta observantia,  
Christus ergo Dominus aetate pueritiae  
posset pati mortem, & legem Evange-  
licam instituire, verum si tunc parvu-  
lus mortem gustasset, legem institue-  
ret, sed non observaret, posset Iesus  
parvulus mori, & eadem stabilire praec-  
cepta, quae nunc observamus, sed si  
puerilibus annis permisisset occidi, non  
posset praeccepta illa custodire, sicut su-  
perstes inviolabiliter observavit, quia  
ergo impossibile est subditos legem ser-  
vare, quam a Principe custodiri non  
vident, credidit D. Chrysologus peri-  
turam nostram salutem, si tempore  
crumpentis pueritiae Domino occiso,  
legem dedisset, & sui exemplum non  
reliquisset. *Totam causam nostra salutis  
Christus occideret, si se parvulum per-  
misisset occidi.* Si namque non praecedit  
superioris exemplum inferioribus pa-

tens, ab illis facile legis contemnitur  
observantia.

§. III.

*Principes iustitia splendant  
vindictiva.*

**Q**UAMVIS Dominus placatus sit  
& miserationes ejus omnia ope-  
ra divina superare videantur, non ideo  
obliviscitur iustitiae divinae: *Iustus es  
Domine, & rectum iudicium tuum,* ideo  
delinquentes adoratores idoli non reli-  
quit impunes. Principes voluit instrue-  
re, ne sic in misericordiam propendeant,  
ut contemnant iustitiam vindictivam,  
nec sic pietate velint fulgere, ut gla-  
dium numquam arripiant, oportet  
enim quandoque prout oportunitas  
postulaverit temporis uti rigoris re-  
medio, & aliquando flagello: Princeps  
enim non solum portare debet infir-  
mos humeris benignitatis, verum com-  
primere, & refranare rebelles virga  
rigoris, ne praecipites agantur: *Indi-  
creti hominum mores,* inquit Cassiodo-  
rus, lib. 9. ep. 22. *Confusique vagaren-  
tur, si aut culpa formidinem, aut virtus  
praemia non haberet.* Non solum praemio,  
sed rigore veluti polis regiminis  
fortitudinem, aedificiumque niti tra-  
didisse Solon refert Azeu. in l. 1. tit. 1.  
lib. 8. Recop. Sic necessariam ad opti-  
mum regimen virgam rigoris Demo-  
critus est arbitratus, quod supplicium  
principalem credidit Deum veneran-  
dum in mundo, ut refert Plin. lib. 2.  
Nat. hist. cap. 7. quoniam sola rigoris  
poena subditos continet sub obedien-  
tia, si namque remissi, molles, discipli-  
namque fugitantes candorem dumtaxat  
ferenitatis in Principe experientur  
obsuro severitatis non exhibito  
zelo, sine dubio in majora flagitia praec-  
pites erigentur, & arma potestatis  
refundent, & ultimam perditam plora-  
bunt desolationem.

De illo Principe, qui vineam suam  
locavit agricolis, dicitur perdidisse eos,  
qui servos suos interemerunt, *Perdi-  
dit homicidae illas.* Quare non dicitur  
hos facinorosos multasse, sed potius  
perdidisse? Ratio est; quoniam misit  
servos suos primum, quos cum coloni  
interemissent, Princeps severe non ca-  
stigavit,

stigavit, ideo quando supplicio illos affecit, non tam multasse dicitur quam perdidisse. *Perdidit homicidas illos*, quoniam dissimulatio criminis primi fuit stimulus ad majora flagitia, ideo effrenes ex tolerantia, & indemnitate homicidij prioris in filium Principis insultarunt, & audacter interfecerunt in ultimam lapsi desperationem.

Christus Dominus natus est rex: *Ubi est, qui natus est rex?* Et mortuus est coronatus: *Rex Judæorum*, Quia non solum sceptrum hæreditavit, sed etiam meritis acquisivit: Vnde hoc? Quoniam ab exordio nativitatis justitia excelluit distributiva, & vindicativa; In præsepio medius fuit inter bruta, inter doctores in templo, & in patibulo inter latrones, ideo nascitur Princeps, & rex moritur conclamatus, quia sicut splenduit justitia distributiva bruta collocando in præsepio, & doctores in templo, sic præfulsit vindicativa latrones patibulo suspendendo.

— — — — —

#### S. IV.

*Indignus titulo regis qui respuit justitiam vindicativam, & regnum periclitabitur.*

2. **Q**uo numerosior est subditorum frequentia, eo peulantior est delinquendi licentia, ideo monstrum foret regnum sine flagitijs, aut sine sceleratis Principis solium. Illico ac Domino titulum regis cruce pendenti affixere duobus flagitiosis fuit associatus, *Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones*. Quare tunc immediate ad tituli subscriptionem? Quoniam regnum crediderunt de hoc mundo, ideo ubi regem viderunt, illi associarunt latrones, arbitrati nullum esse regem, cui à latere non assistant scelerati latrones, verum quia Dominus Princeps erat coelestis, nec regnum de hoc mundo; *Regnum meum non est de hoc mundo*. Si Dominum circumdederunt latrones, penas luerunt in cruce, & in patibulo crucifixi; forsitan si rex & regnum forent de hoc mundo scelerati conservarentur latrones, & præmium forsitan obtinerent, Dominus ergo ut se verum in cruce ostenderet regem, justitiam voluit exerceri vindicativam una cum

Nullum sine flagitiosis est regnum.

illo duobus latronibus crucifixis, incolumitas enim nocentis exterminat Principis dignitatem: Ut quidam discrete tradebat, patibulum numquam est vacuum, aut ibi enim suspenditur reus aut si is contra jus liberatur, patibulum ascendit ipsa Majestatis justitia, etiam Deus ex quo homini peccanti pepercit, decrevit suspendi in patibulo Verbum divinum æternum filium, de quo D. Paulus. *Ipse est justitia nostra*, ex quo culpa indemnitate functa est, & liberatur à cruce, damnatur ipse Deus ascendere crucem; *Ipse lignum tunc notavit, damna ligni ut solveret*.

Patibulum numquam vacuum.

Principis ergo brachium excelsum torrentis nequitiae impetum frenare tenetur contra malevolos, & subversores extentum, si autem jactare possent obtinuisse tutorem, quem magis sensit debuerant ultorem, hic quidem indignus est, qui titulo Principis honoretur: Quando Eli alloquitur Annam orantem in templo appellatur sacerdos, cui principatus erat annexus, cum tunc temporis judex esset summus sacerdos: *Eli sacerdote sedente super sellam ante postes templi Domini*. Consciens factus Eli criminum, quæ filij sui perpetraverant in sacrificijs & templo; ex tunc non vocatur nomine sacerdotis: *Venit autem vir Dei ad Eli*, — *Eli autem erat senex*. Quare hoc? Quoniam Annam pro merito criminis arbitrati reprehendit, *Vsque quo ebria eris*, ideo honoratur titulo sacerdotis, cujus munus est scelera non relinquere inulta: *Eli sacerdote*, Quando vero factus est de criminibus filiorum certus, & impunita reliquit, illisque nomine filiorum blanditur. *Nolite filij mei, non est bona fama, quam ego audio*, se exhibuit in reos parentem, cum oporteret velut rigidus judex virga severitatis in eos vibrare flagella, ideo perdidit dignitatem, & nomen. *Eli autem*, Majestatis namque purpuram Princeps polluit, qui crimina in subditis non extirpat, aut vitia dominari permittit.

Refert Joannes in Apoc. extremis diebus lunam convertendam in sanguinem: *Luna tota facta est sicut sanguis*. Quare tam mirabile signum doloris? quoniam stellæ cadent de caelo, tenebrosa caligo dominabitur nocti, ideo præ dolore vertitur in sanguinem luna; Sed quare hoc? quoniam luna princeps est & noctis regina. *Ut præsit nocti*

*nocti cadentibus stellis de cœlo tenebræ dominiantur in nocte, prævaletque caligo, & tamen luna, cujus est tenebras extirpare, caligini cedit; & Luna non dabit lumen suum.* Quid ergo miri, quod præ dolore vertatur in sanguinem, vel purpurascat præ erubescencia, Princeps enim qui non exules facit à subditis tenebras, erubescere cogitur, cum prævaleat regio splendori caligo, polluit enim Princeps purpuram Majestatis, si pullulantia in subditis vitia justitiæ dominari permittat.

Non solum Principis majestatis est gloria prostrare superbe potentes tanquam spolia, sed complementum regni potentis; Domini brachium V.B. potentissimum decantavit, *Fecit potentiam in brachio suo.* Non quia de nihilo condiderit mundum, stellatumque perfecit cœlum, sed gloria supremæ potentis fuit sola superbiorum depressio. *Dispersit superbos mente cordis sui, deposuit potentes de sede.* Quasi regia potestas splendore non gaudeat, donec rebelles scabellum pedum suorum majestas Principis ponat; nec regnum inultis criminibus horum firmum consistere possit; Prænunciat Christus Dominus æternitatem principatus Ecclesiæ adversus infernales nequitias, & inquit in æternum floridum vigorem conservaturum. *Et porta inferi non prævalebunt.* Vnde firmitas ista adversus tot inimicos? Quoniam tanquam inexpugnabile murum Principibus Ecclesiæ commisit roborem sceleratos puniendi, & donandi severitate rebelles. *Quodcumque ligaveris super terram.* Mænia autem quæ regnum undique inexpugnabile reddunt, sunt superbiorum supplicia, quibus comprimuntur rebelles, nec aliter prosternuntur nisi disciplinæ rigore, ut inquit enim Septimius in Scorp. cap. 2. *Duritia vincenda est, non suadenda.* Nisi cum iniquis, & potestatibus obstinatis Princeps se rigidum gerat, timeat collapsurum imperium, rebelles namque non amore, sed vinculis rigoris vincuntur, juxta illud: *Reges eos in virga ferrea.* Non enim signis benignitatis, sed ferro tortuosa corda sunt compescenda.

*Et audivi vocem magnam dicentem, nunc facta est salus, & virtus, & regnum Dei nostri,* inquit Joannes tunc in cœlo esse stabilitum imperium, quare tot

ante sæcula non fuit cœleste regnum firmatum? Quoniam inter subditos mota est seditio, & seditiosa rebellio. *Factum est pralium magnum in cælo.* Contra regem cœlorum, & coalicolas omnes bellum draco commovit, sed quasi non possedisse regnum Princeps visus est Joanni, domuit rebelles, concatenavit draconem, *Et vidi Angelum descendentem de cælo habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum qui est diabolus Sathanas & ligavit eum.* Illico ergo ac rebellem in vincula, & catenas rex gloriæ conjecit, cœpit possidere imperium & regnum. *Nunc facta est.* Donec rigore justitiæ indomitos & rebelles compescuit, nec regnum visum est firmum, nec stabilitum imperium dumtaxat nunc quando severe flagitiosum punivit, rex cœli vocari potest; quis namque reverebitur illum, aut quis fidelis erit vassallus, si virga ferrea Princeps non compescuisset rebelles: *Nunc facta est.* Quia ex tolerantia insolentium etiam benemorati ad flagitia præcipitantur, & ex indulgentia Principis malitiam dissimulantis superbit iniquitas, & flagitiosus transcendens limites criminum ad majora se erigit, & in regem & regnum conspirat, conjurationemque mover.

Humilis sollicitavit, parentis gratiam fratricida Absalon, exoravit Ioab ut se coram rege interponeret advocatum, & erga illum patronum, obtinuit Absalon patrociniū Ioab, & impetravit Principis gratiam: *Et ait rex ad Joab: Ecce placatus feci verbum tuum, vade ergo & revoca puerum Absalon.* Postquam autem ad gratiam parentis admissus est Absalon incredibili furore contra parentem se erexit, contra vitam regis & ejus conspiravit coronam, & Principem in fugam convertit: *Surgite fugiamus, neque enim erit nobis effugium à facie Absalon.* Quare antea tam humilis filius gratiam exorabat parentis, sicque supplex regem rogabat, & ab ejus facie timebat, & nunc impudens contra regem, & regnum conspirat? Quoniam antea rex Absalon flagitiosum persequabatur, illum Princeps ut severe puniret, quærebat, ideo supplicij timor sceleratum frenavit, regem timere fecit severitas, virga rigoris, quam Absalon expertum iri non

non dubitabat, criminum continuit habenas: *Cessavitque rex David persequi Absalon.* Postquam autem rex persequi cessavit rebellem, & ad gratiam ejus tot foedatum criminibus acceptavit, vitam & regnum vidit periclitari. Postquam Absalon cognovit tot crimina à Rege dissimulari concubinarum Principis publicam violationem ignoscere, interitum fratris inultum esse, & sibi remissum, in majora Absalon flagitia se crexit, & contemptis pudoris naturæ, & regiae majestatis cancellis in regis vitam & ejus coronam temere conspiravit. benignitas regis fuit Absalon in præcipitium stimulus, & criminum benigna dissimulatio fuit illi acutissimum calcar ut conculcasset purpuram regiam, intendens regnum eripere, & interimere regem; erga iniquos enim & rebelles vassallos rigoris omisio non est amoris fomentum, sed stimulus insolentiae majoris, & regis & regni irreparabile excidium.

Verum est hamo lenitatis homines dociles prehendi, sunt autem sic indurati, ut hamo nisi exviscerati non cedant. De quibus inquit Propheta ponens eos ut pisces: De Petro, & Andrea asserit Evangelista à Christo inventos mittentes in mare retia: *Mittentes rete in mare.* Quare non projecisse, sed misisse rete asserit sacer textus? Quoniam fuerant piscatores hominum constituti, *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Qui homines amant piscari, retia mittunt, quod indicet suaviter demulcere, & trahere voluptate, qui homines intendunt reducere, qui conditione sunt velut pisces, opus est projicere rete, violentaque attrahere diligentia, qui namque velut pisces lenitate fiunt duriores, vi prehendi sunt, & projiciendum est rete, ut inter lapillos, & plumbum contriti cænosum deserant centrum, & aura respirent caelesti. Regem autem non sic cohonestat liberalitas, qua attrahat beneficijs vassallos, quam rigor, quo supplicijs in rebelles deszeviat.

Invitavit Dominus ad opiparam & mirabilem cænam, & appellatur non Princeps, sed homo particularis, *Homo quidam fecit cænam magnam.* Cujus cænae nomine gloriam caelestem intelligunt plures sancti, ut apud recentiores expositores invenies. Alibi venit Dominus gloriam hominibus imparti-

ri, & radijs caelestibus illustrare, & tunc appellatur Rex: *Tunc dicit rex.* Quare cum ad gloriae cænam magnam Dominus invitavit Principis respuit cognomen, & in finem sæculi cum venit justos gloriae stolam induere dignus existimatur corona: *Tunc dicit rex.* Ratio est, quoniam cum invitavit ad cænam, liberalitatem ostendit, & se erga cunctos æqualiter se gessit beneficium; in fine mundi erga amicos se liberalem ostendet, sed rigidum & inexorabilem erga rebelles. *In consummatione sæculi separabunt malos de medio justorum.* Ideo rex appellatur, quia non ita est qualitas regiae rectis beneficia præstare, & elevare ad felicitatem, quam reprobare malos, & excludere à regno. *Tunc dicit.*

## §. V.

*Princeps rebelles & superbe potentes specialiter punit.*

**S**ICUT non est indignum divina clementia potentes potenter torquere, nec à Principe benigno id reputari debet alienum, eadem enim Principis virga protegere debet fideles, & debellare rebelles, sicut Babylonicus ignis, qui Domino cooperante innocentes refrigeravit, & ad cineres reduxit superbos Chaldaeos; Aquæ diluvij arcam patriarchæ illasam servabât quia suo Deo fidelis, obruerunt nihilominus impios superbos. Principi ergo loco sceptri (sicut Moyse contulit Deus) sit virga qua utatur veluti baculo ad sustentandos vassallos, sed rigida virga ad coercendos rebelles. Domino enim fuit solum regium mirabilis illa columna, qua populum per desertum regebat, hæc autem quamvis populum protegisset, hostium tyrannidem compescebat, ibi enim merito Princeps collocat thronum, ubi pascit fideles benignitate favorum, sed mittit fulmina in potentes superbe & rebelles, culpa namque exacerbata clementia justitiam Principis armat, & si huic obstinati non cedunt, armis potestatis retusis ejus insultant auctoritati, & à recto tramite abducti alios exemplo insanire facient, ideo oportet Principis curam præcipuam in eo fore, ut Magnates regat in virga ferrea, ne crediderint alij potentium crimina privilegio fungi contra justitiam. Hoc autem sicut minus in mundo usitatum, magis divinitus

divinitus commendatur, & à cœlo præmiatur.

Cum Israëlita turpitudinis igne succenderentur, Synedrij Principes ex Moyſis præcepto viginti quatuor millia hominum interfecerunt: *Occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum*, Sed non refert ſacra ſcriptura huiusmodi zelum eſſe præmiatum, nec cœlitus commendatum; Phinees zelo divino commotus Iſraëlitam ad Madianitidem ſcortum ingreſſum utrumque tranſfixit pugione, cujus facinus ſic Domino placuit, ut in præmium illi poſſicitus ſit ſacerdotium: *Erit tam ipſi, quam ſemini ejuſ pactum ſacerdotij ſempiternum*. Quare zelum Phinees Deus remuneravit, & nec commendavit internecionem Synedrij in tot millia hominum deſævientis? Quoniam Phinees Principes, & potentes occidit, vir enim erat, *Zambri filius Salu dux de cognatione*. Mulier appellabatur, *Corbi filia Sur Principis nobiliſſimi Madianitarum*, Synedrium populares occidit. *Occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum*. Arabicus addit *de populo*, ideo Phinees, qui in excelfos, & potentes inſurgit præmium impetravit à Deo, & Zelus Synedrij non commendatur, quia in inſimos, & deſpectos populares velut divinæ legis propugnator inſiluit, quod præmio dignum non reputatur; gladio populares ferire hoc eſt apud Principes frequentiffimum, ſed quod Principes, & magnates ſubeant legis rigorem ita eſt rarum, ut Phinees zelum, & animum generoſum ſacerdotio Deus remuneraverit: *Erit tam ipſi*.

Regni Salomonici initium dicitur prudentiffimum, & quali cœleſte laudibus extollitur à Sacro textu, quia ſolum regium ſanguine Joab, & Semei dicitur ſanguine purpaſſe; quæ ſupplicia ſic Domino grata fuere, ut in remunerationem ipſi & poſteris promiſerit Deus firmare coronam. *Et rex Salomon benediſtus, & thronus David erit ſtabilis coram Domino in ſempiternum*. Saül pariter illieo ac caput redimivit corona, & apprehendit Iſraëliticum regnum thronum ſanguine cruentavit. *Omne autem vulgus interfecit in ore gladij*. Et tamen Deo diſplicuit, & propter ſcelus ſceptri Saül & coronam amiſit audiens à Propheta: *Projecit te Dominus ne ſis rex*. Quare manus Salomonis cruentæ ſic Deo placuere, ut remuſtraverit ſanguinis effuſionem regni Iſraëlitici

firmitate, & manus Saulis hoſtium ſanguine tinctæ ſupplicij ſeveritatem meruerunt? Quare Saül ſpoliari meruit corona, quia ex præcepto Domini interfecit Amalecitas, & in Salomone, & ſemine ejuſ ſceptrum firmatur, quia Semei, & Ioab interfecit? Ratio eſt, quoniam Semei, & Ioab Principes potentiffimi erant, ideo Salomon feriens capita præcipua rebellium firmavit coronam, incipiens à principalioribus deprimitere virga rigoris ſuperbos, & meruit à Deo remunerari; Saül autem Amalecitas interemit vulgares, & regem reliquit incolumem. *Omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Quoniam Agag captivum*, inquit Gloſſa, *ejuſ corporis pulchritudinem magnitudinemque miratus decrevit eſſe ſalvandum*. Ideo ergo Salomon ſanguine purpuram decoravit, quia potentes interemit potenter, & Saül cruore vulgi ſædavit, quia Regem & clariores Amalecitas ſervavit incolumes, & ſolus gladius tranſcendit vulgares.

Hinc deducitur ratio quare Dominus ſcandefcebat in Petrum, minans gladio periturum, qui alios percuteret illo: *Gladio peribunt*, ſi Dominus præcepit emere gladios, quare Petrum ſugillat quod percuffit Malchum? Quoniam Malchus ſervus Pontificis erat, & tot potentibus, qui aderant derelictis, Petrus ſervum vulneravit dumtaxat, hoc autem indignum arbitratus eſt Chriſtus Principe Apoſtolorum qui tot potentes reliquerit liberos, & incolumes, & tantum auriculam amputaverit pauperi; Voluit Dominus Petrum docere proceres æque ac populares eſſe damnandos, nec potentiam diluere reatum habita pro impunitate opulencia, ut in Petro diſcerent Principes omnes, quod opulencia, nobilitas & potentia reos inæquales non faciunt, quos crimina fecerunt æquales; cuiuſmodi vitium omnia tribunalia tranſcendit; *Eſt item vitium*, inquit Divus Bernardus ad Eug. lib. 2. de Conſid. *Cuius ſi te immunem ſentis, inter omnes quos novi, ex his qui cathedras aſcenderunt, ſedebis, me iudice, ſolitariuſ*. Præfeſtus ergo, Princepsque perfectus in pœnis incutiendis, ſupplicijſve taxandis ſit ab acceptione perſonarum immunis, ſi velit gubernare ſecure.

Facit indignum crimen commiſit Amnon, leges naturæ violavit ſotori vim inferendo,

Potentes  
confringe  
re gratiſſi-  
mum Deo.

Ne ſit  
Princeps

personarum  
acceptator.

inferendo, & incestuose peccando, & cum recessisset rex & pater David turpitudinem filij, nec passus est contristare: *Noluit contristare spiritum Amnon.* Interfecit Absalon fratrem Amnon cujus sceleris conscius factus David, insectatus est filium, & relegatus est in exilium. Quare hoc? Quoniam personarum acceptio etiã in sanctissimis cathedris invenitur, & à tribunali Principis David perfectissimi non exulavit: *Nam ille quidem*, inquit Theodoretus quæst. 29. in 2. Reg. *Erat primogenitus, etiam si laboravit morbo libidinis.* Ideo Absalonem persequitur rex, & exulem fecit propter fratricidium commissum, & Amnon quia primogenitum non solum plecti, verum nec contristare ausus est Rex justus, & sanctus, Dominus ergo in justitiæ inæqualitatem iratus, permisit Absalonem fratrem incestuosum interimere gladio, & regis & patris inique judicantis capiti & coronæ insidiari, quia æquitatem David reputavit Deus iniquitatem, quoniam apud Principem sedentem pro tribunali præsentari non debet sublimitas montium aut altitudo convallium, crimina tapetes calcantium æquo jure ac eos texentium Princeps ut puniat respicere debet. Audiant Judæum, & erubescant antistites Christum Dominum adorantes: *Itaque inquit. Philo Hebræus, si judicandum erit, judicabo, Nec diviti propter opes gratificans, nec pauperi parcens propter misericordiam.*

\*\*\*

### S. VI.

*Princeps splendeat justitia vindicativa  
ut obstinatos reducat.*

7. **Q**VAMVIS autem clementia sit Principis pulcherrima dos, verum benignitas sola contemptibilis est Principi, & subditis noxia, & sicut justitia sine clementia parit sævitiam, sic Clementia sine justitia Majestatis pervertit fulgorem, ubi enim totum punitur, regia severitas crudelitate poluitur, ut inquit Rupertus, ubi vero totum remittitur, facies Majestatis sine meru disciplinæ contemnitur. Tertullianus contra Marc. Deo severitatem negantem sic inquit: *At hic sufficit perverissimum Deum ostendi in ipso prece-*

*ntio solitaria bonitatis.* Et cap. 23. *Quis est iste Deus tam bonus, ut homo ab illo malus fiat?* Clementia quidem quam justitia non comitatur humanæ malitiæ adulatur, & patrocinium delinquendi concedit. *Ecce enim & si non auctor, sed assentator mali invenitur Deus.* Arguebat septimius cap. 10. contra Hermogenem justitiam à Deo exulantem. De Theodorico, quem pium, liberalem, atque magnificum commendat suus Calliod. ep. 36. refert scelestissimi rei proditori, qui Imperatorem latebat, ingentem auri copiam pollicitum laudatque, *Delectat nos munificos esse in amore vindicta.* Amara quidem delinquentibus est justitia, sed Reipublicæ maxime necessaria, *Aqua marina*, inquit Plutarch. *In utilis est, & insuavis, verum alit pisces.* Sic justitia insuavis est reis, verum infimos, supremosque alit, ut intra æquitatis terminos servet; Salutaris quidem severitas aliquando vincit inanem speciem clementiæ, magisque prodest ad tuendam Rempublicam, & in officio improbos continendos, quam ipsa benignitas, & clementia, scribit enim Cicero lib. 15. ep. 23. *Quosdam ex amicis Cesaris dicere solitos, clementiam illi malo fuisse, sive obfuisse, quasi tantopere usus non fuisset, nil ei tale accidere potuisset.* Simonis nomen mutavit Christus in Petrum. *Tu es Petrus.* Quare? Quoniam Principem constituerat, ideo comutavit nomen, quia obedientia quam significat. *Simon*, Subdito necessaria non sic Principem decet, sicut in puniendo constantia quam significat *Petrus*.

Non dubito quin mirabiles pariat in reductione subditorum profectus Principis benigna serenitas, hæc enim, ut suo loco à nobis est traditum & late tom. 2. valde est idonea ut mores formet, & errores reformet & homines è lapidibus reddat, & præcipuè apud Ecclesiasticos Principes, qui præ alijs spiritum lenitatis exhalare tenentur, quod monere videtur pallium ex agnina lana confectum, & à primoribus Episcopis in signum suavis jurisdictionis gestatum, de quo Isidor. Pelus. libro primo, epistol. 136. Verum quamvis dulcissimus spiritus lenitatis valde proficuum sit ad peccatorem docilem, & quasi à disciplinæ observantia recenter flectentem, obstinatum autem & obduratum sola rigoris virga devinct.

cet. Ut subditum Princeps intra re-  
ctum contineat ne à rectitudine deviet  
oportet imbui spiritu lenitatis, & sibi  
illum affectuosis visceribus inviscera-  
re, & erga illum se gerere agnum, sed  
erga obduratum, cui nec verbum mo-  
nens, nec minæ medentur, leonis ru-  
gientis induere oportet speciem, Vi-  
dit Christum Joannes agni speciem  
habere. *Agnum stantem*. Post parum  
temporis respexit in leonem esse mu-  
tatum: *Vicit leo*. Quare hoc? Quo-  
niam ex diversitate libri, in quo pec-  
cata hominum erant scripta ut inquit  
Divus Ambrosius, mutavit Dominus  
vultum, quando hominum crimina  
non apparebant libro sigillis septem  
signato, gubernabat mansuetudine  
agni sibi subditos inviscerando. *Agnum  
stantem*, Quando autem hominum  
scelera vidit, & duritiam cordis humani  
referatis sigillis libroque aperto, in le-  
onem rugientem agni vultum, & speciem  
mutavit. *Vicit leo*, Princeps enim rege-  
re debet mansuetudine agni, sed in pul-  
lulantia vitia oportet velut leo rugire.

Joannes Christum gloriæ principem  
vidit in templo homines fumo excæ-  
cantem, & lacrymas ab oculis eru-  
entem. *Impletum est templum fumo à Ma-  
jestate Dei — & nemo poterat introire in  
templo*. Vidit Dominum Isaias splen-  
dore, lucemque hominibus effluen-  
tē. *Populus, qui ambulabat in tene-  
bris, vidit lucem*. Quare Dominus apud  
Isaiam illuminans qui caligines habi-  
tabant, apud Joannem venit homines  
excæcare, & tenebrescere fumo? Quo-  
niam apud Isaiam venit velut Salvator,  
& amore hominum illaqueatus descen-  
dit, ideo blandam lucem emittit, ut  
cunctos alliciat; Apoc. venit ut Prin-  
ceps, deditque Angelo in delicta ho-  
minum publicam administrare vindi-  
ctam: *Angelos septem habentes plagas  
novissimas, quoniam in illis consummata  
est ira Dei*, Quando venit Christus ut  
amans benignitatem exhalans cunctis  
communicabat, favores, tenebras  
univerforum illustrans, *Vidit lucem  
magnam*. Quando venit ut Princeps fu-  
mum emisit, ut oculos nolentium tor-  
queret, & ut vindex cæcitate per-  
cutit, & fumo lacrymas eruit; Prin-  
ceps ergo qui publica pollet auctori-  
tate, si ignavia sua delinquentem con-  
servat, & falce justitiæ pullulantia vi-  
tia non purgat, & si vitæ innocentia sit

purus, reus est subditorum nequitia:

Ex afflatu divino Moses in Ægy-  
ptum iter arripuit, quem Angelus in-  
terficere voluit: *Cumque esset in itinere  
in diversorio, occurrit ei Dominus, & vo-  
lebat occidere eum*. Quare Angelus, qui  
ibi Dominus appellatur, voluit interfi-  
cere Mosē? Tertull. Rupert. Isidorus  
Pelus. Abulens. & Lyran. rationem tra-  
dunt necis minare, quod Moyse filium  
videret, & conservaret incircumcisum?  
Sed quid hoc? Quare non prævalet  
huic omissioni sanctitas Moyse, qui ju-  
stus erat, & in Ægyptum proficiscebatur  
obediens? Quoniam Moysem super  
populum Principem Dominum consti-  
tuerat, ideo & si sanctus meruit subire  
mortem, quoniam piaculum erat Moy-  
sem sanctum esse, & subditum comitan-  
tem degere vivereque gentilem, parum  
interest Principem vivere sancte, si à la-  
tere comitantes perditte viventes per-  
mittat: *Absurdum quippe fuerat*, inquit  
Petr. Damian. ep. 9. ad Cler. *Si videretur  
gentilis in filio, qui Israëlita erat in se-  
metipso*. Cui namque dispensatio regi-  
minis commissa est, parum est vivere  
sancte, maximum est perditte viventes  
arguere, iniquos virga ferrea expugna-  
re, & duritie, aut austeritate cōpescere.

Indignum quidem purpura est, &  
contra Majestatem turpe piaculum Prin-  
cipum vel erubescencia, vel timore ma-  
nus ligari, ut verberet insolentes, & ne-  
quitiam virga severitatis compescat. In  
carcerem Petro detruso Angelus Do-  
mini apparuit dicens: *Surge velociter ac-  
cusat moras, & à custodia præcipit festi-  
nanter exire*; Pusillū post tēporis Ange-  
lus cunctanter procedit, & ex consulto  
suavit detentionem in custodia moro-  
sam, *Præcingere, & calcea*. Quare Ange-  
lus tam festinus cum Petro, & parum  
post temporis tam morosus? Si velocita-  
tem expolcit, *Surge velociter*? Quare in  
caligis calceādis, induendoq; vestimen-  
to suadet consumere tēpus. *Præcingere*?  
Quoniā Angelus non tam liberare ve-  
nerat Petrum à carcere, quam redimere  
Apostoli dignitatem ab ignominia, quā  
patiebatur, Petrus namq; Princeps erat  
Apostolorū, cui commissum erat vincu-  
lis stringere delinquentem: *Quodcumq;  
ligaveris super terrā, in custodia autem  
ligatas manus habebat impotens com-  
pescere sceleratos; videns autē Angelus  
sic Principis dignitatem fædatā quā tōcius  
voluit, redimere ab ignominia ideo in-*

*Majesta-  
tem Prin-  
cipis fædat  
insolentem  
non flagel-  
lare.*

quit, *Surge velociter*. Postquã vero liberat Principis Angelus vidit manus, *Et ceciderunt catena de manibus ejus*, Et dignitatẽ Principis jam impollutam, parum de Petri libertate festina curavit, ideo nectit moras præcipiens calceare caligas, *Præcingere*. Manus libertas, quæ dignitatem Petri dehonestat, festine sollicitatur. *Surge velociter, & ceciderunt catena*, Petri personæ exitus de custodia quasi parum interesset, morose ab Angelo procuratur: *Præcingere*, quoniam nil magis majestatem Principis fædat, quam catenis ligari, ne possit insolentes funiculo flagellare.

Verum si contigerit Principi manus habere ligatas, verba proferat, imo fulmina in crimina, si in leonum fauces manum immittere nequit, ut vi agnum extrahat pene voratum sicut fecit pastor Hebræus, rugiat tamen ut leo, ferocitatem Magnatum frænct, voces exalter ut proceribus licentiam delinquendi præcludat. *Ægyptij* in hujusmodi collinearunt scopum, dum supra caput Principis leonem pingebant, ut ipsum monerent non aliter subditos, quibus dominatur letalis vitiorum corruptio, à Principe suscitandos nisi rugiendo, sicut leo semivivos rugiens efformat catulos suos, sic Princeps non Neptali fugax cervus, sed leo Juda intrepide in scelera sæviens, si nequiverit prædari, non prohibeatur rugire; Aliter autem non fit principatus muneri satis, nec purpura Princeps est dignus.

Clamet ergo voce magna Princeps, sicut Christus in cruce, qui vocem magnam emisit, *Exclamans voce magna*, Cujus clamore petreæ convulsæ sunt, & vassalli mortis imperio cessi, & humi jacentes ab inferis à Principe sunt suscitati, ideo inclinato, & à cruce capite separato titulum regis manifestavit, nec erubuit Princeps Dominus apparere, ut doceret reges mortales majestatem fædari, & esse purpura indignos si non tonant, & contra crimina & sceleratos fulgura non coruscant, solus autem Princeps est commendandus qui in rebelles saltem fremitu insultat, & petrarum æmulantes duritiem reddit reprehensionis clamore fideles & obediẽtes; idco Hieronymus lib. 3. adu. Ruf. *Mori possum dicebat, tacere non possum*. Princeps enim cui deest in objugando subditos fortitudo, erubescat titulum regis, & purpuræ Majestatem.

Quamvis autem velox sit in sceleribus gravibus vindicandis, plura oportet, si levia sint crimina simulare, & quasi non vidisset se gerere, ne teneatur omnia punire, & induere sævitiam, vel contra rectitudinem pluribus indulgere, omnia audiat & secreta inquisitione perquirat, ut applicet medicinam, sed non omnia simulet se vidisse. In folio illo excelso Deus apparuit oculis velatis. *Duabus velabant faciem ejus*. Sed auribus quidem apertis. Quare hoc? Quoniam majestatem Principis ostentabat, clamabat *Isaias: Vir labijs pollutus ego sum*. Ideo ad defectum levem Prophetæ se gerit luminibus pennis velatis, ac si piaculum non videret, sed aures habebat apertas ut applicaret remedium, ideo misit Angelum, qui labia Prophetæ purificaret, *Volavit unus de Seraphim*. Princeps ergo simulet non omnia videre, ne teneatur plurimã cum sævitia punire, sed audiat quidquid dicitur nefas actum, ut infirmitati continuo applicet medicamen.

## S. VII.

*Obstinatos vincere difficile est.*

**Q**UÆ V I A natura humana primo parentis vulnere saucia claudicat ad bonum, & ad flagitia fomite peccatorum, & Dæmonis quandoque suggestionem lenocinantibus robuste propendit, oportet Principem Domini æmulantem clementiam, non sic scelerum irritari impatientem, quod non indulgeat humanæ imbecillitati, & recurrere ad medicamina infirmitatibus apra jam mitia jam severiora, ut suo loco tradidimus. Verum cum peccatores rumpunt legis habenas, & vassalli effronti temeritate scindunt suaves obedientiæ catenas, difficile subjugabit horum furorem, quamvis rigoris copiosum deriver ad eos torrentem, brachiumque robustius exigit domesticorum rebellio, quam de hostibus extraneis victoria, & inimicorum reductio.

Cum Dominus Moyse imposuisset præceptum cundi in Ægyptum, ut fidelem populum à tyrannide Pharaonis liberaret, statim restitit, & respondit, *Quis sum ego, ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Ægypto?* Tandem virga prodigiosa, & Aaron datis in comitatu Moyse obtinuit

*Difficile est vassalorum seditionem, quam inimicorum victoriam.*

peravit præcepto, & populum à Pharaonis liberavit imperio; Post exitum vero Israël de Ægypto post dies aliquos exclamat in cœlum, & oneris, quo aggravabatur ex multitudine populi postulabat levamen: *Non possum sustinere hunc populum, quia gravis est mihi.* Quomodo hæc? Si virga, & comes frater Aaron sat Moyfi fuere, ut populum liberaret rupto Pharaonis imperio, quare ad regimen populi impari viribus confiteretur, & clamat? Si solus equum, & ascensorem Pharaonem eiecit in mare, ejus duritie, & fortitudine exercitus superatis, quare sibi ipse non satis ad frænandam populi multitudinem? Ratio est, quoniam in Ægypto Pharaonici pectoris expugnabat duritiam, & regnum fortissimum hostium; in deserto rebellionem moverant Israëlitarum, seditiose inter se decertabant, ideo virga loco sceptri fere infinitos subjugavit Ægyptos, & vincula Israëlitis dirupit, & contrivit catenas, sed impari viribus factus est ut seditiosum populum gubernaret. *Non possum*, quia ad exercitus debellandos sufficit Principi virga divinitus roborata, sed neque rex prodigiosus est satis ad seditionem rebellium vassallorum sedandam, difficilius namque est subjugare rebelles, quam hostes fortissimos debellare.

*Factum est prælium magnum in cælo, Michael, & Angeli ejus præliabantur cum dracone.* Vidit Joannes hujusmodi pugnam, cujus victoria, prælijque eventus totum cœlum confusione replevit, (& si dari moraliter licet) timore, *Factum est silentium*, Timorem, & tremorem significat in Scriptura *silere*: Cap. 20. ejusdem Apoc. alia pugna refertur, verum ubi commissum est prælium, illico valuit triumphus cantari; unicus enim miles cœlestis reduxit captivum draconem, & arctissima vinxit catena: *Et vidi Angelum descendentem de cælo habentem clavem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprehendit draconem serpentem antiquum — & ligavit eum.* Quare tam arduus, & dubius prælij primi visus est triumphus, & tam brevis secundi commissi belli victoria? Ratio est, quoniam primum bellum commissum est coram cœlesti rege, magnatibus conspicientibus, fuit subditorum in curia regia rebellio: *Factum est prælium magnum in cælo*, Fuit inter vassallos seditio; Secundum præ-

lium hostes extranei movere, extra cœlum & contra infernales dracones commissum est bellum, ideo in primo prælio tot ad triumphum difficultates; quia fuerat vassallorum seditio, cujus sedatio tam difficile comparatur à Principe, ut regem & regnum dicatur implere confusione & tremore; *Factum est silentium.* In secundo autem ubi pugnatum est contra inimicos coronæ; ubi primum commissum est prælium statim decantata est victoria, & debellati sunt hostes: *Et apprehendit Draconem.* Magis enim arduum est subjugare rebelles, quam hostiles coronæ exercitus expugnare.

Dum Moses in monte cum Deo populi negotia tractaret, ipse interim beneficiorum oblitus vitulum conflavit, & sacrilego cultu adoravit, cujus facinus ita execrabile Moyfes juxta merita vindicavit, & viginti trium millium hominum sanguine idololatriam purgavit; *Cecideruntque in die illa viginti tria millia hominum.* (Sic legitur in Sex-rana) Petierunt carnes Num. 11. Israëlitarum, & tunc Moyfes sic sub onere regiminis gemuit, ut sibi desideraverit mortem, aut comites sibi dari, quibus associaretur in gubernando, cujus precibus Dominus annuit. *Congrega mihi septuaginta viros — & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi.* Quare Moyfes sic roboratus existit in idololatriæ severe plectendis, ut viginti tria millia hominum percussisset gladio, & sic animo exasperatus in petitione carniū sub onere gemit, ut comites in regimine septuaginta viros petierit? Si solus sat est ad tot millia hominum comprimenda fræno, eorum sanguine cruentato deserto, cur septuaginta viris Moyfi fuit opus, ut post concupiscentiam carniū pervicacem populum gubernaret? Ratio est; quoniam in vituli conflatione sacrilege idolatrarūt, verū nulla fuit inter illos seditio, sed pacifice & mutua unione servata vitulū adorabāt, rebellionē moverunt Hebræi in deserto; sed contra Deū orta est in illis seditio, in exquisitis autem escarum delictis in deserto petendi rebellionē contra Moysem Hebræa gens concitavit velut Principem, & ducem illorū, ad rebellionem autem concitaram in Deum pacandam sat esset unicus moyfes, ad seditionem contra Principem ortam nec septuaginta sufficient,

sufficient, ad sacrilegos debellandos satis erat brachium potētissimum Moyſis viginti tria millia occidendo, ad ſeditioſos ſedendos, rebelleſq; componendos vix ſpiritus ſeptuaginta virorum credebatur robuſtus, ideo Moyſes in vituli adoratione inſatigatus tot interemit, & in ſeditione rebellium genuit deſeſſus.

Hujusmodi toxico diſſentionis infeſtos, & furoris contagio corruptos ſi non ſedare vaſſallos, ſaltem flere tenebatur Princeps, non tam propriam calamitatem, quam ſuorum diſcordiam effuſis lacrymis lugeat. Quis Rebeccæ non compatitur, cum conſiderat à Batauele diſcedere patre, exulem Philiſtæorum provincias errare, & ex Iſaaci ſanctiſſimi conjuge rapi in vilem concubinam tyranni? Verum ipſa tot calamitates non doluit, peregre proficiſcebatur à patria, & lacrymam nec ullam miſit, cognatos & parentes reliquit, & oculos ejus fleru, planctuque madere non reſult Scriptura. Fecit Dominus cum Rebecca miſericordiam, ſublato ſterilitatis opprobrio largitus eſt favorem ſecunditatis, concepit tandem, & cum utero tumefcente profudi deberet in grates, effuſa eſt in lacrymarum torrentem. *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere? Quid hæc? Quare Rebecca non plangit exilium? quare itineris per rupes, & montes incommoda non perſentit, & lugeat factus ſælicitatem? Ratio eſt; Quoniam exilium, peregrinationis incommodum, ſitis per itinera & fames vexabant Rebeccam, ſed factus collidebantur in utero mutua diſcordia, *Collidebantur in utero ejus parvuli.* Calamitates Rebeccæ cruciabant ejus perſonam, diſcordia infantium Patriarchæ domum crudeliter lacerabat, deſertum & aſpera itinera theatrum erāt Rebeccæ ad exercitium patientiæ, uterus campus erat pugnæ exitialis infantium, peregrinationis labore probabatur tolerantia Rebeccæ, in utero domum pacificam patris in duos populos dividebant infantes, ex quibus civilia & exitialia exorta ſunt bella, ideo Rebecca calamitates proprias ſiccis oculis vidit, nec planxit, & amarius flevit, & doluit ſine ſolatio, cum in utero ſenſit infantium, quos ſerebat diſcordiam, Princeps enim veluti reipublicæ parens ægrius diſſentione ſuorum lacerari tenetur, quam propria calamitate.*

## §. VIII.

*Princeps in reprehendendo, & puniendo prudens & callidus ſit.*

**P**RINCIPEM in regimine ſubditorum cytharam temperati comparavit Nazianzenus Orat. pro Baſ. *Amirus erat concentus, mexuſque poteſtatis.* Regimen Baſilij muſicæ appellavit concentum, ſicut autem cytharam pulſans, priuſq; temperans, nervum quendam laxius remittit, ut graviorem reddat concentum, alium valde præterdit ut reddat harmonicum ſonum, inæqualiter chordas temperans inæquales, ſic Princeps ſubditos inſtar cytharæ diſmodulari tenetur, hos intenſius premens, alios laxius remittens, ut hujusmodi inæqualitate pulſati reddat mirabilē politiæ dulciſſimā harmoniā, quod ſi equaliter omnes citharæ politiæ chordæ ſive ſubditi pulſarentur, non melodia, ſed inſuavis reſonaret concētus, quia natura, genio, & cōditione inæquales Princeps inæqualiter debet tractare, ut juſtiſſime regat, & ſæliciſſime corrigere poſſit.

Hinc eſt Principi in ſubditis corrigendis non mediocri opus eſſe dexteritate, & prudentia; Principem fecit Deus Adamum, is breve, ſed abſolutum imperium obtinuit in amœniſſimo viridario, ſed regni juridiſtionem in piſces maris, belluas terræ, & in altivolæ aves Dominus aſſignavit: *Dominamini piſcibus maris, & volatilibus cæli, & univerſis animalibus.* Quare in balænam, aquilam, & elephantem dominium præſtitit Deus primo mortaliū? Quomodo illū elephas reveretur? Quomodo obtemperaret Rhinoceros? Quomodo tygrides ſubjicientur? Quare ergo Principē fecit Adamū Deus ferocium belluarū, piſcium grandium intra gurgites ſæpe latentū, & volatiliū fugacium? Principem Adamū inſtruit Deus ex piſcium, avium, & animalium dominio, ut diſcat quomodo oporteat homines gubernare, nō enim vi aut ſtrepitu, ſed artis dexteritate reguntur, non aliter ac piſces, aves, & animalia, piſces enim aliquando cibo, aliquando non niſi hamo, & ferro capiuntur, aves reducit homo tendēdo retia, quandoque meditando diverſitatem dolorum, & ſi non aliter poſſunt ad manus trahi, niſi transcendendo limites ſuavitatis dilacerentur in aëre fiſtula ferrea inſerta pulvere tormentario;

9.

*Princeps utatur dexterritate.*

Sic

Sic pariter homo hominem gubernare tenetur non vi sed callida dexteritate juxta cujuspiam genium & qualitatē, aliquos enim princeps reducere debet, & ad rectum tramitem revocare suavi tibiarum concentu & cytharæ Davidicæ sono, alios terrere debet asperitatis fulgore, in alios vibrare fulmina, & in eos instar æthnæ exardescere, erga aliquos fractos debilitate naturæ, & deceptione fragilitatis spiritum lenitatis ostendere, quando vero scelera dominantur, & in virtutem religionis grassantur, induere debet zelum Eliæ in omnibus attentam prudentiam, aliquos lenitas perdit, alios lucratur suavitas, & fugat exasperatio, sicut enim obdurati rigore, sic pœnitentia fracti suavitate vincuntur.

Spiritus sanctus descendit in Jordanem velut columba, & die Pentecostes velut ignis super capita Apostolorum resedit, quare hoc? Quoniam ad Jordanem convenerant lavandi baptismi lavacro, quibus pœnitentiam prædicaverat Joannes, nec ullus in posterum ad baptismatis lavacrum accederet, nisi amans reconciliari cum Deo, ideo forma columbæ mansuetudinis symboli Spiritus sanctus descendit, ut Principes erudiret, quo Spiritu lenitudinis oporteat suscipere pœnitentes, in quos non licet vibrare securem vitiorum, sed stillare mansuetudinis rorem, & oleo sacro misericordiæ curare, Apostoli autem missi erant nationibus infidelibus, & barbaras peragere regiones, *Prædicare Evangelium omni creaturæ*, prædicaturos Christus mittebat immeris inter undas Babylonici fluminis turbulenta, inter quos plures resisterent veritati veluti hostes, & plures futuri, qui fidei mysteriis alios imbutos perniciose pervertent, ideo velut ignis Spiritus sanctus descendit super capita Apostolorum, ut spiritu rigoris divinitus excitati hos non balsama demulcerent, sed velut in perniciosissimos hostes gladios acuerent, tonarent, & fulminarent; Erga miseros peccatores pœnitentia flexos respiret in Principe Spiritus sanctus velut columba, & commotus fragilis argilla misericordia, & eis medearur olei, & balsami lenitivis: *Et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam*. In sacrilegos autem, qui lethiferum virus immiscunt benememoratis, & scandalo

vitiæ alios à sanctuario virtutis recedere cogunt, quos nec minarum fulgura terrent, nec severitas monitionum, Josuæ hastam vibrare oportet, & Phinnces educere enses, *Dispertita lingua tanquam ignis*. Non una Principi debet esse ratio curandi, in aliquorum namque vulneribus medicandis satis erunt fomenta mollia linteorum, alia tamen erunt ulcera ita lethalia, quod in eis abscindendis asperiones aquæ medicatæ non valeant, sed ferrum & ignem opus sit admoveere ut cancer serpens possit rescindi.

Non nil indulgendum est in delictis humanæ naturæ, plurimum vehementiæ, & ardori passionis, qui peccat suggestionem deceptus aliter ac jam aliquantulum illustratus debet à Prælato vere benigno pastore curari. Diurnos æstus, nocturna que frigora passus Pastor divinus errantem quæsit ovem, ut à luporum insidiis, morsibus ursorum, & furore tygridum liberaret, inventam humeris benignus imposuit. *Et cum invenerit eam, imponit in humeros suos gaudens*. Dissipata substantia filius prodigus à domo paterna exulavit, & tamen errantem parens non quærit commoditatibus domus, & lecti delictis contemptis, sed immotus speravit venientem; Quare parens deditum luxuriæ filium non quærit etiam si ob id pateretur strages sive ferarum per silvas, sive naufragiorum per maria? Quare prodigum lucrari tentat etiam si objectus ignium flammis, amnibus submergentibus, obruentibus montibus, aut voraginibus absorbentibus, cum pastor pericula quærat, ut errantem ovem inveniat? Ratio est; quoniam peccator velut ovis decepta salutaribus relictis pascua venenata gustabat, nec ad pastorem, nec ad gregem rediret, nisi quæsit, & inventa, humerisque pastoris imposita, ideo exorabat David; *Erravi sicut ovis, quæ perii, quare servum tuum*, ideo benignus pastor silvas fatigat, montes ascendit, & cacumina scandit ut ovem inveniat, & quærat; Prodigus autem lumine calamitatum illustratus infelicitatem, & status miseriam recognoscebat, inedia confectus paternam domum desiderabat, perdicionis viam lugens jam abhorrebat. *In se reversus—Surgam, & ibo ad patrem meum* ideo parens non quærebat errantem, sed sperabat

sperabat venientem, quia sollicitus subditus omnino suggestione deceptus, quamvitiatorum ipsa experientia illustratus à Principe, & benigno pastore quærendus, & ad pascua salutis trahendus est.

10.  
Infirmi-  
tibus sub-  
ditorum di-  
versa oportet appli-  
care reme-  
dia.

Inter subditos sicut qualitatibus est inæqualitas, non est erga Principem amor illis æqualis, nec eadem amoris fidelitas, ideo nec in medendis æque mitia, ac rigida medicamina profunt; qui namque recentior est in disciplina virtutis, si deviet, mitius tractandus est, quam qui jam est professus militiam. Nescio qua infirmitate laboraverat Propheta Isaias. *Vir pollutus labiis ego sum & ut liberaret ab illa, labiaque polluta mundaret carbone ignito succensus est; Et volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari, & tetigit os meum.* Naaman à planta pedis usque ad verticem capitis tabescebat lepræ fœtore, petiit per nuncium ab Eliseo medelam, & jussit ad Jordanem ire Propheta seque septies in amnis aquas immergere, & sic abstergendam lepram asseruit; *Lavare septies: spoliavit se vestibus Satrapa, lavit se, & recepta valetudine corporis vitam spiritus habuit ex Syro idololatra justitiæ profelytus factus, & neophytus legis Mosaicæ.* Quare Propheta Isaias tant rigoroso medicamine valetudinem impetravit, & tam facili idololatra Princeps curatur? Quare ignito carbone, rigidoque cauterio labia Propheta mundantur, cum parum aquæ sufficiat, ut abstergatur idololatre lepra? Ratio est, quoniam Elias vir erat sanctus, jam diu Domini militiam professus, ideo durius infirmitas illa, quam imperfectionem levem arbitrantur expositores, curatur, cauterium & ignitus carbo applicatur sine periculo à disciplina virtutis respiscendi, de amicitia Prophetæ securus prunis vrit, quin timeat recessurum à fidelitatis amore; *Et in manu ejus calculus.* Naaman autem velut extraneum tractavit, idolis adhuc serviebat, nondum Dei salutarerat religionem, ideo mitius cum illo agendum existimavit Propheta, & ad lepræ abstergendum contagium parum dumtaxat aquæ applicavit, asperitas enim adnicum sine periculo probat, ideo igne examinavit Seraphin Isaiam, *Calculus, quem forcipe, tyronem*

virtutis rigor severitatis periclitatur & suavitas solum lucratur, ideo aqua lepram Naamam mundavit. *Lavare septies* quoniam mitius curari debet qui tyrocinium virtutis solum obtrinit, quam cum eo, qui jam diu militiam Ecclesiasticæ disciplinæ est professus, idem est observandum cum obstinato, cujus salus non speratur.

Mitius  
Principi  
agendum  
cum eo qui  
tyrocinium  
virtutis  
obtrinit,  
quam cum  
eo qui mi-  
litiam Ec-  
clesiasticæ  
disciplina  
est profes-  
sus.

Cum Dominus passionis crudelis agonem manifestaret Apostolis, crux Petro scandalū visa est, & ut fervidus erat suavit fugam illius Magistro. *Abstine à te Domine.* Dominus autem ira exardescens in Petrum, quantum displicuisset ostendit, illum Satham vocando: *Vade post me Sathana.* Venit Judas in montem olivarum, in quo Christus Dominus cruciatuum timore sanguine madens, ab eo expertus est fœvissimam prodicionem, & discipuli atrocem perfidiam, & tamen olearum, & amoris humorem stillans velut amicum benigne Judam suscepit: *Amice, ad quid venisti? Quare Christus Dominus amicum insensissimum hostem, & proditorem sceleratum alloquitur veluti amicum? Quare Petrum inter Apostolos fidelissimum Sathan appellat, & iniquissimum inter discipulos proditorem vocat amicum Amice? Ratio est, quoniam Petrum qui nondum mysteria penetraverat crucis, nec, ut par erat, ligni sacri æstimaverat pretium, fel amaritudinis spiritus oculos illustraret, Judas autem cujus cor jam possederat dæmon, non resiliret à prodicione, & asperitas in ultimam provocaret desperationem, ideo aspere Petrum alloquitur ut corrigatur severitate illustratus, & proditorem benigne tractat, ne stimularus rigore citius in barathrum cadat desperationis, fidelem Petrum ut emendetur aspere suggillavit. *Vade post me Sathana* Traditorem iniquum ne desperet benigne tractavit: *Amice* quia cujus salus non speratur, patienter ferendus est, & licet superferere à remediis, sicut positus in agone medicamine non cruciatur, sed refrigerio fovetur.*

Mitius autem agendum cum eo, qui fidelitate titubare visus est, quam *Deus probat amicos asperitate.* cum eo, qui valet salute perfecta docuit rex regum, & Principum perfectissima idæa Christus Dominus. Ingressa in horum Ieremani Magdalena inspexit Christi sepulchrum, corpus

pusque Christi abesse respexit, suspiriis quasi vix Dominum, lachrymis pulsabat cœlum, ut inveniret, quem anima sua ardentè amabat, agnoscit tandem postquam dilecti vocem audivit *Rabboni?* Sed quid Dominus illi? *Noli me tangere.* Thomas non solum quasi sicut Christum, quin potius discessit à condiscipulis; & huic Magister apprensus palpatum se præbuit, & vulnera ut renovaret ostendit: *Infer digitum tuum huc.* Quare Magdalena alperere Christus tractavit, & Thomam ita benigne? Quare noluit à Magdalena contingi, & Thomæ se exhibuit manibus contrectandum? Ratio est, quoniam Magdalena fidelitatem conservavit illæsam, nec metum persequitur inter militares custodias, nec intra pectoris angulos dubium recondit, ardebat amore, absentia pignoris amor crescebat, idèo ut magis æstuarer, in fornace asperitatis fidei aurum examinatur, *Noli me tangere* quin rigore severitatis repesceret fidelitatis perfectio, aut minueretur amoris incendium, Thomas autem fere neutralitate cruciatur, pendulus hærebat fide resurrectionis, titubabat fidelitate variis dubiorum fluctibus agitur, idèo Principum perfectissima Christus idèa non severe incredulitatem fugillat, aut duritiem cordis rigore flagellat, quia subditum dubiæ fidelitatis exasperatum rigore perdit Princeps si tractat severe, idèo invisceravit Thomam intra præcordia: *Infer digitum tuum huc* ut latus, quod impij militis lancea patefecit, manus refoderet dubitantis, & vulnera, quæ manus infixit impia, manus discipuli resulcaret, ut incredulitate deposita subditus redderetur fidelis, *Noli esse incredulus, sed fidelis,* plurimum enim indulgendum est subditis in fidelitate nondum firmatis ne exasperati rigore ruant in barathrum manifesta perfidiæ.

Non minori suavitate est tractandus, qui confusione turpitudinis punctus, præ dolore quasi deficere visus est sicut de se pœnitens Princeps dicebat defecisse animam suam præ rædio; Qui ergo cum Prodigio exclamat: *Peccavi in cœlum, & coram te* & præ pœnitentia culpe fere non audeat oculos in cœlum levare, is non tam reprehensionis virga feriendus est, quam fovendus consolatione. Libidi-

nis stimulis agitur, & sororis pulchritudine captus Amnon, sic febris ægravavit incendio, & insanivit delirio, ut rumpere leges naturæ, & elongato pudore Thamar sororem violavit, cognovit sanctissimus rex & inquit textus nec illum flagellasse severe, nec reprehendisse infandum delictum; Interfecit Absalon fratrem Amnon, & exulem fecit, & persequutus est fratricidam David, ut pro merito plecteretur; Quare Absalonis crimen decrevit Princeps punire, & noluit flagellare incestuosum & turpitudinem vindicare? Quare justissimus Princeps impune tantum crimen & impunitum reliquit? Ubi est in omnium exemplum vindicativa justitia? Ratio est, quoniam Amnon post sceleris parrationem nimis pœnituit turpitudinis suæ, attenuabatur macie, & præ mortificitia crescebat, turpitudine præoccupatus intra cubiculum velut custodiam se clausit, ne à rationalibus videretur, qui deditus passioni libidinis brutæ tanquam rationis expertus ab hominis generositate desciscit, sic libidinis spurcicie confusus erubescerebat, quod exosam sororem habuerit, quam antea sic deperierat. *Eiice hanc à me foras, & claudite ostium post eam* idèo prudentissimus rex noluit addere afflictionem afflictio: *Noluit contristare spiritum Amnon.* Hujusmodi reprehensio foret spiritus afflictio Amnon ultima vitæ prostratio, sat illi erat turpitudinis pro pœna memoria, Absalon autem fratrem interemit, sed criminis non erubuit, nec fratricidij pœnituit; idèo illum rex justissimus ad supplicium quasi vixit. Sunt ergo peccatores sic pœnitentia compuncti, quibus asperitas reprehensionis animi deliquium inferret, ij autem non sunt exanimandi Principis objurgatione, quin potius refrigerio lenitatis fovendi, & consolationis balsamo eorum spiritus confortandus, qualiter erga prodigum piensissimus pater se gessit, quem admissum ad osculum pacis excepit læto cantu, & veste pretiosa vestivit, & insertis digitis annulis benignissime amplexus est, quin opus fuerit ex fascibus ejus prorumpere fel correctionis, qui namque pœnitentia cruciatur non est fugillandus, sed consolandus.

Sugillatur à Christo Domino Petrus, quod crucis scandalum passus, à patibulo

patibulo crucis voluerit Dominum deterere: *Vade post me Satana.* Magistrum negavit Petrus, ter in atrio Caiphæ ejuravit, & atrocitate perjurij gravitatem sceleris cumulavit, eum tamen Christus non suggillavit, sed amanter respiciens suaviter emolliuit. *Et conversus Dominus respexit Petrum.* Quare Petro admonenti amanter ut se substraheret immanitati scribarum terribili voce suavitati Christi Domini insolita respondet, & in Petrum infidelem, & perjurum non excandescit, sed in eum oculos intendit misericordiae? Quare in campis Cæsareæ Satanam vocat, & ab ore Domini ver amænum consolationum florescit in Petrum peierantem in atrio? Ratio est, quoniam Petri admonitio, qua voluit à crucis patibulo deterere visa est proficisci ab amore, forsan arbitratus est Petrus non tam deliquisse, quam Christum amasse, ideo pluit in Petrum tempestatem objugationum, & aspere suggillavit: *Vade post me Satana.* In atrio autem Caiphæ sic punctus erat pœnitentiae culpæ, sic Petrus turpitudine infidelitatis contritus erat, ut Davidi similis rugierit in deformitatem perjurij, & effusus in lachrymas pene defecerit præ dolore, deliquium animi passus, ideo prostratus erubescencia delicti occumberet, si Dominus affligeret asperitate, & nimium dolentem objugatione cruciaret ideo benigne oculis misericordiae respexit in Petrum, ut non tam reprehenderet, quam blande & aspectu benigno refrigeraret. *Et conversus respexit Petrum.* Si namque respiciens benignissime Petrum, jaculo doloris transfixit illius præcordia, & effusus in lachrymas præ rubore non valuit Magistri ferre præsentiam, quid effecisset in corde Petri fluctibus doloris nimij agitato aspera suggillatio?

\*\*\*

### S. IX

*Scandala nimis offendunt Dominum.*

11. **C**UM Dominus in monte loqueretur cum Moyse, justas emittens querelas sic inquit illi. *Peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti, & nihilominus in populum Moyses non fulmina jecit, sed gessit*

munus patroni, *cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum?* radios furoris divini in mitem rorem convertit. Deinde de monte descendit, vitulum vidit, sacrilegam musicam vix audivit, quando conversa mansuetudine in iram, sacras tabulas rupit immemor conditoris, qui aut scripsit, aut saltem dictavit, vitulum comminuit, & ussit, tandem vibrato gladio occidens viginti, & tria hominum millia, sanguine humano irrigavit campos Arabiæ, sanguineoque mari filios cunctos Abrahæ, quos sicco pede transire fecit per rubrum, miserrime inundat. Cur irascitur furor tuus? possumus & nos rogare, eadem non dixerat Deus in monte? *Fecerunt sibi vitulum constabilem,* Verba sunt Dei. Possumus respondere, quod segnius irritant animos immissa per aures, quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus. Non ita grave visum est idololatriæ delictum cum auribus solis percepit, verum cum vitulum vidit execratissimum judicavit neque nisi gravissima pœna expiabile. Nisi dicamus idololatriam Moysen non irritasse, sed vitulum, & choros videre, quod talis hominum fuerit audacia, quod musicam cum vitulo univerint, maximoque supplicio dignum reputaverat Moyses, quod ita audaciter populus deliquisset, ut culpam musica celebraret. Ut discamus quantum intersit, culpas videre, & subditos visitare.

Cum vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham, *ejice ancillam hanc, & filium ejus;* & nihilominus dure auditum esse ab Abraham pro filio suo, inquit Scriptura. In eodem delicto Abraham ad iram torpescit, & zelo vindictæ incenditur Sara, Abraham, qui filium Isaac occidere non recusavit, ut Ismaël exulem faciat, experitur molimina tarda. Unde hoc? Abrahamus, inquit Origenes, intellexit, Sara inspexit, unde hic illa negligit, ista detestatur. Ut quis zelo justitiæ incendatur; opus est, ut visiter peccatores, & culpas respiciat, juxta illud David. *Vidi prævaricantes, & tabescebam.*

Hæc est ratio, quare ad puerum missus Giezi, non suscitavit, *posuerat baculum,* inquit textus, *super faciem pueri, & non erat vox, neque sensus,* parum profecit baculus, & jurisdictio Elisæi,

ut

*Prælati  
visitæ, ut  
subditos  
sanct.*

ut puerum suscitaret à somno. Vix autem venit, & vidit puerum propheta Elifæus, cum resurrexit: ne credant ergo, ut inquit D. Augustin. Prælati se posse ad vitam animas revocare, quas vitiorum putredo corrumpit, nisi ad eas ipsi proficiantur, frustra missis baculis, ac ministris. Petrum enim

cum infidelitatis delicto factus esset, non sanavit Domini oratio, Ego rogavi Petre, ne deficiat fides tua, non vaticinium, priusquam galus caneret *ter me negabis*, oculi Domini sanaverunt, ut respexit, erexit, & in fletus penitentis excitavit, ut inquit S. Leo.

Exod. 33. *Moses tabernaculum tollens retendit extra castra, & ingreditur tabernaculum dicitur.*

Exod. 4. *Constat cum Moses Exod. 33: dicitur tollens tabernaculum, nondum esse.*

**D**uplex distingui tabernaculum debet, tabernaculum enim de quo c. 33. loquitur Moses domus ipsius erat, quam habitabat in medio populi, & postea, de monte descendens, tabulaeque legis propter vitulum frangens, extra castra transtulit, & collocavit, duræ cervicis populum fugiens. Anno vero sequenti fabricatum fuit tabernaculum, & Domino consecratum.

Veritati autem conformius iudico esse ante tabernaculum, cuius idem Dominus dederat, quoddam esse quasi

sacrarium, quo orationis gratia omnis confugeret populus, Mosesque confuleret Deum. Nisi dicamus domum quandam esse, in quam conveniebant seniores, quæ simul domus orationis esset. Olim enim in templis solebant conventus fieri, sicut apud Romanos in æde Bellonæ Jovis Statoris, & Capitolini Senatus erant. Hoc ergo tabernaculum in signum iræ tolli de castris præcepit Deus, ut nolle se inter infami idololatriæ pollutos macula, habitare manifestaret.

Exod. 33. *Facie ad faciem, & os ad os cum Domino loquebatur.*

Ibidem vers. 20. *Non videbit me homo & vivet.*

**E**X iis, quæ ver. 20. Exod. 33. referuntur constat Moysen Divinam essentiam non vidisse. Non enim ante hoc illam vidit, alias hic non petisset, neque illam vidisse ex verbis hujus capituli colligi potest, cum illi negata sit hujusmodi gratia, illis verbis *Non videbit me homo & vivet*, de potentia ordinaria loquitur, sed de absoluta possibilem esse divinæ essentiae visionem nullus negabit, cum Christo Domino permanentemente donata sit, & transeunter D. Paulo concessa. Sic sentiunt cum D. August. lib. 2. de Trin. c. 16. D. Dionys. cap. 4. de Cœlesti hierarc. & alij patres, quos refert in 1. p. disp. 55. c. 2. Vazquius. Quando autem posteriora visurum promittit Deus, dicendum est Deum manifestatum fuisse sub aliqua corporea similitudine fulgentissima, quæ lucis exuberantiam tantam præse ferebat, ut pars anterior nequiret impune videri, sed sola posterior, ubi radij magis temperata luce gaudebat, minus improporcionata vidētis oculis foret.

Illam autem verba *facie ad faciem* non denotant claram visionem, sicut

nec illa Num. 12. *Ore ad os loquor ei, & palam, & non per anigmata, & figuræ Dominum videt.* Utrisque enim loca collocutio amicabile, & jucunda indicatur, sed in tenebris & non clara, neque intuitiva, sed abstractiva cognitio, illi de Deo, rebusque divinis perfectius, & distinctius, quam aliis prophetis communicata, & intimiori familiaritate, quam quocumque cum alio.

Neque cum *ostende mihi faciem tuam*, inquit, Divinam postulavit essentiam, Cajetanus. Ostende mihi viam tuam, ordinem gubernandi intellexit Lipomanus. Ostende mihi viam tuam, per quam ingredi in terram promissam populus libere possit. Omnia autem hæc eundem respiciunt scopum. Illis enim, nil aliud, quam quod Deus se ducem & directorem ostendat ut populus, omnibus periculis superatis terram promissam possideat. Et ut invenisse gratiam in oculis Domini possit gloriari, signis, ac mirabilibus quæ fecerat inter inimicos Ægyptios, petit, ut in posterum itinere suo populum profequatur.

Exod. 33. *Iosue puer appellatur.*

*Calibes  
appellan-  
tur pueri.*

**S**erarius puerum pro iuvene poni in presenti tradit, cuius nomen aptari posse Iosue, etiam si tunc annos 39. egisset, ut placet Abulensi, vel ut Masio, 40. constabit, si iuventutem ad 45. protrahas cum Varron. apud Censorinum de die nat. cap. 13. vel si ad 46. producas cum Servio Tullio apud Gellium lib. 10. cap. 28. Vero nihilominus conformius iudico fore, si vocari iuvenem dixerimus, eo quod nondum operam dederit rei uxoriæ, sic enim cœlibes appellari non insolens est Scripturæ. Cajetanus ab innocentia, candoreque morum iuvenem fuisse appellatum, sicut eadem ratione filius unius anni, cum regnare cœpisset, Saül est vocatus. Nisi puerum cum Lipomano dicamus sumptum pro dis-

Exod 33. *Non ascendam tecum inquit populo Deus.*

**D**icendum: quod licet Dominus ubique sit, ubi protegit speciali favore, & miraculorum beneficentia, singulari præsentia gaudet, hac præ-

Exod. 33. *Angelum, qui ipsos præcedat promittit, quasi antea medio illo Dominus non direxisset, populus dolet.*

**C**ertum est Dominum per Angelos tanquam ministros in populum semper egisse, ut patet ex cap. 14. & Ps. 102. & ad Hebræos 1. Angelumque semper præcessisse Israëlitas in columna nubis per diem, & ignis columna per noctem, cum ipsis tamen Dominus præcedere dicebatur, cum Divinæ præsentia signa apparebant, miracula nempe divina ab exitu Ægypti facta per viam. Post peccatum ergo nõ præcessurum minabatur, id est non miracula in sui defensionem operaturum.

Exod. 33. *Audiens populus Dominum nolle præcedere tanquam ducem depositis vestimentis, afflictus est.*

**D**ifficultas eo consistit, quod verba Domini, quibus se populum

*Iosue ultimo, Annum fere sexagesimum agebat.*

cupulo Mosis in Scriptura. Iudico tamen nomine pueri ministrum significatum Iosue nimis Mosis, ac si servus illius foret, submissum, unde licet *minister ejus* jam præcessisset, nomine *pueri* vivacius exprimitur famulatus. Puer enim apud Latinos frequenter supponitur pro servo. Propertius lib. 3. El. 22.

*I puer, & citus hac aliqua proponere columna,  
Et dominum Exquiliis scribe habitare tuum.*

Martialis lib. 6. 29.

*Non de plebe domus, nec avara verna  
catasta.  
Sed domini sancto dignus amore puer.*

Psal. 138. *Deus ubique est. Si ascendero in caelum illic, si descendero in infernum ades.*

sens antea fuerat Hebræis, quam si in posterum conservaret, circumstantia gravificante afficeret eorum delicta sua beneficentia.


Exod. 23. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedet te, & custodiet in via.*

sed per Angelum moturum dumtaxat columnam, neque concursum naturalem in causis secundis violatum iri. Hoc doluit populus, hoc timuit Moses, & tanquam iram divinam avertit oratione continua, & ut illos veteri ut prius speciali beneficentia comitaretur suppliciter impetravit. Precibus Mosis Dominus annuit, & ducatum promisit mirabilibus, sicut antea, quæ expertus populus in Cades deserti Sin aquas mittente petra, sicut & Dominus antiquam ingratitude populi

Exod. 33. *Quando Moses de monte descendit, tunc enim & non prius sermones Domini cognoscere posset, iam placatus erat, & ducatum sicut antea promiserat.*

præcessurum negabat, ante quadragesimum diem, Mosisque ante descensum dicta

dicta sunt, populus autem ante hæc omnia fleuisse videtur. Unde ergo hæc omnia, scire potuisset populus, dicendum hæc cognovisse populum, post Moïsis descensum de monte. Credibile autem est, Moïsem prius, quod Deus præcedere restitisset narrasse, & postea quod Deus placatus fuerit, adhuc autem populum fleuisse, doluisseque occasionem, quam iræ divinæ dedisset.



**E X P L I C A T V R**  
*Ex. 33. in sensu morali.*

2.  
*Prelatus  
crimini  
sui a torum  
occultet.*

**V**LDENS populum, quod nudatus esset, inquit textus, tunc irruit in Israëlitas Iratus Moyses. sed quare tunc? quia jam erat manifestatū idololatricæ delictum. ideo tunc irruit, & ad vindictam processit, sicut & ipse David honori consulens Deus, noluit punire publice, quando fuit occultum peccatum, & solum ad vindictam properavit, quando detecta sunt homicidium, & adulterium. Debet prælatus, inquit Oleaster, quantum potest peccata populi occultare, famamque servare; sed, cum viderit publicata, vindicare, & publice punire. Peccata namque, vulneraque conscientiarum, ut juxta charitatis, justitiarumque leges curentur, non detegi, sed occulta delitescere debent. Hoc querebatur Dominus Isai cap. 1. *Vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumli-*

Exod. 33. *Non ascendam tecum inquit populo Deus.*

**D**icendum: quod licet Dominus ubique sit, ubi protegit speciali favore, & miraculorum beneficentia, singulari præsentia gaudet, hac præ-

Exod 33. *Angelum, qui ipsos præcedat promittit, quasi antea medio illo Dominus non direxisset, populus dolet.*

**C**ertum est Dominum per Angelos tanquam ministros in populum se peregisse, ut patet ex c. 14. & Pl. 102. & ad Hebræos 1. Angelumque semper præcessisse Israëlitas in columna nubis per diem, & ignis columna per noctem, cum ipsis tamen Dominus præcedere dicebatur, cum Divinæ

*gata, nec curata medicamine, in chirurgia humana prius vulnere balsamus applicatur, & postea circumligatur; sed in divina prius absconditur plaga, & postea curatur; dum enim publice patet, non sanatur, sed in cor, ubi dolor maxime vivus est, transfertur, & collocatur. Angelum esse, qui infirmos in piscina sanabat, constat ex methodo curationis, ut inquit enim Chrysostomus, turbabat Angelus aquam, ne languentium turpitudine appareret. Passione instante, inquit Carthusianus, dixerat Christus, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet; Quomodo majora Christi prodigiis patrari possunt? Quis unquam majora miracula fecit? Petrus videtur patrasse quia Christus non evidenter legitur umbra sua curasse infirmos sicut Petrus. Dicitur ergo Petrus culmen virtutis sanitatum attingisse, eo quod umbra infirmos, maleque habentes curaverit; *Pt veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quempiam illorum, & liberaretur ab infirmitatibus suis; Act. 5.* Methodus autem curationis in eo excellentia consistit, quod umbra illius qui curat, simul abscondit vulnus, & applicat medicamen. non sic, qui, luce vidente, curat, detegit enim tumentem plagam, ut vulnus possit sanare. Audite Oleastrum. Debet enim, inquit superior, postquam peccata detexit, vulnus operuit, illudque alligavit, oleum apponere, ne oleum, & operam perdat. Quemadmodum Samaritanum fecisse legimus Lucæ cap. 10.*

Psal. 138. *Deus ubique est. Si ascendero in caelum illic es, si descendero in infernum ades.*

fens antea fuerat Hebræis, quam si in posterum conservaret, circumstantia gravificante afficeret eorum delicta sua beneficentia.

Exod. 23. *Ecce ego mittam Angelum meum, qui præcedet te, & custodiet in via.*

præsentia signa apparebant, miracula nempe divina ab exitu Ægypti facta per viam. Post peccatum ergo non præcessurum minabatur, id est non miracula in sui defensionem operaturum, sed per Angelum moturum dumtaxat columnam neque concursum naturalem in causis secundum violatum iri.

Hoc doluit populus, hoc timuit Moyses, & tanquam iram divinam avertit oratione continua, & ut illos veteri ut prius speciali beneficentia comitaretur suppliciter impetravit. Precibus Moſis

Dominus annuit, & ducatum promiſit mirabilibus, ſicut antea, quæ expertus populus in Cades deſerti Sinaquas mittente petra, ſicut & Dominus antiquam in gratitudinem populi.

Exod. 33. *Audiens populus Dominum noſte præcedere tanquam ducem depoſitis veſtimentis, afflictuſ eſt.*

Exod. 33. *Quando Moſes de monte deſcendit, tunc enim & non prius ſermones Domini cognoſcere poſſet, iam placatus erat, & ducatum ſicut antea promiſerat.*

**D**ifficultas in eo conſiſtit, quod verba Domini, quibus ſe populum præceſſurum negabat, ante quadrageſimum diem, Moſiſque ante deſcenſum dicta ſunt, populus autem ante hæc omnia fleviſſe videtur. Unde ergo hæc omnia ſcire potuiſſet populus. Dicen-

dum hæc cognoviſſe populum, poſt Moſis deſcenſum de monte. Credibile autem eſt, Moſem prius, quod Deus præcedere reſtituiſſet narraſſe, & poſtea quod Deus placatus fuerit, adhuc autem populum fleviſſe, doluiſſeque occaſionem, quam iræ divinæ dediſſet.

Exod. 34. *Dicitur quod ſcripſerit Dominus tabulas, & Deu. 10.*

Ibidem. *Scribe tibi verba hæc.*

**N**icolaus de Lyra Dominum tabulas ſcripſiſſe tradit, Moſem autem verba ſcripturum in libro eadem præcepiſſe. Verum hoc falſum eſt, quia cum Moſes de monte deſcendit, verbaque Dei, quæ à cap. 10. uſque ad 24. ſunt, populo locutus eſt, quo conſentiente, tinctoque ſanguine confirmata lege divina, in libro univerſos Dei ſermones ſcripſit.

fædusque cum populis præcavere. Unde immediate poſt hæc relata, ſubdit *Scribe tibi verba hæc.* Hæc autem ſicut nunc data, 'antea non fuerant ſcripta. Neque obſtat quod ſuperius dicatur. *Stetit ergo ( Moſem intellige ) cum Domino 40. dies, & 40. noctes panem non comedit, aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis verba fæderis decem.* Ex quibus, qui ſtetit non comedens, neque bibens, dicitur verba fæderis ſcripſiſſe. Ille autem Moſes eſt. Non obſtat ergo. Quoniam verbum *ſcripſit* referendum eſſe ad Deum, & non ad Moſem conſtat ex Deut. c. 10. & initio capitis Exod. 34.

Dicendum ergo eſt Dominum tabulas ſcripſiſſe, ut Deuter. 10. conſtat. Moſes ergo non decem præcepta, ſed verba præceptorum cæremonialium ſcripſit, immolationem nempe primogenitorum, & ſolemnitatem feſtorum,

Exod. 34. *Cumque deſcendiſſet Dominus per nubem ſtetit cum eo invocans nomen Domini.*

Exod. 40. *Non potuit Moſes ingredi tabernaculum operiente nube.*

**D**icendum: quod ſicut nullus præ timore, & terrore montem aſcendere poſſet, cum dante Domino legem ſonaret tuba, Moſes autem à Deo fortitudine accepta conſiſtere, audire, & Dominum loqui potuit, ſic &

coram Deo deſcendente per nubem ſtare. Cum autem nubes tabernaculum operiret, viribus ſuæ naturæ Moſes relictus, ut ſic redderetur locus venerabilior, ingredi non valebat.

Exod. 34. *Non occiduntur patres pro filiis.*

Genef. 9. *Chainam maledicitur pro ſuo parente.*

Vide Genef. cap. 9.

Exod. 34. *Ne fædus cum eis inear.*

1. Machabæ. 11. *Fædus cum aliis à religione pacti ſunt.*

Vide Genef. 16.

Exod.

Exod. 34. *Ne manducent de immolatis gentilium diis prohibetur.*

Paul. ad Rom. 14. *Distinguit inter manducantem cum credat omnia posse, & non manducantem, & utrumque salvat. Loquens deinde de iis qua in cibum assumi possunt, inquit, omnia munda sunt.*

2. **C**onstat ex præcedentibus verbis prohibitionis diis falsis de immolatis non accipiendis, sacrorum administrationi, victuiq; sacerdotum ethnicos aliqua offerre solere. De quibus Tertullian. lib. de Idololatr. c. 17. & ad tempora usque Arcadij & Honorij etiam durasse constat ex Cod. Theod. de Pagan. sacr. L. 19. Post sacrificium autem pranos fuisse ex Conc. Anc. cã. 4. & 7. habetur. Juxta quod exponendus est Paulus 1. ad Cor. 8. Si quis habet scientiam in idolio recumbentem, loquitur enim de loco, in quo immolata epulari solebant.

De iis ergo Dominus ne populus manducaret, præcavit. Neq; Magistro divino opponitur fidelis discipulus Paulus, cum 1. ad Cor. 10. dicat omne, quod in macello venditur edi posse. Si quis autem dixerit immolatū esse idolis, nolite manducare. Quod sic prohibitum est in Ecclesia, ut dixerit D. Aug. ep. 154. ad Publ. col. respondens quaestioni de illo qui famis necessitate victus, nil nisi cibum in idolio positum haberet. ¶ Aut certum est esse idolotrytum, aut certum est nõ esse, aut ignoratur: Si ergo certū est esse, melius Christiana virtute respicitur: si autē vel non esse scitur, vel ignoratur sine ullo conscientia scrupulo in usū necessitatis assumitur. ¶ In Concilio autem Apostolorum primo sub Petro Jerosolymis celebrato decretum est fideles cæremonialibus Mosis non debere ligari, nisi quod à sanguine, idolisque immolatis abstinentiam profiteantur, ne viderentur diis gentilium aliquem honorem præstare. Hoc moti sunt Illiberitani Concilij patres, ut can. 40. decernerent, necum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit acceptum inferant.

D. Paulus ad Rom. 14. vinculum charitatis inter Romanos convertos de gentibus, & de Judeis in Christianos mutatis adstruit. Hi enim adhuc durasse cæremonialia Mosis jactitabant, alij nullū habere vigorem, illoque ad æmulationem provocantes, objurgabant non es-

se perfecte fideles; qui ritibus Judæis adhuc irretiti forent. Hos & illos increpat Paulus; quod ingerant scissuras Ecclesiæ; cum uterque recte agere secundum suam conscientiam possit, qui omnia manducat, si judicet omnino veterem legem cessasse, qui à cæremonialibus abstinet, si existimet jam diu extinctam esse. Nihil autem de immolatis Paulus.


Verum contra hęc difficultia sunt verba Pauli 1. ad Corinth. 10. *Si quis vocat vos, inquit, infidelium, & vultis ire: omne, quod vobis apponitur, manducate, nil interrogantes propter conscientiam: Si quis autem dixerit, Hoc immolatum est idolis, nolite manducare, propter illum qui indicavit, & propter conscientiam, conscientiam autem dico non tuam, sed alterius.* ¶ Non ergo prohibitum, neque contra conscientiam propriam edere de immolatis, sed abstinendum solum ab illis propter infirmitatem videntis, sicut ad Ro. 14. abstinendum à carne & vino, cum fraternam offenditur charitas, Paulus cõsuluit.

Dicendum ergo est comedere de diis falsis immolatis, si hæc, nullo alio respectu considerentur, malum non esse. Si autem quis ederet, ex immolatione aliquam recepisse sanctificationem arbitratus, is nefas egisset, & venerationem diis falsis reddere videretur. Ne ergo videns aliquem diis immolata libere manducare, aliquam sanctificationem velle recipere, & in diis recognoscere sanctitatem, arbitrari posset, consulens ejus infirmitati, ab illis abstinendum præcipit Paulus non propter propriam cõscientiam, quia si immolata nulla habita idolorum memoria, velcantur, nullum recognoscit Paulus piaculum. Illiberitani autem, aliorumque Conciliorum SS. Patres; timentes temporibus tunc recens nascentis Ecclesiæ plures non sic idololatricam fugisse, ut imminente periculo labiles maxime forent, ideo infirmitati consulentes illorum, ab immolatis se abstinere ordinarunt. Et iis etiam, qui immolatis vesci possent viri vere

fideles, nulla veneratione præstita diis absque periculo idololatræ, optimo jure pariter à patribus prohibitum merito est, non enim illis dumtaxat malum, sed omnis species mali fugienda erat. Stat ergo quod vesci immolatis

Exod. 34. *Vxorem de filiabus gentilium non accipies.*

3. **A**liqui tradunt id tunc Mosis licere, quoniam lex data non erat, quæ talia connubia prohibuit. Verum hoc falsum est, quoniã plura, quæ Mosis lege instituta sunt, moribus sanctis introducta ac servata fuere, sicut consuetudo de semine suscitando, de decimis offerendis, de discretione inter immundos, & cibos mundos. Unde illud filiorum Jacob, non posse dare sororẽ suam viro incircumciso, dicentiũ. Prohibitum ergo tum inter gentile & Hebræum connubium. Tum etiam quia Deut. 21. cum contra gentiles committerent bellum Hebræi, fas erat, foeminam pulchram oculis suis sibi conjugere uxorem. Tum. Quoniam Mahalon, & Chelion, Orpham & Ruth Mahabitas irreprehensi duxerunt uxores. Ruth autem duxit similiter Booz de tribu Juda. Hæc sunt quæ pro Hebræorum mutua mixtione possunt referri, omisiss, quæ expresse Dominus reprobavit, Salomonis connubiis.



S. I.

*Tam ante legem scriptam quam ipsa data, & Evangelica promulgata cautum est ne fideles cum infidelibus coniugio matrimonioque copulentur.*

**U**AMVIS ante legem Scriptam præceptum expressum non fuerit de Hebræis gentilibus matrimonio non copulandis, vitis tamen sanctitatis laudatæ id observatum est, ut ex Ge. 34. constat, filiis Jacob non posse viro incircumciso sororem jungere in matrimonium, reclamantibus. Lege autem Scripta Exo. 34. & Deut. c. 7. idem prohibetur. *Quia seducet* (sic habetur Deut. 7.) *filium tuum, ne sequatur me ac magis serviat diis alienis.* Exod. 34. sic. Ne postquam fornicatæ fuerint (id est immolaverint diis alienis) fornicari vos faciant Idem 3. Reg. I. c. 11.

Hanc morum disparitatem nõ spre-

nefas non esset ex se, & quod à Conciliis prohiberi possit, sicut in primo Apostolorum Concilio, quos etiam vinculum charitatis inter fideles strictius reddere tali prohibitioni statuentæ movit. Vide Genes.

Exod. 2. *Moses filiam Iethro sacerdotis Madiam duxit.*

vise exteras adhuc gentes, innuit Macrobi. lib. 1. Sat. ubi cum peregrinis non licebat matrimonium Romanis. ¶ Libertinis vero, nullo (inquit) jure uti prætextis licebat, ac multominus peregrinis, quibus nulla esset cum Romanis necessitudo. ¶ De iisdem conjugii à Romanis cum exteris non contrahendis loquitur Valentis, Valentiniani & Theodosij rescriptum, *L. unica C. Theo. de Nupt. Cont.* ¶ Nulli provincialium (sic sanxerunt) cujusq; ordinis aut loci fuerit, cum barbara sit uxore conjugiu, nec ulli gentilium provincialis foemina copuleatur. ¶ Barbaræ autem nationes, quæ extra limites erant urbis, dicebantur, vel, quod verius judico, quæ alienæ vivendi legibus essent, ut placuit Ambiano ad Tertul. de velandis virginibus c. 2. obser. prima Apud Senec. lib. 4. de benef. c. 35. & Cicer. in Top. eadem observatur religio.

Quoniam autem eadem in veritate est via præceptum connubiale veteris legis renovatum Ecclesia reliquit. Sic enim in 2. ad Cor. 6. ¶ *Nolite* (inquit) *ingum ducere cum infidelibus, quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial? aut quæ pars fidelis cum infideli? qui autem consensus templo Dei cum idolis? vos enim estis templum Dei vivi sicut dicit Deus.* ¶ Eandem ergo, quam Dominus Exod. & Deut. connubij prohibitionis fidelis cum infideli Paulus reddidit causam. Quoniam cum finis matrimonij individua vitæ sit cõsuetudo, & juris divini, & humani communicatio, ut inquit Modestinus in *L. 1. de Ritu Nupt.* virique uxor inseparabilis socia ut inquit Horatius 1. Car. Ode 1.

*Manet sub Iove frigido venator,  
Socia conjugis immemor.*

Quæ ergo societas lucis ad tenebras? ut inquit Paulus, quis non videt oblitendam quotidie fidem societate infideli? eosdem convertet in mores, eandẽ in religionem animos utriusque indivi-

dous voluntatis cōsensus mutabit. Unde Gordianus in suo rescripto ad Bassum, *L. 3. cap. de crim. expil. hered.* uxore inquit, esse divinæ & humanæ domus sociam cum marito, quasi ejusdem sectæ religionisque debeant esse maritus & uxor, ut exponit Petrus Gregor. Synrag. per matrimonium enim uxor transit in familiam mariti, unde particeps illius sacrorum ( ut inquit Mendoza in Illib. ) Ea autem ratione Plut. in Præcept. connub. jubet ut uxor sit in religione mariti, neque peregrinam admittat. Et ideo ut inquit Macrobi. lib. 1. Sat. c. 15. postridie nuptiarum uxori auspiciens libertatem rem divinam sacris maritis faciebat. Pater namque familias sacra domi privata habebat, quæ, quot quot ex sua familia potestati illius subditi erant, colere tenebantur ab uxore & liberis usque ad servos, neque à paternis sacris dicebantur absolvi, qui extra patriam potestatem non essent.

Nuptias fidelis cum infideli tamquã turpes reprobatas esse ab Ecclesia tradidere præter Cypr. de lap. c. 2. Amb. ep. 29. ad Vig. & lib. de Patr. Abrab. c. 9. Hieron. contra Jovinian. Conc. Arelat. 1. c. 11. Nicæn. can. 33. Carthagin. 3. cap. 12. & Chalced. c. 12. de filiis episcoporum & presbyterorũ hujusmodi prohibita sunt conjugia. In Concilio Nicæno c. 67 sic verantur, ut patres Concilij, mulierem, quæ nupserit infideli, illum deserat, pœnitentiã agens pro matrimonio contracto, decreverint in Spiritu Sancto. Ex quo quoad vinculum separari debere ab infideli uxorem fidelem receptũ est in Ecclesia, ut testatur Bellarm. lib. de Matr. c. 23. Illiberitanum hujusmodi nuptiis præcluserit aditum can. 25. similiter can. 26. cum Hæreticis, & Schismatis Christianorum matrimonio jungere filias omnino prohibuit Laodicenum, & Carthaginense 3. can. 12. & Chalc. can. 13. Syn. 6. cã. 72. nefarias & irritas hujusmodi nuptias videtur existimare. Quæ autem auctoritas fidesque adhibenda sic Sextæ canonibus Synodi, tradidit Médoza c. 4. lib. 2. & cap. 52. in Illiberi. Cum Judæis specialiter conjugia Christianis prohibent Sancti patres propter eorum duritiam, & pertinaciam Illiber. can. 16. & ab illo Toletano 4. can. 61. & 63. Tolet. 8. can. 12. Aruer. can. 6. Aurelian. 3. can. 13. Illiberitanum can. 27. idololatricam intendens à fidelibus relegare,

cavit ne filias suas matrimonio Gentilium, sacerdotibus copularent, quoniam sine sacrificio, & idololatria concomitante non poterant celebrari, & majori pœna prohibuit, quam si aliis infidelibus tradidissent, his enim matrimonii per quinquennium injungitur pœnitentia dumtaxat, illis, etiam in fine negatur communitio sacra, ut suis in notis erudit ut solet, tradidit nunquam facis laudatus concollega noster D. Emmanuel Gonzalez.

\*\*\*

S. II.

*Repelluntur qui prohibitionem nuptiarum cum gentilibus, ad Chananæos tantum protendunt.*

**L**URES legem illam non universalem ad omnes gentes, sed ad Chananæos dumtaxat, eo quod tam hic, quã Deut. 7. fiat de iis solis mentio, nec alibi cum aliis gentilibus prohibita reperientur conjugia, ut Estheris cū Assuero, Samsonis cum Philistæa. Ex quibus ad antilogiam, argumentaque superius relata constat solutio, nullo enim ex illis connubium reperietur cum Chananæa. Verum non solum cum Chananæis, sed cæteris aliis exteris cum gentibus veritas nuptias Hebræis constat ex motivo prohibitionis tam Exod. 34. quam Deut. 7. & Regum 3. cap. 11. *Rex autem Salomon adamavit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitæ, & Ammonitidæ, Idumæas, & Hethæas: de gentibus, super quibus dixit Dominus filiis Israël: Non ingredimini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras, certissime enim avertent corda vestra, ut sequamini deos earum.* Omnes ergo istæ relatæ comprehenduntur sub prohibitione, eisdem verbis, quibus Deuter. 7. & Exod. 34. refertur, inter quas solæ Sidoniæ, & Hethææ Chananææ erant. Deinde constat expresse ex 1. Esdræ cap. 9. ubi inter populos, quibus cum damnantur connubia, non solum Chananæi, Hethæi, Pherezæi, Jebusæi, & Amorrbæi, qui ex Chananæis nationibus erant, recensentur, sed etiam Ammonitæ, Moabitæ, & Ægyptij, cum quibus connubia 1. Esdræ cap. 1. abominaciones, & cap. 2. transgressio & prævaricatio appellantur. Hanc similiter legem cum

hac extensione recepram intelligit Philo lib. de special. legib. Josephus item lib. 8. Antiq. c. 2. & lib. 11. c. 5. tumultum refert Iudæorum seniorum, quod Iaddi pontificis frater duxisset externi generis fœminam; rati patrias leges de connubijs sic antiquari cœpisse. Cujus violationis peccatū plures eorum causam captivitatis Babylonice tradunt fuisse. Et quidem uxor illa, propter cujus nuptias tumultus, Samaritana erat, non Chananæa. Tum denique, quia ut indicavi superius ratio, quā hic & Deut. 7. Dominus tradidit hujus legis, seductionis periculum erat, & pertractionis ad idololatriā. Hoc aurem periculū æque ac in Chananæo, quocumq; alio gentili populo posset timeri. Neq; quod Chananæi nominentur soli, quando lex repetitur, prohibitionem facit restringi, cum enim populi Chananæi Hebræis forent vicini, facilius, pondereque majori propenderent in nuptias eorum.

## §. III.

*Fit satis locis quibus oppositum comprobabatur.*

**A**D exempla, quibus lex de prohibitionē accipiebatur restrictius, dicendum est Ruth, quā duxerat Booz, jam esse in Iudaismū conversam, & justitiæ profelytā factā. Audite operis imperfecti auctorem Hom. 1. § Ruth pro merito fidei suæ nupsit Booz quia propriā gentē contēpsit, & terrā, & genus, & elegit Israël, & non despexit sacrum, viduā simul & peregrinā, desiderio ducta generis sui magis quā sui, Deos patrū suorū repulit, & Deū viventē elegit. § Quod cōfirmari posset ex illis verbis Ruth c. 3. ubi sic illi Booz inquit, *Scit enim omnis populus, qui habitat intra portas urbis, mulierem te esse virtutis.* Quod nisi Hebræis aut ingressis in Iudaismū difficile posset aptari. Eandē expositionē recipiunt Moysi cōtractæ nuptiæ cū

filia Iethro sacerdotis Madian, & cum puella, quæ caperetur in bello, ut diximus supra Gen. de matrimonio Abrahami cū Sara agētes. Lieuisse autē conjugiiū fidelis celebratū cū infideli, si ab errore recesserit pristino, certissimū est, cum periculum seductionis, quo legis prohibitio fundatur, omnino cesset.

Quod etiā jure Ecclesiastico servatum est. Conciliū enim Chalcedonēse can. 13. sic statuit. § Quoniā in quibusdā provincijs cōcessū est Psalmistis, & Lectoribus, uxores ducere, constituit sancta Synodus, prorsus cuiq; ex his nō licere alterius sectæ accipere uxorē. Si quis vero prævenit, & habet jam de tali cōnubio filios, si forte prævenerint eos, jam apud hæreticos baptizari, debēt eos offerre Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ ut ibi cōmunicēt. Qui vero adhuc baptizati non sunt, omnimodo nō posse eos in hæretica Ecclesia baptizari, nec in matrimonio jungi hæretico, Iudæo, vel Pagano nisi forte spopōderit se venire ad orthodoxam fidē, dum conjungitur personæ orthodoxæ. § Similia tradidit Zacharias P. P. in Synodo Romana can. 10. § Si quis Christianus filiam suā Iudæo in conjugio copulare præsumpserit, nisi perfecte crediderit Christo, & baptizatus fuerit. § Permittitur ergo cum Iudæo connubium, si transeat in Christianismum. Idem Basileense Concilium can. 20. Laodicense can. 31. Neque alicubi SS. patres catholicis prohibent cum hæreticis inire conjugia, nisi in hæresi, & errore persistant.

Quod si opponas Sāsonem cū Philistæa, Esther cū Assuero celebrasse conjugia, & nihilominus, neque profelyta Philistæa uxor Sāsonis, neque Assuerus in Iudaismū potest dici cōversus. Dicendum ex alijs (nostrum enim judiciū suo cujusque loco remittimus declarādum) vel peccasse (quod nō sine incōveniēti dici potest de Esther), vel id peculiari instinctu divino factum, quia posset periculum avertere perversionis.

Exod. 34. *Septem diebus vesceris pane.*

Vide Exod. cap. 12.

Exod. 34. *Redeunte anni tempore quando cuncta conduntur.*

Vide Exod. 12.

Exod. 34. *Septimo die nrare cessabis quo exemplo omne prohibetur opus.*

Vide Exod. 20.

Exod. 12. *Sex diebus vesci iunntur.*

Exod. 12. *Nisan initium mensum & principium anni.*

Iosue cap. 6. *Jerico juxta urbem circumisionibus operosis laborabant.*

Exod.

Exod. 34. *Atas eorum destrues.*

Exod. 22. *Dys non detrahes.*

Vide Exod. 28.

Exod. 34. *Omne quod aperit vulvā generis masculini offerri precipitur tantum.*

Levit. 3. & 4. & 5. *Capra, oves, atque vacca offerebantur.*

**D**icendum: in sacrificijs spontaneis offerre quē posse, quod libuisset, in coactis autē non sic, sed mascula tantum. Contra hoc esse videtur, sacrificiū quod est pro peccato, quo, & si necessarium esset immolabatur fœmella. Vnde dicendū est ideo mascula dūtaxat Dominus offerri præcepisse, quia pro primogenitis Israëlitarū. quæ in Ægypto sunt liberata, erant Deo immolanda. In Ægypto enim primogenita ab Angelo occisā mascula tantū erant. Neque obstat, quod c. 12. Exod. dicatur nullā domum esse in Ægypto, in qua non jaceret mortuus, quod vix intelligi potest

nisi de primogenitis aliq̄ fœminæ occiderentur, alias omnes primogeniti & qui vulvā aperuissent, masculi esse deberent. Sed de ijs jam c. 12. Alij duo genera distingunt sacrificiorum, alterum directē ad laudem Dei terminatum, & hoc masculis constare debebat, & appellabatur holocaustorum ut Levit. c. 1. Alterum erat eorum, quibus creaturæ bonum, pacificatio, remissio culpæ, vel aliud quod peteretur, in his pro libito masculus vel fœmella possent offerri. Ad laudem quidem Dei erat primogenitorum victima & sacrificium, ex masculis ergo constare deberet.

Exod. 34. *Ter in anno Israëlitas precipitur apparere in Sanctuario. Azymorum, Pentecostes & tabernaculorum festivitatis.*

*Inter festum Azymorum, & Pentecostes demptis septem diebus quibus manebant in Sanctuario, sex manebant hebdomada. Distantes ergo 60. Leucis, qui poterant ire, & redire.*

**A**liqui propter rationem attractam censent longe distantes solum in tertio anno, quando tertia decima pauperibus & Levitis segregata loco Sanctuarij erat distribuēda. Vnde solum in uno ex tribus annis corā Deo apparere ter tenebantur. Verum hoc falsum est. Quoniā Deut. 14. decima pars fructuū tollenda erat, vel vendēda, ex cujus pecunia, aliquid de quo cum peregrinis atq; Levitis vesceretur, quis emere cogebatur, verbis quidē Deut. 14. lex non solū Hierosolymę proximos, sed lōginquos etiā cōprehendit, cū de illis, quorum longior est via, loquatur. Præclu-

ditur ergo expositio, quam tradit Abulensis, dispensationem divinam longe distantes habuisse non comparandi nisi semel in anno festo scilicet Azymorum, & bis de septennio in septennium anno remissionis infesto tabernaculorum, ut coram omnibus liber legis legeretur Deut. 31. Præcluditur, inquam, cum præcepti expressa sit notio, & dispensationis nulla noticia in Scriptura. Dicendum ergo quod licet in hoc sit gravamen, impendere tenebantur, ut sic & meritum augetur, & memoria beneficiorum, quæ illis festivitatis colebantur, tenacius conseruaretur.

Exod. 34. *Ignorabat quod cornuta esset facies ejus.*

Paul. 2. ad Corinth. 3. *Gloria vultus Moysis predicatur.*

**C**hristianus Schotanus in Sulpiciū Severum, & Eugubinus errorem impingūt: Vulgato nostro, eo quod Moysis faciē esse cornutā verterit, cujus piaculū à voce in Hebræo ambigua ortum esse existimarunt. *Keren* enim cornu significat, & *Karan* radiare, unde *glorificatus fuit ad spectus facies ejus*, Septuaginta legerūt. Verū Vulgar<sup>9</sup> noster nō *Keren*, sed legit *Karan*, alias verteret *ignorabat*, quod cornu facies sua, & nō quod cornus a esset. *Karan* ergo (inquit Bōfrerius) non tantū significat in morē cornuū radiare, sed etiam cornua, crassa nimirum illa, & ossca emittere. Sic Psalm. 68. *Malach*

*cornua vertitur.* Cōtra vero Habacuc 3. v. 4. ubi nos habemus *cornua in manibus ejus* Hebraice *Karnaym* R. David, R. Abrabā, R. Salomō *plendore* interpretatur apud Pagninū, quos sequituriple. Quin (ut Bonfrerius addit) in Laodicēsi cū sol subito lucere desinit, dicitur. *Cornua retrahere.* Per metaphorā à Græcis digiti radij vocantur, & ideo Homerus Solem à multitudine radiorū Centimanum vocat. Cur ergo minus radij metaphorā cornuum nō intelligentur? Sicut, & per metaphoram sagittæ à Lucretio appellatur, *Lucida tela diei*, & Apollinē cum arcu, & sagittis describunt, & sic e

Malach. 4. radij solis pennæ dicuntur. Et quidem ut inquit Hieronymus in Amos cap. 6. juxta Hebraicum, Aquilæque editionem, *quia cornuta erat species vultus ejus*, est legendum.



## EXPLICATUR

Exod. 34. in sensu morali.

### §. I.

*Iusti improborum participant pœnas.*

1. **V**OLENS Dominus populum suum edocere quomodo se gerere debeat in terra promissa, præcepit, ne cum habitatoribus Chanaã foedus, aut amicitias iniret, ne ab impiorum commercio cõtingeret fascinari, ut inquit Lipomannus. *Disceimus igitur hoc in loco, inquit, cum impijs non esse foedus incundum, non contra hœdas cum infidelibus amicitias, nequãdo, ut facile fit, eorum fascino inficiamur.* Quoniã dum se impijs iustus cõmiscet, solet pressurã, & ruinã cum eis similiter pati: Solus Princeps Sichimitarum Dinam oppresserat, & tamen in renectione cuncti Sichimitæ à filijs Jacobi delentur, unius peccatoris societas sat fuit, ut in omnes serperet ira, ut advertit D. Basil. *Unius obnoxã tota, quandoque gens evertitur.* Judæ proditoris vicinia sat fuit, ut omnes Apostoli turbarerentur, & pene fluctibus mergerentur, nisi ad Magistri recurrerent opẽ. *Salva nos, perimus:* ob solã inobedientis Jonæ societatem cuncti sunt in navi periclitati, ut inquit enim D. Amb. lib. 4. cap. 3. *Periculosum est cum his qui male vivunt sociari.* Quoniã peccatorum societas frequenter facit peccantem, sed semper efficit infelicem.

Animãtia ex aquis producta Deus sua benedictione replevit; *Benedicensque eis dicens; Crescite, & multiplicamini.* Produxit Deus sexta die ex terra animãtia, verum noluit benedictione sua felicitare; Quare Deus ex aquis animalia producta sic approbavit, ut benedictione repleverit, & ex tellure productis benedictione negavit: Glossa reddit ratione; *Quia inter ea erat serpens, erãt cetera cuncta animãtia associata serpenti, serpens decepit Evam, per serpente innumera in Protoplastos, & ab illis in nos descenderunt dãna, & infelicissimæ clades, ideo reliqua animantia licet gravissima Deo ex societate animantis ingratiissimi, & calliditatis damnabilis penitus benedictione caruerunt, quia sic noxa*

est, vel unius scelerati vicinia, ut sat fuerit pluribus iustis parare ruinã, & illius iniquitas reddere quodãmodo reos, sicut unica fellis guttula sufficit amaricare sacaro conditum cibum, scelerati nãque societas ceteros dignos facit, qui eadem pœna, qua delinquentes torquentur, ut accidit Loth, cujus substantiã reges vicini Sodomis pariter, ac incolarum Sodomę tulerunt; nec iustum Loth Deus exemit, quia inter impiorum extiterat turbam.

In Deum, & in Moysen peccarunt, qui superbe sibi arripere tentaverat sacerdotium, & sacris se immiscere temere conabantur; voluit Deus luere condignas pœnas nocentes, & ideo ab innocentibus, præcepit primitus separare: *Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam.* Si punire vult nocentes, ut quid separatio iustorum: discernat pœna, quos virtus, & crimen dispares, & distinctos fecere, unus pereat, & lateri illius junctus relinquatur superstes: Quare præcepit Dominus separari: Quia iniquitatis vicinia confundere videtur in culpa, quos distinguit puritas, vel impuritas vitæ, sicque in socios serpet sine distinctione perniciosus, ac si forent comites in delicto, ne ergo velut dignos supplicio involveret innocentem nocentium strage, intimavit recessum, ut non cum injustis justos pariter absumeret igni: *Separamini:* Hinc patet, quare scrutatus Domus Joseph dispensator à majori usque ad minimum scyphum omnibus crimen impingit: *Cur sic agere voluistis?* Si unus erat reus, cur omnes arguit delicti? Quoniã pluries unius privati delictum in totam redundat communitatem.

Vnde propter David delinquentem innocens filius occiditur, 2. Reg. c. 12. *Filius, qui natus est tibi, morte morietur.* Præter pœnam acerbæ orbitatis, inquit Salvianus, etiam hunc addi pissimo patri reatum summi supplicij Deus voluit, ut dilectissimo filio causa mortis pater ipse existeret, qui doleret, cum utique natum ex crimine puerum, crimen ipsum occideret, quod creavit. *Ascendite Jesus in naviculam, sequuti sunt cum discipuli ejus,* dicitur Matth. c. 8. Ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Peccator occultus aliquis, maris fluctus inflavit, cum teste Paduano, numquam Deus inferat punitionem nisi prius peccator committat transgressionem. *L. aliud, 131. D. de verb. signific. L. sancimus 22. C. de pan. & c. sine culpa,*

*culpa, de reg. jur. in 6. l. si putator, ff. ad l. Aquil.* Ubi nulla subest culpa, ibi, & pœnæ nullus potest esse relictus locus. Quo ergo delicto exorta tempestate Apostoli fuerant fœdati? Propter delictum fuit exorta tēpestatas, sed non omnium, sed dūtaxat unius. Unius delicto, inquit Ambr. Serm. 11. cunctōrum merita quatiuntur, sic igitur unius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apostoli; Caveamus igitur ne per unum omnes fluctuemus. Ideo Dominus differre pœnam passus non est ligna Sabbatho colligentis, ne illius omnes delicto perirent fœdati. Hanc tradit Damascenus rationem, quare in Tabor Apostoli nō ascenderint omnes. Judas in cautā fuit, inquit Damascenus, quod reliqui Apostoli, qui cum eo remanserant, tanto bono privarentur. Delictum enim contagium est, ut unius pœna quandoque soleat inficere alios. In Tabor sola ignorantia fuit Petri, *Nesciens quid diceret,*

Exod. 35. *Qui fecerit opus in Sabbatho occidetur.*

Vide Exod. cap. 20.

Exod. 35. *Spontaneè offerendum argentum, & aurum.*

Vide Exod. 28.

Exod. 35. *Beseleel filium Uri, filij Hur. Hujus pater fuit Caleb, ut dicitur 1. Par. c. 2.*

**H**Ebraei Caleb proavum Beseleel tradunt esse, qui de exploratoribus fuit & Mariā sororem Moſis duxit uxorem, cum esset decem annorum in principio decimi. Azuba, quam duxerat prius cum octo foret annorum, mortua sequenti anno, & ætatis suæ nono. In fine decimi anni Hur genuit ex ea. Hur autem in fine decimi anni sui, qui erat vicesimus primus Caleb genuit Uri, Uri autem in anno nono sui, & tricesimo vitæ Caleb genuit Beseleel, Beseleel autem anno decimo ætatis suæ, & quadragesimo vitæ Caleb incæpit Sanctuariū cōstruere, paulo ante ingressum in terram Chanaan, hic enim fuit tertio vel quarto mense secundi anni ab exitu de Ægypto ut ex lib. Num. constat, Beseleel autem primo anno ab exitu cōstrui cæpit, & perfectum prima die sequentis anni ut cap. 40. Exodi.

quare ergo, *obumbravit eos, & non eum?* pœna est communis, cum fuerit culpa particularis, ignorantia unius cæteri privantur. Unde cum Dominus Petro nunciaret: *Amen, Amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.* Subdit continuo. *Non turbetur cor vestrum, nec formidet.* Quare alijs, quibus non erat negationem minatus, dixit non formidare? Merito, inquit Pöfer. lib. 14. c. 17. §. 1. discipuli expavent peccatum Petri, quando à nullo peccatum committitur, cujus damnum non debeant timere cæteri. Sic D. August. in Cat. D. Thom. Quia igitur etiam sibi metuebant discipuli, cum Petro dictum esset fidentiori, atque promptiori. *Non cantabit gallus donec ter me neges,* subjunxit. *In domo patris mei mansiones multe sunt,* per quod à turbatione recreantur cæteri, ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum in Christo esse.

Levit. 6. *Ignis semper ardebit, quem nutrit sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies. Sabbatho ergo ignis accendebatur.*

Exod. cap. 38. *Qui numerantur ex jure aurum tenebantur offerre.*

Iosue cap. 14. *Caleb cum exploratoribus ingressus in terram Chanaan erat 40. annorum. Ejus ergo pronepos ætatis esse non posset, ut sanctuarium construeret.*

Verum difficultatibus scætet expositio ista. Præterquam quod quippe ridiculum est Caleb octavo anno vix rationis capacem uxorem duxisse, & continuo genuisse, incredibile est mulierem sanctam Mariā viro tam juveni senem traditam in uxorem cum illa 65. vel quasi 70. foret annorum, cum ille dumtaxat decem, provectior enim erat Moſe soror illius à qua liberatus ipse, dum in flumine pernataret scitpea fisciella, cujus prudentia in veritate celandæ ætatem decem annorum superabat, Moſes autem cum Caleb 40. fuisset annorum, 82. habebat, quia quando Pharaone coram locutus fuerat 80. erat annorum, ut patet Exod. c. 7. Quibus si addas 13 vel 14. anni, quibus Maria excedebat 95. constituunt, unde sequitur cum Caleb decem, fuisse Mariam 65. Neque minus credibile est, quod Beseleel

Malach. 4. radij solis pennæ dicuntur. Et quidem ut inquit Hieronymus in Amos cap. 6. juxta Hebraicum, Aquilæque editionem, *quia cornuta erat species vultus ejus*, est legendum.

✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠✠

## EXPLICATUR

Exod. 34. in sensu morali.

### S. I.

*Iusti improborum participant pœnas.*

1. **V**OLENS Dominus populum suum edocere quomodo se gerere debeat in terra promissa, præcepit, ne cum habitatoribus Chanaâ fœdus, aut amicitias inirêt, ne ab impiorum commercio cõtingeret fascinari, ut inquit Lipomannus, *Discimus igitur hoc in loco*, inquit, *cũ impijs non esse fœdus incundũ, non contrahẽdas cum infidelibus amicitias, nequãdo, ut facile fit, eorũ fascino inficiamur*. Quoniã dum se impijs iustus cõmiscet, solet pressurã, & ruinã cum eis similiter pati: Solus Princeps Sichimitarũ Dinam oppresserat, & tamen internecione cuncti Sichimitæ à filijs Jacobi delentur, unius peccatoris societas fat fuit, ut in omnes serperet ira, ut advertit D. Basil. *Unius obnoxã tota, quandoque gens evertitur*: Judææ proditoris vicinia fat fuit, ut omnes Apostoli turbarẽtur, & pene fluctibus mergerẽtur, nisi ad Magistrum recurrerẽt opẽ. *Salva nos, perimus*: ob solã inobedientis Jonæ societatem cuncti sunt in navi periclitati, ut inquit enim D. Amb. lib. 4. cap. 3. *Periculosum est cum his qui male vivunt sociari*. Quoniam peccatorum societas frequenter facit peccantem, sed semper efficit infelicem.

Animãtia ex aquis producta Deus sua benedictione replevit; *Benedicensque eis dicens; Crescite, & multiplicamini*. Produxit Deus sexta die ex terra animãtia, verũ noluit benedictione sua fœlicitate; Quare Deus ex aquis animalia producta sic approbavit, ut benedictione repleverit, & ex tellure productis benedictionẽ negavit: Glossa reddit rationẽ; *Quia inter ea erat serpens, erat cetera cuncta animãtia associata serpenti, serpens decepit Evam, per serpentẽ innumera in Protoplastos, & ab illis in nos descenderunt dãnã, & infelicissimæ clades, ideo reliqua animantia licet gravissima Deo ex societate animantis ingratisimi, & calliditatis damnabilis penitus benedictione caruerunt, quia sic noxa*

est, vel unius scelerati vicinia, ut fat fuerit pluribus iustis parare ruinã, & illius iniquitas reddere quodãmodo reos, sicut unica fellis guttula sufficit amaricare sacaro conditũ cibũ, scelerati nãque societas ceteros dignos facit, qui eadem pœna, qua delinquentes torqueantur, ut accidit Loth, cujus substantiã reges vicini Sodomis pariter, ac incolarũ Sodomę tulerunt; nec iustũ Loth Deus exemit, quia inter impiorum extiterat turbam.

In Deũ, & in Moysen peccarunt, qui superbe sibi arripere tentaverãt sacerdotium, & sacris se immiscere temere conabantur; voluit Deus luere condignas pœnas nocentes, & ideo ab innocentibus, præcepit primitus separare: *Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam*. Si punire vult nocentes, ut quid separatio iustorum; discernat pœna, quos virtus, & crimen dispares, & distinctos fecere, unus pereat, & lateri illius junctus relinquatur superstes: Quare præcepit Dominus separari: Quia iniquitatis vicinia confundere videtur in culpa, quos distinguit puritas, vel impuritas vitæ, sicque in socios serpet sine distinctione pernicies, ac si forent comites in delicto, ne ergo velut dignos supplicio involveret innocentẽs nocentium strage, intimavit recessum, ut non cum injustis iustos pariter absumeret igni: *Separamini*: Hinc patet, quare scrutatus Domus Joseph dispensator à majori usque ad minimum scyphum omnibus crimen impingit: *Cur sic agere voluistis?* Si onus erat reus, cur omnes arguit delicti? Quoniã pluries unius privati delictum in totam redundat communitatem.

Vnde propter David delinquentem innocens filius occiditur, 2. Reg. c. 12. *Filius, qui natus est tibi, morte morietur*. Præter pœnam acerbæ orbitatis, inquit Salvianus, etiam hunc addi pissimo patri reatũ summi supplicij Deus voluit, ut dilectissimo filio causa mortis pater ipse existeret, qui doleret, cum utique natũ ex crimine puerum, crimen ipsum occideret, quod creavit. *Ascendite Jeshu in naviculam, sequuti sunt eum discipuli ejus*, dicitur Matth. c. 8. Ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus. Peccator occultus aliquis, maris fluctus inflavit, cum teste Paduano, numquam Deus inferat punitionẽ nisi prius peccator committat transgressionem. *L. aliud. 131. D. de verb. signific. L. sancimus 22. C. de pan. & sine culpa,*

*culpa, de reg. jur. in 6. l. si putator, ff. ad l. Aquil.* Ubi nulla subest culpa, ibi, & pœnæ nullus potest esse relictus locus. Quo ergo delicto exorta tempestate Apostoli fuerant sædatis: Propter delictum fuit exorta tēpestas, sed non omnium, sed dūtaxat unius. Unius delicto, inquit Ambr. Serm. 11. cunctorum merita quatiuntur, sic igitur unius Iudæ peccato cuncti periclitantur Apostoli; Caveamus igitur ne per unum omnes fluctuemus. Ideo Dominus differre pœnam passus non est ligna Sabbatho colligentis, ne illius omnes delicto perirent sædatis. Hanc tradit Damascenus rationem, quare in Tabor Apostoli nō ascenderint omnes. Judas in cautā fuit, inquit Damascenus, quod reliqui Apostoli, qui cum eo remanserant, tanto bono privarentur. Delictum enim contagium est, ut unius pœna quandoque soleat inficere alios. In Tabor sola ignorantia fuit Petri, *Nesciens quid diceret,*

Exod. 35. *Qui fecerit opus in sabbatho occidetur.*

Vide Exod. cap. 20.

Exod. 35. *Spontaneè offerendum argentum, & aurum.*

Vide Exod. 28.

Exod. 35. *Beseleel filium Uri, filij Hur. Hujus pater fuit Caleb, ut dicitur 1. Par. c. 2.*

**H**Ebræi Caleb proavum Beseleel tradunt esse, qui de exploratoribus fuit & Mariā sororem Moſis duxit uxorem, cum esset decem annorum in principio decimi. Azuba, quam duxerat prius cum octo foret annorum, mortua sequenti anno, & ætatis suæ nono. In fine decimi anni Hur genuit ex ea. Hur autem in fine decimi anni sui, qui erat vicesimus primus Caleb genuit Uri, Uri autem in anno nono sui, & tricesimo vitæ Caleb genuit Beseleel. Beseleel autem anno decimo ætatis suæ, & quadragesimo vitæ Caleb incepit Sanctuariū cōstruere, paulo ante ingressum in terram Chanaam, hic enim fuit tertio vel quarto mense secundi anni ab exitu de Ægypto ut ex lib. Num. constat, Beseleel autem primo anno ab exitu cōstrui cepit, & perfectum prima die sequentis anni ut cap. 40. Exodi.

quare ergo, *obumbravit eos, & non cum?* pœna est communis, cum fuerit culpa particularis, ignorantia unius cæteri privantur. Vnde cum Dominus Petro nunciaret: *Amen, Amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.* Subdit continuo. *Non turbetur cor vestrum, nec formidet.* Quare alijs, quibus non erat negationem minatus, dixit non formidare: Merito, inquit Pōſer. lib. 14. c. 17 §. 1. discipuli expavent peccatum Petri, quando à nullo peccatum committitur, cujus damnus non debeant timere cæteri. Sic D. August. in Cat. D. Thom. Quia igitur etiam sibi metuebant discipuli, cum Petro dictum esset fidentiori, atque promptiori. *Non cantabit gallus donec ter me neges, subjunxit. In domo patris mei mansiones multe sunt,* per quod à turbatione recreantur cæteri, ac fidentes etiam post pericula tentationum se apud Deum in Christo esse.

Levit. 6. *Ignis semper ardebit, quem nutrit sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies. Sabbatho ergo ignis accendebatur.*

Exod. cap. 38. *Qui numerantur ex jure aurum tenebantur offerre.*

Iosue cap. 14. *Caleb cum exploratoribus ingressus in terram Chanaam erat 40. annorum. Ejus ergo pronepos ætatis esse non posset, ut sanctuarium construeret.*

Verum difficultatibus scater expositio ista. Præterquam quod quippe ridiculum est Caleb octavo anno vix rationis capacem uxorem duxisse, & continuo genuisse, incredibile est mulierem sanctam Mariā viro tam juveni senem traditam in uxorem cum illa 65. vel quasi 70. foret annorum, cum ille dumtaxat decem, provectior enim erat Moſe soror illius à qua liberatus ipse, dum in flumine pernataret scirpea fiscella, cujus prudentia in veritate celanda ætatem decem annorum superabat, Moſes autem cum Caleb 40. fuisset annorum, & 2. habebat, quia quando Pharaone coram locutus fuerat 80. erat annorum, ut patet Exod. c. 7. Quibus si addas 13 vel 14. anni, quibus Maria excedebat 95. constituunt, unde sequitur cum Caleb decem, fuisse Mariam 65. Neque minus credibile est, quod Beseleel

Beseleel anno decimo vitæ suæ sanctuarium fabricare valeret.

Dicendum ergo est binos fuisse Caleb alium filium Efron, filium Phares, filium Judæ, alterum filium Iephone qui fuit explorator, ut Iosue 14. & solus cum Iosue de multitudine bellatorum superfuit ut Num. 16. & 14. Hunc impossibile est proavum Beseleel existisse non illum filium Efron de quo Paral. 1. c. 2. cujus cognatio distincta apparet à cognatione Caleb filij Iephone, de quo 1. Par. c. 4. Deinde expressè distinctos fuisse constat, cum Caleb explorator secundo anno ab exitu de Ægypto 40. curreret solos annos, ille autem Caleb filius Efron fuisset tunc quasi 190. annorum, quia Efron fuit filius Phares filij Iuda. Phares autem cum parente in-

Exod. 37. *Fecit autem Beseleel arcam.*

Vide Exod. cap. 35.

Exod. 37. *Fecit arcam habentem duos, semis cubitos in longitudine.*

Vide Exod. cap. 25.

Exod. 37. *Contra coronam mensa posuit quatuor circulos aureos.*

Vide Exod. cap. 25.

Exod. 37. *Fecit illi coronam auream.*

**C**orona illa lamina quædam erat totam circumdans arcam in forma quadrata, sicut & ipsa arca, tamquam

Exod. 37. *Duos etiam Cherubim ex auro ductili.*

Vide Exod. 20.

Exod. 38. *Fecit duos annulos aureos sub corona per singula latera.*

**N**on est intelligendum, quod in quolibet latere, unus annulus poneretur, sed quod in quolibet latere.

Exod. 38. *In altaris medio arulam.*

Vide Exod. 27.

Exod. 38. *Omne aurum, quod in sanctuarium oblatum est, qui transierunt ad numerum, dedisse dicitur.*

Vide Exod. 25.

Exod. 38. *Numerus, qui possent pugnare 603550. Inter quos recensiti Levitæ.*

**D**icendum hic non numeratos, sicut nec in Num. libro filios Levi. Tum

gressus est in Ægyptum Gen. 46. Post 17. annos gignere posset Efron, sed in Ægypto mansio filiorum Israël fuit 215. à quibus si detrahas 17. vel 16. annos ante genitum Efron, restant 198. anni, quibus manserunt filij Israël in Ægypto post natum ipsum Efron. Unde verisimile est, quod Phinees Efron genuerit anno vitæ suæ 25. iste Caleb anno 25. hic Hur anno suo 25. & Hur Uri anno suo 25. & Uri Beseleel anno suo 25. qui in Iummam collecti 125. faciunt, quibus detractis à 215. quibus duravit mansio Israël in Ægypto restant anni 90. quos haberet Beseleel, quando incepit fabricare sanctuarium. Unde tunc vivere non posset Caleb filius Efron, cum 167. annos haberet, quæ ætas nulli tempore illo concedebatur.

Paral. 1. cap. 4. *Caleb fuit proavus Beseleel. Unde sequitur cum decem esset annorum magistrum in construendo tabernaculo fuisse.*

Exod. 25. *Habentem duos, & semis cubitos fecisse dicitur.*

Exod. 25. *Subter coronam circuli erant aurei.*

Sap. 18. *Diadema appellatur.*

labium prominens erecta, & insurgens à parte inferiori. Unde lamina vocatur Sap. 18. & corona Exod. 37.

Deut. 4. *Omnis imago, & sculptile prohibetur.*

Ibidem *Per singula latera factos annulos dicitur, ergo in quatuor lateribus quibus constabat, quatuor annuli erant, & quatuor vestes.*

in quo vestes ponuntur, duo sint annuli & unus vestis.

Exod. 27. *Craticulamque in modum retis ancæ, per cuius quatuor angulos erant quatuor annuli auri, quos pones subter arulam.*

Exod. 25. *Sponte oblatum dicitur.*

Num. 1. *Summa ista exceptis Levitæ traditur, & reperiuntur 603550.*

quia soli computati sunt bellatores, filij autem Levi non pugnabant. Tum quia soli

soli numerati sunt, qui medium solum sanctuario obrulerunt, qui Levitis non est exactus. Solum autem nomine filiorum Israël intelliguntur Levitæ, quando in ordine ad aliquid spirituale nominantur, ut cum imponendos in rationali Summi sacerdotis, dicitur, filios Israël, quorum esset coram Domino memor, intelliguntur Levitæ. Et Apocalips. 7. eadem ratione sunt numerati.

Contra hoc esse videtur illud Reg. 1. c. 4. de filiis Eli, qui bello, quando capta est arca, perierunt, exemplum etiã Machabæorum, qui Levitæ erant, & pluries pu-

Exod. 38. *Bellatores numerati 603550. sunt.*

Certum est hanc numerationẽ fuisse distinctã ab ea quæ Num. lib. refer- tur. Ista enim facta fuit primo anno exitus de Ægypto, Num. c. 1. facta anno secũdo. Ex quib⁹ apparet antilogia. Quomã cum inceptũ est tabernaculũ ad numerũ jam transferãt, cũ dicatur argentũ & aurũ oblatũ fuisse ab ijs qui recẽsiti sunt ut fieret tabernaculum. In hoc autem intermedio propter vituli adorationẽ occisi sunt 23. millia hominũ. Nõ ergo morula illa hi 23. millia augeri possent ex alijs, qui 20. complerent annos. Vel ergo in hac numeratione plures invẽti sunt, vel non tot in secunda.

Aliqui asserunt 23. millia, qui defecerunt non fuisse de Hebræis, sed de vulgo mixto, quod cum Israëlitis ascendit. Vnde nullus de Hebræis numeratis defecit. Verum hoc contra textum expressẽ est. Quia ij occisi sunt, qui peccarunt, deliquisse Israëlitas nullus negabit, qui ira cõtra populum cõcitatum viderit Dominum. Israëlita ergo fuerunt qui ceciderunt. Deinde quoniam ibi dicitur, fratrem contra proximum filiumque insurgere, quo nomine non comprehenduntur Ægyptij, cum potius advenã, & peregrini appellentur.

Exod. 40. *Applicabisque Aaron. Hic consecratiõ ponitur sacerdotum, quæ intras tabernaculum fieri debebat, & pre-supponere tabernaculum jam erectum.*

Vide Exod. 19.

Exod. 40. *Posuit testimonium in arca.*



**H**oc testimonium positum est in arca, antequam tabernaculum esset

gnasse cõstat ex eorũ libro. Sed nullius sunt ponderis hæc; sacerdotes enim & Levitæ bello assistebãt nõ pugnãtes, sed verbis bellatores roborãtes, quod si filij Eli perierũt in bello, nõ mortui sũt bellantes, sed aream fortiter defendentes. Machabæi autẽ pugnarũt cõtra inimicos, sed cum republica ultimũ diceret vale. Tanto ergo calamitatis statu ministeria confundi debent, ne republica ruat, & sacerdotes agere bellatores. Quin Machabæi, arma ut induerent, impulsu divino, credibile est, quod sint excitati in totius populi auxilium.

Exod. 32. *Occisi sunt 23. millia hominum propter vitulum.*

Dicendum ergo est inter primam & secundã cõputationẽ non intercessisse 23. millia necẽ. Quod sic probat Abulen- sis. Lex data fuit in Sinai die sexto mensis tertij, vel ut quibusdam placuit die tertio mensis ejusdem. Deinde Deo vocante in montem ascendit Moses, ad caliginemque accessit, & à Deo ibi assistente audivit præcepta, quæ habentur Exod. 20. 2. 1. & 23. deinde descendit de mõte, scẽdus cõfirmaturus cum populo, & in eadẽ die cum Josue iterũ mõtem ascendit ibiq; 40. diebus mansit, die autẽ 17. mẽsis quarti descẽdit ad Israëlitas ultioneq; de idololatriæ sumpta, sequẽti die pro Israëlitis rogaturum promisit populo ut Exod. 32. Ascendit iterũ montẽ pro eorum peccato Dominũ 40. diebus exorans, alias sperans tabulas, quibus additis diebus descendit, vel ad diem 28. mensis quinti, vel ad principium mensis sexti, & immediate locutus populum, continuoque egressa est omnis multitudo, & obrulit munera sanctuario, quod tunc inceptum est, & cum omnibus vasis suis septem perfectum mensibus. Vnde post vitulum adoratum, & ultionem de Israëlitis acceptam numerati sunt Israëlita.

Exod. 19. *Sacerdotes, qui accedunt ad Dominum, iam ergo erant.*

Num. 17. & ad Hebr. 9. *Virga Aaronis, Manna, & liber Deuteronomius fuerunt testimonium. Hæc autem à Mose non sunt posita in arca.*

erectum, & immediate ac fuit facta, cum sacerdos Aaron non fuisset. Manna autem





# INDEX

## RERUM ET VERBORUM

Notabilium, quæ in hoc opere  
continentur,

*Prior numerus capit, Secundus numerum marginalem,  
Tertius paginam indicant.*

### A

*Amor parentum. Vide Parens.*

*Abel.*



BEL primus inter homines virgo. Gen. cap. 9. 2. pagina 181  
Centenarius à fratre fuit  
occisus ibidem.

Abraham non fuit frater Saræ,  
sed consanguineus. Gen. 20. 7. p. 332  
Abrahæ duplex egressio. Gen. 11. num. 13.

pag. 239

Rejicitur Cani sententia circa exitum  
Abrahæ. ibidem n. 10. p. 236

Achilles ejus sævina. Gen. 16. 17.

Adoratio multipliciter exerceri potest. Ge-  
nes. 17. 2.

Adoratio. Vide *imagines.*

Adamus ubi peccavit cœpit mori. Gen. 2. 1.  
pag. 45

*Agnus. Vide Phæse.*

Agnus immolabatur die 13. ad vesperam se-  
cundam. 302 5.

Alexander Magnus inique Branchiolas pu-  
nit ob crimen diu præcedens. Gen. 9. 16.  
pag. 199

Alienigenis benefacere semper licuit. Ge-  
nes. 26. 1. p. 371

Alienigenarum duo genera. ibidem 3. p. 372

Alienigena qua ratione ab advena differat.  
Exod. 12. 18. p. 555

Albas Pinæus minus recte Illiberitanum in-  
tellexit concilium de clericis conjugatis.  
Gen. 9. 4. p. 186

Ætas non annis, sed virtutibus est mensu-  
randa. Exod. 20. 31. p. 506

Æternum quomodo accipiatur in Scriptu-  
ra. Genes. 15. 25. p. 279

Adar mensis intercalationi deserviens apud  
Hebræos. Exod. 12. 9. p. 545

Amor crudelior quam odium. Gen. 5. n. 16.  
pag. 113

Amor affectat similitudinem cum dilecto.  
ibidem 9. p. 109

Amoris excessus in se transformare curas  
dilecti. ibidem 10. p. 110

Amoris excessus pati pro amato. ibi. 11. p. 121

Nescit amor subvenire dilecto sine dis-  
crimine proprio. ibidem 12. ibidem

Nescit non exuberante donare ibidem  
13. ibidem.

Ad æmulationem intenditur amor odij. ibi.  
14. pag. 112

Amor nescit dominari. Exod. 3. 2. p. 502

Amor eximius provocare tormenta. ibid. 6.  
pag. 506

Amor Dei ineffabilis ad conspectum ingra-  
titudinis nostræ. ibid. 7. p. 507

Amor triumphans de ingratitude inferior  
est illo, qui triumphat de æmulatione.  
ibidem 8. p. 508

Amor divinus singularis erga obstinatos.  
ibi. 9. p. 509

Eximius amor eum amare, quem mani-  
feste cognoscit sui immemorem esse.  
ibi 10. p. 510

Amans cum patitur affert dilecto sciamen.  
ibi 13. p. 512

Amor in tribulatione probatur. Genes. 35.  
pag. 413

Amans patitur necessario. Exod. 24. 9. p. 661

Amor Dei consistit non in fruendo sed in  
patiendo. Ibidem.

Amor crescit silentio. Gen. 27. 6.  
Solut excedit in amando, qui suum sagacit  
amorem celare. ibidem.

Nullus amat personam, sed lucrum. Gen. 22.  
13. p. 355.

# Index Rerum,

In amati presentia, servire non est amor.  
Gen. 35. 4. p. 418

*Ambitio. Vide dignitas.*

Est exitiale vitium. Exod. 20. 41. p. 623  
Ambitio appetit impossibile. Genes. 22. 7.  
pag. 345

Ambitionem homo deponet, si Dominum  
despectum contempletur in cruce.

*Amicitia. Vide fœdus.*

Angeli adoratione colendi, & qua ratione.  
Genes.

Angelorum peccatum non fuit libido. Ge-  
nes. 6. 1. p. 115.

*Anathema.*

Quadruplex recognoscitur à Rabbiniis.  
Gen. 9. 18. p. 202.

*Altare.*

Templi Salomonici ex lapidibus erat im-  
politis quoad interiora, licet perpoli-  
tum exterius. Exod. 20. 28. p. 602

*Ancilla.*

Hebræa ab alienigena multis nominibus  
differbat. Exod. 21. 2. p. 628

*Animal.*

Quantumvis ferox hominem timet. Ge-  
nes. 1. 24. p. 20

*Annus.*

Anni principium multifariam antiqui nota-  
bant. Gen. 1. 4. p. 6

Anni Chronologici in scriptura quinam  
sint censendi. Gen. 10. 5. p. 232

Solaris & Lunaris constitutio apud He-  
bræos pro solemnitatibus celebrandis.  
Exod. 12. 9

Annus civilis & sacer. Exod. 12. 3. p. 539

Anni embolismici, & forma intercalationis.  
Exod. 12. 8. p. 545

*Apis.*

In apibus rex sine aculeo est. Gen. 18. 8.  
pag. 311

*Ara.*

Incensi extra sanctuarium erat in Moyfis  
tabernaculo. Exod. 28. 2. p. 679

Arsacidæ qui? Exod. 21. 6. p. 632

Arsacidæ dogma durum sustinent contra  
Christianos. Exod. 21. 6. ibidem.

*Auri*

Servo Hebræo perforabatur ne extra

limen exire posset contra Domini vo-  
luntatem. Exod. 21. 1. p. 617

*Avaritia.*

Maximum malum, odioque fortius ut  
hominem vinciat. Exod. 20. 41. p. 623

*Azyma.*

Azymorum dies quot fuerint Exod. 12. 7.  
pag. 543

Circa azyma exponuntur Evangelistæ  
Matthæus & Marcus ibidem.

Azymo pane usus est Christus Dominus in  
agni sacratissima cœna. Exod. 12. 7. ibid.

**B**

*Batavus.*

**B**Atavus immerito insinuat perfidix  
Catholicos contra hæreticos. Ge. 26.  
5. p. 378

*Beelphegor.*

Spurcissimo cultu & ritu juxta Rabbi-  
norum commenta colebatur, ejus cul-  
tus expositio R. Salomonis Jarchi.  
Exod. 20. 27. p. 600

Beelphegor dominus tonitruum apud scali-  
gerum. Ibidem.

Beelphegor idem idolum, quod Jupiter  
Phegorius à monte Phegor. Ibidem.

*Bellum.*

Belli jure pœnas luebant innocentes & pue-  
ri. Gen. 9. 16. p. 199

*Beneficia. Vide Deus.*

Beneficium collatum invito desinit esse fa-  
vor. Exod. 3. 4. p. 504

Beneficium non reputatur, quod precibus  
comparatur. Gen. 17. 51. p. 298

Quod cito confertur multiplicari videtur.  
Ibidem. 51. p. 298

Eo æstimabilius, quo principium à quo  
procedit, magis est improporciona-  
tum. Ibidem. 60. p. 303

Non quærat testes. Gen. 17. 54. p. 300

*Biblia.*

Bibiæ libri sine distinctione capitum fuere  
usque ad tempora Antiochi Epiphanes.  
Gen. 10. 2. p. 228.

*Bona.*

Bona temporalia nil sunt. Gen. 15. 27. p. 282

Bonum minus apparet possessum, quam fue-  
rit apprehensum. Ibidem 28. ibidem.

Etiã ipsa bona temporalia sui docent con-  
temptum. Ibidem 28. ibidem.

Thesauri despiciuntur in cælo. Ibidem 29  
p. 283

*Cain.*

# & Verborum.

## *Cain.*

Peccatum Cain ante fratricidium quale fuerit. Gen. 20. 1. p. 323  
 Signum à Deo recepit, ut à nemine scienter occideretur. Gen. 4. 10. p. 86  
 Aquis diluvij non fuit submersus. ibidem.

## *Chaos.*

Præcessit productionem herbarum Gen. Chanaanitidem contineri vocabulo Ægypti. Exod. 12. 13. p. 550

## *Captivitas.*

Israëliticam in Ægypto obscure in scriptura innotescere voluit Dominus populo, non sic Babylonicam; & quare. Gen. 12. 18

## *Cabalista.*

Cabalistarum sententia de pœna filiorum propter crimina parentum exploditur. Gen. 9. 14. p. 198

## *Carolus.*

Rex Galliaë reprehenditur propter societatem initam cum infidelibus. Gen. 26. 3. p. 372

## *Calceamentum.*

Calceamenti solutio apud veteres nota erat ignominia, cessionisque juris. Gen. 37. 1. pag. 431

Quid Rabbinii senserint de calcei solutione. ibidem.

A Moysis calcei solutione ritum mutuati Gentiles. ibidem.

Quid significet calcei solutio apud Gentiles. ibidem. 2.

## *Clausura.*

Necessaria sceminarum virginitati. G. 1. 51  
 Castitas. Vide mulier. Virgo. libido p. 4

## *Cardinales.*

Cardinalium septuaginta numerum Sixtus Quintus constituit. Exod. 24. 4. p. 652  
 Quando purpura, & quare ornati. Gen. 28. 2. p. 397

## *Carnea.*

Suffocatas non comedunt Mahometani. Gen. 9. 10. p. 193

## *Circumcisio.*

Circumcisionem exaltant Hebræi & propter illius prærogativam ceteras nationes cum supercilio despiciunt. Ge. 15. à n. 17. pag. 271

Circa abrogationem illius expositiones D. Hieronymi. Augustini & Chrysostomi. ibidem. 18. p. 272

Circa circumcisionem Hebræorum iudicium læ nugæ. Gen. 17. 37. p. 287

Circumcisionis legis ratio. ibidem. 38. p. 289

Ratio, quare die octava celebrata ibidem 39. ibidem.

Non tenebantur illa servi Hebræorum. ibidem 40. p. 290

Falso circumcisionem ante Abraham cognovit Herodotus. ibidem. 42. p. 291

Circumcisionem plures observant præter Judæos. Gen. 17. 41. ibidem.

Circumcisionis ritus varij. ibidem. 37. p. 287

Ex quibus causis ultra octavum diem protrahi posset ibidem. 39. p. 289

Inducta est juxta Rabbinos ad debilitandam concupiscentiam. ibidem 38.

## *Christus Dominus.*

Christus mortuus est propter reformationem imaginis, quam homo crimine suo delevit. Gen. 5. 7. p. 108

In se transtulit crimina nostra. ibidem 8. pag. 109

Christi patientis memoria efficax ad mortificationem fulcipiendam libenter. Exo. 3 11. p. 510.

Christi memoria efficax ad deponendam ambitionem, deliciasque despiciendas. ibidem. 12. p. 511

Christus patiens consolatur afflictos. ibidem. 13. pag. 512

Ad ejus passionis conspectum dulcescunt labores. ibidem. 14. p. 513

## *Consolatio.*

Sensibilis est periculosa. Genes. 35. n. 2. pag. 414

Est imperfecti amoris. ibidem 2. ibidem

Quare Deus negat illas in oratione. ibidem 3. p. 417

*Conjugium.* Vide fratres. matrimonium.

Ad conjugia expectatus consensus parentum. Gen. 20. 5. p. 328

*Cognati.* Vide invidia.

*Confessio.* Vide Pœnitentia. peccatum.

Sit integra. Gen. 3. 17. p. 67

Optima gratissima Deo. ibidem 19. p. 69

Silentium in illa animæ ruina. ibidem. 15. pag. 66

## *Conscientia.*

Mala conscientia omnia timet. Genes. 4. 7. pag. 74

Conscientiæ securitas nil formidat. Gen. 28. 9. pag. 403

*Contemplatio.* Vide Deus.

Ad contemplationem solitudo est necessaria. Gen. 1. à n. 49. p. 39

PP p. 2. *Consolari.*

# Index Rerum,

- Consolari.*
- Nescit consolari qui afflictionem non sensit. Gen. 5. n. 15. & 16. p. 112
- Concubina*
- Non erat apud Hebræos idem ac meretrix. Exod. 20. 25. p. 598
- Qua ratione differat ab uxore.
- Consuetudo.*
- Malæ consuetudinis dâna. Ex. 22. 4. p. 644
- Constantinus.*
- Cognomine stercoreus imaginum hostis, quare hoc cognomine insignitus? Exod. 20. 4. p. 571
- Concilium.*
- Gangrense, & Nicænum circa rem uxoriæ sacerdotibus Orientalibus permissam explicantur. Gen. 9. 5. p. 187
- Communitas.*
- Inique punitur propter delictum diu præteritum. Gen. 9. à n. 15. p. 199
- Creare.*
- Creare simul denotat similitudinem universalitatis non temporis. Gen. 1. 5. p. 7
- Cor. Vide justus. amor. Deus.*
- Cor vi oblatum displicet Deo. Exod. 3. n. 3. p. 503.
- Conversio animarum.*
- Conversioni animarum non apti sunt homines divinizzati, sed affabiles & humani. Gen. 14. à n. 10. p. 268
- Crux. Vide labor. tribulatio.*
- Crux voluntaria meriti augeat valorem. Ex. 3. 5. p. 506
- Cretenses.*
- Cretensium mores depravati. Gen. 9. 3. p. 185
- Cubitus.*
- Quæ sit mensura. Exod. 25. 3. p. 672
- Culpa. Vide peccatum. Superior.*
- D**
- D**eleri animam de populo, quid sit? Gen. 17. 43. p. 291
- Desiderium.*
- Desideria nostra magni fiunt à Deo. Gen. 17. 57. p. 302
- Deus Vide liberalitas.*
- Deus beneficiens, Vide amor. justus.
- Dei absentia probat amorē. Gen. 35. 4. p. 418
- Deus cor hominis exposcit. Exod. 3. 3. p. 503
- Diros tangitur dolore, quod sanguine suo cor hominis emptum, à dæmone possideatur. ibidem. 4.
- Respuit divisas adorationes. ibidem.
- Illi cor hominis immolandum. Gen. 1. 43. p. 35
- Deum in omnibus contemplari tenemur. ibidem. 42. p. 34
- Ad ejus contemplationem necessaria à terrenis abstractio. ibidem 48. p. 39
- Dei amoris excessus hominis fieri imago. Gen. 5. 6. p. 106
- Deus erubescit punire. Gen. 6. 17. p. 118
- Pœnitet affligere homines. 16. & 19. ibid.
- Respuit titulum judicis. 19. ibidem.
- Scelerum obliviscitur. ibidem 20. p. 130
- Dei misericordia eo major, quo crimina crescunt. ibidem. 22. p. 132
- Deus hominis sentit offensam, quia peccatori exitialis. Gen. 6. 23. p. 133
- Adhuc cum punit est benignus. Gen. 1. 1. 25. p. 249
- Dei amor. Vide amor.
- Deus præmians. Vide præmium. meritum.
- Amans Deum patitur. Vide justus. labor.
- Dei filiorum nomine dæmones non valent intelligi. Gen. 6.
- Dei misericordia. Vide misericordia.
- Deliciae. Vide mandus.*
- Deliciæ mundi fallaces. Gen. 1. 45. p. 35
- Defectus. Vide justus.*
- Detractores.*
- Apud detractores crimina aliena licet præterita numquam delentur. Gen. 8. 20. p. 177
- Lincei sunt ut perfectioni insidientur. Gen. 8. 13. p. 167
- Faciles ut reveleant imperfectiones alienas. ibidem. 14. p. 169
- Difficiles ad perfectiones manifestandas aliorum. ibidem. 18. p. 173
- Oculos sibi vellent eruere, ne videant glorias alienas. ibidem. 15. p. 170
- Solo salsamento imperfectionis gloria deglutitur aliena. 16. ibidem.
- Ad imperfectionem credendam unus satis testis. ad gloriam percipiendam opus est hominibus, contractare manu. ibidem. 17. p. 173
- Divitiarum Vide bona temporalia.
- Divitiarum fragilis gloria. Gen. 1. 46. p. 36
- Divitiarum miseros homines faciunt. ibidem.
- Divisio.*
- Divisio terræ duplex facta à Noë. Gen. 10. 4. pag. 230

# & Verborum!

*Diabolus.*

Dei manum punientem occultat. Vide labor.

*Dies.*

Dierum atrorum acceptiones apud Romanos. Exod. 20. 15. p. 587

Accipitur in Scriptura pro tempore Genes. 1. 18. p. 16

Naturalis & vulgaris qualis sit apud Hebræos.

Festivus, & legalis quomodo computetur in Scriptura?

Festivus dies actuum judicialium etiam apud Gentes erat immans. Ubi plura de Dominica die à Patribus statuta. Exod. 20. 10. p. 581

*Dignitas.* Vide *præmium. electio. Princeps.*

Dignus. vide *meritum. Princeps.*

Dignitatem fugiens illa dignus est, & idoneus. Exod. 20. 40. p. 618

*Dominica.*

Dominica die prohibita judicia legalia à Conciliis. Exod. 20. 10. p. 581

**E**

*Ebrietas.*

**E** Brietas dupliciter in scriptura usurpatur. Gen. 4. 3. 1. p. 451

*Ecclesia.*

Quandoque punit delictum involuntarium. Exod. 22. 3. p. 643

*Ægyptij.*

Permittebant fures, lucrumque aliquod ex furtivis percipere lege lata volebant. Exod. 22. 3. p. 643

*Electio* Vide *Episcopus.*

Electio optima à Deo. Gen. 37. 1. p. 421

Aliquando electionem Deus hominibus ficit. ibidem 2. p. 423

Querelæ malæ electionis in electorem faciuntur. ibidem 4. p. 425

Electio indigni scdat electorem. ibidem.

Perit regnum; ubi eliguntur indigni. ibidem. 5. p. 426

*Enos.*

Cœpit invocare nomen Domini solemniori ritu, licet ante ipsum vigeret minor Numinis invocatio. Gen. 4. 5. p. 82

Ab Enos originem ducunt Enolcæ, & Esseni juxta aliquos. ibidem.

*Episcopus.*

Episcoporum electio à Deo si est optima. Gen. 37. 2. p. 423

Munus non implet, qui à Domino non est electus. ibidem.

*Ephod.*

Indumentum sacerdotale, aliud perhosum, & polymitum proprium summi sacerdotis, aliud pro inferioribus lineum. Exod. 28. 1. p. 674

*Eucharistia.*

Sacramentum est amoris. Exod. 24. 16. p. 663 & Gen. 5. 10. p. 109.

In illa exuberat Christi amor. Gen. 5. 13. p. 111

Est remedium afflictis. ibidem 16. p. 113

Est eximium beneficium Gen. 17. 60. p. 303

In illa videtur Christus multiplicari. ibidem 61. p. 304

In illa splendet maxima liberalitas. Gen. 155. p. 300

*Eva.*

Eva omnes partus fuerunt gemelli apud Saidu Baetricidem Gen. 20. 1. p. 325

*Eunuchus.*

Non semper castratum significat, sed aliquando præfectum. Gen. 37. 1. p. 421

*Exemplum.* Vide *Princeps & pater.*

*Exitus.*

Exitus Israël de Ægypto contigit nocte præcedenti tempus matutinum diei decimi quinti. Exod. 12. p. 539

*Eustachius.*

Monachus notatur hæreticus nuptias prohibens. Gen. 9. 5. p. 187

**F**

*Favor.*

**F**avor specialis detrimentum, cui confertur, affert. Gen. 22. à n. 7. p. 345

*Factura.*

Facturam suam quilibet amat. Exod. 32. 1. pag. 688

*Fœdus.*

Fœdus non licere inter distinctæ religionis vestigia sectantes sentiunt cum Maimonide Rabbini. Gen. 29. 2. p. 406

Non licet quando timetur veræ religionis detrimentum. Gen. 26. 2. p. 372

Licere inter illos qui distant religione vetus novumque testamentum confirmat. ibidem. 3. ibidem

*Fides.*

Etiam infidelibus promissa est servanda. Gen. 26. 4. p. 375

*Fletus.*

Fidem servandam confirmant Concilia. ibidem. 5. p. 378

*Fiducia* Vide *miseritordia. Peccator.*

P P P 3

*Firma.*

# Index Rerum,

*Firmamentum.*  
Est sydereum cœlum. Gen. 1. 10. p. 11  
*Filius. Vide Puer. Pater.*  
Filios apud Hebræos vendere parentes valebant. Exod. 21. 2. p. 128  
Filij imitantur parentum vestigia. Gen. 27. pag. 211  
Filij Dei appellati in Scriptura non differunt specie à filiis hominum contra Præadamitam. Gen. 6. p. 115

*Fletus. Vide Lachryma.*

*Fodere.*

Idem significare solet in Scriptura ac emere.

*Fornicatio.*

Pro idololatria sumitur. Exod. 32. 1.  
Fornicatio libidinis prohibita ante legem Scriptam contra Rabbinos. Ge. 38. 6. p. 442  
Explicantur filij fornicationum ab Osea suscepti ex Gomer uxore. ibidem.

*Fraus Vide simulatio.*

Fraus triplex est, & quadruplex simulatio. Gen. 24. 2. p. 367

*Fratres.*

Inter fratres prohibita conjugia. Gen. 20. 1. & 2. p. 325  
Apud Gentiles licebant. ibidem. 2. ibidem  
Ante legem scriptam prohibita. ibidem. 4. pag. 328  
Ex eadem matre nati fratres aliquando jure civili Hebræo non erant, nec consanguinei. ibidem. 5. ibidem.

*Furtum.*

Ejus ethymon, & origo. Gen. 22. 1.  
Furtum rei levis permittit Deus antiquis. Exod. 22. 3. p. 642  
Ægyptij lege statuerunt latronibus aliquid percipiendum ex furtivis. ibid. 2.

*Funus.*

Olim celebrabatur in vestibus nigris & cæruleis. Gen. 50. 2. p. 499

## G

*Generatio.*

**G**eneratio multifariam accipitur in Scriptura. Gen. 15. n. 15. p. 270

*Gloria. Vide premium.*

Ad gloriam difficilis via. Gen. 28. 1  
Gloria præclarior quæ laboribus comparatur. ibidem. 2. p. 262  
Gloria emittitur laboribus. ibidem. 3. ibidem.  
Gloriæ consideratio scutum ad perferendos labores. ibidem. 6. p. 264

Gloria sive salvatio. V. *justus.*

*Gradus.*

Per gradus ascendendi prohibitio explicatur. Exod. 20. 27. p. 600

*Gratitudo.*

Gratissima Deo, gratitudinem docet nos mundus incunctis. Exod. 7. n. 5. p. 534

*Gubernare. Vide Princeps.*

Gubernare. Vide *regnum. Corona.*

## H

*Habitatio.*

**H**abitatio Israël in Ægypto à quo tempore incipiat computari. Exo. 12. 16. pag. 553

*Hebræi Vide Sabbatum. Circumcisio.*

Hebræorum deliria circa Messiam. Gen. toto capite 49. ubi explicatur Jacob vaticinium pag. 456

Hebræorum contra Christianos odium. Gen. 15. à n. 16. p. 271

Eorum elatio propter circumcisionem. ibidem 17. ibidem.

Hebræi nullibi regendi auctoritate funguntur. Gen. 49. 6. p. 461

*Herodes.*

Herodis Antipæ genus, & origo. Gen. 20. 6. pag. 331

Herodes non fuit alienigena. Genes. 49. 11 pag. 470

*Heraclitus.*

Ejus sectarij semper lachrymis insistendum asserbant. Gen. 50. 1. p. 497

*Hieronymus de Præga.*

igne consumptus fuit absque violatione fidei ipsi præstitæ per Concilium Constantiense. Gen. 26. 6. p. 378

*Hypochripsis.*

Aliqua est sancta, quæ vanitatem expellit. Gen. 14. à n. 9. p. 266

*Homo Vide peccatum. peccator.*

Hominem Dei imaginem esse maxima nobilitas. Gen. 5. à n. 1. p. 104

Consideratio imaginis Dei deberet hominem à culpa frænare. ibidem 4. & 5. pag. 106

*Homicidium. Vide servus.*

Homicidium casuale pœna afficiebatur olim tam Civili, quam Canonico jure. Ex. 22. 1. pag. 640

Quid Numa Pompilius statuerit de homicida casuali? ibidem.

*Humilis*

# & Verborum.

*Humilitas Vide superbus.*

Humilitas exaltat. Gen. 15. 30. p. 283. & Gen. 23. n. 3. p. 365  
 Nil hominibus difficilius humilitate. Gen. 15. 32. p. 285

## I

*Jacob.*

**J**acob mendacium commisit in obtinendo primogenio. Gen. 27. 6. p. 387

*Japhet.*

Adventus in Hispaniam ante turris ædificationem asseritur à Caramuel, rejicitur & pariter defenditur natum inibi non esse. Gen. 10. à n. 1. p. 226

*Jepte.*

Sacrificium illius explicatur. Genes. 9. 7. pag. 190

*Idololatria.*

Quando inceperit. Gen. 4. à n. 1. p. 81  
 Nulla fuit ante diluuium. ibidem.  
 Idololatræ peccant in similitudinem Adam. ibidem.  
 In ea nequit Deus dispensare. ibidem.

*Idumea.*

Gens Judæismum ingressa ex edicto Hircani. Gen. 26. 3. p. 372

*Indignus Vide electio.*

Indigni destruant dignitates. Gen. 37. 6  
 Præoccupant præmia. Exod. 20. 36. p. 612  
 Indignis est ruina dignitatis adeptio. ibidem.

*Inimicorum amor.*

Difficillimum est amare inimicos. Gen. 26. 6. pag. 378

Amor inimicorum præmio coronatur. ibidem. 7

Qui potestate eminet, facilius inimicis ignoscit. ibidem.

Inimicorum amor suaderur. ibidem. 6

Dei proprium parcere illis. Exod. 7. n. 2. pag. 532

Inimicorum veniam suadet Christi Domini exemplum. Exod. 32. 2. p. 689

Indignum Principe vicisci. Gen. 26. 7. p. 372

*Injuria.*

Injuræ homines non obliviscuntur. Gen. 6. 21. pag. 131.

*Invidia Vide perfectio. justus.*

Invidia omnia interpretatur in malum. Gen. 25. 1. p. 368

Splendores alieni invidis fulmina apparent. ibidem.

Invidus ægrius fert æmuli gloriam quam honoris proprii, & divitiarum jacturam. ibidem. 2. p. 369

Invidus minus propria injuria, quam aliena cruciatur prosperitate. ibidem 2. ibidem.

Invidus bonum aliorum efficit sui supplicium. Gen. 4. 11. p. 87

Remedium est invidi oculos intendere in misera laborantes fortuna. ibidem. 13. pag. 88

Complacere in aliena fortuna non contingit sine miraculo. ibidem 14. ibidem.

Invidus prosperitate privatur, ut vitet felicitatem in aliis. ibidem. 15. p. 89

Invidus amat torqueri, dum reddat æmulum infelicem. ibidem. 16. p. 90

Invidus insuperabilis hostis. ibidem 17. p. 91  
 Ardescit invidus beneficentia. ibidem 18. ibidem.

Cognatos laudare miraculum est. Gen. 4. 33. p. 102

Invidus si nequit delere, corrodit tamen laudes alienas. Gen. 4. 28. p. 97

Invidus sui ipsius supplicium. ibidem 29. p. 98

Invidi est martyrium felicitas aliena, imo & umbra felicitatis. ibidem 27. p. 95

Invidia insuperabilior odio. Gen. 4. n. 19. p. 91 & 28. p. 97. & 30. p. 100

Invidus magis cruciatur laudibus alienis, quam propriis injuriis. ibidem 20. p. 92

Invidia infirmitas insanabilis. ibidem 21. ibid. Dotibus excedens expositus invidia. ibidem. 22. p. 93

Invidus miraculum alterius reputat esse scelus. ibidem 23. ibidem.

Invidum pungit lux perfectionis. ibidem. 24. pag. 94

Ut invidiam fugias cela dotum excessum. ibidem. 25. ibidem.

Ut invidus confiteatur gloriam alienam, miraculum non est satis. ibid. 29. p. 98

Invidia congenita cognatis. ibidem. 31  
 Cognati majores hostes, & æqualiter vicini. ibidem. à n. 32. p. 101

*Ingratitudo.*

Ingratitudine offenditur Deus. Ex. 7. 3. p. 532

*Imago. Vide peccator. Christus.*

Imagines à primis temporibus nascentis Ecclesie sunt veneratæ. Exo. 20. 4. & 5. p. 571

Explicantur Concilium Illiberitanum, & Epiphanius de imaginum cultu. ibidem.

Vera imaginum adoratio explicatur. ibidem. 6. p. 575.

Imaginum pictura non fuit prohibita lege scripta. ibidem. 2. p. 569

Iconoclastæ imaginum hostes. ibid. 4. p. 571  
 Xenias

# Index Rerum,

- Xenias seu Philogenus primus imaginibus indixit bellum *ibidem*. 4. *ibidem*.  
 Imaginum defenditur adoratio. Gen. 18. 2. pag. 308  
*Judæus. Vide sceptrum. Hebraus.*  
 Judæos specie à Gentibus distingui asseruit temere Præadamita. Gen. 6. 2. p. 115  
 Omnium Gentium præcipue Christianorum inimici. Gen. 26. 1. & Exod. 21. 8. pag. 634  
 A Judæis proximus non reputatur. Exo. 21. 8. *ibidem*.  
 Judæi jejulant die octavo Tebet, quia Pentateuchum Moysis translatum est tunc temporis sub Ptolomæo Philadelpho à septuaginta interpretibus. Exod. 20. 13. pag. 585  
*Judex. indicare. Vide detractor.*  
 Judicem munera vincunt. Gen. 9. 29. p. 213  
 Si muneribus corripitur nescit punire. Gen. 9. 30. p. 214  
 Vinciatur legè. *ibidem*.  
 Judices non temere credant. Gen. 11. n. 15. pag. 242  
 Judicem munera corrumpunt. Exod. 23. n. 2. pag. 647  
 Judicare cordis intentiones est temerarium. Gen. 17. 62. p. 305  
 Judicare temere ex judicantis procedit malitia. *ibidem*. 63. p. 306  
 Judicium leve satis est, ut imperfectio credatur, solidæ rationes non satis ut aliena gloria credatur. Gen. 8. 19. p. 175  
*Juramentum.*  
 Juramenti religio sacro-sancta. Gen. 21. 1. 3. pag. 336  
 Nullum nisi jejunium jurare decrevit Cornelius Papa. *ibidem*. Ge. 21. 2. p. 335  
 Religiose emititur cum adsunt justa motiva. *ibidem*.  
 Improbi juramenti fidem facile violant. *ibid*.  
 Jurandi apud Gentes variæ formulæ. Gen. 42. 1. p. 449  
 An exposci valeat juramentum ab eo, qui per falsos Deos juramentum est præstaturus? Gen. 31. n. 2. p. 406  
 Per sanguinem Abel jurabant descendentes per Seth. Gen. 31. 3. p. 407  
 Solum juramentum susceptum per aliquod divinum cognomen vim habebat inter Hebræos. Gen. 31. 4. p. 409  
 Jurare per Anchialum quid? Explicatur Martialis locus. *ibidem*.  
 Juramentum per timorem Isaac. *ibidem*. 5. pag. 410  
*Justus. Vide labor.*  
 Justi pavent ad culpam. Gen. 4. 10. p. 86  
 Non credunt defectus. Gen. 8. 21. p. 177
- De se humiliter sentiunt. *ibidem*. 22. p. 178  
 Totis viribus cerrant, ut proximum non deponerent. *ibidem*. 23. *ibidem*.  
 Extendere ad plures tentant honores. *ibidem*.  
 Justus pluri fit à Deo, quam millia hominum improborum. Exod. 3. 1. p. 502  
 Ab illo cor Deus exposcit. *ibidem*. 2. p. 503  
 Justi necessario patiuntur. *ibidem*. 9. p. 509  
 Justi tentationibus magis obnoxij. Exod. 24. 5. pag. 656  
 Justus nullus securus. Gen. 15. 35. p. 237  
 Non sine strepitu cadit. *ibidem*.

## L

*Labor. Vide Gloria. Christus.*

- A**D Labores perferendos remedium considerare Dei infligentis manum. Gen. 28. 4. p. 398  
 Laboribus superior est justus. *ibid*. 7. p. 401  
 Cum Deo dulcescit labor, in refrigerium vertitur pœna. *ibidem*. 8. p. 403  
 In illis gaudet justus. *ibidem*. 9. p. 404  
 Nullus est in virtute progressus, nisi tribulationis præcesserit afflictio. Exo. 24. 6. pag. 656  
 Nullus virtutis nobilis triumphus nisi de persecutionibus reportatus. *ibidem*. 7.  
 Illis crescit justus, & fit purior. *ibid*. 8. & 11.  
 Maximum malum ignorare Dei flagellantis manum. *ibidem*. 12  
 Laboribus peccator sanatur, & præservatur *ibidem* 11.  
 Laboribus probat Deus amicos. Exod. 32. 10. pag. 704  
 Labores orti à justis sævi sunt. Gen. 35. 1. pag. 413  
 Labores justis misericordix divinæ viscera pulsant. Gen. 46. 1. p. 453  
 Labores justis proficiunt, peccatores perdunt. *ibidem*. 2. p. 454

*Laus divina. Vide loquacitas.*

*Laus aliena. Vide invidia.*

*Lacedæmones.*

Furtum laudabant. Exod. 21. 2. p. 628

*Lachrymæ. Vide Tribulatio.*

- Lachrymas mittendi plangendo defunctum superstitione viguit in Hispania. Gen. 50. 2. pag. 499  
 Lachrymæ Dominum concatenant. Gen. 1. n. 36. & 38. p. 31. 32  
 Lachrymæ videntur magis Christum attrahere quam ipse Pater æternus. *ibid*. 37. *ib*.  
 Lachrymis singulis præmia correspondent in cœlo. *ibidem*. 39. p. 33

## & Verborum.

Illis quasi cogitur Deus. *ibidem*. 40. p. 33.  
 Omnia impetrant. *ibidem*. 41. *ibidem*.  
 Immoderatae damnantur pro tempora-  
 libus miserae. *Gen.* 30. 1. p. 497  
 Moderatus super mortuum laudatur. *ibidem*

### Lex.

Legis scriptae omnia praecepta eo respexe-  
 runt, ut libidinem populi temperarent.  
*Gen.* 38. 7. p. 444  
 Plura quae lege naturali observata, fuere  
 Moysis lege confirmata. *Exod.* 20. 1.  
 pag. 567  
 Lex Leviratus exponitur. *Gen.* 38. à num. 1.  
 pag. 439  
 Lex si admittat personarum acceptionem  
 contemnitur. *Gen.* 9. 31. p. 216  
 Lex Moysis finem accepit Evangelica pro-  
 mulgata. *Gen.* 15. 19. & 20. p. 273  
 Manasses Ben-Israël, & Abarbanel legis  
 aeternitatem obstinate defensores reij-  
 ciuntur. *Gen.* 15. n. 19. 20. & 21. p. 274  
 Legis abrogatio probatur. *ibidem*. 22. p. 276  
 Rabbiorum argumenta dissolvuntur. *ibi-*  
*dem*. 24. & 25. p. 278  
 Legis veteris caeremonias fas fuit initio ec-  
 clesiae usurpare.  
 Lex prohibens revelationem turpitudinis  
 gradibus proximioribus etiam Gentes  
 comprehendebat. *Gen.* 20. 4. p. 328

### Liberalitas. Vide beneficium. Deus.

Liberalitas divina plura offert, quam pro-  
 mitrat, è contra humana. *Genes.* 17. 57.  
 pag. 303  
 Nescit Deus non integre beneficia con-  
 ferre. *Gen.* 17. 56. p. 301  
 Liberalitas non quaerat testes. *Gen.* 17. 54.  
 pag. 300  
 Liberalitas divina videtur Dei esse essentia.  
*ibidem*. 47. p. 295  
 Mavult Deus ex beneficiis cognosci, quae  
 confert, quam ex attributis, quae osten-  
 tat. *ibidem*. 48. *ibidem*.  
 Gratias Deo liberalitatem manifestare  
 quam recipere obsequia. *ibidem*. 49.  
 pag. 296  
 Major offensa est, quae liberalitatem divi-  
 nam laedit, quam quae vulnerat religio-  
 nem. *ibidem*. 50. *ibidem*.  
 Eximia beneficia occultare. *ibidem*. 53.  
 pag. 299  
 Vere liberalis, qui non tam praestare quam  
 solvere affectat. *ibidem*. 55. p. 301

### Libido. Vide mulier. occasio.

### Lilisa.

Primam esse Adami mulierem affirmant

Rabbini, & de illa plurimas nugas risu  
 dignas confingunt. *Gen.* 43. P45  
*Lingua Vide detractor.*  
 Linguarum confusio facta fuit juxta distin-  
 ctionem familiarum turrim aedificantium.

### Loquacitas.

Facundus verbis est operibus infecun-  
 dus. *Gen.* 27. 9. p. 389  
 Loquaces comparantur crystallo. *ibidem*. 9.  
*ibidem*.  
 Non sola vox sed manus Dominum lau-  
 dent. *ibidem*.  
 Qui verbis se jactant magis strenuos, ope-  
 ribus testantur se magis ignavos. *ibi-*  
*dem*. 9. *ibidem*.  
 Qui dicit quod ager, nunquam efficit  
 quod clamat. *ibidem*. 10. p. 390  
 Non est timendus qui vocibus minas vul-  
 gat, sed qui silentio tegit offensam. *ibid.*  
 11 pag. 391  
 Verborum sterilitas operum est fecun-  
 ditas. *ibidem*. 12. *ibidem*.  
 Balbus debet esse in loquendo, qui futu-  
 rus prodigiosus in operando. *ibidem*.  
 Aulici loquaces. *ibidem*.  
 De loquaci nil sperandum. *ibidem*.

### Locus.

Sacer non est pollutus interfectione Ab-  
 ner. *Exod.* 21. 10. p. 337

### Loth.

Non peccavit exponendo filias libidini  
 Sodomorum. *Gen.* 18. 1. p. 307

### Lucrum.

Amant homines non personam. *Gen.* 22  
 13. p. 339

### Lutherus.

Laudat D. Augustinum tanquam Principem  
 Ecclesiae doctorem. *Gen.* 9. 2. p. 183

### Luxuria. Vide oculus.

Lucrum omnes amant. *Gen.* 22. 13. p. 355

## M

### Manasses.

**M**anasses Ben-Israël delirat circa forma-  
 tionem primorum parentum. *Gen.*  
 1. 14. pag. 14  
 Impugnatur Manasses circa adventum  
 Messiae. *Gen.* 49. 5. p. 459

### Mannus.

Unde ortum comitas, & urbanum pro-  
 loquium. *Beso à Vind la mano.* *Gen.* 15.  
 13. p. 269

# Index Rerum,

- B. V. Maria.*  
 Patrocinium illius quantum interst. Ex. 3.  
 15. pag. 513  
 Per B. V. Mariam mundo Deus commu-  
 nicavit solaria. *ibidem.*  
*Mater. Vide filius.*  
 Qualis mater talis filia. Gen. 9. 27. p. 210  
*Matrimonium.*  
 Matrimonium gravissima crux. Gen. 2. 1.  
 pag. 45  
 In matrimonio martyr maritus. *ibidem.* 2.  
*ibidem.*  
 Conjuges esse concordēs miraculum. *ibi-*  
*dem.* 3. p. 46  
 Cum adest conjugum concordia, fœlicif-  
 simus est status. *ibidem.* 4. *ibidem.*  
 Matrimonia cum infidelibus tam lege Scri-  
 ptæ, quam Evangelicæ non licebant. Exod.  
 34. 3. p. 712  
 De conjugii cum exteris Valentiniani,  
 & Theodosij rescriptum. *ibidem.* 3.  
 Prohibitio de conjugis cum Gentilibus,  
 non solum ad Chananæos sed ad Mo-  
 habitas, cæterasque gentes religione  
 distantes extendi solebat, & debebat.  
 Exod. 34. 4. p. 713  
 Matrimonium non erat ante legem, nisi in-  
 terveniret concubitus. Genes. 38. 9.  
 pag. 445  
*Mathusalem.*  
 Mortuus est ante diluvium. Gen. 9. 25. p. 210  
*Mendacium.*  
 Aliqui laudabile credunt. Gen. 27. 1. p. 381  
 Explicantur loca Scripturæ, quæ videntur  
 commendare mendacium. *ibidem.* 2.  
*ibidem.*  
 Eadem labe gaudet simulatio ac mendacium.  
*ibidem.* 3. p. 382  
 Simulatio D. Petri, & D. Pauli explicatur.  
*ibidem.*  
*Medium.*  
 Mediis iisdem alius salvus fit, alius perit. Ge.  
 15. n. 35. p. 287  
*Messias. Vide Sceptrum.*  
 Messiam adhuc Rabbini sperantes multifa-  
 riam explicant vaticinium Jacob; Non au-  
 feretur sceptrum de tribu Iuda. impu-  
 gnantur. Gen. 49. à n. 1. p. 456  
 Messia adventui tempus præfixit R. Abar-  
 banel, & veteres Rabbini. *ibidem.* 5. p. 459  
 Aliæ Rabbiorum evasiones præcludun-  
 tur. *ibidem.* 6. p. 461  
 Quid de Messia senserint antiqui Rabbini.  
*ibidem.* 13. p. 472  
 Transiit tempus ab illis præfixum. *ibidem.*  
 Fingunt nasciturum Romæ, variaque signa  
 præcessura sperant. *ibidem.*  
 De Messia notabilis confessio Manasses  
 Ben - Israël recentioris Archifinagogi  
 & inter illos nimis eruditii Rabbini. *ibi-*  
*dem.* 14. p. 476  
 Quæ opponant Judæi contra nostrum  
 Messiam. *ibidem.* 16. p. 479  
*Meretrix.*  
 Non licuisse ante Moysen. Gen. 6.  
 Comburebantur ignito ferro, ut pro scortis  
 cognoscerentur. *ibidem.*  
*Minister. Vide Princeps.*  
 Minister non utatur munere ad vindictam.  
 Gen. 9. n. 34. & 35. p. 218  
 Expertus eligatur ad munus. Gen. 37. 15.  
 pag. 434  
 Ministri distribuentis manus rara pura. Gen.  
 22. 9. p. 347  
 Ministri primi immoderata exaltatio est ipsi  
 periculosa. *ibidem.* 10. p. 348  
 Utatur primus minister gratia Principis  
 temperate. *ibidem.* 15. p. 353  
 Occulet Principis favorem. *ibidem.*  
 Affectet quidquid egerit suadere à Prin-  
 cipe dimanare. *ibidem.* 12. p. 354  
 Nil nisi arbitrio Principis agat. *ibidem.* 12.  
*ibidem.*  
 Cum Principe æqualitatem affectat. *ibid.*  
 7. pag. 345  
*Mikkeden.*  
 Quid significet Gen. 11. 6. p. 234  
*D. Michaël.*  
 D. Michaëli antiquitus consecrata oratoria  
 Gen. 18. 7. p. 310  
*Misericordia.*  
 Divina misericordia superat justitiam.  
 Gen. 11. 26. p. 249  
 Misericordia Dei suam occultare pietatem.  
 Gen. 6. n. 41. & 42. p. 152. 154  
 Supplicium maximum nimis de miseri-  
 cordia præsumere. *ibidem.* 42. *ibidem.*  
 Qui plus iusto de misericordia præsumit,  
 nimis formidabit justitiam. *ibidem.* 43.  
*ibidem.*  
*Mortificatio. Vide crux. Christus.*  
 Mortificatio necessaria ad contemplatio-  
 nem. Gen. 1. 48. p. 39  
 Illam libenter sustinebit, qui Christi  
 contemplatus fuerit passionem. Exo. 3.  
 14. p. 513

# & Verborum.

## Mors.

- Mortis tempore pœnitentia parum secura. Gen. 6. 39. p. 150  
 Tunc præcipue de salutē curandum. ibidem. 40. p. 151  
 Mortis tempore crimina apparebunt majora. Gen. 6. 41. p. 153  
 Mors ambitionem superbiamque frænât, & reprimit feritatem. Genes. 3. n. 1. & 2. pag. 56  
 Mors æquat cunctos. ibidem. 3. p. 58  
 Mors unius acuit oculos plurimorum. ibidem. 4. ibidem.  
 Mors profanitatē rescindit. ibidem. 5. p. 59  
 Mortis oblivio est origo vitiorum. ibidem. 9. pag. 61  
 Ad mortem optima dispositio restitutio. ibidem. 10. p. 62  
 Mortis formido dirior mors. ibidem.  
 Ut quis de dæmone triumphet in morte, opus est ut superaverit illum in vita. Exod. 11. 1. p. 537  
 Mortis jugis consideratio proficua. Gen. 23. 1. p. 364  
*Moses. Vide lex.*  
*Mulier. Vide oculi.*  
 Mulier prægnans non punitur apud Romanos. Gen. 9. 15. p. 199  
 Vim obtinet in homines ut perdat. Gen. 6. 27. p. 137  
 Illam fugiat homo. ibidem. à num. 24. pag. 135  
 Difficile faciem velant. ibidem. 31. p. 141  
 Cupiditate tenentur vagandi. ibidem. 32. pag. 142  
 Idem illis recludi, ac mori. ibidem. 33. ibidem.  
 Periculosum cum illis commercium. ibidem. 34. p. 143  
 Fugienda illarum colloquia. ibidem. 35. pag. 144  
 Etiam cum interficere intendit, fugienda manus mulieris. ibidem.  
 Mulieres cum magis amant, faciles ad odium. Gen. 2. n. 11. p. 50  
 Mulieres loquaces. ibidem. 10. p. 49  
 Mulier. Vide *clausura*.  
 Mulieres ascensum in Cœlum impediunt. Gen. 2. 4. p. 46  
 Mulier pulchra superba. ibidem. 7. p. 48  
 Mulier est inconstans. ibidem. 6. p. 47  
 Mulier pulchra est crux marito. ibid. 8. p. 48  
 Sunt mendaces. ibidem. 9. p. 49  
 Sunt crudelēs. ibidem. 11. p. 50  
 Mulieres affines non videndæ. Gen. 6. n. 29. pag. 140

## Mundus.

- Mundi creatio. Gen. 1. n. 1. p. 1  
 Mundus contempnendus, quia nihil est. Gen. 1. 44. p. 35  
 Mundus est inconstans. ibidem. 45. ibidem.  
 Jam senio confectus sine excusatione diligitur. ibidem. 46. p. 36  
 Mundus amarus. ibidem. 47. p. 38  
 Fallax in promittendo. Gen. 17. 59. p. 303

## Munera. Vide Princeps, electio.

- Juxta cujusque capacitatem munera conferantur. Gen. 37. 13. p. 433

## N

### Naaman.

- N** Naaman simulationem idololatriæ refrēgit, quamquam regi suo deserviret. Gen. 27. à n. 3. p. 382

### Noachida.

- Noachidarum, quæ vocent Rabbini præcepta. Gen. 20. 3. p. 327

### Nobilis.

- Nobiles dedecet vindicta. Gen. 9. 38. p. 221

### Numerus.

- Numerus rotundus in Scriptura soluti attenditur. Exod. 12. 12. p. 547

### Noë.

- Primus dicitur terram exercuisse, quia majori diligentia illam coluit. Gen. 4. à n. 3. p. 82

- Quingentos abstinuit annos ab opere generationis propter castitatis amorem. Gen. ibidem.

- Post diluvium item ad finem vitæ continentiam coluit. ibidem.

## O

### Occasio. Vide mulier, oculus.

- O**ccasio fugienda. Gen. 6. n. 38. & Ge. 12. 2. p. 147 254

- Non bene convertitur, qui non fugit occasionem. ibidem. 2. p. 254

### Oblivio.

- Duplex potest in Scriptura discerni. Ex. 10. à n. 6. p. 575

### Oculus.

- Oculorum damna. Gen. 6. 24. p. 135  
 Ab oculis cæpit libido. ibidem. 25. ibidem.  
 Prius moriuntur, quia prius peccant. ibidem. 26. p. 136

### Occultum.

- Non potest esse erimen. Gen. 11. 31. p. 251

### Odium.

- Non satiatur. Gen. 5. 14. p. 112

### Oleum.

- Oleum duplex erat. Exod. 31. 2. p. 686

## QQQ

## Opinio

# Index Rerum,

*Opinio.*  
Opinioni consulendum est. Gen. 20.1. p. 325

*Oraculum.*  
Modus interrogandi oraculum. Exod. 28.2.  
pag. 679

Quomodo præstiterit responsum. ibidem  
Clara voce consulebatur; quidquid sentiant Rabbini. ibidem.

Immediatè consulebat sacerdos. ibidem.  
Oraculi responsum agebatur locutione Dei, vel Angeli externa, vel interna. ibidem.

*Osculari.*  
Osculandi manus consuetudo unde orta. Gen. 15.14. p. 270

*oratio.*  
Orationis effectum differt Deus ut desideria nostra magis augeantur. Gen. 17. 57.  
pag. 302

Oratione comitetur vita activa. G. 32.1. p. 410  
Orationis consolationes periculosa. Gen. 25. à n. 2. pag. 369

## P

*Passio Christi. Vide labor.*

*Paradisus.*

**P**aradisum in Hispania Caramuel collocatum asseruit. Gen. 7.1. p. 155

Non fuit aquis diluvij emollitus. ibidem  
2. pag. 156

Redarguitur Pererius. ibi.

Præadamita impugnatur asserens diluvium solam Palæstinam obruisse. ibidem. Gen. 7. n. 3. & 4. p. 157

Pythius Præadamitam impugnans rejicitur. ibidem 5. p. 159

*Pascha.*

Ante diem festum Paschæ minus rectè explicavit Baronius. Exod. 12. 5. p. 540

*Pauperies.*

Abjectum generat animum. Exod. 20. 34. pag. 609

*Patibulum.*

Patibulum numquam est vacuum, pendet enim aut sceleratus, aut ipsa justitia. Exod. 32. 5. pag. 694

*Patens Vide amor, filius.*

Amor parentum in filios immoderatus. Exod. 4.1. p. 523

Parentis est amor filios punire. Gen. 9. 28. pag. 213

Pluris parentibus fit filij vita quam propria. Exod. 4.1. p. 523

Acerbius puniuntur in filiis. ibidem.

Parentibus filij sunt seminarium doloris. ibidem. 2. p. 525

*Pax.*

Pacem rumpit unio vitiosa. Gen. 11. n. 20. pag. 245

*Premium Vide electio, munus.*

In præmiis injuste digni & indigni æquantur. Gen. 37. n. 10. 16. & 17. p. 430. 435. & 437

Præmiorum justam distributionem jus naturale confirmat. ibidem. 7. p. 428

Justa præmiorum distributio est regni conservatio. ibidem 8. ibidem.

Conservat Reipublicæ pacem. ibidem. 11. pag. 431

Præmium & meritum correlativa. ibidem. 9. pag. 429

Præmium digno injuste differtur. ibidem. 10. pag. 430

Cæteris paribus præferendi naturales. Exod. 20. 33. p. 607

Non attendantur sanguine juncti. ibidem. 34. pag. 609.

Meritum attendatur in præmiis. Exod. 20. 35. pag. 610

Audaces in præmiis postulandis indigni. ibidem. 36. p. 612

Præmium non æstimatur, quod non comparatur labore. ibidem 37. p. 613

Præmia indignis dedecoris sunt. ibi. 38. p. 614

Præmium ad meritum est stimulus. Gen. 12. 6. pag. 558

Indigno scelicitus est obedire, quam imperare. ibidem.

Nimis sensibile inferiorem præferri. Exo. 20. 39. p. 616

Non seniori sed meliori dignitas conferenda. Exod. 20. 31. p. 605

In præmiando patria non respiciatur. ibidem. 33. p. 607

Juxta merita præmia conferantur. ibidem. 31. pag. 605

*Princeps præmians. Vide præmium.*

Principis exemplum efficax in inferiores. Exod. 32. 1. p. 688

Efficacius malum exemplum Principis. ibi. 3. p. 690

Princeps consulat opinioni. ibidem. 4. p. 692

Vitet crimen etiam apparens. ibid. 2. p. 689

Principes Reipublicæ clavum tenentes disappellantur. Exod. 22. 3. p. 642

Princeps omnibus sit æqualis. Gen. 22. 1. pag. 337

Frænet inæqualitatem exteriorem affectuum. ibidem. 1. & 2. p. 337. 339

Firmat pacem inter vassallos æqualitas. ibid. 3. ibid.

Æqualitas primi ministri cum Principe eviscerat

## & Verborum.

- evulserat ceteros vassallos. *ibidem*. 4. & 5. pag. 341
- Primi ministri majestas vassalorum comparatur labore. *ibidem*. 4. *ibidem*.
- Princeps. Vide minister.
- In Principem conspirat nimis exaltatus minister. *ibidem*. 6. p. 343
- Temperet Princeps affectum, ut ministri noscat fidelitatem. *ibidem*. 8. p. 345
- Princeps puniat rebelles. *Exod.* 32. 5. p. 696
- Indignus titulo regis, qui respuit vindictivam justitiam *ibidem*. 5. *ibidem*.
- Difficile vincere subditos obstinatos. *ibidem*. 8. p. 700
- Princeps non per ministros conferat beneficia. *ibidem*. 13. p. 706
- Princeps in reprehendendo utatur dexterritate. *ibidem*. 9. p. 702
- Princeps consulat opinioni. *Gen.* 20. 1. p. 325
- Non respiciat in puniendo personas. *Gen.* 9. 29. p. 213
- Princeps indigna vindicta. *ibidem*. 33. p. 217
- Ira excæcat Principem. *ibidem*. 36. p. 220
- Ruina illius convertere sceptrum in instrumentum vindictæ. *ibidem*. 37. *ibidem*.
- Princeps sit benignus. *Gen.* 11. 21. p. 245
- Voce non baculo imperet. *ibid.* 22. p. 246
- Aliquando rigidus sit. *ibid.* 23. *ibidem*.
- Princeps interroget. *ibidem*. 24. p. 247
- Invigilet ministris. *ibidem*. 27. p. 249
- Principis sopor est indulgentia ministri. *ibidem*. 28. p. 250
- Princeps cum ministris ponat rationem. *ibidem*. 29. *ibidem*.
- In ipsum decidunt scelera ministrorum. *ibidem*. 30. p. 251
- Princeps sit in regimine suavis. *Gen.* 18. 8. pag. 311
- Indignus Regis titulo, cui dominatur vindicta. *ibidem*. 9. p. 312
- Ex justitia tenetur exercere pietatem. *ibid.* 10. pag. 312
- Manuetudo reddit Principem gloriosum. *ibidem*. 11. pag. 313
- Quo benignior, eo magis Dominum amulatur. *ibidem*. 12. p. 314
- Excedens clementia subditos lucri facit. *ibidem*. 13. p. 315
- Misceat clementiæ rigorem. *ibid.* 14. p. 319
- Ad benignitatem inclinet. *ibidem*. 15. pag. 321
- Non à Principe sed à throno procedant supplicia. *ibidem*. 16. *ibidem*.
- Per ministros puniat. *Gen.* 20. n. 14.
- In suppliciis inter ministerium & personam præscindat. *ibidem*. 17
- Potentia ea sola intentione, ut corrigere valeat. *ibidem*. 18
- Principis munus in motu consistit. *Gen.* 49. 21. pag. 487
- Princeps prius consulat vassallis quam sibi. *ibidem*. 22. p. 490
- Suum esse sit in beneficium vassalorum esse semper intentus. *ibidem*. 23. *ibid.*
- Solum patitur, quando subditi gerunt. *ibidem* 24. p. 491
- Pro suis vitam exponere debet. *ibidem*. 25. pag. 492
- Non purpura, sed cruoris effusio Principem ornat. *ibidem* 26. p. 493
- Iniquus qui tantum consulit sibi. *ibid.* 27. pag. 495
- Princeps. Vide lex.
- Princeps juxta merita præmiat. *Gen.* 37. 7. pag. 427
- Illum justitia illustrat commutativa. *ibid.*
- Juste remunerans reddit libenter obtemperantes vassallos. *ibid.* 12. p. 432.
- Ponderet singulorum talenta ut munera conferat. *ibidem*. 14. p. 433
- Non conferat juxta affectum præmia. *ibidem*. 17. p. 437
- Princeps, Vide regnare.
- Priapus.*
- Ejus simulachrum impudicissimum. *Exo.* 20. 27. p. 600
- Prælati. Vide superior. Princeps.
- Prælati. Vide conversio.
- Prælati visitet. *Exod.* 32. 11. & 12.
- Præsentia.*
- Divina indicium amoris. *Gen.* 6. 26. p. 136
- Præadamita.*
- Præadamitæ error monstrum est ex pluribus hæresibus conflatum. *Gen.* 1. 7. p. 8
- Præadamita recognovit homines ante Adamum. *Gen.* 1. 19. p. 16
- Præadamitæ expositio D. Pauli ad Rom. 5. rejicitur. *Gen.* 4. à n. 1. p. 70
- Profelytus.*
- Profelyti justitiæ, & domicilij qui? *Gen.* 9. 11. p. 195
- Ad profelytismum justitiæ quæ necessaria. *Gen.* 17. 42. p. 291
- Plagiarius.*
- Plagiarii quomodo punirentur. *Exod.* 21. 3. pag. 629
- Phase.*
- Prima vespera, an secunda diei 14. Nisam fuerit immolatum. *Exod.* 12. nota. 5. pag. 540

# Index Rerum,

- Eodem die, quo reliqui Judæi Dominus celebravit. *ibidem*. 5. *ibidem*.  
Phase nomine pascha appellatur. *Exod.* 12. 20. p. 557  
*Peregrinatio.*  
Peregrinationis filiorum Israël computatio R. Jaachanaam videnda est. *Exod.* 12. 10. pag. 546  
Hanc peregrinationem cepisse à nativitate Jacob asseruit. R. Ben Ierfon, impugnavit & pariter Aben Ezra & R. Moses Gerundensis. *ibidem*. 11. p. 547  
Vexationis Israël triplex distinguitur status. *ibidem*. 12. *ibidem*.  
Computantur anni captivitatis Ægypti à venditione Joseph. *ibidem*. 16. p. 553  
D. Paulus & Moyses ad concordiam vocantur. *ibidem*. 17. p. 554  
*Pecunia.*  
Pluris fit quam vita. *Exod.* 20. 41. p. 623  
*Penitentia fera.* Vide *mors*.  
Pœnitentia amara necessaria ad salvandum. *Exod.* 24. 10. p. 666  
Ne sit fera *Exod.* 1. 1. 1. p. 537  
*Pœna* Vide *Cabalisti*. *Puer. lex.*  
De pœna filiorum leges Persarum & Macædonum leges damnantur. *Gen.* 9. 14. pag. 198  
Quid de pœna filiorum senserint leges Romanæ. *ibidem*. 15. p. 199  
Pœnas luit peccator similes sceleribus. *Gen.* 27. 8. & *Gen.* 15. 34. p. 388  
Pœna major procedens, à quo sperari posset pignus amoris. *Exod.* 7. 4. p. 533  
Propter delinquentis crimen innocentes participant pœnas. *Exod.* 34. 1. p. 710  
Pœna inflicta à Principe suavior, quam à ministro. *Gen.* 20. 15. p. 321  
*Peccatum. Peccator.*  
Peccatis fordescere non deberet, quia imago Dei. *Gen.* 5. 1. p. 104  
Per peccatum homo nihil fit. *ibid.* 2. p. 105  
Peccator vili venditur pretio. *ibidem*.  
Fit peccator caro totus. *ibidem*. 3. *ibidem*.  
Peccator, qui Deum in vita judicem non timuit, formidabit in morte. *Ge.* 6. 40. p. 151  
Peccator à nullo credit videri. *Gen.* 11. 32. pag. 252  
Non videtur lapsus, qui cito resurrexit à lapsu. *Exod.* 11. 2  
Peccatores parum de sceleribus curantes affectant scrupulis puniri. *Gen.* 3. 19. p. 68  
Peccator omnia timet. *Gen.* 4. 7. & 9. p. 74-76,  
Solum pavent ad conspectum pœnæ. *ibi.* 10. pag. 77  
*Perfectio.* Vide *invidia. detractor.*  
*Puer.*  
Pueros punire propter parentum scelera
- sevitia est. *Gen.* 9. 18. p. 200  
Deus tamen propter parentes pueros punire valet sed non leges humanæ. *ibi.* 22. p. 206  
Pueri nomen multifariam accipitur. *Exo.* 3. 11. 1. pag. 708  
*Promissio.*  
Facta alicui adimpletur in ejus posteris. cap. 13. 1. p. 260.  
Promissiones factæ Judaico populo frequentiter de temporalibus rebus. *ibidem*.
- R**  
*Regnare. Regnum.*  
Regnare est crux rigorosa. *Gen.* 49. 18. pag. 483  
Durius gubernare quam mori. *ibid.* 19. pag. 484  
Corona parum distat à morte, estque ad illam proxima dispositio. *ibidem*. 20. pag. 486  
Regnum nullum est sine sceleratis. *Exod.* 32. n. 5. p. 694  
*Recensus.*  
Populi factus à David punitus à Deo. *Exod.* 30. 1. p. 681  
*Restitutio.*  
Optima dispositio ad mortem. *Gen.* 3. 10. pag. 62  
*Religiosus.*  
Fugiat palatia. *Gen.* 1. 51. p. 41
- S**  
*Sacerdos. Vide venerem.*  
Sacerdos eximia fulgere debet puritate. *Exod.* 22. 5. p. 645  
Dij appellantur. *ibidem*.  
Etiam apud Barbaros venerati. *ibidem*.  
Superant reges auctoritate. *ibidem*. 6. p. 645  
Angelos æquant dignitate. *ibidem*.  
Sacerdotale in Scriptura idem quod illustre. *Exod.* 19. 6. p. 567  
*Sabbatum.*  
Sabbatha peregrina quid? *Exo.* 20. 14. p. 586  
Dierum atrorum acceptiones juxta disciplinam Romanorum. *ibi.* 15. p. 587  
Gentiles Sabbathum non celebrabant cultu, sed quia septimum observabant. *ibidem*. 15. *ibidem*.  
Explicantur veteres auctores, qui apud Gentem Sabbathum observatum videntur asserere. *ibidem*. 15. *ibidem*.  
Quid circa Sabbathi observationem teneantur servi Hebræorum. *ibi.* 16. p. 590  
Quando Sabbathi cœperit præceptum. *ibi.* 17. p. 591

# & Verborum.

- Ante Moysen Sabbathum non fuit in observantia.** ibi. 18. p. 592
- Figmenta Rabbinica variaeque nugae & observationes.** ibidem. & 7.
- Temporalis fuit ejus observatio, cessavit lege Evangelica promulgata.** ibid. 20. & 21. p. 394 395
- Exponuntur Concilia.** ibidem. 22. p. 596
- Spatium itineris, quod perambulare liceret sabbathi die.** ibidem. 8. p. 579
- Superstitiones Hebraeorum in ejus observantia.** ibidem 9. p. 580
- Die sabbathi irruere in inimicos prohibuitur.** ibidem. 9. ibidem.
- Prohibita pariter judicia legalia. Explicatur supplicium colligentis die sabbathi ligna.** ibi. 10. p. 581.
- Prohibiti etiam contractus emptionis & venditionis.** ibi. 11. p. 582
- Plura alias prohibita licebant die sabbathi religionis, charitatisque gratia.**
- Explicantur Evangelistae.** ibidem. 12. p. 583
- Sabbathum primo secundum quid?** ibidem.
- Talmudica ridicula statuta de sabbatho.** ibidem.
- Sabbathi observatio singularis fuit Hebraeis.** ibidem. 14. p. 586
- Sacrificium.*
- Sacrificia non fuisse praecepta à Deo de primaria intentione fatetur Maimonides.** Exod. 20. n. 28. & 29. p. 603. p. 604
- Sacrificium Jekte explicatur.** Gen. 9. 7. p. 190
- Sansonis.*
- Factum explicatur.** Exod. 20. n. 23. p. 597
- Scandala.*
- Nimis Deum offendunt.** Exo. 32. 11. p. 706
- Salvatio.*
- Pluris nobis fit ruina quam salus.** Exod. 16. n. 1. p. 562
- Æqualibus mediis salutem unus obtinet, alter damnationem incurrit.** Ge. 15. 35. pag. 287
- Sceptrum.*
- Circasceptrum Juda refelluntur Burgensis & Galatinus expositiones.** Ge. 49. 7. pag. 467
- Deseritur pariter Origenis expositio & Epiphaniij, Baronij & aliorum.** ibidem.
- Canis similiter expositio, & Eusebij deseruntur.** ibi. 8. & 9. p. 468
- Vera expositio proponitur.** ibidem. 10. pag. 469
- Vaticinium Jacob non fuisse impletum in Herode proponitur, & refutantur Baronius & Serarius.** ibidem. 11. p. 470
- Ubi fuerit vaticinium impletum.** ibid. 12. pag. 472
- Scientia.*
- Rigida & si vera contemnitur.** Gen. 27. 8. pag. 388
- Scriptura.*
- In sacra scriptura usque ad tempora Antiochi Epiphanes non fuit capitum distinctio.** Gen. 10. 2. p. 228
- Servus servitus.*
- Servum Gentilem Hebraeus occidens homicidij reus non habetur.** Exod. 21. 3. p. 629
- Servitutem coepisse à Noë.** Exod. 21. 4. p. 630
- Quid potestatis apud dominos fuerit in servos.** Exod. 21. 4. ibidem.
- Sepulchrum.*
- Sepulchri vanitas damnatur.** Gen. 23. 2. p. 365
- Senectus, Senex.*
- In senectute praeipue de salute curandum.** Gen. 6. 40. p. 151
- Senes ceteris paribus praeferendi non aliter.** Exod. 20. 32. p. 606
- Securitas.*
- Nulla inter hominem & foeminam quae falsa non sit.** Gen. 6. 28. p. 139
- Seth.*
- Sethi filij appellantur filij Dei.** Ge. 6. 6. p. 119
- Simulatio. Vide mendacium.*
- Simulatio Saræ liberatur à culpa.** Gen. 27. 5. pag. 385
- Bina est simulatio, & aliqua laudabilis.** ibidem.
- Silentium. Vide mulier.*
- Sigismundus.*
- Sigismundo Vifio servata est fides.** Gen. 26. 6. p. 378
- Solitudo. Vide contemplatio.*
- Sol.*
- Solem adorabant Gentiles osculando manum.** Gen. 14. n. 13 & 14. p. 269. 270
- Societas.*
- Malorum fugienda, pluraque parit incommoda.** Gen. 12. n. 3. & 4. p. 254
- Spes.*
- Omnia vincit spes gloriae.** Ge. 12. 5. p. 258
- Supplicium. Vide poena.*
- Crimini Deus mensurat supplicium.** Gen. 15. 34. p. 286
- Supplicium. Vide Princeps.*
- Supplicium unius est correctio plurium.** Exod. 20. 42. p. 625
- Maximum omnium manum non cognoscere flagellantis.** Exod. 24. 12. p. 668
- Superior. Vide Princeps.*
- Superbus. Vide humilitas.*
- Superbus abiectione punitur.** Gen. 15. 33. pag. 285
- In saeculum.*
- Significat in Scriptura longum tempus.** Ex. 21. 1. p. 627

# Index Rerum, & Verborum.

## *Synedrionum.*

Ex omnibus tribubus componebatur.  
*Gen.* 49.8. p.468  
 Synedrj Princeps non semper ex tribu Iuda. *ibidem.*  
 Non fuit ante Moysem. falsoque fabulantur Lothum Principem fuisse synedrj.  
*Exod.* 24.1. p.649  
 Synedrion fuisse in Republica Hebræa ut certum statuitur contra Pereirum. *ibid.* 2. pag.650  
 Quid significet Sanhedrim & triplex assignatur synedrion. *ibi.*  
 Numerus seniorum synedrj statuitur. *ibidem.* 3. p.651.  
 Expositio de numero rotundo impugnatur, & deseritur Maldonatus. *ibidem.* 5. pag.653

## T

### *Talis.*

**T**alionis pœna apud Hebræos explicatur à Maimonide. *Exod.* 21.7. p.632  
*Tentatio.* Vide *labor iustus.*

Iusti initio conversionis tentationes non experiuntur. *Exod.* 24.6. p.656

### *Terra.*

**T**erræ superficiem deletam fuisse aquis diluvij tradidit. D. Josephus Antonius Gonzalez de Salas. Impugnatur. *Gen.* 6. à n.8. p.120

**T**erræ duplex divisio facta à Noë. *Gen.* 10.4. pag.230

*Tribulatio.* Vide *labor. amor.*

### *Tyrannus.*

Nil juris in tyrannum habent vassalli lege naturali, Scripta, & Evangelica. *Gen.* 14. à n. 1. p.261

### *Thuribulum.*

Nomine thuribuli quid intellexerit D. Paulus ad Hebræos 9. *Exod.* 30.3. p.682

## V

*Vana gloria* Vide *hypocrisis.*

**V**ana gloria ex bonis operibus oritur. *Gen.* 14.8. p.266

Qui tentationibus est invictus solet à vanitate superari. *ibidem.* 9. *ibidem.*

### *Veritas.*

Odiosa. *Genes.* 2.12  
 Nullus audeat dicere Principibus. *Exod.* 7. 1. pag.531

### *Venus.*

Apud Assyrios appellatur Mylicia. *Ge.* 38. 7. pag.444

### *Veneres.*

Prohibita Gentilibus sacerdotibus. *Ger.* 9.1 p.181

*Verba.* Vide *loquacitas.*

### *Vestis.*

Profanitas pudicitiam expugnat. *Gen.* 6. 30. pag.141

*Virtus.* Vide *iustus. labor.*

Virtus crescit laboribus. Vide *tentatio.*

### *Vindicta.*

Vide Princeps nobilis. Christus justus.

*Voluntas divina.*

Oportet illi homines conformari. *Gen.* 28. 5. pag.399

### *Unio.*

Ubi àdest non abest Deus. *Gen.* 37.3. p.424

Unio vitiosa divisio est. *Gen.* 11.20. p.246

### *Virginitas.*

Apud cunctas nationes commendabilis. *Gen.* 9.1. p.181

Eciam lege naturæ laudabilis. *ibidem.* 2. & 38. p.221

Difficile servatur illæsa. 40. p.224

*Vrim & Tumim.*

Ferat rationale. *Exod.* 28.1. p.674

## X

### *Xenaias.*

**X**enaias fuit imaginum bestis. Vide *imago.*

## Z


### *Zacharias.*

**Z**acharias Baptistæ parens non fuit summus Pontifex. *Exod.* 30.4. p.684

*Zelatarum ius.*


Explicatur. *Exod.* 21.10. p.637

F I N I S.



Hmc 20 Sturmann

Sturmann



Handwritten text, possibly a signature or initials, located in the center of the page.